17 De officio, ac dignitate Camerarij ſcribunt *Card. Zabarell. & Bonifac. Vital. in clem. Ne Romani §. ec tamen de elect. gl. in verb. Camerarium Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 5 cap. 38.* vbi inter cætera tradunt, quod ad Camerarium pertinet Eccleſiæ redditus pauperibus erogare, ideo mortuo Pontifice, non finit officium ne interim pauperes, qui alendi ſunt famè pereant *cap. paſce diſt. 86.* & ne etiam Eccleſiæ redditus negligantur, ſine quibus ſpi-

Digitized by Google

ſpiritualis diù eſſe non poſſunt *cap. ſi quis abiecerit 1. qu. 3. & cap. cum ſecundo de preb. Caſſan. in Catal. par. 4. conſid. 14. in fine*.

18 In negotijs, ſuper quibus reſcribit, reſcribit ex voto, & decreto Clericorum Cameræ, vel quandoque à ſe ipſo, & ſub reſcribit ſuper aſſertione, quod Papa ſibi illud commiſerit viuæ vocis oraculo, cui quidē aſſertioni creditur, ex quo aſſerit de re ſpectante ad ſuum officium *Veſtr. in d. lib. 2. cap. 2.*

19 Multa quoque negotia ſpectantia ad redditus, & ærarium Cameræ expedit per Theſaurarium, vnde Theſaurarius appellatur, & ad differentiam Theſaurarij ſecreti dicitur Theſaurarius generalis *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 21. nu. 6.*

20 Ad dirimendas lites, & iurgia Summus Pontifex ordinauit Iudices, & inter eos vti primatium conſtituit illum, quem Auditorem Cameræ appellamus, qui eſt generalis Auditor ipſius Papæ, Camerarij, & omnium Cauſarum ipſius Cameræ Apoſtolicæ. Et eſt ad partem conceſſus gladius ſpiritualis cuius mucrone executiuè vtitur aduerſus eos, qui prædictis litteris, & obligationibus parere negligunt, aut ſe quo quomodo opponunt, vt patet ex facultatibus dicto Auditori à diuerſis Pontificibus conceſſis, & renouatis. Audit etiam intrà temporalem ſtatum Eccleſiaſticum, ſine vllo ſpeciali reſcripto omnes recurſus, & grauamina eorum, qui appellant ad Pontificem *Veſtr. in praxi lib. 2. cap. 4. nu. 4.*

21 In rebus Eccleſiaſticis, ſeu beneficiarijs poteſt quaſcunq; appellationes, exceptis illis, quæ poſſeſſorium concernunt, de quibuſcumque partibus etiam extrà ſtatum Eccleſiaſticum recipere, & admitterè, & illis receptis procedere ad expeditionem cauſæ. Eas tamen admittet modificatiuè in hunc modum: Quatenus à diffinitiua Sententia, vel vim diffinitiuæ habente appellatum extiterit, vt diſponitur in *bulla 74. Pij IV.* & in reformatione Tribunalis Auditoris Camaræ per Piū V. die 4. Decembris 1570. authoritatem dicti Auditoris Camaræ ponit *Scacc. de iudic. lib. 1. ca. 22. Zacchia de obligat. Camerali* eſt iudex ordinarius *Barboſ. in l. cum prætor §. 1. nu. 75. ff. de iudic. & lar. de Mena var. lib. 1. q. 12. nu. 6. Lauor. var. Lucubr. to. 1. tit. de coclaui, & conclauiſt. c. 3. nu. 49.* licet *Barb. in repert.* verb. *Auditor* dicat eſſe delegatū.

22 Alius Iudex ordinarius in Vrbe eſt Gubernator Vrbis, qui ratione proprij officij eſt inferior Auditore Cameræ, vt benè oſtendit *Veſtr. in pract. lib. 2. cap. 5.* Verum ratione iuriſdictionis Camerarij, quæ ex antiqua, & ſolita ſubdelegatione, hodie eius officio videtur iure proprio annexa, præcedit Auditorem Camaræ, & omnes Clericos in Camera, & vbique. Ideò *Gregorius* 14. in facultatibus Auditoris Camaræ *nu.* 28. concedit eis vt in Cappella reliquiſq; actibus tam publicis, quam priuatis habeat primum locum, poſt Gubernatorem, & Oratores Principum. Huius proprium munus, & iuriſdictio conſiſtit in exercitio gladij temporalis, & executione brachij ſecularis. Exercet propriè iuriſdictionem criminalem, qua audit, & cognoſcit Cauſas brigoſorum, treguarum. Securitatum, aut pacis ruptarum, item querelas Vaſſallorum aduerſus Barones infrà quadrageſimum lapidem, etiam Capitales, vt diſponitur in *ſtatutis Vrbis lib. 2. cap. 85. & in litteris Iulij 2.* de illo loquitur *Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 23. Franc. Sanſouin. in gubernio Regnor. f. 84.*

23 Ratione Vicecamerariatus habet ſuper omnibus alijs officialibus ſuperintendentiam, quæ verſatur circa recurſus, quos litigantes grauati ab aliquo Iudice habent ad ipſum, vt prouideat cogendo iudicem grauantem ad concedendas dilationes, ſeu terminos indebitè, & cum grauamine denegatos, item ad remittendum cauſam ad proprium iudicem, ſi ab incompetenti procederetur, & vbi nouerit præfatos iudices contrauenire, poterit eos coercere, vel vrbanius agendo, omnia Pontifici referre. Authoritate eiuſdem Vi-
24 cecamerariatus debet imprimis paci Ciuitatis, & Romanæ Curiæ ſtudere, ac alijs officialibus Vrbis, & eiuſdem Romanæ Curiæ in concernentibus pacem, & quietem Ciuitatis aſſiſtere, & illis manum, & auxilium præſtare, quæ omnia ſunt in ordine ad iuriſdictionem criminalem *Scacc. d. cap. 23.*

25 Exercet etiam iuriſdictionem ciuilem in cauſis mercedum, & ſalariorum ſummarie, & manu regia ſine ſcriptura, vndè quia tenetur has cauſas diffinire manu regia, & ſine ſcriptura, non poteſt habere particulare Tribunal, videndæ ſunt ſupracitatæ *litteræ Iulij 2. & Capitula Sixti IV.* Verum hodie teſte *Veſtr. d. cap. 5. ſub nu. 5. verſus finem* Gubernator habet plus quam Tribunal, quia tenet ſcribarum copias, qui ingentem actorum congeriem congerunt.

26 An Gubernator in dictis Cauſis habeat iuriſdictionem priuatiuè, quò ad alios iudices? Et reſolutiuè dicimus, eſſe dixtinguendum. Vt in Cauſis mercedum ſit locus præuentioni inter omnes iudices, vt dicitur in *ſtatutis Vrbis lib. 1. cap. 41. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 23. nu. 4. Zacchia de ſalario qu. 91. nu. 40.* Cuius authoritas non extenditur in perſonas exiſtentes extra Vrbem, cum non ſe extendat extrà diſtrictum, qui eſt ſpatium 40. milliarium vt dicitur in *lib. ſtatut. lib. 1. cap. 197.* & ibi *Fenzon. nu. 97. Put. dec. 24. lib. 3. Zacchia de Salario qu. 91. nu. 41. & 42.*

27 Aut in alijs cauſis, & dixtinguimus. Aut in cauſis grauaminum illatorum à iudicibus eo modo quo diximus ſup. & tunc Gubernator habet iuriſdictionem priuatiuè, ex quo in his eſt ſuper intendens. Aut loquimur de alijs cauſis, & etiam dixtinguimus. Aut ſunt Ciuiles, & Gubernator nullam in eis habet iuriſdictionem ordinariam. Aut Criminales, & tunc ſi ſunt cauſæ Vaſſallorū contrà barones, & infra 40. lapidem, & habet ſimiliter priuatiuam. Aut ſunt aliæ cauſæ criminales, in quibus ipſe poteſt procedere, & eſt ſimiliter locus præuentioni, *Luc. Pet. lib. 1. cap. 6. nu. 20.* Et vbi eodem tempore concurrerent Senator, & Gubernator, Senator eſt præferendus, vt dicitur in *dictis litteris Iulij 2.*

28 Alius Iudex eſt Senator Vrbis, qui reſidet in Capitalio; & Ciuibus Romanis ius ordinaria facultate dicit, & habet tres Vicarios, quorum duo, qui præſunt Cauſis ciuilibus appellantur Collaterales. Primus ſcil. qui dicitur etiam eius locū tenens, & ſecundus: Tertius eſt latrunculator, qui vocatur iudex maleficiorum, & vbi ab horum

ſententijs appellatur adeſt Iudex appellationum ordinarius, qui dicitur Capitaneus appellationũ. Curia Capitolinæ cognoſcit de Cauſis mercedũ cumulatiuè cum Curia Gubernatoris, & ideò ſit locus præuentioni, in dubio tamen præfertur Curia Capitolina. Item dicta Curia cognoſcit de delictis præſertim grauibus cumulatiuè cum Curia Gubernatoris, & ideo eſt locus præuentioni latè *Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 24. Sanſonin. vbi ſup. fol. 86. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 5. cap. 41.*

29 Vicarius Papæ eſt Iudex ordinarius in Vrbe, iſte præcedit Auditorẽ Cameræ *Ant. de Pat. tract. de iuriſd. Epiſc. cap. 6. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 25. Sanſonin. vbi ſup. fol. 86.* eo maximè quod ſolet committi Cardinalibus officium Vicariatus, vt vidimus obſeruatum in perſonis nobis notis.

30 Vicarij Iuriſdictioni ſubijciuntur Clerici Romani, vt patet *in declarationibus iuriſdictionum Sixti IV.* Item regulariter aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ. Item Viduæ pupilli, & ſimiles perſonę miſerabiles, quæ dicuntur de gremio Eccleſiæ. Item hebræi, & omnia loca pia. Verum dictæ perſonæ, & loca non ſunt ſubiecta eidem Vicario ſi ageretur de obligatione in forma Cameræ, cum dictus Auditor Cameræ ſit merus executor dictæ obligationis, vt patet ex illius facultatibus, de quibus *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 22. nu. 18 & 26.* Quod eſt intelligendum ſi agatur executiuè, ſecus ſi ordinariè *Scacc. d. cap. 22. nu. 8.*

31 Cognoſcit Vicarius etiam, tam inter Clericos quam inter laicos de omnibus cauſis, in quibus agitur citrà iudicium proprietatis, vt puta quia agitur de euacuatione domorum, de penſione, locatione, deuolutione, & ſimilibus. De proprietate autem non cognoſcit, niſi ad certam ſummam *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 25.*

32 Cognoſcit inter perſonas laicas de crimine vſurarum, per iuri, blaſphemiæ, inceſtus, vt ſimilium, quę vel ſpectant abſolutè ad forum Eccleſiaſticum, vel ſunt ſaltem mixti fori in quibus eſt locus præuentioni *Scacc. de iudic. lib. 1. c. 12. n. 57 in 2. difficul.* & nos diximus *rubr. anteced.*

33 Et vbi cognouerit, & mandatum relaxauerit illud exequi non poteſt vltrà diſtrictum, iuxtà notata per *Scacc. d. cap. 22. nu. 15.*

34 Vbi pro crimine veniret imponenda pœna corporalis ſolebat remittere Cauſam Gubernatori, hodie ceſſat hæc remiſſio, quia eius locumtenens in criminalibus condemnat vſque ad pœnam mortis naturalis incluſiuè, & totam ſuam iuriſdictionem exercet per duos locumtenentes alterum in Ciuilibus qui ſemper ſolet eſſe Referendarius, in criminalibus alterum, de eius iuriſdictione ſunt *Capitula Sixti IV. Bulla Clementis VII. Pauli III. Iulij III. & Pij V.*

35 Modus coram eo procedendi in Ciuilibus eſt. Vt ſi agatur de ſumma ſup. 49. duc. eſt ordinarius, in quo ſeruantur termini ſubſtantiales. Si vero agatur infrà dictam ſummam, proceditur ſummariè manu regia, ſola facti veritate inſpecta, præuia verbali petitione, ſeu monitorio, ſine vlla ſubſtantialium terminorum obſeruatione, & vbi ageretur de ſumma infra quinque duc. prohibetur omnis appellatio etiam non friuola, & omnis dictio de nullitate *Veſtr. in pract. lib. 2. cap. 16. nu. 3. & 4.* de Vicario agit *Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 5. cap. 40.*

36 Sunt in Romana Curia Auditores Sacri Palatij, quos ſobrogatos dicit noſter *Vant. rubr. anteced. nu. 41.* in locum eorum, qui erant in Aula lateranenſi, quorum 8. erant de numero minorum 4. de ordine maiorum. Hodie ſunt 12. ad quem numerum fuerunt redacti per Sixtum IV. *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 26.*

37 Hi habent iuriſdictionem habitu, & non actu *Rot. dec. 60. alias 429. de appell. in nou.* Et ſic non poſſunt procedere in cauſis niſi ipſis detur exercitium iuriſdictionis per ſpeciale reſcriptum, & commiſſionem ipſius Papæ *Galleſ. ad form. Cam. oblig. ad 4. par. qu. 3. nu. 15. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 64. ſub num. 20. Marcian. conſ. 24. nu. 9. lib. 1.*

38 Ideo ſunt partim ordinarij, partim delegati, ordinarij, quia cum primum quis adſcitur ordini Rotali, videtur ſibi tributa iuriſdictio audiendi, & cognoſcendi, vt dicit *Spec. lib. 1. tit. de offic. ordin. §. 1. nu. 3. Veſtr. lib. 2. cap. 17. num. 2.* Vnde dicuntur ordinarij in procedendo, delegati in pronunciando, & definiendo *Rot. dec. 16. alias 341. in fin. de re iudic. in nou. Borrell. in ſumma dec. tom. 1. tit. 41. nu. 122.* & hoc credo importare contrarietatem, quam reperio apud *Aug. Barboſa* alio quin doctiſſimum, & conſtantiſſimum Doctorem, dum in *Clem. Auditor de reſcript. nu. 4.* dicit poſt aliquos, Auditores eſſe delegatos, & improbat *Iaſ. Purpurat. & alios* apud *Petrum Barboſ. in l. cum prætor. §. 1. nu. 75. ff. de iudic. & in cap. ſolet de ſent. excommunic. in 6. nu. 9.* poſt *P. Barboſ. loco cit.* dicit illos eſſe ordinarios, *Reinoſ. obſ. 67.* nam forſan voluit dicere, vt nos diximus.

39 Quare non poſſunt reformare ſuas ſententias diffinitiuas, quamuis nulliter ſententiauerint *Vant. rubr. 3. nu. 15.* & nos diximus *rub. 3.*

49 Eorumque ſententiæ appellantur deciſiones Rotæ, quæ tantæ authoritatis ſunt, vt pro lege habeantur apud omnes nationes *Veſtr. lib. 6. cap. 1. num. 2. in fine.*

41 Et quod Sacra Rota Romana ſit totius orbis lumen dixit *Theſ. in præfat. dec. nu. 32. in fine D. Prat. obſ. 28. nu. 1. & diſcept. 30. lib. 3. num. 1. & 2.* dicit *Menoch. conſ. 1141. nu. 20.* multum eſſe deferendum Rotæ deciſionibus, quæ ſolent eſſe duodecim Iuriſconſultorum ex primoribus, & ſapientioribus totius Reſp. Chriſtianæ, quorum authoritas eſt omnium maior, & opinio ab eis recepta dicitur communis, laudat etiam *conſ. 105. nu. 37 & 38. & conſ. 295. nu. 25. Surd. conſ. 403. in fine nu. 83. & 84.* vbi dicit, quod Rota Rom. omnibus eſt anteferenda propter grauitatem Auditorum, & præcellentem doctrinam, & eorum concluſiones magiſtrales laudant etiam *Granat. ad Veſtr. lib. 2. cap. 17. nu. 3. Mandoſ. form. 1. commiſſ. nu. 7. Contard. in l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. in intellectu n. 5. fol. 42. Caual. in præfat. qq. commun. n. 23. & ſeqq.* vbi ex *Dec.* dicit deciſionem Rotæ eſſe maioris authoritatis, quam communem opinionem *Gratian. diſcept. 104. nu. 56. Gomes in procem. reg. Cancell. qu. 2. Idem Menoch. præſ. 71. lib. 2. num. 13. & alij* paſſim.

42 Et Sacrum Conſilium Neapolitanum licet ſit maximæ authoritatis apud omnes nationes, teſte

Reg.

Digitized by Google

Reg. Merlin. cent. 2. contr. 29. nu. 1. tamen aliquando conſulit Auditores Rotæ ſuper ſtylo Romanæ Curiæ, vt dicit *Affl. dec. 351. in fine* quem adducit *Niger. de laudem. par. 1. col. 1. num. 8. pag. 118.* De eorum facultatibus eſt videnda *bulla Innocentij VIII. ſub datum Romæ anno 1487.* de Auditoribus agunt *Oltan. de ſtylo Curiæ lib. 2. c. 17. Iol. Zerb. de Republ. Eccleſ. cap. 1. Azor inſtit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 42.*

43 Adeſt in Vrbe Auditor contradictarum, qui antiquitus erat magnæ authoritatis, nam poſt Cardinales, & Vicecancellarium primas obtinebat vices, hodie autem eius gradus eſt valde diminutus, vt dicit *Vital. in clem. nè romani §. ſanè de elect. Crauet. ad Veſtr. lib. 1. cap. 5.* Hic auditor vti Iudex ordinarius cognoſcit, & definit lites vertentes inter impetrãtes iudices ſi oriretur aliqua controuerſia, vel circa perſonam iudicis impetrati, vel circa locum iudicij per agendi, vel circa aliam rem concernentem impetrationem *Veſtr. in d. lib. 1. cap. 5. & lib. 3. cap. 3. num. 4.* alias præeminentias huius Tribunalis ponit *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 27.*

44 Adſunt Iudex Mareſcialli Vrbis, & Iudex Turris nonæ. Hi ſunt inferiores, & veluti pedanei ius de plano dicunt, & cognoſcunt de leuioribus criminibus, & Maraſciallus eſt is, quem iudicem Curiæ Sabellorum appellamus, & ab eorũ ſententijs appellatur ad Gubernatorem, & Auditorem Cameræ *Veſtr. lib. 2. cap. 14.* latè *Scacc. de iudic. d. lib. 1.*

45 Legati Sedis Apoſtolicæ ſunt Iudices ordinarij, vt per *Nauar. in cap. cum contingat de reſcript. remed. 5. num. 3. & de indulgent. notab. 28. num. 19. Gutier. Canonic. lib. 1. cap. 11. num. 4. & ſeqq. Sanch. de matr. lib. 3. diſput. 28. num. 8. & lib. 8. diſput. 28. nu. 4. Gonzal. ad Reg. Cancel. §. gl. 21. nu. 37. & gl. 34. nu. 36. Molin. de iuſtit. tom. 6. diſp. 9. nu. 3. Azor inſtit. moral. par. 2. lib. 5. cap. 27. qu. 5.* De Iuriſdictione Tribunalium ſcribit *Doctor Maria de Tribunal. Vrbis per totum.*

46 In Regno Siciliæ adſunt multa Tribunalia habentia ordinariam iuriſdictionem, qualia ſunt Tribunal Magnæ Regiæ Curiæ, quod conſiſtit in Præſide vno, qui debet eſſe iuris peritus, dicitur Locumtenens Magiſtri Iuſtitiarij, & in eius locũ ſucceſſit, cum omnibus authoritatibus, & prærogatiuis illius, & habet ſalarium ſcutorum mille, illius officium eſt primum in Regno, & præcedit omnes alios Magiſtratus vti Caput Conſilij, Cõuocat ad ſe iudices, quandocumque neceſſarium ſibi viſum fuerit, & non venientes punit. Ille proponit in Tribunali, quæ ibi tractanda ſunt. Eſt vnus ex Iudicibus in reuiſionibus cauſarum criminalium Eſt Iudex in caſu, quo aliquis ex iudicibus eſt ſuſpectus, infirmus, abſẽs, mortuus, aut aliter impeditus. Habet votum deciſiuum in omnibus Cauſis palatinis, quæ in aula Iudicum criminalium agitantur, ac etiam in omnibus alijs cauſis datâ paritate votorum, licet hodie detur adiunctus. Ille deſignat nomen iudicis in Cauſis, Nominat ſyndicatores Delegatos, Commiſſarios ſeu armorum Capitaneos, & Vicarios per Regnum, ac ipſe apponit (dirigitur) in litteris. Eligit, & examinat Commiſſarios actorum iudicialium, vel cui ipſe commiſit.

47 Poſt Præſidem adſunt Sex Iudices, qui Magnæ Curiæ nuncupantur, & à Rege creantur de biennio in biennium ad nominationẽ D. Proregis ſunt tres Ciuiles, & tres Criminales diuiſi in duas Aulas Criminales ſcil. & Ciuilem, in quibus interuenit vt Caput dictus Præſes.

48 Adeſt Fiſci patronus, qui eligitur à Rege ad beneplacitum, adſunt tres procuratores fiſcales & vnus ſollicitator fiſcalis, qui etiã à Rege creãtur, cum ſalario ad eius beneplacitum. Adeſt Aduocatus pauperum creatus à Rege, & alij officiales.

49 Tribunal hoc M. R. C. eſt Caput, & exemplar aliarum Curiarum ſucceſſit in locum Præfecti Prætorio, & ipſum Principem repræſentat, quod ſeruat M. C. debent ſeruare aliæ Curiæ, dicitur Curia Principis cognoſcens ſecundum veritatem, & non ſecundum rigorem. Cognoſcit de Cauſis feudalibus, Cognoſcit in primo iudicio de omnibus Cauſis allodialibus agitandis in qualibet parte Regni, vbi forte reſideret. Et in omnibus Ciuitatibus, & Terris concurrit cum quolibet ordinario Magiſtratu illius loci, in quo reſidet, & electio eſt actoris, & eſt locus præuentioni. Dictum Tribunal cognoſcit in primo Iudicio de omnibus cauſis, de quibus ordinarij locorum ex defectu iuriſdictionis cognoſcere non poſſunt. Cognoſcit de Cauſis viduarum, pupillorum, & aliarum miſerabilium perſonarum. Cognoſcit de appellationibus iudicum ordinariorum, ſeu delegatorum Principis, & etiam de reuiſionibus quãdo non appellatur, Cognoſcit de ſententijs Conſulum Nationum, Cognoſcit de crimine læſæ Maieſtatis, & de exceſſibus officialium. Habet vniuerſalem Iuriſdictionem, cum mero, & mixto imperio in omnibus cauſis feudalibus, & allodialibus ciuilibus, & criminalibus. Primum locum obtinet cæterorum Tribunalium, & præeminentios dicitur, de his omnibus agit latè *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 5. cap. 8 per totum.*

50 Adeſt Tribunal Regij Patrimonij, quod conſiſtit in vno Præſide, qui eligitur à D. Rege ad beneplacitum, cum eodem ſalario, & præeminentijs prout de Præſide M. R. C. diximus, ſex Magiſtris Rationalibus creatis etiam à Rege ad eius beneplacitum, cum ſolito ſalario, quorum tres ſunt Togati, & debent decernere cauſas omnes inter fiſcum, & priuatum, alij tres nobiles laici, qui de rebus ad iuſtitiam non pertinentibus cognoſcunt apud quos omnia negotia per D. Proregem, cum voto Præſidis diuiduntur ſingulis aſſignando tres Regni Valles ſingulas ſingulis Togatis, & laicis vni videl. Togato, & alteri laico, ſicut ad eoſdem laicos Magiſtros Rationales pertinent negotia Militiæ Regni, hoſpitia, & ſtipendia militum Arrendamenta Regiæ Curiæ, & alia.

51 Adeſt Theſaurarius generalis, qui à Rege eligitur ad beneplacitum, qui habet curam exactionis, & conſeruationis omnium regiorum introituum, & pecuniarum, habet votum pro vt reliqui Magiſtri Rationales non togati. Adeſt eius Locũtenens. Adeſt Conſeruator Regij Patrimonij laicus creatus à Rege ad beneplacitũ habet amplã poteſtatẽ, nec alium Superiorem quam Regem, &

Pro-

Proregem habet, poteſt interuenire in omnibus cauſis, & negotijs, quæ ad Regium Fiſcum videtur ſpectare. Poteſt interuenire in omnibus contencudis, & cauſis fiſcalibus, tam ciuilibus, quam criminalibus, ac etiam patrimonialibus votando ſicut cæteri Magiſtri Rationales laici. Firmat omnes prouiſiones, quæ per Tribunal regij Patrimonij expediuntur. Recognoſcit regias litteras, & priuilegia, quæ in Regno exequi debent per eum facta relatione D. Proregi executur. Habet aliquos officiales ſub ſe.

52 Adeſt Fiſci Patronus creatus à Rege ad beneplacitum, qui patrocinia præſtat pro regio patrimonio contra priuatas perſonas, incedit togatus, & ſedet cum Magiſtris Rationalibus.

53 Adeſt procurator fiſcalis, ſollicitator fiſcalis, Magiſter Notarius, Magiſter Portulanus, Magiſter ſecretus, & alij.

54 Hoc tribunal cognoſcit de rebus grauioribus ad Patrimonium Regale, Statum, & Bellum pertinentibus, & de redditibus, & bonis, Vniuerſitatum Regni, illius officium apud antiquos dicebatur procurator Cæſaris, latè *Maſtrill. d. lib. 5. cap 9. per totum*.

55 Adeſt Tribunal Conſiſtorij Sacræ Regiæ Cõſcientiæ, quod conſtat ex Præſide qui habet eaſdē prærogatiuas, ac alij Præſides, creatur à Rege ad beneplacitum, ſedet tamen poſt alios Præſides, cum ſit poſt illos creatum tale officium, in paritate votorum habet votum ſicut Præſes M. R.C. Conſtat etiam tale Tribunal Tribus Iudicibus bieonalibus electis à Rege ad biennium, abſque ſalario, ſed cum ſportulis conſuetis, tamquam regij Conſiliarij incedunt Togati, ſedent in publicis Seſſionibus in banco, cum humerali poſt Titulatos, licet in S.C. locum habeant poſt Magnam Curiam, Adeſt Magiſter Notarius perpetuus.

56 Hoc Tribunal cognoſcit de omnibus cauſis ciuilibus, quæ veniunt via appellationis, reuiſionis, & omni alio modo ab ipſa M. R. C. à Tribunali Regij Patrimonij, inter priuatas perſonas, à Tribunali Regiæ Monarchiæ, & ab omnibus, & quibuſcumq; alijs Iudicibus delegatis latè *Maſtrill. d. lib. 5. cap. 10. per totum*.

57 Adeſt Sacrum Conſilium, quod recipit formā exquadam vnione facta ordine D. Proregis, omnium Conſiliariorum degentium in dictis Tribunalibus, qui in totum ſunt viginti ſeptem, ſcil. tres Preſidentes, Conſultor D. Proregis, de cuius authoritate agit Idem *Maſtrill. d. lib. 5. cap. 7.* ſex Iudices M. R. C. ſex magiſtri Rationales, Theſaurarius generalis, Conſeruator, Duo Fiſci patroni, Tres Iudices Conſiſtoriales, Regius Protonotarius, qui eſt huius Conſilij Secretarius, & Auditor generalis militum, eius caput eſt D. Vicerex, qui proponit tractanda, maxime ſi eſt tractandum de pragmaticis conſtituendis, & alijs, rebus grauioribus concernentibus Statum Regni. Multoties dicta Vnio fit abſente, ſed mandante D. Prorege, & illius caput tunc eſt Præſes M. R. C. Sic etiam Togati Doctores, de eodem Sacro Conſilio prouident cauſas conceſſionis inueſtiturarum ex capit. Regis Alphonſi. Multoties in Regno vniuntur tantum Illuſtres Præſides, & conſultor ſuæ Excellentiæ pro determinandis reuiſionibus Cauſarum criminalium venientium à M. R. C. ex decreto D. Proregis, vel pro appellationibus cauſarum inter fiſcum, & priuatum, quæ deuoluuntur à Tribunali Regij patrimonij, ſicut pro rebus ad regiam iuriſdictionem pertinentibus, & alijs grauioribus cauſis D. Proregi bene viſis. Illius etiam munus eſt Proregi conſulere in nominationibus officialium faciendis, late *Maſtrill. d. lib. 5. cap. 11.*

58 Adeſt conſilium belli, cuius Caput eſt D. Prorex, in illo extant milites veterani ex regio diplomate, & omnes Conſiliarij Patrimoniales maximè iuris periti, in illo tractantur res bellicæ, habent vota conſultiua, ſed non habent iuriſdictionem *Maſtrill. d. lib. 5. cap. 14.*

59 Adeſt officium Auditoris generalis militum, qui habet titulum ſpectabilis pro vt cæteri Regij Conſiliarij, eſt officium perpetuum creatum à D. Prorege, cognoſcit omnes cauſas, tam ciuiles, quam criminales militum Tertij hiſpanorum, ſimiliter omnium militum Caſtrorum Regni Siciliæ, & Inſularum coadiacentium, Cauſarum omnium Tratenitorum in illo Regno, qui habent ſtipendium à Rege, ac omnium officialium Militia maiorum, & minorum, vt Magiſtri militum, conſeruatoris

60 Veditoris generalis, Theſaurarij, eorumq; officialium, & ſeruientium, nec non pedeſtris cohortis Alamaniæ quos nominamus Alabarderios

Cognoſcit cauſas infidelium, vt Maurorum, & ſimilium, qui ſunt in Regno. Item cauſarum omnium exploſorum, aut libratorum, ſeu vulgo Arteglieri habentium ſtipendium à Regia Curia, ac illorum diſcipulorum, & Magiſtri generalis dictæ Artillariæ, eiuſque famulorum.

61 Cognoſcit omnes cauſas militum militiæ Regni dum actualiter vacant ſeruitio regio tam pedeſtrium, quam equeſtrium, ſed exinde cognoſcūt Iudices ordinarij locorum.

62 Cognoſcit de cauſis Porteriorum Camaræ D. Proregis, cognoſcit cauſas militum leuis armaturæ, & illorum, qui ſeruiunt Regijs Triremibus, ſed hoc via recurſus, cum in prima inſtantia habeant ſuos Auditores particulares.

63 A ſententijs dicti Auditoris non appellatur, ſed tantum datur reuiſio.

Dicta Iuriſdictio competens dicto Auditori circa milites, competit tantum in delictis militaribus non in communibus, in quibus Iudex ordinarius cognoſcit Habet alias prærogatiuas, quas ponit *Maſtrill. d. lib. 5. c. 16.*

64 Senatores Senatus Pedemontani ſunt Iudices ordinarij non delegati, vt dicit *Theſaur. in præfat. ad deciſ. nu. 34.*

65 Arbitri ſtatutarij an habeant iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam DD. non concordant, nam aliqui dicunt, quod habeant iuriſdictionem ordinariam, aliqui, quod habeant delegatam, aliqui quod, nec ordinariam, nec delegatam, ſed quod habeant tertiam ſpeciem iuriſdictionis, vt refert *Blanc. de compromiſſ. qu. 6. nu.* 4. Verum ipſe *Blanc.* ibi tenet illos habere ordinariam Iuriſdictionem,

66 Verum quod habeant iuriſdictionem delegatā di-

Digitized by Google

dicunt alij, cum illi eliganturin caſibus expreſſis tantum, vt ponit *Abb. in cap. paſtoralis in princi. de reſcript.* benè *Bar. i al. in 7. notab. & Salyc. in 3. not. in l. fin. C. de iu. ti. per sex. ibi Aretin. in l. nemo poteſt col. antepenult. ff. de leg. 3. Veſtr. in praxi rubr. iniicium quinq; partibus conſtare poſt princ. lib. 3. Iaſ. in l. duo iudices col. 3. ff. de re iudic. Murant. in ſpec. fur. 4. diſt. 6. nu. 13.* latè *Viu. opin. 68.* vide quæ diximus *in rub. 3. qu. 9. n. 8.*

67 Syndicatores veluti ad ſyndicandum officiales ſunt Iudices delegati vt dicit *R. Reuert. in prag. 1. nu. 11. de ſyndic. offic. ial.* Sic creati per D. Viceregem Siciliæ, & per M.R.C. ſunt delegati non ordinarij, ſicut, & pariter Viſitator Generalis à Rege conſtitutus, qui dicitur delegatus ad Vniuerſitatem cauſarum, vt dicit *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 6. cap. 1. num. 31.* Illi vero qui nominantur per Præſidem Magnæ Curiæ illius Regni ad ſyndicandos officiales illius Regni locorum, ſunt iudices ordinarij, vt dicit idem *Maſtrill. loco cit. nu. 29. & ſeqq.* cum habeant iuriſdictionem à lege. Sed quod Viſitatores electi à Rege, ſint Iudices ordinarij non delegati fundare conatur Gabriel *Berart. in ſpecul. Viſit. cap. 3. nu. 5. & ſeqq.* vbi ponit effectus reſultantes ex hoc, quod ſint ordinarij non delegati. Primum quod per mortem Regis eligentis, non ſpirat illorum iuriſdictio ex *Urban. in vſatico alium namque cap. 4. nu. 37. de Iure fiſci*, Secundo quod poſſunt concedere guidaticum, ſeu ſecuritatem teſtibus, qui deponere debēt in cauſis coram eis geſtis, cum id cuilibet Iudici ordinario permiſſum ſit, pro vt referunt multi allegati per *Fortbolet §. accuſatio num. 144. Seſſ. de inhibit. cap. 1. §. 5. nu. 65. & ſeqq. Pigueea dec. 39.*

S V M M A R I V M.

1 *Quid ſit modus procedendi ex proceſſu informatiuo, & in quibus locis adſit? & à nu. 2. ad nu. 13.*

14 *Quæ nam ſint Cauſæ, in quibus M.C.V. procedat vti delegata? & à nu. 15. ad nu. 21.*

22 *An cenſeatur facta delegatio in caſu propoſito?*

23 *Delegata cauſa M.C.V. an poſſit Baro petere remiſſionem? & nu. 24. 25. & 26.*

27 *An poſſint formari iunctæ?*

Modus procedendi diſpenſatiuo modo, ſeu ex abrupto quis ſit, & in quibus locis exerceatur? & in quibus Cauſis Tribunalia Neapolitana procedant vt delegata?

QVÆSTIO II.

1 IN Pluribus Italiæ partibus adeſt ſtylus vocatus modus procedendi ex abrupto, ſeu diſpenſatiuo modo, ſeu ex proceſſu informatiuo, qui eſt quod proceditur non auditis reis in eorum defenſionibus in Cauſis criminalibus, adeſt in Regno Siciliæ, vt dicunt Regnicolæ ſcil. *Cumia in Rit. fol. 56. col. 2. & in cap. Ritus 70. nu. 15. Nepita in conſuet. Cat. tit. 54. nu. 15. Muta in Cap. Regni Rit. 141. nu. 1. Bull. de quæſt. qu. 10. nu. 1. 4. & 16. & de indic. qu. 5. num. 4.* comprobatur ſtylus iſte introductus à Dom. Proregibus *per pragm. 6. tit. 2. tom. 1. prag 5. tit. 24. eode tom. & prag. vnic. tit. 39. tom. eodem*, atque *per Capit. Regni Imp. Caroli V. 175. & 248.* latè *Burg. de modo proc. d. abrupt. qu. 30. Maſtrill. dec. 191.*

2 Idem modus ſeruatur in Vrbe Romana in Curia Gubernatoris, vigore facultatis ſibi conceſſæ per Summum Pontificem *Farinac. conſ. 3.* & ibi *addit. & dec. 12. nu. 8.*

3 Idem modus eſt hic Neap. ob præeminentiam M.C.V. ſibi conceſſam per *Cap. Regni 272. incip. Si cum ſidelentis.* & per *cap. in accuſatis* dicunt *Aff. in conſtit. ſuper inceſtuoſis nu. 29. in conſtit.* incip. *item dictum in fine, & dec. 391* & ibi *Vrſill. & Fulber. Nig. in d. cap. 272. & 222. num. 8. Carau. in rit. 54. & 259. Franch. dec. 143. Gram. voto 3. nu. 23. Caualc. de brach. reg par. 1. nu. 39 R. Tap. deciſ. S.C. 22.* Qua non vtitur contra Neapolitanos, baroneſque ſiue regnicolas, ſeu exteros, niſi cum D. Proregis licentia *D. Petr. in rit 54. num 9.* quæ præeminentia eſt communicata etiam Regijs Audientijs non autem Curijs inferioribus *Reg. Tap. ibid. nu. 6. & ſeqq. Carau. rit. 259. nu. 10. D. Petr. in rit. 54. nu. 9. & 10.*

4 Modus adeſt etiam, qui dicitur, procedendi ad modum belli, quo caſu iudex procedit per horas iuris ordine non ſeruato in aliquibus grauibus delictis expreſſis *in prag. 10. §. 48. de offic. Iudicum* de quo modo procedendi fecit tractatum *Io: Gennd.* inſcriptum *de bello exulum cum addit. Thori, Danza de pugna DD. tom. 1.*

5 Verum licet Iudex poſſit procedere iuris ordine non ſeruato id intelligitur in modo procedendi, non autem in proferendo ſententiam, nam tenetur proferre ſententiam iuxta iuris diſpoſitionem *Aſin. in pract. iudic. §. 3. cap. 27. nu 1.* Nam ſi Iudicis ordinarij alteratur iuriſdictio in modo procedendi, remanet tamen ordinarius in iudicādo *Aſin. in rubr. d. praxis nu. 2. & ſeqq. Burg. qu. 43. num. 7.*

6 Idem modus eſt in Aetruria, & Vrbe lucana
Ludouic. concluſ. 38. poſt *illat. 98. Farinac. qu. 39.*
nu. 39. Leonard. in pract. offi. ial. cap. 5. num 45. in
fine Reg. Tap dec. S.C. 22 num. 5. D. Petr. ad Gram.
7 *deciſ. 34. in fine.* Eſt in Ferraria *Rimin. iun. conſ.*
290. lib. 3. Paris. d. qu. 39. nu. 30. Tap. vbi ſup. Eſt
8 Mediolani *Porr. in ſchol. ad Ambroſin. in tract. de*
modo form. proceſſ. informat. lib. 3. cap. 1. nu. 13. Caual.
9 *de brach. reg. par. 1. nu. 39.* Eſt in Senatu Pedemó-
10 tano *Oſaſch. dec. 79. num. 2.* Modus iſte ſeruatur
apud Senatum Reip. Genuenſis *Cartar. deciſ. 67.*
Caualc. d. tract. par. 1. nu. 41. in fine. Eſt etiam Mā-
11 tuæ *Caual. d. tract. par. 1. n. 23. & 105.* Eſt in Par-
12 tibus Lombardiæ *Nig. in d. cap. regni 272. nu. 59.*
de omnibus eſt *Burg. d. qu. 30.* In hiſpania ſeruari
apud Maiores Iudices dicunt *Auendan. in cap. 16*
13 *Prator nu. 9. lib. 2. Aceued. lib. 4. nouæ recollect. tit.*
10. lib. 3. n. 16. Tap. d. dec. 22. n. 1. D. Petr. ad Gram.
dec. 34. in fine.

14 Multæ ſunt cauſę, quę vigore legum municipalium Neapolitanarum cognoſcuntur per Tribunalia Neapolitana, cum delegatione. Prima cauſa eſt in delictis læſę Maieſtatis. Secunda in deli-

Digitized by Google

delictis vitij nefandi, Tertio furtorum, aut reca-
ptorum intus hanc Ciuitatem Neapolis, falſæ
Monetæ, vt in *prag. 1. & 2. de delegation.* vbi *Reg.
Rouit. & Nouar.* Et in alijs delictis grauibus pre-
15 uia conſultatione Magnę Curiæ, vel aliorum
Tribunalium, ſolet D. Vicerex, & Regium Col-
laterale Conſilium facere delegationem, vt dici-
tur *in d. pragm.*

16 In delicto remiſſionis violenter obtemptæ à
parte offenſa, proceditur cum delegatione per M.
C.V. tam contra partes, quam contra mediatores
quamuis remiſſio cum effectu non obtineatur, cū
ſufficiat attentatum *per prag. 27. de exulib.*

17 In delictis commiſſis, cum armis igneis pro-
ceditur etiam per omnia Tribunalia cum dele-
gatione, appellatione remota per *pragm. 24. §. 1.
de armis*, quod procedit, non ſolum contra dictos
delinquentes, ſed etiam contrà aſſiſtentes, & au-
xilium dantes, dummodo delictum ſit appenſatum
per prag. 5. de ictu ſcoppitti. Et procedit quo ad de-
legationem, abbreuiationem termini, & pœnam
duc. mille, etiam ſi quis delinquat cum alio gene-
re armorum, dummodo habeat arma ignea per
pragm. 37. de armis latam per D. Viceregem D.
Petrum Ant. de Aragona die 17. Aprelis 1669.

18 Et delinquentes, cum dictis armis igneis in
hac Ciuitate Neap. puniuntur, & cognoſcuntur
per Magnam Curiam vti delegatam priuatiuè
quo ad alios quoſcumq; officiales, & quæcumque
alia Tribunalia per *prag. 32. §. 14. de armis.*

19 Hodie per *pragm. 38. de armis* emanatam per
D.D. Petrum Antonium de Aragona Viceregem
die 19. Auguſti 1671. dicta *pragm. 37.* eſt intelle-
cta procedere quando delictum eſt appenſatum,
& patratur delictum, cum armis aptis ad occidē-
dum, *vt in d. prag. §. Parendo.*

20 Et quoties per D. Viceregem fuerint delega-
tæ Cauſæ Neapolitanorum, non poteſt ad prola-
tionem ſententiæ diffinitiuæ deueniri, niſi cum
voto ad minus quatuor Iudicum, qui actualiter
ſeruiant, & in adminiſtratione officij exiſtant,
comprehenſo Cauſæ Commiſſario, & idem ſerua-
ri debet in actis irretractabilibus vigore gratiæ
cōceſſæ per Suam Maieſtatem anno 1617. vt in
pragm. 1. de delegation. Quæ gratia per D. Vice-
regem Ducem Alcalanorum fuit extenſa anno
1630. etiam ad quaſcunque alias perſonas huius
Regni Neap. *per d. prag. 1. de deleg.* Reſpectu verò
21 cauſarum Campanæ per dictā gratiam conceſ-
ſam per S.M. nihil fuit innouatum, vt *ibi* legitur.

22 Diximus *ſup.* eſſe in arbitrium Proregis cau-
ſas delegare attenta grauitate, & circumſtantijs
illorum, ſed delegatio debet fieri expreſſè, aliàs
ſi mandaretur alicui Tribunali, quod procederet
in aliqua cauſa, ſi illud Tribunal aliàs eſſet ordi-
narius Iudex illius Cauſæ, non cenſeretur dicta
cauſa illi delegata, vt diſponit *prag. 10. cap. 14. de
offic. Iudic.* & ſeruatum refert *Danza d. pugna DD.
lib. 1. tit. de delegat. cap. 1.*

23 Sed quęſtio eſt, an in Caſu quo D. Prorex de-
leget aliquam cauſam M. C. V. vel Regiæ Au-
dientiæ Prouinciali, per talem delegationem
cenſeatur clauſa ianua Baronibus dominis vaſ-
ſallorum delinquentium, contra quos fuit data
24 delegatio. Videbatur dicendum non poſſe baro-
nes petere remiſſionem ex doctrina *Mut. tom. 4.
ſuper Capit. Sicil. cap. 19. n. 15. Capibl. de baron. tom.
2. cap. 52. num. 2.*

25 In contrarium tamen eſt ipſa veritas, nam fa-
cta delegatione ſimpliciter, non cenſetur factum
præiudicium baronibus ex *Reg. Rouit. & Capibl.*
probat latiſſimè *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de
offic. deleg. cap. 2.* vbi id probat etiam ſi in delega-
tione ſit dictum, diſpenſando quibuſcumq; conſti-
tutionibus, & legibus in contrarium exiſtenti-
bus, nam hoc intelligitur reſpectu dicti inquiſiti,
vt poſſit procedi cum abbreuiatione termini, &
aliter quam de iure communi eſt ſtatutum, &
Prouiſiones Collateralis Conſilij affert. Ampliat
etiam ſi delictum ſit graue, & timor ſit, quod non
caſtigetur à barone, & affert alias Prouiſiones
Collat. Conſilij, & *tom 3. tit. de ſent. forjud. cap. 1.
nu. 8. Thor. in comp. deciſ. tom. 3.* verb. *baro fol. 97.*
Ampliat etiam ſi D. Prorex iubeat procedi ad
modum belli, nam non cenſetur ablata remiſſio
baronibus, vt probat *tom. 1. tit. de poteſtate ad mo-
dum belli cap. 1. nu. 5. & ſeqq.* Limitat tamen ſi ex-
preſſè in delegatione dicatur *diſpenſando pro hac
vice priuilegijs baronis d. cap. 2. tom. 2. de offic. de-
leg & tom. 2. tit. de var. crimin. cognit cap. 1. num. 3.
& ſeqq. Reg. Merlin. lib. 1. contr. 17. nu. 26. & ſeqq.*
diximus *in rub. anteced.*

26 Limitat etiam *tom. 2. tit. de rapin. cap. 1.* ſi cum
fuiſſent inquiſiti aliqui Vaſſalli baronis, & car-
cerati in Carceribus illius, dediſſent memorialia
D. Proregi aſſerentes peſſimè cum illis agi intus
carceres, & non expediri de iuſtitia poſt longiſ-
ſimam carcerationem, & petentes cogniſci per
Magnam Curiam Vicariæ. Nam ex quo D. Pro-
rex iuſſit, quod Regia Audientia conſtito de ex-
poſitis illos cum actis transferat ad Carceres
Regiæ Audientiæ, & de iuſtitia illos expediat,
hoc caſu vigent diſpoſita in *d. prag. 10. cap. 14.
de offic. iudic.* dum delegatur cauſa Regia Audiē-
tiæ, quæ non erat competens contra dictos inqui-
ſitos Vaſſallos baronis, imo dum iuſſit illos capi
ex carceribus baronis, cum actis, & expediri de
iuſtitia per Regiam Audientiam, clarè videbatur
denegata remiſſio ad baronem.

27 Et licet D. Prorex poſſit cauſas delegare, *vt
ſup.* diximus, tamen illas non poteſt delegare
extra proprium Tribunal efformando Iunctam
miniſtrorum, vt patet ex *gratijs, & priuilegijs* con-
ceſſis huic Ciuitati per Sereniſſimos Reges Præ-
deceſſores, vt patet *in gratijs datis ab Imp. Carolo
V. anno 1544. cap. 17. fol. 144. at. & cap. 5. fol. 65.
at. in conceſſis per Comitem Ripæ Corſæ*, & ſucceſ-
ſiuis temporibus, de quibus *Reg. Sanfel. in praxi
ſect. 16. nu. 13. & dec. 411. Reg. Ponte de poteſt. Pro-
reg. tit. de delegat. Cauſ. nu. 1. & ſeqq. Taſſon. de an-
tef. verſ. 3. obſ. 3. nu. 242.* Et licet S.M. anno 1601.
die 29 Decembris reſcripſerit Dom. Franciſco
de Caſtro prohibendo Delegationes, cum exce-
ptione Cauſarum criminalium requirentium ne-
ceſſariam delegationem, intelligitur tamen illa
ordinatio de delegationibus, quæ fiunt eidem
Tribunali Magnę Curię in criminalibus pro
atrocitate criminis, & celeri expeditione, non
quod alteri ſint delegandæ, & formandę Iunctæ,
vt bene aduertit *Reg. Ponte loco cit. nu. 10.* de om-

nibus

Digitized by Google

nibus eſt reſponſum celebre Conſ. Honofrij de Palma tunc Fiſci aduocati in Criminalibus, apud D. Prat. in reſp. crim. fiſcal. 44.

Et in exequutionem tot gratiarum Sua Maieſtas, quam Deus per mille annos continuos ſeruet incolumen, annis elapſis ſubſtulit omnes Iunctas, cauſas illarum committendo ſuis Tribunalibus, & ità ſeruatur.

SVMMARIVM.

1 Iuriſdictio, an, & quando cenſeatur data priuatiuè, vel cumulatiuè, vbi declarationes, & coniectura ad cognoſcendum quomodo ſit conceſſa, & à nu. 2. ad num. 47.

Poteſtas procedendi ex abrupto an, & quando cenſeatur data priuatiuè, vel cumulatiuè? Et quid in Iuriſdictione?

QVÆSTIO III.

1 AD reſolutionem ſunt conſtituendi duo caſus, Vnus reſpectu concedentis, alter verò reſpectu aliorum officialium. Quo ad primum, dicunt Aliqui datam poteſtatem cenſeri datam cumulatiuè Bar. in l. ad collatores in fine C. de re milit. lib. 12. Roman. ſing. 21. Milan. dec. 5. num. 19. & ſeqq. lib. 2. Brun. conſ. 47. nu. 3. 4. & 10. Ball. de lite diſpenſ. præmiſſ. §. n. 1. Rimin. iun. conſ. 589. nu. 78. Burg. de modo proced. ex abrupt qu. 82. nu. 23. adſunt tex. in cap. paſtoralis 11. de offic. iud. ordin. cap. authoritate 7. de conceſſ. prab. in 6. Coler. de proc. execut. par. 2. cap. 1. nu 148 & ſeqq. Poſt. de manut. obſ. 73. nu. 31. poſt Tract. dec. 198. nu. 12. Petr. Heig. par. 2. qu. 9. num. 20. Trentaciuq. lib. 2. reſol. 1. tit. de iuriſd. n. 1. alijque apud Obrect. de iuriſd. lib. 3. cap. 1. nu. 9. Reg. Tap. in l. fin. ff. de conſtit. Princip. in rub. cap. 4. nu. 19. Cancer. var. lib. 2. cap. 2. nu. 221. & ſeqq. Larrea dec. 70. nu. 20. poſt alios doctiſſimus D. Feloaga in Enchirid. Iuriſ. controuerſ. cap. 2. nu. 89. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 1. tit. 41. nu. 76. Vurmeſer. exercit. 3. cap. 16. Barboſ. in repet. verb. iuriſdictio cenſetur Tob. Paurmeiſter. de Iuriſd. lib. 2. cap. 6. ex num. 92. Tuſc. lit. I. conſ. 547. & 556. vbi limitat nu. 1. 16. & ſeqq. & 32. & ſeqq. Berlich. lib. 1. concluſ. 2. de iuriſd. cumulat. nu. 1. vbi dicit diſſentire Schrad. de feud. par. 10. ſect. 1. num. 126.

2 Nam concedens non præſumitur poteſtatem à ſe conceſſam penitus abdicare ſeu eradicare, ſed quod maiorem poteſtatem penes ſe retinere præſumatur eius, quam delegauit quandoquidem perſona Principis loquentis, ſeu diſponentis nūquam includitur in generali ſermone, ſed intelligitur ſemper excepta, nè ſibi legem imponere videatur Gram. conſ. 2. & dec. 30. num. 4. Rim. iun. conſ. 715. nu. 1. Mijſing. obſ. 99. nu 1. & ſeqq. cent. 6. D. Feloaga d. cap. 2. nu. 89. & ſeq. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 2. nu. 33. & ſeqq. Capibl. de baronib. tom. 1. in pragm. 8. par. 1. nu. 132. & ſeqq. & tom. 2. cap. 37. nu. 20. Roc. de offic. fol. 525. & 526. nu. 85. & 86.

3 Et ſemper ei ſalua manet ſuperioritas, recognitio, ac fides Tuſc. lit. I. concluſ. 543. num. 33. & concluſ. 556. nu. 32. & ſeqq. Auna ſing. 631. & ibi add. & alleg. 130. nu. 22. & ſeqq. poſt alios Burg. q. 78. nu. 5. D. Feloaga d. cap. 2. nu. 90.

4 Imò quod magis eſt, ſi Princeps velit iure ſuperioritatis, & plenitudine poteſtatis vti, poteſt aduerſus Vaſſallos ſui Vaſſalli exercere iuriſdictionem, & in cauſis eorumdem cognoſcere licet verbis expreſſis vaſſallo omnimodam iuriſdictionem priuatiuè conceſſerit Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 18. nu. 7. Coler. de proceſ. execut. par. 2. c. 1. nu. 162. & ſeqq. Natta conſ. 487. nu. 34. & conſ. 580. nu. 4. Rolan. conſ. 1. nu. 134. l. b. 2. Secus ſi velit vti tantum poteſtate ordinaria Menoch. & DD. vbi ſup.

5 Inſuper dicta poteſtas competit Principi de plenitudine poteſtatis abſolutæ, & per conſequēs non præſumitur illam à ſe abdicare, quia in aliū non eſt tranſibilis, ſed tantum communicabilis Burg. qu. 55.

6 Nec ipſe Princeps dicitur iniuriam facere eius delegato, ſi vult etiam ipſe procedere in dicta cauſa, quia vtitur ſua iuriſdictione Burſat. conſ. 125. nu. 20. Gramm. dec. 30. nu. 4. Rolan. conſ. 80. num. 11.

7 Et inter ipſum Principem, & delegatum eſt locus præuentioni, & auocationi cauſæ delegatæ Milan. d. dec. 5. nu. 20. Menoch. d. conſ. 83. nu. 9. & ſeqq. Cephal. conſ. 97. nu. 12. Caual. dec. 4. nu. 10. & dec. 36. nu. 15. par. 2. Mijſing. d. obſeru. 99. nu. 4. Farinac. conſ. 48. nu. 27.

8 Ità vt ſi delegans incipiat cognoſcere de cauſa pendente coram eius delegato ſtatim iuriſdictio delegati euaneſcit Menoch. de arbitr. qu. 671 nu. 30. Auna alleg. 103. nu. 5. Perege. conſ. 24. n. 21. Brun. conſ. 47. nu. 8. Silu. conſ. 44. nu. 11. Auchar. qu. 6. nu. 24. & 25. lib. 2. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. num. 9. vbi dicit quod quandocumque poteſt delegans reuocare delegationem nè dum expreſſe, ſed etiam tacite, nempe ſi incipiat cognoſcere de cauſa Alba conſ. 1. nu. 21. Et per auocationem

9 dictæ cauſæ cenſetur ſacta inhibitio per ipſum delegantem, etiam quo ad partes Camill. Lep. dec. Luc. diuerſ. 55.

10 Quemadmodum quando cauſa eſt introducta coram ipſo Principe, quod nullus inferior ab eo poteſt in ea ſe intromittere Aff. in 2. lib. feud. tit. de milit. vaſſall. qui contu. nu. 94. Couar. pract. cap. 9. nu. 5. Muta in conſuet. Panor. cap. 66. num. 69. Maſtrill. dec. 19. nu. 5. Caualc. de brach. reg. par. 1. num. 140. Burg. qu. 73. nu. 16. diximus alibi.

11 Quæ omnia eò maximè procedunt in iuriſdictione conceſſa in officium, ſeu adminiſtrationē, quæ eſt illa quę communicatur omnibus magiſtratibus deputatis ad iuſtitiæ adminiſtrationem Maſtrill. de Magiſt. lib. 3. cap. 2. nu. 37. Secus dicendum eſt ſi conceſſio fiat iuriſdictionis in vtile dominium, vt puta quia concedatur feudum Baronibus cum Iuriſdictione ex Franch. deciſ. 370. num. 1. & ſeqq. & alijs Maſtrill. vbi ſup. num. 46. & ſeqq.

12 Quo ad ſecundum caſum, ex quo ſolet dicta poteſtas mandari officialibus Regni, vel alijs perſonis inſpecta eorum qualitate, & induſtria,

& per conſequens extra earum perſonas non poteſt egredi vt fundat *Burg. qu. 63 & 71.* ſequitur quod priuatiuè reſpectu aliorum officialium ordinariorum præſumatur conceſſa *Rimin. conſ. 589. nu. 79. Tuſc. lit. I. concluſ. 556. nu. 24.* & quan-
13 do priuatiuè alicui datur iuriſdictio certum eſt vt in ea alius ſe intromittere nequeat *Grat. deciſ. 145. nu. 2. Menoch. de arbitr. lib. 1. qu. 40. num. 2. & de præſ. lib. 2. cap. 18. nu. 13.* vbi firmat quod ſi ſit conceſſa facultas alicui officiali cognoſcendi de certis expreſſis maleficijs, præſumitur eadem poteſtas ſublata alijs officialibus *Maſull ad Capic. dec. 9. nu. 19.* latè *Burg. d. qu. 78. per tot.*

14 Noſtra opinio in hac re eſt, vt inſpiciatur inueſtitura, ſeu priuilegium, adhoc vt eruatur ex verbis ſi ſit conceſſa Iuriſdictio priuatiue, an cumulatiue, nam ſi ex verbis clarè conſtet non eſt diſputandum *Schrad. de feud. par. 10. ſect. 3. n. 120. Alex. Trentacinq. var. lib. 1. tit. de Iuriſd. nu. 1. in fine Tob. Paurm. de Iuriſd. lib. 1. cap. 28. nu. 3.*

15 Præſumitur iuriſdictio conceſſa priuatiuè, & non cumulatiuè.

Primo ſi Princeps dicat: *Concedimus tibi in feudum Caſtrum hoc cum omnibus pertinentibus iuribus, & Iuriſdictionibus Coler. par. 2. cap. 1. nu. 153 & ſeqq. & 163. & ſeqq. & par. 2. cap. 3. num. 323. Tuſc. lit. I. concluſ. 556. nu. 1. Gramm. dec. 30. nu. 9. & ſeqq. Crauetta conſ. 411. nu. 28. & ſeqq. Rol. conſ. 48. nu. 25. lib. 2. Franck. dec. 370. nu. 1 & ſeqq.* poſt alios *Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap. 2. num. 46. & ſeqq.* vbi dicit, quod vbi Iuriſdictio eſt conceſſa in vtile dominium, puta quia conceditur feudum Baronibus tunc cenſetur conceſſa priuatiuè ad concedentem *Reg. Ponte de poteſt. Proreg. tit. de elect. offitial. §. 1. n. 19. & ſeqq. Capibl. de baron. to. 1. par. 1. prag. 8. nu. 112. Caſteual. de vſuf. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. nu. 794.*

16 Secundo. Si iure feudali Iuriſdictio inferiori alicui Magiſtratui, aut iudici conceſſa ſit à Superiore, tunc etiam priuatiuè conceſſa videtur, & in eo Superior concedens non maius ius habet, ac in reliquis rebus in feudum datis *Daniel. Moller. lib. 4. ſemeſtr. cap. 46. nu. 9. & ſeqq.* vbi deciſum refert *Menoch. d. præſ. 18. nu. 5. & ſeqq. Coler. d. p. 2. cap. 1. nu. 133. & ſeqq. Theſ. deciſ. 132. nu. 2. & dec. 177. nu. 11. & dec. 266. nu. 4. Gram. dec. 30. nu. 10. P. Heig. q. 25. num. 21. lib. 1. Bocer. de iuriſd. cap. 8. nu. 34.* quidquid contra dicat *Amed. de Ponte de laudem. q. 24.* vbi deciſum refert.

17 Tertio. Si ſuperior Iuriſdictio ſit præuenta per inferiorem, nam tunc ſi cauſa ſemel eſt delata ad Iudicem inferiorem, ibi quoque finiri debet, nec poteſt reuocari, & ad Iudicem Superiorem trahi, & è contrà *Menoch. d. præſ. 18. nu. 8. & lib. 1. de arbitr. iud. qu. 40. nu. 3. & ſeqq. Coler. d. par. 2. cap. 1. nu. 149. Rip. tract. de Peſte cap. 4. num. 60. Gram. dec. 6. ſub fin.*

18 Quarto. Si Dominus reſeruato Iure ſuperioris Iuriſdictionis, alicui conceſſit inferiorem iuriſdictionem, tunc quia Dominus ipſe diuiſit, & ſeparauit iuriſdictiones, intelligitur inferiorem priuatiuè conceſſiſſe *Coler. d. p. 2. cap. 1. num. 150. Felin. in cap. Paſtoral. de offi. ord. in. nu. 2.* Contrarium tamen tenet *Menoch. d. q. 40. nu. 8. Tuſc. lit. I. concluſ. 556. nu. 38.*

19 Quinto. Si hæreditariè alicui, & eius hæredibus maſculis omnimoda Iuriſdictio ſit conceſſa *Coler. d. par. 2. cap. 1. nu. 151. 152. & 160.*

20 Sexto. Si Iuriſdictio per modum donationis conferatur, tunc ſuperior illam tanquam à ſe ſemel abdicatam reuocare non poteſt, ſed ea priuatiuè conceſſa videtur *Coler. d. par. 2. cap. 1. nu. 164. Ang. in l. iudicium 58. ff. de iudic. nu. 4. Innoc. in cap. cauſis nu. 4. de elect.*

21 Septimo. Si quis à Principe ſit onero ſo accepit Iuriſdictionem, tunc ea priuatiue conceſſa videtur *Reg. Tap. in l. vlt. ff. de conſtit. Princip. ſ. 2. cap. 9. nu. 1. & ſeqq. P. Heig. par. 2. qu. 25. Theſ. deciſ. 177. nu. 11. & dec. 266. nu. 5.* quidquid contra dicant *P. Heig. qu. 25. nu. 21. Laurea alleg. 70. nu. 20. D. Feloaga cap. 2. nu. 89. in medio.*

22 Octauo. Si Iuriſdictio ſit conceſſa per inueſtituram, aut contractum *Schrad. d. cap. 10. ſect. 1. nu. 528. Crauett. conſ. 411. nu. 31. & 33. Tuſc. lit. I. concluſ. 556. nu. 2. Reinkingk. de regim. Secul. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. cap. 7. nu. 32. & ſeqq.* nam tunc ſolum ius ſuperioritatis cenſetur reſeruatum *Schurff. conſ. 46. nu. 2. & ſeqq. Vueſembec. conſ. 95. nu. 27.*

23 Nono. Si Iuriſdictio præſcriptione ſit acquiſita, cenſetur acquiſita priuatiuè non cumulatiuè, etiamſi nulla prohibitio eius, contra quem præſcribitur, interuenerit *Menoch. d. præſ. 18. num. 24. Schrad. d. ſect. 10. cap. 1. num. 132. & ſeqq. Balb. de præſcript. par. 1. par. 5. princ. qu. 11. nu. 8. Natta conſ. 636. nu. 4. lib. 3.*

24 Quo vero ad aliam quæſtionem, an conceſſa cenſeatur Iuriſdictio cumulatiuè, vel priuatiuè quo ad alios Officiales, & Magiſtratus in dicto loco exiſtentes, etiam ſatis controuerſa res eſt, Nam *Crauett. conſ. 411. nu. 8. & alij* affirmant eſſe conceſſam priuatiuè, authoritate *tex. in l. 1. C. de offic. Præf. Vrbis l. cum Clericis C. de Epiſc. & Cleric.*

25 Verum *Par. in l. 1. in princ. C. de offic. Præf. Vrbis,* quem ſequitur *Angel. conſ. 375. num. 3. in fine Dec. conſ. 3. nu. 3. Grammat. conſ. 6. nu. 23. Grat. conſ. 71. nu. 11. & 26. vol. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 18. num. 26. & alij* tenent iuriſdictionem cenſeri conceſſam reſpectu aliorum magiſtratuum cumulatiuè authoritate *l. 2. § poſt alios 28. ff. de orig. Iuris l. nec quicquam 9. ff. de offic. proconſul. lib. 1. C. de offic. præf. Vrbis l. vl. C. de Iuriſd. omn. iudic. Grattian. diſcept. 154 & 270.*

26 Nobis placet eſſe inſpicienda verba conceſſionis, nam ſi ex illis conſtet de priuatiua, vel cumulatiua non eſt aliud quærendum; conſtat de conceſſione priuatiuè facta ex verbis, & ex ſignis. Ex verbis ſi Princeps ponat in inueſtitura hæc verba: *Tibi Caio in terra Vallis iuriſdictionem, quã antea Io: Thomas in ea exercuit ita concedimus, vt deinceps tu excluſo Io: Thoma, eam in illa exercere poſſis Grammat. dec. 30. nu. 9. Capic. dec. 9. num. 15. Trentacinq. var. tit. de iuriſd. reſol. 1. nu. 2.*

27 Idem eſſe dicimus ſi Princeps accipienti certæ cuiuſdam cauſæ cognitionem his verbis committat: *Tibi Blaſio in Ciuitate N. de crimine adulterij à Meuio perpetrato, cognitionem ita concedimus, vt tu ſolus de eo crimine cognoſcere poſſis l. vlt. C. vbi Cauſ. fiſcal. cap. Paſtoralis de offic. ordin. c. venerabilis de ſentent. excommun. in 6. Menoch. de præſumpt. lib. 2. cap. 18. num. 13. Bocer. de iuriſd. cap. 8. nu. 36.*

num.36. Maximè exiſtente clauſula irritatiua, & annullatiua in contrarium Capic.deciſ.9. Franch. dec.417. Giarba conſ.59. & 62. Capibl. de baron. tom.1. in pragm.8. par.1. nu.113. & tom.2. cap.37. nu.25. Reg. Tap. deciſ. Senat. Ital.3. Cum particula ſolus vim, & naturam excludendi, & adſtringendi habeat l. vl. C. de legib. l. ob as 12. vbi gl. C. de præd. & alijs reb. minor.

28 Aliud tamen eſſe dicit Iaſ. in l.2. in princ. num. 11. ff. de vulg. & pupill. in caſu, quo Iuriſdictio alicui magiſtratui ex conſuetudine, vel præſcriptione competit l. viros C. de diuerſ. offic. lib.12. c. 1. de conſtit. in 6. Treatacinq. var. d. reſol.1. tit. de Iuriſd. nu.2. verſ. ideò eſt quia hoc caſu Princeps iuriſdictionem alterius Magiſtratus ignorare potuit ex particula ſolus non neceſſario inferri poſſe videtur Principem accipienti iuriſdictionem in præiudicium alterius Magiſtratus priuatiuè concedere voluiſſe.

29 Ex ſignis conſtat, & ex coniecturis Principẽ conceſſiſſe Iuriſdictionem priuatiuè. Primo quidem dominus concedit ſpecialem iuriſdictionem alicui Magiſtratui, tanquam Superiori iudicis Vniuerſalis, puta ſi concedat iuriſdictionem alicui cognoſcendi de cauſis nullitatum, & appellationum à ſententijs latis per ipſos Iudices Vniuerſales, nam tunc hæc cognitio nullitatum, & appellationum eſt conceſſa priuatiuè ad dictos Iudices ordinarios Vniuerſales Menoch. d. præſ. 18. num.10.

30 Secundo. Si magiſtratui noun concedatur Iuriſdictio diſcretiuè, putà ſi caueatur ſtatuto, quod omnia inſtrumenta contractuum inſinuentur, & creetur iudex, qui de cauſis inſinuationum cognoſcat, & iudicet, & quando diſtributæ ſunt cauſæ, nam tunc huiuſmodi iuriſdictio conceſſa dicitur priuatiuè Menoch. præſ.18. nu.12. Schrad. de feud. par.10. ſect.1. num.126. in fine Trentacinq. var. lib.1. tit. de iuriſd. an.2. poſt alios Andreol. contr.321. num.9.

31 Tertio. Si taxatiuè alicui Magiſtratui conceſſa ſit Iuriſdictio, putà ſi ſtatuto indictum ſit, vt talis ſolus, ſolum, vel dumtaxat de hac vel illa cauſa iudicet l. viros 8. C. de diuerſ. offic. l. vl. C. vbi Cauſ. fiſcal. Tuſc. lit. I. concluſ.556. nu.10. & ſeqq. Ripa de peſte cap.4. nu.62. Menoch. d. præſ.18. num. 13. vbi limitat, & nu.14. Schrad. de feudis d. ſect. 1. num.126. in med. Capibl. de baron. tom.2. cap.37. num.22. quamuis contra teneant Dec. conſ.3. Menoch. ſibi contrarius de arbitr. qu.40. nu.8. Brun. à ſole in locis commun. verb. Iuriſdictio nu.3. Crauett. conſ.71. nu.1. lib.2. Garz. de nobil. gl.1. num.5. verſ. facit Eſcob. de ratiocin. cap.7. & nu.44. Capibl. de baron. ſibi contrarius tom.1. in pragm.8. par.1. de baron. nu.114. vbi dicit ſolam clauſulam tantum, vel ſimilem non ſufficere. Intellige vt diximus ſup. verſ. aliud

32 Quartò. Si Princeps omnes Iuriſdictiones Titio, & in Titium conferat arg. §. ſed, & quod Principi placuit Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil. l.1. ff. de conſtit. Princip. Muſcorn. in tract. de feud. nu.55.

33 Quinto. Quando Iuriſdictio competens ordinario magiſtratui concedatur alteri iudici fauore perſonarum, vel alicuius artis, aut exercitij, putà ſi fauore Monachorum datus eſt ſpecialis Viſitator, nam tunc hic Viſitator præſumitur datus priuatiuè ad Iuriſdictionem Epiſcopi Menoch. d. præſ.18. nu.17. & ſeqq. Tuſc. lit. I. concluſ.556. nu. 20. & ſeqq. & nu.28. & ſeqq. Corn. conſ.30. nu.40. & ſeqq. lib.2. Crauett. conſ.411. an.34. Vel fauore alicuius artis, aut exercitij, puta Mercatorũ, ſcholarium, & ſimilium Aſſt. deciſ.41. Barboſ. in repert. verb. Iuriſdictio Iudicis orphanorum Gram. conſ. ciuil.66. & 108. Montan. de regal. §. poteſtas num.35. Franch. dec.417. & 723. Reg. Reuert. dec.526. Capibl. de baron. tom.1. par.1. in prag.8. num.127. & ſeqq. Quidquid contradixerint Guttier. pract. qu. 24. lib.3. Riminn. conſ.393. Rolan. conſ.80. lib.2. Auendan. de exequ. mandatis cap.19. Menoch. conſ. 604. Surd. conſ.152. vol.2. Roſental. de feud. cap.5. concluſ.5. an.1. Garz. de nobil. gl.1. n.5. & ſeqq. Rimin. conſ.715. nu.2. & ſeqq. vol.2. Ioſeph. Ludouic. concluſ.20. vbi ampliat, & limitat.

34 Sexto. Quando alteri iudici priuatiuè tantum cognoſcendi de minori ſumma, data eſt poteſtas, tunc maior de ea cognoſcere, & ſe intromittere non poteſt l.11. ff. de Iuriſd. Menoch. de arbitr. qu. 40. nu.7. & ſeqq.

35 Septimo. Si plures Iudices delegati ſint, vni committatur ſpecialiter expeditio alicuius cauſæ, tunc omnibus intelligitur quo ad illam cauſã derogatum Felin. in c. paſtoralis de offic. ordin. num. 2. in fine.

36 Octauo. Si duo, vel plures ſint ſpeciales indices, vnus ad Cauſas perſonarum priuilegiatarum, alter ad certam ſummam deputatus, tunc ſi cauſa perſonarum priuilegiatarum aſcendat tantum ad illam ſummam, ad quam alter iudex eſt deputatus, Iudex ratione perſonæ priuilegiatæ alteri præfertur Bal. in l. vn. §. vbi C. de caduc. toll. vbi deciſum refert Tuſc. vbi etiã deciſum refert pract. concluſ. lit. I. concluſ.556. nu.21. & 27.

37 Nono. Si plures habeant Iuriſdictionem vniuerſalem, & vni concedatur iuriſdictio in certa ſpecie earum contenta ſub genere, tunc is, qui habet iuriſdictionem in certa aliqua ſpecie cenſetur eam habere priuatiuè ad reliquos generalem iuriſdictionem habentes Felin. in d. cap. paſtoralis nu.2. lim.4. Ludouic. concluſ.20. verſ.6. fallit Surd. conſ.56. nu.10. 28. & ſeqq. Capic. dec.9. nu.25 Gratian. dec.145. nu.4. & 5. Treatacinq. var. lib.1. reſolut.1. de Iuriſd. nu.2. Ruginell. pract. qq. cap.43. nu.4. & 7. poſt alios Andreol. contr.321. nu.8. Idẽ eſt ſi alicui in illa terra concedatur aliqua iuriſdictio non conceſſa alteri, vel non ſolita concedi Capiblanc. de baron. tom.1. in pragm.8. par.1. n.126

38 Decimo. Prælati regulares habent iuriſdictionem in Monachos ad Epiſcopum priuatiuè Felin. d. cap. paſtorales nu.4. concil. Trid. ſeſſ.6. cap.3. Put. dec.239. alias 238. in nou. lib.3. Menoch. de præſ. lib.2. præſ.18. nu.22. Caned. ad decretal. coll. 87. nu.4. verſ.2. Tamburr. de iure Abbatum.

39 11. Si Iudex datus eſt in vna parte territorij tunc is in illa parte, ad ordinarium habet iuriſdictionem priuatiuè Tuſc. d. lit.2. concluſ.556. num. 16. & ſeqq.

40 12. Quando ſpecialiter aliquæ cauſæ, quæ aliàs iudici inferiori habenti generalem iuriſdictionẽ competerent, committuntur iudicibus maioribus, ſemper illis priuatiuè iuriſdictio conceſſa

intelligitur *Bal. in l. 1. nu. 1. ff. de offic. conſul. Gram. dec. 30. nu. 12. Surd. conſ. 56. nu. 7. & 8. Crauett. conſ. 411. nu. 31. & 33. Menoch. conſ. 479. num. 8. Rugi-nell. pract. qq. cap. 43. num. 7. Andreol. contr. 321. num. 10.*

41 Dicitur conceſſa cumulatiuè pluribus modis. Primo quando Princeps, vel lex eodem tempore contulit iuriſdictionem vniuerſalem duobus magiſtratibus, & iudicibus *Menoch. dicta praeſ. 18. num. 8.*

42 Secundo. Quando alicui ex conſuetudine cõpetit iuriſdictio, tunc illa non dicitur ſublata per conceſſionem taxatiuè alteri indè factam, putà ſi extet ſtatutum, vt Rector gymnaſij cognoſcat de Cauſis ſcholarium, & deinde ſtatuto caueatur, quod ſcholares conueniri poſſint ſub Epiſcopo tantum *Tuſc. d. concluſ. 556. nu. 13. & ſeqq. Menoc. d. praeſ. 18. nu. 14.*

43 Tertiò. Si duobus ordinarijs ſtatuto, vel conſuetudine ſit conceſſa clauſula adiecta ambobus, vel alteri eorum *Beren. conſ. 22. Menoch. d. praeſ. 18. num. 25.*

44 Quarto. Si alicui Magiſtratui iam creato, & conſtituto detur à lege, vel Principe Vicarius, vel Aſſeſſor, qui de certis cauſis cognoſcere, & iudicare poſſit, nam tunc hic Vicarius, vel aſſeſſor Iuriſdictionem non priuatiuè, ſed cumulatiuè ſibi conceſſam habet *Menoch. d. praeſ. 18. num. 19. Pariſ. conſ. 9. nu. 11. lib. 4.*

45 Quinto. Iura ſeruitutis, puta ius venandi, piſcandi, paſcendi in alieno fundo, etiam cumulatiuè, & non priuatiuè conceſſa videtur *Koppen. dec. 15. nu. 9. & ſeqq.*

46 Ædiles habent cognitionem cumulatiuè, non priuatiuè ad ordinarium *Garz. de nobil. gl. 1. nu. 5. Mexia de taxa panis conclu. 4. num. 13.* videndus *Reg. Sanfel. dec. 290.* de iuriſdictione criminali ſublata Dom. Electis huius Ciuit. Neap. *per prag. 43. de annona* differit *D. Conſ. Rocc. de offic. tit. de Annonæ praefecto §. 7.*

47 Quando Iuriſdictio delegata cenſeatur priuatiuè, vel cumulatiuè conceſſa his terminis dicunt *Tuſc. d. concluſ. 556. nu. 34. & ſeqq. Menoch. d. praeſ. 18. nu. 22. & ſeqq. Surd. conſ. 56. num. 9. lib. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Delegatus non poteſt ſubdelegare, & nu. 2. tam in Cauſis ciuilibus quam Criminalibus nu. 3. etiam de conſenſu partium nu. 4. vbi ampliationes à nu. 5. ad num. 16.*

17 *Ordinarius, vel delegatus à Principe poteſt ſubdelegare.*

18 *Quid ſi ſit induſtria perſonæ electa an poſſit ſubdelegare, & quando dicatur electa induſtria perſonæ & à nu. 19. ad nu. 30.*

31 *Vicarius an poſſit facere alium Vicarium?*

32 *An Vicerex poſſit creare Locumtenentem? & num. 33.*

34 *Qui alij poſſint, vel non poſſint ſubdelegare? & à num. 35. ad num. 52.*

Delegatus, an & quando poſſit ſubdelegare?

QVÆSTIO IV.

1 PRæcognitis *ſup. poſitis* regula eſt, Delegatum non poſſe ſubdelegare *Bal. in l. more maiorum n. 2. ff. de Iuriſd. omn. iudic. Paul. de Caſtr. in l. a Iudice nu. 1. Alex. nu. 5. C. de Iudic. Rot. dec. 8.* alias 258. *nu. 2. de offic. deleg. in nou. Caſal. conſ. 1. nu. 31. Capic. dec. 151. nu. 6. Scialoya de foro comp. cap. 51. nu. 47. Obrect. de Iuriſd. lib. 4. cap. 2. nu. 14. & ſeqq. Soar. in*
2 *praxi tom. 1. pag. 1. temp. 6. nu. 18.* Ratio eſt quia delegatus nullam propriam habet iuriſdictionẽ, ſed fungitur munere iudicis delegãtis, & propterea vti in re aliena, non debet poſſe aliud, quam id quod ſibi commiſſum eſt *Iaſ. in d. l. a iudice C. de iudic. Maſtrill. de magiſtr. lib. 5. cap. 5. nu. 4. Iannin. de citat. real. lib. 1. cap. 1. nu. 467. Menoch. conſ. 263. nu. 15. Burg. cn. 71. nu. 6. Obrect. vbi ſup.* Et ſi delegatus excedat fines mandati omnia nulla facit *Pariſ conſ. 51. num. 43. & ſeqq. vol. 4. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. nu. 3. in fine Guazzin. defenſ. 1. cap. 1. nu. 12. Barboſ. in repertor.* verb. *delegatus Rota poſt Poſtium de manut. dec. 61.*

3 Extende, vt concluſio procedat non ſolum in cauſis criminalibus in quibus delegatus non poteſt ſubdelegare *Clar. qu. 41. nu. 2.* dicemus *infra* ſed etiam ciuilibus *Paul. de Caſtr. in l. iudices ſub nu. 5. Cod. de fide inſtrum.*

4 Extende 2. Vt habeat locum etiam ſi ſubdelegaret de conſenſu partium, quia pactum priuatorum iuri publico officere non poteſt *cap. ſi diligenti de foro compet. l. penul. ff. de iudic. Rot. dec. 8.* alias 258. *nu. 1. de offic. deleg. in nou. Seuerol. in tract. de remiſſ. cap. 32. nu. 1. & 2.* latè *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 676. & ſeqq.* vbi reſpondet contrarijs *Marant. in ſpec. p. 4. diſt. 5. num. 25. Decian. lib. 4. cap. 25. nu. 38. Guazz. defenſ. 1. cap. 1. nu. 16. & 17.*

5 Extende 3. Vt habeat locum etiam in delegato ab ordinario *Rot. dec. 3.* alias 168. & ibi *add. & dec. 8. n. 2. de offic. deleg. in nouiſ. Put. dec. 169. nu. 1. 2. & 3. lib. 1. Pariſ. conſ. 83. ſub nu. 15. lib. 1. Seuerol. de remiſſ. cap. 32. ſub nu. 2.* Verum exten-
6 ſio non procedit quo ad nudum miniſterium, ſeu nudam examinationem teſtium, nam delegatus, examinatis articulis, & interrogatorijs, & exceptionibus diſcuſſis, & receptis teſtium iuramentis, poteſt ſubdelegare nudam examinationem *Rot. dec. 7. de offic. deleg. in nou. Abb. in cap. ſuper quæſtionum nu. 4. & 9. de offic. & poteſt. iud. deleg. & in c. cum bertoldus nu. 27. in fine de ſent. & re iudic. Seuerol. de remiſſ. cap. 32. nu. 5. 6.*

7 Subextende iſtam tertiam extenſionem, vt procedat etiam ſi delegans eſſet delegatus ad totam cauſam, quia adhuc non poſſet ſubdelegare vnũ articulum illius cauſæ, ſeu receptionem teſtium ſecundum communem opinionem, de qua teſtantur *Alex. in d. l. a iudice ſub nu. 10. Iaſ. ſub nu. 10. C. de iudic. Rot. dec. 8.* alias 258. *nu. 2. de offic. deleg. in nou. & dec. 3.* alias 168. *eod. tit. Scacc. d. c. 9. n. 684.*

8 Exten-

8 Extende 4. Vt habeat locum etiam in ſubdelegato à delegato Principis, quia ſubdelegatus non poteſt alteri ſubdelegare *Innoc. in c. cum bertoldus nu. 4. de ſent. & re iudic. Rot. dec. 8. nu. 2. & 3. de offic. deleg. in nou. Seuerol. de remiſſ. cap. 32. nu. 1. & 2. Guazz. defen. ſ. 1. cap. 1. nu. 17.* dicemus *infra.*

9 Sed extenſio hæc ſubreſtringitur, vt non habeat locum, quo ad nudum miniſterium examinandi, & ſcribendi, quia ſubdelegatus Papæ poteſt illud ſubdelegare *Innoc. in d. cap. cum Bertoldus nu. 3. de ſent. & re iudic.*

10 Extende 5. Vt habeat locum etiam in Principis delegato, cui commiſſum eſt nudum miniſterium examinationis, vt puta, quia receptis teſtiũ, iuramentis examinatis articulis, ſuper quibus producuntur, & interrogatorijs ſecundum quæ debet fieri examinario Papa committit id alicui expediendum, nam iſte non eſt Iudex, nec propriè receptor teſtium, ſed potius examinator *gl. in clem. vnic. in* verb. *iudices de offic. deleg. Rot. dec.* 18. alias 443. *ſub nu. 2. de conceſſ. preb. in nou. Seuerol. de remiſſ. cap. 32. nu. 7. Scacc. d. cap. 9. nu. 688. & ſeqq.*

11 Ex quo infertur quod notarius deputatus ad examinandum aliquem, hoc eſt ad ſcribendum atteſtationes, non poteſt alium ſubſtituere, quia Notarius eligitur ad nudum miniſterium, & non ad actus iuriſdictionales *Scacc. vbi ſup. num. 689. Michael. Ferrer. 3. p. obſeruat. cap. 282. Ripoll. var. cap. 3. num. 106.*

12 Declaratur tamen extenſio, vt non ſit vera quando delegato Principis eſſet commiſſa receptio teſtium, hoc eſt iuramentum teſtium, cum facultate cognoſcendi, & reſecandi articulos, & interrogatoria impertinentia, cum coertione teſtium, quia poſſet alteri ſubdelegari ex quo eſt Iudex *Scacc. d. cap. 9. nu. 690. & ſeqq.* vbi referendo contrarios DD. pro concordia diſtinguit duos caſus, Primum in Cauſis Ciuilibus, & hoc caſu delegatus poteſt ſubdelegare. Secundum in cauſis criminalibus, & hoc caſu delegatus etiam à Principe non poteſt alteri committere receptionem teſtium *Scacc. d. cap. 9. num. 692. & ſeqq.* vbi explicat *Guazzin. defenſ. 13. cap. 11. nu. 4. in fine.*

13 Extende 6. Vt habeat locum etiam in Commiſſario, ſeu Vicario, aut alio delegato Inquiſitoris, quia non poſſet delegare receptionem teſtiũ *Eymer. in direct. inquiſ. par. 3. qu. 15. nu. 2.* etiam ſi delegatus Principis dediſſet expreſſam poteſtatem ſubdelegato iterum ſubdelegandi, quia ſubdelegatus adhuc non poſſet ſubdelegare, bene *Scacc. d. cap. 9. nu. 697. & ſeqq.*

14 Quod eſt intelligendum procedere in terminis, quibus loquitur, videlicet in delegato Principis, ſecus in iudice ordinario, quia is poteſt delegare cum facultate, vt delegatus poſſit iterum ſubdelegare *gl. vlt. in cap. 15. in verb. per alium de offic. & poteſt. iudic. deleg. in 6. Caputaq. dec. 167. nu. 2. par. 1. Alex. conſ. 157. nu. 11. lib. 2. Scacc. d. cap. 9. nu. 706. & ſeqq.* vbi declarat.

15 Extende 7. Vt habeat locum in quolibet Iudice, Commiſſario, Vicario, ſeu delegato, cuius induſtria eſſet electa, quia is non poſſet vllo modo alteri delegare *Sanch. de matr. lib. 3. diſp. 7. nu. 28. Barboſ. in cap. vlt. num. 3. & ſeqq. de offic. deleg. Scacc. d. cap. 9. nu. 691. & 709. Guazz. defenſ. 13. cap. 11.* dicemus *infra.*

16 Limita regulã poſitam pluribus modis Primo vt licet delegatus inferioris à Principe non poſſit ſubdelegare, poterit tamen ſi adhoc habeat ſpeciale mandatum *Maranta de ordine iudic. p. 4. diſt. 5. nu. 63. Caputaq. dec. 167. nu. 2. par. 1. Azeued. ad rub. tit. 9. nu. 14. & 19. lib. 3. nouæ recopil. Vgolin. de Cenſuris tab. 1. cap. 8. nu. 3. Sbrozz. de Vicar. lib. 2. qu. 66. num. 23. Merla in emporio Iuris par. 1. tit. 2. qu. 10. num. 9. Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 31. num. 6. & ſeqq. Miranda de ordine iudic. qu. 2. art. 11. concluſ. 2.*

17 Secundo. In delegato à Principe, vel in Iudice ordinario, nam ille poteſt alteri cauſam cognoſcendam demandare *l. cum prætor ff. de iudic. l. à iudice C. eodem tit. cap. paſtoralis cap. fin. in princ. c. quamuis de offic. deleg. cap. cauſam, quæ de appell. Rot. deciſ. 164. de offic. leg. in nou. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 9. nu. 673. & 632. & ſeqq. & 710 & 715. Rum conſ. 138. nu. 2. vol. 5. Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. c. 4. nu. 254. Scialoja de foro compet. cap. 51. nu. 45. Iannin. de citat. reali lib. 1. cap. 1. nu. 424. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. nu. 4. Caualc. de brach. reg. par. 1. nu. 269. Magon. dec. Luc. 9. nu. 1. Burg. de modo proced. ex abrupt. qu. 68. num. 2. Garz. de benefic. par. 6. cap. 2. nu. 23. Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 54. nu. 136. & in cap. paſtoralis 28. nu. 2. de offic. deleg.* poſt *Poſthium de manut. dec. 198. n. 5. Piaſec. in praxi par. 2. cap. 4. nu. 7. Ripoll. var. cap. 1. num. 421. & ſeq. Obrecht. de Iuriſd. d. lib. 4. cap. 2. nu. 19. & cap. 3. nu. 22. & ſeqq.* Cum delegatus Principis ſit ordinarius *Gratian. diſcept. 738. nu. 8.*

18 Et multoties etiam Principis delegatus alteri ſubdelegare nequibit, puta ſi cauſa eidem per verbum *mandamus*, vel *præcipimus* foret ab ipſo Principe commiſſa, quo caſu eandem alteri non ſubdelegabit *gl. in l. ſæpè audio ff. de offic. præſ. Bal. in Spec. de iudic. deleg. in fine* verſ. *quando eſt præceptum Alex. in l. & quia ff. de iuriſd. omn. iudic. Scacc. d. cap. 9. nu. 723.* qui idem eſſe dicit ſi cauſa ſit commiſſa per legem ſcriptam, vel ab ipſo Principe, per conſtitutionem, ſecus tamen ſi viua voce ſine conſtitutione, ſeu lege ſcripta fuerit commiſſa *Obrecht. d. cap. 2. nu. 29. & ſeqq.*

19 Ex quibus infertur quod arbitri electi ex diſpoſitione iuris communis vt *in cap. ſuſpicionis de offic. & poteſt. iudic. deleg. cap. ab arbitris eodem tit. in 6. & in l. cum ſpecialis C. de iudic.* ſeu ex diſpoſitione ſtatutorum, non poſſunt delegare cauſas etiam ſi eſſent impediti, quia cauſæ redirent cõmittendæ alteri *Scac. d. c. 9. nu. 724.*

20 Vel ſi dictum fuiſſet, quod cauſam eandẽ ipſe delegatus cognoſcere deberet, quoniam per illud verbum *deberet* videtur eidem delegato neceſſitas impoſita cauſam per ſe ipſum cognoſcendi *cap. 1. ut Eccleſ. benefic. l. prætor in princ. ff. de edend. clem. 3. & ibi gl. in* verb. *debet de ſtat. monac. Cephal. conſ. 509. nu. 34. Franch. dec. 639. nu. 6. Rol. conſ. 80. nu. 55. vol. 3. Aldouin. conſ. 40. nu. 22. Magon. dec. Flor. 7. nu. 10. Menoch. conſ. 523. nu. 1. Tuſc. lit. D. concl. 262. Merlin. dec. 41. num. 4. dec. 46. num. 3. dec. 825. num. 3. Gallia conſ. 114. num. 54. Guttier. de matrim. cap. 79. nu. 14. Catal. de indult. cap. 19. nu. 61. Marescott.*

reſcott.lib.2.reſolut.29.nu.10.Giurba ſuper conſuet. Meſſan.cap.1.gl.12.par.1.nu.4.& alij paſſim.

21 Vel dictum fuiſſet.*ſuper quo conſcientiam tuam oneramus &c.* quia, & tunc ſubdelegatio videtur prohibita,& electa induſtria perſonæ *Spec.de offic. deleg.verſ.item quod iniunctum eſt Ricc.p.1.reſ.106 Menoch.de arbitr.lib.1.qu.68.nu.12. & lib.2. de præſ.21.nu.12.P.Sanchez de matr.lib.8. diſput.27. nu.43.Io:Franc.Leo in theſ.fori Eccleſ.par.1.c.15. nu.49.& par.2.cap.2.nu.16.Maria de clauſ.par.1. clauſ.253.nu.1.Marcheſ.de commiſſ.p.1. pag.256. nu.89.*Quamuis contra teneant *Gemmnſ.in praxi cap.85.nu.5.Fr.Emanuel.qq.regular.tom.2. q.119. art.fin.*verſ.vltimo *Nauar.in conſ.2. ſub tit.de off. deleg.in antiq.*

22 Aut fuiſſet dictum quod, *per ſe ipſum cognoſceret Abb.in cap.fin.de offic. deleg.* poſt omnes has limitationes *Obrect.de iuriſd.lib.4.cap.2.num.2.& ſeqq.Capyc.dec.151.nu.6.Fr Aler ad Maranta d.diſt. 5.nu.27.* licet contra etiam teneat *Aſin. in praxi §.25.nu.18.Cauall.qu.387.& 770.*

23 Et regula generalis eſt,quod vbicumq;ex verbis commiſſionis,vel alijs deprehendi poſſit, electam fuiſſe perſonæ induſtriam, prout eſt quando dicitur,*de induſtria, & circumſpectione tua confidentes,per Apoſtolica ſcripta mandamus &c. Mil. in repert.* verb. *mandatum an tranſeat* diximus *ſup.Antonell.de regim.Eccleſ.lib.5.cap.9.nu.7. Capic: dec. 151 nu.6.Ricc.dec.270. par.1.* vel quando nego-

24 tium commiſſum eſt grauiſſimum, & concernens publicam vtilitatem *Ricc.par.6.reſol.106.* vbi dicit non poſſe Commiſſarios Apoſtolicos quibus litteræ,*ſi in euidentem*, diriguntur,vices ſuas alteri demandare,Eadem ratione cauſa matrimonialis ſubdelegari non poteſt *Idem Ricc. tom.4. reſ. 270.Sbrozz.de offic.Vicar.lib.2.qu.43.nu.11.*Aut

25 diceretur,*authoritate noſtra cognoſcat*, vel *per te cognoſcas Capic.dec.151.nu.6.Maria de clauſ.p.1. clauſ.186.num.8. P.Barboſ. in l.cum prætor 12. in princ.nu.33.ff.de iudic.Marcheſ.de commiſſ par.1. pag.64.nu.266.& pag.802.num.325. & pag.416. num.204.*

26 Et regulariter eſt in cauſis criminalibus, in quibus cenſetur electa induſtria perſonæ ipſius delegati,nam non poteſt ſubdelegare *Menoch. de præſ.lib.2.præſ.21.nu.3.& ſeqq. Aſin. in pract.§.7. cap.5.lim.6.nu.10.Tuſc.lit.I. concluſ.105. num.2. & 106.nu.1.Prob.de iure regal.qu.38.nu.3.Porr.in ſchol.ad Ambroſ.de proceſſ.inform.lib.4. cap 9.nu.5. Mſing.cent.3.obſ.41.Burg.qu.68.nu.15.Guazzin. defenſ.13.cap.11.nu.2.*maximè ſi concernant merum,& mixtum imperium de iure ciuili,ſecus de iure Canonico *Decian. tract.crim. lib.4. cap.25. Guazzin.defenſ.11.cap.1 nu.14.*licet nec de iure canonico dicat *Menoch.de arbitr. caſ.54. num.9. Farinac.qu.77.nu.150.& ſeqq.* vbi dicit hoc procedere etiam in Delegato à Pontifice,& *nu.152.* vbi propriè loquitur in criminalibus cauſis,& in *conſ.83.nu.8.*vbi de veriori, & ſeruata opinione *Burg.de modo proced.ex abrupt. quæſt.68.* vbi dicit in commiſſione procedendi ex abrupto,& diſpẽſatiuo modo,cenſeri electam induſtriam perſonæ.

27 Et eo magis eſt dicendum, cum dicta commiſſio ſoleat expediri per verba perſonalitatem reſpicientia,nempe: *habito reſpectu ad qualitatem, & induſtriam ſuæ perſonæ*,vel per verba : *confiſi de ſua ſcientia,probitate,& legalitate*, vel per alia ſimilia verba, etiam geminata, & ſic nullo modo poteſt concedi ſubdelegatio *Alex. conſ.45. nu.9. vol.6.Campeg.de teſtibus reg.430.Menoch.præſ.21. nu.6.lib.2.Farinac.d.conſ.83. num.8. Canalc. de brach.reg.par.1.nu.269.Burg.d.qu.68.nu 16.*

28 Cum tunc dicatur electa induſtria perſonæ *Rimmin.conſ.306.nu.12.& ſeqq.Decian.tract.crim. lib.4.cap.25.nu.38.Tuſc.lit. concluſ.105.num.17. Gram.in cap.regni Neapol.ſi cum ſceleratis num.2.& ſeqq.*& diximus *ſup.Burg.de modo proced.ex abrupt. qu.68.num.16.*

29 Multæ tamen ſunt cauſæ, in quibus merum, & mixtum imperium poteſt ſubdelegari,quas refert *Iannin.de citat.real.lib.1.cap.1. nu.1035.& ſeqq.*Quid ſit merum imperium,& mixtum imperium docent *DD.in l. imperium ff.de Iuriſd.omnium iudic.Obrect.de Iuriſd.lib.2.cap.1. & alibi Fachin. lib.9.contr.94.95.99.Capibl.de baron.tom.2.c.36.* Quid ſit iuriſdictio.*Idem Fachin. qu.96. Iannin. de citat.real.lib.1.cap.1.nu.1020.& ſeqq.*

30 Ac indubio eſt facienda interpretatio, vt dicatur electa induſtria perſonæ *Tuſc. concluſ.106. in fin. lit.I. Rodulphin. in tract. quibus mod.ordin. offic.deleg.nu.54.Farinac.qu.77.nu.150.Macerat. var.lib.1.reſol.16.nu.5.& reſol.89.nu.5. Guazzin. defenſ.13. cap.11. num.4. idem Farinac.in fragm. crim.lit.D.nu.65.et ſeqq.Burg.qu.68.nu.16.& ſeqq* vbi *nu.18.*dicit procedere etiam partibus conſẽtientibus *Burg.ibid.* qui diſputat an poteſtas procedendi ex abrupto alicui demandata poſſit per eum alteri delegari, & concludit quod non. Primò quia iuriſdictio ex abrupto, & diſpenſatiuè procedendi procedit de plenitudine poteſtatis ſupremæ Principi reſeruata. Secundo quia dicta poteſtas præſumitur in delegatum communicata præceptiuè,& coactiuè, & ſic eſt indelegabilis 3. quia facultas procedendi in criminalibus ex abrupto maximi eſt ponderis, cum agatur de cauſa maximi,& ardui præiudicij 4.quia dicta poteſtas ſolet per litteras Proregis diſpenſatiuas, cum clauſula perſonalitatem ſignificante, & ſic eſt indelegabilis.

31 Illa ratione,quod vbi eſt electa induſtria perſonæ non poteſt ſubdelegari, eadem ratione Vicarius non poteſt facere alium Vicarium *Capyc. dec.151.*diximus *hic infra nu.39.* & Locumtenẽs non poteſt creare alium locumtenentem *Boer. deciſ.152. Viſcont. concluſ.iur.* verb.*Locumtenens* Cum ſolus Princeps Vicarium creare poſſit, & non alius magiſtratus *lib.1. §. à Præfecto ff.de leg.3.§.nulli Auth.de defenſ.Ciuit. §. eos Auth.de mandat.Princ.Surg.de Neapol. illuſtr. lib.1.cap.25. in fine*,vbi etiam *Mutini frater in addit.fol.444.*

32 Ex his ſurgit difficultas, ſi Vicerex alicuius Regni,puta Neapolis, poſſit ex cauſa creare locumtenentem puta in caſu mortis, abſentiæ perpetuæ,& temporalis? Et videtur dicendum non poſſe,nam cum Prorex comparetur Proconſulibus,& Præſidibus Prouinciarum vt ex *Capyc.dec. 141. & ex Camer. in cap. imperialem fol.78. lit.O.* deduxit *Reg.Ponte de poteſt.Proregis tit.de aſſenſib. Reg.§.6. nu.2.* Sicut non poteſt Proconſul alteri ſuam poteſtatem delegare *ex l. ſolet ff. de offi.proconſul.Bal. in l.aliquando ff.de offic. Proconſul.* Ità

nec

nec Vicerex, cum ſolus Princeps creet Vicariū, vt diximus. Et licet Vicerex ſit Vicarius cum plenitudine poteſtatis, non tamen cenſentur illi communicata ea, quæ competunt inſignum ſupremæ poteſtatis, & iuriſdictionis *cap. quod translationem de offic. leg. R. Ponte vbi ſup. tit. de abbundant. Ciuit. §. 1. nu. 16. & ſeqq. Reg. Tap. dec. Senat. Ital. 3. nu. 23.* Et licet in priuilegio adſit verbum: *alternos*, illud tamen eſt declaratum per Suam Maieſtatem operari vbi non eſt limitata poteſtas in inſtructionibus. Item illud fuit appoſitum non quod omnia poſſint, quæ Rex poteſt, ſed vt ſubditi eum reuereantur, ad quod faciunt tradita per *Maſtrill. de magiſtr. lib. 5. cap. 6. nu. 166. Tap. d. dec. 3. nu. 22. & 23.*

33 Sed quod Vicerex poſſit creare Locumtenentem facit, quod licet vera ſit concluſio in genere ſumpta, quod non poſſit locumtenentem creare cum ſibi tradita poteſtate, hæc tamen limitatur, quando ex cauſa, & ad modicum tempus creatur *gl. in clem. 1. verb. locum el 2, de regul.* nam quamuis in huiuſmodi dignitatibus ſit electa induſtria perſonę *Capic. dec. 151.* admittitur tamen cauſa infirmitatis, & abſentiæ, cum ex ea recedatur à regulis iuris *Reg. Ponte vbi ſup. §. 6. nu. 8.* & ita ſeruatum refert pluribus vicibus ſucceſſiuis temporibus in Viceregibus Neapolis, Siciliæ, & Status Mediolani, tam in caſu abſentiæ animo redeundi, quam perpetua, quam infirmitatis *R. Tap. dec. 9. Senat. Ital. R. Rouit. in pragm 2. de adminiſtr. & quod ipſimet ſeruant* vbi *nu. 5.* dicit non poſſe Viceregem locumtenentem creare ſine cauſa ex *Capic. dec. 151. in 1. dub.*

34 Intellige vt ad *ſup. poſita* redeamus de delegato à Principe Supremo, aut Superiorem de facto, vel de iure non recognoſcente, & cuius conſtitutio ius ciuile non autem prætorium conſtituit *Bar. in l. 4. §. 1. in fin. & ibi Imol. ff. de damn.*
35 *inſect.* Vnde delegati ab Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, Marchionibus, & ſimilibus, non ſubdelegabunt, cum delegantes primi ius prætorium non ciuile conſtituant *Bar. in l. ſciendum ff. de verb. obligat. & in l. fin. ff. de pœnis Iaſ. in l. a iudice ſub num. 11. lim. 3. C. de iudic. Scac. de Iudic. lib. 2. cap. 9. nu. 722.*

36 Verum delegatus Legati à latere, ſeu Cardinalis ad inſtar legati Proconſulis ſubdelegabit *l. cum prætor ff. iudic. l. legatus,* ſecundum vnam lecturam *ff. de offic. Proconſul. Abb. in cap. cum Bertoldus col. 7. de re iudic. Bal. in l. à iudice C. de iudic. Guazzin. defenſ. 1. cap. 1. nu. 15. in fine Gratian. diſcept. 166. nu. 3.* Eo magis quia legati Sedis Apoſtolici ſunt Iudices ordinarij *Gutierr. qq. Canon. lib. 1. cap. 11. nu. 4. & ſeqq. Sanchez di matrim. lib. 3. diſp. 28. nu. 8. & lib. 8. diſp. 28. nu. 76. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 27. q. 5.* ſic etiam eorum Auditores *Gratian. diſcept. 738. nu. 7.*

37 Sic etiam ſi foret ad vniuerſitatem certarum cauſarum delegatus, aliquam ex illis alteri ſubdelegare poſſet *l. 1. §. fin. ff. quis, & a quo gl.* & ibi *Bar. & DD. in l. & quia ff. de Iuriſd. omn. Iudic. & in l. legatus de offic. procenſ. gl. in cap. cum cauſam de appell. Scac. de iudic. tom. 2. cap. 9. num. 718. Scialoya de foro comp. cap. 51. nu. 45. Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 5. cap. 8. nu. 1. Surd. de alim. tit. 4. qu. 25. nu. 13. Farinac. de delict. pag. 7. in fragm. lit. D. num. 72. Sanch. de matr lib. 3. diſput. 31. nu. 2. vbi num. 4.* declarat quando dicatur Vniuerſitas Cauſarum.

38 Secus ſi eſſet delegatus ad vnam cauſam, nam non poſſet ſubdelegare vnum articulum illius cauſæ poſt *Bar. Alex. Iaſ. Scac. vbi ſup. nu. 717. Obrect. d. cap. 2. nu. 24. & ſeqq. lib. 4.*

39 Ideo Vicarius Epiſcopi licet non poſſit alteri ſuas vices in totum committere, & alium facere Vicarium *Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 2. qu. 66. nu. 1. Hoſtienſ. in ſumma de offic. Vicar. §. fin. per tex. in cap. Clericos de off. Vicar. Bertach. de Epiſc. 7. p. nu. 2. Bal. in l. aliquando nu. 3. de off. proconſ. & leg. Felin. in c. g. perpetuus col. 1. de fide inſtr. Menchac. illuſtr. qu. 31. nu. 21. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 43. qu. 3. Zerol. in praxi par. 1.* verb. *Vicarius dub. 3.* poſt mille *Barboſ. in cap. 5. de off. Vicar. nu. 8*

Aliquas tamen cauſas, vel etiam certam illarū ſpeciem, puta cauſas temporales, ſpiritualibus ſibi retentis, committere, & demandare poterit *ca. Clericos de off. Vic. & cap. 1. eodem tit. in 6.* vbi *Barboſ. & DD. Rot. dec. 378. & 350. in non. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 7. nu. 21.*

40 Si etiam Vicarius ex magna cauſa abſens non ſæpæ, & pro modico tempore, aut ex neceſſaria cauſa poteſt alium Vicarium ſubſtituere *Conrad. in templo iudic. lib. 2. cap. 6. de Vicar §. 1. num. 9. Sbrozz. d. qu. 66. nu. 11. & 17. Zerola d.* verb. *Vicarius* verſ. *quartum dubium Barboſ. in d. c. 1. n. 8.*

41 Non tamen poteſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ſubdelegare vniuerſam ſuam delegationem, ſed vnam vel aliquas cauſas tantum, vt tenent *Garz. à Toled. dicto* 409. *Meroll. in theolog. moral. d. diſp. 7. cap. 4. nu. 45. Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 5. cap. 8. nu. 7.*

42 Et licet Delegatus Principis regulariter poſſit cauſas ſibi delegatas, etiam ſi criminales forēt, alteri ſubdelegare, vt *per gl.* communiter approbatam, & ibi *Paul. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. Boer. dec. 6. col. fin. Guid. Pap. dec. 624. Brunem. in d. l. 1. Cauall qu.* 387. loquens etiam de meri imperij cauſis. *& qu. 770. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. nu. 4. Menoch. de praeſ. lib. 2. praeſ. 21. nu. 1. Iannin. de cit. realis lib. 1. cap. 1. nu. 424. Mogon. dec. Lucenſ. 90. nu. 1. Farinac. in fragm. crim. lit. D. num. 65. & ſeqq. Guazzin. defenſ. 1. cap. 1. nu. 15. et 16.* licet in cauſis meri, & mixti imperij contra teneat *Menoch. de arbitr. cap. 54. Obrect. de iuriſd. lib. 4. cap. 5. nu. 39. 40.* maximè ſi ſit electa induſtria perſonæ *Brunem. in d. l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. poſt Scipio gentil. de iuriſd. lib. 3. cap. 29. & alios Capic. deciſ. 151. nu. 6. Eymer. direct. inquiſ. par. 3. qu. 15.* verſ. *reſpondemus,* & ibi *Pegna com. 61. §. ſed etiam Scac. de iudic. lib. 1. cap. 67. nu. 11.* qui tres vltimi loquuntur de Inquiſitoribus, vt poſſint tanquam delegati Principis, ſubdelegare *Thom. Triuiſ. dec. 66. nu. 4. & ſeqq. lib. 1.* qui dicit Inquiſitores poſſe etiam ſibi Vicarium, ſeu Commiſſarium ſubſtituere. Etiam ſi delegatio eſſet concepta cum clauſula: *per ſe cognoſcat Aſin. in pract. iudic. §. 25. num. 18. Burg. q. 68. nu. 4.*

43 Tamen ſubdelegatus eius (nè res vadat in infinitum) alteri ſub delegare non poterit *gl. magna in cap. ſuper quæſtionum §. porrò de offic. deleg. Abb. in cap. cum bertoldus col. 10. de re iudic. Rot. dec. 8.*

num.

num. 2. & 3. de offic. deleg. in nou. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 9. nu. 685. Obrecſt. de iuriſd. lib. 4. cap. 2. num. 23. Mutib. Steſan. de iuriſd. lib. 1. cap. 16. num. 66. Guazzin. d. cap. 1. nu. 17. poſt Vant. hic nu. 28. Sanch. de matr. lib. 3. diſput. 31. nu. 9.

44 Quòd procedit etiam in delegato ad vniuerſi-
tatem cauſarum *Squill. de priuil. Cleric. c. 2. nu. 31.*

45 Quæ concluſio procedit, quamuis ſubdelega-
tus habuiſſet poteſtatem à delegato ſubdelegan-
di, quia adhuc non poſſet *Scacc. d. cap. 9. nu. 698. &*
ſeqq. vbi contrarios refert, & confutat, & diximus
ſup. Et quamuis contrarium teneat *Squill. de pri-*
uil. Cleric. cap. 2. nu. 31. Tamen contra tenet *Guaz-*
zin. ad defenſ. reor. defenſ. 13. cap. 11. nu. 4. in fine
poſt *Vant. hic nu. 26. Meroll. diſp. 7. cap. 4. nu. 105.*
cum ſeqq. Caualc. de brach. reg. p. 1. nu. 233. vbi ſub-
dit, quod talis delegatus non poteſt ratificare
proceſſum factum à dicto ſubdelegato propter
defectum inſanabilem iuriſdictionis.

46 Quamuis ordinarius hoc poſſit facere, ſcil. de-
legato ſuo poteſtatem dare, vt cauſam alias dele-
gabilem alteri ſubdeleget, & in hoc eſt principis
delegatus inferioris conditionis, quam ordina-
rius *gloſ. fin. in cap. 15. cum de offic. delegat. in 6.*
DD. vbi *Fulgoſ. in l. more maiorum ff. de iuriſd. omn.*
iudic. Imol. in clem. 1. de offic. deleg. Alex. in rubr. de
off. eius Squill. de priuil. cleric. cap. 2. num. 22. & 23.
& licet contrà teneat *Obrecſt. de iuriſd. lib. 4. cap. 2.*
nu. 22. & ſeqq. Tamen opinionem contrariam eſ-
47 ſe communem dicunt *Merol. diſp. 7. cap. 4. nu. 71.*
& ſeqq. Muranta in praxi par. 4. diſt. 5. num. 63. qui
dicit quod ſi quis delegatus abſque facultate
ſubdelegandi deleget ſciente, & patiente ordina-
rio delegante, valet ſubdelegatio.

48 Et hæc omnia intelligenda ſunt procedere,
etiam quod coram ſubdelegato lis fuiſſet conte-
ſtata, quia alteri nihilominus, cauſam illam dele-
gare non poterit *l. ſoluitur iudicium ff. de iudic.*
Cyn. & alij in d. l. à iudice Guil. Bar. & alij commu-
niter in d. l. & quia. Quamuis *gl. in d. l. & quia, &*
49 *in l. fin. C. vbi & apud quos, & l. legatus de offic. pro-*
conſul. ad inſtar procuratoris, qui litem conteſta-
tus eſt, talem ſubdelegatum ſubdelegare poſſe
voluerit.

50 Verum in caſu, quo cauſa ſit ſubdelegata à de-
legato Principis, vel à delegato ad Vniuerſitatē
cauſarum, qui poſſunt ſubdelegare, vt *ſup.* dixi-
mus, tunc a ſententia ipſius ſubdelegati appella-
tur ad primum delegantem, & non ad ſubdelegā-
tem, quando ipſe ſubdelegans non delegauit to-
tam cauſam *cap. ſuper quæſtione §. porro* vbi *gloſ.*
Abb. & Barboſ. de offic. deleg. l. 1. §. 1. ff. qui, & a quo
51 *appell.* Secus ſi ſubdelegatus delegauit partem
cauſæ, quia tunc appellatur ad ſubdelegantem *l.*
l. 1. §. fin. C. qui pro ſua iuriſd. Maranta in ſpec. p. 4.
diſt. 3. nu. 28. & par. 6. act. 2. nu. 378. & 386. Me-
roll. in theolog. moral. lib. 3. diſp. 7. cap. 7. nu. 10. An-
tonell. de regim. Eccleſ. lib. 5. cap. 9. nu. 2. Brunneman.
in d. l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. verſ. ſed vbi.

52 Et in caſibus, in quibus cauſæ meri, & mixti
imperij poſſunt ſubdelegari, an ſubdelegatus poſ-
ſit vſq; ad vltimum ſupplicium procedere, contro-
uerſa res eſt. tamen communior videtur opinio,
quod non poſſit vt eſt videre apud *Caual. qq. com-*
mun. contra commun. qu. 421. Gratian. reg. 258. n. 2.
& ſeqq.

SVMMARIVM.

1 *Vt videatur ſi delegatio valeat, eſt inſpiciendum ſi cauſa delegata ſpectabat ad delegantem, et num. 2. 5.*

3 *Eſt inſpiciendum ſi ſpectabat tempore delegationis, nec ſufficit ſi ſuperueniat, et nu. 7.*

4 *Officialis prædeceſſor antequam nouus officialis capiat poſſeſſionem officij poteſt exercere.*

6 *Epiſcopus non poteſt exercere iuriſdictionem ante captam poſſeſſionem.*

8 *Publicè excommunicatus delegare non poteſt limitatio nu. 9. et 10.*

11 *Officialis ſucceſſor tenetur exequi iuſſiones factas ſuo prædeceſſori à Superioribus officialibus.*

13 *Subdelegare non poteſt, ſi iuriſdictio delegantis impedita, vel non dum tranſiſſet in eum, et num. 13. 21. 22.*

14 *Vel eſſet data ſub conditione, & conditio non eſſet adimpleta.*

15 *Vel ſubdelegaſſet antequam litteræ iuriſdictionales ſibi præſentarentur, & nu. 16.*

17 *Ante captam poſſeſſionem officij non poteſt ſubdelegare, & nu. 18. limitatio nu. 19.*

20 *Non conſtito de impedimento collegæ non poteſt alter collega cui fuit commiſſa cauſa cum clauſula,* quod ſi non omnes &c. *alteri delegare.*

23 *Exceptio impugnans poteſtatem delegantis coram ipſo Iudice eſt proponenda nec ante & n. 24.*

De Poteſtate Delegantis, & an & quando expiret eius authoritas?

QVÆSTIO V.

1 Ratione delegantis inſpiciendum eſt, nunquid tempore delegationis iuriſdictio ipſi deleganti actu, & potentia: ideſt an ipſe delegans tunc temporis cauſam, quem delegauit, libere cognoſcere, & terminare potuerit, quia inſpicimus, an delegans cognoſcere valuerit, vt ſic demum delegatio teneat inquit *tex. in l. vnic. in princ. C. qui pro ſua iuriſd. Molina tract. 5. de iuſtit. & in 16. nu. 3. Brunnem. in d. l. vnic. Salgad. de ſuppl. ad Sanctiſſ. par. 2. cap. 26.*
2 *& 46.* alias ſententia nulla eſt lata à delegato, quamuis partes nihil opponant, cum delegatorū poteſtas ex poteſtate delegantis dependeat *cap. ſanè 11. & cap. 29. de offic. deleg.* poſt *Bar. Brunnem. ibid. Parexa de inſtrum. edit. tit. 2. reſol. 5. nu. 35. & 36. & 37.* & poteſtas delegati ſit eadem, ac delegantis *cap. ſanè de offic. deleg. cum concord. Rota* poſt *Poſthium de manut. dec. 334. n. 20.*

3 Ideò antequam Proconſul ingrediatur Prouinciam, ſibi decretam, & iuret, ſi alteri ſubdeleget, talis ſubdelegatio non valet, quia delegans tempore illo cognoſcere non potuiſſet *l. obſeruare §. fin. ff. de offic. proconſul. Capic. dec. 151. nu. 7. Oliban. de iure fiſci cap. 6. nu. 17. Vinc. de Franch. dec. 393. nu. 3. & 4. Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. reg. §. 5. nu. 15. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 5. cap. 6. nu. 106. & ſeq.* loquens de Prorege, vt non habeat

iuriſ-

iuriſdictionem, niſi capiat poſſeſſionem, & iuret de bene, & fideliter adminiſtrando, maxime per verba ipſius priuilegij *Cancer. var. lib. 3. cap. 13. nu. 328. Scialoja de foro compet. cap. 33. num. 281. Reg. Capyc. Latr. dec. 154. num. 25. Reg. Reuert. deciſ. 236. & 462.* vbi *Reg. Marinis.*

4 Ideo officialis prædeceſſor antequam nouus officialis capiat poſſeſſionem officij, poteſt aliquẽ liberare, & decreta facere *Franc. d. dec. 393. Ponte de poteſt. Prorег. tit. 7. §. 6 nu. 15. R. Reuert. d. dec. 462.* vbi *Reg. Marin. & DD. ſup. tit. Reg. Rouit. conſ. 81. lib. 1.* vbi *noſtra addit.* vbi diſputauimus ſi poſſit D. Prorex poſt aduentum ſucceſſoris ante captam poſſeſſionem prouidere officia vacatura tẽpore poſſeſſionis noui Viceregis, & diximus non poſſe, addimus *D. Rocc. de offic. rub. 1. de offic. nu. 4.*

5 Et dum eſt inefficax iuriſdictio in delegante, erit eadem in delegato, quia partibus eius fungitur *l. ſolet ff. de iuriſd. omn. iudic. l. 1. §. qui mandatã ff. de offic. eius.*

6 Sic Epiſcopus non poteſt exercere iuriſdictionem ante captam corporalem poſſeſſionem Epiſcopatus *Squillant. de priuil. Cleric. cap. 2. num. 16. Barboſ. in l. diuortio par. 2. nu. 50. ff. ſolut. matr. Meroll. theolog. moral. tom. 3. diſput. 7. cap. 7. n. 326.* vbi dicit, non expirare poteſtatem Capituli Sede vacante, donec nouus prælatus ceperit poſſeſſionem poſt *Pauin. de poteſt. capit. p. 2. qu. 10. num. 10. Gratian. diſcept. 127. nu. 45.* Nec expirat iuriſdictio Vicarij Capitularis, donec Epiſcopus capiat poſſeſſionem, cum non ſufficiat electio, ac expeditio bullarum *D. Abb. Iuſtinian. in conſtit. Iuſtin. lib. 2. tit. 4. cap. 42. num. 30.* Sic pariter Archiepiſcopus acquirit iuriſdictionem poſt aſſumptionẽ pallij *Ventrigl. de Iuriſd. Archiep. cap. 20.*

7 Nec iuuaret, quod ex poſt facto eidem delegan ti ſuperuenerit poteſtas, & iuriſdictio, quoniã delegatio, & proceſſus illius vigore, illuc vſque facti, non validarentur, neque conualeſcerent, quia ipſa delegatio ex iure etiam ex cauſa de præterito ſuperueniente, prout ex nunc, non pro. vt ex tunc confirmaretur *per tex. gl. Bar. & Bal. in d. l. obſeruare §. fin. & gloſ. Bar. & Bal. in l. 1. C. vbi pro ſua iuriſd. Guid. Pap. dec. 286. Scialoya de foro comp. cap. 7. nu. 126. Intrigl. ſing. 80. nu. 24. & ſeqq. Ruginell. de appell. fol. 190. nu. 5. Tuſc. lit. I. concluſ. 435. nu. 3. Guazzin. defenſ. 1. cap. 1. nu. 27. Parexa de inſtr. edit. tit. 2. reſol. 5. num. 36.* diximus *in rubr. 9. qu. 14.*

Sed defenſor ſciat, quod ſi ſuperueniat commiſſio, vel præſentatio litterarum ad annullandum proceſſum iam fabricatum per delegatum, vt excipiat, & opponat de nullitate proceſſus, alias proceſſus valebit, vt dicit *Guid. Papa deciſ. 286. Burg. d. qu. 90. nu. 9. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 64. nu. 23. in fin. Guazz. defenſ. 13. cap. 2. nu. 15.* licet cõtra teneat poſt *Lopez. in l. 27. gl. 2. tit. 4. par. 3. in fine P. Molina de iuſtit. tract. 5. diſput. 16. nu. 3. Barboſ. in l. vnic. C. qui pro ſua iuriſd. num. 6. Farinac. dec. 9. nu. 4. par. 2. Parexa d. reſol. 5. nu. 37.* ea ratione quia cum tempore facti proceſſus iuriſdictionem non habeat, conſenſus partium illi iuriſdictionem conferre non poteſt *l. priuatorum cum concord. C. de Iuriſd. omn. iudic.* nec faciunt DD. ſup. citati in contrarium, nam omnes fundantur in doctrina *Guid. d. dec. 286.* & ille nil pro hac limitatione ad regulam dicit, & ſic ſi corruit fundamentum, corruit eorum authoritas.

8 Ideò ſi delegans tempore ſubdelegationis eſſet publice excommunicatus ſubdelegare non poſſet, cum exercitium ipſius iuriſdictionis videatur impeditum, pro vt tenet *gl. in cap. 1. de offic. Vicar. in 6. cap. ad probandum de re iudic. cap. aduerſus §. quin vero, & ibi gl. de immun. Eccleſ. Suarcin. in cap. ſacriſ. num. 280. de ſentent. excommun. Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 3. qu. 18. ſub num. 8. Ricciull. de iure perſon. lib. 4. cap. 19. nu. 4.*

9 Secus ſi excommunicaretur delegans poſt delegationem, cum adhuc habeat iuriſdictionem, licet eius exercitium tunc impediatur *gl. in cap. 1. de offic. Vicar. in 6. Iafred. dec. 365. incip. iuriſdict. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 41. nu. 270.* Niſi ſit delegatus purus articulus conſiſtens in executione facti tantum ſine iuriſdictione, nam ſuſpenſa per excommunicationem iuriſdictione delegantis, erit etiam ſuſpenſa poteſtas delegati *Ricciull. d. lib. 4. cap. 19. nu. 6.*

10 Et ſecus eſſet ſi non eſſet publicè excommunicatus, vel eſſet tolleratus, nam actus, & geſta per ipſum valerent *Vant. hic nu. 32.* diximus *rub. anteced. qu. 42.* ibi diſputauimus quando excommunicato Epiſcopo poſſit Vicarius exercere addimus videndum *Barboſ. in cap. 1. de offic. Vicar. in 6.*

11 Verum officialis ſucceſſor tenetur exequi iuſſiones factas ſuo prædeceſſori à ſuperioribus officialibus *§. & hoc verò iubemus Auth. vt null. iudic. Rouit. in prag. 2. nu. 3. de offic. iudic.*

12 Idem eſſet ſi aliquo quouis modo iuriſdictio delegantis tunc fuiſſet impedita, ſeu ſuſpenſa, putà per legitimam partis recuſationem, quia poſt illam delegatus non potuit ſubdelegare *cap. iudex ab apoſtolica de offic. deleg. in 6.* diximus *in rub. anteced. qu. 40. & ſeqq.* licèt ordinarius recuſatus alteri cauſam delegare poſſit *cap. cum ſpeciali de appell. cap. ſi quis contrà de foro compet.* diximus *d. qu.*

13 Idem eſſet ſi iuriſdictio efficaciter, non dum tranſiſſet, neque verè eſſet ipſi delegato ſubdelegare volenti quæſita, vt eſt exemplum in *d. cap. iudex iuncto cap. quamuis in fine de off. deleg. in 6.* vbi ad explicationem, ſi Iudex ſuſpectus delegare poſſit, & delegatus poſſit procedere, habetur quod aut non eſt propoſita recuſatio, & tunc in totum per eum facta commiſſio tenet, Aut eſt propoſita, ſed non dum pronunciatum ſuper ea, & tunc volente recuſatore, committere poteſt, alias non. Aut iam pronunciatum eſt, illum eſſe ſuſpectum, & tunc etiam volente recuſatore, committere nequit, & ad comprobationem omnium harum trium concluſionum ponit *DD. Barboſ. in d. cap. iudex à nu. 1. ad nu. 7.*

14 Vel ſi iuriſdictio eſſet data ſub conditione, nam non poteſt exerceri, niſi purificata conditione *Oltrad. conſ. 41. & 175. Put. dec. 419. nu. 1. Borrell. in ſumma dec. tit. 41. nu. 287. Rouit. conſ. 68. nu. 16. vol. 1. Marcheſan. de commiſſ. par. 2. fol. 534. nu. 3. Barboſ. in clauſ. 51.*

15 Vel ſi Iudex ſubdelegaſſet antequam litteræ iuriſdictionales ſibi præſentarentur, cum exercitium

tium non competat, antequam verè acquiratur iuriſdictio ante præſentationem illarum, per quã efficaciter ipſum exercitium tranſit, & geſta per prius non tenent *cap. ſuper eo el 2. in fin. de appell. clem. 1.* vbi *gl. verb. exceptis de proc. Rot. dec. 242. & 459. in non. & dec. 794. in antiq. Guid. Pap. q. 286. Anna alleg. 143. nu. 2. & ſing. 181. Maſull. ad Capic. dec. 151. Frecc. de ſubfeud. tit. quis dicatur Dux nu. 56.* vbi dicit quod officialis licet ſit electus in officio, non tamen gaudet priuilegio, & dignitate officij, niſi ſuſcepta adminiſtratione, præter caſus notatos *in cap. Sanctæ Crucis de reſcript. Dueñ. reg. 234. Gabriel. de execut. rei iudic. concl. 3. Boer. deciſ. 150. nu. 6. Coſta de retrotractu conſ. 7. cap. 9. num. 17. & ſeqq.* Etiam ſi data commiſſionis præceſſiſſet proceſſum *Dec. in tract. crim. lib. 4. cap. 25. nu. 27. & 39. Intrigl. ſing. 89. nu. 24. & ſeqq. lib. 3. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 64. nu. 23. Burg. de modo proced. qu. 77. nu. 4. & ſeqq. Bertazol. ad Patrem conſ. 366. lit. B. lib. 2. Tuſc. lit. I. concl. 435. nu. 1. Purexa de inſtr. edit. tit. 2. reſ. 5.* Etiam ſi ipſe Iudex delegatus habuiſſet notitiam poteſtatis ſibi conceſſæ vigore ipſarum litterarum, vel commiſſionis *Bertazol. vbi ſup.* poſt *alios Guazz. d. c. 2. nu. 13.*

17 Siuè quod electus ad aliquam dignitatem, ſeu officium, quibus inheret iuriſdictio, antequam confirmaretur caſu quo confirmatio eſſet fienda, vel poſſeſſionem illius officij adeptus fuiſſet, aliũ ſubdelegaret; quoniam licet tali per electionem iuriſdictio fuerit quæſita, exercitium tamen, & adminiſtratio verè non competit, niſi poſt habitã confirmationem, ſeu officij actualem poſſeſſionem *gloſ.* & ibi *Scribentes in l. priuatorum C. de Iuriſd. omn. iudic.* Et ſic requiritur electio, confirmatio acceptatio, & poſſeſſionis acquiſitio, ideſt ingreſſus officij *l. publicus ff. de condit. & demonſtrat.*

18 Et poſſeſſio eſt tantæ potentiæ, quod ex duobus officialibus eodem tempore creatis præfertur ille, qui prius poſſeſſionem cepit *cap. ſi à Sede Apoſtolica de preb. in 6. Surg. de Neap. Illuſt. cap. 27. nu. 39. in fine cum ſeqq. Natta conſ. 351. num. 2. Cabed. dec. 3. nu. 4. 5. Franch. dec. 144. Reg. Conſtan. in l. 5. C. de conſul. lib. 12. P. Moleſ. conſ. 15. vol. 2. R. Tap. dec. Senat. Ital. 21. Caſtill. de Tertijs dubit. cap. 41. Reg. Sanfel. dec. 239.* vbi impugnat *Anna conſ. 42.* contrarium tenentem.

19 Quamuis in Papa, & Imperatore ſecus ſit, quia illis per ſolam electionem acquiritur plenum ius, ac poteſtas, & illius exercitium etiam ante coronationem *Imol. in clem. 5. in 3. qu. de iureiur. Dec. conſ. 588. Ant. de Roſell. in tract. de legit. lib. 2. num. 33. & 34. Rolan. conſ. 88. nu. 18. conſ. 99. num. 29. vol. 1. Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap. 10. num. 48. & 49. Obrecht. de Iuriſd. lib. 2. cap. 2. nu. 9. & ſeqq. Mart. Laud. de Princip. q. 25. Conrad. in templo iudic. tit. de Imperat. qu. 4.* vbi referendo contrarios conciliat vt priuilegia conceſſa ante coronationem valeãt ſi ſubſequatur coronatio, de Papa diſcurrit *Conrad. in d. tract. fol. mihi 139.*

20 Siue quod cauſa fuiſſet pluribus commiſſa cũ clauſula, *quod ſi non omnes*, & vnus ex eis antequam de impedimento collegæ conſtaret, ſubdelegaſſet: nam geſta à taliter ſubdelegato, non valerent, cum commiſſio cenſeatur indiuidua, & exercitium vni non competat antequam conſtet de collegæ impedimento *DD. in cap. prudentiam & cap. penult. de offic. deleg. Mil. in verb. iudices delegati ſi ſint plures Rot. dec. 243. 166. in nou. & 17. eodem lib. Felin. in cap. ſuſcitatus de reſcript. Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 5. cap. 9. nu. 8.* diximus *in rub. antecedenti qu.* Idem foret in omnibus

21 alijs caſibus, in quibus ex aliqua cauſa delegantis iuriſdictio impedita, aut ſuſpenſa foret vt diximus de ordinario *rub. 9. qu. 40.*

22 Nam his caſibus procedit regula: quod plus eſt quod rès ſit in actu, quam in habitu, & potentia vt notatur in *l. 1. ff. de aqua pluu. arc. & in l. Labeo ff. de ſtat. liber. & in l. hæ actiones ff. ad Velleian. Dec. conſ. 609. circa fin. & 695. prope fin.*

23 Verum exceptio impugnans poteſtatem delegantis, coram ipſo Iudice delegato proponi, & probari debet, quia ad ipſum tales exceptiones admittere, vel repellere ſpectat *cap. ſubdelegato,* & ibi *gl. Archid. & alij de off. deleg. in 6. Vant. hic nu. 37. Surd. conſ. 236. num. 6. vol. 2. Raudenſ. conſ. 25. nu. 115. vol. 1. Gruſſ. de except. except. 18. nu. 9. Card. Tuſc. lit. I. concluſ. 414. nu. 1. & ſeqq. & concluſ. 549 num. 3. eadem lit. I. Burg. de modo proced. ex abrupt. cent. 1. qu. 98. nu. 2.* vbi ſubdit quod talem cognitionem ſummariè facere poteſt, & ſi cognoſcat aliquid deuiare à tramite iuris, vel quod in litteris deficiat aliquod requiſitum ſolitum de conſuetudine apponi, debet reſcribere Principi, & interim ſuperſedere in executione, & exercitio ſuæ delegationis, donec veniat reſponſio, cum pendente conſultatione cum Principe officium iudicis conquieſcat *Vant. rub. anteced. nu. 143. & 145. Lancell. de attent. 2. par. cap. 8. num. 6. & ſeqq. Milan. dec. 2. n. 12. lib. 1.* diximus in *d. rub. 9. q. 46.* & ſi aliter procedat nulliter procedit *Burg. d. q. 98. nu. 5. & ſeqq.* Et ne partes appellent à declaratione ſuper dicta exceptione *praxis Curiæ Archiep. Neapol. cap. 70. nu. 4.* docet, vt oppoſitis non obſtantibus procedat ad vlteriora, nec requiratur alia expreſſa declaratoria.

24 Licet ſi opponatur per aliquem, quod officialis electus non poſſit eſſe officialis, hoc non poſſit cognoſci per ipſum officialem, ſed cognoſci debeat per regios Superiores *Iul. Clar. §. fin. qu. 43. verſ. vnam tamen*, & de iure noſtro eſt *cap. Regni 35.* quod eſt etiam in arbitro *Blanc. de compromiſſ. qu. 2. nu. 67.* Quod eſt intelligendum, ſi capta poſſeſſione officij per officialem, opponatur, quod ipſe non poſſit eſſe officialis, quia tunc regij Superiores de hoc cognoſcunt, & interim officialis poteſt exercere officium *Couar. var. lib. 1. cap. 16. nu. 11. Anna conſ. 87.* Sed ante captam poſſeſſionẽ ciues poſſunt ipſi denegare poſſeſſionem ex aliqua iuſta cauſa *Capibl. de baron. in prag. 5. nu. 103. & 161.* Sed ſi maior pars ciuium officialem recipiat, & minor pars contradicat tunc non debet ſuperſederi in dando poſſeſſionem, ſed debet illi dari, & deinde coram ſuperiore debent obiecta diſcuti *Fontanell. de pactis cl. 4. gl. 10. par. 1. nu. 90. Capibl. tom. 2. cap. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Impedimenta, quibus quis non poſſit eſſe Iudex, quæ ſint? natura, vt ſurdus, mutus, perpetuo furioſus, &* in-

Digitized by Google

impubes qui iudicio carent, & à nu. 2. ad 13.

14 *Lege qui non poteſt eſſe iudex, vbi numerantur infamis, crimin oſus, Iudæus, accuſatus de delicto in officio, vſurarius, excommunicatus, & à num. 15. ad num. 88.*

De Perſona, cui poteſt delegari, & de impedimentis, quibus quis eſſe Iudex non poſſit.

QVÆSTIO VI.

1 VIſo iam de perſona, quæ potuerit delegare, eſt Videndum de perſona, cui delegatur, circa quam perſonam eſt aduertendum, quod Prohibitorium eſt edictum multis de non iudicando, ideò alijs de iure non prohibitis conceditur iudicandi poteſtas ex regula *l. 12. ff. de iudic. & l. 58. de teſtibus l. quæſitum ff. de fundo inſtru. & in §.*
2 *idem reſpondit c. qualis 25. diſt.* Et quibuſdam quod prohibetur omnibus alijs conceſſum cenſetur *l. in poſſeſſ. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. l. non poſſunt ff. de legib.* verum tria poſſunt eſſe impedimẽta, quibus quis eſſe Iudex non poſſit, ſcil. natura, lege, & moribus *l. cum prætor ff. de iudic. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 2. c. 3. num. 1.* Natura, Vt Surdus, mutus, perpetuo furioſus, & impubes, qui iudicio carent *d. l. cum prætor §. non omnes ff. de iudic. cap. 2 verſ. tria ſunt 3. qu. 7. Scac. de ſent. & re iudic. gl. 4. qu. 2. num. 2. & ſeqq. D. Pileta inſtit. Pontific. lib. 4. dec. 1. de iudic. nu. 33.* Ratio eſt quia de ſubſtantia iudicij eſt æquum ab iniquo ſeparare *l. 1. ff. de iuſtit. & iure*, cum iudicare ſit de iure diſceptare, & iure diſceptare eſt iuſte iudicare, ideo non poteſt eſſe iudex is, in quem non cadit cognitio iuſtitiæ arg. *cap. forus de verb. ſignif.* in hos cognitio huiuſmodi, cum ſit operatio intellectus, quo ipſi carent, vel hebetatum, & inutilem retinent, non cadit, cum abſentibus, & dormientibus ſint ſimiles *l. 1. §. ſed furioſus ff. de acquir. poſſ. l. ſi ei. §. furioſus ff. de iure codicill. l. furioſus ff. de reg. iur. l. 2. in fin. C. de falſa monet. l. fœmina §. impuberes ff. de reg. iuris l. quidam ff. de re iudic. cap. cum vigeſſimo de offic. deleg.* latè *Petr. de Gregor. Tholoſ. lib. 47. Syntagm. iuris cap. 9. nu. 7. & ſeqq. Curia Piſana cap. 12. nu. 2. & 18. Fontanell. de pactis nuptial. clauſ. 4. gl. 10. par. 1. n. 56. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 2. cap. 10.* diximus *rub. anteced. qu. 42.*

3 Et quia defectus, & incapacitas iſtorum à natura ipſa prouenit, ideò à quoquam etiam ſupremo Principe ſuppleri non potuit, quia etiam Imperatori tollere non licet, quæ iuris naturalis ſunt *clem. paſtoralis* verſ. *cæterum de re iudic.* poſt alios *Ramir. de lege reg. §. 29. nu. 3. Monter. dec. 15 nu. 22. Petra de poteſt. Princ. cap. 3. qu. 3. nu. 77.* nam ſunt immutabilia *§. ſed naturalia Inſtit. de iure nat. gent. & ciuili §. fin. de legit. agnat. tutela* de poteſtate tamen Principis circa ius naturale, & gẽtium vide eundem *Ramir. loco cit. nu. 28. & §. 30. Petra eodem tract. cap. 24. per totum.*

4 Et Sententia à taliter incapacibus lata, & ipſa etiam parte non opponente, non valeret, quia cõſenſus tacitus, vel expreſſus ipſius partis, non eſt conſiderabilis, ex quo à partibus talia non depẽdent, nec ab iiſdem reſarciri poterunt *Innoc. in c. ſuſcitatus de reſcript. Angel. in l. fin. C. de excnpt. Bar. in l. licet col. 2. C. de proc. Scac. de ſentent. gl. 4. qu. 2. nu. 14.* qui *nu. 26. 30. & 50.* ſecus dicit in ſeruo, infame, muliere, & ſimili, quorum impedimentum eſt à iure ciuili, vel moribus, & nõ à iure naturali, dicemus *infra*.

5 Quæ diximus de Surdo intellige de omnino ſurdo, ſecus de ſurdaſtro tantum, vt quia audiat ſed tardè *ad tex. in l. fin. ff. de legit. tutel.* & ita deciſum refert *Fontanell. de pactis nuptial. cl. 4. gloſ. 10. par. 1. nu. 36. Burg. de Pace in l. 2. Tauri nu. 84. Michalor. in tract. de cæco, ſurd. mut. cap. 26.*

6 Quo verò ad furioſum ea, quæ diximus de perpetuo furioſo, etiam dicimus de illo, qui habet lucida interualla, cum tutum non ſit his committere magiſtratus *Tholoſ. loco cit. nu. 12. & ſeqq. & nu. 14. Azeued. in l. 7. nu. 3. tit. 9. recopil. Maſtrill. de magiſtr. d. lib. 2. cap. 50. nu. 22. & ſeqq. Scac. de ſent. gloſ. 4. qu. 2. nu. 3. Blanc. de compromiſ. qu. 2. ſub nu. 33.* diximus *rub. 9. qu. 42.*

7 Cæcus magiſtratum, ſeu iuriſdictionem inceptam retinere poteſt, aſpirare autem ad nouam pœnitus prohibetur diximus *in rub. anteced. q. 42*

8 Infirmi Iudices eſſe non poſſunt *l. cum prætor §. fin. ff. de iudic. Reg. Tap. in Capit. Regis Caroli 35. n. 5. fol. 116.* qui ampliat in quacumq; infirmitate, quæ impediat exercitium liberum officij, ſecus autem de leui infirmitate ſecundum *Franc. & Imol. in cap. 2. de renunc. lib. 6. Gomes ad regul. Cancell. tit. de infirm. reſign. qu. 28. Azeued. in l. 6. & 9. lib. 3. recopil. tit. 5.* vbi etiã ponit quando ſenectus ſit infirmitas *Scaleja de foro comp. c. 33. num. 322.*

9 Ideò ſi quis podagræ infirmitatem pro maiori parte anni patiatur, à munere iudicandi excuſatur *l. podagra C. quib. morbis ſe excuſat. Reg. Tap. in d. cap. 35.* qui ſeruatum refert in noſtro Regno Neap. in duobus Regijs Conſiliarijs.

10 Et licet officialis infirmus non poſſit inuitus compelli ad ceſſionem officij ex capite, vel prætextu ægritudinis, etiam perpetuæ ſuperuenientis *ad tex. in c. fin. de Cleric. ægrot. c. ſcripſit qualiter. & cap. quamuis 7. qu. 5. Tholoſ. d. cap. 9. nu. 8.*

11 Tamen benè poteſt per Principem data grauiſſima infirmitate, vel ſenectute dari coadiutor in officio ad not. *in cap. vnic. de cleric. ægrot. lib. 6. cap. 17. qu. 5.* vbi *Canoniſtæ Nauar. conſ. 1. de Cler. ægrot. Pariſ. conſ. 49. nu. 38. vol. 4. Flamin. Paris de reſign. benefic. lib. 7. qu. 20. Maſtrill. d. lib. 2. cap. 10. nu. 57. & ſeqq.*

12 Et infirmi excuſantur à gerendo magiſtratu *l. 2. §. quem ita ff. de vacat. mun. Bar. in l. 5. §. hoc interdictum ff. de ſent. Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. c. 30. num. 92. & ſeqq.*

13 Senes etiam excuſantur à gerendo magiſtratu, quia ſenectus infirmitas eſt *c. magnæ de vot.* Quod eſt intelligendum de tali ſenectute, quæ impediat officij adminiſtrationem alias excuſatio non admitteretur *Azeued. in l. 6. nu. 10. lib. 3. tit. 5. Plat. in l. 2. C. de his qui non impl. ſtip. lib. 10. & in l. cum decurionatus C. de decurion. lib. 10.* Et de ſene annorum 70. *eſt tex. & ibi gl. in l. 2. §. fin. ff. de decur. Fontanell. de pactis nuptial. gl. 10. par. 1. nu. 27.* Nõ

Digitized by Google

tamen excuſatur ad præſtandum conſiliũ, & dãdũ votum cum alijs *Bal. in l. decernimus C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. ſub nu. 2.* Cum nemo ſit excuſandus à conſulendo Reip. *l. ſi decurio fortunã*, & ibi *Plat. C. de decur. lib. 10. Landruſ. de fiſco qu. 17. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 1. cap. 30. nu. 96. & ſeqq. Narbona de ætate anno 65. q. 2.*

14 Lege impeditur nè iudex fiat ille, qui Senatu amotus eſt *vt tex. in l. eum prætor ff. de iudic. c. infames 3. qu. 7. Georg. Acac. de priuil. lib. 3. cap. 17. nu. 40. & 47.* videlicet ob vitium, vel turpitudinem ſuam, aut aliquod aliud factum à lege reprobatũ; propter quod eius ſtatus, & conditio apud bonos, & graues viros aggrauata fuerit, vt ſunt multa exempla *in d. cap. infames el 2. §. porro* & ibi *gl. ordinaria 2. qu. 7. & l. 1. ff. de his qui not. infam. l. infamem ff. de publ. iudic. l. nemo præfectus C. de dignit. lib. 12. Scialoya de foriudic. cap. 15. nu. 23. Capibl. de baron. pragm. 5. nu. 169. cum ſeqq. Scacc. de ſent. gl. 4. qu. 1. nu. 16. & ſeqq. Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap. 4. nu. 447. & lib. 4. cap. 15. nu. 24. Molin. de hiſp. primogen. lib. 1. cap. 13. nu. 19.*

15 Is qui per ſententiam iudicis declaratus fuerit talis, vel quod tale commiſiſſe, per quod de iure, vel de facto ipſi condemnato infamia irrogetur, à cætu honeſtorum virorum ſemotus intelligetur, & antequam reſtituatur iudex fieri non poterit, cum lex Iulia repet. hoc fieri vetet *l. Caſſius ff. de ſenat. l. eadem lege §. 1. ff. ad l. iul. repet. l. 2. C. de dignit. lib. 12. cap. infamibus de reg. iur.* Nam infamibus portæ dignitatum clauſæ ſunt *Dyn. in cap. penul. de reg. iud. in 9. Beſold. conſ. 158. nu. 14. & ſeqq. Brunem. in C. lib. 12. in tit. de dignit. fol. 663. col. 2. l. 2. C. de dignit.*

16 Et iudicare honor, ac dignitas ſit *l. omnem honorem C. quando prouoc. non eſt neceſſ. c. vt debitus de appell. Rot. deciſ. 443. in nou. l. 2. C. de dignit. lib. 12. Bal. in l. 4. in princ. ff. de liber. & poſth. l. cui muneris ff. de muner. & honor. Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap. 12. nu. 38. & lib. 5. cap. 3. nu. 14.*

17 Et non ſolum tales prohibendi ſunt Iudices fieri, ſed ſi facti fuerint, & talibus ſceleribus ſe maculaſſe conuincantur, omni dignitate, & poteſtate exuti, inter peſſimos, & plebeios habendi ſũt, neque ſibi de eo honore blandiantur, cũ ſe ipſos indignos iudicauerint, vt dicit *tex. in l. iudices C. de dignit. lib. 12.* Ideo ſi ob cauſam ſimilẽ ab ob-

18 tempta ſunt deijciendi *l. 12. C. de dignitat. lib. 12. Freber. de infam. cap. 25. num. 6. l. 8. C. de decur. lib. 12.* quod intelligendum eſt quo ad priuilegia, nõ quo ad onera *Freber. de exiſtimat. cap. 25. num. 13. Tiraq. de nobilit. cap. 24. Hillig. in Donell. l. 18. c. 6. lit. B.* multo magis repelluntur ab habenda *gl.* poſt *tex.* & ibi *Io: Plat. in l. infames C. de infamib. lib. 10.* & ibi *Brunem. & Amaya nu. 90. & ſeqq.*

19 Hac de re Iudices debent eſſe homines fideles, Deum timentes, & honorem Domini diligentes, habeant manus mundas, non habeant reſpectum niſi ad Deum, regnalem honorem, & eorum conſcientiam, habiles ad exercendum officium, habeant bonum nomen, Sapientes, ſint ſtrenui non effœminati, veritatem amantes, odentes auaritiã, habentes ſalem ſcientiæ, & conſcientiæ *Obrecht. de Iuriſd. lib. 3. cap. 23. nu. 81. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 3. §. 5. nu. 4. & ſeqq. Scialoya de foro competent. cap. 33. nu. 329. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 2. cap. 1. & 2. & 12.* optimè *Reinkin. de regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 2. claſſ. 2. cap. 12. nu. 6. & ſeqq.* vbi examinat omnes iſtas qualitates pulcherrimis exemplis *Scacc. de ſ. utrutia, & re iudic. gl. 4. qu. 1.* hæ, & aliæ qualitates ponuntur *per pragm. 2. de offic. S. R. C. & per Valaſc. in Iudice perfecto.*

20 De iure noſtri Regni Neap. officiales creandi à D. Rege debent nominari per D. Viceregem, cum voto Regentium regiam Cancellariam per *pragm. 11. §. 14. de official. & quæ ijs prohib.* & dicit *Reg. Ponte de poteſt. Vroreg. tit. de elect. official. §. 5. nu. 6.* vbi probat DD. Proreges debere nominare perſonas idoneas, alias peccare mortaliter, & teneri ad reſtitutionem omnium damnorum poſt *Soto de iuſtit. & Iure lib. 3. qu. 6. art. 4. Greg. de Valent. 3. tomo. diſp. 5. qu. 7. tit. de except. perſon. Petr. de Aragon. de iuſtit. & iure qu. 63. Banneſ. in eodem tract. qu. 63. art. 2.* idem tenet *Maſtrill. de magiſtr. lib. 2. cap. 30. nu. 71.*

21 Sic etiam Iudices M. C. V. Auditores prouinciales, & aſſeſſores Terrarum, & Ciuitatum demanialium debent eligi per D. Proregem cum voto Dom. Regentium Regiam Cancellariam, vt habemus inter *gratias* conceſſas huic Regno per Imperatorem *Carol. V.* anno 1554. *cap. 9. fol. mihi 153. at.* meminit *R. Marin. ad Reuerter. deciſ. 114. num. 2.*

22 Ideo criminoſi, fures, ſacrilegi, inceſtuoſi, homicidæ, periuri, raptores, malefici, adulteri, hæretici, ſchiſmatici, iudæi, & alij, qui Chriſtianæ legis normam adijciunt, ac pro alijs ſceleribus cõuicti, & condemnati, ac demum omnes, quos Eccleſiaſticæ, & ſeculi leges infames pronunciant, Iudices fieri à lege prohibentur, cum ab omni cætu fidelium, & proborum virorum, nedum à ſenatu tales ſegregati exiſtant, ac infames ſint, vt *per tex. in cap. infames 6. qu. 1. Spec. de offic. deleg. §. excipi poteſt. Hoſt. eodem tit. §. cui poſſit delegare Scialoya de foriudic. cap. 15. num. 23. & de foro compet. cap. 33. nu. 225. Scac. de ſent. gl. 4. qu. 2. n. 21. Guazzin. defenſ. 1. cap. 22. nu. 8. Scac. de ſentent. gl. 1. q. 1. nu. 40.* vbi loquitur de hæreticis, quod non poſſint eſſe iudices, quia ſunt infames excommunicati, & priuati omni dominio, & iuriſdictione poſt *Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 46. de pœnis nu. 58. & ſeqq. & nu. 41.* dicit illos non poſſe eſſe aduocatos, tabelliones, procuratores, aut exercere quodcumque publicum officium, & non debere communicare cum Chriſtianis latè *Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 13. qu. 7. Caſtr. de iuſta hæret. punit. lib. 2. cap. 22. & 23.*

23 Infamis poteſt eſſe arbiter *l. Pedius ff. de except. arbitr.* quod intellige in arbitro voluntario, ſecus neceſſario *Blanc. de compromiſſ. qu. 2. num. 13. Hillig. in Donell. lib. 18. cap. 6. lit. B.*

24 Verum infamis electus per Regem in ſuum Conſiliarium, dicitur infamiæ reſtitutus *Catal. de indult. cap. 1. nu. 89.*

25 Quod intelligendum eſt procedere quando in reſcripto, ſeu delegatione Principis ſupremi, apparet Principem conferentem illi infami iuriſdictionem, habuiſſe notitiam, de qualitate, & conditione perſonæ, cui delegat, ſeu iuriſdictionem confert, quia tunc tacitè diſpenſaſſe videretur, &

habi-

Digitized by Google

habilitaſſe,& velle diſputare an dignus, & habi-
lis ſit,quem Princeps ſcienter elegit,inſtar ſacri-
legij eſt *Vant.rub.ſeq.nu.53.& 55.Scac.de ſent.gl.*
4.par.2.num.31. dicemus de hoc latius *hic infra*
verſ.Circa hoc.

26 Et ad videndum quando quis poſſit eſſe iudex,
vel debeat ſe abſtinere,ſunt dixtinguendi duo ca-
ſus. Primus eſt quando infamia,vel alius defectus
iudicis erat iam ab alio detectus, vt puta quia de
illo defectu,ſeu delicto fuit iam condemnatus, &
tunc poteſt ſe excuſare,imo tenetur,quia ſi pate-
retur ſe promoueri ad dignitatem,& non detege-
ret turpitudinem ſuam iam ab alio detectam, &
patefactam per ſententiam, eſſet puniendus *Bar.*
in l.2.nu.3.C.ſi ſeru.aut libert. lib.10. vbi contra-
rijs reſpondet.

27 Secundus caſus eſt quando defectus ſeu impe-
dimentum eſt occultum,& iſto caſu adhuc eſt di-
xtinquendum. Aut impedimentum eſt tale quod
impedit funditus exercitium officij ſeu dignita-
tis quantumuis occultum, & tunc tenetur illud
pandere,alias puniretur, & in ſpiritualibus pec-
caret,vt puta ſi eſſet bigamus,vel homicida,quia
licet ſe pœniteret, tamen non poſſet adminiſtra-
re ſine peccato, Aut impedimentum non eſt tale,
quod impedit funditus, & tunc non tenetur ſe
prodere,& ita procedit dictum *bar. ſup.* velatum,
Putà quia Iudex ſit infamis, nam infamia non
tollit naturale iudicium iudicandi *Abb.in cap.13*
ſtatutus nu.14.de reſcript.

28 Et infamis poteſt procedere ſi non excipiatur
contra eum,nam propter Infamiam ab honoribus
publicis,quis non excuſatur *Spec.tit.de iud.deleg.*
§.excipi nu.2. latè *Scac.d.gl.4.qu.2.nu.27. & ſeqq.*

29 Iudeis non ſunt aliqua publica officia com-
mittenda per quæ eis occaſio tribuatur pœnam
Chriſtianis inferendi *cap.nulla officia 54.diſt.& in*
conſtitutum 17.qu.4.& cap. cum ſit vbi *DD.de iudeis*
& l.fin.C. eodem tit. Scialoya de foro comp. cap.33.
num.320.Leo in theſ.fori Eccleſ.p.4.cap.4.num.28.
Scac.de ſentent.gl.1.qu.1.num.43.& ſeqq. quia illi
ſunt indigni quolibet honore, & qualibet digni-
tate *l.vl.C.de iudeis.& cælicol.* alias rationes ponit
num.47.& ſeqq.

30 Nec ſi ſint facti Chriſtiani *gl. in cap. conſtitutus*
17.q.4.Reg.Rouit.in prag.1.num.13.de iudæiſ. Tira-
quell.in tract.ceſſante cauſ.lim.11. nu.41. quantum
ad dignitatem in ſpiritualibus *Alex. ad Bar.in l.*
omnes 49.lit.B.& C.de decurion.lib.10.Scac.d.q.1.
nu.44.verſ.quod diximus.Ricciul.de iure perſon. vbi
latè declarat.

31 Soli Chriſtiani ſunt capaces iuriſdictionis
Bart.& alij in rubr.de iuſtit. & iure cap. venerabile
32 *de elect.* Nec inter iudeum, & Chriſtianum *l.ſi*
qua C.de iudeis Blanc.de compromiſſ.qu.2. num.20.
Guazz.deſ.inſ.1.cap.22.nu.10.& ſeqq.

33 Quamuis ipſi Iudæi inter ſe ipſos arbitri,
& iudices fieri poſſint *l.ſi qua* à cõtrario ſẽſu *C.de*
Iudeis Bar.in l.generaliter §.fin. ff.de decur. Io:de
Anan.& Felin.in cap.cum ſit de iudæis Blanc.d.q.2.
nu.20.21.Guazz.vbi ſup.Vant.hic nu.51. Scacc.d.
qu.1.nu.44. verſ. *quod etiam*, & lis inter eos eſt
iudicanda, ex lege Moſaica *Maſcard.concl.190.*
nu.8.Farinac.par.1.fragm.lit.I.nu.641. & ſeq.De-
cian.tract.crim.lib.5.c.14.n.6.Tuſc.lit.I.concl.369

34 Et ſic ſententia lata ab illis eſt nulla *Spec.tit.de*
ſent.§.inſta na.2.lib.2.Andr. de Iſern.in verb.feud.
tit.de ſtat.& conſuet.an.34.Scac.vbi ſup.nu.50.

35 Ille,qui durante officio eſt accuſatus de aliquo
delicto,pendente accuſatione, officium exercere
non poteſt *l.ſi quos C.de offic.præfect.prætor.orientis*
Grammat.conſ.crim.10.nu.2.Giurb. poſt alios *conſ.*
44. Reg. Ponte deciſ.25. Quod procedit ſi adſit
36 infamia,ſuſpicio, vel ſcandalum *Innoc. in c.bely-*
de ſimon.Luc.de Penna in l.Iudices C.de dignit.lib.
12.Reg.Ponte dec.25.nu.3.Franch.dec.8.R.Sanfel.
deciſ.61. Reg. Merlin. contr. 28. num.11. & ſeqq.
ceatur.2.

37 Maxime in criminibus grauibus propter infa-
miam *Abb.in cap.accuſatum de ſimon. Ponte d.dec.*
25.nu.4. Etiam ſi officium ſit ſine iuriſdictione,
38 vt in officialibus Regiæ Sycla, Portulanis, &
alijs deciſum refert *Reg.Sanfel.d.dec.61.nu.11.*

39 De Iore noſtro municipali ab officio in hoc
caſu officialis remouetur per Regios Superiores,
& non à barone *per cap. Rega.35. Capibl. de ba-*
ron.pragm.5.nu.76.

40 Imo neque Magna Curia poteſt amouere offi-
ciales in conſulto Prorege per *cap.regni 184.* vbi
41 *Campagn.nu.7.* Quod practicatur in officialibus
Regijs,ſecus in baronalibus,quos in dies Magna
Coria amouet ab officijs ex aliqua iuſta cauſa
ſine conſenſu Proregis, & ità videmus in dies
42 practicari. Et officialis poteſt amoueri etiam die
feriato *l.2.verſ.officia ff.de ferijs Paris de Put. de*
ſindic.verſ.feria c.1.nu.2.

43 Et accuſatus tantum non debet ad nouos ho-
nores promoueri *l.reos criminis C.de infam.lib.10.*
vt in l.vnic. C.de rei poſſ lib.10. Reg. Ponte de Po-
teſt.Proreg.tit.3.§.5.nu.3.Cabed. dec.84.nu.8.p.2.
Maſtrill.de magiſtr.cap.9.nu.7.& ſeqq.lib.2. Quod
intellige ſi delictum eſt graue *Franc.dec.8.* dixi-
mus *ad Reg.Rouit.dec.62.*

44 Sic religioſus pendente ſua inquiſitione non
habet vocem actiuam,& ſic ius eligendi *Ricc.dec.*
327.par.3.

45 Non deſunt tamen alij dicentes non poſſe an-
te conteſtationem litis fieri ſuſpenſionem, & in-
terdici adminiſtrationem officiali delinquenti in
officio *Camill. de Medic. conſ.143.* alijq;apud *D.*
Prat.reſp.crim.2.nu.53.Grinell.dec.60.

46 Et ſatis eſſe, extra Ciuitatem degere officialẽ,
abſque ſuſpenſione dicit *Molfeſius,& Caren.reſol.*
38.nu.7. Tamen contra hos ſunt DD.in princ.ci-
tati,& infrà citandi, ſignanter *D.Merlin.d.contr.*
28.Reg.Reuer..& Reg.Marin.dec.2.

47 Verum in tantum officialis remouetur ab ad-
miniſtratione officij pendente inquiſitione, ſi du-
rante officio ſit accuſatus, in quantum ſit accuſa-
tus de crimine commiſſo in officio *l. cum, qui* vbi
Bal.Salic.& omnes C.de ſuſpect.tutor.Luc.de Penna
in l.iudices C.de dignit.lib.12. Io: Grand. de Bello
exulum prædicam.pati qu.3.ſpec.96.nu.2. Reg.Pon-
te dec.25.Grammat.conſ.crim.10.nu.2.Caball.reſol.
76.Franch.dec.8.Reg.Merlin.contr.28.nu.9.& 11
ceat.2.Reg.Reuert.dec.2.nu.3. vbi *Reg.Marinis R.*
Ponte dec.25.num.5.Amicbangel. de regal.offic.cap.
20.num.22.

48 Verum requiritur,vt ex ipſo delicto ſit priuã-
dus officio *Bar.& Paul.de Caſtr. in l.quod ſi forte*
§.ſunt

§.ſunt quidam ff.de ſolut: deciſum refert *R.Reuert. dec.2.nu.4.R.Sanfel.dec.61.nu.3.Franch.deciſ.8. nu.2.Medic.d.conſ.143.num.13. Reg.Ponte dec.7. R.Merlin.d.contr.28.Prat.reſp.2.nu.44.* quidquid contra dicat *Reg.Capic.Latro conſult.34. num.41.* vbi refert contrarium practicatum , & de dicto delicto,aliquod ſubſtantiale appareat eſſe probatum *Reg.Galeot.reſp.15.à num.44. Verart.in ſpec. Viſit.cap.7.num.6.* & quod iudicium ſuſpenſionis intentetur ante litis conteſtationem *Franch. deciſione 8. R.Marin.ad Reuert.d dec.2.num.3.* qui dicunt , quod dato termino iudicis officium conquieſcit *ad tex.in l.ſiue pars C.de dilat.*

49 Secus ſi ſit accuſatus de crimine cōmiſſo extrà officium , quia tunc pendente accuſatione poteſt exercere officium *l. calipodius* alias *quamuis §.fin.* vbi *Caſtr.ff.de ſolut. Verart. in ſpecul. Viſit.cap.7. nu.9.*verſ.*Verum ſecus erit Caren.d.reſol.38. nu.8. Guazzin.ad defenſ.reorum defenſ.1.cap.23. nu.15. Reg.Rouit.in pragm.13.nu.12.de offic.al R. Reuert. dec.2.nu.3.Reg.Ponte d.dec.25.nu.5. Amichangel. de regal.offic.cap.20.nu.22.*licet contra dicat *Gulielm.de Bened.*citatus *per R. Sanfel.d.dec.61.n.3.*

50 Et officialis delinquens in officio priuatur dicto officio,& dignitate *l. ſi ali quid C.de ſuſcept.& arch.lib.10.l.iudices C.de dignit.lib.12. Catal.de indult.cap.42.nu.6.,Reg.Ponte dec.16.* Dummodo

51 delictum ſit graue , ſecus ſi ſit leue *Reg. Reuert. dec.2.num.6.*

52 Et contra officialem inquiſitum duo ſunt iudicia vnum ad finem ſuſpendendi , & hoc eſt ſummarium,aliud plenarium,& ordinarium ad finem condemnandi *Reg. Ponte dec.25.nu.12.Guazzin. defenſ.cap.22.nu.17.Sanfel.d.dec.61.nu.4. Carena reſol.38.nu.5.*Et in vtroq; iudicio debet officialis audiri *Reg.Ponte vbi ſup. Maſtrill.de magiſtr.lib.6. cap.5.nu.48.Melfeſ.tom.2. in addit. ad conſ.9.nu. 28.& ſeqq.Caren.d.reſol.38.nu.5.*

53 Et intrà tempus ſuſpenſionis , infrà quod officialis non poteſt exercere officium propter inquiſitionem, Baro non poteſt alium officialem creare durante anno, ſed alium ſui loco ſubrogare poteſt *Reg.Ponte dec.25.Capibl. de baron.tom.2. cap.23.nu.10.& ſeqq.* Secus eſt ſi officialis ſit per

54 ſententiam remotus in totum ab officio propter delictum , nam tunc baro poteſt alium officialem per annum creare *Capibl, in tom.1. ſuper pragm.5. num.94.*

55 Idem eſt ſi officialis ſit ſuſpenſus , ab adminiſtratione officii propter inquiſitionem , & ſit elapſus annus à die captæ poſſeſſionis,officij , nam tunc baro poteſt alium officialem creare *Fontanell.de pactis nuptial.clauſ.4.gl.10.nu.102. Capibl. d.cap.23. nu.12.* Secus ſi annus non ſit elapſus ,

56 quia tunc Baro non poteſt alium officialē creare,vt diximus,& hoc procedit dato quod officialis ſit per ſententiam in totum priuatus , & à dicta ſententia ſit appellatum,nam adhuc pendente appellatione Baro non poteſt officium prouidere *Capibl.d.cap.23.nu.14.* Secus eſt quoad officiales priuatos per iudices, quorum ſententiæ habent executionem paratam,vt diximus *in obſ.ad deciſ. 62.Reg.Rouiti* poſt *Annam Auendan.& alios.*

57 Et officialis,ſi ſe defendendo ſit elapſus annus, & accuſatione pendente non exercuit officium, ſi ſit liberatus,non eſt integrandus in officio , ad tantundem temporis , quantum ſtetit impeditus ab adminiſtratione *Franch.dec.451.Capibl.d.prag. 5.num.87.*

58 Ideo officialis,qui non potuit exercere officiū intrà annum, non debet exercere officium in ſequenti anno excluſo iudice electo pro dicto ſequenti anno deciſum refert *Franch. dec.419.Capibl.tom.2.cap.24.Salgad.de reg.poteſt.par.4.c.11. nu.54.55.Valaſc.conſult.155.nu.4. & ſeqq.Fontanell.de pact.nuptial.clauſ.4.gl.10.par.1. nu.103.& 104.& 105.Cabed.par.2.dec.84.nu.5.Noguerol.alleg.33.nu.65.Valenz.conſ.44.nu.15.D.Creſpi obſ. 11.num.6.* Quod confirmatur, quia officium conceſſum ad tempus non extenditur vltra illud, ſed prohibitum dicitur *l. in tempus ff. de hered. inſtit. Dec.conſ.386.nu.3. Gratian. cap.41.num.3. Creſpi obſ.11.nu.9.Surd.conſ.8. nu.7.Caſanat.conſ.4.nu. 83.Cyriac.contr.187.num.2.Aug. Barboſ.lib.1.voto 4.nu.9.*Et talis eſt vis temporis limitati , vt prȩter,vel poſt illud contrariam diſpoſitionem inducat *Surd.dec.76.nu.1.Giurb.dec.9.nu.3. Larrea alleg.12.nu.22.par.1.& alleg.28.nu.35. Noguer.all. 11.nu.114.* Verum impediens ſinè Cauſa legitima tenetur ad intereſſe *Salgad.d.cap.11.nu.55.D. Criſpi d.obſ.11.nu.11.*

Imo officialis priuatus officio propter delictū perdit ſalarium etiam pro tempore quo adminiſtrauit *Reg.Rouit.in pragm.13. num.10. de official. Scialoya de foro compet.cap.33.nu.327.*

59 Verum vt officialis remoueatur ab officio infra annum ex aliqua legitima cauſa , debet hoc fieri audito ipſo officiali *Bar. & Salic. in l.fin.C. vbi ſenat.vel Clariſſ. Reg.Ponte dec.25. nu.2.Gallup.in praxi S.C.par.1.cap.1.nu.17.& 18.*

60 Et officium in quo quis ſemel deliquit amplius exercere non poteſt,etiam ex Principis reſcripto *per tex.in l.ſi aliquid C. de ſuſcept.& arch. lib.10.Reg.Rouit.dec.62.per tex. in l.quicumq.C.de diuerſ.offic.lib.12.Idem dec.36. nu.14.* Niſi Princeps pro ſua ſuprema poteſtate ſic vellet *Maſtr. de Magiſtr.lib.2.cap.9. nu.25.* Imo conceſſa gra-

61 tia pro delicto commiſſo,non comprehendit reſtitutionem ad idem officium,in quo deliquit, deciſum refert *Reg.Rouit. d. dec.62.* Nec indulto

62 gaudent officiales inquiſiti,vel condemnati de criminibus,& delictis in officio commiſſis *Catal. de indult.cap.42.*poſt alios *Maſtrill.de magiſtr.lib. 2.cap.9.nu.14.& 15.*

63 Officialis ſemel in iudicio culpabilis repertus iteraro ad eandem militiam non poteſt aſpirare nec etiam aliam acquirere *l. iudices C. de dignit. lib.12.l.ſi aliquid C.de ſuſcep.& archar.lib.10.Maſtrill.de magiſtr.lib.2.cap.9.* ratio eſt quia ob turpitudinem,& infamiam , in quam incidit repellitur ad Senatum redire , & dignitates amittit, vt notatur in *l.2.ff. de Senat.* & de iure ſiculo municipali eſt expreſsè prouiſum per *cap.45. ſub Rege Ioann.& 118.ſub* Rege *Ferdinando,* quæ fuerũt confirmata per Catholicum noſtrum Regem anno 1596.*Maſtrill.vbi ſup.num.4.*diximus *ad Reg. Rouit.d.dec.62.*

64 Quæ omnia procedunt ſi condemnatio ſit facta in perpetuum,ſecus autem ſi ad tempus , nam eo finito ad alia officia admitti non prohibetur

Ca-

Digitized by Google

Caball. reſol. crim. 121. nu. 8. & ſeqq. vbi idem dicit
de relegatis, ſeu confinatis, qui durante tempore
cõfinationis non poſſunt eligi ad honores ex gl.
in l. quod ergo §. pœna grauior verſ. oneraſſet ff. de
his qui not. infam. & verſ. ſi quæras an interim Me-
noch. de arbitr. iudic. cap. 330. Maſtrill. d. cap. 9. nu.
19. & ſeqq. diximus ad Rouit. d. dec. 62.

65 Procedunt ſimiliter, quando ab officio quis
amotus fuiſſet ob delictum mali exempli, & cau-
ſam ignominioſam per tex. in l. eadem lege, & l. lex
iulia ff. ad l. iul. repet. Secus ſi ob minimam, & ex-
cuſabilẽ cauſam remotus fuiſſet, nam hoc caſu
non prohiberetur aſcendere ad alia Fontanell. de
pactis nuptial. cl. 4. gl. 10. par. 1. nu. 56. vbi dicit ità
fuiſſe iudicatum, & ponit quando dicatur parua,
vel magna Cauſa Maſtrill. d. cap. 9. nu. 33. Imo ta-
66 lis condemnatus, ſi officium ſubreptitio modo
obtemptum recipiat, & adminiſtret puniendus
erit ad tex. in l. reus delatus ff. de muner. & honor.
cum concord. Maſtrill. d. cap. 9. nu. 26.

67 Vſurarius etiam publicus eſt ipſo iure, & abſ-
que alia ſententia infamis. cap. porro 3. qu. 7. & in
l. improbum fœnus vbi gloſ. & Bar. C. de his qui not.
infam. Bal. in l. fratres C. de inoffic. teſtam. Abb. in c.
inter dilectos 3. not. de exceſſ. prælat. Scac. de ſent. gl.
4. qu. 2. num. 22.

68 Circa ſup. poſita eſt aduertendum, quod ſi in re-
ſcripto, ſeu delegatione ipſius Principis Supre-
mi, appareret eundem delegantem habuiſſe noti-
tiam de qualitate, & conditione perſonę ipſius
delegati, tunc tacitè ſecum diſpenſaſſe videretur,
& habilitaſſe ad effectum commiſſa ſequendi, ex
quo Princeps, qui magiſtratum dedit, circa illum
omnia agere poſſe decreuit l. quidam conſulebant
in fin. ff. de re iud. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. l. idem
Vulpianus ff. de excuſat. tutor. Reg. Reuert. dec. 437.
num. 2. & ibi Reg. Marinis allegat tex. in cap. 1. §.
perſonam, per quos fiat inueſtitura in vſib. feudor. vbi
habetur quod ſeruus qui alias ad feudum eſt in-
habilis, ſi inueſtiatur à Principe ſciente illius cõ-
ditionem, legitimè dicitur inueſtitus.

69 Prout dicimus in eo qui confert beneficium
incapaci, nam cum eo diſpenſat, & tollit quam-
cumque eius inhabilitatem l. idem §. 1. ff. de excuſ.
tut. Dec. conſ. 614. col. penult. & fin. Grammat. dec. 81
nu. 8. 9. Rebuff. in praxi benefic. tit. de diſpenſ. ex de-
fectu natal. nu. 9. ſub illis verbis: Cæterum requiri-
tur quod Epiſcopus antè collationẽ beneficij, vel ton-
ſuræ diſpenſet, cum hoc illegitimo alias non valebit
actus, nec conferendo videtur diſpenſare DD. in c. 1.
quod ſecus eſt in Papa, niſi Epiſcopus hoc ſciuerit. & c.
Viuian. in tract. de iure patronat. par. 2. lib. 6. cap. 4.
nu. 37. Reg. Marin. lib. 1. reſol. 168. nu. 16.

70 Et ſi actus huiuſmodi aliter fieri non poterat,
ad eum ſubſtinendum, preſumetur Principem
plenitudine poteſtatis vti voluiſſe Felin. in cap. 1.
num. 26. de conſtit. cap. cum dilecta de reſcript. Abb.
conſ. 64. lib. 1. Burg. de modo proced. ex abrupt. qu.
17. nu. 25. Menoch. conſ. 38. Reg. Capic. Latr. conſult.
47. num. 39. & ſeqq. nam certa ſcientia Principis
habet vim ſpecificæ diſpenſationis gl. in cap. cauſa
de ætat. & qualit. Ang. in l. 1. C. de ſent. paſſ. Paris de
ſindic. §. reſtat vnum diximus hic ſup. Marta de Iu-
riſd. par. 4. cent. 2. caſ. 176. nu. 4. Et diſputare velle,
71 an dignus, & habilis ſit, quem Princeps ſcienter
elegit, inſtar ſacrilegij foret l. diſputare C. de crim.
ſacril. §. eos ante Auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffrag.
Scacc. de ſent. gl. 4. qu. 2. num. 31. Franch. dec. 165.
ſub num. 10.

72 Ideo eidem Principi, etiam contra morem
vel ius ſcriptum, reſcribenti parendum eſt c. con-
tra morem 100. diſtinct. cap. in memoriã 19. diſt. nam
non poteſt, & dici, cur ita facis? Petra de poteſt.
Princip. c. 3. qu. 2. nu. 3.

73 Vel ſaltim alleganda cauſa, quare non parea-
tur cap. ſi quando de reſcipt. cap. cum teneamur de
præb. cap. ex parte de offic. deleg. vbi Scribentes omnes
Maranta diſp. 1. nu. 19. poſt mille Angnian. de legib.
diſp. 5. Farinac. lib. 3. de pœnis temper. qu. 97. caſ. 2.
num. 33. & ſeqq. Menoch. de arbitr. caſ. 334. num. 6.
Salgad. de ſuppl. ad Sanctiſſ. 1. p. cap. 3. nu. 23.

74 Quæ ſunt intelligenda vbi conſtat de ſcientia,
& voluntate ipſius Principis, quia quando Prin-
ceps aliquid ex certa ſcientia facit, videtur ſuæ
poteſtatis plenitudine vti velle Bal. in l. eos in
princ. C. de appell. Petra de poteſt. Princip. tit. de clauſ.
ex certa ſcientia qu. 2. nu. 12. fol. mihi 212. Card. Tu-
ſc. lit. C. concluſ. 340. nu. 22. Moneta de decimis c. 9.
qu. 3. nu. 134. Barboſ. in clauſ. ex certa ſcientia Ideo
75 nihil opponi poteſt quod annullet gratiam Bal.
in Prœmio Decr. col. 4. Dec. conſ. 655. nu. 22. Petra
de poteſt. Princip. cap. 3. qu. 2. nu. 2.

76 Verum ſi idem Princeps defectus, & qualita-
tes taliter inhabilitantes ignoraſſet, non videre-
tur diſpenſaſſe cap. ſi eo tempore de reſcript. in 6.
Bar. in l. vniuerſis C. de precib. Imp. offer. Ægid. con-
cluſ. 116. Abb. conſ. 63. lib. 1. Alex. conſ. 135. col. 2.
lib. 7. & conſ. 1. nu. 35. lib. 5. Caſſad. dec. 9. de reſcri-
pt. Scacc. d. qu. 2. nu. 31. Petra d. fol. 212. num. 14. &
77 ſeqq. Et ſic poſſet diſputari de electione magi-
ſtratus facta à Principe Canoniſtæ omnes in cap.
ſi quis ſuadente §. qui antè 17. qu. 4. Maſtrill. de Ma-
giſtr. lib. 2. cap. 12. nu. 75. & ſeqq.

78 Nec ſup. poſita concluſio procedit in Principe
inferiore, nam is, etſi poteſtatem diſpenſandi ha-
beat, & ſciat inhabilitatem, non videtur cum eo
diſpenſare, niſi ſummaria cauſæ cognitio præce-
dat Innoc. & Canoniſtæ in cap. veniant de filijs præ-
sbiter. & in cap. diuerſis fallacijs de Cleric. coniugat.
Reg. Reuert. d. dec. 437. nu. 2.

79 In dubio contra ſimiles delegationes, & re-
ſcripta conſultius fuerit excipere de obreptio-
ne, vel ſubreptione, aut defectu intentionis ipſius
concedentis, quia cum talis præſumatur mens
Principis, qualis eſt mens legis, cum ſe viuere
velle ſecundum leges profiteatur l. digna vox C.
de legib. l. ex imperfecto C. de teſtam. l. ſi quando C. de
inoffic. teſtam. D. Prat. diſcept. 27. nu. 22. lib. 1.

80 Ideò per ſimilem obiectionem, & exceptionẽ
ſuperſedendum erit cap. conſtituit 17. qu. 3. vt d. c.
ſi quando, & l. reſcripta C. de precib. Imp. offer. Petr.
vbi ſup. fol. 212. nu. 15. & 17. Nam ſubreptio vel
obreptio reddit nullum quodcumque reſcriptum
ſiue iuſtitiæ, ſiue gratiæ Reg. Merlin. contr. 86. nu.
14. cent. 2. poſt alios Nos in obſ. ad conſ. 53. lib. 3.
Reg. Rouitt. Et clauſula: ex certa ſcientia ex dictis
non tollat vitium ſubreptionis Rudolph. d. cap. 5.
nu. 13. Garz. de benefic. par. 3. cap. 2. nu. 233.

81 Nam pluries ob nimiam petentium importu-
nitatem Princeps non concedenda, concedit l. 1.
C. de

Digitized by Google

C.de pet.bonor.ſub. lib.10. cap.ſi aliquando de ſent. excommun. Salgad.de ſuppl.ad Sanctiſſ. par.1. c.3.
82 *nu.7.& ſeqq.* Quo caſu non præſumitur pro ipſo Principe, vel geſtis ab eo *Roman. conſ.433. col. pen.Dec.conſ.576.in fin.* Et conceſſa per impor-
83 tunitatem non debent valere, & dicuntur conceſſa inuito concedente poſt alios *Sanchez de matrim.lib.4.de conſenſu coacto diſp.3.nu.4. Caſtill. lib.3.contr.1.à num.105.& ſeqq. & lib.4.cap.22. nu.18.& ſeqq.*

84 Etiam quod eſſent in reſcriptis appoſitæ clauſulæ: *ex certa ſcientia &c.* quia talis clauſula operatur ſolum quoad ea, de quibus præſumitur Principem habere notitiam, vt ſunt illa, quæ iuris sũt, ſecus de his quæ ſunt facti, quoniam de his præſumitur ignorantia in ipſo Principe, & propterea de obreptione, ac intentionis defectu excipi poteſt *Bald.in l.fin.col.5. C.ſent. reſcind. non poſſ. Alex.conſ.23.col.fin.lib.5.Dec. conſ.544.* diximus *ſup.* verſ. *verum* addimus *Menoch. conſ.1. num. 432. Brunor. clauſ. 18. Sanchez. de matr. lib. 8. diſput.4.nu.6.Rudolph.de abſoluta Princip. poteſt. c. 6.nu.5.Tuſc.lit.C.concluſ.430. nu.44. Marcheſ.de commiſſ.par.2.pag.357.num.94.Seraphin. dec.268. nu.5. Franch. dec.392.num.18. Barboſ.in clauſ.ex certa ſcientia.*

85 Idem eſt ſi adſit clauſula: *de plenitudine poteſtatis*, quæ in tertij præiudicium non operatur, niſi quando cum cauſæ cognitione idem Princeps proceſſit *Dec.d.conſ.544.Rot. dec.230. in nou.Petra vbi ſup.num.15.* poſt *Crauett.conſ.295.num.2. Barboſ.in d.clauſ.*

86 Bonum tamen eſt contra ſimiles Iudices excipere, ac proteſtari, nè procedant, alias procedere poſſent, vt de iofami inquit *Spec. de iud. deleg. §. excipi col.2.Franc.de proteſt.concl.25.* nam reſcripta, & commiſſiones huiuſmodi cauſarum, etiam obreptitia, & ſubreptitia, ac proceſſus illorum vigore facti, ſi non excipiatur, iuriſdictionem, & poteſtatem tribuunt *DD. in cap. cæterum, & c.ad audientiam el 2.* vbi latè *per Felin.& cap.ſuper litteris de reſcript.Ægid.concluſ.485.* Dummodo reſcipta, & delegationes huiuſmodi cauſam eandẽ ab alio iudice non aduocarent, quia tunc ſubreptio ipſo iure vitiaret *Rot.dec.1. de reſcript.apud Caſſad.*

87 In alijs etiam caſibus ſobreptio ipſo iure vitiat *Iaſ.in l. præſcriptione C.ſi contra iuſ. & Felin. in d.cap.ad audientiam* poſt mille diximus *in obſ. ad conſ.53.nu.29.lib.3.Reg.Roniti.*

88 Excommunicatus etiam cum infamis ſit, vt *in cap.infames 6.qu.1.Roman.ſing.675. & 682.* cum ab vniuerſa fidelium communione, & participatione amotus, & ſegregatus ſit, ideo Iudex eſſe non poterit, vt diximus *rub.anteced.qu.42.*

S V M M A R I V M.

1 *Relegatus ſeu bannitus æquiparatur excommunicato, & ſic Iudex eſſe non poteſt, & num.2.nec eius fratres, & filij & nu.7.*
3 *Secus ſi eſt guidatus, & ſecus quo ad ſui incommodum, & nu.4.& ſecus in alio Regno & nu.5.*
8 *Nec ſimplex contumax, nec poteſt eſſe de regimine Vniuerſitatis & nu.10.*
9 *Bannitus ſi eſt electus officialis, geſta per eum an valeant?*
11 *Non poteſt eſſe arbiter.*
12 *Vt quis poſſit habere Iuriſdictionem debet eſſe conſtitutus in dignitate, vbi explicatur hæc materia & à nu.13.ad nu.39.*
40 *Iudices ordinarij Eccleſiaſtici cauſas non ſpirituales poſſunt laicis committere, & nu.41.*
42 *Clericus non poteſt eſſe officialis in terris laicorum, vbi tota materia à nu.43. ad num.60. & nu.75. & à nu.76.ad nu.81.& à nu.94.ad nu.98.*
61 *Laicus an, & quando poſſit eſſe Vicarius Epiſcopi.*
82 *Religioſus an poſſit eſſe arbiter & à n.83.ad n.93.*
99 *Officialis hic Neap.non poteſt eſſe arbiter.*

Quæ nam aliæ perſonæ Iudices eſſe non poſſint?

QVÆSTIO VII.

1 RElegatus etiam, ſeu bannitus cum ob eius vitium, & ipſe à ſenatu, & communione Ciuium, & beneficijs reip. ſeparatus exiſtat, excommunicato æquiparatur, vt *per tex.in cap.domino guerram in vſib.feud.ſub rub.hic finitur conſtit. Bar. in l.ſi quis arbitratur col.fin. de verb.obligat. Scialoya de feriudic.cap.15.nu.14. & 16. Reg.Ronit.in prag.1.nu.5. de Eccleſ.perſon. Anna ſing.52. Scialoya de foro comp.cap.33.nu.224. Ant. Gama deciſ. 135.Anna conſ.80.nu.25.& conſ.94. nu.38. Scac. de ſent.gl.4. qu.2.num.14. Meroll.in theolog.moral. lib.3.diſput.7.cap.4.nu.269.in fine.*

2 Et ſic hic ad inſtar excommunicati, in territorio bannientis iudex, & arbiter eſſe non poterit, cum eorum quæ ciuilis iuris ſunt dictæ Ciuitatis incapax exiſtat *Spec.in tit.de arbitr.§.differtur, & ibi Io:Andr.Alex.conſ.116.col.2. lib.2.* poſt alios *Scialoya de feriudic.cap.15.n.14.& 25.* vltra *DD. ſup.citatos*. Cum ille dicatur infamis infamia facti *ex tex.in l.fin. C. de requir.reis Farinac.qu.56. art.8.& nu.301.Arnon. comment.79.Scialoya ibid.*

3 Secus tamen erit quando eſſet pro dicto banno guidatus à Principe, quia durante tempore guidatici habetur pro non bannito, & ceſſare videtur effectus banni *Caſtr.conſ.199: vol.1. Vrſill. ad Aff.dec.4.Maſtrill.de magiſtr.lib.2. cap.12. nu. 59.Paſcal.de vir.patr.poteſt.par.4. cap.3. nu.37.in*
4 *fine* Imò ſecundum *Menoch. conſ.275. num.54.& ſeqq.lib.3.* eo ipſo quod bannitus ad officia ſcienter promouetur à Principe, cenſetur reſtitutus, & remiſſus *Farinac. in praxi qu.116. §.3. num.135.*

5 Hæc intelliguntur quo ad ſui commodum. nam quoad onera, & in commoda remanet ciuis, & capax *Bar.in l.tutela §.item ff.de cap.dimin.Felin. in cap.intelleximus de iudic.Scac.d.q.2.nu.26.*

6 Sed bannitus in vno loco poteſt eſſe officialis in alio *Bal.in l.2. §.poſtea de orig. iuris Felin.in c. cum contingat in princ.de foro compet. Maſtrill.d.c. 12.nu.61.Danza de pugna DD.tom.2.tit.de armat. per Campan.c.7.nu.15.*

7 Non ſolum ipſi banniti, ſed etiam fratres, & filij bannitorum, qui fecerunt recaptum poſſunt eſſe offi-

Digitized by Google

officiales in Regno noſtro Neap. per pragm. 10.
8 §. 4. de exulib. Imò neque ſimplex contumax pro
cauſa criminali poteſt eſſe officialis Frec. de ſub-
feud. lib. 2. auth. 29. nu. 11.

9 Verum ſi bannitus ſit electus officialis, geſta
per eum valent quouſque non remoueatur ab of-
ficio Nell. de bannit. 3. par. 2. temporis num. 62. &
nu. 63. dicit quod talis bannitus non poteſt eſſe
Nuncius, aut legatus. Tales banniti non poſſunt
10 eſſe de regimine Vniuerſitatis l. vnica C. de vet.
poſtul. lib. 10. R. Rouit. in pragm. 5. nu. 35. de admini-
ſtr. Vniuerſit. Scialoya de foriud. c. 15. nu. 24.

11 Nec etiam arbiter Blanc. de compromiſſ. q. 2. n. 16.
poteſt tamen bannitus eſſe arbitrator Burrell. de
compromiſſ. §. 2. gl. 4. nu. 101. & 103.

12 Lege etiam prohibetur alijs perſonis, quam
in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, aut perſo-
natum obtinentibus, vel Eccleſiarum cathedra-
lium Canonicis, aut vicario, aut officiali Epiſco-
pi Principali, ſeu prioratus conuentuales, (non
clauſtrales) obtinentibus à Sede Apoſtolica, vel
eius legato, ſeu delegatis, cauſas committi, alias
quidquid per huiuſmodi delegatos fieri contin-
geret, eſſet ipſo iure nullum cap. ſtatutum in princ.
iuncto fin. & ibi Scrib. de reſcript. lib. 6. iuncta clem.
& ſi principalis eod. tit. Ægid. concluſ. 81. vbi dicit
partium conſenſum nihil operari, ſequitur poſt
alios Sperell. dec. 166. nu. 32. & ſeqq. Diſpoſitio di-
ctorum textuum renouatur per Concil. Trid. ſeſſ.
25. de reformat. cap. 10. in princ. declarantur per
Zypæum in analytica poſtremi iuris Eccleſ. enarr. ſub
titul. de reſcript. à princ. Fra. Emanuel. qq. regu-
lar. tom. 1. qu. 65. art. 4. & 5. Piaſec. in praxi Epi-
ſcop. par. 2. cap. 4. nu. 8. Maſſobr. de Synod. diœceſ. c.
4. dub. 9. cum ſeqq. Concluſionem approbant Duen.
reg. 83. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 69. Ricc. in pra-
xi dec. 124. in 1. edit. & reſol. 89. in 2. edit.

13 Quod nec delegatus Apoſtolicus poſſit eas
ſubdelegare perſonis non conſtitutis in dignita-
te dicunt Ricc. in d. praxi reſol. 622. in 1. edit. ſeu
420. & reſ. 89. num. 2. in 2. edit. Maſſombr. dub. 13.
num. 53.

14 Vicarius generalis Epiſcopi, cum ſit in digni-
tate conſtitutus poteſt habere tales delegationes
Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 2. qu. 23. num. 6. Flor. de
Mena lib. 1. qu. 4. nu. 6. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 3.
cap. 13. qu. 8. & cap. 43. qu. 8. poſt alios Barboſ. in d.
cap. ſtatutum nu. 5. & 6.

15 Item Vicarius electus à Capitulo Sede Va-
cante Sbrozz. d. qu. 23. nu. 3. Maſſobr. d. dub. 13. nu.
15. Barboſ. alleg. 54. nu. 137. par. 3. de poteſt. Epiſcop.
Dummodo non ſit foraneus Flor. de Mena d. q. 4.
nu. 6. Maſſobr. d. dub. 13. nu. 21. Niſi illi fieret de-
legatio ex certa ſcientia S. Pontificis Sbrozz. d. q.
23. nu. 9. Maſſobr. d. dub. 13. nu. 22.

16 Procedit etiam ſi Papa cauſas profanas ac in-
ter laicos committeret, vt per DD. in cap. ſua no-
bis de appell. Alex. conſ. 77. col. 2. lib. 2. Sed tex. d.
cap. ſtatutum loqui tantum de Cauſis Eccleſiaſti-
cis non vero de profanis dicit Genuenſ. in practi-
cab. qu. 751. num. 2. Verum Sperell. dec. 167. tenet
pro prima opinione, & reprobat Genuenſ. & alios.

17 Item Vicarius nominatus à Prælato inferiore
habente iuriſdictionem Epiſcopalem poteſt eſſe
delegatus Sanch. de matr. lib. 8. diſp. 27. n. 34. Flor.
de Mena d. qu. 4. à nu. 14. contrà quos ſcripſit Bar-
boſ. d. alleg. 54. nu. 141. fultus authoritate Sbrozz.
d. qu. 23. nu. 8.

18 Item Vicarius Epiſcopi electi, & confirmati,
ſed non dum conſecrati poteſt eſſe delegatus Pa-
pæ gl. verb. Epiſcopi in clem. 2. de reſcrip.

19 Procedit etiam in Executoribus Apoſtolicis
aliqualem cognitionem non nudum miniſterium
habentibus, vt tenet Rot. dec. 99. in antiquis Flor.
de Mena lib. 1. qu. 4. Sperell. d. dec. 167. n. 32. verſ.
licet vbi exemplificat in executore, cum clauſu-
la: vocatis vocandis, vel in cauſis vbi cauſæ cogni-
tio requiritur, Secus ſi eſſent meri executores
Rota dec. 31. de reſcript. in antiq. quam refert Ricc.
coll. 466. Sperell. ibid.

20 Item in Collectore, & ſubcollectore, quia ha-
bent dignitatem cum Iuriſdictione Gonzal. ad reg.
8. Concell. gl. 51. nu. 79. Maſſobr. d. dub. 13. nu. 32.
dummodo ſubcollectores habeant qualitates tex.
d. cap. ſuſceptum ex Gonzal. ibid.

21 Item Prothonotarij apoſtolici, cum ſint in di-
gnitate, poſſunt eſſe delegati Sperell. d. deciſ. 167.
num. 25.

22 Diximus de Prioratus conuentuales obtinen-
tibus, nam Priores, Guardiani, ac Rectores, ac
alij Mendicantium Præfecti, qui toti Conuentui,
ac Collegio Religioſorum præſunt, poſſunt de-
putari in Cauſis Rota deciſ. 8. de reſcript. in antiq.
quam refert Ricc. coll. 363. Sanchez in præcepta De-
calog. tom. 2. lib. 6. cap. 13. nu. 68. Azor. d. par. 2. lib.
3. cap. 13. qu. 7. Flor. de Mena d. q. 4. nu. 18. Maſſobr.
d. dub. 13. nu. 40. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. par. 3. al-
leg. 106. nu. 15. Sperell. deciſ. 167. nu. 14.

23 Item in Commendatario perpetuo vt per Go-
ſal. ad reg. 8. Cancell. gl. 5. §. num. 10. Maſſobr. d.
dub. 13. nu. 38. vbi cum Rebuff. de pacific. poſſeſſ. nu.
41. dicit poſſe delegari Commendatario Abbatis
24 ſicut Abbati titulari. Item in Cancellario Aca-
demiæ Pontificis authoritate approbatę Azor. d.
cap. 13. qu. 9.

25 Diximus de Eccleſiarum Cathedralium Ca-
nonicis, nam illi poſſunt eſſe delegati Papę Go-
mez in d. cap. ſtatutum à num. 24. Gonzal ad reg. 8.
Cancell. gl. 2. nu. 38. Flam. de reſign. benefic. lib. 2.
qu. 1. nu. 102. Ricc. in praxi reſol. 90. nu. 3. & 10. 2.
edit. Maſſobr. d. dub. 13. nu. 23. & ſeqq. Barboſ. de Ca-
nonic. cap. 19. nu. 5.

26 Verum Canonicus minor Eccleſiæ Cathedra-
lis diſpenſatus à Papa ſuper ætate, non poteſt eſ-
ſe delegatus, nam licet ſit diſpenſatus vt poſſit eſ-
ſe Canonicus, non eſt diſpenſatus, vt poſſit eſſe
delegatus Maſſobr. d. cap. 4. num. 11. P. Barboſ. in l.
cum prætor §. vl. nu. 60. ff. de iudic. Gratian. diſcept.
270. nu. 7. Sic etiam Canonicus regularis Eccle-
27 ſiæ Cathedralis non poteſt eſſe delegatus Papæ
Duen. reg. 78. Gratian. diſcept. 270. num. 6. Maſſobr.
d. dub. 13. nu. 30. clem. 2. de reſcript.

28 Item Canonicus etiam peritiſſimus Doctor
Eccleſiæ Collegiatæ neque poteſt eſſe delegatus
Papæ, nec Iudex Synodalis conſtitui poteſt Ge-
nuenſ. in practicab. Eccleſ. qu. 612. nu. 2. Maſſobr. d.
cap. 4. nu. 10. ità reſponſum per Sacram Congre-
gationem Concil. Trid. refert Barboſ. de Canonic.
cap. 19. num. 10. quamuis contra teneat Ricc. in
praxi reſol. 575. 2. edit. ſequitur primam conclu-

D ſio-

ſionem *Sperell.deciſ.167.lib.2.*
29 Et qualitas Canonicatus in Cathedrali,vel dignitas, quę in delegato S.P. requiritur debet à principio adeſſe tempore commiſſionis *Barboſ. d. cap.19.de Canonic.nu.6.Sperell.d.dec.167. nu.26. & ſeqq.* ſufficit ſi adſit tempore impetrationis reſcripti Pontificij,quamuis tempore præſentationis ceſſauerit iam dignitas illa, verum non ſufficit eam adeſſe posteà tempore præſentationis *Sanch.de matr. lib.8. diſp.27. nu.28. Maſſobr. d. dub.13.nu.48.Sperell.ibid. nu.30.* Vnde ſi Cano-
30 nicus poſt acceptationem deſinat eſſe Canonicus poteſt nihilominus eſſe Iudex in cauſa illa *Maſſobr.d.dub.13.nu.49.Gratian.diſcept.92.Barboſ.*poſt alios *de Canonic.c.19.nu.8.*
31 Verum audientia alicuius articuli, vel mera executio rei cuilibet Clerico committi poteſt *gl. in verb.cauſæ in d. c.ſtatutum*, quam ſequitur *Nauar.in c.cum contingat 2. cauſa nullitatis verſ.30. Alex.conſ.77.nu.5.lib.2. Card.Tuſc. lit.D. concluſ. 145.nu.2.& concluſ.150. nu.10. Maſſobr. d. dub. 13.nu.53.* Et valebit delegatio facta Clerico ſim-
32 plici ſi Papa ex certa ſcientia committat nominando eum ſic in commiſſione *Xuar. allegat. 12. num.25.*
33 Imò quamuis inhabilitas non fuit expreſſa in litteris promotionis,ſed fuit adiecta clauſula *ex certa ſcientia* præſumitur diſpenſatum *Menoc. de præſ.lib.2.cap.20. nu.2.* Sic etiam nec delegati
34 à Sede Apoſtolica poſſunt ſubdelegare perſonis non conſtitutis in dignitate vt diximus *in princ. Ricc.in praxi reſol.89.n.2.& 420.in 2.edit. Maſſobr.de Synod.Epiſcop.d.dub.13.nu.53.*
35 Et eſt notandum hic, quod vbi ſunt duo officiales Epiſcopi, & delegatio fiat ſimpliciter officiali,& alter ex illis eſt principalior illi ſoli cēſetur facta commiſſio, vt per *Squillant. de priuil. Cleric.cap.2.nu.101.in princ.Sbrozz.de offic.Vicarij lib.2.qu.62.nu.3.Sanchez de matr.lib.8. diſput. 27.num.36.*
36 Ad explicationem *d.cap.ſtatutum de reſcript.in 6.* vide ibi *Barboſ. & in clem.2. eodem tit. Sperell. dec.167.*vbi reſcribit *Barboſ. in d. cap.ſtatutum*, & illum non laudat.
37 Verum cum ceſſet ratio reuerētiæ Sedis Apoſtolicæ in commiſſionibus, & delegationibus faciendis per alios Iudices inferiores,tales Iudices inferiores cauſas etiam ſimplicibus Clericis delegare poterunt *gl.in d.cap.ſtatutum in* verb.*Sedis*
38 *de reſcript.in 6.* Nam etiam ſimplices Clerici iudicandi munere de iure fungi poſſunt *l. non diſtinguemus §.Sacerdotio ff.de arb. cap. ſed nec.cum cap.ſeq.&* ibi *Abb. & cæteri ne Cleric. vel Monac.*
39 *Alex.d.conſ.77.col.3.* Etiam quod delegantes eſſent ſeculares, vel cauſæ forent profanæ vt in *c. in Archiepiſcopatu de raptor. Farinac. par.1.fragm. crim.lit.C.nu.388.Barboſ.in d.c.*
40 Sic è conuerſo Iudices ordinarij Eccleſiaſtici cauſas non ſpirituales laicis cognoſcendas demandare poterunt *gloſ.in cap. contingat de arbit. Dec.conſ.150.col.3.*dicemus *infra nu 73* verſ. *Ex dictis,& nu.74.* Cum laycus in cauſis in ſpiritualibus neq; arbiter eſſe poſſit *cap.contingit 8.de arbitris Sylua de beneſic.par.2.qu.23.nu.7.*vbi docet de communi *Borrell. de compromiſſ. §.1.gl.2.num. 324.& §.2.gl.1.nu.72.D.Scopp.ad Gratian.deciſ. 64.nu.10.& 11.* Niſi eſſet arbiter ſimul cum Clerico,nam tunc poſſent eſſe arbitri etiam duo laici,& vnus Clericus *D.Scopp. ibid.num.12. & 13.* vbi rationem ponit.
41 Sed quando Iudex ſecularis delegat cauſam vni Clerico, an eo caſu idem Clericus delegatus poſſit incidenter cognoſcere de cauſa ſpirituali *Felin.in cap.cum ſit col.pen.& fin.de foro comp.* arguendo tenet, quod non,quia hic electus iuriſdictionem habet à ſeculari, & à lege,quæ non poteſt diſponere incidenter, verū poſtea tenet contrarium, quia ratione incidentiæ,qui eſt competens efficitur competens *cap. cauſam de reſtitut.in integr. l.cum proponas cum gl.5. de rebus credit.* ſequitur *Blanc.de compromiſſ.q.4. nu.8.* dicemus *infra num.81.*
42 Clericus non poteſt eſſe officialis in Terris laicorum *cap.1. & cap. ſed nec, & in cap.Clericis* vbi *gl.ne Clerici, vel Monaci cap.penult.in fine de vita,& honeſt.Cleric.l.placet. C.de Epiſc. & Cleric. Afflictin conſt.*incip.*Clericis nu.1. Anſald.de Iuriſd.p. 2.tit.11.cap.30.num.1. & ſeqq.* de iure noſtro eſt *cap.*incip.*Vt cum nihil.& prag.1. de Eccleſ.perſon.* docet *Franc.deciſ.479.Maſtrill. de Magiſtr.lib.2. cap.6.*vbi bene more ſolito fundat,& exornat *D. Pilma Inſtit.Pontific.lib.4.dec.1.de iudic. num 32. Taſſon.de anteſ.*verſ.*3.obſ.4.num.131.* Et barones creantes officiales clericos in eorum terris puniri pœna duc.10000.& alia Protegis arbitrio habemus *ex d. pragm.1. de Eccleſ. perſ.* Cum miles
43 Chriſti non poſſit eſſe miles ſæculi *Graſſ. de effect.Cler.eff.13.nu.1.& ſeqq.Anna alleg.98. n.1.*
44 Nec Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus *Graſſ.d.eff.13.nu.4.Maſtrill.d.cap.6.nu.27. Scialoya de foro compet.c.33.nu.286.*
45 Imò ſi officialis electus, qui cœpit poſſeſſionē officij reperiatur Clericus,dato quod deinde ipſe Clericus renunciet Clericatui, tamen eſt ab officio remouendus, nam commiſſio, & poſſeſſio ei data eſt nulla per *d.pragm.1 de Eccleſ.perſon.Scialoya vbi ſup.nu.287.* Et habilitas in officium con-
46 ſideratur tempore electionis *l.ſed etſi 9.*vbi *gl.ff. de recept. arbitr. cap.ſi eo tempore de reſcript.in 6. Anna ſing.232.Ricc.dec.343.nu.3.par.4.& deciſ. 82.nu.10.Barboſ.in cap.ſtatutum eodem tit.*

Et tempus electionis conſideratur an electus habeat aliquem defectum *cap.dudum 191.*vbi *gloſ. de elect.Affl.dec.210.nu.3.*deciſum refert per Collat.Conſilium *Scialoya de foro comp.c.33. nu.287.*
47 Verum circa hoc eſt cautela,vt officialis dicat ſe renunciaſſe Clericatui, ante habitam commiſſionem,& poſſeſſionem officij,vel quod nunquam inceſſit in habitu, & tonſura,& quod non ſeruiuit in diuinis propter quod non dicitur clericus iuxtà *Concil.Trid.ſeſſ.23.cap.6.de reformat.* & petat terminum ad probandum hoc,quia tunc lite pendente eſt manutenendus in poſſeſſione officij, vt *toto tit.vt lite pendente Capibl.in prag.5.num.103. & prag.10.nu.120.de baron.*
48 Nec Monacus poteſt eſſe officialis laicorum *Guid.Pap. dec.563. Nouar.in collect.in d.pragm.1. de Eccleſ.perſon.nu.7.Scialoya d.cap.33. num.291.*
49 Et quando laicus officialis efficitur Clericus ſtatim dicitur vacare officium *Capibl.d. pragm. 9. num.*

Digitized by Google

num.120.Maſtrill.d.cap.6.num.21.

50 Pro ut ſi laicus factus arbiter, efficiatur Clericus ſtatim ceſſat eſſe arbiter, & compromiſſum expirat l. non diſtinguemus §. Sacerdotio vbi gl.ff. de recept.arbitr.Anſald.de Iuriſd.par.2. tit.11.cap.30.nu.14.quamuis poſſit eſſe Clericus arbiter inter laicos, vt dicemus infra.

51 Quod adeò procedit, Vt ſi feudum poſſideatur per Eccleſiaſticam perſonam, neque Clericus poteſt eligi officialis laicorum Graff.eff.1.num.512. Anna ſing.460.Rouit.in prag.1.nu.2.& ibi Nouar.nu.10.de Eccleſ.perſonis Ricc.coll.3889.Thor.in ſuppl.verb.barones fol.64.

52 Imo ſi Epiſcopus habeat iuriſdictionem temporalem debet committere cauſam criminalem laico, tam in prima, quam in 2.inſtantia Guazzin.defenſ.13.cap.12.nu.13.

53 Neq; poteſt exercere officium auctuarij in officijs laicorum Rouit.in prag.5. nu.16. de offic.iudic.

54 Neque poteſt eſſe Portulanus per Cap.regni 2.§.& quia comperimus. Nec poteſt eſſe baiulus,

55 vel Iudex ipſius baiuli per conſtitut. regni incip. Clerici Campagn.ia c. regni quia de Vicarijs nu.14.

56 Nec poteſt eſſe locumtenens iudicis laici Graff.d.eff.1.nu.507.

57 Nec milites Diui Io. Hieroſolimitani, Alcantaræ, & Calatrauæ poſſunt eſſe Iudices laicorum Graff.eff.1.nu.109.& eff.13.nu.5. Nouar.in praxi elect.fori tom.1.ſect.2.qu.69 nu.25.& ſuper pragm.1.nu.2.de Eccleſ.perſon.& eſt d.pragm.1.de Eccleſ.perſon. loquens de militibus Hieroſolimitanis Iurbian.de Iudic.Regni p.vl.num.23.& ſeqq.Franch.dec.479.n.2.& 3.Caball.caſ.64.Maſtrill.dec.149.nu.18.Azeued.in l.14.lib.3.tit.5.tom.1.& tit.9.l.7.nu.19.& in add.ad Curiam Piſanam cap.21.in fine lib.2.Burg.de Pace l.2.Taur.nu.75.in fine.

58 Sed quod milites Alcantaræ, Calatrauæ, & S. Iacobi poſſint eſſe officiales laicorum dicit Danza de pugna DD.tom.1.tit. de qualit. official.cap.1.num.83. loquens de milite S.Iacobi, & videmus ſeruari in pluribus Miniſtris, qui ſunt Regij Cõſiliarij, Præſidentes, & Regentes in Regno noſtro Neapol. pro vt ſunt hodie D. Regens Galeota Dux S.Angeli habitus S. Iacobi, D.Regẽs Calà Dux Diani, habitus Calatrauenſis, D. Regens Gaeta habitus Calatrauenſis, D. Regens Nauaretta habitus S.Iacobi, D.Comes Leardi Regius Conſiliarius habitus S.Iacobi, D.D. Didacus Galianus Reg. Conſiliarius habitus S.Iacobi, D.D.Ignatius Zarate Reg. Conſiliarius habitus S.Iacobi, D.D.Nicolaus Gaſcon Præſidens Regiæ Cameræ habitus Calatrauenſis, D.D.Frãciſcus Ant. de Feloaga Iudex M. C. V. & alij omnes miniſtri digniſſimi, & tales milites poſſunt hæc feuda dignitatum, & titulorum tenere Molina de primog.lib.1.cap.13.nu.98. Angel.ad Gizzarell. dec.79. & in hoc Regno Neap. videmus ſeruatum.

59 Sic perſonæ Eccleſiaſticæ non poſſunt eſſe aſſeſſores Iudicis ſecularis generaliter in omnibus cauſis, ſecus in vna cauſa, & in cauſis ciuilibus Marcell.Vulp.in praxi cap.33.nu.15. Graff.eff.13.num.8.

60 Verum perſona Eccleſiaſtica poteſt eſſe iudex delegatus ad vnam cauſam inter laicos, etiamſi ſit criminalis, dummodo non veniat imponenda pæna ſanguinis, quia tunc ſecus eſt, vt dicit Graff.ibi, & eff.1.nu.504.Clar. §.fin.qu.41. verſ. quæro quid è contrario Maſtrill.de magiſtr. lib.2.cap.6.num.41.& ſeqq.

61 Verſa vice laicus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, ſed tantum Clerici poſſunt eſſe Vicarij Epiſcoporum cap.decernimus vbi Abb. nu.12. de iudic. Graff.eff.18. Leo in theſ.fori Eccleſ par.1. c.11.nu.1.Anſald.de Iuriſd.par.2.tit.11. cap.31.nu.21.& ſeqq.Meroll.in theolog. moral. tom.3. diſp.7.cap.6.nu.23.Piaſec.in praxi Epiſc.par.2.cap.4.nu.6.Garc.de benefic.par.5.cap.8.nu.2.Belleti. diſquiſit.Cleric.tit.de fauor.Cler. real.§.2. nu.60. alijque apud Barboſ.de offic.Epiſc.part.3.alleg.54. nu.3.& 4.Antonell.de regim. Eccleſ. lib.6. cap.10. Cancer.var.lib.2.cap.2.nu.166.Pellegr. in praxi par.1.fol.1.nu.4.

62 Imo neq; Clericus coniugatus poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi gl.in cap.vnic.de Cleric.coniug.in 6.Meroll.d.cap.6.num.26.Clar.§.fin.qu.36.ver.& hæc quidem Borrell.in ſumma dec.tit.8.nu.20.Ricc.in praxi par.2.reſol.261.Squill.de priuil.Cleric.c.1.poſt nu.11.& cap.2.nu.12.Graff.d.eff.18.num.2.& 3.Sbrozz.de Vicar.Epiſc.lib.1.qu.31.nu.5.& ſeqq.Antonell.vbi ſup.nu.5. Pellegr. vbi ſup. qui limitat

63 ſi Epiſcopus habeat iuriſdictionem temporalem.

64 Et laicus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, etiam ſi ſit vir magnæ Sanctimoniæ, & vitæ integerrimæ, & Epiſcopus faciens Vicarium laicum punitur Graff.d.eff.18.nu.4.& 7.

65 Alij vero tenent quod Epiſcopus faciens laicum ſuum Vicarium in ſpiritualibus, electio non eſt nulla, ſed intelligitur conſtitutus aſſeſſor Io: de Arnon.comment.45.

66 Et quod laicus poſſit eſſe aſſeſſor Vicarij Epiſcopi etiam in criminalibus contrà Clericos Meroll.lib.3.diſp.7.cap.5.nu.87.& cap.6. n.23.Graff.d.eff.18.nu.9.Cancer.var.lib.2.cap.2.nu.167. Pellegr.vbi ſup.nu.4.verſ.licet autem Marta de Iuriſd.par.4.cent.2.caſ.174.Anſald. de Iuriſd. par.2. tit.11.cap.30.num.23.& ſeqq.(Quod ſecus eſſe dicit Chokier.de Iuriſd.par.2.§.14. nu.21. ſi talis aſſeſſor neceſſario debeat conſilium dare, nam tunc dictus aſſeſſor eſſet particeps officij, & iuriſdictionis, quod iura canonica vetant) & Iudicis Eccleſiaſtici Ricc.in praxi reſol.511.par.3. Anſald.d.cap.30.nu.23.Graff.eff.1.nu.567.& nu.868. Barboſ.de poteſt.Epiſc.p.3.alleg.108.num.6.Squill.de priuil.Cleric.cap.2.nu.54.in fine Carocc.de except.except.138.nu.2.Vulp.in praxi iud.cap.33.nu.15.Sbrozz.lib.1.qu.51.nu.10.Ricc.in praxi par.2. reſ.261.Bellect.tit.de fauor.Cler.real.§.3. num.18. vbi dicit, quod aſſeſſor Laicus non poteſt in huiuſmodi cauſis proferre ſententiam, cum ſuum officium ſit conſulere, & iudicem adiuuare l.1.ff.de offic.aſſeſſ.l.Conſiliarios l.non minus l. licet C.de aſſeſſor.

67 Et Summus Pontifex poteſt diſpenſare, vt laicus ſit Vicarius Epiſcopi Graff.d.eff.18. num.11. nam tunc Laicus non iudicabit propria poteſtate, ſed authoritate Summi Pontificis tanquam ipſius delegatus, nam cum id pertineat ad poteſtatem iuriſdictionis, poteſt delegari gl.in d.cap. bene verb. prætor 96.diſt. Ricc. in praxi par.4. reſ.

D 2 135.

Digitized by Google

135.nu.7.Sbrozz.d.qu.31.nu.14.& 15.Barboſ.d. alleg.108.nu.1.Diana par.1.tract.2.reſol.113.Bonacin.de Cenſur.in p.diſp.1.q.16.ſect.1.punct.6.n.2.

68 Nec Bigamus poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi in ſpiritualibus, cum ſit exutus omni priuilegio Clericali cap.vnic.de bigam.in 6.Abb.in cap.2.nu.2.de Cleric.coniug.Marcell.Vulp.cap.45.nu.7.Meroll.d.cap.6.nu.25.Pellegr.vbi ſup. nu.4. verſ.neq; poteſt eſſe.

69 Niſi forte ab impedimento bigamiæ fuerit ſolutus Garz.de beneſic.par.5.cap.8.nu.4.& 5.Barboſ.d.alleg.54.nu.11.Ricc.in praxi fori Eccleſ.par.2 reſol.261.Vbi dicit ſententiam latam per laicum Vicarium eſſe nullam,niſi communis error excuſet ad tex.in l.barbarius ff.de offic.prætor. Antonell. de regim.Eccleſ.lib.6.cap.10.nu.4.

70 Verum,qui habet primam tonſuram poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi Leo d.cap.11.nu.1.Meroll. d.cap.6.nu.23.Graſſ.d.eff.18.nu.8.Pellegr. vbi ſup.
71 nu.4.Nec Vicarius Capitularis neceſſario debet eſſe in ſacris conſtitutus Meroll.cap.7.nu.189.

72 Monacus ſeu regularis poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi de licentia ſui Superioris,dummodo nõ ſit ex Ordine Mendicantium Franc. Marc. deciſ. 999.& dec.1285.par.1. Ricc.in praxi par.2.reſol. 351.Pellegr.vbi ſup.nu.5.

73 Ex dictis infertur quod Epiſcopus non poteſt laico delegare cauſas ſpirituales neque criminales Clericorum gl.in cap.bene quid.in §.prætor.96. diſt.Paſcc.loco cit.Clar.§.fin.qu.41.verſ.quæro nũquid Bonac.de cenſur.diſp.1.qu.16.punct.2.nu.10. Barboſ.de Epiſcop.par.3.allegat.108.Sbrozz.lib.2. qu.66.nu.21.Rip.in cap.decernimus n.64.de iudic. Anſald.de Iuriſd.par.2.tit.11.cap.30.nu.1.& ſeqq.

74 Sed cauſas ciuiles,ſeu temporales Epiſcopus, & quilibet alius Eccleſiaſticus laico delegare poteſt,dummodo non fiat commiſſio generalis ad omnes cauſas gl.in d.cap.bene verſ. præter. Paſec. vbi ſup.nu.6.Diana par.1.tract.2.reſ.113.Barboſ. d.alleg.108.nu.7.Anſald.vbi ſup.nu.10.qui nu.12 id intelligit ſi non adſit Eccleſiaſticus idoneus,& ità praxis eſt,licet alij apud Bonac.de cenſur.in par.diſput.1.q.16.ſect.1.punct.6.n.1.contra dicant.

75 Verum Clerici poſſunt eſſent Cõſiliarij Principis ſine adminiſtratione, prout ſunt in noſtro Regno omnes Prælati, ex Anna conſ.122.num.3. verſ.2.Graſſ.eff.13.nu.7.Leo par.3.cap.4.nu.11. & ſeqq.Anſald.d.cap.30.n.52.poſt mille Maſtrill. lib.2.cap.6.nu.46.& ſeqq.Marta de Iuriſd.par.4. cent.2.caſ.174.nu.5.vbi num.6.ampliat etiam in criminalibus.

76 Et perſona Eccleſiaſtica poteſt eſſe Vicerex in Regno Neapolit. vt pluuies fuit ſeruatum in perſonas Cardinalium,docet Ricc.ad Franch.dec. 479.Nouar.in prag.9.de Eccl.perſonis nu.9.Diana in reſol.moral.par.3.de immun.Eccleſ.reſol.5. vidimus nos D.Cardinalem Paſchalem de Aragonia in Regno Neap.& D.Cardinalem Portocarrero
77 in Regno Siciliæ. Et poteſt eſſe legatus Principis Secularis Anſald.d.cap.30.nu.51.& Clericos aliquando videmus Senatores Solorzan. de Iur. Ind.lib.4.c.4.n.42.

78 Quod procedere dicunt cum licentia Superioris Eccleſiaſtici,& conſenſu Principis Foller. in conſtit.regni:Clerici quoque nu.10.Graſſ.eff.13.nu. 6.Angelis in prato in auth.ſed neque num.6.de Epiſc.& Cleric. Et ſi ita ſit vtile, & conueniens Reip.alias ſecus, vt poſt alios dicit Maſtrill.d. cap.6.nu.38.39.& 40.

79 Sic quando iuriſdictio temporalis eſſet annexa dignitati Prælati quia tunc poſſet adminiſtrare, dummodo ſe abſtineat à condemnatione ad mortem, vel mutilatione membri Molin.de primog.lib.1.cap.13.num.97.Borrell.de præſt.Reg.Cathol.cap.73.Bouadill.in Polit.lib.2.cap.17.nu.30. & ſeqq.poſt alios Maſtrill.d.cap.6 nu.54.55.

80 Sic etiam Clericus poteſt eſſe arbiter inter laicos l.non diſtinguemus §.Sacerdotis vbi gl.ff.de recept.arbitr.Blanc.de compromiſſ.qu.2.num.3.Reg. Ronit.in rub.de arbitr.nu.21.in fine Herat.Caſpan. ad ſtatut.Mediolan.par.1.nu.115.nu.128.& 157. Scaliqa de foro compet cap.33.nu.300. Imo ſi co-
81 ram eo incidat quæſtio ſpiritualis in iure conſiſtens, poteſt ipſe Clericus arbiter de ea cognoſcere Blanc.q.4.nu.8.poſt Felin.diximus ſup.n.44.

82 Religioſus autem,an poſſit eſſe arbiter,vel arbitrator DD.diſputant,Nam quod poſſit eſſe arbiter cum licentia Superioris,dummodo non ſit frater minor,dicunt Gratian.dec.64.num.8.& ibi D.Scoppa infra ſcriptos refert Pacian.conſ.162. nu.93.Reg.Ronit.in rubr.de arbitr.nu.2.D.Ageta in epit.fori feud.aſſert.3.§.2.in apoſtill.fin.lit.Z. Barboſ.de Iure Eccleſ.tom.1.cap.43.nu.49.

83 Sed Specul.in tit.de arbitr.§.fin.nu.28.vbi additio tenet quod poteſt eſſe arbitrator de conſenſu ſui Superioris,arbiter vero non, niſi duo concurrant,Abbatis licentia, & vtilitas Monaſterij ſequitur Card.in Clem.2.qu.19.& 21.de reſcript. Abb.in cap.Quintaualis nu.13.de Iure iur.Ludouiſ.dec.204.nu.9.

84 Sic etiam qu[illegible] ad arbitratorem tenet Ant.de Butr.in d.cap.Quintaualis in 9.differ. vbi Imol. quod ſcil. quilibet religioſus Clauſtralis quamuis non de ordine Minorum non poteſt eſſe arbitrator ſine licentia Superioris, ſed cum licentia Superioris ſi non ſit de ordine Minorum poteſt eſſe arbitrator,ſequitur Alex.conſ.80.nu.1.vol.5.

85 Et quod frater Minor etiam de conſenſu ſui Generalis non poſſit cognoſcere more arbitri in indiuiduo dixit Bal.conſ.437.lib.4.alias 449.lib. 4.Dec.conſ.494.nu.9.vbi extendit etiam ad arbitratorem,& fundat Monacum, aut alium religioſum etiam de mendicantibus, non autem fratrem minorem,non prohiberi eſſe arbitratorem cum autoritate ſui Abbatis, ſed in fratribus minoribus S.Franciſci nullo modo poſſe eſſe arbitratores, erit ſupplendum, niſi cum licentia Summi Pontificis Gratian.d.dec.64.num.10.Sanchez.in præcept.decalog.tom.2.lib.6.cap.13.nu.66.Tambur. de Iure Abb.tom.3.diſp.3.qu.6.nu.29.Machad.in ſuperfecto confeſſor tom.2.lib.5.par.2.tract.2.docum. 4.nu.2.& ſeqq.

86 Sed Paul.de Caſtr.in l.1.§.ſi quis rogatus l.o 2. nu.3.ff.ad Trebell.tenet,quod Religioſus alicuius Religionis,quæ poteſt habere proprium in communi poteſt eſſe arbitrator, quia eius ſtatus non eſt omnino annihilatus, ſed ſi non poteſt habere proprium,nullo modo,vt in fratre minore,qui nõ poterit eſſe arbitrator, quia pro mortuo omnino habetur, has concluſiones ſequuntur Riminal.

Iun.

Digitized by Google

Iua.conſ.403.vol.4.Natta conſ.95.nu.1.vol.1.& conſ.97.& 183.

87 Et ſic ex his omnibus eliciuntur duæ concluſiones. Prima quod frater minor non poteſt eſſe Arbiter, nec arbitrator, etiam cum conſenſu ſui Generalis, niſi cum licentia Pontificis tantum. Secunda quod Clauſtralis, qui poteſt habere bona ſaltem in communi poteſt eſſe arbitrator de licentia ſui Abbatis, arbiter verò non, niſi duo concurrant, quod adſit licentia ſui Abbatis, & concurrat vtilitas Monaſterij.

88 Talis licentia debet plenè conſtare, & non ſictè, & per præſumptiones notat in ſpecie *Alciat. reſp.431.nu.1.*

89 Et omnia procedunt etiam ſi compromiſſum ſit factum in amicabilem compoſitorem, & eſſet factum in conſcientia, & in concernentibus forū conſcientiæ, bene *Natta d.conſ.97.*

90 Ex quibus refert fuiſſe per S.C. declaratum nullum laudum latum per Clericum Regularem Theatinæ Religionis anno 1608. ex quo forſan defuit licentia Superioris *Reg. Rouit. in rubr.de arbitr.num.*12. ſequitur in terminis laudi lati per Clericum Regularem *Conſ.Staib.reſol.37.lib.1.*

91 Omnia *ſup. dicta* dederunt anſam diſputandi annis elapſis in S.C. an determinatio facta per P. Præpoſitum domus S. Pauli huius Ciuitatis vigore poteſtatis P. Præpoſito dictæ Domus pro tempore exiſtenti tributæ à D. Epiſcopo Caſertano D.Benedicto Mandina, in eius diſpoſitione ſuper differentijs forſan vertendis inter hæredes, & Sacram Domum Redemptionis Captiuorum. Nam Primo fuit oppoſitum quod dictus Pater non poterat determinare ex defectu poteſtatis, nam teſtator non poteſt iudicem conſtituere, vt condemnet ad ſoluendum, actus Iuriſdictionales exercendo, ea ratione quia Iuriſdictio non à perſona priuata, ſed à Principe manat ex *tex. in l.2. §.& cum plu.aiſſet* vbi *gl.ff.de orig.Iuriſ.Conſ.Staib* qui ſcripſit contra determinationem prædictam *d.reſol.37.nu.4.Amat.reſ.65. nu.32. Maſtrill.dec. 307.nu.1.D.Merlin.centr.13.& 25.lib.1.*

92 Et conſenſus priuatorum non poteſt facere iudicem illum, qui nullam ex ſe habet iuriſdictionē *l.priuatorum C.de Iuriſd. omn.iudic. D.Merlin.d.c. 25.nu.19 Conſ.Staib.d.reſol.37.nu.5. Francb.dec. 551.nu.10.Conſ.Theodor.alleg.51.nu.53.*diximus in *rub.9.qu.1.*

93 Sed quod dicta determinatio valeret, cum poſſit in arbitrium alterius iudicium conferri, dicebat aduocatus pro dicta determinatione *ex l. Theopompus ff.de dote præleg. l.continuus §. cum ita ff.de verb. obligat. Mantica de coniect. lib.1. tit.1. nu.8.Peregr.de fideicommiſſ.art.11.nu.112.Duran. de arbitr.nu.5.& 8.* que etiam dicit poſſe Regularem in arbitrum eligi *num.* 27. huiuſque Arbitri ſententiæ ſtandum eſſe *nu.71.* meminit *Reg.Latr.* qui efformauit in cauſa diſpoſitionis dicti Epiſcopi Caſertani *dec.122.*

94 Beneuerum eſt, quod ſi Clericus ignoranter ſit
electus officialis laicorum, omnia acta per ipſum
facta ſunt valida argumento *l.barbarias ff.de offic.*
*prætor Feller.in pragm.de foriudic.*poſt *nu.26. Me-*
roll.in theolog.moral.lib.3.diſp.7.cap.3.à nu.88.&
*ſeqq.*vbi *cap.4.nu.242.& ſeqq.*dicit idem eſſe in
iudice delegato citat *tex. in cap. infamis 3. qu.7.*
*Anſald.de Iuriſd.par.2.tit.11.cap.30.nu.28.*Quod
95 comprobatur, nam licet Clericus non poſſit eſſe
notarius per ius noſtrum municipale in *conſt. in-*
*ſtrumentorum robur.*vbi *Aff.nu.36. Maſtrill.deciſ.*
159.nu.1.& ſeqq. Et ſi notarius efficiatur Cleri-
96 cus non poſſit amplius exercere officium notarij
Rouit.in rubr.de notarijs nu.5. licet poſſit comple-
re, & ſignare omnia inſtrumenta per ipſum con-
fecta *Barboſ.in cap.ſicut num.4. ne Clerici,vel Mo-*
97 *naci.* Tamen ſi ignoranter Clericus ſit fa-
ctus Notarius, omnia inſtrumenta per ipſum cō-
fecta ſunt valida *Aff.in d.conſtit.inſtrumentorum*
robur.nu.20.Francb.dec.339.in fin.Maſtrill.d.dec.
*159.nu.9.*latè *Scaloya de foro compet.cap.33.num.*
301.& diximus *in rub.anteced.*

98 Verum in aliquibus caſibus poteſt Clericus, ſeu Eccleſiaſtica perſona eſſe delegata Iudicis ſecularis, puta in cauſa, quæ bonum totius Chriſtianitatis, vel fauorem animarum concernit, vel ſi adſit rationabilis cauſa, vel in vna Cauſa tantū late probat *Anſald.de Iuriſd.pa.2. tit.11. cap.30. nu.22.& ſeqq.*

99 De Iure noſtro municipali Neap. Nullus officialis Regius Collateralis Conſilij, Sacri Conſilij S.Claræ, Regiæ Cameræ Summariæ, Magnæ Curiæ Vicariæ, etiam ſi ſit Caput Tribunalis, poteſt eſſe arbiter, ſeu Arbitrator, aut amicabilis compoſitor alicuius Cauſæ, etiam feudalis. Et ſi forte ſit ex licentia Suæ Maieſtatis nihil recipiat pro trigeſima, aut quouis quęſito colore per *prag. 7.§.3.de offic.iudic.*diximus in *rub.anteced.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatio facta alicui ſub nomine dignitatis non expreſſo nomine proprio, an tranſeat ad ſucceſſorem in ipſa dignitate? & à nu.2.ad nu.25.*

26 *Delegatio facta alicui ſub nomine proprio, an, & quando tranſeat in ſucceſſorem? & à num.27. ad num.36.*

37 *Cauſa ſi committatur Tribunali ordinario mortuis aliquibus Iudicibus ſucceſſores procedunt in illa, & à nu.38.ad nu.50.*

51 *Locumtenens habet eandem Iuriſdictionem, ac Capitaneus, vbi declaratio, & à 52.ad nu.58.*

Delegatio cauſarum, an, & quando tranſeat ad Succeſſores delegati?

QVÆSTIO VIII.

1 PRo reſolutione dixtinguendī ſunt duo caſus. Primus eſt quando delegatio eſt facta alicui ſub nomine dignitatis non expreſſo nomine proprio, & tunc tranſit ad ſucceſſorem in ipſa dignitate *c. quoniam Abbas,*& ibi *gl.de offic.deleg.*vbi *Abb.num.4. Dec.nu.4.l.annua §.attia ff. de ann. legat. §.& hoc* ver.*iubemus,*& ibi *gl.*verb.*reſcriptum Auth. vt nulli iudic.* Ea ratione quia dignitas non moritur *c.ſi gratioſè de reſcript.in 6.c.liberto il 2.12.qu.2. Menoch.de arbitr.qu.68.nu.21.& ſeqq. Antonell.de tē-*

pore

Digitized by Google

pore legali lib. 1. cap. 84. nu. 4. Ripoll. var. cap. 1. nu. 12. & ſeqq.

2 Ampliatur Primo procedere etiam anteq; negotium ſit inceptum coram primo delegato, & ſic re integra *Menoch. de arbitr. lib. 1. qu. 68. n. 22. Sperell. dec. 166. nu. 16. & ſeqq.*

3 2. Vt procedat etiam in mero executore quando ſcil. delegatum eſt, & commiſſum aliquod miniſterium ſine iuriſdictione, hoc eſt negotium facti tantum *Menoch. d. q. 68. nu. 23.*

4 3. Vt locum habeat etiam in delegatione facta in perſonam Vicarij Epiſcopi, quamuis dignitatem nomine alterius obtineat *Sbrozz. de offic. Vicar. qu. 49. num. 1. & 2. lib. 3. Garz. de benefic. par. 6. cap. 2. num. 34. & 35. Sanch. de matr. lib. 8. diſp. 27. nu. 9. & 10. Put. dec. 487. lib. 2. dec. 151. par. 3. lib. 2. diuerſ. & deciſ. 12. par. 2. diuerſ. Genuenſ. in pract. Archiepiſc. cap. 69. nu. 1.* poſt alios *Noal. de tranſmiſſ. cap. 51. nu. 4. Sperell. dec. 31. num. 13. lib. 1. & dec. 166. nu. 6.*

5 Et maximè procedit quando commiſſio, vel delegatio facta eſt alternatiuè Epiſcopo, ſiuè Vicario, nam tunc delegans cenſetur habuiſſe reſpectum ad Tribunal Epiſcopi, & ſic abſque dubio tranſit ad ſucceſſorem in Vicariatu *Rota dec. 12. nu. 4. par. 2. diuerſ. Sperell. dec. 31. nu. 13.*

6 4. Vt procedat etiam ſi delegatio facta ſit nomine proprio delegati, qui tamen incognitus eſt deleganti, nam tunc delegatio intelligitur facta dignitati, ſi idem delegatus dignitatem habeat, & ſic tranſit ad ſucceſſorem *l. pen. §. ſi autem ignota ff. de reb. rub. Menoch. d. qu. 68. nu. 17. & 18. Anan. conſ. 19. nu. 9.*

7 5. Vt procedat non ſolum in caſu mortis, vel remotionis delegati, ſed etiam in caſu translationis ad aliam dignitatem, nam delegatio ſequitur dignitatem illam priorem, non dignitatem poſtea acquiſitam, & ità tranſiet ad ſucceſſorem in illa priori dignitate, etiam re non integra *Sanchez. de matr. lib. 8. diſp. 27. num. 24. Noal. d. cap. 51. num. 7.*

8 Quod procedit quando per adeptionem ſecũdæ dignitatis amittitur prima, ſecus autem ſi ea retinetur, vt ſi cauſa commiſſa eſt Epiſcopo, & eius Epiſcopatus durante commiſſione vel delegatione erigatur in Archiepiſcopatum, tunc delegatio remanet eidem Archiepiſcopo, nec expirat, nec tranſit ad alios *Noal. d. cap. 51. n. 7. & 8.*

9 6. Procedere etiamſi cauſa ſit commiſſa vni habenti duas dignitates ex diſpenſatione, vel vnione, exprimendo nomen appellatiuum vtriuſque dignitatis, putà Prepoſito, & Archidiacono, nam illo mortuo ſi eædem dignitates diuerſis perſonis conferantur, iſti duo, qui in locum vnius ſurbogantur ſuccedunt in tali delegatione tamquam ipſam dignitatem repræſentantes *Noal. d. cap. 51. num. 9.*

10 7. Vt locum habeat etiam ſi Cauſa committatur duobus ſub nomine appellatiuo, ſeu nomine dignitatis, puta Præpoſito, & Archidiacono cum clauſula, quod vnus ſine altero procedere non poſſit, & contingat, quod vno mortuo, alter prouideatur de dignitate defuncti ex diſpenſatione, vel vnione, nam ipſe ſolus poterit procedere, cũ repræſentet duos, & ità delegatio inſolidum trãſit ad eum *Lap. alleg. 88. nu. 3.*

11 8. Vt cauſa delegata Epiſcopo, vel Poteſtati, tranſeat etiam in Locumtenentem, vel Viceregẽtem, dummodo is creatus ſit à ſuperiore cum prærogatiuis Epiſcopi, vel Poteſtatis, vt eſt Vicarius Apoſtolicus, vel Vicerector creatus ab Vniuerſitate ſcholarium propter receſſum, vel mortem Rectoris, Secus autem ſi creatus ſit ab Epiſcopo ipſo, Poteſtate, vel Rectore *Noal. d. c. 51. nu. 11.*

12 Primus hic caſus ſic ampliatus declaratur, vt non procedat quando commiſſio, vel delegatio facta eſt ſub nomine dignitatis in perſonam eius, qui non habet ſucceſſorem in ipſa dignitate, exẽplum eſt in Nuntio, vel legato etiam à latere, nãque ipſo Nuncio, vel legato mortuo, vel reuocato, non tranſit commiſſo, vel delegatio ad ſucceſſorem. Ea ratione quia dignitas Nuntij, & legati non eſt perpetua, ſed reuocabilis ad nutum, & conſequenter non durat ipſo mortuo, vel reuocato, nec is dicitur habere ſucceſſorem. Secus eſt ſi Talis Nuntius ſit ordinarius illius loci, vt eſt Nuntius Venetiarum, vel Neapolis, nam tunc tranſit ad ſucceſſorem *Gambar. de poteſt leg. lib. 8. nu. 98. per tex. in l. meminiſſe in princ. ff. off. Proconſ.* Aliud exemplum eſt in delegatione facta Canonico ſub nomine dignitatis, nam ipſo Canonico mortuo, vel priuato, delegatio non tranſit in ſucceſſorem, ſiue ſit certus Canonicorum numerus, ſiue non *Noal. d. c. 51. nu. 12.*

13 Declaratur 2. Vt locum non habeat quando ille, cui facta eſt delegatio ſub nomine dignitatis eſt coniunctus ſanguine, vel valde amicus delegantis, nam tunc erit perſonalis, & ad ſucceſſorem non tranſibit *Menoch. d. quæſt. 68. nu. 25.*

14 Secus eſt in delegatione, quæ committi debet perſonæ indignitate conſtitutæ iuxta *tex. in c. ſtatutum de reſcript. in 6. Sanch. de matr. lib. 8. diſput. 27. num. 15.*

15 Declaratur 3. ſi in delegatione vtrumque eſſet expreſſum nempe nomen proprium, & dignitatis, nam tunc attenditur illud quod præcedit, ità quod ſi præcedat nomen proprium, delegatio cenſetur eſſe perſonalis, & ad ſucceſſores non tranſit, ſi vero precedat nomen dignitatis, intelligitur eſſe realis, & tranſit ad ſucceſſores per *tex. in l. ſi communis ſeruus ff. de ſtipul. ſeruor. Sanch. de matr. lib. 8. diſp. 27. nu. 18. Menoch. d. qu. 68. nu. 16. Noal. d. cap. 51. num. 16.* vbi reſpondet contrarijs *Ripoll. var. cap. 1. nu. 13. & ſeqq.* vbi dicit eſſe perſonalem ſi commiſſio ſit facta Petro regenti tale officium, nam ſi perdit officium etiam cognoſcit poſt *Farin. de reſign. benefic. tom. 1. lib. 1. q. 11.*

16 Sed non habet locum contrarijs exiſtentibus coniecturis, quarum prima eſt, quando delegans non habet notitiam perſonæ, nam tunc expreſſio nominis proprij, non operaretur, ſed ſolum nomen dignitatis inſpicitur, vt diximus *ſup. num. 1.* Secundo quando delegatus eſt coniunctus, vel valde amicus delegantis, nam hoc caſu etiam ſi delegatio facta ſit ſub nomine dignitatis, tamen cenſetur facta intuitu perſonæ, & ſic eſt perſonalis, vt diximus *ſup. nu. 12.* Tertio. Cum altero nomine attento diſpoſitio eſſet in vtilis, nam tunc iudicandum eſt illud nomen contemplatum eſſe,

quod

Digitized by Google

quod facit valere delegationem. Quarto Eſt in ſubiecta materia, nam ea delegationem factam ſub nomine dignitatis facit eſſe tranſibilem, vt dicemus *hic declaratione 4. nu. 18.* & delegationẽ factam ſub nomine proprio tranſmiſſibilem facit de quo etiam dicemus *infra*.

17 5. Coniectura eſt quando eſt commiſſa cauſa grauis, & ardua, nam præſumitur potius facta perſonæ quam dignitati, vt dicemus *num. 19.* 6. eſt illa, quæ ſergit ex verbis delegationis, vt dicemus *infra*.

18 Declaratur 4. hic primus Caſus, quia ſi ſubiecta materia ſuaderet delegationem eſſe perſonalem, tali caſu eſſet perſonalis, etiam ſi eſſet ſub nomine dignitatis *Noal. d. cap. 51. nu. 25. & 26.*

19 Declaratur 5. Vt non procedat quando eſt commiſſa cauſa grauis, & ardua, nam tunc præſumitur potius facta perſonæ quam dignitati, ideo non tranſiret ad ſucceſſorem *Menoch. d. qu. 68. nu. 45.* Et quæ ſit grauis, & ardua remittitur in arbitrium iudicis, vt dicit *idem Menoch. q. 205*

20 Declaratur 6. Non habere locum in caſibus, in quibus cenſetur electa induſtria perſonæ, nam hoc caſu delegatio non tranſit ad ſucceſſorem *cap. si cui de offic. deleg. in 6. l. inter artifices ff. de ſolut. Menoch. d. qu. 68. nu. 4. & ſeqq.* Et quando dicatur electa induſtria perſonæ dicit *Menoch. lib. 2. præſumpt. 21. & lib. 6. præſ. 92. Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 5. c. 8. & 9.*

21 Declaratur 7. Vt non procedat quando delegans moritur re integra, nam hoc caſu morte ipſius delegantis expirat delegatio *l. & quia ff. de iuriſd. omnium iudic. cap. gratum c. licet de off. deleg. §. vl. de offic. legati cap. quamuis de offic. deleg. in 6. Guazzin. defenſ. 1. c. 1. nu. 21.*

22 Res integra eſſe deſinit etiam per ſolam citationem *cap. gratum de offic. deleg.* poſt omnes *Noal. d. cap. 51. nu. 30.* dicemus hic *qu. 15.* vbi latè agemus quando per mortem delegantis expiret delegatio.

23 Declaratur 8. Vt non procedat vbi ex verbis delegationis apparere poteſt de delegantis mente, quod habuerit reſpectum ad perſonam, & non ad dignitatem, nam hoc caſu quamuis delegatio eſſet facta ſub nomine dignitatis tamen cenſeretur eſſe perſonalis *Noal. d. cap. 51. num. 31. Sperell. d. dec. 166. nu. 25.* vbi per totam deciſionem ponit caſum in delegatione facta Canonico Pœnitentiario Cathedralis vni ex Iudicibus Synodalibus, & fundat, illo mortuo, delegationem, ire ad ſucceſſorem in Canonicatu.

24 Declaratur 9. Vt locum habeat in delegatione facta obtinenti dignitatem iure ſuo proprio, ſecus in delegatione facta obtinenti dignitatem nomine alterius *Menoch. d. qu. 68. nu. 24.* quamuis aliter ſit in delegatione facta Vicario generali, vt diximus *ſup.*

25 Declaratur 10. vt ſi cauſa ſit commiſſa Vicario generali ſub nomine Vicarij generalis, non poſſit cognoſci per Epiſcopum, cum ſit electa induſtria perſonę Vicarij, & hic non facit concluſio quod Epiſcopus, & Vicarius generalis ſit vna perſona latè *Ripoll. variar. cap. 1. num. 445. & ſeqq.*

26 Secundus Caſus eſt quando delegatio eſt facta alicui ſub nomine proprio, & tunc quamuis delegatus habeat dignitatem, nihilominus delegatio ad ſucceſſorem non tranſit *cap. pen. de offic. iud. deleg. gl. vlt. in l. tale pactum §. fin. verſ. aly ff. de pactis* poſt alios *Noal. d. caſ. 51. nu. 33. Antonell. de tempore legali lib. 1. cap. 84. nu. 5. Tuſc. lit. I. concl. 555. nu. 1. Guazzin. defenſ. 13 cap. 9. nu. 2. Obrecl. de Iuriſ. lib. 4. c. 8. nu. 27.*

27 Et Iuriſdictio non redit ad Iudicem ordinarium loci, ſed ad Principem delegantem *Mart. laud. de Princip. qu. 148. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. nu. 50. & 61. Tuſc. concl. 76. num. 4. & ſeqq. lit. M. Honded. conſ. 27. num. 13. vol. 2. Burg. de modo proced. ex abrupt. qu. 82. num. 6.* etiam ſi penderet cauſa coram ordinario per viam delegationis, nã adhuc redit ad Principem *Guazz. d. c. 9. nu. 3.*

28 Ampliatur hic ſecundus caſus (ſed hic eſt ſciẽdum, quod etiam delegationes ſub nomine proprio ſunt faciendæ de iure Canonico exiſtentibus in dignitate Eccleſiaſtica *cap. ſtatutum §. ſanccimus de reſcriptis in 6.* ne Papa, vel Sedes Apoſtolica repræſentetur à vili Miniſtro, non eſt ſic de iure ciuili, nam inter laicos, & dum agitur de re profana non habet locum iſte *tex. Put. dec. 15. nu. 3. lib. 2.* diximus *ſup. qu. 7.*) in terminis iuris canonici, vt delegatione facta ſub nomine proprio in perſonam obtinentis dignitatem adeo perſonalis ſit, vt dignitate ipſa ceſſante non ſolum delegatio non tranſeat ad ſucceſſorem in ea dignitate, ſed neque ceſſet in perſona delegati per ceſſationem eiuſdem dignitatis, ità quod delegatus ſub nomine proprio poteſt de cauſa delegata cognoſcere etiam poſt dignitatem finitam latè *Noal. d. caſ. 51. nu. 34. Grattan. diſcept. 92. num. 1. & ſeqq. Cauall. q. 666. nu. 5. & ſeqq. Antonell. de tempore legali lib. 1. cap. 84. nu. 1. & 2. Sperell. dec. 166. n. 27.* vbi refert deciſ. Sacræ Congregationis Concilij Tridentini.

29 Et hæc Concluſio vera eſt ſiue delegatus cœperit vti iuriſdictione delegata antè amiſſam, & finitam dignitatem, ſiue non *Sanch. lib. 8. diſp. 27. num. 25.*

30 Declaratur Primo ampliatio, Vt locum non habeat quando delegatus, qui dignitatem amiſit, aſſumit qualitatem penitus repugnantem, & incompatibilem, vt puta ſi Cauſa erat ſpiritualis, & is eſt effectus laicus, nam tunc ceſſat delegatio *Sanchez d. lib. 8. diſp. 27. nu. 27. Antonell. d. cap. 84 num. 3.*

31 2. Vt non procedat ſi idem delegatus remotus eſſet propter delictum, quia pariter hoc caſu ceſſaret delegatio, nec delegatus poſſet amplius Cauſam cognoſcere ad *tex. in l. Caſſius ff. de Senator. Sanch. d. diſp. 27. nu. 26.*

32 Declaratur hic ſecundus Caſus, & ampliatio ſimul, vt non habeant locum quando ſubiecta materia reſpicit dignitatem, quia tunc delegatio, & commiſſio tranſit ad ſucceſſorem, quamuis expreſſum ſit nomen proprium tantum *Noal. d. cap. 51. nu. 40.*

33 Declaratur 2. Vt non habeat locum quando delegatus eſt incognitus deleganti, quia hoc caſu delegatio non cenſetur facta perſonę, etiam ſi ſit expreſſum nomen proprium, ſed cenſetur eſſe facta dignitati, & ſic non tranſit ad ſucceſſo-

tem,

Digitized by Google

rem,vt diximus *ſup.num.6.*

34 Declaratur 3. Quia ſi in delegatione expreſ-
ſum eſt nomen proprium, & etiam nomen digni-
tatis, illud nomen attendendum eſt quod præce-
dit,vt diximus *ſup.num.15.* dummodo non adſint
in contrarium coniecturæ ibi conſideratę, vt di-
ximus *num.18.*

35 Si à ſuperiore ſit demandata cauſa Vicario
Epiſcopi, non poteſt ipſe Epiſcopus cognoſcere,
cum in ea Vicarius ſit maior ordinario, & ſit ſe-
paratum auditorium Epiſcopi ab eius officiali
Gratian.diſcept.92.num.6. vbi *num.ſeq.* addit hoc
procedere etiamſi Cauſa ſit commiſſa Epiſcopo,
vel eius Vicario, nam ſi litteræ fuerint Vicario
præſentatæ, Epiſcopus non poterit ſe intromit-
tere iuxta *tex.in cap cum plures de offic.deleg.in 6.*
Antonell. de tempore legal. lib.1. cap.84. num.6.
& 7.

36 Verum ſi Cauſa ſit commiſſa Vicario Epiſco-
pi, & Archipræsbytero ſeu primæ dignitati, po-
teſt Archipræsbyter ſolus expedire ſi munus Vi-
carij Epiſcopi ſimul exerceat *cap.licet,& c.quam-*
uis de offic.deleg.Lap. alleg.83.col.2. Dec.in c.quo-
niam Abbas nu.66.eod.tit.de offic.deleg. Antonell.d.
cap.84.nu.8.

37 Quo vero ad Iuriſdictionem ordinariam, nul-
la eſt difficultas,quod ſi cauſa committatur alicui
Tribunali habenti iuriſdictionem ordinariam, ſi
aliqui iudices,vel omnes moriantur, vel muten-
tur, ſucceſſores poſſunt cognoſcere de eadem
cauſa,prout poterant illi mortui, aut remoti,hoc
probat *tex.in l.proponebatur 76.ff.de iudic.* ibi: *ex*
his iudicibus,qui in eadem re dati eſſent, nonnullos
(cauſa audita) excuſatos eſſe,inq; eorum locum alios
eſſe ſumptos, & quærebatur ſingulorum iudicum mu-
tatio eandem rem an aliud iudicium feciſſet, reſpon-
di non modo ſi vnus,aut alter, ſed ſi omnes iudices
mutati eſſent tamen, & rem eandem, & iudicium
idem quod anteà fuiſſet permanere, nec in hoc ſolum
euenire,vt (partibus commutatis) eadem res eſſe exi-
ſtimaretur, ſed & in multis cæteris rebus &c. latè
exornat *Alciat.lib.6.pareg.cap.17. P.Barboſ.in d.*
l.76.Milanenſ.dec.2.num.27.& 29. Lancell.de at-
tent.3.par.c.27.nu.52.& ſeqq.

38 Cum per mutationem iudicis eadem, & non
diuerſa maneat iuriſdictio,eadẽ met cauſa, idem-
que iudicium, & idem Tribunal,ſic vt,& in alijs
pluribus exemplis hoc ipſum,& iſta identitas cõ-
ſideratur, vt permutationem,& variationem per-
ſonarum, qualitatis, vel accidentis non mutetur
res,vt de Ciuitate,Collegio,Eccleſia, dignitate,
& prębenda,*per d.tex.l.proponebatur* probant *Ni-*
conic.in rubr.a nu.14.ff.de nou.oper.nunciat.Man-
doſ.conſ.91. num.5. & 6.Roman.conſ.406.num.8.
Caſtr.conſ.389.col.2.lib.1. Rodriq.qq. regul.qu.26.
art.1. ad finem bene *Barboſ. in d. l. Menoch.conſ.*
219.nu.14.lib.3. facit etiam *tex.in l.quid tamen §.*
1.ff. quibus modus vſusfr. amitt. l grege l. ſi grege l.ſi
ita legatum §.fin.ff.de leg.1.

39 Sic terminus,& tempora præſtituta primo iu-
dici ad cauſam determinandam iuxta *l.2. §.ſed ſi*
*iudex ff.de iudic.*eadem cenſebitur præſtituta ſuc-
ceſſori, & ſubrogato *l.iudex 32.ff.de iudic.* Sic
40 etiam licet in appellatione requiratur expreſſio
nominis iudicis à quo, tamen ſatis eſt, vt conti-
neat nomẽ dignitatis iudicis, puta: *appello ab Au-*
ditore Cameræ, ab Epiſcopo Auerſano &c. Rebuff.in
tract.de appell.in præfat.nu.29. Scacc. eodem tract.
*qu.6.à nu.43.*qui *num.49. & 50.* dicit ſufficere ſi
idem obſeruetur reſpectu iudicis ad quem,vt pu-
ta *appello ad Archiepiſcopum Toletanum.* Eadem
41 ratione Iudex ſucceſſor poteſt taxare expenſas,
quas ſibi taxandas iudex prædeceſſor in ſenten-
tia à ſe lata reſeruauit,imo idem ſucceſſor poteſt
ſententiam dubiam prędeceſſoris interpretari,vt
docet *Lar.in l.ab executore ff. de appell. Burg.de*
Paz.in l.1.Tauri ſub nu.427.Rum. conſ.38. nu.9.
lib.1.

42 Et Iudex ſucceſſor ſed datus loco alterius, &
in eius defectum,aſſumit cauſam in eodem ſtatu,
& eam determinat ex eiſdem actis *l.mortuo iudice*
ff.de iudic.vbi gl.& Odofred. & l.edictum ff. eodem
Barboſ.in l.ſi longius in princ.n.45.ff.de iudic.Mar-
cheſ.de commiſſ.1.p.cap.3.à num.43.Dec.conſ.449.
num.20.Zerola in praxi par.1. verb. *inſinuatio §.4.*
Foller.in pract.crim.rubr.foriudicentur nu.1.in fine
Scialora de foriudic.cap.2. nu.29. vbi dicit de fo-
riudicationis actis.Qui *nu.30.* dicit aliter eſſe in
citatione facta reo ad foriudicandum, & agnatis,
& cognatis ad dicendum Cauſam quare &c. nam
mutato iudice, ſucceſſor tenetur iterum citare
dicemus *rubr.12.*

43 Et eodem modo procedit ſucceſſor; quo pro-
ceſſit prædeceſſor *l.properandum C. de iudic.Lan-*
*cell.de attent.par.3.cap.27.nu.53.*Quia acta facta,
coram vno iudice fidem faciunt coram alio ſi ſit
ſucceſſor in eodem Tribunali *Cors. in l.geſta nu.*
5.C.de re iudic.Paz.de tenut.cap.32. nu.40. ſuffi-
cit coram illo iuſſio ipſorum actorum,cum non
requiratur reproductio *Iaſ.in l.2.num.14. C.de*
edend.Tuſc.tom.1.lit.A.conclus 91.n.5

44 Eodem modo Iudex executor ſucceſſor per-
ficit executionem, quam inceptam reliquit ſuus
prædeceſſor ſecundum *Bal.in l.fin. C.de fructib.&*
litis expenſ.Bar.in l ſucceſſores C. de ſuſcept. & ar-
car.lib.10.Guid.Pap.dec.535.Boer.dec.5. num.18.
Parlador rer.quot.l.2.cap.fin.6.par.§.vnic.à nu.34
45 Verum non per hoc quod prædeceſſor iudex
proceſſit ad acta foriudicationis, eius ſucceſſor
tenetur proferre ſententiam foriudicationis,ſi nõ
ſit caſus foriudicationis *Scialoya de foriudic.cap.2*
num.31.

46 Succeſſor ordinarius,& prædeceſſor,(cum idẽ
iudex reputetur)poteſt ſucceſſor reſtituere in in-
tegrum cõtra factum ſui prædeceſſoris *Spec.tit.de*
reſtit.in integr.§.videndum reſtat nu.4. Scacc. de
appellat. quæſt. 19. remed. 2. num.32. & abſol-
47 uere ab excommunicatione emiſſa per præ-
deceſſorem, & ſubdelegantem ità *Felin. per tex.*
ibi *in cap.paſtoralis in princ.ſub num.11.de offic.&*
48 *poteſt.iudic.deleg.* Sicut prædeceſſor poteſt repo-
nere attentata ſiue à ſe ſiue ab alio facta, ita ſuc-
ceſſor *Lancell.de attent.3.p.cap.27. nu.52. & ſeqq.*
Marcheſ.de commiſſ.1.p.cap.29.à nu.40.

49 Sic quando præceptum eſt aliquid prætori, vt
prætori,puta ratione officij, tranſit in ſucceſſorẽ,
qui omnino tenetur adimplere *Bal. in l.tale pactũ*
ff.de pactis l.ſi communem ſeruum ff.de ſtipul. ſeru. Co-
uar.pract.qq.cap.11. num.1.& 2.Mantica de tacit.
lib.7.tit.23.nu.49.& 50.Salgad.de reg.protect.p.4.
cap.

Digitized by Google

*cap.6.*verſ.*circa quod Rrdoan. de reb. Eccleſ.non alien.qu.57.nu.9. Zerola in praxi par.1.* verb.*ſucceſſor* §.5.

50 Eadem ratione litteras directas Epiſcopo prædeceſſori mortuo,ſub nomine dignitatis, & habi-
to reſpectu ad officium , benè tenetur ſucceſſor
exequi,& implere *Flor.de Mena pract.qu.4.nu.fin,*
& eſt *tex.*expreſſus *in auth.vt nulli iudic.* §.*ex hoc*
vero iubemus. Imò poteſt illas exequi ſinè nouo
mandato *Arndan.de exequ.mand. cap.17. nu.10.*
verſ. *nonus exequutor* latiſſimè *Salgad. de reg. protect.par.1.cap.3.* qui hæc ponit, & alia,ac probat
quod ſi Iudex Eccleſiaſticus poſt grauamen illatum obijt, eius ſucceſſor tenetur illud grauamen
remouere,& Supremum Tribunal regium vigore
legum hiſpanarum , poteſt pro tollenda vi mandare,quod remoueatur.

51 Locumtenens regulariter habet eandem Iuriſdictionem, quam habet Capitaneus *Maranta*
in ſingul. verb. *iudex ſubſtitutus Campagn. in cap.*
Regni 19.num.9. & *ſeqq.* Quod intellige de illo
52 creato à Barone , cui ſit conceſſa authoritas ſolita concedi Capitaneis *de Nigris in d.cap. Regni*
incip.*Quia de Vicarijs nu.11.Boer.dec.152.*

53 Sed quæſtio eſt an locumtenens ſit Competens
in procedendo ad ſententiam foriudicationis cōtra delinquentem abſente officiali? Quod non
dicit *Paris de Put.de ſindic.* verſ.*ſubſtitutus cap.2.*
nu.7. & *ſeqq.Reg.Sanfel.dec.362. num.10.* & *ſeqq.*
Lanfranch.dec.50. Sed *Nig.vbi ſup.* tenet contra-
54 rium in Locumtenente creato à Barone cum
mero,& mixto imperio . Alij tamen ſimpliciter
55 dicunt,quod locumtenens ſubſtitutus à Iudice
ordinario poſſit delinquentes in contumaciam
condemnare ad pœnam vltimi ſupplicij *Angel.*
*Aret.de malefic.*verſ.*hac eſt quadam ſententia nu.1.*
Boſſ.tract.crim.tit.de ſentent.num.24.Scac.de iudic.
lib.1.cap.13.nu.17.

56 Sed Verior eſt opinio,quod Locumtenens cōſtitutus à Capitaneo non habet cognitionem
cauſarum meri imperij ſecundum *Bal. in auth.ſed*
nemo iure in princ. C.de ſeruis fugit. Caſſan. in cat.
*glor.mundi par.7.conſid.25.propè princip.*Secus eſt
in Locumtenente conſtituto à Barone , qui præfertur locumtenenti conſtituto à Capitaneo *Boer.*
*d.dec.152.*late *Borrell. de magiſtr. edictis lib.1.c.1.*
nu.221. & *223.* & *ſeqq.* vbi dicit quod locumtenens conſtitutus à Barone poteſt exercere etiam
merum imperium vſq;ad mortem incluſiuè ſecus
conſtitutus à Capitaneo , qui non poteſt infligere pœnam vltimi ſupplicij,nec etiam abſciſſionis membri *Reg.Rouit.in prag.5.de ſyndic. official.*

57 Quando locumtenens eligitur à Capitaneo
non poteſt eligi niſi ad modicum tempus puta
ad 15.dies , & poteſt eligi etiam de Ciuibus hoc
caſu *Franch.deciſ.98. in fine Guttier. pract. lib.1.*
qu.34.Bouadill.in Polit.lib.1.cap.12.n.27. & *ſeqq.*
Quando eligitur à Barone poteſt etiam ad longum tempus deputari,ſed hoc caſu non poteſt eſſe ciuis,ſed debet eſſe aduena , vt deciſum refert
*Franch.d.dec.98.*adſtipulatur *Theſ.dec.268.*

58 Et etiam Vniuerſitas aliquando poteſt ſibi eligere locumtenentem,ſcil.in caſu mortis , & abſentiæ in partes longinquas *Bonadill. lib.1.cap.2.*
nu.24. & *ſeqq.* Et ſi Locumtenens gerat aliquos
actus poſt regreſſum Capitanei non propterea
erunt nulli vt poſt *Caſtr,Decium Boer.* & *Aud.*dicit *Bonadill.lib.1.cap.12.num.18. in fine,* & *libro 2.*
*cap.9.nu.31.*Imò ipſe *d.l.2.cap.16. nu.202.* tenet
quod non poſſit Baro ſubſtituere Locumtenentē
ſuo Capitaneo , ſed quod Capitaneus poſſit ſibi
eligere Locumtenentem generaliter,quotieſcūq;
eum ab eſſe contingerit,dicit *Purpurat in l.1. nu.*
602.ff.de offic.eius poſt *Dec.in d.l.1.n.68.ff.eod.*

SVMMARIVM.

1 *Conceſſa Iuriſdictione , ſeu officio Titio poſt mortem*
Cay,an cenſeatur conceſſio facta ſi vacauerit per
remotionem Cay,aut alio modo, & *è contra?* & *nu.*
2.3.4. & *5.*

6 *Quid in beneficijs?* & *nu.7.8.9.*

Conceſſa iuriſdictione , ſeu officio Titio poſt mortem Caii, an cenſeatur conceſſum , ſi vacauerit per remotionem Caii,vel alio modo & è contra?

QVÆSTIO IX.

1 QVæſtio hæc diſputatur ad partes per
Maſtrill.de magiſtrat.lib.1.cap.26. &
a nu.16. & *ſeqq.* affirmatiuè reſoluit,
& reſpondet contrarijs rationibus ,
ſequitur *Olea de Ceſſ. Iur. tit.3. qu.4.*
*nu.12.per tex.in l.2.C.de primicer.lib.12.*Ea ratione quia caſus mortis,remotionis ſeu renunciationis æquiparantur *arg. tex.in l. gallus* §.& *quid ſi*
tantum ibi , *vt ad ſimilitudinem mortis caeteri caſus*
admittendi ſint ff. de liber. & *poſth. l. ſi nacem* §.*ſi*
deportatus ibi , *qui mortui loco habetur ff de bonis*
libert. Molin.lib.3.cap.13.nu.10.Olea vbi ſup.n.10.
Giurba de feudis §.1 *gl.13.nu.44.* & *gl.10.nu.28.*

2 Et idem eſt remoueri ab officio,quod mori *gl.*
*in clem.1.*verb.*mori vt lite pend.ſimilis gl.*verb.*moriatur in cap.ſicut de preb.in 6.Maſtrill. d.cap.26.*
num.30.

3 Et paria ſunt non extare per mortem, vel per
remotionem *Ruin.conſ.67.nu.1.vol.2. Viu.dec.2.*
nu.10. & *43.Surd.dec.202.nu.1.* & *2. Reg.Tap.in*
l.fin.ff.de conſtit.Princip.par.2.cap.11.nu.80. Maſtrill.d.cap.26.nu.31.

4 Sic è contrà ſubrogatus in officio vt illud ſeruiat durante abſentia officialis, eo mortuo poteſt
officium exercere *Franc.dec.255.num.4. Petra ad*
Capit.dec.151.lit.A.Boer.dec.149.nu.15.Giurba
dec.9. & *conſ.19. nu.83. in fine Amaya in l.nullus*
nu.39. & *42.*vbi *etiam Reg.Conſtant.qu 55. C.de*
decur.lib.10.Olea d.tit.3.qu.4. nu.13. Cum abſentia morti æquiparetur *c.vl.*§.*fin ne Sede vacante*
& mortuus dicatur abſens *gl.in* verb. *abeſſet in c.*
ſi delegatus de offic.deleg in 6.l.multa , in princ.ff.de
rendit. & *demonſtrat.Bertazol.conſ.crim.30. nu.21.*
& *conſ.85.nu.9.Giurba d.deciſ.9.num.6.* & *9.Vin.*
dec.2.nu.5.D.Conſ.Petra in rit.M.C.2. nu.49. diximus *ad R.Rouit.dec.61.*

5 Idem eſt in tutore , qui ſi ſit datus in caſu ab-

ſenciæ cenſetur datus in caſu mortis *l. quæſitum ff. de tutel. Vin dec. 2. nu. 5.* Et datus in caſu mortis cenſetur datus in caſu remotionis alterius tutoris *l. ſi quis ita §. fin. ff. de teſt. tutel. Surd. dec. 207 nu. 13. Maſtrill. d. cap. 26. num. 19. & ſeqq. & dec. 6. nu. 10. in fine* vbi deciſum refert.

6 Quo ad beneficia habemus *tex. in cap. ſuſceptum de reſcript. in 6.* in quo diſponitur quod ſi conferatur beneficium in caſu, quo vacet per reſignationem, non extenditur ad caſum, in quo vacet per mortem *Guid. Pap. dec. 547. Beron. conſ. 156. vol. 3. Bal. in cap. ex parte de offic. deleg. Guttier pract. qq. canon. lib. 2. cap. 15. nu. 60. Garz. de benefic. par. 11. cap. 1. à nu. 8. Maſcard. de probat. concluſ. 1081. num. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 201. num. 103. & ſeqq.*

7 Quod eſt intelligendum de beneficijs vacantibus prouiſis iſto modo, ſecus vacaturis, nam in his non habet locum diſpoſitio dicti *tex.* cum ille ſit fundatus in dolo, & tamen debet exprimi verus modus vacationis *Menoch. de arbitr. caſ. 201. nu. 105. & conſ. 535. n. 6.* vbi deciſiones Rotæ refert *Selua de benefic. par. 3. qu. 12. nu. 76. Maſtrill. de Magiſtr. d. cap. 26. nu. 41. & ſeqq.*

8 Et diſpoſitio einſdem *tex. cap. ſuſceptum*, ceſſat cum adeſt in conceſſione clauſula ex certa ſcientia, & motu proprio, etiam ſi alio modo vacet, ac fuit expreſſum *Menoch. d. conſ. 535. nu. 9. Loffred. conſ. 45. nu. 22. Anna alleg. 62. nu. 15. Iacobin. de S. Georg. de feud.* verb. *inueſtiuit Maſtrill. ibid. n. 44.*

9 Vel ſi adſit clauſula, *quocumq; modo vacauerit* ſeu *alio quouis modo vacauerit gl. in d. cap. ſuſceptum* verb. *expreſſè Rebuff. in tract. nominat. qu. 17. num. 26. Barboſ. in d. cap. ſuſceptum nu. 7. & ſeqq.* vbi bene ampliat, & limitat.

SVMMARIVM.

1 *Iudices non poſſunt eſſe fœminæ, an arbitræ? & nu. 2. 3. 4. 5. 10.*
6 *An arbitratrices?*
7 *Hermafroditus an poſſit eſſe Iudex.*
8 *Fœminæ an poſſint habere feuda?*
9 *An poſſint eſſe Vicariæ? An Tutrices, & Curatrices & nu. 11. 12. 13. 14. 15.*
16 *An ſint Capaces Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ? & nu. 17. 18. 19. 20.*
21 *Serui non poſſunt eſſe iudices, & nu. 22. 23.*
24 *An Monaci poſſint eſſe Iudices, aut arbitri? & an 25. ad nu. 37.*
38 *Qui alij non poſſint eſſe indices? & nu. 39. 40. 41. 42. 43. & 44.*

Fœminæ an & quando poſſint eſſe Iudices & arbitræ, aut arbitratrices, ſerui, monaci, baſtardi, electi ad inſtantiam alterius, & miles?

QVÆSTIO X.

1 MOribus, ideſt conſuetudine legibus roborata Iudices eſſe nequeunt fœminæ, quæ ab omnibus officijs ciuilibus, & publicis regulariter remotæ ſunt, vnde nec Iudices eſſe, nec magiſtratus gerere poſſunt *l. fœminæ ff. de reg. iuris d. l. cum prætor ff. de iudic. cap. 2. 3. & 7. cap. mulierum 33. qu. 5. Caran. in tit. 1. num. 30. & ſeqq. Scialoya de foro comp. cap. 33. nu. 311. Maſtrill. de magiſtr. lib. 2. cap. 4. Scacc. de ſent. & re iudic. gl. 4. qu. 2. nu. 33. & ſeqq. Epiſc. Moranta in Medulla Decret.* verb. *mulieribus Fagnan. in cap. cum indecorum de ſtatu. & qual. num. 14. D. Rota de priuil. mulier. cap. 2. nu. 96. & ſeqq. Cabed. dec. 27. nu. 2. par. 1. P. Barboſ. in l. cum prætor §. vl. nu. 259. de iudic. Cened. ad decret. collect. 122. nu. 1.*

2 Nec arbitræ *l. fin. C. de arbitr. cap. dilecti extra eod. Maſtrill. nu. 2. Ludouiſ. dec. 204. D. Rota ſup. nu. 99. Barboſ. in d. cap. dilecti nu. 2.* Et infelix eſt Regnũ,

3 in quo illæ imperant *D. Auguſt. ſuper Io: ſerm. 2. Ariſt. lib. 2. Polit.* vbi dicit *fœminæ imperio ſubdi ignominioſum* bene poſt alios *D. Pelaia inſtit. Pontific. lib. 2. dec. 1. nu. 12.* Ratio eſt, nè contra pudicitiam

4 ſexui naturaliter congruentem, in publico eſſe, & officia virilia tractare videantur *l. 1. §. ſexum ff. de poſtul.* Et q̃nia iudicare officium eſt vltra ſexum fœmineæ infirmitatis *l. 1. C. quando mulier tut. off. Maſtrill. d. cap. 3. nu. 13. & ſeqq.* vbi alias rationes, & pulchra ad materiam ponit *Scacc. d. qu. 2. nu. 35. & ſeqq.*

5 Sed ſi habeat alias iuriſdictionem de Iure cõmuni, vel de conſuetudine, tunc etiam ſuper rebus temporalibus Eccleſiæ poteſt eſſe arbitra *Barboſ. in d. c. dilecti.*

6 Poteſt tamen eſſe arbitratrix *R. Rouit. in rub. de arbitr. in fine Rota Romana apud Ludouiſ. dec. 204.* Ea ratione quia arbitramentum contractus inſtar habetur, potius quam actuum iudicialium *Anchar. conſ. 208. nu. 9.* verſ. *item ſententia Socc. conſ. 124. ſub nu. 6. lib. 1.* & nulla authoritate iudiciali fundatur *Card. conſ. 29. ſub nu. 19.* Nec iudicium dicitur *Bal. conſ. 169. nu. 3. & 6. lib. 6.*

7 Sic etiam Hermafroditus poteſt eſſe iudex ſi magis incaleſcit in ſexu maſculino, ſecus ſi magis incaleſcit in ſexu fœminino, quia tunc non poteſt eſſe etiam arbiter *l. quæritur ff. de ſtatu homin. Blanc. de compromiſſ. q. 2. nu. 40.* qui dicit poſſe eſſe arbitrum ſi ſexus æqualiter appareat in eo, ita vt non poſſit iudicari qui ſexus magis præualeat *Scialoya de foro compet. cap. 33. nu. 314. Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 106. Guttier. eodem tract. qu. 119.* contrà *Bauhinum lib. 1. de Hermaphrodit. c. 40.* quem ſequitur *Narbona de ætate anno 20. qu. 4. nu. 2. 3.* tenet *Caranza de partu cap. 17. num. 68. Filliuc. de ſtatu Clericor. tract. 41. de benefic. Eccleſ. cap. 5. Zacchia qq. medicolegal. lib. 7. tit. 1. q. 8.*

8 Poſſunt fœminæ etiam habere feuda *DD. in c. dilecti de arbitr. & in l. fin. C. de recept. arbitr. Caranza in tit. 1. num. 33. Capibl. de baron. in rubr. nu. 42. & ſeqq. Maſtrill. d. cap. 3. nu. 39. & ſeqq.* & Regnũ regere *Molina de hiſp. primog. lib. 1. cap. 13. nu. 14. Maſtrill. nu. 43. Scac. de ſent. gl. 4. qu. 2. num. 42.* Et

vbi

vbi ſuccedunt in Regnis poſſunt iudicare, vt de
Regina Ioanna Regina Neapolis ſedente in Tri-
bunali, & ſententiam proferente dicit Belleſt. diſq.
Cleric. par. 1. tit. de diſcipl. Cleric. §. 8. nu. 16.

9 Sic etiam poſſunt inſtitui Vicariæ generales
à ſuis Viris habentibus feuda Carauit. d. tit. 1. nu.
34. Capibl. vbi ſup. nu. 48.

10 Poſſunt tamen ex conſuetudine, vel ex priui-
legio Principis habere authoritatem iudicandi,
vt exemplificat Dec. in l. 2. num. 4. & ſeqq. ff. de reg.
iur. Blanc. de compromiſſ. qu. 2. num. 36. & ſeqq. Scac.
d. qu. 2. nu. 43. D. Rota d. cap. 2. nu. 96. & ſeqq.

11 Ipſæ fœminæ non poſſunt eſſe Tutrices, & Cu-
ratrices l. iure noſtro ff. de teſtam. tutela l. fœmina ff.
de tutel. l. 1. C. quando mul. tut. off. fung. poſſ. l. 2. ff. de
reg. iur. cap. dilecti de arbitr. Manzin. de tutel. qu. 5.
princ. Caualc. Prag. Guttier. & alij de tutel. ſecus ma-
12 ter, & auia per tex. in auth. matri, & auiæ C. quando
mul. tut. off. fungi poſſ. l. 2. & fin. C. eodem §. pen. vel
fin. Auth. de hered. ab inteſt. venien. Manzin. vbi ſup.
& DD. omnes tractantes de tutel. & Curat. Verum
13 non poſſunt eſſe Curatrices maritorum prodi-
gorum, vt deciſum refert Franch. deciſ. 348. Nec
14 Curatrices furioſorum l. is cui bonis ff. de Curat.
furioſ. Anno ſing. 191.

15 Nec vxor eſt legitima adminiſtratrix ſui viri,
pro vt eſt è contra Guid. Pap. deciſ. 445. Maſtrill.
dec. 131. nu. 17.

16 Aliquando diſpenſatiue cauſas etiam ſpiritua-
les mulieribus demandatas eſſe compertum eſt,
vt legitur in can. Menuam 2. qu. 5. gl. in cap. 1. in
verb. mulieres 15. qu. 1. vbi DD.

17 Abbatiſſa habet iuriſdictionem in ſuas Mona-
cas, & alios, ſi qui ſunt illius iuriſdictioni ſubie-
cti cap. dilecta 12. & ibi gl. 1. Ant. de Butr. & alij de
maior. & obedient. latè Tamburr. de Iure abbat.

18 Imò ex priuilegio, vel præſcriptione poteſt
habere etiam in Clericos ſeculares, & in ſuas Ca-
nonicas, vt de Abbatiſſa Bubrigenſi dicitur in d.
cap. dilecta 12. Boer. dec. 32. nu. 20.

Imò poteſt ex priuilegio conferre benefi-
cia, & Clericos inſtituere, ac deſtituere, & ha-
bere iuriſdictionem etiam Epiſcopalem cum cō-
ſenſu S. P. Abb. d. cap. 12. nu. 1. & 5. Azor. par. 1. lib.
13. cap. 10. qu. 5. Belleſt. diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de
diſcipl. Cleric. §. 8. Flor. de Mena lib. 1. qu. 10. Eman.
qq. regul. tom. 1. qu. 17. art. 12. Mar. Anton. lib. 1. reſ.
63. Tiraq. de primog. q. 10. nu. 13.

19 Habet tamen iuriſdictionem talem qualem,
non ita plenam ſicut vir, ideo licet poſſit contu-
maces, & inobedientes ſibi ſubiectos ſuſpendere
ab officio, & beneficio, tamen non poteſt eos ex-
communicare gl. in d. cap. dilecta 12. & ibi Cano-
niſtæ, nec poteſt abſoluere à peccatis latè Scacc.
de ſent. gl. 4. qu. 2. nu. 40. Et ſic poteſt ſuſpendere
ab officio, & beneficio Clericos ſuæ iuriſdictioni
ſubiectos large, ſubtrahendo ſcil. eius præbendas,
& præcipiendo nè celebrent donec ſatisfaciant,
non autem ſtrictè, & propriè, ideſt ea ſuſpenſione
& interdictione, quæ earum tranſgreſſores pœna
irregularitatis faciat Panor. in d. cap. dilecta ſe-
quitur Fr. Eman. art. 12. in fine Azor. d. cap. 10. q.
6. Lud. Miranda art. 5. q. 4. verſ. ad primum. Et Cla-
uius Aut loquimur de his, quæ ſunt ordini an-
nexa, & ad ſacramentalem poteſtatem pertinent,
aut de his quæ ſunt iuriſdictionis. Primo caſu
fœminæ ſunt incapaces per quamcumque huma-
nam poteſtatem. Secundo caſu poſſunt exercere
ex Eccleſiæ commiſſione Suar. tom. 5. diſp. 2. ſect. 3.
nu. 5. poſt alios Barboſ. in cap. dilecta nu. 3. de maior
& obed. idem in repertor verb. Abbatiſſa.

20 Sic fœminæ poſſunt eſſe Canonicæ d. cap. dile-
cta Lambert. de iure patron. lib. 2. par. 1. qu. 7. art. 6.
nu. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 22. à nu. 16. Vi-
uian. in praxi iuris patr. par. 2. lib. 6. c. 3. n. 4. Azor.
inſtit. moral. par. 1. lib. 13. qu. 5. ſub lit. B. P. Gregor.
ſyntagm. iur. lib. 15. cap. 19. n. 9. Rota in vna Tullen.
ſeu nullius iuriſd. 27. Nouembr. 1624. & alia Tul-
len. ſeu nullius præbendarum 26. February 1625.

21 Serui etiam moribus Iudices fieri impediun-
tur, quia quoad ius ciuile attinet pro mortuis re-
putantur l. quod attinet ff. de reg. iuris d. l. cum præ-
tor, & l. ſeruus vbi not. C. de iudic. cap. 2. 3. qu. 7.
Scialoya de foro compet. cap. 33. nu. 315. Gregor. Tho-
loſ. lib. 47. cap. 11. nu. 19. & 20. Azeued. in l. 8. tit. 9.
lib. 3. Maſtrill. lib. 2. cap. 5. nu. 87. Scac. de ſent. gl. 4.
qu. 2. nu. 44. rationem ponit nu. 45. & ſeqq. Nec
22 poſſet eſſe arbitri l. pedius §. in ſeruum ff. de re-
cept. arbitr. Scialoya ibid.

23 Niſi pro liberis reputarentur, quia tunc ob cō-
munem errorem, & publicam vtilitatem geſta
per ipſos ſubſtinentur, vt l. barbarius, & ibi DD.
ff. de offic. præt. & l. 1. C. de teſtam. & l. 2. C. de ſent.
Cabed. dec. 84. nu. 30. par. 2. Azeued. l. 8. lib. 3. tit. 9.
recop. Maſtrill. d. cap. 5. nu. 88. D. Filora Inſtit. Pon-
tific. lib. 4. dec. 1. de iudic. nu. 31. Nam diſpoſitio d.
l. barbarius procedit etiam in ſimplici delegato
per eandem rationem, & per tex. in l. 2. Felin. in c.
dilecta col. 2. & in cap. ſuſcitatis col. 4. verſ. diſpoſi-
tio l. barbarius, de reſcript. vide tamen quæ diximus
sub. 9. qu. 5.

24 Ad inſtar ſeruorum etiam Monachi, & religio-
ſi iudices fieri non poſſunt, cum, & ipſi illius re-
ligionis, quam profeſſi ſunt, ſerui dicantur, & quo
ad ſecularia, & ciuiles leges pro mortuis habeā-
tur, ac ſint à cætu ſecularium penitus ſegregati
cap. placuit el 2. & cap. Monach. 16. qu. 1. cap. cauſā
quæ de iudic. cap. ex parte de accuſ. cap. vnic. extra
de iudic. bene Guid. Pap. dec. 563. Nouar. in pragm.
1. nu. 3. de Eccleſ. perſonis Maſtrill. de magiſtr. lib. 2.
cap. 6. nu. 28. & ſeqq. Scac. de ſent. gl. 4. qu. 2. nu. 47.
& ſeqq. vbi alias rationes ponit.

25 Quod ſine difficultate procedit in fratribus
ordinis minorum, qui funditus pro mortuis ha-
bentur, vt voluit Bal. in l. cum acutiſſimi col. fin. C.
de fideicommiſſ. & conſ. 427. Dec. conſ. 494. & conſ.
499. per tex. in clem. exiui de Paradiſo de verb. ſi-
gnific.

26 Illis tamen ex certa ſcientia Papæ cauſæ de-
legari poſſent, expreſſe nomine monachatus, ſeu
religionis, vt apparet in cap. cum olim el 2. poſt
princ. & ibi gloſ. & cæteri ſcrib. de priuileg. cap. con-
queſtus de foro compet. cap. ad audientiam, & c. por-
recta de confirm. vtil. vel inutil. Rot. deciſ. 209. &
284. in antiqu. Maſtrill. d. cap. 6. nu. 34.

27 Guardianis, ſeu Miniſtris fratrum minorum,
ac Prioribus mendicantium, ac etiam Prioribus
perpetuis conuentualibus, ſeu aliàs adminiſtra-
tionem, cum iuriſdictione in illos de conuentu
habentibus, cauſæ huiuſmodi committi poſſunt,

E 2 quia

Digitized by Google

quia tales veniunt appellatione præfatorum, vt eſt *gl. in clem. dudum* verb. *non habetur de ſepult. & in clem. 1.* in verb. *præfatum de elect. & in clem. 2. de reſcrip. in 6. Azor. inſt. moral. p. 2. lib. 3. c. 20. propè finem Maſſobr. de Synod. diœceſ. cap. 4. dub. 13. n. 40.* cum hi propriè dignitatem habeant *Barboſ. in d. Clem. 2. nu. 3. & 4.*

28 Secus eſſet in fratribus, ſeu Monachis habentibus officia aut ſimplices adminiſtrationes, pro vt ſunt Sacriſtæ, Cuſtodes, Camerarij, priores clauſtrales, theſaurarij, & ſimiles, quoniam iſti nō dicuntur in dignitatibus, ſed in officijs *Spec. in §. excipi col. 3. in princ. de iudic. deleg. Rot. dec. 163. in nou. Azor.* vbi *ſup. Maſſobr. dict. dub. 13. num. 40. Sanch. in præcept. decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 13. nu. 75.*

29 Quamuis ſi cauſa committeretur Monacho in Cathedrali adminiſtrationem, vel officium habēti, valeret commiſſio, maximè quando litteræ per Cancellariam Apoſtolicam expedirentur, etiam quod de monachatu mentio non fieret *Abb. in c. cum olim 13. priuil. de priuil. & in cap. cauſam, quæ nu. 9. de iudic. Rot. dec. 209. in antiqu. Vant. hic nu. 82. Fr. Emanuel. qq. regular. tom. 3. qu. 124. art. 1. Ludouic. Gomez in cap. ſtatutum nu. 32. de reſcript. in 6. Sanchez in præcept. decalog. tom. 2. l. 6. cap. 13. num. 83.* Ea ratione quia per *clem. 2. de reſcript.* ſufficit vt valeat commiſſio facta Religioſo à Sede Apoſtolica, quod in eo reperiatur qualitas, quæ ſufficit in Clerico Seculari, veluti quod Prior ſit cōuentualis atq; ità dignitatem habeat iuxta *tex. in c. ſtatutum de reſcript. in 6.* & diximus *ſup.* latiſſimè.

Sed religioſus Canonicus cathedralis habet dignitatem, quæ ſufficit iuxtà eundem *tex.* ergo etiam illi fieri poteſt commiſſio, & facit quia Canonicus cathedralis propter maximam præeminentiam dignitatem habere cenſetur *Gomez d. c. ſtatutum a nu. 24. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 2. num. 39.*

30 Nam etiam ſimplex Monachus poteſt creari officialis, & deputari Locumtenens ab Epiſcopo, & ſententiæ per ipſum latæ, præſertim ſi ab initio contra ipſius perſonam non fuiſſet oppoſitum valebūt *Rot. dec. 284. in antiq.* maxime ſecundum
31 æquitatem *Rot. dec. 4. de offic. Vicary apud Biſſign. Guid. Pap. dec. 563.* Quod eſt intelligendum cum
32 licentia ſui Superioris, alias ſecus *Lanfranc. de Orian. in cap. quoniam contra n. 532. de probat. Scac. de ſent. gl. 4. qu. 2. nu. 56.*

33 Alij verò dicunt, quod licet Summus Pontifex ex certa ſcientia faciat illum delegatum, delegatio valeat, cum poſſit ſimplici monaco à Sede Apoſtolica cauſa committi, ſeu delegari ex *tex. in cap. cum olim 14. de priuil. Vant. hic nu. 79.* Tamen ſi non fiat delegatio ex certa ſcientia commiſſio non valet *Felin. in cap. cauſam de iudic.* poſt alios *Duen. reg. 78. Gratian. diſcept. 270. nu. 6. Maſſobr. de ſynod. diœceſ. cap. 4. dub. 13. nu. 30.* Ea ratione quia ante *d. cap. ſtatutum de reſcript. in 6.* prohibitum erat Monachis nè iudices eſſe poſsēt iuxtà *cap. de præſentium* & ibi *gl.* verb. *defenſor 16. qu. 1.* iuncta generali regula *tex. in cap. 1. & in c. Clericis* verſ. *iubemus nè Clerici, vel monachi,* quia mortui ſunt mundo, & non habēt velle, ac nolle, & ſine prælati licentia aliquid facere non poſsūt *cap. ſi religioſus 27. de elect. in 6. Graff. in deciſ. p. 1. lib. 3. cap. 5. a num. 112. Azor. inſtit. moral. pa. 1. lib. 12. cap. 11.* Quare noua conſtitutio in *d. c. conſtitutum,* quæ facta eſt ad reſtringendas commiſſiones Iudicum à Sede Apoſtolica delegatorum, requirendo in eis plures qualitates, non ſubſtulit prohibitionem, ſeu impedimentum procedens in monachatu, quemadmodum etiam in habente dignitatem non ſubſtulit impedimentum minoris ætatis vt diximus *ſup.* & dicunt *DD. in d. cap. ſtatutum Gratian. diſcept. 270. nu. 7. P. Barboſ. in l. cum prætor §. vl. n. 60. ff. de iudic. Maſſobr. de ſynod. cap. 4. dub. 11.* Et in impedimentis duobus vno ſublato remanet alterum *§. affinitatis* ibi: *alia ratione inſtit. de nuptijs* laudat *Valaſc. conſ. 60. nu. 6.* alij citati à *Garc. Falcon. reg. 78. n. 2.* Ideo licet in Religioſo Canonico Cathedralis cōcurrat ratio Canonicatus, quæ potens eſt vt ei fieri poſſit delegatio, cum tamen in eo reperiatur altera monachatus, quæ impedit, hæc attenditur, & præualet.

34 Mihi vero placet hæc ſecunda opinio ex rationibus pro illa citatis, & ad rationem *Abbatis* reſpondetur cum *Felin. & alijs ſup. citatis* negando in propoſito argumētum de Abbate, aut Priore Conuentuali ad Canonicum, nam Abbatibus, & alijs adminiſtrationem plenam habentibus iure communi prohibitum non erat, quod iudices eſſe poſſint, vt docet *gl. 1. in d. cap. de præſentium 16. qu. 1.* ex ratione, quam reddit quod alteri ſubiecti non ſunt, & conſequenter ad Canonicum regularem, vel aliàs Monachum, qui iure antiquo prohibitus erat, & Superiori ſubiectus eſt ſine cuius licentia aliquid agere non poteſt, trahēda non eſt. Ex quibus habetur quod Monachus ex legitima diſpenſatione factus Canonicus Eccleſiæ Cathedralis ſecularis non poteſt eſſe delegatus Pontificis *Felin. in d. cap. cauſam quæ nu. 5. Rim. iun. conſ. 403. nu. 9. vol. 4.* quidquid dicat *Gamb. de offic. legat. à latere lib. 8. cap. vl. à num. 31. Sanchez de matr. d. cap. 13. nu. 83.*

35 Si vero Monacus, ſeu quiuis religioſus fiat Epiſcopus, tunc erit Iudex Eccleſiaſticus ordinarius, & quilibet religioſus poteſt à Papa promoueri ad Epiſcopatum *Lanfranch. vbi ſup. num. 531. iuncto nu. 529. Scac. d. qu. 2. nu. 54.*

36 Si vero ſeruus, vel infamis, aut mulier, vel ſimilis, vt index procedit partibus tacentibus, & non opponentibus, tunc proceſſus, & ſententia valent, quia hoc impedimentum non eſt naturale, ſed procedit à iure ciuili, & à moribus, & ideo debet allegari ante litem conteſtatam, alias ſententia valet, vt poſt *Innoc. Ant. de Butr. & alios Dec. in cap. 13. ſub nu. 37. de reſcript. Scacc. d. qu. 2. nu. 30. 26. & 58.* Quamuis dubitet *Abb. in d. cap. 13. nu. 12.* dicens quod ſi partes non poſſunt tollere hunc defectum cur earum taciturnitas? diximus *qu. 6.*

37 Baſtardi non debent creari officiales, cum infames infamia facti reputentur *Capic. dec. 32. nu. 3. Auerlan. cap. 19. præt. num. 19. & 24.* maximè ſi efficerentur Conſiliarij Principis *Boer. deciſ. 222. nu. 12. & 13. Maſtrill. de magiſtr. lib. 2. cap. 12. nu. 37. & ſeqq.*

38 Ille qui fuerit electus officialis regius ad inſtantiam cuiuſcumque perſonæ, dicitur inhabilis, & de-

Digitized by Google

& debet ab officio remoueri de Iure noſtri Re-
gni Neap. *per prag. 1.3. & 21. de official.* Nam of-
39 ficia non debent concedi prece, vel pretio per
idem ius municipale per *cap.* 10cip. *item ſuſtinary*
Scialoya de foro compet. cap. 33. nu. 127. dicemus la-
tè *infra*.
40 Sic Pariter non debent eſſe officiales qui illa
ambiunt, & prætendunt vt latiſſimè explicat *Aze-*
ued. in l. 1. lib. 3. tit. 5. Bouadill. in Polit. lib. 1. cap. 3.
nu. 65. & ſeqq. Simanc. de republ. lib. 6. cap. 13. Ma-
ſtrill. de Magiſtr. lib. 1. c. 30.
41 Miles nec poteſt eſſe officialis, ſed militiæ va-
care debet, vt probatur per *ius* noſtrum municipa-
le *in prag. 1. §. 4. de offic. Iudic.* Licet ſecus ſit de
42 iure communi per *tex. in l. certi C. de iudic.* vbi cō-
ceditur poteſtas iudicandi Tribunis militum in-
ter milites, concordat *l. magiſteriæ 6. C. de Iuriſd.*
quia peritiam habent rerum militarium *Gratian.*
43 *diſcept 186. nu. 47.* Sicut etiam de iure communi
miles poteſt eſſe arbiter *Blanc. de compromiſſ. qu. 2.*
nu. 8. Scialoya de foro compet. cap. 33. nu. 128.
44 Verum ſi fuerit miles electus officialis, & exer-
cuerit officium, tenetur ſtare ſindicatui corā ſindi-
catoribus, & non poteſt petere ſe remitti ad iu-
dicem militarem *l. fin. C. de iuriſd. omn. iudic. Scia-*
loya vbi ſup.

SVMMARIVM.

1 *An Iudex debeat eſſe Doctor Iure communi? & à nu. 2. ad nu. 20.*
21 *Quid de Iure noſtri Regni Neap. & ſi officialis ſit imperitus an debeat iudicare cum voto aſſeſſoris doctoris? & à nu. 22. ad nu. 40.*
41 *Vicarius Epiſcopi adhoc, vt quis eſſe poſſit, qualis eſſe debeat? & nu. 42. 43. 44. 45. 46. & 47.*

Iudex an debeat eſſe Vtriuſque Iuris Doctor, & ſic an ſententia lata ab eo, qui non ſit Doctor, ſit valida?

QVÆSTIO XI.

1 QVod debeat eſſe vtriuſq; iuris Doctor
& ſic quod ſententia lata à non do-
ctore non valeat, videtur dicendum.
Primo per *tex. in §. vl. in fine iunctis*
§. §. præcedentibus in proem. Inſtit. vbi
Imperator cupidam legum iuuentutem, hac ad
ſtudium allicit ſpe, vt opere perfecto, ideſt abſo-
luto ſtudio lectione Inſtitutionum, & Digeſtorū,
poſſit Reip. gubernium in parte ei commicti *D.*
Hieronym. in Ezechiel. cap. 27. c. petro 8. diſt. Plat.
in l. ex perte C. de decur. lib. 10. Corrad. in templo
iudic. lib. 1. cap. 1. §. 3. nu. 8. Palac. Rubios de donat.
inter vir. & vxor. §. 9. n. 9. Rebuff. de priuil. Scholar.
priuileg. 49. nu. 1 l. neminem in 1. §. Iuriſperitos C.
de aduoc. diuerſ. iudic. l. 2. C. de poſtul. Auth. vt nulli
iudic. §. ſimiliter §. ſimiliter Inſtit. de excuſat. tutor.
2 Secundo quia Iudex debet habere ſcientiam
legum, & iuris, oē ab alijs cogatur mendicare,
quod eloqui ipſe debet *Auth. de Iudicibus, & vt*
nullus &c. iuſtio, & ibi *gl.* verb. *qui ex ſe coll. 6. l. 2.*
§. poſt hoc ff. de orig. Iuriſ. ibi *turpe eſſe patritio, &*
nobili, & cauſas orants ius, in quo verſaretur ignorare
Maſtrill. de Magiſtr. lib. 2. cap. 3. num. 4. Valaſc. de
priuil. pauper. qu. 6. num. 43. p. 1. & quod propterea
iudex non ſolum non teneatur requirere conſiliū
Sapientis, ſed ſit ſui defectus, & vitium, ſcribit
Vant. rub. anteced. nu. 147. Scac. de ſent. gl. 13. num.
34. verſ. prima. Et talis in eo requiritur ſcientia
3 vt ſciat diſcernere inter lepram, & lepram *diſt. 1.*
in princ.
4 Tertio, Quia ſicut cæcus non iudicat de colo-
ribus, ita etiam Iudex ignarus iuris, non iudicat
quid ſit decidendum de iure, & merito illettera-
tus æquiparatur cæco *Gonzal. ad 8. reg. Cancell gl.*
4. nu. 39. Quarto quia contra iudicem delegatum
5 poteſt excipi, quod eſt illitteratus *gloſ. in cap. ſci-*
ſcitatus in verb. *impedimento de reſcript.* & iudex
groſſus, & illeteraratus poteſt recuſari, ſi coram eo
agatur de puncto ſubtili, vt ex *Bal. Cardinal. Alex.*
in cap. poſtremo 36. nu. 11. cauſ. 54. de appell. Anfr.
de recuſat. iud. nu. 34. cauſ. 54. Afflict. in conſtit. Regn.
ſtatuimus num. 45. Maranta in ſpec. act. 2. num. 67.
Guazz. defenſ. cap. 21. num. 12. Scialoya de foro com-
pet. cap. 9. nu. 76. ſed qui non eſt V. I. D. illiteratus
dicitur, ergo &c.
6 Et quod imperitus, & illitteratus non poſſit
obtinere munus iudicandi eſt *tex. in auth. de iudic.*
in princ. verſ. *non enim exiſtimamus* vbi *gl.* in verb.
habere intelligit tam in ordinario, quam delega-
to *Natta conſ. 44. nu. 3. Corruſ. miſcell. Iuris lib. 5.*
cap. 29. Gratian. diſcept. 186. nu. 47. & ſeqq. Bellon.
de mandata Iuriſd. cap. 6. qu. 5. Maſtrill. de magiſtr.
lib. 2. cap. 3. Borrell. de magiſtr. edict. lib. 1. c. 8.
7 Quinto, Quia conſuetudine, & vſu receptum
eſt, vt Auditores Rotæ Romanæ, Rotæ Floren-
tiæ, & aliorum locorum, & Conſiliarij Conſilij
Neap. & ſimiles ſunt Iuriſconſultiſſimi.
8 In contrarium tamen eſt veritas, vt Iudex nō
debeat eſſe Iuris vtriuſq; doctor, & quod ſenten-
tia ab illo lata ſit valida, quod probatur triplici
ratione Primo quia nullibi reperitur in iure ſta-
tutum, quod Iudex debeat eſſe V. I. D. alias ſen-
tentia ſit nulla, & argumenta in contrarium ad-
ducta ſoluuntur, quod dicta iura non dicūt, quod
gradus, & inſignia doctoratus ſint neceſſaria, ſed
ſolum requirunt doctrinam, & idoneitatem, quia
Iudex non inſignijs doctoratus, ſed doctrina, &
bonitate facit iuſtitiam, & non eſt bona conſe-
quentia non eſt V. I. D. ergo ignorat iura, latè
Scac. de ſent. gl. 3. qu. 2. nu. 6. & ſeqq. vbi reſpondet
contrarijs.
9 Extende hanc contrariam, & veram opinionē,
vt ſententia ſit valida non ſolum ſi iudex, qui eā
tulit non ſit I. V. D. ſed ſit valida, etiam ſi fuerit
illiteratus, quia poteſt eſſe quis iudex, quamuis
non ſit V. I. D. vt diximus argumento *tex. in l.*
certi iuris C. de iudic. vbi probatur, quod magiſter
militum poteſt eſſe iudex, & iudicare cauſas in-
ter ſuos milites, quamuis ſit illiteratus, concordat
l. magiſteriæ 6. C. de Iuriſd. Gratian. diſcept. 186. nu.
47. Iaſ. ibid. n. 1. gl. in cap. 13. verb. *impedimento de*
reſcript. Spec. tit. de iudic. deleg. §. excipi poteſt ſub
nu. 17. Petr. Lenaud. de priuil. DD. q. 12. nu. 44.
10 Comprobatur, quia laici illitterati poſſunt eſ-
ſe Iudices, quamuis neſciant legere, vnde vide-
mus

Digitized by Google

mus tota die, quod Poteſtatas Terrarum ſunt milites illiterati, nam Ciuitas eligendo talem illiteratum, videtur velle, quod legat per alium, & hoc verum eſſe in his, qui videntur eſſe de maioribus iudicibus, qui recitant per alios *Bar. in l. ſtatutis nu. 3. qu. 2. C. de ſent. ex breu. recit.* Et quod Capitanei, & alij adminiſtratores Prouinciæ poſſint creari illitterati dummodò penès ſe habeant aſſeſſores litteris, & doctrina præclaros pro iuſtitia adminiſtranda, qui eorum defectum ſuppleant *Petr. Gregor. Tholoſ. ſyntagm. Iuriſ. par. 3. lib. 47. cap. 10. nu. 11. & ſeqq. Simanc. de republ. lib. 9. cap. 10. nu. 1. Moria in empor. par. 1. tit. 2. qu. 6.*

Et quod illiterati poſſint eſſe iudices, & ſententiam legere per alios ſcribunt *Archid. in cap. vl. nu. 1. & Blanc. nu. 4. de ſent. & re iud. in 6. Salyc. in d. l. ſtatutis ſub nu. 2. Scacc. de ſent. gl. 12. nu. 36. ampl. 2. Thor. in Suppl. dec. verb. officialis f. 452. Capibl. tom. 2. de baron. cap. 17. Menoch. conſ. 100. nu. 243. l. b. 1.*

11 Ratio extenſionis eſt, quia duplicem quis poteſt habere ſcientiam videlicet ſcientiam diſcretionis, (quæ eſt maxima omnium virtutum *cap. 3. 1. q. 5.* & ideo cum ea agi debent omnia *cap. 1. de offic. cuſtod.*) & ſcientiam poſitiuam. Quantum ad ſcientiam diſcretionis dicimus eam eſſe omnino neceſſariam, coniunctam etiam cum aliqua cognitione conſuetudinis, & vſus iudicandi, ſeu cauſarum *Abb. loco proxime cit. gloſ. Spec. Neap. de Montalb. de except. art. 3. num. 31. & Petr. Lenoud. vbi ſup.* alias ſi ſibi deficeret diſcretio omni careret ſcientia *Abb. vbi ſup.* & conſequenter non poſſet eſſe iudex, quia eſſet potius beſtia, & qui eum ſcienter eligeret, peccaret. Quantum vero ad ſcientiam poſitiuam, dicimus non eſſe neceſſariā *Scacc. de ſent. gl. 3. qu. 2. nu. 15.* late probant *Menoch. conſ. 100. a nu. 238. ad num. 259. Cancer. var. lib. 3. cap. 17. nu. 384.*

12 Subextende, Vt maximè procedat ſi eſſet vir doctus, quia iſte quamuis neſciret ſcribere, neq; legere, tamen poſſet eſſe iudex, quia etſi ſit illiteratus quo ad elementa, quibus leguntur, & ſcribuntur verba, tamen quo ad res, propter quas eſt neceſſaria cognitio illorum elementorum eſt litteratus. Et quamuis iſte caſus videatur implicare contradictionem, cum illiteratus non poſſit ſcire litteras, & ſic doctus. Tamen non eſt caſus impoſſibilis, quia fuerunt, & adſunt multi qui sūt cæci à natiuitate, ſciunt latine loqui, & ſunt lectores publici in ſtudijs, vt refert de Iureconſulto de Salimbenis ſenenſi *Scacc. de ſent. gloſ. 3. qu. 2. num. 23.*

13 Iudex tamen illitteratus, qui iudicat per ſe ipſum, debet habere peritiam, ſeu conſuetudinem iudicandi, ita dicunt *gl. Spec. Abb. Neap. de Montalb. & Petr. Lenaud. ſup. citati*, vt de Dominis Venetis dicit *Corſet. de Poteſt. reg. qu. 94. nu. 58. in fine*, & de Genuenſibus *Scac. d. gl. 3. qu. 2. nu. 24. in fine Bonadill. lib. 1. Polit. cap. 6. num. 28. per tex. d. l. certi iuris Spec. tit. de iudic. deleg. §. fin.* Et ſic quāuis ſint illitterati, ſi tamen rerum, & conſuetudinum ſint periti in Iudices ſunt admittendi *l. ex perfecto 6. C. de decur. Menoch. conſ. 110. num. 244. & 256. Klok. conſ. 101. nu. 256. vol. 3.*

14 Secus ſi non habeat peritiam, vel practicam, neque theoricam iudicandi, quia contra eiuſmodi iudicem poſſet excipi, quod non poteſt eſſe iudex *Scacc. d. qu. 2. nu. 24. verſ. Secus ſi, per tex. in l. 1. §. ſed cum C. de Iuſtin. Cod. confirm. l. 2. C. de vſucapion. l. 3. C. de diu. ſic. priuat. l. certi iuris C. de iudic. l. humilioribus C. de ſuſcept. & archar. lib. 10. Maſtrill. lib. 2. cap. 3. nu. 39. 46. & 47.*

15 Sed dicta extenſio eſt declaranda, vt quamuis de Iure ſit verum, quod quis poſſit eſſe Iudex, quamuis non ſit vtriuſque Iuris doctor, imò quātus ſit illiteratus. Tamen ſecundum ſtylum, & cōſuetudinem, quæ eſt optima legum interpres, & quæ ſe accommodat ad ea, quæ ſecundum varietatem temporum ſunt honeſta, & rationabilia, Dixtinguendæ ſunt pro reſolutione duæ ſpecies

16 Cauſarum. Aliquæ ſunt cauſæ Criminales, in quibus agitur de pœna mortis, ſeu de alia corporis afflictiua, & pro illis indixtinctè eligendus eſt iuriſperitus, qui in publico ſtudio ſit doctoratus quia agitur de vita hominis, vt latè explicat *Scac. de ſent. & re iudic. gl. 4. qu. 1. nu. 50.*

17 Aliquæ verò cauſæ ſunt Ciuiles, ſeu mixtæ. Et in his dixtinguimus duo loca. Quædam ſunt loca anguſta, habitata à pauperibus, & idiotis, & conſequenter ſunt ſine viris litteratis, talia ſunt villę, & loca ruſtica Comitatus, in quibus per aguntur cauſæ, & lites parui momenti, & in his locis poſſunt eſſe iudices illitterati, quia litterati non adſunt, nec adeſſe poſſunt quamuis aliàs officiales Villarum etiam deberent eſſe iuriſperiti ad *tex. in §. 1. Auth. de iudic.* ibi; *ne iudices pedanei, legum peritia carentes conſtituantur Otthoman. qq. illuſtr. qu. 23. Simanc. de rep lib. 9. cap. 10. nu. 7.*

18 Quædam vèro loca ſunt ampla, vt ſunt Ciuitates inſignes, & in his locis duæ ſpecies Cauſarum ſunt dixtinguendę. Prima ſpecies ſunt cauſæ pertinentes ad aliquam artem, ſeu negotiationem, & ideo ad intelligendum factum eiuſmodi cauſarum neceſſaria eſt cognitio rerum, & qualitatum, quæ interueniunt in illa arte, ſeu negotiatione, quam cognitionem apertam, & explicitam habent illi, qui ſunt de illa arte, & negotiatione, & ideo illi eiuſmodi cauſas, & lites in earum meritis facile, & breuiter intelligunt. Et has cauſas cognoſcunt in pleriſque Ciuitatibus Conſules Artium, cum interuentu Aſſeſſoris, ſeu Auditoris reſpectu articuli iuris forſan incidentis, vt dicit *Scacc. d. gl. 3. qu. 2. nu. 28.* vbi exemplificat, & nos habemus hic Neap. Conſules Artis lanæ, & ſerici, qui cognoſcunt omnes exercentes artes prædictas ciuiliter, & criminaliter priuatiuè ad M. C. V. *ex priuilegio Regis Ferd. Primi Franch. deciſ. 434. & 679. nu. 1. & dec. 722. num. 18. & 24. Reg. Ponte de poteſt. Proreg. tit. 1. §. 3. nu. 29. Nouar. de elect. fori tom. 1. ſect. 4. qu. 64. num. 3.* dummodo delinquant circa eorum exercitium, & non aliter, aliàs puniuntur à iudice ordinario *Piſanell. ad Afl. dec. 41. Capibl. in prag. 8. par. 2. nu. 162. de baron.* debet illi exercere per ſe ipſos, non per ſubſtitutos dummodo gaudeant dicto foro, debent eſſe matriculati, & exercere, cum ſola matricula non ſufficiat *Scialoya de foro compet. cap. 23.* vbi hæc dicit, & ponit plura ad materiam *Toſſon. de anteſ. verſ. 3. obſ. 3. nu. 300. & ſeqq.*

19 Secunda ſpecies ſunt Cauſæ, quæ habent factum,

Digitized by Google

ctum,quod non eſt de arte , vel negotiatione, & ideo non ab artificibus, aut aliàs idiotis percipi, & decidi poſſunt,ſed ſolum à Iureconſultis.Et de iſtis Cauſis conſuetudo ſeruat , vt non eligantur iudices,niſi ſint iuriſconſulti,quia ſæpè agitur de toto aſſe,de magnis , & opulentis ſucceſſionibus, de creditis,& negotijs,magni valoris,& de intellectu difficillium legum tam communium , quam municipalium , Ideò in Inſignibus Ciuitatibus adſunt Tribunalia Suprema in quibus iudicant viri doctrina eminentes,vt videmus ſeruari,docet *Ponte de poteſt.Proreg.tit.3.§.5.nu.11.*

20 Et hæc conſuetudo eligendi Iuriſconſultos eſt rationabilis,ſalubris , & optima, vt explicat latè,& benè *Scacc.de ſent.gl.3.qu.2.num.48.verſ. in eligendis,& ſeqq.Maſtrill.de magiſtr.lib.2.cap.3. Borrell.de magiſtr.edictis lib.1.c.8.Bellon.de mandat.iuriſdict.cap.6.qu.5.*

21 De iure noſtri Regni Neapolitani eſt ſtatutũ per plures leges municipales , quod Iuſtitiarij , Capitanei,& quicunq;alij non procedant contra aliquem tam in ciuilibus cauſis, quam criminalibus,ſine conſilio Aſſeſſorum eis datorum perCuriam,vt in *cap.regis Caroli I.* incip.*Item quod in cognitionibus,& in cap. Reginæ Ioannæ* incip.*Item quod prædicti Iuſtitiarij , & Capitanei,& in cap.regni incip.Item quod prædicti* 280.ſecundum ordinẽ *Nigri.& per pragm.18. de officialibus pragm.52. §. 1.de offic.magiſtr.iuſtit.*

22 Et ſic ſententia lata à Gubernatore abſque voto Aſſeſſoris eſt nulla *Reg. Rouit.in prag.1.nu. 8.de officialibus* Sic omnia acta *d.cap.280. Nouar. de grauam.vaſſall.grau.190.nu.3. Maſtrill.de magiſtr.lib.4.cap.17.nu.*210. licet pars non opponat *Fontanell.de pactis nuptial.clauſ.4.gl.10.par.2.nu. 162.Cancer.var.lib.3.cap.17. nu.*386. Imò ſi habeat aſſeſſorem deſtinatum , & alterius voto vtatur etiam nulliter procedit per *tex.in cap.venit de his quæ fiunt à Prælat.ſine conſil.Capit.Luc.de Penna in l.omnes iudic.C.de decur.lib.*10.poſt *num.*40. *Reg.Ponte de Poteſt.Proreg.ante finem Tractatus nu. 25.Thor.in ſuppl.*verb.*officialis fol.*452.*col.*1.

23 Sic ſententia Iurati in criminalibus lata abſq; voto ordinarij Iudicis loci vbi fiunt nundinæ eſt nulla *prag.vnic.de Iuriſd.M.Iurati,& prag.10. §. 85.de offic.iudic.*

24 Si verò non adeſſet ordinarius conſultor,tunc officialis poſſet habere conſilium cuiuslibet Doctoris *Capibl.de baron.tom.2.cap.17.num.1. & 2.* Et tunc ſi fiat electio Conſultoris, debent partes citari ad dandam liſtam ſuſpectorum,alias votum per talem Conſultorum eſt nullum *cap.ſtatutum §.aſſeſſorem de reſcript in 6.Bal.in l.1. 3.notab.de relation.Bilocta alleg.8.nu.3.Viu.dec.363.num.10. Conſ.Petra in rit.39.nu.8.nobiliſſimus & doctiſſimus D.D.Fuluius Maiorana in op.praxi nu.13.fol.90.*

25 Et quis quamuis non ſit doctor,ſi tamen ſit iure peritus,poteſt eſſe conſultor , vel aſſeſſor *Borrell.de magiſtr.edict.lib.1.cap.8.nu.39. Capibl.de baron.pragm.3. nu.*213. *& ſeqq.* Sed neceſſe eſt vt
26 ſit licentiatus in iure , vt poſſit eſſe conſultor *Capibl.in addit.ad d.num.213.& ſeqq. Danza de Pugna DD.tom.1.tit.de facult.DD.cap.2.num.7. 8. & 31.*

27 Verum per *pragm.23. de official,* editam anno 1631.Doctores non poſſunt exercere officium Capitanei , requirentis doctoratum , Iudicatus Magnæ Curiæ Vicariæ, Auditoratus Prouinciarum,& aſſeſſoratus Capitaneorum demanialium, & baronalium , & aliorum exercentium iuriſdictionem, niſi ſint approbati per Regiam Iunctam trium Miniſtrorum,vnius Regentis Collateralis. alterius Conſiliarii Sanctæ Claræ , & alterius Præſidentis Regię Cameræ,ſub pœna duc.mille exercentis. & duc. mille illum admictentis vltra pœnam corporalem, quod erat diſpoſitum antea per *cap.273.verſ.quod de cætero Nouar.de grauam. Vaſſall.grauam.191.*

28 Et quo ad Doctores prætendentes officia baronalia aſſeſſoratuum,& iudicatuum ſecundarum & tertiatum Cauſarum,aut alterius Conſultationis per *reg.pragm.24. tit. eodem* emanatam anno 1633. iubetur examinari per Regias Audientias cum interuentu , & voto fiſcalis dictorum regiarum Audientiarum . Et debet quis eſſe doctora-
29 tus in Regno , aliàs regnicola doctoratus extrà Regnum per reſcriptum non poteſt eſſe officialis in Regno per *pragm.2.& 3.de ſcholar doctor.*

30 Si verò quis neſciat ſcribere , vel legere , ſed tantum ſciat facere ſignum crucis, non poteſt eſſe officialis dato quod habeat conſultorem ſecũdum morem noſtrarum regionum *Nouar. de grauam.vaſſall.tom.1.grau.189.Capibl.de baron.tom.2. cap.17.*vbi deciſum refert per Regiam Audientiã ſi verò ſciat legere , & ſcribere, quamuis non ſit Doctor poteſt eſſe Capitaneus *Nouar. ibid.* vbi improbat,& bene *Thor.in comp.deciſ.tom.2.* verb. *officiales exteri* dicentem debere eſſe doctorem .

Per aliam *pragm.58.de offic.Proc. Cæſaris* Præſidentes idiotæ Regiæ Cameræ Summariæ non poſſunt votare in cauſis in puncto iuris exiſtentibus,benè tamen interueniunt in diſcuſſione , ſed dum agitur de articulo Iuris remittunt ſe iuri , ad materiam eſt *D.Nicolaus Top. de origin. Tribunal.tom.1.lib.4.c.2.nu.7.& ſeqq.*

31 Prout eſt ſtatutum de iure noſtri Regni Neap. eſt pariter ſtatutum de iure ſiculo , vt docet *Maſtrill.de magiſtr. lib.2. cap.3. per cap. ſub Alphonſo Rege* 412.

32 Sunt tamen aliqui caſus , in quibus Gubernatur poteſt procedere abſque voto conſultoris ſibi aſſignati,puta carcerare, & ſimiles *Clar. in §. fin. qu.28.nu.7.Peguer.in praxi cap.22.§.3.nu.9.Fontanell.de pact.nuptial.cl.4.gl.10.num.158.Maſtrill. lib.4.cap.17.nu.*210.*&* 211. Quod eſt intelligẽdum quando delinquentes reperiuntur in fraganti in delinquendo , nam tunc poſſunt carcerari etiam per ſatellites abſque commiſſione iudicis vt dicit *Clar.vbi ſup. & alij,*ſecus in alijs caſibus , quibus quis non poteſt carcerari à Gubernatore ſine voto iudicis aſſeſſoris *Pariſ. de ſyndic.fol.90. Carauit.in rit.39.*& contrarium faciendo Gubernator,tenetur Aſseſsor ei reſiſtere , & Superiori denunciare , vt eſt ſtatutum per *Cap.regni* incip. *Item quod præfati iuſtitiarij , & Capitanei D.Petra ind.rit.39.nu.10.* verſ. *inſuper, & nu.11. Scalaya in praxi forud.c.20.nu.13.*Ità vt ipſe Aſseſsor teneatur ſi quid fuerit ſuo voto bene , vel male geſtum , & Gubernator de malo conſilio excuſatur exiſtente aſseſsore neceſsario *Cur.Iaſ.& alij in rubr.*

Digitized by Google

rubr. de offic. eius Giurba conſ. 31. Marta voto 93. nu. 33. Menoch. de arbitr. qu. 23. poſt alios D. Maiorana in opopraxi nu. 15. fol. 90. Et adeo habet iuriſdictionem ipſe aſſeſſor, quod deficiente gubernatore exercet officium illius ex pragm. 89. Capitum §. 16. Carmut. in tit. 64. in fine, & ità expediri quotidie Prouiſiones pro Aſſeſſoribus videmus per Collat. Conſilium, & commiſſiones ipſorum Gubernatorum ità concipiuntur vt omnia faciat cum voto aſſeſſoris.

33 Et licet poſſit afferri in contrarium, quod cum omnis Iuriſdictio ordinaria ſtet penes Gubernatorem, & aſſeſſor non habeat, niſi in iudicando votum conſultiuum l. 2. C. de aſſeſſor gl. fin. in l. 1. verſ. ſed an iudicare ff. de offic. aſſeſſor Pariſ. de ſindic. verb. aſſeſſor Io. de Amic. conſ. 109. Maut. dec. 5. & ſic iure proprio non poſſit ſe intromittere in cauſis iudicialibus Tuſc. lit. C. concluſ. 171. Burg. de modo proced. ex abrupt. qu. 81. num. 15. Roſental. de feud. cap. 12. concluſ. 9. par. 2. Et inde magiſtratus de malo conſilio teneatur, & ſindicari poſſit & aſſeſſor acceſſoriè Dec. conſ. 8. quia ſententia fertur ſub nomine ipſius, non aſſeſſoris l. metum §. ſed quod prætor ff. quod met. cauſ. Capoll. caut. 258. Marſil. in praxi §. ſuperest ex nu. 17. Et ſic quod poſſit ſolus carcerare, & baculum iuſtitiæ exercere.

34 Tamen hæc benè poſſunt procedere in caſu, quo Aſſeſſor eſſet à Gubernatore voluntariè aſſumptus, quo caſu officialis tenetur, qui peritum eligere poterat, & non elegit l. nam & Seruius §. fin. ff. de negot. geſtis D. Maiorana d. fol. 90. nu. 19. Giurba conſ. 31. ſecus ſi neceſſariè, nam tunc habet iuriſdictionem ordinariam Boſſ. tit. de ſent. ſub num. 22. Et hoc caſu Gubernator debet ſequi aſſeſſoris votum, alias omnia acta ſunt nulla Bouadill. in Polit. cap. 12. Fontanell. d. clauſ. 4. gl. 10. p. 2. nu. 62. benè Capibl. d. cap. 17. Etiam in ciuilibus potiſſimum quando adeſt diſcuſſio partium, & pũctus iuris D. Maiorana d. fol. 90. nu. 18. Giurba d. conſ. 31.

35 Per pragm. 10. §. 32. ſub tit. de offic. iudic. Præſes Prouinciæ non poteſt facere publicare banna ſuo tantum nomine, ſed cum conſultatione, & nomine totius Regiæ Audientiæ. Niſi in rebus bellicis, in quibus poteſt illa emanari facere ſuo tantum nomine, cum conſilio ſui Auditoris ſi ha-
36 bet. Per eandem prag. §. 34. Præſes non poteſt aliquem carceratum ſcriptum, ſeu notatum inter reos, excarcerare ſine conſilio regiæ Audientiæ.
37 Per eandem pragm. §. 52. quando poteſt Præſes procedere ad modum belli, dum eſt in Regia Audientia debet procedere cum voto, & conſilio omnium Auditorum audito regio Fiſco, & dum eſt extra in campanea debet procedere cum voto vnius Auditoris. Per prag. 52. §. 1. eſt ſtatutum
38 quod Regens M.C.V. non poteſt procedere in cauſis gubernij, & adminiſtrationis iuſtitiæ, niſi cum voto vnius ex iudicibus, niſi in cauſis in quibus non eſt opus facere acta, aut procedere in ſcriptis.

39 Si vero Princeps ſcienter eligat indignum, & imperitum, tunc ille poteſt exercere, cum ſacrilegij crimen ſit improbare iudicia illius l. ſacrilegij inſtar C. de diuerſ. reſcript. l. 2. C. de crim. ſacril. Gratian. diſcept. 186. n. 52. diximus ſup. q. 6.

40 In Romana Curia Auditor Rotæ Romanæ non obſtante examine facto tempore ſui doctoratus debet iterum examinari tempore quo aſſumitur ad dignitatem Auditoratus Bald. in cap. ſcriptum col. 2. de elect. vbi dicit idem ſeruari in Auditoribus Sacri Palatij, ſequitur de Leonard. in praxi official. cap. 2. num. 67. & cap. 6. num. 17.

41 Vt quis poſſit eſſe Vicarius Epiſcopi, debet ſaltim eſſe doctoratus, vel licentiatus in iure Canonico, vel aliàs quantum fieri poterit idoneus per Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 16. de reform. Meroll. in theol. moral. tom. 3. diſp. 7. cap. 6. nu. 32. & ſufficit
42 ſi ſit doctoratus ex priuilegio Ricc. deciſ. 272. num. 7. par. 4.

43 Sic etiam doctoratus in Sacra theologia poteſt etiam eſſe Vicarius Epiſcopi Ricc. dec. 305. par. 4. vbi poſt num. 13. dicit, quod cauſæ à Sede Apoſtolica viris ignaris poſſunt committi, qui ſi neceſſe ſit poſſunt eligere conſultorem per tex. in cap. ſtatutum §. aſſeſſorem de reſcript. in 6. & eſſe diſpoſitum per conſtit. Leonis X. dicit Meroll. d. c. 6. nu. 31. in fine vbi ex hoc infert, Vicarium Epiſcopi poſſe eſſe non doctorem dummodo eligat conſultorem, & ibi etiam dicit, quod Vicarius foraneus poteſt eſſe non doctoratus Pellegr. in praxi par. 1. ſol. 1. nu. 8. vbi ponit omnes opiniones Ventrigl. de Iuriſd. Archiep. cap. 76. vbi dicit ſecũdum veriorem opinionem, doctoratum in Theologia non poſſe eſſe, niſi quando non adſit Doctor, vel licentiatus ſaltim in Iure Canonico poſt Meroll. Garz. et Barboſ. locis per ipſi m. citatis. Et ſi
44 electio aliter fiat, eſt nulla, vt voluit S. Congregatio relata per Garz. de benefic. 5. p. cap. 7. nu. 10. Barboſ. de Canon. & dignit. cap. 42. nu. 49. Ventrigl. in praxi 2. p. num. 13. §. 2. nu. 5. & ſeqq.

45 Sic etiam aliter facta electione electio deuoluitur ad Metropolitanum, vt ſunt verba d. c. 16. ſeſſ. 24. Quaranta in ſumma bull. verb. Archiepiſcopi authoritas nu. 36. Genuenſ. in praxi cap. 70. num. 6. Barboſ. vbi ſup. nu. 55. & ſeqq.

46 Deuoluitur etiam ſi electio fiat de doctore extrà Capitulum poſtpoſito doctore Canonico, ex S. Congregatione refert Vulp. in praxi cap. 44. num. 15.

47 Deuoluitur demum ſemper quod electio fit de minus idoneo exiſtente idoneo Ventrigl. d. c. 76. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *Officialis, qui exercuit officium, & non ſtetit in ſyndicatu pro dicto officio non poteſt aliud officium exercere, & an Vicarius Epiſcopi? & à num. 2. ad nu. 12.*

13 *Qui emit officium an poſſit illud exercere? & quid debeat iurare officialis in ingreſſu officij? & à nu. 14. ad nu. 22.*

23 *An poſſint vendi officia? & nu. 24. & 25.*

26 *An officium debeat eſſe annale? & an poſſit diſcedere ſi ſucceſſor non veniat? & à nu. 27. ad n. 37.*

38 *Vicarius Epiſcopi, & Capitularis an poſſit reuocari ad nutum? & nu. 39.*

40 *Authoritas Vicarij Capitularis quæ ſit? & à nu. 41. ad num. 103.*

104.

104 *Quæ Capitali Collegiatæ Vicarij ? & 105.*
106 *Vicarij Apoſtolici quæ authoritas ? & num. 107. 108. 109.*
110 *Quæ Vicarij foranei ? & nu. 111. 112. 113.*
114 *Quæ ſit authoritas Vicarij Epiſcopi ? & quandiù duret ? & à nu. 115. ad nu. 159.*

Officialis qui non dedit ſyndicatum non poteſt aliud officium exercere. Item qui emit officium non poteſt exercere. Qui officialis debeat eſſe annalis, An Vicarius Epiſcopi poſſit ad natum amoueri. Quæ nam ſit Iuriſdictio omnium Vicariorum.

QVÆSTIO XII.

1 ILle, qui non ſtetit ſyndicatui in loco vbi officium exercuit, non poteſt eſſe officialis in alio loco *l. neminem C. de ſuſcept. & arcbar. lib.* 10. in noſtro Regno eſt *ritus M. C. V.* 295. *Reg. Ronit. in pragm. 5. nu. 19. de baron.* & ibi *Capibl. nu. 163. Carrab. de ſindic. par. 1. n. 172 Cabed. dec. 84. nu. 1. Auiles in cap. prætor verb. iuſtitia. nu. 14.* In Sicilia *eſt prag. 21. tit. de Cap. & alijs official. Maſtrill. de magiſtr. lib. 7. cap. 9. nu. 29.*

Et ſi ſit creatus officialis alterius loci, tunc poteſt remoueri ab officio, dato quod deinde habeat litteras liberatoriales ab Vniuerſitate vbi officiũ exercuit *Ronit. in d. pragm. 5. num. 25. de baronib.*

2 Etiam baiulus tenetur ſtare ſindicatui *pragm. 1. §. 4. de offic. baiuli pragm. 3. §. 1. eodem tit. pragm. 5. de ſind. official. Anna ſing.* 48. Sic etiam Auditores, &

3 locumtenens etiam modici temporis, tenentur ſtare ſindicatui *pragm. 5. de ſindic. official. Capibl. d. pragm. 5. num. 182.*

4 Et ſi quis non præſtet cautionem de parendo ſindicatui non poteſt recipi in officialem per Vniuerſitatem *prag. 1. §. 6. & prag. 5. de offic. iudic. Capibl. d. prag. 5. num. 179. Carrab. de ſindic. par. 2. num. 171.*

5 Sic etiam Vicarius Capituli Sede vacante finito officio tenetur ſtare ſyndicatui, & reddere rationem ſuæ adminiſtrationis Epiſcopo ſucceſſori non Capitulo, etiam ſi reddidiſſet illam Capitulo, & ab eo, vel à Deputatis, ſeu ſyndicatoribus ipſius obtinuiſſet liberationem iuxta diſpoſitionem *Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 16. de reform. Quaranta in ſumma bull.* verb. *Cap. Sede Vacant. verſ. dubitatur denuq. nu. 14.* Non autem Vicarius Epiſcopi, vt declaratum fuit per S. P. Gregorium XIII. in quadam *bulla anni* 1578. de qua *Marcell. Vulp. in praxi Eccleſ. cap. 44. nu. 19.* vbi dicit quod licet dicta bulla ſit particularis eſt extendenda ad omnes, cum ſit lex generalis *Ricc. in praxi Neap. dec. 481. in prima edit. & reſol. 504. in 2. edit, Pellegr. in praxi par. 1. ſect. 4. ſubſect. 4. nu. 14.* vbi alios citat.

6 Verum Princeps poteſt diſpenſare, vt officialis pendente ſindicatu poſſit alia officia exercere *Carrab. de ſindic. par. 1. nu. 173.* Et ſimul cum ſin-
7 dicatu dato eſt neceſſe, vt obtineat litteras liberatoriales, vt poſſit alia officia exercere, vt *in rit.* 295. vbi *Caraue. nu. 13. Scialoya de foriudic. cap. 33. num. 34.*

8 Litteræ liberatoriales debent expediri à ſindicatoribus electis, & non ſufficit, vt eſpediantur per ſindicum, & electos Vniuerſitatis viua voce, nam illæ ſunt nullæ *d. prag. 1. de ſindic. official. Carrab. par. 1. nu. 21.*

9 Officialis condemnatus in ſindicatu, non poteſt redire ad idem officium, vel ad aliud in eodem loco *Ronit. in prag. 1. num. 51. de ſindic. official. Caput. de regim. reip. cap. 7. §. 9. nu. 63. Carrab. par. 2. in add. num. 27.*

10 Et officialis in cauſa ſindicatus liberatus in prima inſtantia, appellatione pendente poteſt exercere officia, cum ſententia lata contra officialem mandetur executioni non obſtante appellatione, vt in *pragm. 1. de ſind. Official. per cap. regni incip. Vulgaris in fine*, eſt *tex.* de iure communi *in l. nulli C. quor. appell. non recip. cap. ei qui appell. §. nulli 2. qu. 6. Maranta in ſpec. par. 6. de appellat. nu. 204. & 302. Ronit. in pragm. 10. de offic. magiſtr. iuſtit. num. 6.*

11 Ità à ſententia lata in fauorem officialis, neq; datur appellatio ob naturam correlatiuorum *Guazzin. defenſ. 36. cap.* 10. poſt *num. 3. Carrab. p. 1.*
12 *nu. 176.* Secus eſt ſi dicatur de nullitate, nam per illas impeditur executio ſententiæ ſindicatus *Carrab. p. 2. nu. 120.*

13 Qui emit officium non poteſt illud exercere, nam collatio, & commiſſio eſt nulla *§. 1. & 2. Auth. Vt Iudices ſine quoquo ſuffrag.* per noſtrum ius municipale *in cap. regni 36. 37. 216. 276. per prag. 4. & 23. de baronib. prag. 2. & 4. de official.* per ius ſiculum *in pragm. 1. & 2. tit. de ambitu lib. 1. & cap. Regni ſub Alphonſo 357. & ſub Ferdinando* 100. & *ſub Carolo 56. Reg. Ponte de poteſt. proreg. tit. de elect. official. in rub. nu. 8. & ſeqq.* vbi exclamat contra has officiorum venditiones, & *deciſ. 7. num. 38. & deciſ. 16. nu. 26. & ſeqq. Vaſq. contr. illuſt. perſ. c. 43. nu. 7. Bouadill. lib. 1. Polit. cap. 14. nu. 17.* Cum Iuriſdictio ſit Iuris publici *l. 1. §. publicum ius ff. de iuſtit. & iure Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. cap. 20. nu. 20. & ſeqq. P. Hernand. de Mendozza in libello impreſſo Neap. anno 1602. lingua hiſpana compoſita continente tres tractatus ſignanter tractatum ſi D. Vicerex Neap. poſſit vendere officia fol. mihi 25. & ſeqq.*

14 Et vendens officium dicitur committere ſimoniam *Azeued. conſ. 8. Maſtrill. d. cap. 20. nu. 48.* vbi loquitur de Prælatis vendentibus officia in locis vbi habent iuriſdictioné temporalé *Capibl. de baronib. in pragm. 4. nu. 13. de baron.* & nos vocamus ambitum, quod ipſi vocant ſimoniam *ad tex. in c. lege iulia, & cap. fin. 1. qu. 1. Bouadill. lib. 1. Polit. cap. 11. nu. 11. Antunez de donat. reg. part. 2. lib. 2. cap. 12. nu. 37. Solorzan. de iure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 4. nu. 17.* vbi dicit officium habentem prece, vel pretio committere crimen ambitus.

15 Et emens præſumitur habere animum furandi *Maſtrill. dec. 238. nu. 2. & de Magiſtr. lib. 1. cap. 20. num. 38. Nouar. collect. 146. nu. 1. in antiqua impreſ. Antunez. vbi ſup.*

16 Ideo officialis in ingreſſu officij tenetur iurare, quod nihil dedit, nec promiſit pro habendo officium *l. fin. C. ad l. Iul. repet. Auth. de iuretur. quod*

Digitized by Google

preſt. ab his d. cap. 37. & 276. & eſt *pragm. 4. de of-*
ficial. docent *Boſſ. pract. crim. tit. de ambitioſ. num. 6.*
Iul. Clar. pract. crim. §. ſimonia verſ. *præterea Maſtr.*
de magiſtr. lib. 1. cap. 20. num. 36. Idem ſeruari in
Gallia ſanxit Corol. Octauus anno 1468. art.
68. teſte *Petro Gregor. ſyntagm. iuris Vniverſ. lib. 36.*
cap. 20. nu. 20. Sixtin. de regal. cap. 15. nu. 33. & 34.
& Portugalliæ ſeruari dicit *Antunez vbi ſupra*
num. 38.
17 Extrà vero caſus prædictos non eſt prohibi-
tum, imò licitum petere a Rege officia, & Magi-
ſtratus *l. 1. ff. ad l. Iul. de ambitu. auth. vt iudices ſi-*
ne quoquo ſuffrag. §. illud. videlicet Cald. de ſindic.
reſtam. cap. 1. num. 11. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1.
cap. 30. nu. 1. Antunez vbi ſup. nu. 39. Solorzan. de
Iure indiar. lib. 4. cap. 4. nu. 15.
Tenetur etiam iurare, quod Deum, & iuſtitiam
habebit præ oculis, & omnibus conquærentibus
iuſtitiam miniſtrabit ſine fraude, per noſtram *con-*
ſtit. regni inter cætera, & conſtit. incip. *Puritatem*
18 Tenetur etiam iurare de obſeruando conſtitu-
tiones Capitula, & pragmaticas regias *Campagn.*
in cap. regni incip. *Item recitant n. 13. de Leonard.*
19 *cap. 6.* Tenetur iurare de obſeruando eiuſdem
loci priuilegia, ſtatuta, & conſuetudines *prag. 4.*
20 *de official.* Quod iuramentum remitti non poteſt
Mining. obſ. 76. cent. 2. Danza de Pugna DD. tit. de
official. in genere cap. 8. nu. 30. tom. 1. qui intelligit
d. pragm. 4. in officialibus regijs, ſecus baronali-
bus *Burg. de modo proced. qu. 75. n. 14.*
21 Et nouo baroni poteſt denegari poſſeſſio, ſi re-
cuſet iurare de obſeruando priuilegia conceſſa
à ſuis prædeceſſoribus *Capibl. de baronibus tom. 2.*
cap. 35. nu. 8. & ſeqq.
22 Verum facta confirmatione non intelliguntur
confirmata ea quæ non ſunt vſu recepta *Capibl. in*
add. ad prag. 8. par. 3. in add. ad nu. 155. Burg. ibid.
Nam licet conceſſum officium cenſeatur iuxta
conſuetudinem, in qua fuerunt anteceſſores *Bar.*
in l. magiſtratus nu. 2. ff. ad municipal. Lierb. par. 1.
arreſt. 15. Tamen id eſt verum ſi poſſeſſio ſit iuſta,
non autem ſi ſit iniuſta *Gratian. diſcept. 397. num.*
41. Larrea alleg. 74. Antunez de donat. par. 2. lib. 1.
cap. 13. num. 154.
23 Et quàuis Princeps, & Summus Pontifex poſſint
vendere officia, tamen ea vendentes non bene
agunt *Caietan. in ſumma* verb. *officiorum ſecularium*
venalitas Soto de iuſtit. & iure lib. 3. qu. 6. art. 4. con-
cluſ. 2. Reg. Ponte de poteſt. Proreg. tit. 3. in princ. nu.
9. & ſeqq. Gregor. Valent. in ſecundam 2. D. Thomæ
qu. 7. diſp. 5. princ. 2. q. 5. in fine Maſtril. de magiſtr.
lib. 1. cap. 20. nu. 27. vbi *nu. ſeqq.* ponit mala orien-
tia ex venditione officiorum *Antunez de donat.*
vbi ſup. nu. 6. & ſeqq. Et *Ponte d. tit. 3. num. 8.* dicit
24 non poſſe vendi officia habentia iuſtitiæ admi-
niſtratione, alia ſecus, *Idem dec. 16. n. 17. & ſeqq.*
& dec. 37. nu. 13. & 15. Maſtrill. d. lib. 1. cap. 20. per
totum vbi *nu. 15.* dicit vt in caſu quod Princeps
velit officia iuriſdictionalia alienare, debent tria
requiſita adeſſe, videl. quod vendantur perſonæ
dignæ, pretium ſit moderatiſſimum, & fiat ex ma-
gna neceſſitate, cui non poſſit alia commodiori
via ſubueniri, poſt *Aragon. de iuſtit. & iure qu. 63.*
art. 2. col. fin. D. Thom. ad Duciſſam Brabant. opuſc.
21. Xamar. de offic. Iud. par. 1. qu. 21. num. 26. & 27.
Caſtill. de tertijs debitis cap. 21. nu. 21. in fine Larrea
alleg. 119. nu. 3. in fin. Antunez vbi ſup. n. 8.
25 Verum licet qui emit officium debeat ab offi-
cio remoueri, Tamen omnia acta per ipſum offi-
cialem, qui emit officium antequam fuit remotus,
ſunt valida *Capibl. d. prag. 4. nu. 69. & ſeqq.*
26 Officiales debent eſſe annales *l. offic. C. de mu-*
ner. lib. 12. l. neminem C. de ſuſcept. lib. 10. & l. 1. C.
vt omnes iudic. & vltra ambientes puniuntur *l. 1.*
C. ad l. Iul. de ambitu. idem eſt in noſtro Regno
Anna ſing. 369. & 479. Maſtrill. dec. 188. in princ.
per conſtit. incip. *occupatis*, & in Regno Siciliæ
per cap. Alfonſ. 29. fol. 129. & cap. 469. idē de Ma-
giſtr. lib. 1. cap. 33. nu. 55. Boer. dec. 149. nu. 4. Idem
Anna alleg. 15. Ratio eſſe poteſt, vt quia ſubditis
ſatisfiat, ſi quid damni vel iniuriæ fuerit illis il-
latum ab officialibus, vt dixit *Andr. in d. conſtit.* &
aliæ referuntur *per Capibl. de baron. prag. 5. num. 4.*
Mar. Mut. ſuper d. cap. 29. num. 2. & Reg. Tap. in d.
conſtit. nu. 6. Bouadill. in polit. lib. 1. cap. 17. & lib. 2.
cap. 16. nu. 206. Borrell. de magiſtr. edict. lib. 1. c. 12.
Nouar. grau. 188. lib. 1.
27 Ideò baro non poteſt creare officialem ad be-
neplacitum *Capibl. de baron. prag. 5. nu. 9. Franch.*
dec. 409. nu. 1. Ponte de poteſt. proreg. tit. 3. in princ.
nu. 2. Reg. Tap. in prag. 5. Caroli fol. 107. nu. 1. Ma-
ſtrill. d. dec. 188. vbi alia ponit ad materiam *No-*
uar. de grauam. Vaſſallor. lib. 1. grau. 188. vbi *nu. 9.*
& 12. limitat, Nec iudices ſecundarum cauſarum
Thor. in comp. dec. tom. 1. verb. *officialis fol. 367. col.*
2. Capibl. in prag. 5. de baron. n. 143. & ſeqq. quàuis
nu. 15. deciſum referat ſuſtineri electionem per
biennium, ſed neſcimus quo iure.
28 Et ſi aliquis exercuit officium per annum in
aliquo loco, pro ſequenti anno in eodem loco of-
ficium exercere non poteſt *per tex. in l. neminem*
vbi *Bar. C. de ſuſcept. lib. 10.* & de iure municipal.
Neap. per *Cap. regni 173. 202. 234. & 283. & per*
conſtit. incip. *occupatis nobis*, & incip. *Iudices vni-*
que locorum pragm. 5. de baron. pragm. 1. §. 1. & 2. &
prag. 3. §. 4. & 5. de offic. iudic. Secus in alia terra
abſolutus iam à ſyndicatu *Maſtrill. d. deciſ. 188.*
num. 11.
29 Verum finito officio compellitur exercere iu-
riſdictionem, donec veniat eius ſucceſſor per *tex.*
in l. meminiſſe ff. de offic. proconſ. & l. 1. §. adminiſtra-
tionem C. vt omnes iudic. & l. 1. ff. de offic. Praeſ. Au-
guſt. Reg. Tap. in cap. regni incip. *ſtatuimus volumus*,
& ibi *Cāpagn. de Leonard. in praxi officia. cap. fin.*
nu. 2. Add. ad Capic. dec. 151. Franch. dec. 39. Ca-
pibl. in prag. 3. nu. 140. Mele ad Gizzar. dec. 30. nu.
8. & de iure noſtro municip. eſt *prag. 3. & 10. de*
offic. iudic. & prag. 4. 10. de baron. & cap. 235. incip.
ſtatuimus volumus Franch. dec. 393. num. 3. Merolla in
theolog. moral. lib. 3. diſp. 7. cap. 13. poſt *nu. 205. Reg.*
Ponte de poteſt. proreg. tit. 7. §. 6. nu. 21. & ibi *Thor.*
Capibl. de baron. pragm. 5. num. 140. Reg. Rouit. in
pragm. 1. de ſindic. official. nu. 36. Reg. Tap. in Iure
Regni lib. 2. fol. 377. in rub. de offic. iudic. aliàs ſi di-
30 ſcedat non expectato ſucceſſore efficitur in ha-
bilis ad exercenda alia officia, per noſtrum ius
municipale *per prag. 4. & 10. de offic. iudic. Caraſſ.*
rit. 7. in fine, & per d. cap. 235. officialis, Leonard. in
praxi cap. 8. nu. 3. Mele ad Gizzarell. dec. 30. n. 11.
Et perdit ſalarium totum *Bald. in l. admin. C. lo-*
cati

Digitized by Google

tat.Campagn.in cap.ſtatuimus vt quoties num.6. Et
31 grauiter puniatur *Paris de ſyndic.*verb.*licentia*.
32 Imo quod Præſes Prouinciæ habens iuriſdi-
ctionem, non poteſt diſcedere vſq; ad ſucceſſoris
aduentum *eſt tex.in l.ſi forte ff.de offic.Præſi. & in
auth.de adminiſtrat.per totum*, & propriè *in §.ſi
quis autem*, vbi præſes relinquẽs prouinciam abſq;
licentia, tenetur crimine læſæ Maieſtatis, & ſic
pœna capitis *Bart. de Capua in cap.* Regni incip.
*Carolus nouas formas Grizarall.*poſt alios *dec.30.*
vbi *addentes*.
33 Auditores Prouinciales ſunt biennales per
*prag.3.de offic.iuſtit.prag.1.§.1.& prag.2.§.4. de
34 offic.iudic.*Et licet D.Prorex faciat commiſſionẽ
Auditoribus pro vno anno, tamen Auditores ipſi
exercent per biennium *Ven. deciſ.129. num.5.*
Hodie tamen commiſſiones Auditorum Prouin-
cialium fiunt per annum, cum clauſula, *deinde in
antea ad noſtrum beneplacitum Capibl.de baron.in
pragm.5.nu.144.*prout vidi Commiſſionem *Dom.
Don.Ioſephi Faleſy Viſconte* Auditoris Prouinciæ
Tranenſis, ad præſens Materenſis meritiſſimi, mei
fidiſſimi Amici, & Domini ex corde. Verum
35 Auditores ſecundarum Cauſarum baronis ſunt
annales *Reg.Marin.lib.1.reſolut.284.num.5.& 6.
Capibl.ind.pragm.5.nu.143.* Præſides Prouincia-
36 les ſunt trieñales, vt in *d.prag.1.§.1.& d.pragm.
2.§.4.de offic.iudic.*
37 Aduocatus fiſci licet de iure debeat eſſe bien-
nalis *l.ſancimus 12.C.de aduoc.diuerſ.iudic.* Tamẽ
de conſuetudine eſt perpetuus *Carau.rit.17.Capi-
bl.d.prag.5.nu.84.de baron.*
38 Vicarius Epiſcopi poteſt ad nutum remoueri,
etiam iuramento non obſtante *Gemin. in cap. 1.
de off.Vicar.nu.6.Franc.Marc. dec.796. Capibl.d.
prag.5.nu.153.Meroll.tom.3.diſp.7.cap.6.num.44.
& ſeqq.Sbrozz.lib.3.qu.32.nu.5.Barboſ.de Epiſcop.
par.3.alleg.54.nu.145.in fine Pellegr.in praxi p.1.
ſect.2.ſubſect.6.nu.6.*vbi dicit debere prius abſol-
ui à iuramento, alias euadit periurus *Sbrozz.d.
qu.32.num.8.*
39 Sic etiam Vicarius creatus per Capitulum
Sede vacante, per idem Capitulum ad nutum re-
uocari poteſt *Ricc.dec.178.& dec.305. nu.5.p.4.
Sbrozz.de Vicario Epiſc.lib.3.qu.32.nu.7.Farinac.
dec.202.Meroll.in theol.moral.tom.3. diſp.7.cap.7.
à nu.265.cum ſeqq.& nu.274.* ampliat dato quod
Capitulum iuraſſet non reuocare, *& num.275.&
ſeqq.*ampliat etiam quod ſit electus à Metropoli-
tano poſt 8.dies ob negligentiam Capituli, Sic
etiam poteſt reuocari per Metropolitanum eli-
gentem per negligentiam *Solorzan. de iure In-
diarum,lib.3.cap.13. num.65.Barboſ.de Can.& di-
gnit.cap.43.nu.48.*

Verum hodie per determinationem Sacræ Cõ-
gregationis ſuper negotijs Epiſcoporum, eſt de-
terminatum, vt nequeant amouere Vicarium Ca-
pitularem ſine cauſa approbata ab ipſa Congre-
gatione, quæ in tali caſu certiorari debeat, alias
reuocatio, & amotio ſit nulla, vt teſtatur *Ricc.
coll.1602.in fine Quarant.in ſumma bullarũ* verb.
*Capitulum Sede vacante nu.3.in fine Marcell.Vulp.
in praxi iudicial.cap.44. num.23.Genuenſ.in pract.
cap.84.nu.4.*bene *D.Abb.Michael.Iuſtinianus in
ſuis* doctiſſimis, & exemplaribus *Conſtit. Iuſtinia-
nis lib.2.tit.4.num.34.*vbi inſerit litteras S.Con-
gregationis Epiſcoporum directas Vicario, &
Capitulo Ciuitatis Acerentiæ diei 24. Augusti
1603. & in Meſſana 1. Septembris 1603. & 6.
Maij 1618.*Ricc. dec.178. par.4. & collect.3602.
in fine Pellegr.in praxi p.1.ſect.4.ſubſect.5.nu.2.&
ſubſect.1. n.19.*vbi hoc intelligit, etiam ſi conſti-
tuerit cũ clauſula, quod poſſit reuocari ex cauſis
ſibi bene viſis, ex iuſta tamen cauſa poteſt reuo-
care habita prius licentia à Sacra Congregatio-
ne *Pellegr.ibid.* vbi ponit ſex cauſas, pro quibus
poteſt reuocari.
40 Capitulum Sede Vacante habet priuilegium
cognoſcendi de cauſis, quemadmodum habebat
Epiſcopus eo viuente *Ricc.deciſ.273. part.4. Ge-
nuenſ.in pract.cap.86. Valenz.conſ.107. nu.11.So-
lorz. de iure Indiar.tom.2. lib.3. cap.13.num.2. 3.
Gambacorta conſ.74 n.21.Bouadill.in Polit.lib.1.cap.2.
nu.23. Antunez de donat.reg.par.2. lib.1. cap.13.
num.125.& ſeqq.*Cum Capitulum ſede vacante
41 ſuccedat in iuriſdictione ordinaria exceptis ali-
quibus caſibus *cap.1. de maior & ob. d.Zerola in theſ-
fori Eccleſ.par.1.cap.10.nu.7.Meroll.d.cap.7.n.1.&
ſeqq.Pellegr.*poſt alios *in praxi par.1.ſect.4.ſubſect.
1.Diana par.8.tract.4. reſol.1.* Et licet aliqui te-
neant quod ſuccedat tantum in ijs, quæ ſunt iuſti-
tiæ, & neceſſitatis, non in ijs, quæ ſunt gratiæ, ſeu
voluntariæ iuriſdictionis, Tamen verior eſt opi-
nio quod ſuccedat in omnibus exceptis nonnul-
lis caſibus *Pellegr.ibid.nu.2.*
42 Vnde ſicut Vicarius generalis Epiſcopi po-
teſt vnam, vel plures cauſas delegare *gl.in cap.1.*
verb.*ipſius de offic.deleg.in 6.Barboſ. de auth.Epiſc.
alleg.54.nu.101.par.3.Triumſ.dec.19.lib.1.Nouar.
43 dec.104.nu.1.*Item & Vicarius Capitularis *No-
uar.d.dec.104.*
44 Capitulum debet infrà 8. dies eligere Vica-
rium Capitularem, aliàs electio deuoluitur ad
Metropolitanum, ſi vero non adſit Metropolita-
nus, ad Epiſcopum viciniorem, & negligente Ca-
pitulo Metropolitani mortui, ad Epiſcopum an-
tiquiorem ex ſuffraganeis *Concil. Trid.ſeſſ.24. de
reform.cap.16.Barboſ. de Iure Eccleſ. lib.1. cap.32.
nu.28.& ſeqq.*
45 Infrà dictos octo dies Iuriſdictio exercetur
non per Archidiaconum, ſed per totum Capitulũ
inſolidum *Quarant. in ſumma bullar.*verb.*Capitu-
lum Sede vacante §.12. quæro* verſ. *terminum Ricc.
dec.205. nu.3.* & alibi, Sacra Congregatio Con-
cilij ſub die 19.Settembris 1620. *Pellegr. d.ſub-
ſect.1.num.5.*
46 Et Vicarius Capitularis poteſt continuare
iuriſdictionem donec nouus Epiſcopus capiat
poſſeſſionem *Nouar.dec.223.num.6. Marcell.de
Vulp.in praxi cap.44.nu.32.* idem eſt ſi ſit conſti-
tutus ſimpliciter, poteſt tamen conſtitui ad tem-
pus non minus trium menſium *Barboſ. de Epiſc.p.
p.3.alleg.54.nu.173.*
47 Electio illius debet fieri à Capitulo more ſo-
lito capitulariter congregato, & per ſecreta ſuf-
fragia, alias mala eſt *D.Abb.Mich.Iuſtin.in conſti-
tut.Iuſtin.Eccleſ.lib.2.tit.4.cap.42. §.42. tit.5.nu
11.Pellegr.vbi ſup.ſubſect.1.nu.8.*
48 Verum tamen eſt quod Capitulum Sede vacã-
te licet ſuccedat in iuriſdictione ordinaria, Ta-

men non ſuccedit in iuriſdictione delegata *cap. eam te* vbi *Felin. nu. 17. de reſcript. Meroll. d. cap. 7. nu. 15. & ſeqq.* vbi *nu. 60. & ſeqq.* ampliat etiam in iuriſdictione delegata Epiſcopo à canone, in qua non ſuccedit Capitulum ſede vacante, *Pellegr. vbi ſup. ſubſect. 2. nu. 1. & ſubſect. 3. nu. 1.*

49 Et Vicarius Capituli Sede vacante non poteſt exequi diſpenſationes directas à Pontifice Vicario generali Epiſcopi *Meroll. d. cap. 7. num. 295. cum ſeqq.*

50 Imò omnia commiſſa Epiſcopo, vel eius Vicario non poſſunt expediri per Vicarium Capitularem Sede vacante *Squill. de priuil. Cleric. cap. 2. nu. 199. & ſeqq. Meroll. d. cap. 7. nu. 294. Ricc. dec. 44. par. 1. Genuenſ. d. cap. 84. num. 12. Leonius* vbi *ſup. nu. 8.* dicit Vicarium Capitularem non poſſe exequi litteras Apoſtolicas Vicario generali Epiſcopi delegatas *Garz. de benefic. par. 6. cap. 2. à nu. 45. Leo in theſ. fori Eccl. par. 1. cap. 10. nu. 8. fall. 4. Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 32. num. 57. & ſeqq.* & de communi obſeruantia teſtatur, quidquid dicat *Gauant. in Man. Epiſc.* verb. *Capit. ſede vacante num. 53.*

51 Sic licet Capitulum Sede vacante ſuccedat in
iure viſitandi diœceſim, vt dicit *Abb. in cap. cum*
olim nu. 2. de maior. & obedient. Barboſ. de iure Ec-
cleſ. lib. 1. cap. 32 num. 67. & ſeqq. Tamen non ſuc-
52 cedit in iure viſitandi Monaſteria, nec loca exē-
pta, quæ viſitat Epiſcopus authoritate Apoſtoli-
ca vigore *Concily Trid. Leon. vbi ſup. num. 8. verſ.*
decimo Meroll. d. cap. 7. nu. 50. vbi *à nu. 248. cum*
ſeqq. fundat, quod facta electione Vicarij Capitu-
laris non cenſetur translata tota iuriſdictio in
ipſum Vicarium priuatiuè ad ipſum Capitulum,
ſed contra dicemus infra poſt *Pellegr. in praxi p.*
1. ſect. 4. ſubſect. 1. nu. 36. & ſubſect. 2. nu. 8. Et quod
53 poſſit viſitare moniales exemptas in ijs, in quibus
datur Epiſcopis facultas perpetua viſitandi tan-
quam Sedis Apoſtolicæ delegatis, vt in *Concil.*
Trid. ſeſſ. 25. de regular. cap. 9. poſt *Molin. Garz.*
Barboſ. & alios Pellegr. d. ſubſect. 2. nu. 24. ea ratio-
ne quia iſta delegatio fit Epiſcopo imperpetuum,
& ſic tranſit ad Capitulum, cum ſit pars iuriſdi-
ctionis ordinariæ, non ad tempus, alias exemptas
non poteſt *Pellegr. ibid. nu. 23.*

54 Tale Capitulum non poteſt in feudum concedere bona Eccleſiæ, quia Capitulum non ſuccedit Epiſcopo in Iuriſdictione feudali *Leo in theſ. fori Eccleſ. par. 1. cap. 10. nu. 8. fall. 7. Pellegr. ſect. 4. ſubſect. 3. nu. 25.*

Nec ſuccedit in collationem beneficiorum *cap. 2. ne ſede vacante Leon. nu. 8. verſ. 3. per bullam Pij V. editam 1568. Zerol. in praxi Epiſcop. par. 1.* verb. *Capitulum §. ad 5. in fine Pellegr. in praxi d. ſect. 4. ſubſect. 3. nu. 16. & 19. Meroll. d. cap. 7. n. 89. cum ſeqq.* vbi *nu. 95.* hoc limitat in confirmatione, inſtitutione ad beneficium, bene tamen poteſt cōferre illa beneficia, quæ per prius ſpectabant ad Epiſcopum per deuolutionem, ob negligentiam inferioris *Abb. in d. cap. 2. nu. 1. Quaranta in ſumma bullar.* verb. *ſed. vacant. qu. 10. Pellegr. vbi ſup.*

55 Si Epiſcopus ſit ſuſpenſus à diuinis tantum poteſt iuriſdictionalia exercere *cap. ſacro de ſent. excommun. Abb. in cap. cum dilectus de conſuet. Anna alleg. 71. nu. 6.* vbi refert deciſum, quod ſi Epiſcopus ſit ſuſpenſus à diuinis, & ipſi ſit delegata cauſa à Sede Apoſtolica, ipſe Epiſcopus poteſt dictā cauſam alteri ſubdelegare, & ſubdelegatus poteſt procedere in dicta cauſa.

56 Capitulum Sede vacante in electione Capitularis Vicarij debet ſeruare formam decreti *S. C. Trid. d. ſeſſ. 24. cap. 16.* ſimpliciter, abſq; vlla adiūctione, aut reſtrictione, vel cum aliqua clauſula mutationis, vel reuocationis ad beneplacitum, ſed vt libere tamquam ordinarius poſſit iuſtitiam adminiſtrare, alias eſſet nulla electio Sacra Congregatio in vna Caietana 20. Octobris 1587. *Pellegr. d. ſubſect. 1. nu. 24. & ſeqq.* vbi dicit non poſſe illud deputare aſſeſſorem dicto Vicario, nec ponere clauſulam, vt non procedat niſi cum conſenſu Capituli, vel vt participet capitulum de emolumentis Vicariatus, vel reſeruare ſibi facultatem diſtribuendi conciones, ſignandi ſupplicationes, vel ſuperintendere Seminario, vbi affert declarationes S. Congregationis.

57 Et ſi Vicarius Capitularis moriatur electio noua ſpectat ad idem Capitulum *Quaranta vbi ſup. nu. 4. Gauant. in Enchi.* verb. *Capitulum Sede vac. num. 22.*

58 Nec Vicario creato, poteſt Capitulum aliquā iuriſdictionem exercere, quidquid dicant aliqui apud *Meroll. tom. 3. diſp. 7. cap. 7. dub. 25. num. 252. & ſeqq. Dian. p. 6. tract. 7. reſol. 41.* ſtatuit Sacra Cōgregat. Epiſcop. in vna Hydrunt. 5. Octobris 1655. & in alia Neriton. 17. Septembris eiuſdem anni.

59 Cum talis Vicarius habeat iuriſdictionem ordinariam competentem Epiſcopo, poteſt concedere litteras dimiſſorias ad ordines, infrà annum in arctatis beneficijs tam habitis, quam habendis, alijs tamen, qui non ſunt arctati occaſione beneficij non poteſt *Pellegr.* poſt alios *d. ſubſect. 2. nu. 2. & 3.*

60 Poteſt concedere litteras dimiſſorias ad primam tonſuram ei, qui eſt præſentatus à patronis ad ipſorum beneficium eccleſiaſticum *Barboſ. de Canon. & dignit. c. 42. nu. 118.*

61 Poteſt concedere litteras dimiſſorias ad ordines ad quoſcumque ſubditos poſt annum ſedis vacantis, & facultatem ordinandi in Eccleſia vacante *Garz. de benefic. par. 5. cap. 7. nu. 93. declar. 1.*

62 Poteſt concedere Epiſcopo extero exercendi Pontificalia in Eccleſia diœceſis, & ordines conferendi tam Clericis ſuis ſubditis, quam exteris habentibus litteras ſuorum Epiſcoporum *Garz. d. nu. 93. decl. 5. Ant. dec. 407. lib. 2. Henriq. in ſumma l. 10. cap. 22.* Et confirmandi, Eccleſias conſecrandi, reconciliandi &c. ad vſum Pontificalium ſpectantia in ſua iuriſdictione *Pellegr. vbi ſup. nu. 6. verſ. & ſimiliter.*

63 Poteſt exercere totam iuriſdictionem capitulo competentem, etiam in illis caſibus, in quibus Vicarius Epiſcopi non poſſet ſine ſpeciali mandato, ea ratione qua cum *Concil. Trid. d. cap. 16.* arctet Capitulum ad eligendum infra 8. dies Vicarium, qui totam iuriſdictionem exerceat, non videtur neceſſaria alia ſpecialis commiſſio *Diana p. 6. tract. 7. reſol. 41. verſ. ſecundo videtur.*

64 Poteſt litteras commendatitias dare Clericis animarum curam habentibus ire volentibus ad ſtu-

Digitized by Google

ſtudium , quia non ſunt dimiſſorię ad ordines, Poteſt viſitare diœceſim, vel ſi ipſe nolit viſitare poteſt Viſitatorem deputate dummodo ſit elapſus annus à poſtrems viſitatione , nec faciat nouitates, verum non loca exempta, quæ viſitat Epiſcopus authoritate Sedis Apoſtolicæ , vt diximus *ſup* poteſt diœceſanum ſynodum congregare elapſo anno ab altera ſynodo, poteſt admittere clericos præſentatos ad iuspatronatus à Patronibus & illos inſtituere, facere concurſus ad Parochiales vacantes tempore Sedis Vacantis, vt poterat Epiſcopus, reconciliare Eccleſiam conſecratam. Poteſt ex mandato generali Capituli cognoſcere cauſas matrimoniales, non tamen cauſas criminales ſine mandato ſpeciali, & praxis eſt vt dũ eligitur à Capitolo detuc ei omnis poteſtas quã Capitulum habet latè poſt omnes *Pellegr. d. ſect. 4. ſubſect. 2. nu. 7. & ſeqq.*

65 Poteſt etiam ante lapſum anni dare litteras teſtimoniales obtinenti facultatem à Papa ſuſcipiendi ordines de licentia ordinarij , hoc eſt de vita, & moribus approbationem *Barboſ. de Poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 7. nu. 14. & de iure Eccl. lib. 1. c. 32. num. 122.*

66 Poteſt abſoluere ab irregularitatibus , & cenſuris, & delictis occultis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis prouenientibus , in quibus conceſſum eſt Epiſcopis vigore *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6.* poſſe abſoluere *Barboſ. de Can. & dignit. cap. 45. nu. 62. in fine de Epiſc. par. 2. alleg. 39. num. 16. de Iure Eccleſ. lib. 1. cap. 32. nu. 62. & 82. Diana par. 4. tract. 4. reſ. 211. Garz. de benefic. p. 5. cap. 7. nu. 41. par. 7. cap. 11. nu. 21.* quidquid dicant *Bonac. Alter. & alij allati per Pelleg. d. ſubſect. 2. num. 22. Scialoya de foro compet. cap. 39. nu. 19.* & etiam abſoluere ab hæreſi occulta *Pelleg. ibid. nu. 58.*

67 Poteſt idoneos Vicarios parrochialibus vacantibus deputare donec de rectore prouideatur, & proponere edicta pro concurſu, Subſtituere ſibi Vicarium admodicum tempus propter eius abſentiam, vel infirmitatem, non verò Capitaliũ. Poteſt procedere ſine adiunctis ſi Epiſcopus poterat, aliàs ſecus *Pellegr. d. ſubſect. 2. nu. 35. & ſeqq.*

68 Poteſt reſignationes beneficiorum recipere ſi tria concurrãt, quod fiat ex cauſa neceſſaria, non libera, quando collatio ſpectat ad Epiſcopum, & capitulum ſimul , quando talis reſignatio , & collatio fiunt ante prouiſionem factam de Prælato in Conciſtorio , etiam antequam poſſeſſionem capiat *Garz. de benefic. par. 11. cap. 3. num. 256. & cap. 4. num. 75. Sbroz. de Vicar. Epiſc. lib. 2. qu. 71. nu. 12. Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 69. num. 8. & de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 72. nu. 96. Diana par. 8. tract. 4. reſol. 28.*

69 Poteſt authoritatem interponere in beneficiorum permutationibus , & conſenſum præſtare, quando collatio partim ſpectat ad Capitulum, & partim ad Epiſcopum non in alijs caſibus *Quaranta d. qu. 10. Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 32. nu. 97. Garz. de benefic. par. 11. cap. 4. à nu. 75. Bonacin. de Simon. qu. 4. §. 12. nu. 7. Diana p. 8. tract. 4. reſol. 29.*

70 Poteſt vnire beneficia ex cauſa in omnibus Caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus , dummodo nil præiudicetur iuri Epiſcopali *Quarant. vbi ſup. qu. 9. Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. num. 67. & 68.* Et poteſt priuare beneficiatos beneficijs ſeruatis ſeruandis *Quaranta ibid.*

71 Poteſt commendare Eccleſias ad tempus donec prouideatur *Quarant. vbi ſup. Molin. de iuſtit. tract. 3. diſp. 11. nu. 11. verſ. licet Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 32. nu. 94.* Sic etiam poteſt dare licentiam ædificandi Eccleſiam *Quarant. vbi ſup.* & vt acquiratur ius patronatus *Barboſ. de Epiſc. p. 3. alleg. 70. nu. 32.*

72 Poteſt diſpenſare cum illegitimis etiam ex damnato coitu, ad minores ordines , & ad beneficium ſimplex cum cauſa *Barboſ. de poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 45. num. 25. & de Iure Eccleſ. lib. 1. cap. 32. nu. 81.* Et poteſt diſpenſare in omnibus, in quibus poteſt Epiſcopus ratione iuriſdictionis Epiſcopalis *Sayr. de clau. reg. lib. 6. cap. 11. num. 84. Barboſ. vbi ſup. nu. 26. & de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 32. n. 81.*

73 Poteſt concedere indulgentias, cum hæc facultas competat Epiſcopis ratione Iuriſdictionis , creare confeſſarium tanquam pœnitentiarium, ſed durante ſede vacante, qui abſoluat in caſibus, etiam Epiſcopo reſeruatis, Suſpendere , excommunicare, interdicere, priuare, abſoluere, monitoria ad finem reuelandi concedere, confirmare vel infirmare electiones Religioſorum , ſicut poterat Epiſcopus, poteſt ſtatuta facere, quæ totam Diœceſim obligent, etiam tempore Epiſcoporum ſucceſſorum, quod intellige de illis ſtatutis , quæ ad ipſum Capitulum pertinent, non in alijs. Exequi vltimas voluntates defunctorum, quatenus iure ordinario competebat Epiſcopis, compellere Religioſos , qui fuerunt exequutores teſtamentarij ad reddendas rationes adminiſtrationis . Exigere rationes ab adminiſtratoribus piorum locorum. Cognoſcere quaſcumq; Cauſas in prima inſtantia vigore *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 20.* Remictere interſtitia, diſpenſando in illis cum ordinandis ſicut Epiſcopus . Vltimas voluntates commutare, in caſibus, quibus poſſet de iure communi Epiſcopus. Aſſiſtere matrimonio celebrando, & alteri licentiam aſſiſtendi concedere , poſt alios *Pellegr. d. ſubſect. 2. nu. 38. & ſeqq.*

74 Exigere poteſt charitatiuum ſubſidium competens Epiſcopo *Barboſ. lib. 1. cit. cap. 32. num. 83. de iure Eccleſ.* Dare licentiam Nouitijs diſponere ſeruata forma *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 16. Tambur. de iure Abbatiſſ. diſp. 4. qu. 10. nu. 3. Barboſ. de Epiſcop. par. 3. alleg. 99. nu. 1.* Approbare, & exponere confeſſarios ad audiendas confeſſiones ſubditorum *Suar. tom. 4. de pœnit. diſp. 28. ſect. 5. n. 5. Fagund. in 5. Eccleſ. præcept. l. 7. præc. 2. cap. 2. nu. 54. Barboſ. de iure Eccleſ. l. 1. cap. 32. nu. 100. Diana par. 8. tract. 4. reſol. 46.*

75 Poteſt inquiſitionem facere contra certas perſonas de delictis extrà viſitationem , cum in puniendis delictis, & reformandis moribus eandem habeat authoritatem quam Epiſcopus *Rot. deciſ. 166. par. 1. nu. 2. in recentior. Federic. de Senis conſ. 16. nu. 1. in fin.* Exercere munus ſyndicandi officiales ſicut Epiſcopus *Rot. d. dec. 166. nu. 3. & 4.* Infrà annum concedere teſtimoniales de vita, & moribus ordinando per breue Apoſtolicum ab alieno Epiſcopo extra Diœceſim *Diana par. 8. tract. 4. reſ. 42.*

76 Po-

Digitized by Google

76 Poteſt abſoluere in caſibus, & cenſuris S. P. reſeruatis, quando non eſt facilis recurſus ad Papam *Meroll.tom.3.diſput.7.cap.7. dub.1. num.12. Diana par.8. tract.4. reſol.* Abſoluere ab excommunicatione *can. ſi quis ſuadente diabolo* in caſibus Epiſcopo permiſſis *Diana ibid. reſol.12. Pellegr. dicta ſubſect.2. num.60.* vbi contrarijs reſpondet.

77 Succedit etiam in Iuriſdictione competente Epiſcopo ex conſuetudine *Molina de iuſtit.tom.6. tract.5.diſp.11.num.10.Meroll.tom.3.diſp.6.cap.7. dub.11.nu.12.Azor.par.2.lib.3.c.30.qu.7.*

78 Poteſt gratiam facere ſubditis condemnatis in aliquam pœnam, quæ eſt de Iuriſdictione ordinaria *Pellegr. d.ſubſect.2, nu.64.* vbi reſpondet contrarijs.

79 Poteſt creare Clericos Saluaticos prout poteſt Epiſcopus, & omnia alia facere, quæ poteſt Epiſcopus iure ordinario latè *Pellegr. d.ſubſect.2. num.66.& per tot.*

80 Quæ non poteſt facere ob defectũ Iuriſdictionis Capitularis Epiſcopus, ſunt illa quæ competunt Epiſcopo non iure proprio ordinario, ſed de iure alieno, id eſt iuriſdictione delegata, nam in his non ſuccedit Capitulum, & conſequenter Vicarius Capitularis *Rot.dec.6. de offic. deleg.in antiq.Sbrozz.de Vicar.lib.1.qu.16.num.1.& lib.2. qu.135.nu 4.Genueuſ.in praxi cap.85.Meroll.tom. 3.diſp.3.cap.7.dub.1.num.15. Solorzan.de iure indiar.tom.2.lib.3.cap 13.nu.4. Barboſ.de Iure Eccl. lib.1.cap.32.nu.108. Leo in theſ.fori Eccleſ. par.1. cap.10.nu.8.fall.4.*

81 Non poteſt ſcholares doctorare, & priuilegio doctorandi vti quod competebat Epiſcopo, quia priuilegium non tranſit in Capitulum Sede vacante, cum ſit ius ſpeciale *Sbrozz. de offic. Vicar. lib.2.qu.29.nu.6.* Si verò Epiſcopus poſſet de iure communi ordinario, tunc illa facultas tranſiret ad Capitulum *Sbrozz.ibid. num.8.* Verum poteſt creare Notarios ſicut Epiſcopus *Pauin. de pot. cap Sed.vac.qu.10.nu.12.Sbrozz.nu.10.*

82 Nec donationem iuriſpatronatus confirmare, nam in illa debet neceſſario interuenire Epiſcopi conſenſus *Gratian.diſcept.303.num.10. & ſeqq. Barboſ.de Epiſc.par.3.alleg.71.nu.23. Farinac.dec. 257.nu.1.par.2.recent.& dec.576.p.recent.*

83 Non poteſt Monaſteria exempta etiam ſi monialium ſint, viſitare, niſi adſit alicubi conſuetudo viſitandi ex præſcriptione, aut priuilegio *Concil. Trid.ſeſſ.24.de reform.cap.3.* verſ. *Viſitatores Barboſ.de Epiſc.par.3.alleg.73.num.26.Azor.lib.3.cap. 40. qu.8.* Non poteſt exequi delegationes factas

84 Vicario Epiſcopi generali *Garz.de beneſi. par.6. cap.2.nu.44.& ſeqq.*

85 Non poteſt cognoſcere in Cauſa hæreſis cum in illo Epiſcopus procedat ex Iure delegato DD. apud *Diana p.4.tract.8.reſol.33.* verſ. *ſed an Capitulum.* Nec exequi commiſſiones Apoſtolicas in forma: Dignum: & alias directas Epiſcopo, vel eius Vicario *Pellegr.d.ſubſect.3.nu.29.*

86 Non poteſt cognoſcere cauſas Vicario Epiſcopi mortui delegatas, quia Iuriſdictio delegata non tranſit in Capitulum, vt diximus *Dec.in cap. quoniam Abbas nu.21.de offic.deleg.Abb.in cap.cum olim nu.2.de maior.& obed.* Verum cauſæ prędictę delegatæ Vicario vti dignitati non expreſſo nomine proprio tranſeunt in Vicarium generalem ſucceſſorem *Leo in theſ.fori Eccleſ. par.1. c.10.nu. 8.fall.4.Pelleg.d.ſubſect.3.nu.30.*

87 Non poteſt ſuſpendere, & iterum examinare confeſſarios regulares ab Epiſcopo defuncto approbatos abſq; præfixione temporis, vel ad tempus non dum elapſum propter priuilegium quod habent à Clem.4.de quo *Diana p.3. tract.2.reſol. 27.& par.4.tract.4.reſol.200.in fine.*

88 Nec poteſt, nec debet expedire cauſas, quæ patiuntur dilationem, imminente prouiſione Eccleſiæ, niſi fuerint ſibi ſpecialiter delegatę, ſed relinquere expeditionem nouo Epiſcopo, vt deciſum refert per Sacram Congregationem *Pellegr.d.ſubſect.3.nu.13.*

89 Verum quæ diximus ſup. quod Capitulum, & Vicarius ipſius non ſuccedat in Iuriſdictione Epiſcopali in his, quæ ad Epiſcopum ſpectãt non iure ordinario, ſed delegato, fallunt in multis caſibus, in quibus Capitulum eandem Iuriſdictionẽ habet, ſicut Epiſcopus habebat, licet illa ſit eĩ ſpecialiter delegata, puta in delegationibus perpetuis Epiſcopis factis à S. C. Trid. & Sacr.Canon. vt procedere poſſint tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati, nam licet illa facultas competat Epiſcopis iure delegato, tamen competit eis iure communi ſpeciali ex iuriſdictione ordinaria ipſius tributa, in illis caſibus, & illa iuriſdictio delegata eſt effecta pars iuriſdictionis ordinariæ, cum ſit perpetuo annexa dignitati Epiſcopali, & ideo illa iuriſdictio per epicheiam, (niſi contrarium colligatur de mente S.Concilij, aut Pontificis) tranſit ad Capitulum Sede vacante tamquã ordinaria non delegata *Molin. de Iuſtit. & iure tom.6.tract.5.diſp.11.nu.8. & 9. Enriq.in ſumma l.6.cap.16.§.1.Rodriq.qq.regul.tom.1.qu.61.art.9. Suar.tom.4.de pœnit.diſp.30.ſect.2.num.4.Genueuſ. in praxi cap.66.nu.22.& cap.85.nu.31.Garz.de beneſic par.5. cap.7. nu.41. Barboſ.lib.1. de iure Eccleſ.cap.32.nu.71.105.* vbi exemplificans prædicta in caſu *Concil.Trid.ſeſſ.24.de reform. cap.6.* de abſolutione à cenſuris in delictis occultis.

90 Verum in hoc ſeruanda eſt regula tradita à *Garz.vbi ſup. nu.48.* nam aliud eſt dare à iure iuriſdictionem delegatam Epiſcopo, ita vt procedat authoritate Apoſtolica in caſibus ſpecialibus, & particularibus, & tanquam delegatus Sedis Apoſtolicæ, vt in terminis *clem.2.de ſtatu Monach.& Concil.Trid.ſeſſ.25.de regul. cap.9.* vbi de Iuriſdictione Monaſteriorum exemptorum agitur, *& ca.irrefragabili de offic.ordin.§.cæterum, & c. ad abolendam in fine de hæret. & cap.1. §. fin.de ſtatu regul.in 6.& clem.1.de ſuppl.neglig.Prælat.& clem.cum contingit de religioſ.domib.* Et in hac Iuriſdictione non ſuccedit Capitulum Sede vacante. Aliud eſt dare à Iure, ſeu Concilio iuriſdictionem Epiſcopo in aliquibus caſibus, quam aliàs non habebat, prorogando, & extendendo eius iuriſdictionem, & poteſtatem ordinariam, ita vt Epiſcopus iure proprio, & tamquam ordinarius procedat non tamquam delegatus particularis, & in hac ſuccedit Capitulum Sede vacante, & in iuriſdictione, quam habet Epiſcopus ex conſuetudine de qua *Pauin.par.1.qu.99.num.7. Genueuſ.*

cap.

cap.85.n.13.Molin.d.diſp.11.a.10.& in terminis Concil.Trid.ſeſſ.24.de reſorm.cap.6.Garz.num.40. & 41.Sic etiam ſuccedit Capitulum in iuriſdictione delegata, quando tollitur, & remouetur obſtaculum exceptionis, vt in clem.1. de teſtam.& clem.1. de ſepultur. quia tunc reducitur caſus ad terminos iuris communis Pauin.vbi ſup.qu.10.nu.4.& nu.3.dat regulam quod quando verba authoritate Apoſtolica coniunguntur cum verbis concedimus facultatem, non faciunt iuriſdictionem delegatam, ſed benè quando iunguntur, poteſtati faciendi &c.

91 Sunt quædam Commiſſiones, quæ ſolum diriguntur ordinarijs, non alijs, vt Gratiæ in forma Dignum iuxtà conſtitutionem Pij V. editam anno 1602. & diſpenſationes matrimoniales iuxtà Concil.Trid.ſeſſ.13. de reſor.cap.2. & in his de ſtylo Curiæ non ſuccedit Capitulum, quia ſunt delegationes ſpeciales. aliæ ſunt, quæ fieri ſolent non ſolum ordinarijs locorum, ſed etiam alijs perſonis in dignitate conſtitutis, vt executiones gratiarum, beneficiorum in forma gratioſâ, aut in forma commiſſoria, executiones penſionum, & delegationes Cauſarum, & litium, & in his ſuccedit Capitulum, eiuſque Vicarius, quia ſunt delegationes ordinariæ, vt dicit Garz.d.par.6.cap.2. dub.4.in addit.ad num.58. Molin. de iuſtit.tom.6. tract.5.diſp.11.nu.8.& 9. vbi ponit rationem diſparitatis Barboſ.de Iure Eccleſ.lib.1.cap.32. num. 107.Ventrigl.in annot.vol.2.annot.15.§.1.nu.10.

92 Incipit habere Capitulum ſede vacante iuriſdictionem, & conſequenter Vicarium Capitularem eligere poteſt quando Epiſcopus degit in remotis partibus ob ſeruitium Sedis Apoſtolicæ vel Nuncius alicuius Regis, aut Principis, vel ob neceſſitatem, vel vtilitatem propriæ Eccleſia, vel ob aliam iuſtam cauſam, & Vicarius generalis ab illo relictus in Epiſcopatu moriatur, nam tūc Capitulum poteſt eligere Vicarium Capitularē cum pleno Iure, & omnimoda iuriſdictione, æquè ac ſi Epiſcopus fuiſſet mortuus, nam longa abſentia æquiparatur morti Card.in clem.vaic.qu. 18.in fin.de off.Vicar. poſt alios Genuenſ.in praxi cap.86.nu.11.Ventrigl.in 2.tom.annot.ad Cap.Sede Va.ant.2annot.15.§.1.nu.3.D.Abb.Iuſtinian.in ſuis conſit.Iuſtin.lib.2.tit.4.cap.42.§.42.lit.S.a.5. Barboſ.de poteſt Epiſc.par.3.alleg.52.nu.3.Diana par.8.tract.4.reſ.4.verſ.ſed difficilius eſt.

93 2. Si Vicarius relictus à d. Epiſcopo degente in remotis partibus eſſet excommunicatus, cum militet eadem ratio, ac ſi eſſet mortuus D.Abb.Iuſtinian.vbi ſup.nu.7.

94 3.Si dictus Vicarius Epiſcopi exiſtentis in remotis partibus eijceretur à Ciuitate, & prouincia ob potentiam alicuius Principis Secularis, nam etiam tunc haberetur pro mortuo ad officiū Vicariatus Barboſ.vbi ſup.& Iuſtinian.vbi ſup.

95 4.Si Epiſcopus efficeretur captiuus ab inimicis Catholicæ fidei, quia tunc diceretur mortuus ciuiliter, & mors ciuilis æquiparatur naturali c. ſi epiſcopus vbi gl.verb.mortem, & verb.ſed captiuitatis verb paganis verſ.nota primo de ſuppl. negl. prælat.in 6.Barboſ.de poteſt. Epiſcop. par.3. allegat. 52.num.3.Diana p.8. tract.4.reſol.4.Iuſtinian.vbi ſup.num.2.

96 5.Si Epiſcopus translatus fuerit ad aliam Eccleſiam, nam tunc poſt eius propoſitionem in cōſiſtorio Cardinalium cum S.P. factam, etiam ante litterarum Apoſtolicarum de altera Eccleſia expeditionem, & antequam alterius Eccleſiæ ad quam translatus fuit poſſeſſionem capiat, Capitulum eligere poteſt Vicarium Capitularem infra octo dies computandos à die ſcientiæ iuxtà formam traditam in S. C. Trid.ſeſſ.24. de reform. cap.16. Antonell.de regim. Eccleſ.lib.4. cap.7. §.5. nu.52.Barboſ.de iure Eccleſ.lib 1.cap.32. num.32. Diana d.par.8.tract.4.reſol.33.

97 6.Si Epiſcopus ingrediatur aliquam Religionem, vel ſi ille Epiſcopatum cum alio permutauerit, reſignauerit, vel alio modo ab illius Iuriſdictione ſe abdicauerit, vel ſi ob delictum relegetur aut deponatur, vel alio ſimili modo Iuriſdictione priuetur Sbrozz.de Vicar.lib.3. qu.42.Barboſ.de poteſt.Epiſc.alleg.54.num.154. D.Iuſtinian. vbi ſup.num.4. Et his caſibus Capitulum iuriſdictionem adminiſtrat d.c ſi Epiſcopus, & cap.2.de ſuppl.negl.prælat.in 6.Gallet.in margarit. caſuum conſcient.verb.Vicarius, antepraul.

98 7. Si Epiſcopus excommunicetur maiori excommunicatione, & fuerit publicè denunciatus, nam tunc etiam eius Vicarij iuriſdictio ſuſpenditur, cum vnum Tribunal ſit cap.ad probandam de re iudic.cap.audiuimus 24.qu.1. Suar.de Cenſuris diſp.13.ſect.2.nu.15. Sbrozz. lib.3. qu.17. Barboſ.vbi ſup.nu.146.

99 Vltimo ſi moriatur Epiſcopus vt ſup. diximus Pellegr.in praxi par.1.ſect.4.ſubſect.1. & ſect.2.ſubſect.6.& d.ſect.4.ſubſect.4.ponit differentias inter Vicarium Epiſcopi, & Capitularem.

100 Verum Iuriſdictio Capitularis Vicarij ceſſat per poſſeſſionem noui Epiſcopi Pauin. de poteſt. ſed.Vacant.par.2.qu.10.nu.19. Marcell. Vulp.in praxi Eccleſ.cap.44.nu.32.Nec ſufficit quod Epiſcopus ſit electus, ſed eſt neceſſaria poſſeſſio Quaranta in ſumma bullar.verb. Capitulum ſede vacante num.13.

101 Ceſſat ſi Capitulum ſuſpenſionis cenſuram incurrat, vel Eccleſiaſtico interdicto irretiatur, & iuriſdictionis vſu priuetur Suar. de cenſur. diſp.7. ſect.3.nu.13.Quaranta d.verb.ſede vacante nu.13 verſ. idem erit quidquid dicat Vgolin. de cenſur. tab.1.c.4.§.2.Et Suar.ibi extendit etiam ſi Vicarius ille ſit electus à metropolitano ob negligentiam Capituli.

102 Ceſſat etiam ſtatim, ac finit terminus præfixus à Capitulo, ſi ad tempus determinatum, puta ad annum, vel ſex menſes fuerit deputatus, vt dicit Quaranta in d.verb.Capitulum Sede vacante n.13.

103 Ceſſat pariter cum mittitur Vicarius Apoſtolicus à Papa, vel S. Congregatione Epiſcoporū, quod ſit ſi Eccleſia diu vacauerit, determinauit Sacra Congregatio in vna Aleriana 28.Iunij 1649.

104 Adeſt Vicarius Capituli Collegiatæ Nullius Diœceſis, qui ſuccedit in iuriſdictione ſui Prælati, ſicut Vicarius Cathedralis, verum ille non debet eſſe doctor, vt debet eſſe Vicarius Capitularis Pellegr.in praxi p.1.ſect.5.num.3. & ſeqq. Et collegiatam faciunt etiam duo, vel tres Canonici adminus gl.fin.in cap.cum ſicut de conſecrat.Eccleſ.vel altar. quia iſte numerus trium Canonico-

rum

rum eſt ſufficient ad conſtituendum Capitulum collegiatæ *Felin. in cap. accedentibus nu. 1. de præſcript. Caualer. dec. 649. nu. 6. Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 2. cap. 6. num. 8.*

105 Ille vicarius collegiatæ nullius Diœceſis, ſi non habeat priuilegium particulare, non poteſt concedere monitoria excommunicationis ad finem reuelationis pro rebus deperditis post *Concil. Trid.* & ſubditi illorum debēt Sanctam Sedem Apoſtolicam adire, vt illa obtineant *Vgolin. de poteſt. Episc. cap. 45. in princ. Leo in theſ. Eccleſ. p. 3. cap. 7. num. 18. & 19. Barboſ. par. 3. de Episcop. alleg. 96. num. 12. R. Marin. reſol. 1. nu. 36. lib. 1.*

106 Adeſt Vicarius Apoſtolicus, qui eſt ille, qui mittitur à Papa cum breui, vel à Sacra Congregatione Episcoporum, cum litteris, ad regendam aliquam Eccleſiam cum tota iuriſdictione Episcopali, & ea omnia ibi facere poteſt, quæ & ipſe Episcopus, exceptis Pontificalibus, vt habetur *in cap. fin. diſt. 61. & in cap. is cui de elect. in 6.* & mitti ſolet ob varias cauſas, de quibus *Pellegr. in praxi par. 1. ſect. 6. nu. 3.* Et tempore quo adeſt Vicarius Apoſtolicus, non poteſt Episcopus tenere Vicarium generalem, qui non poteſt ſe intromittere in negotijs iuriſdictionem tangentibus, imo neq; exequi poteſt litteras Apoſtolicas ſibi directas ſub nomine dignitatis, vt declarauit *Sacra Congregatio in vna Nolana 27. Settembris 1641.*

107 Talis Vicarius non poteſt facere functiones Episcopales abſente, vel impedito Episcopo, ſed hoc ſpectat ad primam dignitatem, & ſucceſſiue ad alios ſeniores de Capitulo *Aldan. in compend. Canon. reſol. 1. tit. 43. nu. 34. Barboſ. in collect. decis. Apoſtol. collect. 715. nu. 6.*

108 Poteſt dare dimiſſorias ad ordines poſt annū, & infra annum arctatis, ac ſi eſſet Vicarius Capitularis, niſi hoc ei ſpecialiter ſit prohibitum, Sacra Congregatio in vna Aquilana 22. Septembris 1628. *Pellegr. in praxi par. 1. ſect. 4. ſubſect. 2. num. 2.*

109 Non poteſt poſt finitum, vel renunciatum officium cognoſcere de cauſis, quæ tempore Vicariatus ſibi commiſſæ, & delegatæ fuerant ſub nomine dignitatis Vicariatus *gl. in clem. 2. verſ. principalis* vbi *Card. nu. 7. Imol. num. 11. & 13. de reſcript. Sbrozz.* poſt alios *de Vicar. l. 3. q. 47 nu. 1. & ſeqq.* Quamuis ſecus ſit in Canonico Eccleſiæ Cathedralis, vel alio prælato, nam iſti etiā poſt finitum officium, vel renunciatum Canonicatum cognoſcere poſſunt cauſas ſibi prius commiſſas, quia ſi deſinunt eſſe Canonici, vel Prælati non deſinunt eſſe Iudices *Franc. in cap. ſtatutum col. 2. in princ. de reſcript. in 6. Barboſ. de Episcop. p. 3. alleg. 54. nu. 155. & ſeqq.* declarauit *S. Congregatio Episc. in vna Min. obſeruant. 4. May 1604.*

110 Adeſt etiam Vicarius foraneus qui ab Episcopo, ſeu ab alio iuriſdictionem ordinariam habente, conſtituitur, & deputatur in certa parte Diœceſis, vel ad certos actus tantum *cap. 1. in princ.* & ibi *gl.* verb. *foranei de offic. ordin. in 6. & Clem. 12. in fin.* verb. *foraneo de reſcript.* ad differentiam Vicarij generalis, qui ad totam Diœceſim regendā ponitur *Sbrozz.* poſt alios *l. 1. qu. 13. nu. 1. Barboſ. de Episc. p. par. 3. alleg. 54. nu. 18. Garz. de beneſic. tom. 1. par. 5. cap. 8. nu. 29. Leo in theſ. fori Eccleſ. par. 1. cap. 10. num. 6.* verſ. *foranei.*

111 Dicitur etiam delegatus ad certum genus cauſarum, quia certæ Cauſæ in genere diſtinctæ illi demandantur *Bar. in l. more nu. 4. ff. de Iuriſd. omn. iudic. Alex. in l. 1. nu. 76. & ſeqq. ff. de offic. eius.* Interdum dici ſolet Vicarius foraneus etiam ille, qui delegatur ad Vniuerſitatem Cauſarū *Sbrozz. l. 1. qu. 13. num. 7.* Ideò Vicarius ille potius dici debet delegatus Episcopi, quam Vicarius *gl. in clem. 2.* verb. *foraneos de reſcript. Sbrozz. qu. 20. nu. 4.* vbi reſpondet contrarijs. Imo quamuis ſit conſtitutus ad Vniuerſitatem Cauſarum adhuc dicitur delegatus Episcopi non Vicarius, quia delegatus dicitur ille, cui omnes cauſæ vnius territorij committuntur poſt alios *Sbrozz. lib. 1. qu. 22. nu. 1.* late *Pellegr. p. 1. ſect. 7.*

112 Iuriſdictio horum Vicariorum eſt omnino limitata, nam ſemper concedi ſolet, vel in certo loco, vel parte Diœceſis, vel vt poſſint cognoſcere Cauſas ciuiles ibidem occurrentes vſq; ad certam ſummam putà ſex ducatorum plus, minuſue, nè per partes pro qualibet re leui cogantur ſemper adire Ciuitatem, & comparere coram Vicario generali ita *Sacra Congregatio Epiſ. in vna Troian. 27. Martij 1590.* Sed in Criminalibus eorum iuriſdictio non extenditur, niſi vt poſſint informationes capere, & formare proceſſum informatiuum, & tranſmittendi ad Vicarium generalem *S. Congregatio Episc. in vna Mutulenſi 9. Iunij 1592.*

113 Talis Vicarius non poteſt reſtituere in integrum ſicut Vicarius generalis, niſi ſit delegatus ad vniuerſitatem Cauſarum *Sbrozz. lib. 3. qu. 12. nu. 3.* Nec concedere monitoria pro rebus deperditis, aut ſubtractis niſi Episcopus illi talem authoritatem concedat *Pellegrin. d. p. 1. ſect. 7. ſubſect. vnic. nu. 31.* vbi alia ponit ad materiam talium Vicariorum.

114 Dum huc nos traxit ſermo dicemus aliqua de Vicarijs Episcoporum eorumque iuriſdictione. Nam licet habeant iuriſdictionem ordinariā *Sbrozz. lib. 2. qu. 55. nu. 9. Barboſ. par. 3. alleg. 43. n. 16. Garz. de beneſic. p. 5. cap. 8. num. 21.* poſt alios *Pellegr. in praxi p. 1. ſect. 2. ſubſect. 3. nu. 1.* Tamen non deſunt alij relati per *Barboſ. ibid. nu. 30. inſfine* tenentes habere delegatam. Vicarius Episcopi eſt ille, qui Episcopi vices gerit in eodem Tribunali, in quo iudicare ſolet Episcopus *Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 1. qu. 2. nu. 1.* & Vicarius poteſt ab Episcopo ſolo creari ſine Capituli Conſenſu, & poteſt ab illo remoueri ſine eiuſdem conſenſu *Hoſtienſ. in ſumma de offic. Vicar. §. in quibus* verſ. ſed *num quid Rebuff. in tract. de beneſic. tit. de Vicar. Episcop. par. 1. nu. 1.* ad eorum libitum quandocūq; *Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 1. qu. 45. nu. 9.*

115 Episcopus non ſolum vnum Vicarium, ſed plures Vicarios generales creare poteſt *cap. quoniam de offic. ordin. cap. ad hæc de offic. Archid. cap. 1. de celebr. miſſar. Rebuff. in pract. beneſic. par. 1. tit. de form. Vicar. nu. 203. Zerol. in praxi Episc. p. 1.* verb. *Vicarius num. 1. Pellegr. in praxi par. 1. ſect. 2. ſubſect. 5. nu. 10.* Sed ſi habeat duas diœceſes poteſt vnum creare Vicarium *Pellegr. par. 1. ſect. 2. ſubſect. 5. nu. 16. & 17.*

116 Debet conſtitui in temporalibus, & ſpiritualibus, alias ſimpliciter conſtitutus abſque expreſ-

ſione

ſione in ſpiritualibus, & temporalibus, cenſetur in ſpiritualibus tantum conſtitutus *Dinz. in pract. crim. Canon. cap. 3. nu. 3. Sbrozz. qu. 27. nu. 1.*

117 Cum mandato generali, ſine ſpeciali, poteſt excommunicationem ferre, ſicut Epiſcopus *clem. 2. de reſcript.* & ibi *gl. c. 2. de conſuet. in 6.*

118 Poteſt facere quo ad iuriſdictionalia omnia, quæ Epiſcopus poteſt *gl. in cap. 2. de offic. Vicar. in 6. Zerola* verb. *Vicarius p. 1. §. 19.*

119 Poteſt ſubſtituere ſibi Vicarium ad tempus *gl. in cap. 1. de offic. Vicar. in 6. Pauin. de poteſt. Capituli par. 2. qu. 10. nu. 19. Sbrozz. de Vicar. Epiſc. lib. 2. q. 68. nu. 11. & 17. Zerol.* verb. *Vicarius* verſ. *quartum dubium.*

Maximo exiſtente ipſo infirmo, vel abſente pro modico tempore *Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 54. num. 100.*

120 Poteſt cognoſcere de cauſis Menſæ Epiſcopalis, & iudicare prout iuſtum fuerit *Sacra Congreg. Epiſcop. in vna Ieſin. 3. Octobris 1586.*

121 Poteſt exequi commiſſiones, & litteras Apoſtolicas, quæ prius fuerant directæ Vicario Capitulari, non adhuc executæ *Eadem Sacra Congreg. in vna Parm. 6. Auguſti 1614.*

122 Poteſt Vicarius generalis eſſe Iudex in Cauſa Epiſcopi, nec quando datur ſuſpectus eliguntur arbitri, ſed datur adiunctus de ſtylo Signaturæ *add. ad Rot. dec. 1. de offic. Vicar. in nouiſ. Zerola §.*

123 *vl. vbi ſup.* Iuriſdictionem exercere poteſt vbi non requiritur mandatum ſpeciale *Vener. in examin. Epiſc. l. 4. c. 13. nu. 8.*

124 Delegatus Papæ eſſe poteſt, & executor gratiarum apoſtolicarum, quia eſt in dignitate conſtitutus *clem. ſi principalis* vbi *gl. de reſcript. Rebuff. vbi ſup. nu. 27. Barboſ. in c. ſtatutum de reſcript.* &

125 *in d. clem.* Poteſt agere quæ committuntur à Romano Pontifice, nomine officij *Zabarell. in clem. 2. qu. 9. nu. 8. de reſcr. Vener. vbi ſup. nu. 23.*

126 Verum quamuis per generale mandatum tribuatur illi ordinaria iuriſdictio, tamen hoc intelligi debet quo ad Vniuerſitatem Cauſarum, Tamen poteſtas inquirendi, corrigendi, exceſſus puniendi non comprehenditur niſi hæc ſpecialiter ſibi committantur *c. licet de offic. Vicar. lib. 6.* vbi etiam *Barboſ.* plures refert *Fran. Leo in theſ. Iuri. Eccleſ. par. 1. c. 10. nu. 12.*

127 Poteſt vnam vel plures cauſas delegare *gl. in cap. 1.* verb. *ipſius de offic. Vicar. in 6. Sanch. de matr. lib. 3. diſp. 7. nu. 21. Barboſ. par. 3. alleg. 54. n. 101.* vt diximus *ſup.*

128 Plura tamen ſunt, quæ facere nequeunt ſine ordine Epiſcopali, & ſine ſpeciali mandato, Ponemus illa, quo ad iudicia, reliqua relinquimus, cum non ſint noſtræ materiæ. Primo non poſſunt Clericum exilio condemnare, vel ab illo reuocare *Sbrozz. de offic. Vicar. l. 2. qu. 155. nu. 2. & 156. nu. 4. Barboſ. de Epiſc. p. 3. alleg. 54. nu. 79.*

129 2. Non poſſunt cognoſcere cauſas matrimoniales, aut eas tractare ſine ſpeciali mandato *Ledeſm. de matr. q. 45. art. 1. punct. 3. dub. 4. Sbrozz. lib. 2. qu. 44. nu. 2. Barboſ. vbi ſup. nu. 94.*

130 3. Non poſſunt ſine ſpeciali mandato interdicta relaxare, ſiue ab homine, ſiue à iure ſint *Sbrozz. lib. 2. qu. 185. num. 2. & ſeqq. Barboſ. par. 3. alleg. 54. nu. 96.*

131 4. Non poſſunt abſoluere ab irregularitatibus & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus ſine particulari mandato *Rebuff. in praxi benefic. de form. vic. nu. 179. cum ſeqq. Vgolin. de poteſt. Epiſc. cap. 3. §. 7. nu. 2. Suar. de cenſur. diſp. 41. ſect. 2. nu. 8. Sbrozz. l. 2. qu. 20. & qu. 169. nu. 1. qu. 180. nu. 2. qu. 184. nu. 1. Barboſ. par. 2. alleg. 39. n. 10.*

132 Nec ab excommunicatione *Canonis, ſi quis ſuadente diabolo 17. qu. 4.* ſine ſpeciali mandato in caſibus Epiſcopis permiſſis *Sbrozz. l. 2. qu. 180. num. 1.*

133 Nec à caſibus reſeruatis ab ipſis Epiſcopis, cum non veniant in generali mandato *Sbrozz. lib. 2. qu. 19. nu. 5. Barboſ. p. 3. alleg. 54. n. 116.*

134 4. Nec dimiſſorias, neq; commendatitias litteras ad ordines ſuſcipiendos Clericis Diœceſum ſine ſpeciali mandato, niſi Epiſcopi ſint in remotis partibus *cap. cum nullus* verſ. *officialis, & §. Epiſcopo* vbi *gl.* verb. *in remotis de tempor. ordin. in 6. Vener. in exam. Epiſc. l. 1. cap. 16. nu. 12. Sbrozz. lib. 2. qu. 41. nu. 8. Barboſ. par. 2. alleg. 7. nu. 9. Ricc. in praxi reſol. 18.* vbi dicit in remotis eſſe ſi Vltramontes ſint.

135 5. Nec cauſas reſtitutionis in integrum cognoſcere poſſunt, niſi eis ſpecialiter committantur *Sanch. de matr. lib. 2. diſp. 40. num. 12. in fine Sbroz. lib. 2. qu. 35. num. 4.* & latius *lib. 3. q. 13.* vbi declarat.

136 6. Nec cognoſcere valent, quæ ſunt meri imperij, niſi cum ſpeciali mandato, alias non veniũt *Sbrozz. lib. 2. qu. 56.* vbi *nu. 4. & ſeqq.* declarat quæ veniant ſub mero imperio.

137 7. Nec poſſunt conſentire, vt Metropolitanus, ſiue alius cognoſcat cauſas Clericorum in prima inſtantia omiſſo medio appellationis, prorogando illius iuriſdictionem *Ferret. conſ. 107. num. 1. Sbrozz. lib. 2. qu. 204.*

138 8. Nec cognoſcere valent ſpecialiter commiſſa ſeu delegata Epiſcopis à Papa, niſi in reſcripto apponerentur hæc verba: *Venerabili Fratri Epiſcopo N. ſiue dilecto filio Vicario eius generali, Zerola in praxi par. 1.* verb. *Vicarius. §. 21. dub. 5. Campanil. in diuerſ. Iur. Canon. rub. 11. cap. 23. nu. 148. Sbrozz. lib. 2. qu. 36. num. 4. & qu. 135. num. 1. Barboſ. d. alleg. 54. nu. 111.*

139 9. Nec feudales cauſas tractare niſi adſit ſpeciale mandatum *Sbrozz. lib. 2. qu. 125. num. 5.*

140 10. Nec criminales cauſas expedire, aut inquirere, corrigere, vel punire ſubditorum exceſſus ſine mandato ſpeciali *c. licet 2. de offic. Vicar. in 6. Sbrozz. l. 2. qu. 143. nu. 1. Barboſ. ſup. num. 117. Sanchez de matr. lib. 3. cap. 29. nu. 16. Pellegr. in praxi par. 4. ſect. 17. nu. 27.*

141 11. Nec condemnatum reum abſoluere ſine mandato ſpeciali *Sbrozz. lib. 2. qu. 38. nu. 1. q. 156.*

142 *nu. 4.* Siuè vt dicatur gratiam facere *Rebuff. in praxi benefic. de forma Vicar. n. 176. & ſeqq. Sbroz. d. qu. 38. lib. 2. nu. 1. & 2.*

143 12. Nec pœnas corporales in pecuniarias cõuertere *Cucch. inſtit. iur. can. de Vic. tit. 8. num. 109. Rebuff. vbi ſup. nu. 153.*

144 13. Nec beneficiales cauſas cognoſcere poſſunt ſine ſpeciali mandato *clem. diſpendioſam de iud. Rebuff. vbi ſup. nu. 156.*

145 14. Nec poſſunt Vicarij futuras Cauſas co-

gnoſcere, etiam ſi Epiſcopi in Commiſſione Vicariatus ſpecialiter ipſis illas committeret dicẽdo: *Cauſas tam præſentes, quam futuras authoritate ordinaria, vel delegata nobis competentes, committimus.* Ea ratione quia nullam in eis iuriſdictionem habent tempore, quo committunt, ideo delegare non poſſunt *Rot. dec. 157. in antiqu. Rebuff. n. 159.*

146 Dicitur Vicarius habere mandatum ſpeciale ad cognoſcendas ſuprapoſitas cauſas, ſi aliquæ ex illis ſint expreſſæ, cum clauſula tamen ad omnia alia, & ſingula faciendi, & committendi, etiam ſi maiora fuerint, & quæ mandatum exigunt ſpeciale, prout ad ipſius Vicariatus, & officialatus officium noſcitur quomodolibet pertinere &c. per *tex. in cap. qui ad agendum §. ſed ſi aliquis de proc. in 6. Sanch. de matr. lib. 3. diſp. 29. nu. 8. Sbrozz. lib. 1. qu. 65. nu. 5. & qu. 67. nu. 3 Barboſ. d. alleg. 54. nu. 124. & in c. licet de offic. Vicar. in 6.*

147 Iuriſdictio Vicarij expirat multis modis, primo per reuocationem tacitam, vel expreſſam, expreſſè quando nominatim Epiſcopus aufert illi poteſtatem *l. iudicium ſoluitur ff. de iudic.* Tacitè quando conſtituit alium Vicarium, nam tunc videtur primum reuocaſſe *c. Clericos de offic. Vicar. DD. in cap. non iniuſtè de procur. Rebuff. in praxi benefic. de forma Vic. Archiep. nu. 201. Sbrozz. lib. 3 qu. 33. num. 1.*

148 Et licet contra in reuocatione hac tacita dicat *Boer. dec. 347. n. 7. Roman. ſing. 57. in fin. Sbroz. d. qu. 33. nu. 2.* Tamen conciliatio eſt, vt cenſeatur facta reuocatio quando colligi poteſt quod per ſecundam conſtitutionem ſit reuocatus primus *c. penul. de procur. in 6. Rebuff. ſup. num. 105.* Et ſic ſi Epiſcopus faciat notificare primo conſtitutionem ſecundi, tunc tacitè cenſetur primus reuocatus, & geſta iſto caſu per primum amplius non valent poſt notificationem *l. ſi forte ff. de offic. pro conſul. Innoc. in cap. intimaſti de appell. Sbrozz. d. q. 33. c. 4. Rebuff. ibid. num. 206. Pellegr. in praxi p. 1. ſect. 2. ſubſect. 6. nu. 8.*

149 Beneuerum reuocatio illius eſt facienda magna cum circumſpectione, nec ſine graui cauſa, aliàs reintegrari poteſt per Sacram Congregationem Epiſcoporum vt declarauit *eadem Sacra Congregatio in vna Spalatr. 3. Iulij 1601. & in vna Trabunen. 7. Septembris, & 8. Octobris 1649.* meminit *Pellegr. in praxi par. 1. ſect. 2. ſubſect. 6. nu. 4.* vbi *nu. 5.* ponit cauſas remotionis iuſtæ

150 In pluribus tamen cauſis non poteſt Epiſcopus Vicarium reuocare, Primò ſi ſit confirmatus à Papa *Cucc. inſtit. iur. canon. de Vicar. Epiſcop. nu. 139. Rebuff. vbi ſup. nu. 194. Sbrozz. qu. 32. nu. 11.* qui *nu. 12.* intelligit ſi ſit confirmatus à Papa ad vitam, ſecus ſi ſimpliciter eſt quando eſt factus per viam conuentionis approbatæ à S. P. *Sbrozz. ibid. nu. 13. 3.* quando illi fuit collata facultas per viam compromiſſi, nam tunc etiam re integra reuocari non poteſt *Rebuff. vbi ſup. n. 197.*

151 2. Expirat Iuriſdictio Vicarij Epiſcopi per mortem Epiſcopi, cum Epiſcopus, & Vicarius faciant vnum Tribunal, & iuriſdictio Vicarij dependeat ab Epiſcopo cõſtituẽte, poſt alios *Sbroz. lib. 3. qu. 44. Barboſ. de Epiſcop. par. 3. alleg. 54. num. 151. Sanch. de matr. lib. 3. diſp. 30.* vt nec cauſas ceptas ipſo viuente poſſit expedire *Henriq. in ſũma liq. 3. cap. 21. §. 5. lit. S.* In duobus tamen caſibus non ſpirat, quando ſcil. eſt facta ei commiſſio ſub nomine proprio, & quando ignorat mortem Epiſcopi poſt *Sperell. dec. 3. & Pellegr. vbi ſup. nu. 10.* diximus.

152 3. Expirat Iuriſdictio Vicarij per Tranſlationem Epiſcopi ſui ad alium Epiſcopatum, ea ratione quia ceſſa, iuriſdictio Epiſcopi tranſlati, ſicut per mortem *not. in cap. inter, & cap. fin. de trãſlat. Epiſcop. Sbrozz. lib. 3. qu. 42. nu. 4. Pelleg. d. ſubſect. 6. nu. 12.* vbi declarat *& nu. 20.* vbi dicit idem eſſe in permutatione.

153 4. Si Epiſcopus ſit excommunicatione maiori ligatus, & publicè denunciatus, aut ſuſpenſus, vel interdictus, etiam ſi Epiſcopus, & Vicarius ignorent excommunicationẽ, ſecus ſi eſſet colleratus, vel occulte excommunicatus *Pellegr. d. ſubſect. 6. num. 13.*

154 Etſi Vicarius haberet ſubuicarium, excommunicato Vicario non ceſſat iuriſdictio ſubuicarij *ex cap. 1.* vbi *DD. de offic. Vicar. in 6. Pauin. de poteſt. Cap. Sede Vac. p. 2. princ. q. 10. n. 2. Sbrozz. lib. 3. qu. 18. Cucc. Inſtit. iur. Can. de Vicar. lib. 2. tit. 8. nu. 11.* Niſi ſubuicarius participaret cum Vicario excommunicato in crimine crimínoſo, quia tunc eſſet excommunicatus *d. cap. 1. de offic. Vic. in 6. Sbrozz. nu. 3.* Sed vide eum *nu. 4. 5. 6.* & quæ diximus *rub. 9. num. 71.* Et excommunicato Vicario, non eſt excommunicatus ſucceſſor in Vicariatu *Cucch. vbi ſup. nu. 12. Sbrozz. lib. 3. qu. 19.*

155 5. Si Epiſcopus fiat captiuus, nam tunc ille moritur ciuiliter *l. pater in princ. l. in omnibus ff. de captiuis*, & Iuriſdictio ad Capitulum deuoluitur *c. ſi Epiſcopus* vbi *gl. de ſuppl. negl. prælat. in 6. Sayr. de cenſur. l. 1. cap. 5. nu. 39. Cucc. inſtit. iur. can. de Vicar. Epiſcop. nu. 153. Barboſ. de Epiſcop. par. 3. alleg. 54. nu. 154. Sbrozz. lib. 3. qu. 42. nu. 2.*

156 6. Si Epiſcopus ingrediatur religionem, quia dicitur mortuus mundo *can. placuit el 2.* vbi *gloſ.* verb. *mortuus 16. qu. 1. cap. nullus el 2. 2. qu. 7. l. res vxoris C. de donat. inter.*

157 7. Per renunciationem Epiſcopatus, nam vacat Epiſcopatus per renunciationem, ſicut per mortem Epiſcopi *cap. 1. de renunciat. in 6. Franc. Marc. dec. 1120. nu. 2.* Verum geſta per Vicarium ante ſcientiam reſignationis valent *Peregrin. dec. Rotæ 158. lib. 2.*

158 8. Per relegationem, aut depoſitionem Epiſcopi, quia etiam eſt ceu mors ciuilis *Pelleg. d. ſubſect. 6. num. 19.*

159 Vicarius Archiepiſcopi habet eandem authoritatem in ſua diœceſi Archiepiſcopali, ſicut Vicarius Epiſcopi in ſua Epiſcopali *Barboſ. de iure Eccleſ. par. 1. cap. 7. num. 35.* poſt alios *Pellegr. in praxi par. 3. ſect. 3. ſubſect. 1. nu. 2. & ſeqq.* De Iuriſd. Archiepiſcopi agunt *Pellegr. vbi ſup. & ſubſect. 2. & 3. Ventrigl. de Iuriſd. Archiepiſ. per totum Tractatum.*

SVMMARIVM.

1 *Baro non poteſt exercere Iuriſdictionem de per ſe, ſed debet creare officialem. Sic etiam Epiſcopus, & num. 2.*

3 *Contra in Epiſcopo.*

4 Bo-

4 *Baro tenetur creare Iudicem primarum, & ſecundarum cauſarum; nec poteſt reſtringere facultatem Capitaneo & num.5.6.7.8. nec exercere merum imperium ſi non habet, & nu.11.12.13.14.*

9 *Prælati habentes iuriſdictiones temporales debent pro adminiſtratione ponere iudices ſeculares, qui debent punire pœnis ſecularibus, & nu.10.*

15 *D.Prorex quæ poſſit facere ſine voto Regentium.*

16 *Filiusfam. an poſſit eſſe officialis, & an poſſit eſſe ſimul in eodem Tribunali pater, & filius? & à nu. 17. ad nu.23.*

24 *Qui non poteſt eſſe officialis, non poteſt eſſe delegatus.*

25 *Si quis ex aliquo defectu non poteſt eſſe officialis ſi fuerit factus, an, & quando poſſit exercere? & à nu.26. ad nu.33.*

An poſſit Baro exercere Iuriſdictionem de per ſe, & quando debeat creare Capitaneos, & aſſeſſores libere, ſine limitatione, & vti mero, & mixto imperio? An filiusfam. poſſit eſſe officialis? vbi alia ad materiam?

QVÆSTIO XIII.

1 BAro non poteſt exercere iuriſdictionem
de per ſe, ſed debet creare officialem,
qui eam exerceat *Frecc.de ſubfeud.lib.2.*
auth.13.nu.7.Franch.dec 511. vbi *Amend.*decisum refert *Carrab. de ſindic. p.2.*
num.53. vbi hoc limitat in partibus Lombardiæ
Capibl.de baron.prag.3.nu.120. Danza de pugna
DD.tom.3.tit.de poteſt.Baron.cap.1. Scialoya de foro
compet.cap.33.nu.303.Taſſon de antef. verſ.3.obſ.
4.nu.136.Nouar.de grauam.Vaſſallor. tom.1.grau.
186.D.Petra poſt alios *in rit.264. nu.7.* qui dicit
ſecus eſſe de Iure communi *per l.cum iuriſdictio ff.*
de Iuriſd. omn. iudic. Sola in commeat. ad conſtit.
Sabaud.rub.de Caſtellan.cap.quia pluribus verſ.*præterea num.3.*

2 Sic Epiſcopus tenetur conſtituere Vicarium
Genuenſ.in praxi cap.86.nu.3. Arnon.ſing.52. Ve-
3 rum contrarium tenent alij, vt poſſit per ſe ipsũ
adminiſtrare iuſtitiam non conſtituendo Vicariũ
cap.cum Epiſcopus 7. de offic.ordin. vbi etiam *Barboſ.nu.9.Ricc.in praxi p.1. reſol.362. Put. dec.43.*
lib.2.Ricc.coll.1602. Meroll. tom.3.diſp.7. cap.6.
nu.68.& ſeqq.Couar.lib.3.var.cap.20.nu.4. Cauaſer.dec.418.nu.10.& 11. vbi dicit idem eſſe ſi habeat duas Eccleſias Vnitas nam reſidendo in vna
non tenetur facere Vicarium in alia, quamuis ſede vacante in aliquibus diœceſibus ſoleant creari duo Vicarij vnus in vna, alter in altera, vnus
priuatiue quoad alium *Nouar.d.gran.186.n.6.*

4 Talis Baro tenetur creare iudicem primarum,
& ſecundarum cauſarum, ſi illas habet *Frecc.d.*
auth.13.nu.7.& auth.16.nu.7.De Leonard.in praxi offictal.cap.4.nu.30.in fine.

5 Nec poteſt facere commiſſionem Capitaneo
cum clauſula: *quod non poſſit procedere ipſo barone*
in conſulto, nam talis clauſula delatur, & habetur
pro non appoſita *Amend.ad Franch.d.deciſ.511.*
poſt nu.8.Capibl.in prag.6.num.186. & ſeqq.de baron.Nouar.qu.164.poſt nu.3.Danza vbi ſup.Scialoya
vbi ſup.nu.304.

6 Nec poteſt expedire reſcripta dicendo officialis: facias ſic, ſed tantum poteſt iuſtitiam excitare
Capibl.in prag.3.nu.122.& prag.8.par 1. nu.258.
& ſeqq.& tom.2.cap.42. nu.1.2. Nec poteſt man-
7 dare, quod Capitaneus in aliqua cauſa non ſe intromittat *Nouar.d. qu.164. & de grauam. vaſſall.*
8 *tom.2.grau.295.* Nec poteſt aliquam cauſam auocare ab officiali ordinario, & alteri illam delegare abſq; cauſa *Scialoya de foro comp.cap.7.nu.19.*
Danza d.tom.3.tit.de poteſt.Baron. cap.1. diximus
rub.anteced.

9 Et prælati habentes iuriſdictiones temporales
debent pro illarum adminiſtratione ponere iudices ſeculares non Eccleſiaſticos *Borrell. ad Bellug.in ſpec.Princip.rub.11.§.videndum* verſ.*perdũt*
& de præſtant.Regis Cathol.cap.71.num.73.& ſeqq.
Renat. Coppin. de Sacra forenſi Politia lib.2.tit.2.
num.18. vbi refert plura arreſta lata in ſupremis
Regijs Galliæ anno 1513.1524.& 1558.

10 Et illi officiales debent exercere pœnis merè
ſecularibus non verò Eccleſiaſticis *Couar. pract.*
cap.36.nu.6.Borrell. de magiſtr. edict. lib.1. cap.9.
*& de præſt.*Reg.*Cathol.cap.72.nu.2. Solorzan. de*
Iure Indiar.tom.2.lib.3.cap.25.nu.31. Minano in
Baſſ.Pontific.Iuriſd.tract.2.fund.1.qu.6.§.4.ſect.1.
nu.50.D.Feleaga in enchyrid. Iuris controuerſ. cap.
14.num.42.

11 Et barones non poſſunt exercere merum, &
mixtum imperium in ſuis Terris per *cap. regni*
incip. *item quod Iuſtitiarij* 284. *Franc. deciſ.116.*
num.3. Niſi à Rege ipſi baroni ſit conceſſum, vel
legitima præſcriptione quæſitum per *prag.5. de*
12 *baron.Campagn.d.cap.284.nu.2.Franch.ibid.* Verum omnes barones in hoc Regno Neap. habent
illud ſibi conceſſum per Regem Alphonſum. *Idē*
Franchis dec.370.nu.8.Nouar. de grauam. Vaſſallor.grau.184.& 185. Et baro male illo vtens, illo
13 priuari poteſt per *prag.*incip. *Mandamus etiam*
Campagn.vbi ſup.nu.3.Gramm.dec.104. Rol a Valle conſ.18.vol.3.Guid.Pap.dec.62. Reg.Lanar.conſ.
5.nu.13.Petra de poteſt.Princip. cap.8. num.74. &
*ſeqq.*poſt alios *Cancer.var. lib.2. cap.2. num.186.*
Borrell.in ſumma deciſ.tom.1.tit.41.nu.116. Et ba-
14 rones non poſſunt cognoſcere de cauſis ſpectantibus ad Regia Tribunalia, & pro illis compoſitiones facere *d.c.284.*

15 Sic quamuis D.Prorex Regni habeat ampliſſimam poteſtatem, & Iuriſdictionem, vt dicunt
Maſtrill.de magiſtr.lib.5.cap.6. Reg.Ponte de poteſt.
Proreg. per integrum Tractatum Taſſon. de antef.
verſ.2.obſeru.2. Tamen omnia facere, conſulere,
& explicare cum Dom.Regentibus Regiam Cãcellariam debet, cum Regentes in concernentibus iuſtitiam habeant votum deciſiuum, in concernentibus verò gubernium votum conſultiuũ,
& ideo in Collaterali Conſilio aſſiſtunt dum res
bellica tractatur, qua finita à Collaterali recedunt *Reg. Ponte in d. tract.tit.12. de delegat.cauſ.*
nu.12.& ſeqq.& tit.7.de aſſeaſſib. reg.ſuper feud.§.
7.nu.25.& 37.Reg.Latr.dec.154. nu.1. & 2.Reg.
Tapia in tract.de præſt. Reg.Cancellar.fol.44.nu.4.

G 2 &

Digitized by Google

& alibi ibi: Etſi aliquid faciat ſine conſilio dictorum Regentium nulliter agit, cum præſes omiſſo conſilio perſonarum à Rege ſibi ſtatutarũ, & capiens alienum conſilium nulliter procedit, & omnes prouiſiones irritæ, & nullæ declarari debent *ex Luca de Penna in l. omnes Iudices C.de decur.lib.*10.adducente *tex.in cap.nouit.de his,quæ fiunt à Prælat.ſine conſenſu Capitul. Reg. Ponte vbi ſup.tit.*12.*nu.*25. Eo magis quod Dom.Regentes ſunt pars corporis Regis *R Latr. dec.*187.*num.*1. *Taſſon.de antef.verſ.*7.*obſ.*3.*nu.*20.

16 Filius fam.poteſt eſſe officialis *l. cum prætor in fine ff.de iudic.l.filios C.de decur. lib.*10. *Maſtrill. de magiſtr.lib.*2.*cap.*5. *nu.*86. etiam diſſentiente
17 patre *l.ſi pater tuus C.quando prouoc.non eſt neceſſ.*
18 Sic etiam poteſt eſſe de regimine Vniuerſitatis *d.l.filios Rouit.in prag.*5. *nu.*22.*de adminiſtr. Vni-*
19 *uerſ.* Et ſi ſit creatus patre præſente, & non contradicente, hic pater tenetur pro mala adminiſtratione filij in ſubſidium *l.libertus §.filium ff.ad municip. R.Sanfel.dec.*161.

20 In adminiſtratione Vniuerſitatis non poteſt eſſe ſimul pater, & filius, etſi eligantur eodem tẽpore electio eſt nulla *Io: Paul.Montanar.ad prag.*16.*de adminiſtr.Vniuerſ. num.*3. verſ.*ſi tamen* vbi affert authoritates, & rationem.

21 An vero ſimul eodem tempore admittatur ad iudicandum pater, & filius, DD.non conueniunt, nam quod non poſſint videtur dicendum, quia pater, & filius pro vna perſona reputantur *§.ei Inſtit.de inutil.ſtipul.l.fin.C.de impub.* Et filius præſumitur habere eandem affectionem, & voluntatem, quam pater habet *Bal.in l.liberti col.pen.C.de oper.libert.* Nec poteſt filius quicquam à ſe facere, niſi quod patrem viderit faciendum, vt *in cap.fin.de conſecrat.diſt.*vl. & 24.*qu.*1.*cap.cum beatiſſimus.* Et non decet ea, quæ à patre geruntur à filijs ad irritum reuocari *l.ea quæ à patre C.de reſtit.milit.Bald.in l.fin.§.ipſum autem C.de bonis quæ liber.* Et filius, & diſcipulus ſententiam patris, aut magiſtri defendere debent, & eam excuſare, vt conſultiuè fecit *Caſſius in l.dicere ff.de arbitr.* Vnde ex his ſi prior pater votum dedit eſt ſuſpectus filius, cum non deceat contra votum patris ſententiam dicere. Et è conuerſo poſt votum filij ob affectionem redditur ſuſpectus pater, qui magis patitur in filium, quam in ſe ipſum *l. iſti quidem ff.quod metus cauſa.*

22 Ex quibus filius eſt ſuſpectus iudex appellationis in cauſa, in qua eius pater in primo iudicio pronunciauerat *Vaſq.de ſucceſſ.creat. lib.*2. §.20. *par.*2.*requiſit.*29.*declar.*1.*num.*44. *Ariminen.Tepat. var.iur.ſentent.tit.de recuſat.* verſ. *an filius*, & ſic deciſum in diuerſis Tribunalibus refert *Maſtrill. dec.*151.*nu.*27.

23 Sed quod poſſit, facit *tex.in l.*3. *§.ſi quis ff.de condit.cauſ.dat.cauſ.non ſequut.* vbi *Celſus* filius patrem ſuum *Celſum* in iure emendauit, & ei contradixit, & ibi *gl.*in verb.*poſſe* tenet poſſe filium corrigere patrem in iure, in quo non videtur fieri iniuria maioribus, ſi à maioribus melius dicatur, quam ſequuntur *Bar.Bal.Alex. & Roman.* Imo dicit *Bald.* quod hoc ad ſummam lætitiam patris redundat *Gramm.dec.*71. & alij relati per *Maſtrill. d.dec.*151. *num.*23. Nec in iure noſtro reperitur prohibitum, quod pater, & filius in eodem Tribunali ſimul ius dicant, & quilibet admittitur, niſi lege reperiatur prohibitus *Reg.Sanfel.dec.*77.*nu.*11.vbi *nu.*12. refert hanc doctrinam fuiſſe receptam anno 1620. quo tempore fuerunt in Tribunal M.C.V. *Reg. Rouitus Scipio* pater tunc regius Conſiliarius, & *Ferdinandus Rouitus* filius, vt Iudex annalis, verum ego ſentio hoc fieri non debere per rationes ſup.adductas.

24 Ideò vidimus, qui officiales eſſe poſſint, nam qui non poteſt eſſe officialis, neq; poteſt alicuius Cauſæ eſſe delegatus, benè *Obrect. de Iuriſd.lib.*4. *cap.*4.*num.*12.

25 Si quis ex aliquo defectu non erat faciendus Iudex, iuxta dicta in præcedentibus, ſed tamen ſit factus, & contra eum litigans opponat per viã exceptionis, quod non poteſt eſſe iudex ob talem defectum, An ille debeat deſiſtere à proceſſu, & non deſiſtendo an proceſſus, & ſententia ſint nulli, an vero debeat excipiens appellare, & quid ſi non fuerit oppoſitum de illo defectu, ſed opponatur poſt ſententiam. Regula eſt quod contra iudicem ordinarium quamdiu à ſuo ſuperiore toleratur à dignitate, non poteſt opponi exceptio priuatiua illius dignitatis iudicandi, ità vt ſit remouendus ab officio *Innoc.in cap.*13. *ſub num.*2. *Abb.nu.*7.*Felin.nu.*1. & 2.*Dec.num.*21. & 22.*de*
26 *reſcript.* Proinde crimen non repellit ordinariũ à iudicando *Scacc.*poſt alios *de ſent.gl.*4. *qu.*1.*nu.*21.verſ. *tamen.* Etiam ſi crimen eſſet notorium,
27 nam requiritur ſententia depoſitionis, vel priuationis vt ex *Bal.*probat *Felin. d.cap.*13.*num.*1.
28 Quæ ſententia nõ poteſt ſequi ſi crimen ſit obiectum per viam exceptionis, quia eſt neceſſaria accuſatio *Scacc.d.gl.*4.*qu.*3.*nu.*2. & *ſeqq.*

29 Quæ regula habet limitationes, quarum prima eſt. Vt non procedat in iudice delegato, quia cõtra eum poſſunt opponi omnes exceptiones priuatiuæ iuriſdictionis *Innoc.in d.cap.ſciſcitatus* 13. *nu.*2.*Abb.nu.*7.*Felin.num.*5. *Mar.Socc.in cap.*24. *ſub nu.*193.*de accuſat.*

30 Ratio differentiæ inter ordinarium, & delegatum eſt ſecundum *Abb.d. nu.*7. quia ſi ordinarius repelleretur prætextu exceptionis ſequeretur abſurdum, quod in ea cauſa non eſſe ordinarius, & in alijs cauſis remaneret ordinarius, nec, inquit, poteſt dici quod, probata exceptione, debeat abſolute priuari officio, quia vt eſt dictum *ſup.*per exceptionem non debet quis priuari officio ſuo. Aliam rationem affert *Scacc.d.gloſ.*4.*q.*3.*num.*17. Quia iudex ordinarius eſt iam iudex, ſed delegatus adhuc non eſt iudex, & ideo facilius impeditur fieri per ea, quę loquendo de iudice exco diximus *ſup.*

31 Verum contra hæc dicta per *Abb.*inſurgit *Dec. d.cap.ſciſcitatus ſub num.*23. ſed quam infeliciter quis videre poterit, vnde non eſſe recedendum ab *Abb.*dicit *Scacc.d.q.*3.*nu.*24.

32 2. Limitatio eſt, Vt non procedat in iudice ordinario in aliquibus caſibus, quorum Primus eſt quando Iudex commiſiſſet crimen, quod ipſo facto induceret nullitatem tituli dignitatis ſuæ *Abb.d.cap.*13.*ſub nu.*7.*Felin.nu.*3.*de reſcript.*

33 2. Caſus eſt quando ordinarius eſt excommunicatus, & iſto caſu contra illum procedentem

poteſt

poteſt opponi exceptio excommunicationis *Abb. ibid. Scacc. d. qu. 3. nu. 26.* diximus *rub. anteced.*

S V M M A R I V M.

1 *In delegatione videndum eſt ante omnia numquid cauſa illa ſpectet ad delegantem, & numquid fuerit de iure delegabilis & nu. 2.*

3 *An hodie de Iure Canonico omnes cauſæ poſſint delegari? & 4. 5. 6. & 7.*

8 *Ad impetrandam delegationem, an requiratur ſpeciale mandatum? & a nu. 9. ad nu. 17.*

18 *Contra quem poſſit fieri delegatio? & conſiderabitur ſi reſcriptum delegationis comprehendat cauſam agendam, & à num. 19. ad nu. 21. & à num. 35. ad num. 60.*

22 *An valeat conceſſio officij, vel feudi, vel beneficij vacaturi poſt mortem officialis? & à num. 23. ad num. 34. & 61.*

62 *Iudex deputatus ad certum genus perſonarum an poſſit cognoſcere uxores, filios, & famulos illorum? à nu. 63. ad nu. 74.*

75 *Si fuerit appellatum ab vno articulo Cauſæ, & cauſa illius appellationis fuerit commiſſa Titio an ille poſſit cognoſcere de tota cauſa? & a num. 76. ad num. 86.*

Quæ nam Cauſæ poſſint delegari, qui poſſit petere delegationem, contra quem poſſit fieri delegatio? Quę cauſæ cenſeantur delegatæ?

Q V Æ S T I O XIV.

1 VIſo iam de perſona, cui poſſit delegari, videbimus quid principaliter delegetur, aut ſubdelegetur, ſcil. Numquid cauſa, quæ delegatur tempore delegationis ad forum ipſius delegantis pertinuerit, nam in Cauſarum delegationibus illud potiſſimum obſeruetur, vt ita valeant, ſi ad iuriſdictionem pertineat delegantis per *tex. in l. vnic. in princip. C. qui pro ſua iuriſ. Molina de Inſtit. & iure tract. 5. cap. 16. nu. 3.* vbi cum *Bar.* dicit nullā eſſe ſententiam, quamuis partes nihil opponant, nam delegatorum poteſtas ex poteſtate delegantis dependet *cap. ſane 11. & cap. 29. de offic. iudic. deleg.* vbi *Barboſ.* & ſic conſideratur qualitas cauſæ, & conditio ipſius delegantis, & nunquid principaliter, vel ſecundario, ideſt per viam legitimæ deuolutionis, vel aliàs, vt *rubr. anteced.* diximus de iudice ordinario, ſpectauerit ad ipſum, vel eius Curiam.

2 Erit etiam videndum, nunquid cauſa huiuſmodi fuerit de iure delegabilis ſecundum *DD. in l. 1 ff. de offic. eius,* vbi plenè *Alex. & omnes DD.* Quam-
3 uis hodiè de iure canonico omnia, etiam, quæ sūt meri, & mixti imperij delegabilia ſint per *tex. in cap. Archiepiſcopatu* vbi *gloſ. & DD. de raptor* ponit *Spec. de Iuriſd. omnium iud. §. 1. verſ. adhuc col. 7. Felin.* teſtans de communi opinione *in c. quod ſedes* vbi *Canoniſtæ de offic. ordin. Rota dec. 416. in nou. Obrect. de Iuriſd. lib. 4. cap. 5. nu. 41. & ſeqq.* vbi id dicit verum in cauſis criminalibus in quibus effuſio ſanguinis non interuenit, diximus *ſup. qu. 4. num. 26.*

4 Quod attinet ad ius ciuile, quo ad cauſas criminales eſt certum, quod legibus publicorum iudiciorum criminalis iuriſdictio, & merum imperium certis magiſtratibus, & perſonis data eſt, vt in ſubiecto criminalis iuriſdictionis fundat *Obrect. de iuriſd. lib. 2. cap. 4. & ſeqq.* & facit *tex. in l. illicitas §. qui vniuerſas ff. de offic. praeſ. & l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.* Et ſic tales Cauſæ criminales, nec mandari, nec mandata iuriſdictione tranſire poſſunt *l. ſolent ff. de offic. proconſ. l. nemo poteſt 70. ff. de regul. iuris d. l. 1. ff. de offic. eius,* ea ratione quia hęc magiſtratui lege competunt. Idem eſt dicendum, & multo magis in cauſis, quę ad merum imperium pertinent, nam delegari non poſſunt *d. l. nemo 70. ff. de regul. Iuris d. l. 1. ff. de offic. eius Bocer. de iuriſd. cap. 6. n. 24. & ſeqq.* & quod delegatus Principis non poſſit ſubdelegare merū imperium dicit *Menoch. lib. 1. de arbitr. qu. 54. Iul. Clar. §. fin. qu. 41. nu. 3. Molina d. tract. 5. d. 17 Scipio gentil. de Iuriſd. lib. 3. cap. 29. Bacch. in tract. d. 3 ib. 6. lit. E.* ea ratione quia eſt electa induſtria perſonæ, cum ſit res magni momenti.

5 Verum interpretes excipiunt quatuor caſus Primum in quo merum imperium mandari poteſt Si Prætor, vel Præſes Prouinciæ abeſſe cæpit *d. l. 1. ff. de offic. eius* quod procedit etiam ſi breui redituros ſperetur, nam cauſas humiliores delegare poteſt, nec expectandus illius reditus *l. vl. C. de Pedan. iudic.* vt lites citius terminantur, & ibi *Brunem.* 2. ſi propter infirmitatem non poſſit exercere *Bar. d. l. 1. nu. 11. Bocer. d. c. 6. num. 22.* Cum ſit eadem ratio infirmitas, & abſententia *R. Rouit. in prag. 2. de adminiſtrator nu. 14.* vbi *nu. 18.* extendit etiam ſi actu non ſit abſens, ſed colligit ſarcinulas, vt abeat 3. Si negotiorum multitudine impediatur quo minus iuriſdictionem criminalem, vel merum imperium exercere poſſit *Bar. in d. l. 1. de offic. eius* quamuis contradicat *Matth. Steph. de Iuriſd. lib. 1. cap. 18. nu. 54.* dicens quod nulla tanta debet eſſe occupationum multitudo, vt ob eam omictatur negotium, quod ſpecialiter, & nominatim alicuius induſtriæ, & fidei eſt commiſſum *Menoch. conſ. 17. nu. 11. vol. 1.* 4. Si alicui à Principe Iuriſdictio criminalis, vel merum imperium eſt delegatum, nam nūc cauſas criminales iuriſdictionis, & meri imperij delegare poſſe voluit *Bar. in d. l. 1.* Verum ob perſonæ induſtriam electam contrarium defendit *Matth. de Iuriſd. c. 18. nu. 62.* Quoad Cauſas Ciuiles dixtinguit *Obrect. de Iuriſd. lib. 4. cap. 5. nu. 45. & ſeqq.*

6 Et quia cauſas inter priuatos Procurator Cæſaris cognoſcere non poteſt, ſed tantum cauſas inter fiſcum, & priuatum, ideò alijs hoc munus delegare non poteſt, & ſi ſententia à delegato ferretur ipſo iure ea nulla eſſet *l. 1. C. de pedan. iudic.* vbi *DD. & Bruneman.* diximus *rub. 9. q.*

7 Dicit R. *Marin. lib. 1. reſol. 216.* Conſules Nationum, prout ſunt in hoc Regno Genuenſium, Venetorū, & aliorum, habentes cognitionem Venetorum, Genuenſium, & aliorum poſſe in caſu abſentiæ, vel impedimenti alios Conſules ſubſtituere, & ſic delegare eorum poteſtatem, cum illi

ob

Digitized by Google

ob confirmationem factam à D. noſtro Rege electionis illorum factæ per eorum Reſpublicas, ſint iudices ordinarij ex *tex. l. more maiorum ff. de Iuriſd. omn. iudic.* vbi ſeruatum ſic refert, Tamen in hoc ego dubito, cum ſit eorum perſonarum induſtria electa, vnde ſuccedit concluſio poſita per nos *ſup.* quod vbi electa eſt induſtria perſonæ, non datur ſubdelegatio, cogita.

8 Conſiderandum eſt in delegatione pro quo, ideſt ad cuius inſtantiam delegatio facta reperiatur. Et circa hoc eſt ſciendum, quod licet de iure ad impetrandum reſcripta, & cauſarum commiſſiones ſpeciale mandatum requiratur, vt eſt *tex. in cap. nonnulli in fine & c. ex parte decani de reſcript.* vbi *DD.* ſignanter *Barboſa* dicemus late *infra in rubr. ſeq.*

9 Tamen de ſtylo Curiæ hoc non ſeruatur, quia vnus pro alio etiam ſine mandato impetrat, & obtinet cauſas delegari, vt de ſtylo dicit *gl. fin. in d. cap. nonnulli, & gl. in d. cap. ex parte* verb. *ſine Rot. dec. 175. de iudic. in non. & dec. 1. in fin. de proc. per Caſſad. Felin. in d. cap. nonnulli in §. ſunt Scacc. de appell. qu. 5. nu. 7.* verſ. *ſubdeclara 2. & nu. 74. & q. 14. nu. 23.* qui *d. nu. 74.* ampliat etiam attento ſtylo moderno apponendi nomen, & cognomen eius qui dat commiſſionem à tergo commiſſionis.

10 Verum *Milis in repert.* verb. *procurator ſine ſpeciali* declarat procedere in cauſis commiſſis Dominis de Rota, quia tales commiſſiones ſunt dumtaxar diſtributiones quædam, vt voluit *Rota dec. 430. in non. & d. deciſ. 135. & 372.* Et hoc caſu
11 procedit illud, non referre, per quem preces offerantur vt in *l. vniuerſis C. de precib. Imp. offer.*

12 Et ſic quilibet admittitur, qui prohibitus expreſsè non reperitur, pro vt expreſſe reperitur publicè excommunicatus vt in *cap. 1. de reſcript. in 6. c. dilectus eodem tit. cap. fin. de proc. Rota dec. 234. & 418. in antiqu.* Item hæreticus *l. 1. C. de*
13 *ſumma Trinit. & fide cathol. Hoſt. in ſumma de reſcript.* verſ. *quis impetrat*. Sed in Rota Romana
14 quilibet etiam excommunicatus impetrat reſcriptum, vt *in d. dec. 362. in non. & 594. in antiq.* propter rationem ſup. poſitam *Scacc. d. q. 5. nu. 7.*

15 Sed an requiratur ratificatio illius, pro quo eſt impetratus iudex DD. non ſunt concordes; nam quod requiratur ratificatio tenet *Spec. tit. de appell. §. nunc breuiter Ægid. in concluſ. 583. cum ſeq. & concluſ 556. Dec. in ſimili conſ. 227. in fin. & conſ. 464.* & fecit *conſ. 460. in fine*.

16 Sed quod non requiratur talis ratificatio, & ſic ſit valida talis commiſſio non ratificata præſertim ſi cauſa ſit commiſſa alicui ex Rotæ Auditoribus tenuit *Rota dec. 60.* aliàs 429. *& deciſ.* 61. aliàs 430. *de appell. in non.* dicens quod ſi in cauſa beneficiali ſit legitimè appellatum ad Curiam, appellatus poteſt venire, & procedere per Audientiam, & ſententia quam obtinebit, erit valida quamuis commiſſio appellationis fuerit obtempta ad inſtantiam falſi, vel nullius procuratoris, appellante etiam ignorante *Scacc. de appell. q. 5. n. 74. & q. 19. remed. 1. concl. 4. n. 37.* verſ. *ſecus*.

17 In noſtro Regno Neap. facta commiſſione in perſonam alicuius officialis per Preſidentem S. R. C. vel Regentem M. C. V. non poteſt expediri citatio, quam nos vocamus contraſupplicata illam, quæ fit in calce ſupplicationis, & aduerſus petita illam, quæ fit in calce comparitionis, niſi adſit mandatum ſupplicantis, aut comparentis ſub pœna nullitatis, vt in *pragm. 79. §. 5. de offic. S. R. C.*

18 Conſiderabitur etiam contra quem fiat delegatio. Puta ſi tunc temporis erat in rerum natura, quia alias contra defunctum facta non valeret, cum ipſa ſit diligenter ſeruanda, & cuſtodienda *l. diligenter in princ. ff. mandati.* nam per mortem delinquentis finitur delegatio, quia delictum vna cum pœna extinguitur *Farinac. qu. 10. num. 36. Burg. de modo proced. ex abrupt. qu. 28. num. 13. & qu. 83. num. 7. Gratia. de confiſc. bonor. concl. 18.*
19 alias quidquid fieret non valeret *cap. cum dilecta* vbi *DD. de reſcript. cap. cum de præb. in 6. cap. piſanis de reſtit. Spoliat. Panorm. in cap. cauſam col. 3. in fin. de re iudit. Burg. d. q. 28. nu. 14.* diximus *in rub. anteced. qu. 39.* addimus videndum *D. Greſpi obſ. 83.* vbi ponit in quibus caſibus poſſit procedi contra hæredes debitoris, vel delinquentis *Solorzan. in allegat. contra bona, & hæredes Carena de officio S. Inquiſit. lib. 2. cap. 59.* vbi ponit quando poſſit procedi contra defunctum inquiſitum de hereſi, & vti illius ſtatua.

20 Et ſic ex mandato conditionali ante diem, vel conditionem, non acquiritur aliqua iuriſdictio, ſed ſolum ſpes iuriſdictionis habendæ *cap. cum ſpeciales* vbi *gl. fin. de offic. deleg. in 6.* Et ſemper ſpectanda eſt forma reſcripti delegationis, nam diuerſimodo poteſtas procedendi datur *Reg. Sanfel. dec. 190. nu. 32.*

21 Ideo quando apponitur verbum: *ſi conſtiterit*, vel *ſi reperens & c.* tales clauſulæ important conditionem, & præcedere debet citatio, & cognitio ſuper verificatione conditionis, aliàs proceſſus eſſet nullus, eſt *tex. in clem. 1. de conceſſ. præb.* & tenet *Alex. conſ. 218. in princ. lib. 2. Rota deciſ. 684. & ſeq. & 773. in antiquis Afflict. deciſ. 215. Guid. Pap. qu. 70. Dec. conſ. 681. col. fin. Lap. alleg. 28. & 61. Barboſ. in d. clauſ. ſi conſtiterit, & in clauſ. ſi reperitur & c. Ricc. in prax. fori Eccleſ. deciſ. 700. in 1. edit. & reſol. 592. nu. 1. in 2. edit.* vbi citat *Fuſc. de viſit. lib. 2. cap. 5. an. 10. Rebuff. de priuil. ſchol priuil. 86. verſ. ego vero Ciriac. contr. 287. lib. 2.*

22 Dixis *ſup.* ex mandato ante diem vel conditionem, non acquiri aliquam iuriſdictionem. Hic decidenda eſt quæſtio, An officium datum conſequendum poſt mortem officialis exercentis, an ſit validè datum, ita vt mortuo officiali poſſit cōſequi? Quæſtio hæc in materia feudorum eſt deciſa per *tex. in cap. moribus ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat. & in cap. 1. qui ſucceſſ. ten. & in cap. ſi quis inueſtier. de feud. dat. in vim. legis commiſ.* & ibi *Andr. & DD.* vbi firmant, quod conceſſio feudi non dum aperti, nec Regiæ Curiæ deuoluti, valeat, quia viuo, illo qui tenet feudum, non fit ei aliquod præiudicium per dictam inueſtituram, ſed Rex dat ius ſuum poſt mortem tenentis feudum, & dicitur inueſtitura de caducitate ſucceſſionis, & non de futura ſucceſſione, vt dixit *Bal. in d. cap. moribus*, dicens etiam quod dicitur inueſtitura in defectum iuris tertij, quæ habet in ſe iuris ordinem *Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. ten. Afflict. dec. 292. nn. 3.* vbi ità ſeruatum, & deciſum

refert

refert ſequitur *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. p.1. qu.3.* qui ampliat, etiam ſi facta fuerit non conſentiente illo, qui feudum poſſidet de præſenti *Schrad. de feudis p.3. cap.2. nu.17.* Quia huiuſmodi conceſſio non dicitur de futura ſucceſſione viuentis, vt propter hoc inducat votum captandæ mortis alterius ad *tex. in l. fin. C. de pactis cap. ne captanda de conceſſ. præb. in 6.* niſi de eius voluntate, & conſenſu fiat, ſed dicitur de caducitate ſucceſſionis alterius, quæ ſucceſſio per mortem, vel eius delictum expirat, & Rex concedit ius ſibi competens in feudo non pure, & ſimpliciter vt ex nunc, ſed relictum ad tempus habile, quo dicta conceſſio vires ſuas, & effectum ſortiri poteſt late *Schrad. de feud. par.3. cap.2. nu.12. & 18. Roſental. de feudis cap.4. conclus.9. num.1. Maſtrill. de magiſt. lib.1. cap.25. nu.1. & ſeqq.* qui *nu.7.* dicit hoc eſſe vſu, & conſuetudine introductum in feudis, quamuis de iure communi ſecus ſit ex *l. ius ſingulare ff. de legib. l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig.*

23 Quo vero ad officia alter eſt dicendum, nam illa niſi vacata fuerint per mortem, vel alium caſum, alteri concedi prohibentur propter votum captandæ mortis, *ad tex. in l. fin. C. de pactis Socc. conſ.53. nu.4. Petr. de Greg. de conceſſ. feud. qu.3. nu.9. & 10. Rebuff. tom.2. conſtit. Franc. tit. Vt beneficia ante vacat. gl.1. num.2. Mar. Cutell. ad leg. ſicul. Martini nota 30. fol.525. Les. dec.39. tom.3.* Vide tamen *Valaſc. conſult.72.* vbi diſputat pulcrum caſum.

24 Et ſicut conceſſio expectatiua beneficij eſt prohibita *cap.1. de conceſſ. præb. Concil. Trid. c.19. de reformat. ſeſſ.24. & cap.7. ſeſſ.25. & vtrobiq; Barboſ. illic. nu.1.2.3. & hic nu.46.* late *Pereira de manu reg. cap.56. & cap. ſeqq. lib.2.* Ita, & in officijs dicendum eſt *Socc. d. conſ.53. nu.4. Cabed. dec.20. nu.21.* Nam Patronus nequit præſentare ad beneficium, ſeu præbendam Eccleſiaſticam non vacantem *Azor. inſtit. moral. 2. p. lib.6. cap.32. Marcin. diſſert.23. Fontanell. deciſ.212. & 213.* Nec Princeps ſupremus poteſt præbẽdas futuras prouidere, & de Rege noſtro dicit *Barboſ. in cap. fin. de conceſſ. præb. num.3.* licet *Cabed. de patron. Reg. Coronæ cap.14.* dicat Reges Portugalliæ conſueuiſſe facere, de quo *Barboſ. ibi* dubitat.

25 Amplia in legato à latere *Vrſill. ad Afſl. deciſ. 292. nu.2.* Et in magno Magiſtro Hieroſolymitanæ Religionis, tradidit *Barb. in cap. conſtitutus col.2. de reſcript.* poſſe tamen concedere expectatiuas commendarum dicit *Lotter. de re benefic. lib.2. qu.15. nu.46.* & probauit Supremum conſilium Aragon, vt dicit *D. Creſpi d. obſ.65. nu.14.*

26 Amplia ſi eligens ad officium vacaturum deceſſerit antequam officium vacaret, quia tunc cõceſſio eius morte expirabit *Afſl. deciſ.101.* vbi ſic deciſum refert *Maſtrill. d. c.25. nu.22.*

27 Amplia 2. in promiſſione officij vacaturi *Rebuff. vbi ſup. gl.2. verſ. imo nec, per tex. in cap.2. de conceſſ. præb.*

28 In Sicilia ſunt leges clarè id vetantes *cap.30. ſub Martino Rege cap.73. ſub Alfonſo cap.13. ſub Ferdinando cap.26. ſub Imperatore Carolo Maſtrill. d. cap.25. nu.21.*

29 Limita ſi Princeps concederet primum officiũ vacaturum in Senatu, & ſic in genere, nam tunc ceſſat votum captandæ mortis, ratione incertitudinis perſonæ *Roſental. de feud. d. cap.4. concluſ.9. nu.4. Gaill. obſ.155. nu.6. Maſtrill. d. cap.25. n.25. D. Creſpi obſ.65. nu.8.*

30 Limita 2. ſi adſit conſenſus poſſeſſoris *d. l. fin. C. de pactis Dec. conſ.144. num.2. Cauale. de vſufr. mulier relict. n.155. Schrad. cap.10. nu.19. Maſtrill. vbi ſup. nu.21. & 26.* quidquid impugnet *Creſpi d. obſ.65. nu.17.* nam non alia ratione officium, quod eſt Regis (& in hoc caſu loquitur *Maſtrill.*) non poteſt, aut non debet alteri dari poſt mortem viuentis, niſi ob votum captandæ mortis illius viuẽtis, ad *tex. in d. l. fin. C. de pactis*, quod votum ceſſat exiſtente conſenſu poſſeſſoris, vt dicunt DD. omnes *in d. tex. & DD. ſup. hic citati, & DD.* quos ipſe *D. Creſpi* interpræatur loquuntur, vel vt non poſſit hoc facere in præiudicium ſucceſſorum, & hic non eſt caſus noſter, & vltra concedimus, vel quod Proreges non poſſint officia vacatura poſt finitum eorum officium, prouidere, (vt credit dixiſſe *Maſtrill. loco cit.* quod non ſomniauit dicere) & hoc etiam nos vltro concedimus, & probauimus ſup. in hoc opere.

31 Limita 3. de poteſtate abſoluta Principis *Salic. in d. l. fin. nu.11. Cagnol. ibid. nu.56. Afſl. d. dec. 292. nu.5. D. Creſpi obſ.65. nu.19.* vbi loquitur de vſu, & praxi Regni Aragonei vbi affert litteras regias latas anno 1660.

32 Et in beneficij conceſſione dicit *tex. in cap.2. de præb. in 6.* vbi *Gemin. num.3. D. Creſpi obſeru.65. num.2. & 7. Barboſ. de Canon. & dignit. cap.29.* vbi dicit quod in caſu neceſſitatis ſolus Papa poteſt illa prouidere. Nam inferior à Principe has futuras ſucceſſiones concedere non poteſt *Fontanell. dec.213. ex Phoeb. dec.2. & alijs.*

33 Sed in caſu quo ſit receptum poſſe concedi officia vacatura, & non beneficia, an Commendæ ordinum militarium ſint beneficia, videndi *Molin. de primogen. lib.2. cap.9. nu.69. Diana reſol. moral. par.6. tract.8. reſol.37. Barboſ. in cap. fin. num.4. de conceſſ. præb. Anſald. conſ.11. nu.20. Solorzan. de iure indiar. lib.2. cap.6. nu.30. tom.2.* vbi tamen *num.38.* dicet ſemper eſſe conſulendum Pijſſimis Regibus noſtris Hiſpanis illas non cedere quomodocumque ſint.

34 Et officium conceſſum Titio ex poteſtate abſoluta, ob mortem Caij officialis, cenſetur conceſſum etiam ſi vacauerit per reuocationem, vel alium modum, latè *Maſtrill. de Magiſt. lib.1. cap.26. per totum* diximus *ſup.*

35 Erit etiam videndum nunquid ipſa delegatio cognitionem deciſionis cauſæ illius comprehendat, nam multoties delegatur vna ſpecies tantum cauſarum, vel vnius cauſæ articulus, & quandoq; ſimplex audientia, vel cognitio ſeu proceſſus dũtaxat demandatur reſeruata ipſi deleganti cauſæ deciſione, *vt l. fin. C. de offic. præf. Angel. & l.1. C. de offic. præf. vigil. l. prætor ff. de iuriſd. omn. iud. cap. ſuper quæſtionum de offic. deleg. gl. in cap. ſtatutum §. in nullo verb. vices noſtras de reſcript. in 6. Bar. in l. procuratorem ff. de procur. & ibi etiam gl.*

36 Igitur cum talia, vltrà expreſſa non extendãtur *cap. p. & g. de offic. deleg. cap. cum dilecta de reſcriptis Burg. de modo proced. ex abrupt. qu.62. num.*

33. &

Digitized by Google

13. & 15. & *quæſt.64. num.21.*

Diligenter inueſtigandum erit nunquid exceſſum fuerit ratione rei, loci, temporis, & perſonarum, ac nunquid forma illius fuerit debitè obſeruata *Vant. hic D. Prat. reſp. crim.44. num.48.* & 49. *Rota* poſt *Poſtium de manut. dec.61. Seraph. dec. 171. nu.2. & dec.664. nu.5. Gaill. obſ. lib.1. cap.35. nu.3. Burg. qu.34. num.18.* & 19. Nec extenditur vltra perſonas in priuilegio expreſſas poſt mille *Giurba conſ.39. nu.14. Ricc. dec.155. par.2. Burg. qu.62. nu.12.* & 15. & *qu.64. nu.21. Scac. de ſent. gl.7. qu.4. ſpec.6. Nouar. qu.46. tom.2. Danza de pugna DD. tom.2. de raptu cap.1. nu.15.* & 16. Niſi perſona non nominata in reſcripto veniret in conſequentiam *Scacc. nu.21.*

37 Nam ſi delegatus excedat tenorem commiſſionis totus proceſſus eſt nullus *l. diligenter ff. mandati cap. cum dilecta 22. de reſcriptis Barboſ. in repert.* verb. *delegatus Matth. Steph. de Iuriſd. lib.1. cap.20. Obrect. de iuriſd. lib.4. cap.6. nu.22. & ſeqq. Hortman. ab Epping.3. obſeru. tit.44. Iarſ. conſ.51. nu.43. & ſeqq. vol.4. Decian. tract. crim. lib.4. c.25. de modo proced. nu.3. in fine Guazzin. defenſ.1. cap. 1. nu.12. Burg. qu.71. nu.7. & qu.62. Giurba conſ. 39. nu.21. in fine.*

38 Multoties vniuerſa, vel omnis iuriſdictio, multories pars tantum iuriſdictionis mandata eſt. Vniuerſa mandatur cum quis omnem iuriſdictionem, quam in Prouincia, vel territorio ſuo habet, alicui mandat *l. obſeruare 4. §. vl. cum l. ſeq. ff. de offic. proconſul.* & hoc caſu omnia mandata intelliguntur, quæ iure mandari poſſunt, & non intelliguntur mandata quæ iure ſpeciali, & nominatim mandari prohibentur *l.1. ff. de offic. eius.* Idẽ eſt ſi ſimpliciter à delegato Principis ſubdelegatio in alium ſit facta ſine diſtinctione, cauſarum, vel perſonarum, nam valet, & quia poteſtas Principis eſt illimitata pariter eſt illimitata poteſtas ſubdelegati *Brunem. in l.4. C. de pedan. iudic.*

39 Pars tantum iuriſdictionis mandatur ſi iuriſdictio in certas perſonas, vel in certas res, ſeu cauſas mandetur. In certas perſonas mandari dicitur, ſi in publicanos, aut mancipes mandatur *Cuiac. in l. ſolet cum l. ſeq. ff. de Iuriſd.* Ideo non eſt facienda extenſio ad alias perſonas in mandato non expreſſas *arg. c. ſignificante cum ſeq. de reſcrip.* cum hoc ſtricti Iuris ſit *Gaill. obſ. lib.1. c.35. n.3.* In certas vero res, ſeu cauſas iuriſdictio mandari dicitur, ſi mandetur vna ſpecies, vel pars iuriſdictionis, & ſi Prætor Magiſtratui municipali mãdet, vt iubeat caueri damni infecti, & vt vice cautionis in poſſeſſionem mittat *l. iubere 4. ff. de Iuriſd.*

40 Ideo ante omnia delegatus debet exhibere litteras ſuæ delegationis *cap. cum in iure 31. de offic. & poteſt. Iud. deleg. Urſill. concluſ. legal. concluſ. 126. nu.101. tom.2.* diximus in *rub.9. qu.4.* addimus *D. Reg. Philipp. diſſert.20. nu.18.* Et interim nil quamuis minimum poteſt exercere, poſt alios *Reg. Valenz. conſ.125. num.13. & 14. lib.2. Giurb. obſ.30. num.1.*

41 Imo ſi citet aliquem inquiſitum tanquam delegationem ſpecialem contra illum habens ex reſcripto Principis, debet in citatione inſerere copiam reſcripti delegationis, aliàs ille citatus comparere non tenetur, vt probat *D. Campan. reſol.15. nu.2.* quamuis erroneè illum pro contraria opinione citauerimus in *rubr.9. qu.4. nu.15.* quod ſcil. ſufficiat aſſertio talis delegationis, nã fuit error, cum ille teneat contrarium, & illius ſit vera opinio ſecundum quam deciſum. refert *Campan. n.5.* qui id probat verum, etiam ſi delegatio fiat iudici aliàs ordinario illius cauſæ *d. n.5.* Verum hæc non procederent vbi delegans eſſet præſens, vt ibi probat *Campan. ibid. num.4.* vbi dicit ſufficere enunciationem delegationis poſt *Afflict. Decian. Guazz. Farinac. & Scacc.* Vel vbi reus degit in loco citationis, vel parum diſtanti poſt *Scacc. de iudic. lib.1. cap.32. num. vl.* quamuis quo ad has limitationes in contrarium eſſe praxim in noſtro Regno ex *deciſ. ſup. relata.* Vel vbi delegatio eſſet clauſa in corpore iuris exemplum habetur in *pragm.1. de delegat.* vbi certum genus delictorum delegatur M. C. V. nam tunc non eſt inſerenda copia delegationis, ſed ſufficit mentio illius. Vel vbi aliquis eſſet delegatus ad Vniuerſitatem cauſarum, nam ille æquiparatur ordinario, *Campan. ibid. nu.8. & 9.* latè *Danza de pugna DD. tom.2. tit. de offic. delegat. cap.2.* vbi *nu.21. & ſeqq.* diſputat quid ſit, ſi originale reſcriptũ delegationis non reperiatur, & fundat poſt *Ant. alleg.24. & 143.* acta non valere, & quamuis delegatus à Principe maiorem authoritatem habeat quam Iudices ordinarius in cauſa delegata *cap. ſane 11. de offic. iud. deleg. cap. paſtoralis 11. §. præterea de offic. iudic. ordin.* vbi *Barboſ. Bobadill. in Polit. lib.2. cap.21. num.59. tom.1. Molin. de brach. ſecul. cap.6. nu.12. Gratian. diſcept.111. num.65.* poſt alios *D. Philip. d. diſſert.20. nu.15. Scialoya de foro compet. cap.54. nu.22.*

42 Verum quia nihil proprium habent delegati, ſed eius qui mandauit iuriſdictione vtuntur *l.1. §. qui mandatam ff. de offic. eius Bellon. lib.1. ſupput. Iuris cap.11. Gratian. diſcept.992. nu.13. Burg. qu. 71. & 75.* diximus in hac *rub. qu.1.* Ideo debent exhibere reſcriptum delegationis, vt diximus, cum præter illius verba, & fines, eis denegetur poteſtas *cap. cum dilecta 22.* & ibi *DD. de reſcript. Tuſc. lit. I. concluſ.434. nu.1. & ſeqq. & concluſ.544 nu.12. Barboſ. in d. cap. cum dilecta ſub num.4. & 5. Giurba d. obſ.30. nu.1.* verſ. *iuriſdictionem.* Et cum arctiſſimi iuris ſit, ac odioſa extendi non debet *l.1. §. qui mandatam ff. de offic. eius Anguian. de legib. lib.3. contr.33. nu.23.* diximus *in hac rub. d. qu.1.* Nec de re ad rem, nec de perſona ad perſonam *Anguian. vbi ſup. Ricc. dec.60. num.3. p.3. Burg. de modo proced. ex abrupt. qu.64. nu.21.*

43 Et quia diximus *ſup.* quod delegatio eſt ſtricti Iuris, ſi fiat alicui commiſſio, quod procedat, ex abrupto, & admodum belli contra delinquentes ex cauſa furtorum, contrabannorum, & ſimilium, an dictus delegatus procedere poſſit, tam contra delinquentes tempore communicatæ poteſtatis, quã etiam cõtra delinquentes, antè dictam poteſtatem? Videtur dicendum poſſe procedere tantum contra delinquentes tempore habitæ delegationis, non antè, vt dicit *Fab. de Monteleon. in pract. arbitr. p.6. princ. qu.8. nu.7. 9. & ſeqq.* ea ratione, quia diſpenſatio non trahitur ad præterita, ſed futura, niſi expreſſã mentio fiat de præteritis

Cauale.

Digitized by Google

Cauale. de vſufr. nu. 30. Aſin. in pract. iudic. §. 3. c. 1. nu. 6. Magon. dec. Lucenſ. 88. n. 5. & ſeqq. Maſcard. de ſtatut. concluſ. 13. nu. 1.

44 Verum in contrarium eſt ipſa veritas, nam cum Princeps delegat, delegat generaliter contra delinquentes, quod verbum vendicat ſibi locum contra omnes tam ante quam poſt latè *Burg. de modo proced. ex abrupt. qu. 67.* vbi ſic ſeruatum refert.

45 Diximus, eſſe attendenda verba reſcripti delegationis, cum illa ſit ſtricti iuris, & odioſa, cum tollat appellationem *Reg. Merlin. cent. 1. contr. 55. & 67. Reg. Capic. Latr. dec. 187. nu. 57.* qui *num. 3.* dicit non debere concedi niſi in cauſis exemplaribus, & ob bonum publicum *Giurba conſ. 39. nu. 14.* & non extendatur de re ad rem, nec de perſona ad perſonam, nec de loco ad locum, & ſic nullæ admittitur interpretatio extenſiua, aut ſubauditus intellectus, vt dicunt *DD. in cap. cum olim de offic. deleg. Peregr. de officio. deleg. nu. 39.* Ex his fuit magna altercatio in Magna Curia Vicariæ noſtri Regni Neap. nam, cum per Collat. Conſilium ſit mandatum, vt in delictis commiſſis intus Carceres M.C.V. Iudices procederent vti delegati, & nomine regio, cum aliquis exiſtens extra carceres interfeciſſet carceratum in dictis carceribus exiſtentem in Cancellis, cum ictu ſclopi, fuit altercatio ſi pro dicto delicto taliter patrato potuiſſet procedi ſeruata forma dictæ delegationis, & ratio dubitandi fuit, quia quo ad perſonam delinquentis ille non ſtabat intus carceres, & ſic non conueniunt verba reſcripti, quo vero ad locum, nec ille comprehenditur, nam de iure vbi delictum in vno loco initiatur, & in alio perficitur, & conſumatur, eſt ſemper attendendus locus vbi initium ſumpſit ad *tex. in l. ſi quis in ſeruitute ff. de furtis* ibi, *quia origo furti in ſeruitute facti manifeſti non fuit* late *Reg. Merlin. contr. 80. nu. 8. & 10.* En magis quando reo inquiſito prodeſt magis initium quam finis ſecundum *Egid. Boſſ. in praxi tit. de fauor. defenſ. lib. 7.* quem ſequitur *Guttier. pract. qq. lib. 3. qu. 2. nu. 25.* & in propria ſpecie dicit *Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 9. c. 25. qu. 2.*

46 In contrarium tamen facit, quod tum ex verbis delegationis, tum ex natura loci delictum ſit comprehenſum ſub reſcripti diſpoſitione, nam cum in illo agatur de puniendis criminibus cōmiſſis intus carceres, illud verbum *commiſſis* non verificatur in loco vbi fuerunt inchoata, ſi in alio perficiantur ex vulgato *tex. in l. 1. C. vbi de crim. agi oportet* in illis verbis; *vbi commiſſa, vel inchoata ſunt* vbi locus in quo committitur delictum ponitur ad differentiam eius in quo inchoatur. Secundo, quia in omni delicto regulariter attenditur perſona patientis non autem agentis in naturæ ipſius cognitione ex *tex.* vbi *gl. in l. eum qui §. penul. ff. de iniur.* quem ad hoc commendat *Felin. in cap. fin. nu. 54. de foro compet.* Tertio, nam etiam reſpectu loci non conſideratur ille in quo ſtat delinquens, ſed ille, in quo eſt patiens, nam ibi videtur quis occiſus vbi eſt percuſſus *l. aut lex. ff. ad l. aquil. l. 5. §. ex incendio ff. de incend. ruin. & naufrag. Bar. in l. libellorum nu. 7. de accuſat. Afflict. in conſtit. regni* incip. *aſperitatem nu. 10. Molin. de brach. ſecul. lib. 3. c. 49. nu. 15.*

47 4. Vt quando qualitate delicti augetur ratione loci in quo committitur, tunc non initium, ſed conſumatio delicti eſt attendenda *Guttier. pract. qq. lib. 3. qu. 2. nu. 29. & ſeqq. Couar. lib. 2. var. c. 20. nu. 15. verſ. 27. Suar. de Cenſur. diſp. 5. ſect. 4. num. 9.* latiſſimè *D. Reg. Merlin. lib. 1. cap. 67.* qui refert pro, & contra, & eandem videtur reſidere in ſecunda opinione reſpondendo contrarijs vbi *in fine* dicit, quod fiſcus ad euitandum dubij litis euentum obtinuit nouam delegationem huius delicti.

48 Ex eadem ratione inſurgit alia difficultas, an in cauſis criminalibus, in quibus M.C.V. procedit, vti delegata, ſi contingat tractari aliquod incidens ciuile, veluti quando petitur repoſitio ad Eccleſiam, vel remiſſio ad Iudicem Eccleſiaſticū, vel baronem, vel aliud ſimile, ſi in illo incidenti procedere debeat vti delegata, an ordinariè, itaut detur appellatio ad Sacrum Conſilium Iudicem in cauſa appellationis, vt diximus *in rub. 3.* an verò ſolum poſſit reclamari ad Collaterale Conſilium delegans? Et quod debeat in illo incidenti procedi ordinariè, & ſic appellari ad S. R. C. facit, quod licet ſit verum, quod ſicut non appellatur à ſententia Principis *l. 1. ff. à quibus appell. non licet* diximus *in rub. 5. q. 37. & 40.* Ita etiam à ſententia Iudicis dati à Principe cum clauſula *appellatione remota d. l. 1. §. interdum cap. paſtoralis 53 vbi Canoniſtæ de appell. Scacc. de appell. q. 56. limit. 1. nu. 20.* diximus *ibid.* Tamen hoc intelligitur in ſententia diffinitiua, ſecus interloquutoria, ſeu incidenti, cum appellatione ſententiæ veniat diffinitiua non interloquutoria *Reg. Capic. Latr.* poſt alios *decis. 187. nu. 5. & 6.*

49 2. Quod M.C.V. eſt tantum delegata in cauſa criminali contra inquiſitos, ſecus in iudicio repoſitionis v.g. ad Eccleſiam ad inſtantiam Epiſcopi, quod eſt iudicium ciuile, vt dicit *Reg. Sanfel. dec. 4. nu. 7.* vbi ex hoc infert, quod licet fiſcus non appellet à ſententia contra ipſum lata in cauſa criminali, tamen in articulo remiſſionis, ſeu repoſitionis appellat ex *Franch. dec. 248. 460. & 470.* Nec dicatur quod acceſſorium habet naturā principalis, nam id eſt verum in acceſſorijs inſeparabilibus à principali, & vbi militat eadem ratio, non diuerſa, ſecus in ſeparabilibus *Franch. dec. 528. & 506. nu. 23. & dec. 613. nu. 13. & dec. 637. in fine Giurba conſ. 39. nu. 39.*

50 2. Quod iſtæ delegationes ſunt iniquæ, & odioſæ, cum tollant appellationem, vt diximus ſup. & ideo ſint strictè intelligendæ poſt *Reg. Latr. d. dec. 187. nu. 17. & alios Giurba conſ. 39. nu. 14.*

51 3. Quod quoties grauamen, quod infertur in incidenti poteſt reparari in diffinitiua tunc non competit appellatio, & ſic poteſt practicari quod prohibitus appellare in diffinitiua, non poſſit in incidenti, ſecus vbi non poteſt in diffinitiua reparari, vt in hoc caſu. *Franch. dec. 403.*

52 4. Quod etſi Iudex cum clauſula appellatione remota conſtitutus, non debeat recipere appellationē, vt diximus *rub. 5. q. 37. n. 9.* Tamen hoc non procedit quo ad tertium comparentem pro ſuo intereſſe *Milanenſ. dec. 12. num. 9. lib. 2. Greuer ad Gaill. lib. 1. obſ. 122. nu. 5.* diximus *in d. q. 37.*

53 Nec eſt inconueniens, vt in vna, & eadem

Digitized by Google

cauſa Iudex cum inquiſito procedat vti delegatus,& cum barone, vel Epiſcopo petente remiſſionem,vti ordinarius, quia ſtante diuerſitate iudicij,& perſonarum hoc benè procedit, vt dixit *Innoc.in cap.cum ex officij nu 3.de reſcript.*ibi, *nō poſſet eligere quod in vna parte cauſæ vtatur ordinaria,in alia delegata,*& quod delegata,& ordinaria ad actum expediendum ſimul concurrere poſſint *Giurba conſ.39.nu.4.* quod intelligitur in iudice, qui habet duas authoritates, vt ſunt Iudices M.C.V.qui ſunt iudices ordinarij,& ex delegatione in aliquibus cauſis procedunt,vt delegati, quod optimè fundat *Angel.conſ.195.nu.3.*Secus ſi quis non haberet iuriſdictionem ordinariam *Reg.Lat.d.dec.187.num.31.* & delegata,& ordinaria concurrere poteſt habitu non exercitio *Triuiſ. deciſ.1.num.22. lib.1.* hic articulus habet ſuas difficultates ex poſitis per *Reg.Merlin.contr.15. lib.1.R.Sanfel.dec.321.*vbi inſerit *allegationem D.Io:Burgoſ.*ex qua habetur, quod detur appellatio *Reg.Latr.d.dec.187.*vbi refert diuerſimode deciſum. Ipſe tamen dixtinctione conciliat, & bene meo iudicio, vt ſi ab incidenti appelletur ab inquiſito non competat appellatio,ſed reclamatio ad delegantem, Si appelletur à barone,vel Epiſcopo cōpetat appellatio, cum illud decretum ſit diffinitiuum,& declinatoria non poſſit dici acceſſoria, ſeu incidens, ſed cauſa principalis, nec poteſt procedi.in dicto caſu appellatione remota,vt dicit *Reg.Sanfel.d. dec.321. nu.8.* Imo quando appellatur ab inquiſito in cauſis ordinarijs M.C.V. ad S.C.in incidenti remiſſionis cauſa deciditur ex iiſdem actis abſque nouo termino ex *pragm.77.de offi.S.R.C.*ſecus quando à barone,vel Epiſcopo, nam tunc committitur in S. C. & datur terminus *Reg.Latr.d.dec.187.num.28.& 29.Reg.Rouit.in prag.1.de aſſiſtentia nu.4.*

54 Sic facit an commiſſa ſeu delegata Cauſa à Principe Titio iudici, vt cognoſcat, & diffiniat cauſam quam habet Seius cum Caio, an Titius ipſe poſſit cognoſcere cauſam reconuentionis intentatam per Caium contra Seium actorem? Nā in iudice ordinario quod poſſit cognoſcere cauſā reconuentionis, etiam ſi actor ſit alterius fori, nulla eſt difficultas vt dixerūt *Theophil.Goſebert.de reconuent.cap.24.Peregr.dec.142, nu.12. Zanger.de except.p.2.cap.1.nu.376.Berlich.concluſ.22.nu.77.D.Mareſca de reconuent.enarrat.2. num.13.& ſeqq.* Quo ad Iudices delegatos reſolutiuè dicimus,delegationem vno ex tribus modis poſſe accidere.Primo in delegatione obtempta ad inſtātiam Actoris 2. ex petitione actoris, & rei 3.ex motu proprio Principis.Primo modo poteſt Iudex ille procedere in reconuentione quia, vt acceſſorium recipit reſcripti extenſionem *cap.prudentiam de offic. deleg.* ac etiam quia cauſa reconuentionis, etiam tacita in reſcripto eſt comprehenſa *Perez.in C.lib.7. tit.45. n.18.Maranta diſt.6.nu.17.Gaill.obſ.35.lib.1.nu.12. Miſing. cent.5. obſ.90.nu.1.Arg.Barboſ.in lib.2.decret.tit.4.nu.5. Viu.dec.128.nu.1.Trentacinq.de reconuent.nu.42. Molignet.q.28.D.Mareſca d.enarr.2.nu.22.& ſeqq* vbi latè probat. Secundo modo non habere locū reconuentionem coram delegato dicunt *Carpan.ad ſtat.Mediol.cap.44.nu.84. Carauit. in tit.265. nu.13.Soccin.reg.412. Abb.in cap. cum dilectus de arbitr.nu.6.Cancer.var.p.2.cap.13. nu.48. Oſuald.ad Donell.pa.2.lib.17.cap.19.lit.M.in medio Vurmeſer.lib.1. tit.12.obſ.24.* Ea ratione quia actor coram eodem Iudice alligatur eſt ſpontanea actoris electio,& rei vis,& inuitus ad Iudicem occurſus,quæ ratio vtroq; iudicem expoſcente, ceſſat,& cum dicta ratione diſpoſitio *tex.in l.adegere §.quamuis ff.de iure patr.* & ſic ipſi reo eſt imputandum, qui potens voluit legem in impetratione reſcripti, imponere. Contra verò tenent *Menoch.de arbitr.qu.44.Zaſ.ſing.reſ.lib.2.cap.73. Oſuald.vbi ſup.Frid.de proceſſ l.3.cap.6.nu.12.Goſiber.cap.23.a nu.5.Mareſca d.enarr.2. nu.33.*vbi *nu.34.* dicit quod euaneſcit ratio quod reus debebat petere, vt pronunciaret delegatus etiam in reconuentione,quia vbi ius prouidet fruſtra excogitat homo *l.in cauſæ ff.de mino.l.1.C.de theſ.* cum delegatio à reconuentione benignitatem, & extenſionem deſumat *Sichard. in l. cum Papinianus nu.6.& 7.C.de ſentent.*Tertio modo Iudex delegatus non poteſt cognoſcere de reconuentione,quia actor in hoc caſu nullum velle tribuit & eo inuito ius dicitur, & conſequenter ceſſante obſeruantia iudicis, & inſimul vrgente eius incompetentia, ceſſat reconuentio *Iaſ. in l.3.in princ.ff.quod quiſq;iuris nu.15.Trentacinq; vbi ſup. Corn.conſ.82.nu.27.Barboſ.in l.qui prior. nu.50.ff.de iudic.Larrea dec.4.nu.4.Cancer.cap.13.num.49. Molingn.q.27.Berlich.concluſ.22. nu.29. Mareſca d.enarr.2.nu.37.& 38.*

55 Et in caſu,quo diximus,Iudicem delegatum poſſe cognoſcere de reconuentione,procedit etiā ſi reus per prius oppugnauerit delegationis reſcriptum, cum hoc non ſufficiat ad impediendam reconuentionis propoſitionem *Bart.Brunus.q.veneral.31. Trentacinq. reſol.1.de reconuent. nu.63.* latè *D.Mareſca d.enarr.2.nu.39.* vbi *nu.45.* dicit in Romana Curia,Francia,& Germania ſeruari. vt aliud diploma expediatur ad effugiendas diſputationes poſt *Menoch.& Rebuff.*

56 Et quia delegatio eſt ſtricti iuris, vt diximus & debet ſeruari forma delegationis, alias omnia ſunt nulla,poſt alios *Sperell. dec.106. nu.1.par.2.* Ideò ſi D.Prorex deleget alicui officiali cauſam homicidij commiſſi cum armis igneis, vt in illa procedat cum abreuiatione termini ad dies triginta (cum vigore regiæ prag.2.de ictu ſcoppitæ poſſit procedi ad dies 15.) dictus delegatus debet procedere elapſis 30. diebus, & non 15. diebus,cum talis ſit forma delegationis, & interpratare hoc non ſpectat ad delegatum *Anna ſing.644.*late *Scialoya de foriudic.cap.10.nu.34.*vbi id intelligit etiam ſi in delegatione non ſit facta mentio,homicidium eſſe factam ictu ſcoppitæ.

57 Sunt aliqui delegati à Principe, qui non ſunt propriè delegati,vt ſunt illi,quibus committitur cognitio diuerſorum negotiorum,ſed ſunt potius Iudices dati ad Vniuerſitatem cauſarum, vel incertum genus perſonarum, quod expreſsè notat *tex.in l.a iudice C.de iudic.*vbi *Iaſ. Alex.Caſtr.Salyc.& cæteri, & in l.more maiorum eodem tit.* & ſic habentur loco ordinarij, & in eis habet locum diſtinctio *gl. in l.magiſteria C.de Iuriſd. omn.iudic.* huiuſmodi ſunt in Regno noſtro Delegati perſona-

Digitized by Google

ſonarum, vel Cauſarum, vt bancorum, Sutorum, Barbitonſorum, Tabellionum, gabellarum Ciuitatis, & ſimilium, quibus non datur alia poteſtas, niſi cognoſcendi de Cauſis ciuilibus tantum tangentibus exercitium prædictorum, qui non poſſunt dici delegati, ſed Iudices dati ad illa certa negotia, & fundatur *in d.l.a iudice C.de iudic.* latè *Reg.Sanfel.dec.190.nu.31.& 42.* Adſunt etiam delegationes factæ à Rege in perſonam alicuius Regentis, vel Cõſiliarij, vt procedat, quo ad cauſas actiuas, & paſſiuas alicuius Magnatis, cum poteſtate inhibendi pro dictis cauſis omnibus Tribunalibus, & illas auocandi à dictis Tribunalibus. Aliæ delegationes fuerunt ſublatæ, vt dicit *R.Sanfel.dec.311.lib.3. & in praxi*, vbi ſunt inſertæ *litteræ Suæ Maieſtatis*, & in *pragm.1.2. & 3. de deleg.* exceptis cauſis Bancorum, Hoſpitalis S. Annunciatæ, locorum piorum, & Arrendamentorum, in quibus in cauſis Summarijs poſſunt procedere dicti delegati, ſecus in Cauſis ordinarijs vt in *d.pragm.2.de delegat.* & in cauſis in concurſu creditorum *Reg.Sanfel.d.dec.311.num.28.Reg.Capic.Latr.dec.189.nu.5.* Et vbi contingat appellari ab incidentibus dictorum delegatorum in dictis Cauſis fit relatio in Tribunali ordinario dicti Delegati, ſi eſt Conſiliarius in ſua Aula S. R. C. ſi eſt Præſidens, in Regia Camera præuio memoriali obtempto per Collat. Conſilium delegans, quod Commiſſarius delegatus verbum faciat, vt iubet *pragm.22. §.5. de Vectigal. & gabellis in inſtructionibus delegatorum.*

58 Ratione reſtrictionis reſcripti delegationis licet teſtis falſum deponens coram officiali ordinario, licet ſit alterius fori, poſſit ab illo puniri per *tex.in l.nullum 14.C.de teſtib.* vbi *Barboſ.DD.* refert, adhoc vt conſeruet ſuam iuriſdictionẽ, & nè ipſa illudatur, Tamen ſecus eſt in Iudice delegato, niſi à Principe ſit delegatus in cauſa criminali. *Menoch.de arbitr.qu.91.num.4. Farinac.qu.67. nu.50.& ſeqq.Couar.pract.qu.18.nu.8. Barboſ.in d.l.nullum Roland.conſ.12.nu.9.& ſeqq.lib.2. Caball.caſ.261.nu.7.Guazin.defenſ.1.cap.27. num.2. Scialoya de foro compet.cap.41.nu.6.*

59 Et *Roland.d.conſ.12.num.4.* tenet quod ſi teſtis committat falſum coram iudice delegato punitur per iudicem delegantem, & *ſub nu.7.* dicit quod non poterit puniri pœna ipſius iudicis delegantis, per rationem ibi allegatam.

60 Alij autem tenent tam delegatum Principis ex *DD.ſup.relatis, & alijs*, quam delegatum inferioris à Principe poſſe punire teſtes huiuſmodi modo ei permiſſa ſit criminalis cognitio, & reum puniat non ordinaria, ſed extraordinaria pœna, ſecus ſi ſit ei interdicta criminalis punitio. *Couar. d.cap.18.num.8.Myſing.obſ.72.cent.6.* & motiuis adductis per *Menoch. d.qu.91.* abunde reſpondet *Surd.conſ.42.nu.17. & 18.* latiſſimè *Reg.Merlin. contr.71.cent.2.num.22. & ſeqq. P.Piat. reſp.42. Conſ.Campana reſol.29.nu.3.*

61 Item poteſt cognoſcere de offenſa facta ſuo officiali *Boer.deciſ.9.nu.14.& ſeqq.Bacard.ad Clar. qu.35.num.29. Danka d.tit.de offic.deleg.c.3.n.16.*

Ad materiam eſt videndum.

62 Si Iudex eſt deputatus in certum genus perſonarum, puta in milites talis Caſtri, vel in exercẽtes artẽ Sutoriam, difficultas eſt, an poſſit cognoſcere eorum vxores, & filios? Et reſolutiuè dicimus poſſe cognoſcere vxores militum per *tex.in in l.mulieres C.de dignit.lib.12.Gutier.de contract. iurat.cap.56.nu.58.l.vxori la 2.§.1.ff.de auro, & arg.legat.* Ea ratione quia de iure priuilegium extenditur ad perſonas acceſſorias, ſine quibus priuilegium poſſet eſſe inutile *Reg.Rouit.in prag. 11.de milit.num.46.* nec amittit priuilegium ma-
63 nens in viduitate *Reg.Ponte conſ.31.num.7.8.9. Cauall.qu.7.& 8. à nu.3.* eum coruſcet radijs viri *Carleual.de iudic.diſp.2.qu.6.ſect.8.num.683. Milan.dec.9.nu.7.8.ſor.2.Surd.dec.330.n.27.Capibl. de baron.prag.8.p.2.nu.193.& p.2.cap.57.nu.10.* ſecus eſt in maritis. *Idem de poteſt.Proreg. tit.de diuerſ.prouiſ.§.1.nu.30.* adeſt *tex.in l.1.C.de Vxor milit.l.cum quædam puella ff.de iuriſd. omn. iudic.l. de iure ff.ad municip.Franch.deciſ.346. num.30.P. Molfeſ.in conſuet.Neap.5.p.qu.11. nu.35.* Contrà tamen in vidua dicit *R. Rouit.in pragm.11. n.47. de milit.* quia ceſſat ratio exemptionis, quæ eſt ſeruitium perſonale ipſius militis.

64 Poſſe etiam cognoſcere filios militum *l.1. & 2.C.de filijs offic.tal.lib.12.* ibi: *in paternam militiã vocantur*, & ibi *paternam ſequi conditionem oportet*, quia filij etiam in vita patris dicuntur domini *l. 2.cum gl.in* verb. *miniſteria C.de Epiſc. & Cleric.& Scialoya de foro compet.cap.19. nu.20.* Dummodo
65 habitent cum eorum patre, ſecus ſi habitent ſeorſim, vel ipſo mortuo *R.Rouit.in d.prag.11.nu.48.*

66 Pariter poſſe cognoſcere famulos neceſſarios militum *Bal.Cyn.in d.l.1. C.de vxor.milit.Nig.in clem.1.de vita, & honeſt.Cleric.nu.23.l.ad perſonas ff.de iure imm.l.1.§.familiæ ff.de public.Caran.in tit. 46. nu.27.& ſeqq.Caſtill.dec.105.a n.67. Auend. de exequ.mandat.1.p.cap.22.nu.13.* Quidquid di-
67 cat *Capic dec.12.& R.Rouit.in d.prag.11. nu.49.* vt ſcil. competat tantum reſtitutio in integrum, niſi reperiatur in loco hoſtili ſeruiendo, poſt *Martin.Laudenſ.de milit.qu.95.*

68 Verum de *Iure* noſtri Regni Neap. per *prag. 11.§.8.de milit.* aliter eſt ſtatutum, vt ſcil. vxores, filij, & famuli cognoſcantur à Iudicibus ordinarijs, exceptis famulis vulgò: *ragazzi dell'huomini d'armi*, qui aſcendunt equos, quos vocant: *dobblature*, qui cognoſcuntur pro vt eorum domini in omnibus cauſis ciuilibus, & criminalibus *Scialoya de foro cõpet.c.19.n.20.Criſp.in praxi f.132.n.33.*

69 Sed quod eſt ſtatutum per *d.pragm.* an cenſeatur pariter ſtatutum quo ad milites Caſtrorum regiorum, qui ante dictam *pragm.* gaudebant foro militari? Et videtur dicendum comprehendere omnes milites, nam dicta pragm. generaliter loquitur ibi: *Item volemo, ordinamo, e comandamo, che le mogli, figli, e cerati di tutti li miniſtri, officiali, e ſoldati delle gente d'armi, Caualleria leggiera, continui, intermitti, piazze morte, & altri*, & ibi: *& in quelle penitus ſi poſſano intromettere detto Auditor generale, nè altri giodici militari*, & lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda *l.de pretio.30.ff.de publ.in rem act. l. in fraudem 16.§. vl.ff.de teſtam.milit.* poſt mille *Sim. Vac. axiomat. Iur.lit.I.nu.56.*

70 In contrarium tamen eſt ipſa veritas, nam *pragm.prædicta* tamquam correctoria Iuris com-

munis debet ſtrictè intelligi, & in terminis, & caſibus, in quibus loquitur *Gratian. diſcept. 544. nu. 38. & 45. & diſcept. 418. nu. 19.* & debet reſtringi ad terminos iuris communis maximè in odioſis *diſcept. 447. nu. 15.* Sed loquitur de cauſis, in quibus aderant differentiæ inter Auditorem generalem Exercitus huius Regni, & alios iudices militares (ſupple Auditorem tertij hiſpanorum, de quibus fit ſolum mentio in tota dicta *pragm.*) & Tribunal Magnæ Curiæ Vicariæ, & alia ordinaria huius Regni, & quo ad hæc Tribunalia datur certa regula circa cognitionem delictorum, & Cauſarum militum, Igitur debet intelligi, quo ad illa Tribunalia, & non quo ad alia, nam ſtatutum non extenditur ad caſum fictum *l. 3. §. hac verba ff. de negot. geſtis Aſin. in praxi cap. 5. §. 19. num. 5. Gratian. diſcept. 505. num. 49.* Et Clarius compro-
71 batur hæc noſtra opinio ex verbis eiuſdem §. 8. ibi: *Item volemo &c. che le mogli figli, e creati di tutti li miniſtri, officiali, e ſoldati della gente d'armi, Caualleria legiera, continui, intertenuti, piazze morte, & altri, tutta, che in virtù della preſente pragmatica reſtano ſogetti all'Auditor Generale, non ſiano compreſi nella predetta eſſentione, ma delle loro cauſe, coſi ciuili, come criminali, debbiano riconoſcere li giodici ordinary, & in quelle penitus ſi poſſano intromettere detto Auditor generale, ne altro giodice militare.* Igitur loquitur de illis militibus, qui vigore d. *pragm.* 11. remanebant ſubditi Auditori generali, & non de alijs militibus, qui præſcindendo à *d. pragm.* erant ſubditi alijs iudicibus militaribus, pro vt ſunt Auditores Caſtrorum Regiorū, nec verba illa: *nè altro giudice militare* comprehendunt omnes alios iudices militares, & ſic etiā Auditores Caſtrorum, nam ſi hoc eſſet, eſſet contrarium *ſup.* poſitis verbis: *che in virtù della preſente pragm. &c.* debent tamen intelligi illa verba de alio iudice militari, ſcil. de Auditore tertij, cuius fit etiam mentio *in d. pragm.*

72 Poſſe etiam talem Iudicem cognoſcere filios, & famulos talium Sutorum, nam ſufficit deſcriptio in matricula patris, ſeu Domini, vt dicatur ille iudex competens in cauſa filij, ſeu famuli, cū priuilegium ſit conceſſum ratione profeſſionis, ſeu exercitij *Io: de Plat. in l. in filijs nu. 4. C. de decur. lib. 10. & in l. viros C. de comit. conſiſtor. lib. 12. & in l. ne ad diuerſa 4. C. de ſilent. lib. eod. & in l. eos qui 6. C. de fabricenſ. lib. 10.* & ità deciſum refert pluries *Reg. Sanfel. dec. 21. & in praxi ſent. 22. nu. 1. & 2. & fol. 25. nu. 28. Scialoya de foro compet. c. 23. nu. 7.* Et in famulis ſcholarium *Chriſtin. deciſ. 114. num. 12.*

73 Et etiam vxores illorum *l. fin. C. de incol. lib. 10. l. Imperatores §. 3. ff. ad municipal. l. mulieres C. de dignit. lib. 12. Theſ. deciſ. 123. Franch. deciſ. 363. & 416. Perez, & Brunem. in l. eos 6. C. de fabric. lib. 10.* Ea ratione quia vxor, & maritus ſunt vnum corpus, & vna Caro *cap. debitum de bigam. c. hæc imago 33. qu. 5. Caracciol. de for. priuil. remiſſ. qu. 14.* poſt mille *Scialoya de foro compet. cap. 27.* vbi *num. 10.* ampliat etiam marito mortuo, ex citatis ſup. verū *nu. 11.* cum *Ricc. Milanen. Caracc. & Paſcal.* dicit contra *Borrell. in ſumma dec. tit. 43. nu. 161.* hoc nō eſſe verum in vidua alicuius artificis.

74 Et an filius Clerici gaudeat immunitate, & fori patris videndi ſunt *Decian. tract. crim. lib. 4. c. 9. nu. 49. Graff. de effect. cleric. eff. 1. num. 189. Nouar. qq. forenſ. par. 1. qu. 98. & in praxi elect. fori Squillāt. de priuil. cleric. cap. 7. n. 35. Barboſ. de Iure Eccleſ. lib. 1. cap. 39. §. 2. nu. 62. Delbene de immun. Eccleſ. cap. 1. dub. 11. nu. 9. Anſald. de Iuriſd. par. 2. tit. 11. cap. 10. & cap. 9. nu. 27. & ſeqq.*

75 Ex quo *ſup.* diximus, quod verba reſcripti ſūt bene conſideranda, difficultas eſt, ſi fuerit appellatam ab vno articulo cauſæ, & cauſa illius appellationis fuerit commiſſa Titio, cum impetratione reſcripti, qua tota cauſa committitur illi, putà ſuper meritis, vel ſuper ſolo negotio iuſtitiā faciat, an ille Titius poſſit cognoſcere de tota cauſa, ſi appellatio ſuper vno illo articulo non deuoluebat, ex quo erat fruſtratoria, friuola, vel aliter nulla aut iniuſta? Videtur dicendum poſſe talem Iudicem appellationis cognoſcere, quia verba commiſſionis ſunt clara, & preciſa, & ideò ab eis non eſt recedendum *l. non aliter ff. de legat. 3. gl. in l. Pedius §. in ſeruum ff. de arbitr. Bal. in l. cū magiſtratu in princ. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & in rubr. de offic. deleg.* dicit, delegatum non poſſe interpretari reſcriptum, niſi quatenus patiuntur verba, & in *cap. ſignificante de reſcript.* dicit, quod vbi non conueniunt verba reſcripti, non conuenit reſcriptum, igitur, cum nulla extet in reſcripto conditio, debet pro vt iacet intelligi, ſiue appellatio deuoluat, ſiue non. *l. de pretio ff. de publ. in rem act.*

76 Facit etiam, quod quamuis Iudex appellationis declaret, appellationem non deuoluere, vel male appellatum, ſtatim cauſa redeat ad primum Iudicem *Spec. tit. de execut. ſent. §. 1. nu. 11. Quint. Mandoſ. de inhibit. qu. 36. Scacc. de appell. qu. 17. lim. 47. memb. 3.* Et idem fit quando appellatio eſt
77 deſerta, quia negotium deuoluit ad primum iudicem *Bal. in l. eos nu. 7. C. de appell. Berou. qu. 120. nu. 5. Surd. conſ. 139. nu. 11. Scacc. de appell. qu. 15. num. 118. & 210.*

78 Tamen vbi Superior manum imponit ad cauſam, committendo, vel aliter cognoſcendo, non poteſt inferior in ea aliquo modo ſe intromittere vt dicit *Vant. rub. anteced. nu. 69.* & diximus *ibi nos qu. 18. & 19.* & proinde dicit *Rota dec. 11. col. 2. in d. dub. in nouiſſ.* quod Cauſa hoc modo commiſſa remanet apud delegatum, etiam ſi ille prius pronunciauerit appellationem non deuoluere, vel eſſe friuolam, vel aliter malè appellatum, & *dec. 371. Vant. vbi ſup. nu. 69.* et ſic ſeruari in Curia Romana dicit *Gratian. diſcept. 6. Barboſ. in clauſ. 39.*

79 Contrarium tamen ſeruat Senatus Mantuanus vt dicit *Surd. dec. 175.* nam talia reſcripta intelligit ſi appellatio deuolueret, & ideo vbi cognonit non eſſe deferendum appellationi, cauſam primo Iudici remittit ſecundam doctrinam *Roman. conſ. 392. in 2. dub.* vbi dicit, quod commiſſio intelligitur ſub conditione quatenus benè fuerit appellatum ſecundum diſpoſitionem Iuris *in cap. vt debitus vbi gl. & DD. de appellat.* Et quamuis verba talium reſcriptorum videantur obſtare, tamen dictus Senatus ſeruat mentem non verba, & reſcripta interpretantur ſecundum ordinem iuris communis *cap. cauſam quæ de reſcript.* Istè *Surd. d. dec. 175. nu. 4.*

80 Alijs

80 Alijs verò placet prima opinio in iudice ordinario appellationis, nam iure communi inſpecto, iudex vnius articuli, per appellationem delati poteſt etiam nullo accedente reſcripto, cognoſcere de toto negotio quando declarauit; *bene appellatum Scacc.d.qu.17.lim.47.membr.3.* igitur ſi non contineret cognitionem totius negotij reſcriptũ eſſet ſuperfluum, & nihil operaretur, quod non eſt dicendum *l.ſi quando ff.de legat.1.Bec.conſ.21.nu.* *nu.25.* & in iudice ordinario procedit diſpoſitio *tex.cap.vt debitus de appell.* vbi *DD.* ſignanter *Bar-*
81 *barſ.* Secus dicendum eſt in iudice delegato, nam cum ille non ſit ordinarius debet cognoſcere tãtum articulum ſibi delegatum per reſcriptum, quod non debet extendi vt diximus, & licet ſit commiſſa cauſa appellationis in eodem reſcripto ſuper illo articulo, cum toto negotio, tamen totũ negotium, tunc videtur conceſſum acceſſoriè ad articulum, ſuper quo fuit principaliter appellatũ; ità vt non cenſeatur commiſſum totum negotiũ, niſi deuoluat articulus principaliter appellationis, ſecundum quem illud erit interpretandum *Beron.q.120.nu.8.in fine,* in terminis *Bellam. dec.413.* contrà vero dicit *Couar.pract.qq.cap.9.nu.5.* verſ.*quintus* qui dicit hoc procedere, ſi ſit commiſſa appellatio, & totum negotium principale per dictionem *Et.*

82 Sed quo ad Senatum Mantuanum dicit *Surd.d.dec.175.nu.11.* quod ſi victus impetret commiſſionem, per quam totum negotium demandatur, tunc indiſtinctè Senatus cognoſcit de meritis, etiamſi appellatio non deuolueret, vel eſſet male appellatum per *tex.in cap.cordi de appell.in 6.* vbi *gl.* & licet *tex.* loquatur de conſenſu partium, tamẽ ſufficit ſi adſit conſenſus appellati, cum non curetur de conſenſu appellantis, cum ſi recuſet, recuſatio eſt calumnioſa, & licet loquatur de Papa, tamen intelligitur etiam de inferiore, qui poteſt adiri per viam querelæ, & recurſus *ex Crot. conſ.27.nu.8.Surd.d.dec.175.in fine Gratian.d.diſcept.6.* verum *Barboſ.in l.1.ff.de iudic.num.24.* & *ſeqq.* dicit inferiori iudici non eſſe permiſſum niſi cũ Papæ confirmatione, & ſic intelligit de ſubditis Papæ.

83 Si verò cauſa appellationis ſit delegata ſimpliciter, nulla facta mentione de negotio Principali, tunc pronunciata cauſa appellationis iniuſta per iudicem delegatum in cauſa appellationis, cauſa ipſa redit ad iudicem à quò *Couar. vbi ſup.* verſ.*prima concluſio R.Sanfel.dec.363.* & *Cou.*verſ.*quinta concluſio,* dicit quod iudex delegatus, cui eſt commiſſa cauſa appellationis, poteſt abſque noua commiſſione cognoſcere de cauſa principali, ſi appellatio fuerit iuſtè interpoſita *Scacc. d.q.17.lim.47.membr.3. nu.6.* ad materiam hanc ſunt videndi *Scacc.d.lim.47.membr.2.* & *3. Rugnell.de appell.§.6.gl.8.nu.19.* & *20.Gratian.diſcept.6.*

84 Difficultas hic eſt. An Iudices inferiores, ad quos appellatur ab aliquo grauamine in aliquo incidenti, poſſint emandato grauamine remittere cauſas ad iudicem ad quem? Et quod poſſint tenet poſt *gl.in cap.cum appellationibus* verſ. *remittendo de appell.in 6. Reg.Rouit. in prag.18. de offic.S.R.C.num.5.Danza de pugna DD. tom.1.tit.de offic. in genere cap.9.poſt num.7.* Si verò non eſt grauamen ipſe Superior remittit cauſam ad Iudicem à quo per *pragm.37.§.12.de offic.magiſtr.Iuſtit.*

85 Verum quod non poſſint, & ſic quod exiſtente grauamine retineant totam cauſam, verior eſt opinio per *tex.in cap.non ſolum,* & *cap.vt debitus in fin.de appell.* Ea ratione quia Iudex à quo propter grauamen redditur ſuſpectus, & ſemper præſumitur, quod debeat grauare *cap.ad hæc le 1. de appellat.* & ratione illati grauaminis præſumptio mala eſt in futurum *Vant.in rub.anteced.num.66. Reg.Rouit.in d.prag.18.nu.3.R.Ponte de poteſt.Proreg.tit.3.§.1.num.47. Capibl.de baron.in pragm.3.nu.173.tom.1.Reg.Sanfel.dec.363.lib.3.* vbi extẽdit in delegato ad cauſam appellationis, meminit *Luca ad Franch. deciſ.528. in fine Scialoya de foro compet.cnſ.51.nu.27.Addit.ad Sanfel.ibid.*

86 Secus eſt quando appellatur ab aliquo incidẽti à M.C.V. ad Sacrum Conſilium, nam tunc emendato grauamine remittitur eidem M. C. V. *R.Rouit.ibid.num.2.* & *4. Franch. dec.88.in fine Capibl.vbi ſup.nu.179.* diximus *in rub.3.q.4.*

S V M M A R I V M.

87. *Delegata Iuriſdictione ſimpliciter, an ſit delegatum merum, & mixtum imperium? & quid ſit merum, mixtum imperium, & ſimplex iuriſdictio? & à num. 88. ad nu. 96.*

87 Videtur dicendum, quod non, ea ratione, quia ea, quæ reſeruantur Principi Supremo in ſignum præeminentiæ non tranſeunt in generali delegatione *c.quo ad tranſlationem de offic.legat.* ſed cauſæ meri, & mixti imperij conceduntur maioribus iudicibus vt dicitur *in l.1.ff.de offic.eius,* ergo nõ veniunt in generali delegatione. Sic etiam confiſcatio eſt cauſa meri imperij, & tamen non venit in generali delegatione *l.1.C.ne ſin.iuſſ.Princip.Guazz.de confiſcat.*

88 Contraria tamen opinio eſt verior, vt conceſſa Iuriſdictione ſit conceſſum merum, & mixtum imperium, vt dicit *Alex.in d.l.1. ff.de offic.eius nu.37.* poſt *Afflict.* & *Aluarot.in cap.1. de Cap.qui Cur.vend.Affl.dec.122.Rolan.conſ.42.nu.7. lib.2.Tap.in l.fin.cap.2.nu.27.ff.de conſtit. Princip. Cancer.var.lib.3.cap.13.nu.24.Gaill.lib.2.obſ.62. num.8. Maſtrill.de magiſtr.lib.4.cap.16.nu.10. Borrell. de magiſtr.edictis lib.1.cap.1.nu.113.Capibl.de baron.prag.8.nu.42.* Quæ concluſio probatur *ex l. fin.C.vbi,* & *apud quem cognit.in integr.reſtitut.* verſ. *etſi generaliter,* vbi habetur reſtitutionem in integrũ, quæ eſt meri imperij ſecũdũ *DD. in l. imperium ff. de Iuriſd.omniũ iudic.Alex.in d.l.1.ff.de off.eius n.68.* poſſe peti coram iudicibus generaliter datis, probatur etiam, quia excommunicatio eſt meri imperij *Innoc.in cap.tranſmiſſa in fin.de elect.Spec.tit. de Iuriſd. omnium iudic.* verſ. *ſecundum omnes Alex.vbi ſup.nu.23.* & tamen venit in generali delegatione *cap.ex litteris de offic.iudic.deleg.* vbi *DD.* ſignanter *Barboſ.*

89 Non obſtant contraria, nam cauſæ meri, & mixti imperij ſolent etiam concedi minoribus iudicibus *Alex. vbi ſup.* & quod confiſcatio non veniat conceſſa iuriſdictione eſt limitatio regulæ vt dicit *Alex.ibid.*

90 Li-

90 Limitatur dicta concluſio, vt de iure regni Siciliæ per Conſtit. ea quæ ad decus, conceſſa iuriſdictione non veniat merum, & mixtum imperium vbi Iſern. & Aſſl. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. p. 2. 7. qu. 2. nu. 4. & ſeqq. Franch. dec. 116. nu. 3. Tap. in loco cit. nu. 35. Maſtrill. de magiſtr. lib. 4. cap. 16. nu. 31. contra tamen dicit Giurba conſ. 24. ea ratione quia intantum dicta conſtitutio hoc mandauit inquantum tunc temporis non erat ſolitum concedi merum, & mixtum imperium, quod non eſt hodie.

91 Delegato mero, & mixto imperio quæ veniant ponunt DD. in d. l. imperium ff. de iuriſd. omn. iudic. & in l. 1. ff. de off. eius, & omnium latiſſimè Abruzz. in repet. d. l. 1. qu. 35. & ſeqq. vſque ad qu. 121.

92 Poteſtates habentis merum imperium ſunt. Vt poſſit reos in carceres mancipare l. 2. ff. de in ius voc. Vt poſſit ex ſe ipſo officium ſuum nobile exercere l. congruit. ff. de offi. præſid. Vt poſſit exercere gladij poteſtatem l. imperium ff. de Iuriſd. omnium iudic. Amendol. ad Franch. 78. nu. 12. Claper. de imper. & Iuriſd. concluſ. 7. nu. 1. Duaren. lib. 1. diſput. anniuerſ. cap. 53. Marta de Iuriſd. par. 1. c. 36. à nu. 10. Azeued. l. 1. nu. 7. tit. 1. lib. 4. recop. Menoch. conſ. 748. num. 9.

93 Poteſtas habentis mixtum imperium eſt Iuriſdictio quæ officio iudicis nobili exercetur priuatam reſpiciens vtilitatem Bar. in d. l. imperium, & illud eſt quod de imperio, & ciuili Iuriſdictione participat Duaren. d. cap. 53. Claper. d. concluſ. 7. nu. 2. Menoch. d. conſ. 748. nu. 10. Fontanell. de pactis cl. 4. gl. 14. nu. 38.

94 Simplex Iuriſdictio dicitur illa quæ officio iudicis mercenario expeditur priuatam vtilitatem reſpiciens Bar. in d. l. imperium nu. 23. & verſatur circa cognitionem cauſarum, & illarum definitionem d. l. imperium in fin. vbi Bar. & alij ff. de Iuriſd. omn. iudic. Claper. concluſ. 18. Menoch. d. conſ. 748. nu. 11. Fontanell. nu. 47. Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. 1. nu. 1. DD. apud Berlich. concluſ. 1.

95 Hæ iuriſdictiones habent gradus aliquos, vt videre eſt apud Bart. ibid.

96 Verum ſecundum DD. dicentes delegata iuriſdictione ſimpliciter non venire merum, & mixtum imperium, limitatur concluſio ſi ſit venditũ territorium, cum omni iuriſdictione Curt. iun. in l. 1. nu. 50. ff. de offic. eius Felin. in cap. quo ad ſedem nu. 3. de offic. ordin. poſt alios Roſentol. de feud. cap. 5. concl. 7. lit. C. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 80. nu. 79. Decian. conſ. 43. num. 5. vol. 3. Vel cum omnimoda, quæ iuriſdictionem denotat pleniſſimam, vt genus quod de omni ſpecie prædicatur gloſ. in clem. 1. verb. omnimodam de foro compet. Roſental. d. concluſ. 7. nu. 3. Decian. ibid. num. 3. Vrſill. ad Aſſl. dec. 122. nu. 2. Reg. Tap. in d. conſtit. ea, quæ ad decus num. 16. Franch. dec. 116. nu. 13. Vaſq. lib. 1. contr. illuſtr. 3. nu. 9. alia ponit Giurba d. conſ. 24.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio an fieri poſſit extrà locum delegantis? & à nu. 2. ad nu. 6.*

7 *An poſſit committi in loco vltrà duas dietas? & in loco non tuto? & à nu. 8. ad nu. 12.*

13 *Barones in quo loco debeant creare officiales?*

14 *Delegatio an poſſit committi in loco non inſigni? & à nu. 15. ad nu. 17.*

18 *Delegatio an poſſit exerceri extrà tempus ſtatutum? & à nu. 19. ad nu. 29.*

30 *Quando pars, quæ obtinuit reſcriptum delegationis eo non ſit vſus, an poſſit pars aduerſa obtinere aliud reſcriptum ſeu commiſſionem? & à nu. 31. ad num. 33.*

34 *Eſt aduertendum circa contenta, & in narratis in ſupplicationibus pro obtinendis reſcriptis, an ſint ſubreptitia, & à nu. 35. ad nu. 39.*

In quo loco poſſit fieri delegatio? An & quando cauſa delegata poſſit cognoſci poſt tempus appoſitum in delegatione? Quid ſi reſcriptum delegationis ſit ſubreptitium, aut obreptitium?

QVÆSTIO XV.

1 ERit etiam obſeruandum, quo loco fiat delegatio, ideſt in quem locum negotij cognitio fuerit deſtinata, nam quamuis delegatio extrà locum, & territorium delegantis, cum ſit actus voluntariæ iuriſdictionis, fieri poſſit, vt probatur in l. fin. ff. de offic. præf. Vrbis gl. in cap. nouit. de offic. deleg. Spec. tit. de deleg. §. nunc dicamus verſ. 1. Antonell. de loco legali lib. 1. cap. 4. nu. 18. & cap. 12. nu. 2. Couar. lib. 3. var. cap. 20. nu. 8.

2 Id intelligitur, quod exiſtens extrà locum, & territorium delegare poteſt cauſam in loco, ſeu territorio ſuo cognoſcendam. Nam ſi mandaret, quod alibi ſcil. extrà locum ſibi ſuppoſitum, delegatus cognoſceret, delegatio non valeret c. penul. de offic. Vicar. cap. ſtatutum §. in nullo de reſcript. in 6. vbi Barboſ. & alij l. 3. ff. de offic. Præſid. diximus in rub. anteced. qu. 26. addimus D. Cœſſi obſ. 15. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 1. tit. 41. nu. 210. & ſeqq. & nu. 283. Obrecht. de Iuriſd. lib. 4. cap. 6. nu. 24 & ſeqq. & lib. 3 cap. 22. nu. 53. & ſeqq.

3 Sic etiam ſi in commiſſione ſit deſtinatus certus locus iudici delegato, vbi cauſam examinare debet, extra illum locum nullam habet poteſtatẽ examinandi, cum iuriſdictio dicatur ſpecialis, & extraordinaria, & ob id non eſt extendibilis, ſed potius reſtringibilis infra limites loci deſtinati Menoch. de arbitr. qu. 99. lib. 1. Dec. in tract. crim. lib. 4. cap. 29. Surd. dec. 197. nu. 5. Tuſc. lit. I. concl. 425. nu. 1. & concluſ. 505. num. 4. lit. S. Caball. caſ. 162. nu. 3. Burg. de modo proced. ex abrupt. qu. 80. nu. 3. vbi infert quod tali delegato exercenti eius poteſtatem extrà locum ei cõmiſſum, poteſt impunè reſiſti, cum extrà illum locum cenſeatur perſona priuata Petr. Syria qq. forenſ. qu. 24. nu. 12.

4 Et ſic proceſſus dicitur nullus ex defectu iuriſdictionis tamquam factus contrà formam ſuæ delegationis Becc. conſ. 21. nu. 29. Gianat. ad Veſtr. lib. 3. cap. 9. nu. 19. Magon. dec. Luc. 30. nu. 3. Honded. conſ. 24. nu. 57. vol. 2.

5 Maxime parte opponente Maranta in ſpec. p. 4. diſt.

4.diſt.16.nu.8.Burg.de modoproced.ex nbenpt.q.62.nu.20.& ſeqq.& qu.80.num.3.& ſeqq. Delegatus tamen Papæ eſt abſolutus dominus, ita vt non indigeat territorio, cum gerendo vices Papæ habeat generale territorium cap.cuncta 9. qu.3.Zevol.par.1, verb.pragm. verſ.ad 3.Ripoll. var.cap.1.num.454.

6 Verum poteſt procedere in Territorio,ſeu loco aucto in nouas contradas, quia in dictis contradis auctis poterit exercere ſuam iuriſdictionem Tuſc.lit.A.concluſ.555.nu.2.Cum territoriū auctum, ſeu prorogatum dicatur idem Territorium,& idem erit in locis connexis, cum connexorum, & adhærentium idem ſit iudicium Tuſc.lit.I.concluſ.549.nu.1.Burg. qu.8. vbi ſubdit,dici territorium Vniuerſitatem agrorum infra fines cuiuſcumq; Ciuitatis, ex quo magiſtratus intrà ipſos tantum fines ius habet terrendi, & ſubmonendi Natta conſ.339.num.1.Caſſan.ſuper conſuet.burg.des iuſtices §.1. verſ. aon territorys num.1.& ſeqq.Gnazz.in.deſ.nſ.13.cap.2. nu.11. Et in mari adiacenti per centum milliaria, vt diximus in rub.nateced.addimus D. Creſpi obſ.15. nu.218. & latiſſimè diximus in obſ.nd conſ.48.Reg.Rouit lib.3.quem locum videant lectores.

7 Poteſt etiam ratione loci delegatio eſſe inualida, ſi eſſet commiſſa in loco vltra duas diætas à loco domicilij ipſius rei diſtante (diæta eſt iter viginti milliarium ff.ſi quis caut.l.vicenn gl.in cap.ſtatutum in §.cum autem de reſcript.in 6.verb.vnam diætam gl.in cap.nonnulli de reſcript.Rouit.dec.66.vbi nos in addit.Caaſ.Petra in tit.243. n.26.) Nā
8 talis commiſſio contrà formam concilij generalis foret, vt in cap.nonnulli de reſcript. iuncta dec.Rotæ 643. in antiqu. Verum hodie dictus tex. eſt correctus,& eſt vna diæta per tex.in cap.ſtatutum §.cum vero eodem tit.in 6.vbi Barboſ. dicit, quod diſpoſitio dictorum tex.procedit ſolum in iudicibus datis ad lites non autem in executoribus, & alijs datis ad ſumendam informationem poſt Tuſc.lit.C.concluſ.44.nu.3.& nu.4. dicit,non habere locum quando Papa dat duos iudices ſcienter, qui diſtant vltrà diætam, quia cum vterq; poſſit eſſe Iudex,videtur diſpenſaſſe.

9 Sed in cauſa hæreticali poteſt committi ad duas diætas cap. vt officium verſ. denique de hæret.lib.6.Sic ſcholares poſſunt ſuos debitores coram ſuis conſeruatoribus vſq; ad quatuor diætas conuenire Rebuf.de priuil.ſcholaſt.priu.161.alia ponit Barboſ.in d.cap.nonnulli 28.& cap. dilectus 29. de
10 reſcript. Verum hoc caſu debet excipi quia parte non opponente proceſſus valeret vt declarat gl.in d.cap.nonnulli verb.duas vbi Scribentes.

11 Sicut diximus de loco non tuto,vel inhoneſto quia tunc etſi talia diſplicent, opponendum eſt c.ex parte de appell. cap. accedens vt lite non conteſt.l.ſi non dies §.ſi arbiter ff.de arbitr.Scacc.de appellat.qu.17.lim.47.membr.1.nu.16.& tunc exceptio loci non tuti poteſt allegari per quemcumq; etiā ſine mandato,&.ſine ſatiſdatione Scacc. ibid. nu.23. Dummodo talia notoria non ſint; nam tunc
12 notorietas ipſa excuſaret clem.paſtoralis §.notorium de re iudic. Berard. Graue ad pract.Camar.Imperial.lib.1.concluſ.52.conſid.1.nu.4.Scacc.de ſent.gl.7.qu.4.ſpec.2.nu.33.

13 Barones dum creant Conſultores,ſeu Aſſeſſores eorum Capitaneis imperitis litteratum, vel non doctoribus tenentur in loco conuicino illum eligere l.nemo poſſeſſorum verſ.longius, & ibi gl.C.de anaon.& Trib.lib.12. Cochier de Iuriſ.in exēpt.§.13.nu.12.par.1. tom 2. Et debent eligere intrà Prouinciam,per prag.2. vbi de delicto Capibl. de baron.in prag.3.nu.184.vbi dicit,etiam quod baro tenetur operare, nè excedat diętam alias Vaſſalli grauantur ex Capicia inueſtit.feudal. tit.de prohibit.feud.alien.col.6.nu.10,Imo quotieſcumq; haberet commoditatem in locis conuicinis deberet deputari infrà octo miliaria, vt deciſum per S.C.ad fauorem Terræ Montia Fuſcoli contra eius baronem dicit Auaa ſing.560.in fine, & pro Vniuerſitate Ciuitatis Theanæ Nouar.de grauam.Vaſſall.gr.199. nu.4. Et Taſſon.de anteſ.verſ.3.obſ.3. num.245. dicit debere creari in vna ex pluribus Terris ex Franch.dec.526.in fine.

14 Sic etiam ſi cauſa extrà locum inſignem, ideſt vbi veriſimiliter copia peritorum,& commoditas eorum, quæ in cauſis agendis neceſſaria requirūtur, haberi non poſſet, à Sede Apoſtolica commiſſa,fuiſſet huiuſmodi commiſſio,etiam abſque ope exceptionis, reputaretur nulla ſecundum gl.in verb. committantur in cap.ſtatutum in princ. per illum tex.de reſcript.in 6.vbi Barboſ. l.ap. alleg.97.

15 Quæ concluſio non procedit, ſi cauſa prædicta motu proprio, vel ex certa ſcientia Principis, commiſſa fuiſſet vt per Ægid.concluſ.81.conſenſus Felin.in cap.ſi pro debilitate col.2.de offic.deleg.

16 Nec procedit ſi ſubeſſet iuſta Cauſa, & rationabilis,propter quam commiſſio in loco deſtinato, vel inſigni expediri non poſſet, quia tunc extrà dictum locum iudex delegatus cauſam, & negotium audire, & cognoſcere poſſet iuxtà tex.in cap.ſtatuimus de offic. deleg. in 6. & ibi DD. ſignanter Barboſ.verum gl.ibid. verb. apoſtolica hoc intelligit in delegato Sedis Apoſtolicæ, ſecus iudicis ordinarij,nam dicit ipſe,vt conſtito de impedimento petat ſubdelegatus ab ordinario, vt det poteſtatem cognoſcendi extrà illum locum.

17 Maxime accedente expreſſo ambarum partium conſenſu Rot.dec.380.in non. Boer.dec.283.nu.4.P.Barboſ.in l.1.ff.de iudic.art.2.nu.5.& 6.Cum tacitus conſenſus non ſufficiat gloſ.in d. §. in nullo verb.expreſſus.

18 Vltimo conſiderandum erit, quo tempore delegatio fiat,& executioni mandanda ſit, nam ratione temporis,ſeu termini, in quem confertur delegatio, & illius proceſſus poſſent non valere, puta ſi foret cognitio collata in tempus, quo delegans non eſſet futurus iudex, vt in l.eum qui ff.de iuriſd.omnium iudic. Sitè quod delegatus iudi-
19 caſſet vltrà diē ſibi ſtatutum,iuxta tex. in cap.in cauſis de offic.deleg.& l.2. §.ſi iudex, & l.ſi iudex ff.de iudic.Caball.reſol.crim.caſ.156.nu.8.Rim.iun.conſ.33. nu.18. quia permiſſa ad tempus cenſentur denegata poſt tempus Card.Tuſc.lit.P.concluſ.296.nu.5.Crot.conſ.71.an.44.Rolan. conſ.94.nu.11.& ſeqq.vol.3.Bertazol.conſ.crim.226.nu.20.vol.1.Obrect.de iuriſd.part.4.c.8.nn.28.& ſeqq.Scialoya de foro compet.cap.33.nu.97.Barrell. in ſumma dec.tom.1.cap.41.nu.109.

20 Etſi vltra tempus prædictum ad vlteriora proceſſe-

Digitized by Google

ceſſerit, proceſſus efficitur ipſo iure nullus, ſiuè verba commiſſionis ſint perſonæ commiſſarij, ſinè cauſæ, vel partibus directa *Fant. hic nu.91 & 100. Afin.in pract.in prim.cap.3. nu.4. & ſeqq.§. 3.cap.36.nu.4.& 15.Bertaz.conſ.97.num.2.vol.1.* Nec poteſt exequi ſententiam elapſo tempore, quamuis illam tulerit in tempore *Cantiuncula conſ.16.nu.6.Obrecht.de Iuriſd.lib.4.cap.8.num.29.* licet alias delegatus poſſit ſuam ſententiam exequi vſque ad annum integrum *C. conquerẽti n.26.* & ibi *Barboſ. de offic. deleg. idem Barboſ. in repert.* verb.*delegatus in fine*.

21 Imo puniretur etiam pœna vſurpatæ iuriſdictionis *Burg.de modo proced.ex abrupt.lib.1.qu.76. nu.4.& ſeqq.& qu.85.Farinac. qu.114. num.6.D. Prat.reſp.crim.44.nu.47.*

22 Quod tempus ſolet computari à die datarum litterarum, igitur ab ipſa die excluſiuè incipit currere ob litteram,& dictionem,à,quæ excluſionem,& ſeparationem denotat *Afin. in pract.§.17. cap.6.nu.2.Stracca de aſſecur.gl.12. nu.2.Cumia in cap.etius 40.nu.260.Card.Tuſc.concl.1. nu.11. & ſeqq.lit.A.Burg.de modo proced.ex abrupt. qu.86. nu.11.& ſeqq.*vbi ſubdit,quod ſi in litteris non eſſet expreſſa dies, tempus erit computandum à die præſentationis litterarum, vel commiſſionis ex traditis per *Fab. à monte Leon. in ſua pract.fol. 495.num.12.*

23 Si verò in commiſſione non eſſet præfixum aliquod tempus durat eius iuriſdictio toto tempore ſui officij ſi habeat aliquod officium annexum, quia priuilegium conceſſum contemplatione officij durat quouſque officium deſinat *Menoch.conſ.912.nu.32.Burg.qu.76.nu.14.&* 15. Si
24 vero non haberet talis commiſſio officium annexum,durabit,ad beneplacitum Superioris, vel donec perfectè aſſumpſerit informationes, & ita ſeruari in Curia dicit *Guazz.defenſ.13.cap.2.n.8.*

25 Etſi commiſſio haberet præfixionem termini per quattuor menſes,non intelligitur pro tertia parte anni vt per *Tuſc.lit.M.concl.197.*

26 Menſis accipitur ſecundum curſum Kalandarij,& quod deficit de illo menſe,in quo ſunt datę litteræ, accipitur de ſequenti menſe, & ſic ſucceſſiuè,iuxtà doctrinã *Lambert.de iure patr.art.14 par.1.q.princ.2.par.2.lib.Menoch.de arbitr.caſ 50. nu.21.Sanch.de matr.lib.2.diſp.24. nu.15.Garc.de benef.p.10.cap.2. nu.42. & ſeqq. Barboſ.de poteſt. Epiſcop.pa.1.tit.1.cap.4.nu.2.*Vndè ſi litteræ dan-
27 tur die 7.Iunij, tempus quatuor menſium durat per totam ſeptimam diem menſis Octobris tantũ, & non vltrà,prout ſequitur *Burg.d.qu.76. nu.17.*

28 Cum Menſis ſit 30.dierum *l.miles 11. § ſexagintn ff.de adulter.l.vbi lex 102.ff. de regul. iuris* poſt alios *Lara in comp.Vitæ homin.cap.9.n.40.& ſeqq. gl.in addit.in cap. quam ſit 6.de elect.* verb. *menſem Gregor.l.5.tit.6.par.6.Menoch.d.caſ.50. nu.8.cum ſeqq.Cald.Pereira de reſol.emphy.cap.14.nu.2.& de empt. cap.4.nu.21.Phab.dec.luſit.dec.51. num.24. tom.1.Trentacinq.var.lib.2.tit.de dilut.reſol.2.n.4.*

29 Et licet elapſo tempore ſtatuto,delegatus non potuit procedere,tamen ſi procedat cum conſenſu Iudicis delegantis, validè procedit, vel ſi delegans ſciat,& taceat *Obrecht.de iuriſd.p.4.cap.8.nu. 30.per gl.in c.cum olim Abbas 22.de offic.deleg.*

30 Vel ſi partes non vſæ fuiſſent intrà annum ipſo reſcripto,Nam etſi reſcripta ad lites ſint perpetua *l.falſo C.de diuerſ.reſcript.*& ibi *gl.* verb.*perennin Rot.dec.69.in nou.Barboſ.in d.l.falſo,* Tamẽ
31 ſi primus impetrans intrà annum neglexerit illo vti, & ex poſt ſecundum reſcriptum ab aduerſario fuerit impetratum ob negligentiam, ſeu dolũ præſumptum primi impetrantis, ſecundum obtinebit firmitatem,vt probatur *in cap.plerumq;& c. ſi autem,*& ibi *gl.& Barboſ.& DD.de reſcript. Menoch. conſ.100.nu.34.Menoch. de arbitr. caſ.204. nu.2.Chriſtin.dec.79.nu.1.*

32 Quod totum procedit in noſtris Tribunalibus nam ſi vni Iudici, vel Conſiliario ſit commiſſa cauſa per Regentem M.C.V.vel Præſidentem S.R.C.& comparitione,ſeu ſupplicatione intimata alteri Iudici, vel Conſiliario,per errorem committatur,in hoc caſu primus præfertur *Capibl. de baron.tom.2.cap.43.nu.14.Thor.in comp.dec.*verb. *Iudex fol.305. col.1. tom.2. Scialoya de foro comp. cap.7.nu.25.*Dixi *per errorem committatur* nam ex certa ſcientia Regens M.C.V. non poteſt cauſas vni Iudici commiſſas alteri committere per *prag. 25.§.39.de official.& quæ eis prohib.*verum exiſtẽte aliquo iuſto impedimento ipſe Regens debet prouidere per *pragm.6. §.3.de offic. magiſtr.Iuſtit.* alias acta ſunt nulla *Reg.Rouit. in pragm.1. nu.3. de offic.mag.Iuſtit.*

Si verò eodem die commiſſio eiuſdem Cauſæ ſit facta per Regentem M.C.V. vel Præſidentem S.R C.duobus Iudicibus,quod poteſt accidere ob multitudinem Cauſarum, & ambo procedant eadem die,nam proceſſus attenditur, & non data commiſſionis ad fraudes vitandas tunc inter eos non inducitur præuentio *Scacc.de iudic.lib.1.cap. 12.nu.73.*vndè docet eo in caſu adiri oportere Superiorem,ſi iudices ſub eodem Principe eſſent pro dirimenda differentia.Et nos practicamos in dies,nam adimus D. Præſidentem qui loco Principis in hoc eſt, & is cum omnino res eſt dubia, vni eorum committit,& quandoq;excludit vtrũque, & committit alteri ex Regijs Conſiliarijs pro libito voluntatis, & ei,per quem vberior ſolet eſſe iuſtitiæ locus, etſi vellet poſſet forte differentiam dirimere ex *Marian. in cap. propoſuiſti col.8.de foro compet.* vt refert *Scacc. vbi ſup.Annechin.de præuent.cap.3.q.3.nu.5.fol.mihi* 248. Et de Iure communi ſi neſcitur ex duobus iudicibus æqualibus quis præuenerit, tunc ſi opponatur coram ſecundo iudice,quod de eadem re non debet trahi coram diuerſis iudicibus,tunc ſi excipiatur non valet proceſſus per *tex.in l.nulli C. de iudic. Afflict.dec.354.nu.3.*diximus *in rub.anteced.*

33 Verum ſi Cauſa ſit commiſſa vni Iudici Tribunalis, vel vni Conſiliario Aulæ,deinde ille moriatur vel diſcedat ab illa aula, ſi alius procedat in illa cauſa,vt ſubrogatus,licet non ſit, ſententia ab illo lata eſt valida, ea ratione quia omnes Conſiliarij vnius Aulæ,& Iudices vnius Tribunalis conſtituunt vnum Tribunal,& vnus dicitur ſubrogatus in locum alterius,vt de Dom.Rotæ Auditoribus dicit *Put.dec.339.nu.2.lib.3.Burat.dec.818.nu.1.Ludouiſ.dec.369.num.2.& ibid. Add.lit.A.Rot.dec.16.nu.4.p.4.diuerſ.& dec.199. nu.1.& 7.p.5.recent.* Præſertim parte non opponen-

Digitized by Google

nente *Put.d.dec.339.num.2.in fine lib.3. Burat.d. dec.818.nu.2. Ludouiſ.d.dec.369.nu.3.verſ.maxime Rot.d.dec.199.n.6.par.5.recent. Dunozet.dec.709. nu.1.* diximus alibi *in hoc Tract.*

34 Erit etiam aduertendum ad contenta, & narrata in eiſdem reſcriptis, & delegationibus, nam ſi falſa forent, & non verificarentur per ipſum ſupplicantem, prout conuenit iuxtà doctrinam *Io: Andr.in cap.1.* & ibi *Dominic.col.3. de litis conteſt.lib.6. Valaſc.conſult.163. nu.2. Card.Tuſc.lit. S.concluſ.721.nu.2.& 3.* qui dicit, quod quamuis regulariter rei, qui allegat ſubreptionem, aut obreptionem incumbat onus probandi illam, tamen limitatur quando ſubreptio conſiſtit in expreſſione falſi, quia ſemper impetrans gratiam tenetur probare narrata fuiſſe vera. Idem eſt ſi allegans ſubreptionem haberet pro ſe iuris præſumptionem, quia ex ea transfert onus probandi in aduerſarium *Larren alleg.91.nu.25.*

35 Vel omiſſum eſſet exprimi, quod exprimendũ fuerat, & quod veriſimiliter ſecũdum communem vſum, & ſtylum concedentis, & ſuæ Curiæ ab huiuſmodi conceſſione retrahere potuiſſet, vt declarat *Lap.alleg.89. Capic.dec.32.col.fin. Theſ.q.4. nu.1. Rebuff.in tract.ne conſuet. art.2. gl.13.nu.31. & ſeqq. & in præf.tract.de reſcript. num.174.in fin. Burg.de modo proced.ex abrupt.qu.99.nu.2.& ſeqq.*

36 Talis delegatio, & reſcriptum tamquam ſubreptitium, & obreptitium ſi eſſemus in cauſæ auocatione, eſſet ipſo iure nullum, vt per *DD.in cap. cæterum, & cap.ad audientiam de reſcript. Felin.in c.dilecta eodem tit. Cuſſad.dec.1.de reſcript.*

37 Et ipſe delegatus poteſt cognoſcere, & decidere quam habet iuriſdictionem *Surd. conſ.286. nu.6. Craſſ.de except.except.18.n.9. Tuſc.lit.I.concluſ.414.nu.1.& ſeqq.& concluſ.549. num.3.* Etſi
38 videt aliquid deuiare à iuris tramite contenta in dictis litteris, vel quod in eis deficiat aliquod requiſitum ſolitum de conſuetudine apponi, debet id cum Principe delegante conſultare *Anna conſ.62. num.42.* Et interim donec non adueniat
39 reſponſio debet ſuperſedere *Intrigl.conſ.5. n.41. & ſeqq.& nu.68.& ſeqq. Caualc.dec.17.nu.27.par. 2. Burg.qu.98.*

S V M M A R I V M.

1 *In delegationibus conſiderabitur an delegatus fuerit vſus iuriſdictione antequam delegans recederet à Prouincia, vel mutaretur, aut moreretur: & an & quando iuriſdictio ſpiret re integra, vel non integra? & à nu.2.ad nu.25.*

26 *Facta per Vicarium reuocatum, vel poſt obitum Epiſcopi an & quando valeant? & à nu.27.ad n.43.*

44 *Mortuo officiali, an eius aſſeſſor poſſit exercere? & num.45.*

46 *Obſeruabitur ſi mandatum delegatorium ſit reuocatum, & à nu.47.ad num.51.*

52 *Delegatio quibus alijs caſibus ſpiret? & à num.53. ad num.56.*

An & quando delegatio expiret per mortem delegantis, & an facta per Vicarium reuocatum, vel poſt obitum Epiſcopi valeant? vbi alia.

QVÆSTIO XVI.

1 Conſiderabitur etiam, nunquid delegatus fuerit vſus iuriſdictione, putà citãdo, antequam delegans recederet à prouincia ſua, vel mutaretur ab officio illo, vel magiſtratu iuxta *tex.in c.u.fin. de offic.leg.* vbi *Felin. & cæteri DD.* ſignanter *Barboſ.*
2 Vel antequam ipſe delegans moreretur, quoniam tunc mandatum iuriſdictionale per mortẽ, vel receſſum, tamquam re integra, expiraret *l.& quia ff.de iuriſd.omn. indic. cap.quamuis in fin.de offic. deleg. in 6. cap.19.20. & 30. de offic. ordin. Maſtrill.d.deciſ.6.* vbi loquitur in Prorege Neapol. vt ſpiret delegatio per eius mortem, vel receſſum à Regno *Guazz.defenſ.13.cap.9.nu.1. Borgnin.dec.28.nu.31.par.8. Mandoſ.in reg.10. Cancellar.qu.2. Sanchez de matr. lib.8. diſp.28. nu.87. & ſeqq. Garz.de benefic.par.6.cap.2. §.3. Obrect.de Iuriſd.lib.4.cap.8.nu.24. Sperell.dec.166. num.17.* vbi rationem ponit, *& num.18.& 19.* vbi dicit idem eſſe ſi officialis moriatur, ac ſi finiat officium. Et etiam ſi ipſe delegatus mortem, vel receſſum, ſeu mutationem ſuperioris ignoraret *Maranta in ſpec. par. 4. diſt.5. num. 6. Sebaſt.Medic.in tract.mors omnia ſoluit par.3. concluſ. 31.nu.83. Decian.tract.crim.lib.4.cap.29.num.20. Capr.concluſ.37.nu.7. Leon.in pract. Archiep.c.17. nu.52. Iannin.de cit.reali lib.1. cap.1. nu.659. & ſeqq. Marc.dec.780.nu.2.par.1. Burg. qu.87. nu.9.* quamuis in hoc contrarium verius eſſe bene dicat ex *tex.cap.gratum de offic.deleg.* & alijs *Obrect. de iuriſd.lib.4.cap.8.nu.19.*

3 Niſi delegatio ſit facta ſub nomine officij, vel dignitatis, quia tunc non ſpirat *Marc. d.dec.780. nu.2. Iannin.d.c.1.lib.1.nu.665. Burg.d.qu.87.nu. 9. Guazz.defenſ.13.c.9.nu.5.& 6.*

Et non procedit in officio Inquiſitionis hæreticæ prauitatis, quod non ceſſat per mortem Pontificis, quod eſt ſpeciale fauore fidei *cap. ne alicui de hæret.in 6. Sperell.dec.166.nu.28.verſ.licet.*

4 Et ſi Princeps crearet aliquem Iudicem ordinarium ad ſuum beneplacitum, per mortem Principis ille non deſinit eſſe iudex, quouſq; per ſucceſſorem reuocetur *§.ſuper hoc Auth. de quæſt. Bal. in l.meminiſſe ff.de offic.Proconſul. Vant.hic nu.104 Menoch.q.69.num.8.de arbitr. Moſcard. de probat. concl.188.nu.1. Bertazol.ad patrem conſ.22. lit.B. lib.1. Guazzin.defenſ.13.cap.9.num.6.* nam ex quo
5 ſumus in materia publica, & fauorabili, voluntas Principis etiam poſt mortem præſumitur durare. Sed ceſſante fauore publico ſecus foret *ca.ſi gratioſe de reſcript.in 6.l.3.ff. locati Capic. deciſ.136.* diximus *ad Reg.Ronit.conſ.38.lib.1.* Vnde re inte-
6 gra, diſpenſationes matrimoniales commiſſæ Vicario Epiſcopi per Papam, mortuo Papa non poſſunt per ipſum Vicarium expediri *Ricc.dec. 295 par.2.& dec.92.par.4. Squill. de priuil.Cler.c. 6.2.n.168.& 173.*

I 7 Nec

Digitized by Google

7 Nec poteſt procedere etiam ex conſenſu partium *Maranta d. diſt. 5. nu. 61. Scialoya de foro compet. cap. 12. nu. 97.*

8 Aut vero re non integra Princeps, vel Superior obijt, vel receſſit, & tunc iuriſdictio delegata non ſpirat *Lauden. de Principe qu. 598. Zerol. in praxi. Epiſcop. verſ. delegatus qu. 1. & qu. 15. p. 1. l. con. in praxi. Archiep. cap. 17. nu. 52. Iannin. d. lib. 1. cap. 1. nu. 660. Laurent. de iudice ſuſp. cap. 6. n. 41 Burg. d. qu. 87. nu. 10. Guazzin. defenſ. 13. cap. 9. nu. 1. 5. & 6. Obrecht. de iuriſd. lib. 4. cap. 8. num. 5. & 6.* vbi *num. 16. & ſeq.* diſputat an duret in omnibus cauſis in quibus iuriſdictio eſt mandata, an vero tantum in cauſis, quæ ceptæ ſunt geri, & tenet cū *Fulgoſ.* in ijs tantum cauſis durare, quæ ceptæ sūt geri *Scialoya de foro compet. cap. 12. num. 96. Scipio Gentil. de Iuriſd. lib. 2. cap. 29. Fra Emanuel. qq. regul. tom. 1. qu. 65. art. 6.* vbi *art. 9.* reſoluit, non durare poſt quinquennium iuriſdictionem Conſeruatoris quo ad negotia iam cepta *Barboſ. in c. vl. de offic. deleg. in 6. nu. 23. & in cap. quamuis 6. eodem tit. Caſtill. lib. 2. contr. 29. Rota Rom. coram Dunozet. dec. 208. num. 71.*

9 Dicitur res non integra, quando emanauit citatio, ſecundum communem opinionem habitam ex *tex. in cap. gratum 20. de offic. deleg. Sperell. deciſ. 166. nu. 21.* atteſtatam per *Carocc. dec. 79. nu. 12. & ſeqq. Gratian. deciſ. 108. nu. 11. Burg. d. qu. 87. nu. 11.* Vbi ſubdit, quod ſufficeret ad iſtum effectum ſola commiſſio citationis, licet non fuerit executa, neq; reproducta per Nuncium ex traditis per *Caroc. d. dec. 79. nu. 41. & ſeqq. Obrecht. de iuriſd. lib. 4. cap. 8. num. 7. Meroll. in theol. moral. lib. 3. diſp. 7. cap. 4. nu. 327. & ſeqq. Squill. de priuil. Cleric. cap. 2. nu. 94. cum ſeqq. Ripoll. var. cap. 1. nu. 437. Borrell. in ſumma dec. tit. 41. nu. 234. Sperell. d. dec. 166. nu. 21. verſ. ita.*

10 Ac etiam res non diceretur integra ſi Commiſſarius iam elegerat Notarium, aut Actuariū, vel nuncium in cauſa *Laurent. de iudice ſuſp. d. c. 6. nu. 41. Burg. d. q. 87. nu. 12. Squill. d. cap. 2. nu. 99. Guazzin. defenſ. 13. c. 9. nu. 6.*

11 Sed quod requiratur, vt citatio ſit notificata, dicit *Meroll. d. cap. 4. num. 366. cum ſeqq.* Et *Squill.*
12 *d. cap. 2. nu. 103.* dicit quod ex nulla citatione res
13 dicitur integra. Et *nu. 104.* dicit quod per ſolam præſentationem reſcripti factam iudici, res non deſinit eſſe integra, idem tenet *Meroll. d. cap. 4. nu. 347. & ſeqq.* Ipſe *Squill. nu. 106.* Limitat in reſcri-
14 ptis gratiæ, pro vt eſt in commiſſionibus diſpenſandi, nam in his per ſolam præſentationem reſcripti, & per decretationem factam per delegatum, vt capiatur informatio de expoſitis in reſcripto, res dicitur non integra. Si delegatus ſub-
15 delegat, per ſubdelegationem res non dicitur integra *cap. pen. de offic. deleg. in 6. Merol. d. cap. 4. nu. 342. & ſeqq.* vbi *nu. 346.* limitat quando ſubdelegatio eſt facta partibus præſentibus.

16 Et quando delegatio ſpirat per mortem delegantis, non ope exceptionis, ſed ipſo iure ſecundum communem opinionem, de qua *Cauall. qu. 424.* vbi ponit effectus reſultantes an ipſo iure, vel ope exceptionis ſpiret iuriſdictio, & ſpirare ipſo iure, non ope exceptionis ex *tex. c. fin. verſ. officium de offic. deleg. in 6.* ibi *officium autem conſeruatorum ipſo iure, quo ad non cepta negotia per obitum concedentis volumus expirare* poſt alios *Sanch. de matr. lib. 8. diſt. 18. nu. 40. Sperell. deciſ. 166. n. 18*

17 Quod diximus de delegante mortuo, idem dicendum eſt de ſubdelegato, nam ſubdelegatus à delegato habente poteſtatem ſubdelegandi, ob abſentiam delegantis, mortuo delegante re tamē non integra, habet poteſtatem procedendi, & eius ſubdelegatio durat, ſecus re integra, quia tunc expirat ſubdelegatio per mortem ſubdelegantis *c. ſi delegatus de offic. deleg. in 6. Franch. dec. 255. nu. 1. & ſeqq. Squill. d. cap. 2. nu. 128. & ſeqq.* Vbi *num. 130.* dicit quod ſi Iudex ordinarius deleget cauſam cum poteſtate ſubdelegandi, & delegatus ſubdeleget, & facta ſubdelegatione moriatur delegatus, re integra, viuo primo delegante, in hoc caſu non expiret ſubdelegatio. Item ſubdelegato re integra mortuo, poteſt delegatus iuriſdictionē reaſſumere *Caſtill. lib. 2. contr. 29. nu. 3. Barboſ. in c. quamuis de offic. deleg. in 6. nu. 8.*

18 Sic etiam ſi delegans ſit excommunicatus poſt delegationem, re integra, ſuſpenditur iuriſdictio delegati, ſecus re non integra *Scialoya de foro compet. cap. 33. num. 220. Ricciull. de iure perſon. lib. 4. cap. 19. num. 7. Barboſ. in cap. ſi is, cui. 10. de offic. deleg. in 6. num. 9.*

19 Rè integra delegatus ſubdelegans, etiam in totum cauſam reaſſumere poteſt, veluti ſi ſubdelegatus non cepit vti authoritate ſaltem per citationem decretam, vel re integra mortuus eſt, ſecus re non integra *cap. quamuis 6. de offic. deleg. in 6.* poſt *Franc. Domin. & alios* ibi *Caſtill. lib. 2. contr. 29. nu. 3. Molina de iuſtit. & Iure tract. 5. diſput. 21. num. 1.*

20 Et non ſolum expreſſe poteſt reuocare ſibi iuriſdictionem reaſſumendo, ſed etiam tacitè, veluti procedendo per ſe ipſum in cauſa ſubdelegata, vel etiam alteri ſubdelegando *Tuſc. lit. D. concluſ. 155. num. 2.*

21 Etſi plures ſunt cauſæ delegatæ, vt res non dicatur integra quo ad omnes ſufficit, vt vna cauſa ſit cepta coram delegato ad finem, vt duret eius iuriſdictio in omnibus cauſis delegatis, etiam mortuo delegante *Bar. in l. & quia ff. de iuriſd. omn. iudic. Marant. p. 4. diſt. 5. nu. 61.*

22 Verum quod duret tantum quo ad cauſas ceptas, & non alias dicit *Obrecht. de iuriſd. d. cap. 8. n. 16. & ſeqq.* Et in caſu, quo delegatus vices ſuas non in totum commiſit, ſed aliquid ſibi de iuriſdictione retinuit, tunc etiam re non integra poterit reuocari per delegatum à ſubdelegato commiſſio, ea ratione, quia tunc ſemper, ſuperior manet *Molin. d. tract. 5. diſp. 21. num. 4. Barboſ. in cap. quamuis nu. 6. de offic. deleg. in 6.*

23 Alias caſus ponit *Squill. d. cap. 2. n. 107. & ſeqq. & Meroll. d. c. 4. nu. 350. vſq; ad nu. 373.*

24 Et vſq; adeò licet tam delegato, re integra, quā ordinario quandocumq; iuriſdictionem à ſe commiſſam reuocare, vt ſi reuocet, & nihilominus delegati procedant, corruant omninò proceſſus, ab eis poſteà habiti tamquam attentati reuocatione pendente *Lancell. de attentat. par. 2. cap. 10. num. 1. & ſeqq.* diximus *in rub. 9.* Verum ad dictam nullitatem eſt neceſſe, vt reuocatio ſubdelegatis innoteſcat, vel intimetur, nam alias antegeſta

ab

ab eiſdem, velut ab ignorantibus, erunt omninò valida *Molin.d.diſput.21.nu.2.in fine Barboſ.in d.cap.quamuis nu.5.*

25 Iudex vero delegatus ad Vniuerſitatem Cauſarum poteſt ſubdelegatum à ſe in totum ad vnã cauſam datum, etiam re non integra reuocare, quia ordinario comparatur *Couar.lib.3.var.c.11.nu.11.Barboſ.in l.cum prætor §.1.nu.154.ff.de iudic.* Et ordinarius, cum ſemper ſuperior maneat ex vi iuriſdictionis ordinariæ quã in totum à ſe non abdicat ex reg.*l.pen.ff.de offic.Præſid.* poteſt ſiuè in totum committat, ſiue pro parte commiſſionem quandocumq; reuocare *Couar.pract.cap.9.nu.2.Molin.d.diſp.21.nu.2.*verſ. *quę dicta Barboſ.in d.cap.quamuis nu.7.*

26 Et ſic facit ad materiam, an acta facta per Vicarium reuocatum, vel poſt obitum Epiſcopi, & quando ſubſtineantur, ſi reuocatio, vel mors communiter ignoretur, vel de illa dubitetur.

27 In hac re communis reſolutio eſt, vt ceſſatio tituli, vel officij, quæ contingit ob officialis remotionem factam ab Epiſcopo abſente communiter ignoratam, non ſit ſufficiens, vt Vicarius debeat ab officio deſiſtere, & iuriſdictionem amittere, etiam ſi aliunde id ſciat, donec ab Epiſcopo per litteras, vel nuncium de reuocatione certior fiat *Boer.dec.347.à num.14. ad nu.18. Rebuff.in praxi benefic.tit.de forma Vicariat.num.212. Cucc.lib.2.inſtit.moral.tit.8.nu.147.Sanch. de matr.lib.3.diſp.30.in fine Sbrozz.de offic.Vicar.lib.3.qu.36.nu.6.Pariſ.de reſignat.benefic.lib.7.qu.24.à nu.41.*

28 Ceſſatio verò quæ contingit ob mortem ipſius Epiſcopi, vel delegantis ipſo facto abſq; vlla intimatione, efficit vt Vicarius amittat iuriſdictionẽ, ea ratione quia Epiſcopi, & Vicarij vnum eſt, idemque Tribunal, & reputatur eadem vniuſque perſona *cap.2.de conſuet.in 6. cap. Romana de appell.in 6.Sanchez de matr.lib.3.diſp.30.n.2.Felin.in cap.ex parte decani n.18.*verſ.*fallit 8.de reſcrip.Barboſ.in l.quia tale 14.nu.93.ff.ſolut.matr. Couar.pract.qq.cap.4.nu.4.Gratian.diſcept.276.nu.44.& ſeqq.Io.Andr.in cap. quod ob gratiam nu.5.in fine 6.de reg.iur.in 6.*

29 Verum quando Epiſcopus mortuus eſt in lõginquis partibus, ita vt communiter mors ignoretur, valent geſta per Vicarium propter *l.barbarius ff.de offic.prætor*, ob quam tenent geſta per eũ, qui non erat Vicarius Epiſcopi, ſed pro tali cõmuniter habebatur, vt per *Rot.dec.1.alias 47.de offic.Vicar.in nou.Bellam. deciſ.402. de offic. legat. Mil.in repert.in* verb.*Vicarius ſiue officialis Felin.in cap.ſicut poſt nu.31.de re iudic.Maſcard.de probat.concluſ.648.nu.6.vol.2.Alex.conſ.186.ſub nu.7.lib.2.Barboſ.de offic.Epiſcop. alleg.54. num.152.*

30 Ea ratione, quia ob publicam vtilitatem ſi ex parte officialis interuenit titulus putatiuus, & ex parte populi communis error, acta ſubſtinentur, iura ſupplent iuriſdictionem, & idem communis error facit legem, & pro veritate habetur *d.l.barbarius*, & ibi *omnes DD.Sanchez de matr. lib.3. diſp.22. nu.59.* vbi dicit quod ſi Epiſcopus in longinquis partibus mortuus ſit, ità vt eius obitus communiter ignoretur, poſſit Vicarius exequi diſpenſationes matrimoniales directas Epiſcopo, ſeu eius Vicario, etiam ſi Epiſcopi mors nota ſit Vicario, quamuis contrarium, quo ad hoc teneat *Sperell.deciſ.30.* vbi dicit quod ſi Vicarius ſci[t] mortem Epiſcopi, non debet aliquid agere, cum tunc veritatem potius quam communem errorem ſequi debeat *c.conſuetudo diſt.8.*

31 Sed ſi non poteſt talis Vicarius dictas diſpenſationes exequi, an poſſit illas exequi Vicarius
32 Capitularis. Et *Sanch.de matr.tom.2.lib.8.diſp.27.nu.32.& ſeqq.* tenet, poſſe contra *Felin.* contrarium tenentem, ea ratione, quia Vicarius Capitularis ſuccedit in dignitate Vicarij Epiſcopi, & dicit poteſt Epiſcopi Vicarius, vt per *Card.in clem.2.nu.13.de reſcript.*

33 Verum contrarium vt ſcil. Vicarius Capitularis tales diſpenſationes, aliaſque commiſſiones, Epiſcopo, vel Vicario directas, exequi non poſſit, tenent *Felin.in cap. eam te.ſub nu.17.* verſ.*faciunt hæc de reſcript.Leon.in Theſ.for.Eccleſ.par.1.n.10.ſub nu.8.*verſ.*2.Marcheſ.de commiſſ.par.1.tit. de commiſſ.appell.in cap.beneſic.cap.77.nu.54. Campanil.in diuerſ.iur.can.rubr.11. cap.23. num.146.& ſeqq.Barboſ.de canon.cap.42.num.57.* vbi refert *declarationem Sacr.Congreg.Concil.24.Maij 1621. Rota in Abul.Benefic.13.Iunij 1597.coram Litta*, & latius *in Aurien ſi matrimonij 12. Decembris coram Card.Pamphilio impreſſ. à Marcheſ.de commiſſ.p.1.tit.de Signat.grat.cap.2.fol.135.* in qua fuit declarata nulla diſpenſatio matrimonij, quia conceſſa à Vicario Capitulari in executionem mandati Apoſtolici de diſpenſando, Ea ratione quia Capitulum ſuccedit Epiſcopo ſolum in iuriſdictione ordinaria non in delegata, vt dicunt citati DD. & ante ipſos *Federic. de Senis conſ.30. ante nu.1.Socc.in cap.qualiter, & quando el 2.nu.185.de accuſ.Bellam.dec.166. P.Diana par.5.reſ.moral.tract.14.reſol.29.* diximus *q.12.*

34 Quod Capitulum ſuccedat in ijs, quę competunt Epiſcopo iure ordinario eſt *tex.* expreſſus in *cap.vnic.de maiorat.& obed.in 6.* & quod non ſuccedat in ijs, quæ iure competunt extraordinario dicunt etiam *Genuenſ.in praxi cap.85.nu.1.& 29 Suar.tom.5.de Cenſur.diſp.41.ſect.2.nu.13.in fine.*

35 Ad comprobandam iſtam ſententiam accedit ſtylus Cancellariæ, & Datariæ, quæ ſede Epiſcopali vacante, non ſolet dirigere diſpenſationes, vel ſimiles gratias Vicario Capitulari, ſed Epiſcopo Viciniori, ſeu eius Vicario, vt dicit *Hier.Paul.in pract.Cancell.in princ.*verſ. *circa qualitatem perſonarum, & Rot.in dictis deciſ. Alen.& Aurien.* & teſtatur *Sperell.dec.31. nu.4.*

36 Et quamuis Vicarius Capitularis perindè, ac Epiſcopalis poſſit eſſe executor gratiarum, & litterarum apoſtolicarum tamquam in dignitate conſtitutus *gl.in clem.etſi principalis* in verb.*Epiſc.de reſcript.* & ibi *Anchar.nu.1.& alij Canoniſtæ Paluan.de poteſt.ſed.vac.2.par.qu.10.n.6. & 7.Sbrozz.de offic.Vicar.lib.2.qu.23.nu.3.Menoch. conſ.320.nu.42.Barboſ.de offic.Epiſc.p.3.alleg.54. num.137.*

37 Verum ſtante ſup.dicto ſtylo dicendum eſt Papam cum illo ſe voluiſſe concordare ad *tex. in c.quam graue de crim.falſ.Mandoſ.ſuper Reg.Cancell.in proœm.qu.2.num.3.Rota in d. Aurienſ.impreſſa à Marcheſ.num.3.*

38 Ex ſuprapoſitis habemus non poſſe Vicarium Capitularem in irregularitatibus, & impedimen-

eis occultis diſpenſare vigore *Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform.* cum hoc competat Vicarijs non iure ordinario , ſed extraordinario, vt patet ex verbis Concilij , vt benè conſiderat *Suar. d. diſp. 41. ſect. 2. nu. 13, Peregr. de Immun. Eccleſ. cap. 3. ſub num. 34. Alter. de Cenſuris tom. 1. diſp. 8. cap. 3. verſ. ex eo fundamento.* Licet contrarium teneat idem *Suarez in loco cit.* & ſequutus per *Sperell. dec. 131. num. 41.* diximus *d. q. 12.*

39 Similiter habemus quod Vicarius Capitularis non poteſt cognoſcere cauſas confugientium ad Eccleſias , vel ab illa extractorum *Mar. Ital. in tract. de Immun. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. §. 1. a nu. 37.* ea ratione , quia hæc facultas competit Epiſcopis, eorumque Vicarijs iure extraordinario, vt colligitur ex verbis *bullæ Gregor. XIV.* de qua re diximus *in rub. 9.* Et ideo alij Prælati inferiores Epiſcopis, licet alias ſint ordinarij, aut nullius diœceſis, non poſſunt cognoſcere de articulis immunitatis, vt deciſum ſcio per *Sacram Congregationē immunitatis in litteris directis Epiſcopo Burgi S. Sepulchri contra Abbatem de Bagno die 17. Iulij 1668* contra id quod ſeruatum dicit *D. Pilaya in add. ad Franc. de poteſtat. conſid. 75. n. 2.* vt ordinarius licet non Epiſcopus poſſit excōmunicare extrahentes ab Eccleſia in caſibus prohibitis , de qua nos *d. rub. 9. qu. 22.*

40 Sed an huiuſmodi Commiſſiones , ſub nomine dignitatis directæ tranſeant ſaltem in Vicarium generalem ſucceſſorem ? Videtur dicendum non, cum quamuis regulariter commiſſio facta ſub nomine dignitatis tranſeat in ſucceſſorem, eo quod dignitas nunquam moriatur, & tunc ſucceſſor reperit dignitatem, quæ medio tempore delegationem ſubſtinet *cap. ſi gratioſè de reſcript. in 6.* Sed hæc ratio ceſſat , quando dignitas extinguitur, pro vt contingit in dignitate vel præeminentia , quam habet Vicarius per eius mortem , vel remotionem, & is non dicitur habere ſucceſſorem, ſed alius , qui ei ſubrogatur de nouo creari dicitur. Et ſic Vicarius ſucceſſor non poteſt cognoſcere, nec decidere cauſas commiſſas Vicario anteceſſori, ſiuè ille cognoſcere cœperit , ſiuè re integra eius officium expirauerit *Bart. in l. more maiorum in fine,* & ibi *Iaſ. nu. 65. Dec. nu. 74. Caccialup. de S. Seuer. nu. 36. ff. de Iuriſd. omnium iudic. Butr. in cap. quoniam Abbas nu. 13. & 14. Imol. n. 7. Felin. nu. 7. Dec. nu. 61.* vbi teſtatur de communi, deciſum refert Romæ *Borgn. dec. 40. nu. 22. par. 1. & dec. 28. nu. 30. q. 3.*

41 Verum contraria opinio eſt quando eſt contemplatum officium, & non fuit expreſſum nomē proprium, vt dicunt *Imol. in d. cap. quoniam Abbas nu. 5. Capr. conſ. 37. num. 32. Iter. Gabriel. conſ. 32. num. 6. & 25. lib. 2.* vbi illam corroborat validiſſimis argumentis *Panorm. in d. cap. quoniam nu. 11. Vital. nu. 53. Barbat. nu. 45. & ſeqq. Leo in theſ. fori Eccleſ. par. 1. cap. 10. ſub nu. 8. Pariſ. de reſign. benefic. lib. 1. cap. 11. num. 17.* deciſum fuit Romæ *Put. dec. 487. lib. 2. Barboſ. de Epiſcop. alleg. 54. num. 5. Paul. Guazz. ad defenſ. anim. lib. 2. defenſ. 1. cap. 9. §. 1. nu 48.* benè *Sperell. d. dec. 31. nu. 12. & ſeqq.*

42 Dicitur contemplatum Tribunal quando delegans commiſit non Vicario ſolo, ſed Epiſcopo, vel eius Vicario, nam tunc Iuriſdictio tranſit in ſucceſſorem in Vicariatu , quia per adiectionem perſonæ Epiſcopi videtur habitus reſpectus ad Tribunal non ad Vicarium ipſum , ſeu eius perſonam, vt firmauit *Rota in una Syracuſ. relata per Gabriel. d. conſ. 32. nu. 1. vol. 1. Ricc. in praxi deciſ. 615. nu. 2.*

43 Sed è conuerſo quoties commiſſio non eſt facta expreſſo nomine proprio alicuius in dignitate conſtituti, vel canonicatum continentis , delegatio dicitur perſonalis *Imol. in d. cap. quoniam col. pen.* & ibi *Berou. nu. 21. & ſeqq. Pariſ. de reſign. benef. lib. 1. q. 11. nu. 12. & 13.* & ſic ſi ille cui cōmiſſio dirigitur reſignat dignitatem, aut canonicatum, cauſa non à reſignatario, ſed ab ipſo reſignante eſt congnoſcenda, poſt alios *Paris de reſig. lib. 1. qu. 11. nu. 6. Caualc. qu. 667. num. 10. in fine, Sperell. dec. 31. nu. 14.*

44 De *Iure* noſtro municipali Neapolitano, mortuo officiali, eius aſſeſſor poteſt exercere officium ipſius officialis regij, & mortuo aſſeſſore, Gubernator , antequam alius per Superiorem ſubrogetur, poteſt alium eligere in locis conuicinioribus
45 *per pragm. 10. §. 15. de offic. iudic.* Alias de iure mortuo Præſide, vel ordinario, cui aſſiſtit aſſeſſor cum iuriſdictione , expirat iuriſdictio aſſeſſoris , cum eius Iuriſdictio ſit coniuncta cum Iuriſdictione officialis , & quodammodo ab ea pendeat *cap. 1. de offic. Vicar. in 6. Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. 1. num. 10. & ſeqq. Cancer. var. lib. 2. cap. 2. num. 168.*

46 Conſiderabitur etiam ſi modo aliquo expreſſe, vel tacite mandatum , ſeu iuriſdictio huiuſmodi reuocata, & antè ſententiam ipſius delegati, reſoluta fuerit, vt per multa exempla ponit *Hoſt. in ſumma de offic. deleg. §. qualiter finiatur Spec. eod. tit. §. excepi poteſt nu. 19. gl. in cap. in litteris de offic. deleg. & cap. gratum , & cap. relatum eodem tit. Legiſta in l. & quia , & l. iudicium ſoluitur ff. de iudic. Mil. in repert.* verb. *mandatum circa iuriſdictionalia Gundi Salu. de deleg. qu. 16. p. 1.*

47 Quando Iuriſdictio expirat per mortem delegati , vt diximus *qu. 8.* tunc ſua iuriſdictio non redit ad Iudicem ordinarium , ſed ad Principem delegantem *Mar. laud. de Princip. q. 148. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. num. 50. & 61. Tuſc. lit. M. concluſ. 76. nu. 4. & ſeqq. Honded. conſ. 27. num. 13. vol. 2. Burg. qu. 82. nu. 6.* Imo ſi penderet cauſa
48 coram ordinario per viam delegationis , adhuc redit ad Principem. Imo ſi pendente proceſſu dictam cauſam ordinario remitteret, ipſe Iudex ordinarius in illa cauſa efficitur delegatus, quia ſemel cauſa effecta delegabilis, ſemper remanet delegabilis *Caual. de brach. reg. p. 1. nu. 250. & 252. Burg. qu. 82. nu. 7. & ſeqq.*

49 Sed an tranſeat delegatio in ſucceſſorem diſputat *Farinac. in praxi qu. 77. num. 165.* diximus *qu. 8.* Sed cauſa compromiſſa Titio ſub nomine dignitatis, Putà in Epiſcopum, Archiepiſcopum, Capitaneum, Abbatem , vel ſimiles , an mortuo compromiſſario illo, cauſa tranſeat ad ſucceſſorē in illa dignitate ? Et videtur dicendum tranſire, per *tex. in cap. quoniam Abbas de offic. deleg.* vbi delegatio facta alicui , ſub nomine dignitatis tranſit in ſucceſſorem .

Secundo quia executio teſtamenti tranſit in

ſuc-

ſucceſſorem in dignitate *gl.in cap.fin. de teſtam.in 6.3.* Quia vbicumque aliquid iniungitur adiectis verbis, vt faciat perſonaliter non poteſt per aliũ expediri, ergo ſecus vbi non dicitur perſonaliter *c.fin.de off.deleg.*

50 In contrarium tamen eſt veritas, vt fundat *Bar.in l.qui liberis §.l ac verba ff.de vulg.& pupill.* ea ratione quia, partes videntur habuiſſe magnã confiden iam in iſtum, quam non præſumitur habere in ſucceſſorem, imo electio hoc caſu eſſet arbitri incerti, quod fieri non poteſt *arg. cap. innotuit de arbitr.Borrell.de compromiſſ.gloſ.4. qu.26. Bal.*in terminis *in cap.1.col.5.* verſ.*ſed pone de inueſt.in marit.fact.* poſt alios plures *Borrell. §.1. gl.4.nu.129.& ſeqq.* vbi reſpondet rationibus allegatis in contrarium.

51 Finitur delegatio per mortem delinquentis, quia delictum vna cum pœna extinguitur *Farinac.qu.10.nu.36.Burg.qu.83.nu.7. Guazz.de confiſcat.bonor.concluſ.18.* diximus *in rub.9.qu.39.*& remiſſiuè *ſup.q.* & *D.Creſpi obſ.83.*vbi *nu.15 & ſeqq.* dicit hæredes poſſe conueniri etiam condemnatione aduerſus reum non facta, in crimine hæreſis, perduellionis, repetundarum, Peculatus, Apoſtaſiæ, Deſertionis militiæ, homicidij eius, cuius ſucceſſor quis eſt, Aſſaſſini, fraudis gabellarum, & interficientis ſe ipſum, & ibi latiſſime explicat hanc materiam, latè etiam de materia *Gutier.in repet.l.vnic.C.ex delict.defunct.*

52 Sic etiam Iudex delegatus in caſibus, quibus poteſt ſubdelegare, ſi ſubdeleget non poteſt cauſam ſubdelegatam reaſſumere etiam quod ſubdelegatus abierit in locum, etiam vltra duas dietas vt deciſum refert *Themud.dec.161.lib.2.*

53 Finitur delegatio ſi delegatus per errorem pronunciet ſe non eſſe delegatum *cap. ſignificantibus de offic.Iudic.deleg.* Et quamuis poſtea partes
54 in ipſum conſenſiant neq; poteſt procedere *d.c. ſignificantibus Obrecht.de iuriſd.lib.4.cap.8. nu.31.*
55 *& ſeqq.* Finitur etiam ſi Iudex ſuperior vetet, ne is in cauſa ſe intromictat *l. iudicium ſoluitur ff.de iudic.Obrecht.d.cap.8.nu.2.* Nec poſtea partes poſ-
56 ſunt coram ipſo agere, cum tunc ſit perſona priuata *Scialoya de foro comp.cap.33.nu.83.& 91.*

S V M M A R I V M.

1 *An delegati poſſint eligere actuarios, & nuncios? & illos remouere? & nu.2.3.4.5 & 6.*
7 *In quo loco debeat erigere Tribunal? & nu.8.*
9 *An delegati habeant poteſtatem torquere teſtes, & reos & nu.10.*
11 *Habentes poteſtatem condemnandi, an poſſint abſoluere? & nu.12.*
13 *Quomodo debeat interpretari reſcriptum delegationis? & quomodo ſoleat eſſe illud? & à num.14.ad num.17.*
18 *Delegatus ad totalem cauſam an poſſit exequi ſuam ſententiam? & à nu.19.ad nu.28.*
29 *Delegata executione, an ſit conceſſa cognitio negotij? & nu.30.31.32.*
33 *An debeat fieri depoſitum à dicente de nullitate contrà ſententias delegati? & in 34.ad nu.37.*
38 *An poſſit remitti pœna nullitatis? & à num.38. ad num.47.*
48 *Quando commiſſio cauſæ cenſeatur facta delegatiuè, vel excitatiuè, vbi alia, & à nu.49.ad fin.*

Iudices delegati an poſſint eligere Notarios, & Nuncios. An poſſint torturam inferre reis, & teſtibus. Quomodo poſſint procedere tales delegati, an poſſint exequi ſuas ſententias. An contrà illorum ſententias dicens de nullitate debeat facere depoſitum, & an illud poſſit remicti ex cauſa, & quando Iuriſdictio dicatur excitata, & quando delegata? vbi alia ad materiam.

Q V Æ S T I O XVII.& vl.

1 IVdices delegati in cauſis ſibi commiſſis à Principe, & ab alijs Superioribus, poſſunt eligere Notarios, ſeu Cancellarios *Franc. Marc.dec.137.nu.2.par.1.Gratian.dec.143. nu.5.Burg.qu.90.nu.18.*vbi ſubdit idem eſſe dicendum de electione eius porterij, cum militet eadem ratio, allegat *Franc.Marc.dec.137.Gratian. decis.143.nu.5.* ſequitur *Abruzz.in repetit. l.1. ff. de offic.eius in rub.qu.3.num.30.* Poſſunt eligere
2 nuncios, & executores, qui partes citent, & alia in dictis cauſis neceſſaria exequantur per *tex.in l.2.C.de ſponſal.*& ibi *gl.* verb.*ſupponere in 1.opin.* & ibi *Bar.& Fulg.in fine Caball.caſ.crim.262. nu.1.* Quod non procedit in ordinarijs qui tenentur vti actuarijs, & Nuncijs ordinarijs Curiæ *Boer.decis.288.nu.16.Abruzz.vbi ſup.*

3 Et tales nuncij, & executores ante omnia iurare debent de bene, & fideliter officium ſuum exercẽdo, & dictum iuramentum operatur, vt eorum relationibus ſtetur abſq; eo quod poſtea in ſingulis iurent, pro vt notatur *in cap. cum parati de appell. & in auth.in iſto C.de iuram.calumn.* vbi *Salyc.nu.1.* Qui dicit hoc procedere etiam in delegato ad vnam cauſam tantum per *cap. cum pariter de appell.*vbi *DD.*ſignanter *Barboſ.*

4 Et ſicut poſſunt eligere, ità etiam malè ſe gerentes in officio, remouere, & punire, ac alios in eorum locum ſubrogare valent *l.2.*& ibi *not.Cin. nu.1.Bal.n.2.Bar.in fin.Alberic.nu.1.& 2.not.Fulgoſ.in 1.2.& 3.not.Salyc.nu.1. Caſtr.num.3. C.de ſport.Caball.d.caſ.262.nu.3.*

5 Quod maximè eſt verum in delegato Principis, vel ad Vniuerſitatem Cauſarum, qui ſine dubio poteſt aſſumere nuncios, & executores quos velit, & eos remouere, & pecuniariter punire, ſecus eſt in alijs delegatis ab alijs, vel non ad vniuerſitatem cauſarum, qui non poſſunt Nuncios, & executores eligere, nec aſſumere alios quam deputatos in Curijs ordinarijs, etſi eſſent dati ſibi ab ipſo delegante, non poſſet ipſos mutare ſine illius licentia *Caſtr.in l.2.nu.3.C.de ſport.Caball. d.caſ.262.nu.4.Guazzin.defenſ.13.c.12.nu.3.*

6 Verum ſi delegatus Principis, vel ad vnam Cauſam tantum criminalem, Nuncios, vel executores non deputauit, ſed citationes, executiones

nes, & alia neceſſaria fieri fecit per nuncios, & executores Curiæ iudicis ordinarij loci, vbi cauſa cognoſcitur non poteſt eos remouere ab officio per alios eis dato, etiam quod eſſent priuandi pro delictis commiſſis in cauſa ſibi delegata *Salic. in d. l. 2. nu. 2. Caball. d. caſ. 261. nu. 5. & ſeqq.* vbi *nu. 5.* poſt *Cyn. d. l. 2. num. 1.* firmat etiam quod Iudices delegati poſſunt multare nuncios, & executores, ſed non in tantum, quantum faciunt iudices ordinarij. Et *Alberic. in d. l. 2. in fine*, & ibi *omnes ſcribentes* dicunt, quod poſſint dicti Iudices delegati illos punire vſque ad tres aureos, & ad ſuos iudices referre eorum malitiam, qui pœnis corporaliter eoſdem puniant, vt de communi teſtatur *Caball. d. caſ. 262. nu. 5. & 6.* Sed talis delegatus à Principe non poteſt priuare executores, & nuncios ab alio deputatens, etiam qood eſſent priuandi officio pro delicto commiſſo in cauſa ſibi delegata *Caball. ibid. Guazzin. defenſ. 13. cap. 12. num. 4. Scialoya de foro compet. c. 32. nu. 3.*

7 Sic etiam ſi non fuerit ſibi deſtinatum Tribunal, neque illud habeat poterit eligere illud in quacunque domo vbi ius eſſet redditurus, ac etiã poterit eligere quemcumq; locum ad ſententiam proferendam *Purpurat. conſ. 48. nu. 7. Cumia de ſyndic. cap. 3. nu. 1. Menoch. q. 64. nu. 3. lib. 1. de arbitr. Decian. tract. crim. lib. 4. c. 25. nu. 14.*

Cum delegata iuriſdictione cenſeantur omnia eſſe delegata cum quibus iuriſdictio exercere poſſit *Hercul. de attent. cap. 12. nu. 9. Mandoſ. de inhibit. qu. 18. nu. 4. Menoch. qu. 74. num. 34. & 38. de arbitr. Tuſc. lit. I. concluſ. 437. n. 6. & ſeqq. Burg. qu. 90. num. 20. & ſeqq. Scacr. de iudic. lib. 2. cap. 9. nu. 764. Caball. caſ. 261. num. 1. & ſeqq.*

8 Verum ſi delinquat poteſt à Iudice ordinario loci delicti habente cognitionem talis delicti, cognoſci, & puniri, vt bene fundat *Caball. caſ. 53.* quod intelligendum eſt finita delegatione, ſecus durante illa, nam eſt ſuperſedendum in punitione *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. num. 55. Tuſc. lit. I. concluſ. 436. in fine* ſequitur *Burg. de modo procedend. ex abrupt. qu. 97. Laurent. de Iudice ſuſpecto cap. 4.* Verum ſi de facili poſſit Princeps delegatos conſuli eſſet ſuperſedendum per ordinarium contra delinquentem ex *Felin. in cap. 1. n. 49. & ſeqq. de conſtit. Abbruzz. vbi ſup. q. 1. n. 19.* apud nos, quo ad Commiſſarios, & Nuncios regios delinquentes eſt *pragm. 3. & 6. 7. de commiſſ. 34. §. 12. de offic. mag. iuſt. Scialoya d. cap. 32.*

9 An iſti Commiſſarij etiam delegati à Principe habeant facultatem inferendi torturam teſtibus, & Reis. Reſolutiuè dicimus hoc pendere à facultatibus ſibi conceſſis, & ideò Si in commiſſione fuerit eis data ampla poteſtas, & præſertim cum clauſula illa: *Cum dependentibus, emergentibus annexis, & connexis*, ac cum alia clauſula: *Dantes, & concedentes vices, & voces noſtras*, tunc poſſunt teſtes, & reos torquere, ſecus ſi deficerent ſimiles clauſulæ, vel aliæ idem importantes, quia per delegatum non poterit deueniri ad aliam ſpeciem torturæ *Caualc. de brach. reg. par. 1. nu. 272.* vbi loquitur in ſubdelegato *Maur. Burg. de modo proced. ex abrupto q. 100. n. 124. & ſeqq.*

10 Ideo ad tollendas has difficultates Romæ, & præcipuè in Tribunali Auditoria Cameræ expediuntur iſti commiſſarij ad conficiendum proceſſum Informatiuum, ſibi tribuitur facultas in ſpecie torquendi teſtes pro habenda reſponſione negatiua, vel affirmatiua, vel pro præciſa reſponſione, vel etiam pro habenda veritate de delicto, de quo quæritur, & ſibi commiſſo *Guazzin. defenſ. 13. cap. 12. nu. 9*

11 Etſi ſibi fuerit data facultas condemnandi delinquentes, poterit etiam eos ſi innocentes reperiat, abſoluere, cum abſoluere, & condemnare cõuertibilia ſint *Menoch. qu. 43. nu. 2. & ſeqq. lib. 1. Caualc. de brach. reg. p. 1. nu. 10. Tuſc. lit. A. concluſ. 4. nu. 1. Burg. q. 23. nu. 292. Farinac. in fragm. crim. lit. A. nu. 6. & ſeqq.* qui *nu. 12. & ſeqq.* diſputat an qui condemnare, vel abſoluere non poteſt, poſſit declarare, & pronunciare aliquem eſſe abſoluendum, vel condemnandum. Sed ſi alicui fuiſſet data facultas condemnandi, & abſoluendi, ſi illi deindè auferatur facultas condemnandi, an cenſeatur etiam ei ablata facultas abſoluendi *Menoch. de arbitr. q. 43. nu. 29. & ſeqq.* ponit tres caſus pro reſolutione. Primum quando ex verbis conſtare poteſt, quod ſublata poteſtate condemnandi non eſt ſublata facultas abſoluendi, puta ſi Princeps ab eo, cui vtraque erat permiſſa his verbis auferret poteſtatem condemnandi: *Cato iudici noſtro ſolam condemnandi facultatem interdicimus*, & hic caſus eſt clarus 2. quando per rationem aliquam finalem eruimus, mentem Principis eſſe velle etiam ſolum interdicere vnam ex his poteſtatibus condemnandi ſcil. vel abſoluendi, & tunc illa ſublata dicitur, eſt exemplum *in clem. 1. de hæreticis* 3. quando nulla conſiderari poteſt ratio nec ex verbis, nec ex mente cur potius facultas abſoluendi interdicatur, quem condemnandi, & tunc vno ſublato dicitur ſublatum alterum, probat *Menoch. ibid. nu. 32.*

(margin: 12 at "dum, vel condemnandum")

13 Et cum Princeps committit alicui aliquam cauſam criminalem, vel Ciuilem, vt in illa procedat vt delegatus, vel cum delegatione, & ſuper hoc efformet reſcriptum, illud adunquem debet obſeruare, circa abreuiationem termini, & non admittendæ, vel admittendæ appellationis, & circa alia, vt diximus *ſup. qu. 13. & ſeqq.* Si vero non adſit reſcriptum extenſum, ſed tantum dicatur in illo: *In cauſa talis inquiſiti procedat talis Iudex, vt delegatus noſter.* Eo caſu poteſt dictus Iudex procedere cum abreuiatione termini, & ob qualitatẽ delicti, etiam per horas, vt per *Gramat. voto 28. in fine Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de delegat. nu. 1.* quod etiam vbi Iudex competens procedit ordinariè, ſi delictum eſt graue poteſt procedere per horas, vt ſeruatum refert *Francbis dec. 520.* & per delegationem coarctatur defenſio *Reg. Merlin. contr. 67. cent. 1.* Sed ego cum *Dauza de pugn. DD. tom. 2. tit. de offic. deleg. cap. 2. num. 31. & ſeqq.* teneo contrarium, niſi Princeps hoc concedat, vel niſi cauſa ſit grauiſſima, cum doctrinæ allegatæ hoc non dicant. Et poteſt procedere etiam appellatione remota *Reg. Ponte ibid. nu. 5.* Ea ratione, quia delegatus erẽs ſententiã, dicitur Princeps ſententiare *Caualc. de brach. reg. par. 1. num. 167.* & vices, & voces Principis delegantis gerit *Catal. de indult. cap. 36. nu. 128. Canal. dec. 19. nu. 30. p. 1. Afflict. in praxi §. 3. cap. 3. nu. 8. Menoch. de præſũp. lib. 2. præſ. 16. nu. 6. & conſ. 422. num. 71. Iaſſon. recem. 28. nu. 8. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. nu. 8.*

& conſ.

& conſ.3.nu.45.vol.4. Burg.de modo proced. ex abrupt.q.75.n.8. late *Rodulph.de ſup.Princip.poteſt.p.2.in tract.quibus modis ordin.effic.deleg.Giurb.conſ.39.num.25.*

14 Et hoc caſu talis Iudex non tenetur ſeruare ſtatuta loci, in quo eſt creatus Iudex ordinarius, ſed ſtylum procedendi aliorum delegatorum in dictis cauſis *Rodulph.in d.tract.quib.modis ordin.effic.deleg.nu.57.Ball.tract.var.tit.de queſtion. qu.8. nu.8 Burg.qu.74.nu.18.*

15 Forma delegationis olim factæ à D. Vicerege eſt tenoris ſequentis. *Haſe viſto conſideratamente la relacion de lo que eſta prouado, y coſta de N. por la informacion tomada ſobre el homicidio cometido en perſona de N. y las circoſtancias, que concurrieron en el, y por hauer parecido delicto digno de demoſtracion he reſuelto de delegar ſu conocimiento à eſſe Tribunal, y aſſi os ordeno que iuntamente, con el procedais de iuſtitia en la cauſa como delegato mio haſta la ſentencia y ſu execution incluſiuè, que para ello en virtud de la preſente os concedo toda la autoridad y comiſion neceſſaria, diſpenſando in caſo neceſſario à las Pramaticas y coſtituciones del Reyno, y à ſu tiempo me auiſareis de la exequcion, que ſe ſe huuiere tenido.*

16 Verum licet delegatus huiuſmodi non teneatur ſeruare iuris ordinem in procedendo *Burſat. conſ.201.nu.117.Bertax.conſ.564.nu.2.* Tamen non debet procedere cum maxima ſeueritate, maximè in torquendo *Cauale.de brach. reg.par.3.nu.145. & ſeqq.* Nec debet dicta poteſtate abuti, latè *Burg.de modo proced.ex abrupt. qu.62. num.25. & ſeqq.* qui dicit debere talem delegatum procedere cum magna attentione, conſideratione, & conſcientia.

17 Poteſt talis delegatus procedere in dictis cauſis etiam diebus feriatis in delictis grauibus, & exẽplaribus, in alij non, niſi in reſcripto detur poteſtas procedendi in diebus feſtiuis, vel per verba æquipollentia puta: *procedas non obſtantibus Iuris ſollemnitatibus*, vel *procedas de iure, & de facto Cauale.de brach.reg.p.2.num.78. Palma in diuerſ.iur. par.2.gl.9.nu.27.& ſeqq.Marcheſ. de commiſſ. par.1.cap.10.nu.28.Danza de pugna DD.d.tit.de offic. deleg.c.3.n.8.& ſeqq.* alia diximus *in rub. anteced.*

18 Sed delegatus ad totalem cauſam an poſſit ſuã exequi ſententiam? Et videtur, non poſſe, quia iuriſdictio delegati regulariter extinguitur per pronunciationem ſententiæ *cap.in litteris de offic. deleg.Medic.in tract.mors omnia ſoluit par.2.qu.31. nu.84.Iannin.de cit.reali lib.5.cap.5.nu.98.Tuſc. lit.I.concluſ.432.nu.23.& concluſ.440.nu.1.* hanc opinionem tenent *Decian.tract.crim.lib.4.cap.23. nu.55.Menoch.de arbitr.qu.74.nu.56. Peguer.in pract.crim.rubr.29.nu.3.Obrect.de Iuriſd.lib.4.cap.6.nu.40.& ſeqq.DD.apud Giurba conſ.39.nu.7.*

19 Alij vero tenent executionem faciendam per ipſum delegatum, quia conceſſa iuriſdictione, cẽſentur pariter conceſſa omnia, cum quibus iuriſdictio eſt exercenda, & diffinienda *gloſ.in cap.ſi quis de foro compet.* & ibi *Felin. & Marin. Guid. Papa dec.367.Vital.de claſ.* verſ. *ſed an Iudex fol.239.nu.8.Iannin.lib.1.cap.1.nu.569.* dicit eſſe communem opinionem, tam de iure canonico, quam ciuili *Marant.p.4.diſt.5. nu.45.* Et iuriſdi-
20 ctio delegati poſt quam protulit ſententiam durat tantum reſpectu executionis faciendæ *Hondod.conſ.27.nu.45.vol.2. Tuſc.concluſ.548. nu.5. & 6.lit.D.& concluſ.434.num.12. & concluſ.440.*
21 *nu.10.lit.I.* Maximè in delegato Principis *Alex. in l.1.l.à diuo Pio nu.3.ff.de re iudic. Tuſc.lit.I.d. concluſ.440.nu.10.* poſt alios *Giurba conſ.39.n.29*

22 Pro concordia alijs videtur dixtinguere. Aut Princeps delegauit præmiſſam poteſtatem ſimpliciter proceſſiuam contra eos ex offenſiuo proceſſu abſque expreſſa facultate exequendi prouiſiones per delegatum faciendas, & habet locum prima opinio de iure canonico, & ciuili *Menoch. de arbitr.qu.74.nu.48.& ſeqq.Petr. à Syria qq.forenſ.*
23 *qu.25. nu.3.* Siue bene, ſiuè male tales Prouiſiones fiant poſt *Vant.rub.3.num.14. Tiraquell.in l. boue §.hoc ſermone lim.1.nu.7.* Quod multo magis
24 procedit ſi Princeps in litteris delegatorijs ſpecialiter ſibi reſeruauerit executionem prædictarum prouiſionum *Guid. Pap. deciſ.369.* Aut verò
25 Princeps conceſſit dictam poteſtatem cum expreſſa facultate exequendi, & tunc locum habet ſecunda opinio *Burg.* latè *qu.95.per tot.*

26 Mihi placet dicere in hac re, Vt delegatus Principis poſſit exequi ſuam ſententiam *Alex.in l.à diuo Pio col.2.& ibi Bar.n.2.ff.de re iudic. Abb. in cap. ſi quis contra de foro compet. Meroll. theol. mocal.lib.3.diſp.7.cap.3. nu.22. & cap.4.nu.217. & ſeqq.Obrect.de Iuriſd.lib.4.cap.3.num.24.* infrà tamen annum *cap.conquerente de offic.deleg.Squill. de priuil.Cleric.cap.2. num.89. Cauall.qq.commun. contra commun.qu.632.nu.1.& ſeqq.*

27 Sed delegatus inferioris à Principe nequaquam, ſed exequitur ordinarius, qui delegauit *l.à diuo pio in princ.* vbi *Bart. & alij ff. de re iudic. l.properandum §.ſin autem C.de iudic.Maranta in ſpec.par.4.diſt.5.nu.45.& par.6.act.3.num.4. Meroll.vbi ſup.nu.21.cap.3.& cap.4.num.225.* bene hic poteſt exequi interloquutoriam *Bar. in d.l.à diuo pio nu.19.* & ibi *Iaſ.num.27.* Poteſt ſimiliter ſi delegans ſibi committat executionem *Maranta d.diſt.5.poſt nu.45.Meroll.vbi ſup.num.24. Cauall. d.qu.632.nu.6.& ſeqq.* vbi hoc fundat etiam de
28 iure canonico. Sic licet Iudex delegatus ab inferiore à Principe antè litem conteſtatam non poſſit facere ſequeſtrum, ſed tantum poſt litem conteſtatam, tamen Iudex delegatus à Principe poteſt quandocumque facere ſequeſtrum *Carocc. de ſequeſtr.par.3.qu.25.* Verum talis delegatus ab inferiore poteſt victum in expenſis condemnare *Bal.in l.ſancimus nu.15.C.de iudic.* Item nec arbiter poteſt ſuum laudum exequi, etiamſi ex illo actio producatur, vt eſt *tex. in l.cum antea C.de arbitr.* & de iure Hiſpano eſt *l.4.tit.21. lib.4. recop.* Nec licet Iudici prorogato vt *in l.Epiſcopale verſ.fin.C.de Epiſcop.aud.* quem *tex.* ita communiter intelligi dicit *Cur.Iun. in l.cum quedam puella nu.17.ff.de Iuriſd.omn.iudic.* ſequitur *Cauall.d.qu.632.num.vl.* Contra tamen in Iudice prorogato eſt veritas, ſi Iudex ille poterat inter ſubditos exequi ſuam ſententiam *Spec. lib.2. tit.de compet. iudic.adition.§.5.nu.53.Guid.Pap.dec.77.nu.4.Capibl.de baron.in prag.8. par.1. nu.104. Carlenal.de iudic.qu.8.ſect.6.nu.5238. cum ſeqq.* Quod eſt intelligendum ſi condemnatus habeat bona in territo-

ritorio iudicis prorogati, aliàs ipſe iudex prorogatus reſcribit Iudici ordioario, vbi adſunt bona condemnati, vt exequatur ſeuteutiam *Marian. Socc. in cap. ſignificaſti num. 52. de foro compet. add. ad Guid. Pap. in dec. 77. Carauit. in rit. 262. nu. 13.* & ità poteſt procedere opinio *Maraat. in ſpec. diſſ. 12. nu. 19. & aliorum ſup. adductorum* tenentiũ oontrarium, ſequitur *Scaloja de foro compet. cap. 12. num. 61.*

29 Sed concefſa, & mandata executione, an atiam cognitio mandata iotelligatur, Reſolutiuè dicimus debere dixtingui. Aut eſt mandata executio cauſæ, aut executio ſententiæ. Primo caſu etiam cognitio mandata intelligitur, quia prius Cauſa cognoſcenda, quam exequenda eſt *l. ei ſi non cognito C. ſi contra ius vel vtil. publ. l. 1. C. de execut. rei iudic.* Poſteriori caſu diligenter eſt videudum an de rebus in quas executio fieri debet, an verò de exceptionibus, quæ ſententiæ, vel executioni opponuntur quæſtio eſt, ſi de rebus quæritur, omnioo executor de ijs cognoſcere poteſt latè *Obrecht. de iuriſd. lib. 4. cap. 6. nu. 4. & 46.*

30 Sed quid dicendum ſi delegatus in caſibus quibus poteſt exequi ſuam ſententiam illam exequatur, & deinde poſſeſſor moleſtetur, vel eiciatur à poſſeſſione, an poſſit idem delegatus reponere? & Reſolutiuè dicimus poſſe, ea ratione, quia ſententiæ ſemel executæ peti iterum executio poteſt, ſi expletæ iam executionis effectus non duraret amplius *Bertrand. conſ. 232. num. 12. vol. 3. Aſia. in praxi §. 31. ampl. 5. Fenut. de moment. tempor. cap. 29. nu. 2.* & factum non dicitur, niſi factum duret *l. acceptis ff. ad l. falcid. l. mutuus ff. locat. cum concord.* relatis per *Ginrb. conſ. 39. num. 22.* nec eſt habenda ratio actus, qui noo durauit *Surd. cõſ. 179. an. 51. Bellon. de ijs, quæ fiunt iacontin. cap. 81. & 85. nu. 6.*

Ex his dicimus Iuriſdictionem cuiuſque iudicis durare, vt ſuam ſemper poſſit ſententiam tueri, & contrauenientem punire, nè alias redderetur eluſoria *cap. coquerenti*, & ibi *Card. q. 7. de offic. deleg.* vbi oon videtur (dicit), adeptus poſſeſſionem, qui eam retinere non poteſt, nec dominium *l. fin. §. fin. C. de bonis quæ liber. Magon. dec. Flor. 19. nu. 1.* Et ſic delegatus poteſt facere, vt executiooi iã factæ parendum ſit, quaſi hoc non ſit nouum factum, ſed ſequela facti *Gratian. diſcept. 226. n. 36.*

31 Maxime ſi adſit clauſula: In poſſeſſione inducat, inductumq; manuteneat, & defendat, nam poſt traditam poſſeſſionem intromittere ſe poteſt, cum conſeruator fere ſit, & eius officium duret *Gemin. in cap. ſi cui nulla nu. 5. de præb. in 6. Gratian. d. diſcept. 226. nu. 39. Macerat. lib. 1. reſol. 112. caſ. 66.* Et non ſolum contra deiectum ſi perturbet, ſed contra tertium etiam turbantem cognoſcere ipſe poteſt, ſi iuriſdictione aliàs careret *cap. pro illorũ de præb. cap. 1. de offi. deleg. Marcheſan. de commiſſ. par. 1. §. 1. num. 177. fol. 939.* Et conſeruat iuriſdictionem executoris clauſula, *& inductum defendat Zabarell. conſ. 54. nu. 2. ad fin. Marta clauſ. 60. ſub num. 3. par. 1.*

32 Non tamen eſt ſine difficultate concluſio hæc, quod per dictam clauſulam duret officium delegati, nam alij dicunt non perpetuam tribuere iudici iuriſdictionem, ſed quouſque gratia plenè fuerit executa ad annum vſque *cap. conquerenti de offic. deleg. Zabarell. conſ. 10. num. 4. Marta d. clauſu. 60. nu. 1.* executoris officium quoq; durat quandiù negotio ſibi ad exequendum commiſſo infrà annum paritum fuerit, vt ſi noua exindè oriretur perturbatio, is qui officio functus eſt non ſe intromittat amplius, ne ordinarius effici videatur *Innoc. in cap. pro illorum nu. 3. de præb. Anchar. conſ. 92. nu. 4. ad fin.* ſed ordinaria pro eo agendum erit, quod nouiter fuerat attentatum *Inſc. lit. C. concluſ. 318. Campanil. in diuerſor. iur. Canon. rubr. 11. cap. 13. nu. 283. Barboſ. in d. clauſ. inducatis in poſſeſſionem.* Et ſic delegati iuriſdictio ad illud vſque tempus, & non vltra extenditur *Henric. Boyc. in cap. pro illorum de præb. Marcheſan. de commiſſ. par. 1. §. 1. nu. 177. fol. 939.* quæ opinio mihi verior videtur ex *d. tex. cap. conquerenti de offic. deleg.* eſt videndus *Ginrb. d. conſ. 39.*

33 Diximus *in rub. 6. qu. 13.* plura de depoſitis faciendis pro pœna nullitatum proponendarum aduerſus ſententias Iudicum, & Tribunalium ordinariorum. Quæſtio hic eſt an debeat fieri depoſitum, & quantum dum proponuntur nullitates contra Iudicis delegati ſententias? Et pro reſolutione difficultas poteſt accidere, vel quando vni tantum Iudici delegatur aliqua cauſa, qui ſit Iudex M.C. Vicariæ, vel Regius Conſiliarius, vel quando pluribus Iudicibus, vel M.C.V. vel S.R.C. vel partim Iudicibus, & partim Regijs Conſiliarijs. Primo Caſu ſi vni iodici M.C. vel Regio Conſiliario delegetur cauſa per ipſum ſolum definieoda (nam non loquimur de caſu, quo delegetur illi cauſa, ſed referenda in ſuo Tribunali, vt eſt ſtatutum de iure noſtro Neap. per *prag. 22. §. 5. de vectigal. & gabell.* nam tunc omnia procedunt, vt diximus de depoſito faciendo contra ſẽtentis M.C. vel S.R.C. *d. qu. 13.* cum tunc ſit cõprehenſus hic caſus in *pragm. 4. §. 16. de dilation.*) & tunc cenſeo non debere fieri depoſitum aliquod, nam diſpoſitio *d. pragm.* loquitur de Tribunalibus regijs, vt legenti patet, & hoc eſt ſtatutũ propter authoritatem, & dignitatem Tribunaliũ regiorum, in quo vt plurimum ſolent eſſe plures Iudices docti, & ſapientes, igitur non debet extẽdi ad vnum Iudicem, nam lex pænalis, & correctoria non extenditur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam *Tiraq. in tract. ceſſante cauſa par. 1. nu. 162. Farinac. in praxi par. 4. conſ. 65. nu. 124. & fragm. crim. par. 1. lit. E. nu. 77.* et vnus Iu-

34 dex, & totum Tribunal ſunt diuerſa *gl. in Clem. 2. verſ. in eiſdem verſ. vnde poteſt dici quod cum Prælatus, & Capitulum ſint diuerſa & c. de ætate, & qual. & ord. præfic. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 45. nu. 54. Fr. Emanuel. qq. regal. tom. 3. qu. 51. art. 8. Paul. Lorman. qq. Canonic. de prælat. Eccleſ. elect. qu. 18. verſ. quia Barboſ. in tract. de appell. verb.* verb. *Capitulum,* licet in largiſſima ſignificatione conueniant *Rebuff. de nominat. qu. 8. nu. 34. gl. vbi ſup.*

35 In 2. vero caſu licet poſſit dici, Iunctam Iudicum hoc modo efformatam, non dici Tribunal, & ſic non regulari à dicta *pragm. 4. §. 16. de dilation.* Tamen io contrarium eſt veritas, nam duo Iudices faciuot Tribunal per *pragm. 1. de offi. Iuſtitiar.* quod procedit in cauſis ciuilibus, in criminalibus requiruntur quatuor per *eandem pragm. 1.*

liçet

Digitized by Google

licet diſſentiat *Reg. Merlin. lib. 1. controu. 25.* diximus *in rub. 9. qu. 50. nu. 46. & 47.* & in cauſis delegatis etiam quatuor per *pragm. 1. de delegat.* & tres faciunt Collegium *l. neratius ff. de verb. ſignific.* Et hoc ſecundo caſu debere fieri depoſitum, exiſtimo, quia huic caſui conueniunt verba *d. pragm. 4. §. 16.* cum dicta Iuncta ſit *Tribunal*, & ſit *regium*, & vbi conueniunt verba legis conuenit illius diſpoſitio *h4. §. toties ff. de damn. infect. l. ita autem ff. de adminiſtr. tutor. l. conſtitutionibus ff. ad municipal. l. quod dictum ff. de pactis l. 1. §. loquitur ff. de magiſtr. conuenien. cum concord. Caſtill. lib. 5. contr. cap. 82. nu. 1. & ſeqq.*

36 Si verò eſſent duo regij Conſiliarij, & vnus Iudex M.C.V. tunc attenditur dignitas maioris partis, vt diximus hic proximè in Iuncta duorum conſiliariorum, & duorum iudicum, & ſic eſſet fa-
37 ciendum depoſitum pro vt fit contra ſententias, & decreta lata à Conſiliarijs, vt diximus in *d. qu. 13.* Aut eſſent duo Iudices M.C.V. & vnus Conſiliarius, & tunc ſufficit fieri depoſitum vt fit in d. M.C.V. vt diximus etiam *in d. qu. 13.* Aut eſſent duo Conſiliarij, & duo Iudices, & tunc attenditur dignior pars Conſiliariorum, *l. fin. C. de petit. hered.* diximus in ſimili *rub. 3. qu. 19. nu. 42.* & ſic debet fieri depoſitum pro vt fit in S.R.C. & ſic in vnoquoque ex dictis caſibus ſeruatum pluries vidi, & relatum mihi fuit ab illis miniſtris, qui interfuerunt.

38 Ad hoc propoſitum. Diximus *in d. rub. 6. q. 13. nu. 26.* ex diſpoſit *pragm. 4. §. 22. de dilation.* non poſſe remitti pœnam nullitatum, citato *D. Epiſc. Affl. in addit. ad cap. 13. nu. 3. controuerſ. forenſ.* Sed quæſtio eſt an Tribunalia magna prout ſunt Collat. Conſilium, Sacrum Conſilium, & Regia Camera Summariæ poſſint ex cauſis mandare, quod reſtituatur depoſitum? quod non poſſint, facit, quia hæc Tribunalia licèt magna ſint, tamen non poſſunt iudicare contra leges etiam rigoroſas *l. 1. C. de legib. Chriſtin. dec. 51. nu. 6. & ſeqq. & deciſ. 63. nu. 5. vol. 2. & dec. 65. nu. 4.* Imò nec Princeps
39 ſupremus poteſt legem condere contra ius commune *Alber. in l. 1. ff. quod quiſq. iuris Bal. in cap. cum eſſes de teſtam. Laudenſ. de Princip. qu. 335. & 454. & in tract. de Cardinal. qu. 42. verſ. 39. Redoan. de ſimon. par. 1. c. 15. nu. 9.*

40 Et licet poſſit dici, quod ſicut poteſt Regium Collat. Conſilium leges facere contrarias legibus promulgatis ex cauſis *l. 2. C. de offic. præf. Prætor. orient. & Illir. & l. 1. ff. de offic. præf. prætor. l. formam C. eodem tit. l. 1. C. de ſent. Præfect. Prætor. Ottiuell. in repet. l. imperium ff. de Iuriſd. omnium iudic.* Et ob publicam vtilitatem priuilegia conceſſa reuocare *Bald. in l. qui ſe patris C. vnde liberi Gaill. lib. 2. obſ. 60. in fine* & habetur *in pram. 1. de priuil. Vniuerſ.* Sic igitur poteſt iudicare contra leges, & illis ex cauſa diſpenſare. Tamen debet intelligi
41 poſſe id facere per D. Viceregem, cum eorum voto, & per legem generalem, vt dicit procedere diſpoſitiones dictorum *textuum Taſſon. de antef. verſ. 2. obſ. 2. nu. 44. & 53. Reg. Ponte de poteſt. Prorег. tit. de diuerſ. Prouiſ. tit. de decret. Collat. Conſil. num. 11. fol. mihi* 490.

42 In contrarium tamen mihi videtur eſſe veritatem, vt ſcil. poſſint pœnas nullitatum remittere ex cauſis, vt vidimus pluries ſeruatum per Collat. Conſilium, per S.R. Conſilium, & Regiam Cameram, & retulit mihi D. Præſidens digniſſimus Regiæ Cameræ *Marcus Antonius de Riſi* Iuris conſultiſſimus, & miniſter integerrimus meus ſingularis dominus. Ratio meo iudicio eſt quia
43 hæc ſunt Tribunalia ſuprema, & gerunt vices Præfecti prætorio, vt de Collat. Conſilio dicit *Taſſon. de antef. verſ. 7. obſ. 3. nu. 32. Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſib. reg. §. 5. & 7. Reg. Tap. de præſt. regal. Cancell. tit. de prærogatiua illius nu. 1. & ſeqq. D. Petr. in rit. M.C. f. 1. nu. 8.* De S.R.C. diximus alibi *Conſ. Petr. in rit. 1. nu. 12. & ſeqq. D. Reg. Miroball. in alleg. pro Sacro Conſilio* impreſſa per *nos in add. ad Reg. Rouit. dec. 65. nu. 25. & in fine operis Reg. Latro conſult. 6. nu. 78.* & dicit de M.R.C. Regni Siciliæ *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 5. cap. 8. nu. 2.* De Regia Camera dicit *Conſ. Petr. in rit. 1. num. 20. in fine* adeſt *pragm. 5. in princ.* vbi appellatur Supremum Tribunal *Reg. Galeot. reſp. fiſcal. 1. nu. 41. Larrea alleg. 52. nu. 13.* latè *D. Reg. Cala in allegat. pro Reg.* Camera inſerta per *D. Top. de origin. Tribunal. par. 3. fol.* 430. & ſic licet illius ſit interpræatari cuius eſt condere leges *l. 12. §. 1. C. de legib. Menoch. conſ. 3. nu. 22. conſ. 160. & ſeqq. Ricc. coll. 2718. Acat. Enenkel. de priuil. lib. 2. cap. 3. in fin. Brunem. in C. in d. l. 12. §. 1.* Tamen Suprema Tribunalia prædicta poſſunt interpratare pragmaticas, leges, & priuilegia, vt de Collat. Conſilio eſt *l. ex facto 43. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ibi *beneficia quidem principalia Anna ſing. 644.* cum Principis ſit hoc facere *l. 1. 9. & 10. C. de legib. l. 2. §. non quia verſ. ſi quid circa ſia. d. l. 2. C. de veter. iur. enucleand. & in nouell. 143.* & leges ſupplere *l. 10. ff. de legibus Taſſon. verſ. 7. obſ. 3. nu. 60. & 61.* & de Sacro Conſilio dicit *tex. d. l. 10. ff. de legibus Gizzarell. dec. 23. & 25.* vbi refert interpretationes factas *Taſſon. d. obſ. 3. nu. 60. & obſ. 2. verſ. 12. num. 21.*

44 Et poſſunt iudicare ſecundum conſcientiam, & non ſecundum allegata, & probata in proceſſu *Reg. Galeot. contr. 38. num. 67. lib. 1. Reg. Latro conſult. 6. num. 78. lib. 1.* & quando iudicant ſic, ſolent ponere in decretis Clauſulam: *ex cauſis diſcuſſis*, & tunc illa decreta non poſſunt afferri pro exemplis in alijs cauſis, vt dicit *Conſ. Theodor. alleg. 11. in princ.* Bene verum non poſſunt interpretando
45 mentem legis egredi *l. ſi imperialis §. 1 C. de legibus Perez. in d. l. 1. C. de legib. num. 16. & ſeqq. Chriſtin. dec. 63. nu. 2. & ſeqq. lib. 2. Donell. lib. 1. c. 13.*

46 Si igitur poſſunt interpretari pragmaticas, poſſunt pœnam nullitatum remittere ex cauſis illis Tribunalibus bene viſis, nam interpretant dictam *pragm.* dictam cauſam non comprehen-
47 dere. Imo licet ſignanter Supremis Tribunalibus æquitatem ſequi in ſententijs ferendis, vt dicunt *Gudelin. de iure nouiſſ. lib. 5. cap. 2. Chriſtin. dec. 62. nu. 16. vol. 4.*

48 Aliqua diximus *in rub. 3. qu. 27. num. 25.* quando commiſſio cauſæ facta alicui Iudici ordinario competenti illius cauſæ, cenſeatur facta iure delegationis, vel iure ordinario, & ſic an ſit excitata iuriſdictio, vel delegata, nunc latius dicimus, quod iuriſdictio excitata ordinarij, non inducit delegationem, ſed quando fuit alterata *l. tr. com-*

mun. opin. 178. vbi latè concordantes allegat, ideo
ſi Princeps committat ordinario, vt procedat, &
corrigat tale delictum commiſſum, vel iuſtitiam
faciat, non erit effectus delegatus, nec minus
quando excitatur iuriſdictio generaliter ſuper
omnibus ſuis cauſis Danza de pugna DD. tom. 1.
tit. de deleg. nu. 45. & 46. & ſeqq. vbi dicit quod li-
cet in reſcripto adſint verba: concedo; iubeo, or-
dino, volo, & ſimilia, non cenſetur delegata cauſa
niſi adſint alia verba alterantia iuriſdictionem
ordinariam. Et dicitur excitata ſi nihil additum,
aut diminutum ſit poſt Decian. Alph. Bouadill. Gra-
tian. Crard. & alios Giurb. conſ. 39. nu. 26. Scacc. de
ſentent. gl. 4. qu. 3. nu. 3. Scialoya de foro compet. cap.
51. nu. 51. & 55. Etiam ſi dicat procedas cum ri-
gore, vel vt ſtatim des condignam pœnam, vt in
duobus ordinibus relaris per apoſtill. ad pragm. 1.
de delegat. & in dubio cenſetur excitata non de-
legata cap. licet vbi Innoc. num. 1. Abb. num. 1. 3. Io:
Andr. nu. 1. Anan. nu. 1. Felin. 6. Butr. nu. 1. Bal. nu.
1. Imol. nu. 8. Anchar. nu. 3. de offic. ordin. cap. cum
aliquibus de reſcript. in 6. Azeued. l. 9. num. 3. tit. 6.
lib. 6. recopil. Lap. alleg. 88. Maria clauſ. 186. num. 1.
& ſeqq. par. 1. Rip. obſ. 373. nu. 3. Tuſc. lit. I. concluſ.
426. nu. 9. & 10. Decian. lib. 4. cap. 26. nu. 16. poſt
alios Giurb. conſ. 39. nu. 1. Abbruzz. in repet. l. 1. ff.
de offic. eius in rub. qu. 3. nu. 25. & 27.

49 Sed quando ordinario committitur cauſa,
quæ ad ipſum non ſpectat, vel quando aliquid
additur, vel detrahitur ordinariæ Iuriſdictioni,
tunc cenſetur delegata cauſa Felin. in cap. cum ex
officij nu. 37. verſ. primus eſt de præſcript. Danza de
pugna DD. tom. 2. tit. de raptu cap. 1. nu. 10. Burg. qu.
74. nu. 9. Giurb. d. conſ. 39. nu. 25. Borrell. in ſumma
deciſ. tit. 41. nu. 296. Decian. lib. 4. cap. 25. num. 16.
Caual. dec. 21. num. 1. par. 1. Rodolph. tit. quib. modis
ord. effic. deleg. nu. 3. Boer. dec. 151. nu. 6. Item ſi in-
ſtantia annalis ſit limitata ad dies octo v. g. Bo-
uadill. lib. 2. cap. 21. nu. 27. Scac. de ſentent. gl. 4. qu.
3. nu. 2. Abbruzz. vbi ſup. nu. 26.

50 Erit delegata cauſa ſi Princeps dicat: proce-
das, & punias authoritate noſtra, & tua, ſi iſta verba
fuerint appoſita in diſpoſitione, ſecus ſi in clauſu-
lis executiuis Felin. in cap. licet nu. 11. de offic. or-
din. Vant. hic nu. 21. Alex. in l. more nu. 17. ff. de Iu-
riſd. omn. iudic. Barboſ. in l. cum prætor. §. 1. num. 33.
& 35. ff. de iudic. Boer. dec. 151. num. 5. Bouadill. in
Polit. lib. 2. cap. 21. num. 27. Tuſc. lit. I. concluſ. 426.
nu. 5. 20. & 21. Barboſ. clauſ. authoritate noſtra nu. 1.
& ſeqq. poſt alios Giurba conſ. 39. num. 21. Danza
d. tit. de deleg. nu. 60. Scac. d. qu. 3. num. 4. quidquid
dicat Scialoya d. cap. 51. nu. 52. in fine.

51 Vel ſi dicat: præcipimus, vel mandamus Vant.
vbi ſup. Reginel. de appell. §. 6. gl. 2. cap. 2. nu. 2. & 3.
Danza d. tit. de raptu cap. 1. nu. 17. Burg. q. 74. n. 14.
52 quamuis contradicant Diana p. 3. tract. 6. Miſcell.
reſ. 74. Danza d. tit. de delegat. num. 51. & ſeqq. Vel
53 ſi dicat: Cognoſcas per te ipſum Vant. ibid. Vel ſi
54 dicat: conſcientiam veſtram oneramus Vant. ibid.
Danza d. nu. 60.

55 In caſibus, in quibus eſt electa induſtria per-
ſonæ Vant. ibid. Vel ſi dicat quod: procedas ſum-
56 mariè Danza d. nu. 60. Rudolph. in tract. quibuſmo-
dis ordin. effic. deleg. nu. 8. Burg. qu. 74. num. 3. & 4.
Scacc. d. qu. 3. nu. 3. & 6. quod eſt intelligendum
ſi in illa cauſa eſt procedendum ordinariè Burg.
57 ibid. Vel quod ante expeditionem referas Bonint.
concluſ. 5. nu. 1. & 6. Bertaz. conſ. 257. nu. 96. vol. 2.
Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. nu. 15. & ſeqq. vbi
dicit nu. 18. has clauſulas debere eſſe poſitas in
diſpoſitiuis, non in executiuis. Item debet alte-
58 rari in iudicando, vt dicatur inducta delegatio,
ſecus ſi alteretur in procedendo Decian. ibid.

59 Item ſi dicat: procedas appellatione remota
Hoſtienſ. in cap. licet in corrigendis nu. 9. & ibi Abb.
nu. 3. Imol. nu. 9. Io: Andr. nu. 7. Anchar. nu. 3. de off.
deleg. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. par. 2. §. 3.
num. 7. Maranta diſt. 5. ſub nu. 4. Auil. in l. prætor 9.
gl. commiſſion. num. 2. Rodolph. tit. quibus modis ordin.
effic. deleg. num. 6. Cened. can. qu. 34. Danza d. nu. 60.
Giurb. conſ. 39. nu. 26. Item ſi ſolita forma mute-
60 tur Petr. ad Gram. dec. 36. num. 23. Thor. ad Ponte
de poteſt. Proreg. tit. de deleg. cauſ. §. 1. in princ.

61 Item ſi iudici ordinario mandetur quod in
cauſa commiſſa procedat cum voto, & conſilio
aſſeſſoris Rim. iun. conſ. 203. nu. 12. Parz. dec. 150.
62 nu. 2. Item ſi ſit dictum per Principem, quod illi
dat vices, & voces ſuas Iallong. racem. 28. num. 8.
& ſeqq. Rodolph. quibus modis ordin. offic. deleg. nu. 5.
Tuſc. lit. I. concluſ. 426. nu. 20. & ſeqq. Burg. d. q. 74.
nu. 16. Iannin. de cit. real. lib. 1. cap. 1. nu. 462. Item
63 ſi dicat Princeps: Procedas de facto, & ex abrupto nõ
obſtantibus quibuſcũq; legibus, conſtitutionibus prag-
maticis, & Capitulis Regni, ea ratione, quia Iudex
ordinarius debet tales leges ſeruare Rodolph. in
in d. tract. nu. 26. & ſeqq.

64 Item cum Princeps delegat ſimpliciter cauſã
pluribus, inter quos vnus erat illius cauſæ iudex
ordinarius, nam cauſa illa cenſetur delegata, ea
ratione quia ſunt alterata iuriſdictio dicti Iudicis
ordinarij ex quo expreſſe fuit delegata, tunc
quia neglecta eius iuriſdictione ordinaria fuit
alijs delegata latè Scac. contrarijs reſpondens de
ſent. gl. 4. qu. 3. nu. 9. & ſeqq.

65 Si Magna Curia Vicariæ mandaret ad inſtan-
tiam alicuius Ciuitatis Capuæ, Iudici Ciuitatis
Auerſæ, quod iuſtitiam faciat ad fauorem illius
Ciuitatis Capuæ, contra debitorem Capuanum
eſſet delegatio, quia committeretur cauſa iudici,
qui alias non eſſet competens contra debitorem
Capuanum, vt diximus ſup. Verum hanc decre-
tationem non poteſt facere Magna Curia, quia
illa non poteſt auocare cauſam à Iudice compe-
tenti, & delegare alteri, & proinde acta indè ſe-
cuta ſunt nulla Reg. Rouit. in pragm. 5. nu. 6. de fide
memorial. Niſi accedat expreſſus conſenſus acto-
ris, & rei ad tex. in cap. ſtatutum §. in nullo vbi
DD. de reſcript. in 6. Ricc. deciſ. 187. num. 11. par. 1.
Et decretatio illa: iuſtitiam faciat ſeu de iuſtitia
prouideat eſt excitatiua tantum iuriſdictionis il-
lius iudicis, cui dirigitur ſi quam habet Afſl. deciſ.
128. Maſtrill. dec. 128. eſt de iure noſtro eſt ex-
20 Vnde mihi placet diſtinctio allata per *Olea d. tit.6. qu.9. nu.13. & ſeqq.* vt ſcilicet ſit facienda differentia inter legitimationem perſonæ ceſſionarij, & exhibitionem ceſſionis neceſſariam reſpectu iudicis, & eam quæ requiritur reſpectu rei conuenti, aduerſus quem iura ceſſa fuiſſe proponitur, vt reſpectu Iudicis ſi ceſſionarius *via executiua* agat antequam executionis præceptum decernat, erit exhibendum inſtrumentum ceſſionis ſimul cum inſtrumento crediti, & actionis ceſſæ poſt *Gratian. dec.111. in addit. nu.10. & c.101. a nu.23. & cap.286. nu.20. & 26. Farinac. deciſ. nouiter nouiſſ.44. nu.4. Crac. de ceaſib. qu.72. n.23. Vbert. de cnat. cap.60. nu.292. tom.2.* In cauſis ordinarijs, quando ceſſionarius nomine cedentis directas actiones exercet, erit in arbitrio iudicis, eum repellere à limine iudicij ſi ſtatim cum ipſo libello inſtrumentum ceſſionis non exhibeat. Sed reſpectu debitoris ceſſi, ſi iudicium executiuum ſit, ſiue vtiles, ſiue directas actiones ceſſionarius moueat, ſi ceſſione non exhibita præceptum executionis expediatur, poterit debitor expetere reuocari præceptum executiuum. Sin autem cauſa ordinaria ſit ſi ceſſionarius actiones directas exerceat, poſſit debitor petere, vt non aliter reſpondere cogatur, quem ſi ante litem conteſtatam inſtrumentum ceſſionis exhibeatur, quod opponere non poterit ſi ceſſionarius vtilibus actionibus ſuo nomine ageret.

21 Limitatur reſolutio dicti primi caſus quam poſuimus *ſup.* verſ. *quæ concluſio*. Vt non procedat cum actor in primo libello, quem præſentat, meminit inſtrumenti ceſſionis, donationis, teſtamenti, aut cuiuſuis alterius ſcripturæ. Nam tũc etiam ante litis conteſtationem, reo petente, cõpellitur oſtendere, & edere tales ſcripturas, quarum meminit in libello, adhoc vt reus poſſit deliberare an debeat cedere, vel contendere, à qua exhibitione non excuſabitur aliquo modo, niſi cum iuramento aſſerat, ſe non poſſe illas exhibere, quia apud ſe non ſunt *Innoc. in cap.1. nu.3. in fin. de probat.* vbi *Hoſtienſ. nu.6. Butr. nu.16. Zabarel. nu.7. Panorm. nu.26. Imol. nu.11. Io. Andr. n.4. Aretin. nu.56.57. & 63. Felin. nu.26. Dec. nu.158. & ex nu.306.307.* poſt alios *Gaid. Pap. deciſ.116. Bald. dec.45. addit. ad Capell. Tholoſ. dec.295. nu.1. Menoch. dec.40. Carleual. d. diſp.4. Parexa d. reſ.2. nu.26. Guzman. d. qu.35. nu.142.*

22 Non tamen habet locum limitatio prædicta quando actor ità clare de tali ſcriptura in libello meminit, vt non indigeat illa ad deliberandum ſi velit cedere, vel contendere, ſecus ſi mentio talis ſcripturæ non eſſet ità clara, ſed aſſereretur aliquo modo factum, & deinde pro meliori facti narratione actor ſe referret ad talem ſcripturam forſan exiſtentem penes Notarium, vt dicit *Pacian. de prob. lib.1. cap.66. num.102. Oſuald. ad Donell. lib.23. comment. cap.6. lit.C.* & licet diſtinguat *Carleual. d. qu.4. nu.20.* quem ſequitur *Parexa d. reſ.2. num.27.* Tamen illos impugnat *Olea d. qu.9. nu.12.* & limitat ſi reus illud velit, & promittat ſi eſt authenticum, liti cedere. Nec habet locum

23 quoties actor dicit nolle vti inſtrumentis men-

24 tionatis *l.1. §. edenda ff. de edend. Oſuald. d. cap.6. lit.D.* Nec demq; tenetur exhibere inſtrumentum quod eſt alienum, cum teneatur ſolum exhibere inſtrumentum proprium, vel commune *Pacian. d. cap.66. nu.101. Olea d. qu.9. nu.24.* & de Iure Caſtellæ ſtatim cum libello ſunt edendæ ſcriptu-

25 ræ, tam per actorem, quam per reum, & ſunt petenti dandæ illorum copiæ *per l.1. tit.2. l.1.2. & 3. tit.5. lib.4. recopil.* & ſic dicit *Carleual. loco cit.* eſſe intelligendum *Guzman. de euictiõ. qu.35. nu. 141.*

141. generaliter, & indixtinctè loquutum.
26 Et ea quæ diximus *ſup.* quod ceſſionarius, qui
vtilibus actionibus experitur ceſſionis inſtrumē-
tum, cuius in libello mentionem fecit antè litem
conteſtatam, ſi id reus deſideret, edere teneri, ſunt
intelligenda quoties de ipſo inſtrumento ceſſio-
nis mentio facta fuit, non autem ſi tantum de
ceſſione actor meminiſſet, nam tunc non poterit
cogi exhibere ceſſionem poſt *Cartar. Maria in*
ff. nouiſſ. tom. 3. verb. *ceſſio cap. 47. in fine.*
27 Limitatur 2. vt dicta concluſio procedat ſolū
in cauſis ordinarijs, Secus in cauſis executiuis,
in quibus ab initio, & antè omnia debent produ-
ci inſtrumenta omnia, quorum virtute quis vult
executionem obtinere, nec iudex poteſt expedire
mandatum executiuum, niſi exiſtentibus in actis
talibus ſcripturis, nam ſi quis agat vti hæres vel
contra talem vti hæredem, vel fideiuſſorem, debēt
eſſe in actis tales legitimationes, adhoc vt Iudex
poſſit mandare executionem, poſt alios ſic docent
Marſil. ſing. 26. Boer. dec. 10. Parlador. lib. 2. rerum
quotid. cap. fin. 4. ſ. §. 1. ex n. 1. & par. 5. §. 2. in princ:
Roderic. de annuis reddit. lib. 2. qu. 17. nu. 34. Aſin.
de execut. §. 2. cap. 6. num. 3. Coler. de proceſſ. execut.
par. 3. cap. 1. ex nu. 17. & nu. 21. & 28. Gratib. deciſ.
10. & 17. ex nu. 9. Amat. d. reſol. 78. num. 9. Fachin.
contr. iur. lib. 13. cap. 27. Parexa de inſt. edit. d. reſol.
2. tit. 6. nu. 23. vbi *nu. 24.* hoc probat clarè per ius
hiſpanum in *l. 34. & 35. tit. 4. lib. 3. recopilat. l. 2.*
19. tit. 21. lib. 4. recopil. vbi *Azeued. ex nu. 4.* Ea ra-
28 tione quia in via executiua ſumitur initium à
captura bonorum, & perſonæ rei, quæ continet
damnum, & iniuriam, ſi iniuſtè fieret *Bal. in l. per*
diuerſas nu. 21. & 3. C. mandat. Aſin. d. §. 2. cap. 15.
Ioſ. Ludouic. dec. Peruſ. 40. Milanenſ. dec. 3. lib. 2.
29 Secus in via ordinaria, in qua durante iudi-
cio, & antè ſententiam reo nullum damnum in-
fertur *Olea de Ceſſ. Iur. tit. 6. qu. 9. nu. 5.* Qui *nu. 8.*
hoc dicit procedere ſiuè ceſſionarius nomine ce-
dentis directas actiones exerceat, ſiuè vtilibus
actionibus ſuo nomine experiatur, nam vtroque
caſu in executiuis ceſſio in initio producenda
eſt quidquid dubitet *Rodriq. de execut. cap. 3. n. 23.*
30 Limitatur 3. vt dicta concluſio non procedat,
ſi ſpecialis aliqua qualitas requiratur à lege, aut
ſtatuto, vt quis admittatur ad iudicium, nam tunc
quantumuis agat nomine proprio, in initio iudi-
cij, & ante litem conteſtatam, debet oſtendere in
eſſe ſibi illam qualitatem, & eſſe ſe talem, qualem
dicit, & qualem requirit lex, vel ſtatutum, vt poſ-
ſit agere, & iudicium ingredi per *tex.* expreſſum
in *l. non ignorat C. de ijs qui accuſ. non poſſ. Carauit.*
rit. 191. nu. 7. Peregr. de fideicommiſſ. art. 43. nu. 60.
Menoch. lib. 2. præſ. 32. Brun. à Sole qq. legal. qu. 11.
ex nu. 10. 15. & 16. Queſad. d. reſol. 2. num. 14. poſt
Carlenal. d. diſp. 4. nu. 22.
31 Quod procedit ſi opponatur à reo, ſecus ſi nō
opponatur, nam eo caſu poteſt iudicium proſequi
Bal. in d. l. non ignorat nu. 2. vbi *Salyc. nu. 2. Carau.*
rit. 191. nu. 2. Affl. in conſtit. Exceptione nu. 2. Bald.
dec. 513. Queſad. vbi ſup. nu. 18. poſt *Carleual. d. di-*
32 *ſput. 4. nu. 23.* Eſt bene verum, quod ſi eſt notoriū
non habere talem qualitatem requiſitam per le-
gem, aut ſtatutum, Iudex debet ex officio agentē
repellere, ſecus ſi dubium eſt an actor habeat il-
lam qualitatem, vt probet *Carleual. d. diſſ. 4. nu. 5.*
33 Sed dicta tertia limitatio non procedit de Iu-
re noſtro Neap. per *conſtit.* incip. *exceptione filia-*
tionis, nam per illam eſt ſtatutum, quod quodlibet
requiſitum ad agendum in eo, qui agit nomine
proprio, non ſit probandum ante litis conteſta-
cionem, & exceptio obiecta actori carentia ſimi-
lis qualitatis, reſeruetur ad merita cauſæ, non im-
pedita litis conteſtatione *gloſ. in d. conſtit. in* verb.
filiationis dicit per illam corrigi *tex. in d. l. non*
ignorat. C. de ijs qui accuſ. quem ſequuntur ibi *Aff.*
nu. 1. Iſern. in princ. Carauit. ad rit. 191. nu. 7. Mu-
ſcatell. in praxi lib. 1. par. 5. gl. reſeruatis nu. 8. Vir-
gil. de legit. perſon. in prælud. nu. 29. meminit *Que-*
34 *ſad. nu. 20.* Idem eſt de iure Caſtellæ per *l. 10. tit.*
3. par. 3. & ibi *gl. 1.* quæ concordat cum *d. conſtitu-*
tione Queſad. nu. 21. vbi *nu. 22.* increpat *Carleual.*
generaliter, & indixtinctè loquentem quo ad ius
hiſpanum, vnde ab illius dictis cauendum dicit.
35 Quo ad 2. caſum quando quis agit nomine
alieno, puta vt Procurator, Tutor, Curator nomi-
ne pupilli, aut minoris, eſt communis opinio om-
nium DD. vt in initio litis, & ante illius conte-
ſtationem exhibeat mandatum, & legitimet per-
ſonam ſuam, oſtendendo ſe legitimum procurato-
rem, tutorem, vel procuratorem, alioquin obſtabit
exceptio, *sua non intereſt*, & poterit à Iudice ipſo,
ex officio à iudicio repelli, tamquam actione ca-
rens *gl. in l. vbi pact. 40.* verb. *pœna C. de tranſactio.*
Bar. in l. ſi vnus 28. §. pactus nu. 20. ff. de pactis Alex.
in l. 1. nu. 6. C. vt quæ deſunt Aduoc. Pacian. de pro-
bat. lib. 1. cap. 57. nu. 28. & ſeqq. Menoch. conſ. 1244
nu. 59. l. b. 13. qui id procedere dicit etiam parte
non opponente, & quamuis contra videatur ſen-
tire *Schrader. par. 10. de feudis in prælud. num. 33.*
tamen cum hac opinione ſentit *nu. 37. Muſcatell.*
in praxi lib. 1. par. 3. gl. actionis nu. 8. 9. Virgil. de
legit. perſon. in prælud. nu. 29. verſ. *ſecundo caſu Ant.*
Amat. reſol. 78. à nu. 1. Caſtill. tom. 6. contr. cap. 136.
nu. 67. Carlenal. d. diſp. 4.
36 Ratio eſt quia non debet moleſtari, & fatigari
quiſquam in proſequutione iudicij ab eo qui fa-
tetur ſua nihil intereſſe iudicium proſequi, cum
agat alieno nomine, & nihil proprium habeat,
antequam conſtet habere ab alio, vt poſſit mole-
ſtare reum, & ſe legitimè agere, aut accuſare alie-
no iure *cap. 1. de accuſat.* alioquin daretur occa-
ſio calumniatoribus, & maleuolis moleſtandi, &
calumniandi quos vellent, Cui calumniæ, & mo-
leſtiæ non poſſet poſtea per abſolutionem ſubſe-
quentem ſatisfieri, vt bene conſiderat *Conſ. Carle-*
ual. d. diſp. 4. num. 27. qui dicit ad euitandum hoc
eſſe ſtatutum de Iure Caſtellæ *in l. 2. & 3. tit. 2.*
lib. 4. Recopi. & l. 5. tit. 17. lib. 2. eiuſdem Recopil.
ne recipiantur libelli ſine mandato recognito, &
approbato vbi *Azeued. Noguerol. alleg. 10. nu. 137.*
& ſeqq. Barboſ. in cap. 1. de procur. Parexa de inſtr.
edit. tit. 5. reſol. 10. nu. 4. & 11. vbi dicit, quod no-
uiſſimè eſt ſancitum obſeruari ad vnguem dictas
leges, & ideo mandatum non recipitur, niſi à ter-
go, aut in margine ab aduocato ſubſcribatur ap-
probatione facta, quod ſit legitimum ad negotiū
37 illud. Quod eſt ſtatutum, quo ad mandata etiam
de noſtro Iure Neap. per *pragm. 79. §. 5. de offic. S.*
38 *R. C.* Et idem ſeruari in Cathalonia dicit *Can-*
cer.

rubr. nor. 2. part. cap. 14. num. 62.

39 Idem procedere in prælato, qui æquiparatur adminiſtratori, & tutori, & agere videtur alieno nomine, dicit *Vingil. de legit. perſon. in prælud. nu.* 30. quod intelligit iuxta opinionem *Io: Andr. in cap. 1. de conceſſ. prab. in 6.* de prælato qui cepit poſſeſſionem de recenti, ſecus de antiquo *Abb. in cap. nihil. de elect. Aſſict. in d. conſtit. exceptionem probationis num 2.*

40 In vno tamen caſu crederem, poſſe procedi ad vlteriora, & ad faciendas probationes non obſtante defectu mandati, quando eſſet præſentatũ mandatum factum à Principali per epiſtolã quæ fieri poteſt ad *tex. in l. 1. §. conſtituitur ff. de procur. clem. 1. eodem tit. Vorall. dec. 185. num. 2. par. 2.* & ſubſcriptio negaretur à reo quo caſu eſſet recognoſcenda adhoc vt probaret *Bart: in l. ſi procuratorem nu. 2. & ſeqq. ff. de procur. Maſcard. de probat. concluſ. 1009. Genua* latè poſt alios *de ſcriptura priuata lib. 3. qu. 14.* nam eo caſu recognitio poſſet fieri in termino.

41 Si Ceſſionarius, qui re vera ceſſionem habebat illam non exhibuerit in iudicio, an ſententia cum eo lata ſit nulla, & an ſi ceſſio, & ius pendente iudicio ſuperueniat conualidetur, & procedat iudicium? Pro reſolutione dicimus, quod quoties Ceſſionarius ſuo nomine agit vtiles actiones exercendo ſententia non eſt nulla, Verum ſi vt procurator in rem propriam, cedentis nomine litigauit ſi ante litem conteſtatam, vel poſt eam, in quacumq; parte iudicij ſit oppoſitum eum ceſſionarium non eſſe, ſententia nulla eſt, nam in quacumq; parte iudicij ante, & poſt litem conteſtatam poteſt opponi, *Tu non es ceſſionarius* vel *Tu non es hæres Brun. à Sole qu. 11. num. 21.* vel *Tu non es procurator Cancer. var. 2. par. cap. 14. à nu. 59 Salgad. de reg. protect. 4. par. cap. 3. à nu. 122.* Et ſententia lata cum procuratore, qui re vera habet mandatum, quod in actis non produxerat, ſi de eius defectu fuit oppoſitum, nulla eſt ex *Marcheſ. & Scacc. Salgad. par. 4. cap. 7. num. 128. Gratian. & add. dec. 105. nu. 16. Monter. dec. 40. Cancer. var. p. 3. cap. 17. nu. 498. Farinac. dec. nouiter nouiſſ. dec. 1. Marcſcott. lib. 1. var. cap. 92.* diximus qu. 1. & dicemus *infra*.

42 Verum ſi ceſſionario, qui directas actiones exercebat non fuit oppoſitum, eum non eſſe ceſſionarium, ſententia cum eo lata, ſi ceſſionem re uera habebat, valida erit, Quia ſententia lata cũ procuratore, cui defectus mandati oppoſitus non fuit, conſiſtit, ſi appareat eum verum procuratorẽ fuiſſe *Golin. de procur. 3. par. cap. 3. à nu. 3. Parexa de inſtr. edit. tit. 5. reſ. 10. à nu. 30.* Qui hoc procedere dicunt etiam ſi Procuratori fuiſſet oppoſita exceptio defectus mandati, ſi poſtea in progreſſu cauſæ eadem exceptio non fuiſſet repetita ſequitur *Salgad. ſup. à nu. 129. Farinac. nouiter nouiſſ. deciſ. 29. nu. 10. & dec. 76.*

43 An ceſſio, & ius ſuperueniens conualidet iudicium, pro reſolutione eſſe conſiderandum dupliei modo ceſſionem ei qui eam non habebat pendẽte iudicio ſuperuenire poſſe. Primo ſi enim ius non haberet illud in iudicio deduxit, & cum cognouerit inutiliter egiſſe, à vero domino ceſſionem obtinuit. Secundo, cum illam non haberet, vel non legitimam, poſt iudicium ceptum ſuperuenit. Et vtroq; caſu ſi *iudicium executiuum eſſet*, ceſſionem poſtea ſuperuenientem, executionem non ritè factam non validare, cum mandatum executionis debeat iuſtificari, ex actis exiſtentibus tempore executionis, nec ſufficit quod iuſtificetur ex nouis inſtrumentis ex pluribus probat *Guzman. de euiction. qu. 11. nu. 81. Cenc. de cenſib. q. 95. nu. 34. Surdus conſ. 85. nu. 4. Gratian. dec. 111. in add. nu. 5. & 11. Farinac. nouiter nouiſſ. dec. 44.* qui dicit non ſufficere ad iuſtificationem inſtrumenta producta in cauſa appellationis *Duard. poſt tract. de cenſib. deciſ. 255. D. Creſpi obſ. 32.* vbi *num. 3.* deciſum refert.

44 Et executio facta vigore vnius inſtrumenti non conualidatur ex alio, quod diuerſum ſit à primo, pro quo cauſata fuit executio, licet petita eſſet cum clauſula: & omnium aliorum actorum, ſed in alia iudicij inſtantia ex inſtrumento nouiter producto agendum erit, cum aduerſus illud noua competant remedia. Secus ſi inſtrumentum nouiter exhibitum non ſit diuerſum, ſed dependeret à primo, nam tunc executio ſubſtineretur, maximè ex clauſula, & omnium aliorum actorũ, cum illud nouum inſtrumentum tendat ad perfectionem, & confirmationem executionis, nec tũc res noua deducitur, ſed eadem proſequitur, & cõtinuatur *Giurba dec. 10. à nu. 1. ad 13. Guzman. de euiction. qu. 11. à nu. 83. ad num. 92. Salgad. de retent. bullar. 2. par. cap. 8. à nu. 24. ad 27.*

45 Et ſic cum ceſſio, quæ pendente iudicio executiuo ſuperuenit, nouum examen requirat, & opponi poſſint nouæ exceptiones aduerſus ceſſionem, & ceſſionarium, ideo in executiuis ex noua ceſſione iudicium, & incepta executio minimè ſubſtinetur *Farinac. d. dec. 44. & Giurba dec. 17.*

46 Limitatur communiter fundata concluſio in vno ex pluribus hæredibus inſolidum executionem petente, nam cum inter eos ſint diuiſæ actiones tam actiuæ quam paſſiuæ vigore *l. 2. C. de hæredit. action.* & ſic ſi vnus ex illis inſolidum agat, non niſi pro rata obtineat, vt latè probat *Olea de ceſſ. Iur. tit. 4. qu. 6.* Tamen ſi pendente iudicio ordinario, vel executiuo ab alijs hæredibus ceſſionem habeat, iudicium conualidatur, ità vt inſolidum poſſit ſequi condemnatio *Paſlad. 2. p. rerum quotid. cap. fin. 3. p. §. 3. nu. 3. Rodriq. de execut. cap. 3. nu. 17. Cur. Philip. tom. 1. par. 2. §. 9. nu. 6. de Prat. de interpretat. vlt. volunt. lib. 5. interpret. 2. dub. 2. à num. 68. & 81. Tepat. var. tit. 145. cap. 4.* verb. *acter lite pendente Amat. reſ. 13. nu. 43. Giurba de ſucceſſ. feud. §. 2. gloſ. 9. num. 93.* poſt *Fuſar. & Peregr.*

47 Verum hæc limitatio intellecta ſic ſimpliciter non eſſe veram dicimus, cum doctiſſimo *Olea d. tit. 6. qu. 9. nu. 33. & ſeqq.* nam ſi vni ex hæredibus agenti ſit oppoſitum adeſſe alios cohæredes, & hoc non obſtante iudicium proſequeretur, & poſtea obtineat ceſſionem ab illis, & illa poſſet vti certe conuentus remaneret ſine defenſione reſpectu portionis cohæredum, cum aduerſus illos poſſet forſan opponere pactum de non petendo, compenſationem, & ſimilia. Vnde pro reſolutione ſunt cum dicto *Olea ibid.* dixtinguendi Tres caſus, Primus eſt quando ceſſio ſuperuenit hæredi, & ſit

Digitized by Google

ſit producta antequam reo ſit data dilatio ad probandum, nam tunc conualidabitur executio, inſolidumq; addictio fieri debet. 2. caſus eſt quando ceſſio ſuperuenit poſt dilationem, vel intra illam, & reus nihil opponat, & idē eſt ac in primo caſu. Tertius caſus eſt quando ceſſio ſuperuenit, & producitur poſt dilationem elapſam, vel intra illam & reus quo ad illam ceſſionem opponat contra coharedes compenſationem, pactum de non petendo, & ſimilia, & tunc ſuperſedetur quo ad illas portiones, & remittitur cognitio ad aliud iudicium, adhoc vt reus, quo ad illud iudicium non remaneat indefenſus.

Quæ diximus in viâ executiua, procedunt etiā in via ordinaria, nam ex ſuperueniēti ceſſione conualidabitur iudicium, & ſequi poterit ſententia condemnationis etiam pro portionibus cohæredum. Sic etiam ſi vnus ex hæredibus inſolidum agens ſuccumbat, cenſetur abſolutus reus etiam pro partibus cohæredum ab illo obtemptis per ceſſionem *Olea ibid. nu. 35.* qui aſſerendo *deciſ. Larrea 77. tom. 2.* tamquam contrariam in vno ex pluribus cohæredibus agente, & obtinente in iudicio vulgo *Viſta*, & poſt ſententiam obtinente ceſſionem aliorum cohæredum, & obtinente reo conuento pro omnibus portionibus, & diſputato articulo ſi pro omnibus portionibus illa vltima ſententia ſit reuiſio, & conſequenter non competat alia reuiſio, fuit deciſum reſpectu portionis hæredis eſſe reuiſionem, ſecus aliarum portionū. Tamen ipſe *Olea* dixtinguendo reſoluit. Aut ille fideicommiſſarius, aut hæres egit pro portione ſua tantum, & deinde ſuperuenit ceſſio, aut egit inſolidum, vt ſecundo caſu ſiue contra ipſum, ſiue pro ipſo fuerit iudicatum iudicium robur accipiet, & ſententia quo ad omnium iura proderit, vel nocebit, & rem iudicatam faciet, & ſic loquitur *d. deciſio Larreæ*, maxime ſi fideicommiſſario illi non ſit oppoſitum ad eſſe alios cohæredes fideicommiſſarios pares in gradu ad tradita per ipſum *Olea tit. 4. qu. 6. à nu. 24.* & in his terminis eſt *Giurba obſ. 3. nu. 12.* poſt *Fachin. Tomat. & alios* quos retulit etiam *dec. 17. nu. 33.*

48 Primo Caſu contraria procedunt per *tex. in l. 25. §. ſi te negotys ff. de except. rei iudic.* Nec eſt nouum, vt in vna perſona duo concurrant quorū reſpectu duplicis perſonæ vice fungatur *Surd. dec. 63.* ita vt ſententia, quæ vnius iuris ratione rei iudicatæ authoritatem obtinuit ei, ex alio iure, & perſona agenti nullatenus præiudicet *l. tutorem ff. de his, quæ vt indign. Salg. de reg. protect. par. 4. c. 8. à nu. 267. & de retent. bullar. 2. p. cap. 8. num. 28. ad finem Larrea d. dec. 77. nu. 5. & dec. 35. num. 28. & 29. Cartar. contr. 198. nu. 28.*

49 Si vero iudicium eſſet ordinarium, an ceſſio ſuperueniens proſit ad victoriam, difficilis eſt reſolutio, vt dicit *Giurba dec. 17.* præcipuè *à nu. 18.* Tamen nos reſolutiue procedendo dicamus, quod ao ex Iure quod ſuperuenit noua oritur actio, an vero, quæ deducta iam fuerat conualidetur. Nam primo caſu iudicium ceptum non ſubſtinebitur *l. non poteſt ff. de iudic. & ubi Fabr. in rationali ad d. tex.* rationem ponit *F. Barboſ. in l. non videtur ff. de iudic. Reg. Marin. lib. 1. reſol. 217.*

50 Et ſic bene dicit *Salgad. d. cap. 8. à nu. 22.* non poſſe iudicem pronunciare ſuper articulo deducto ex inſtrumento nouiter præſentato, niſi datis nouis defenſionibus, & inſtructo nouo proceſſu, quod procedit etiam in caſu, quo ſit noua mutatio, & additio libello, nam ille poſt litem conteſtatam non poteſt mutari, aut emendari *Giurba dec. 11. Salgad. d. cap. 8. per totum Leon. deciſ. 42. & 198. Idem Giurba dec. 106. à nu. 1. ad nu. 10. Fontanell. dec. 128. Fermoſin. in l. 56. tit. 5. par. 5. gloſ. 7. nu. 37. Seſſ. dec. 257. à nu. 14. Villadieg. in exordio libellorum à nu. 47. Balbo in cap. 1. de libelli oblat. p. ſ. nu. 28. Cancer. var. 3. p. cap. 16. à nu. 29. Borrell. in ſumma dec. tom. 2. tit. 49. nu. 93.*

51 Cuius dixtinctionis prima pars tam iure ciuili, quam canonico admittitur, quando actor ex aliqua certa, ex ſpeciali cauſa egit, nam tunc ex alia noua cauſa, & iure emergenti iudicium non conualidatur, ſed noua inſtantia opus eſt per *tex. in cap. abbate 4. de ſentent. & re iudic. in 6. R. Marin. d. cap. 219. Reg. Merlin. lib. 1. cap. 34. D. Cieſſi d. obſeru. 32.*

52 Si verò actor ſpecialem cauſam in libello nō ſubiunxit, ſed generaliter, & ſine expreſſione certæ cauſæ actionem propoſuit, veluti ſi diceret, reum ſibi debitorem, & obnoxium eſſe ad ſolutionem alicuius quantitatis, nam ſi non oppoſita exceptione libelli obſcuri iudicium proſequatur, & poſtmodum actori ius nouum ſuperueniat, licet de iure ciuili eo caſu condemnatio fieri non poſſit, de æquitate tamen canonica ius ſuperueniens actori proderit ad victoriam, nec alia inſtantia indigebit *d. cap. abbate verſ. ſecus autem.* vbi *Barboſ. nu. 9. Paul. de Caſtr. & Bal. in d. l. non poteſt Cancer. lib. 3. var. cap. 3. à nu. 463. & cap. 12. n. 571*

53 Quod procedit ſi ius ſuperueniens adeo clarū ſit, vt reo nulla poſſit competere defenſio, vel exceptio, ità vt neceſſario in alio iudicio eſſet condemnandus, nam nouus terminus, & noua inſtantia neceſſaria eſſet ſi aliqua exceptione poſſet probabiliter ſe tueri *Cancer. par. 2. cap. 16. num. 3.* facit *tex. d. cap. abbate.*

54 Verum in caſu, quo ius, quod ſuperuenit nouā, & diuerſam actionem non tribuit, ſed tantum eam, quæ competebat, & quæ in iudicium deducta iam fuerat perficit, & conualidat, tunc ex ſuperuenientia talis Iuris iudicium inceptum ſubſtinetur, & ex eo abſq; noua inſtantia ſequi poteſt condemnatio ſiue ius in perſona actoris, ſiue in perſona rei ſuperueniat *l. 9. §. fin. ff. de pignorat. act. Giurba d. dec. 17. nu. 21. l. ſi mandato meo 17. ff. mandati d. cap. abbate* verſ. *porro* vbi *gl. verb. in reo & Barboſ. nu. 11. Reg. Marin. d. cap. 217.*

55 Ideo ſi reus rem petitam tempore litis conteſtatæ poſſideat, quam tempore ſententiæ ſine dolo deſijt poſſidere, abſoluitur, ſed e conuerſo ſi tempore litis conteſtatæ non poſſideat, & tempore ſententiæ incipiat poſſidere condemnandus erit *l. ſin autem 27. §. 1. ff. de rei vindic.* in fortioribus terminis probat *Salgad. de reg. protect. par. 4. cap. 9. à nu. 156. & de retent. bull. 1. par. cap. 10. nu. 107. Larae. de except. except. 21. nu. 32.*

56 Et ſic dixtintio illa inter ius ſuperueniēs ex quo noua actio naſcitur, & inter ius, ex quo orta iam, & deducta actio conualeſcit, eſt veriſſima, cui ferè cōueniunt aliæ dixtinctiones allatæ per *Giurb.*

d. dec.

d.dec.17. & illa quæ conſtituit diſcrimen inter ius ſuperueniens ex cauſa de præterito , & ius quod ſuperuenit ex cauſa de futuro , vt ex illo corroboretur iudicium iuxta *tex. in d. l.ſi rem §. ſin.& d.l.ſi mandauero.* Sed ex hoc non validetur iuxta *d.l.non poteſt ff. de iudic. Bottiller. de ſucceſſ. ab inteſt.cap.2.theor.44. num.15. D.Creſp.obſ.32. nu.1.Intrigl.dec.39.num.29.Caſtill.tom.5.cap.93. §.14.nu.31.Gail.conſ.30. nu.23. Cancer. var.3.p. cap.3.à nu.463.& cap.17.nu.571.& par.2. c.16. nu.30.Gomez.var.tom.3.cap.3.nu.31. Reg.Marin. lib.1.reſ.84.nu.5.& reſol.317.*

57 Quibus poſitis facilis eſt reſolutio quando ceſſio, quæ poſt litem conteſtatam in via ordinaria ſuperuenit,corroboret iudicium,nam dicendũ eſt iuxta poſitas doctrinas,quod ſiue iure proprio agenti ſuperueniat veri domini ceſſio, vel agenti tamquam ceſſionario,cum nullam , vel non legitimam ceſſionem haberet,ſi ex poſt facto iura ſint ceſſa,ceſſio nihil operabitur,vt ex ea in illo iudicio ſequi poſſit condemnatio , nam cum vtroque caſu actori ex illa ceſſione nouum ius,quod antea non habebat,ſuperueniat,noua inſtantia, & noua litis conteſtatione opus eſt,in terminis *Reg. Maria.lib.1.d. reſol.217.nu.4.* Niſi actor generaliter actionem ſuam propoſuiſſet , nam tunc ſi ceſſio ſuperueniret aduerſus quam reus nullam probabilem exceptionem haberet,iudicium,ex æquitate canonica recte procederet , vt deciſum refert *Giurba d.deciſ.17.nu.8.& 29.Thor.in 1.tom.comp. verb. aſſenſus præſtitus ſuper validatiuae ceſſionis Pariſ.conſ.125. à nu.10. lib.1. Ciriac. contr.321. nu.23.Tonnut.de præueat.par.1.cap.10.nu.72.*

58 Vnde tam in iudicijs executiuis , quam ordinarijs,an ceſſio ſuperueniens validet iudicium, ſemper ex intereſſe rei , & eius incommodo metienda res eſt,& deſcendit, nam ſi ſuperuenit in tempore,quo non potuit ſe defendere circa illam non prodeſt, & de nouo ſunt faciendæ defenſiones vt diximus . Verum id eſt intelligendum ſi reus alleget non potuiſſe ſe defendere , & ſimul producat iura, quæ datis nouis dilationibus poſſet aduerſus illam ceſſionem producere , alias nõ debet audiri,vt probat *Cancer.var.par.3. cap.17. nu.498.in fine*, loquens de mandato non exiſtente in actis tempore iudicij compilati,vt non ſufficiat ad illud validandum ſi deinde producatur , ſi antea fuerit oppoſitum illius defectum,tamen dicit ipſe id intelligitur ſi allegetur intereſſe cõſiderabile rei conuenti , ſecus ſi tantum allegetur cauſam de nouo eſſe agitandam . Sic etiam licet in caſu quo quis non habens mandatum procuratorio nomine egerit , cui oppoſita fuerit nullitas ex defectu mandati , nam licet verum ſit quod acta ſint nulla , adeo vt poſt quam de nullitate fuit oppoſitum non poſſint ex nouo Domini mandato,etiam cum ratificatione actorum , conualidari,quia poſt ius quæſitum parti,quę de nullitate oppoſuit,ratificatio nihil operatur *Gutier. lib.2.pract.q.22.nu.19.Lara de vita homin.cap.18. nu.19.& 20.Barboſ.lib.3.voto 126. nu.297. Parexa de inſtr.edit.tit.5.reſ.10.nu.80.Trentacinq.var. lib.3.tit.de procurat.reſ.2. num.15. Porlador lib.2. rer.quotid.cap.fin.par.3.§.2.nu.10. Hermoſin.ad l. cauſam 9.de iudic.qu.5.à nu.6.* Tamen id intelligendum eſt quando ex ratificatione actorum incommodum,& læſio detegeretur,non vero quando alio non allegato intereſſe , deſideraretur litè denuo inſtaurari late *Olea d. tit.6. qu.9. num.48. & ſeqq.*

S V M M A R I V M.

1 *Quilibet in iudicio habilis reputatur , qui expreſſè prohibitus non reperitur .*
2 *Infans inhabilis reputatur .*
3 *Quid ſit ætas hominis ? & quomodo conſtituatur ? & num.4.*
5 *Prima ætas quæ dicatur , & quando incipiat,& finiat? & à nu.6.ad nu.24.*
25 *Secunda ætas quæ dicatur , & quando incipiat, & finiat? & nu.26.& nu.27.*
28 *Tertia ætas quæ dicatur,& quando incipiat , & finiat? & à nu.29.ad nu.32.*
33 *Quarta ætas quæ? & nu.34.*
35 *Quinta ætas quæ? & à nu.36.ad nu.40.*
41 *Sexta ætas quæ? & nu.42.& 43.*

Quid ſit Aetas hominis , & quot ſint illius ætates,& à quo tempore incipiant, & quando finiant ?

QVÆSTIO III.

1 IVdicium vel agitatur per ipſosmet Principales litigantes,vel per alios eorum nomine comparentes,vt puta procuratores , tutores,Curatores,& ſimiles. Agemus hic de primis,deinde de alijs.Si compareant in iudicio ijdemmet Principales, erit animaduertẽda eorum qualitas,& conditio,& an ſoli,vel cum aliqua eorum legitima perſona comparuerint . Nam licet(vt cum noſtro *Vanio* dicam)quilibet in iudicio habilis reputetur, qui expreſſe prohibitus non reperitur *Rota dec.175. commiſſio circa med.in nou.Bal.in rub.qui accuſ.non poſſ.*poſt *princ. Vant.hic nu.4.*quem ſequitur mutuatis illius verbis *Maſcatell.in praxi par.3.gloſ.comparentes num. 6.& 8.*

2 Multi tamen ex varijs cauſis prohibiti,vel iudiciorum incapaces reperiuntur alij ob defectũ, ſeu fragilitatem conſilij natura , vel caſu prouenientem , alij ob poteſtatis ſeu perſonæ propriæ defectum , alij alias ob cauſas , vt *mox* dicemus . Qui ob defectum,ſeu fragilitatem conſilij natura prouenientę ſunt minores ſeptennio *l. ſi infanti*
3 *in princ.C.de iure deliber.*dicemus *infrà*. Sed quia in *hac Rubrica* pluries de ætate verba faciemus , libet illam definire,& diuidere . Ætas eſt menſuratio quædam temporis à natiuitate , vſque ad obitum decurrens,ſecundum *Bal.in conſ.19.lib.5. Caluin.in lexic.* verb. *ætas* ſecundum *Zacchia qq. medico leg. l.lib.1.tit.1.qu.1. nu.7.* eſt certum vitæ ſpatium , in quo pro temperamenti mutatione corporis,& animi peculiares vigent actiones.

4 Conſtituitur diuerſimode à *DD.* nam *gloſ.in proœm.ſexti decretalium,*in verb.*perfectus* conſtituit ſeptem ætates,quæ opinio eſt communior,de qua

inſia

infra dicemus, & ſequitur *Antonell. de tempore legal. lib. 2. cap. 1. Hippocr. 1. aphor. 13.* dicit eſſe quatuor *Caſert. in medicinal. tor. tract. 3. qu. 7. art. 1.* dicit eſſe quinque.

5 Prima ætas ſecundum *Iuſtinian. in l. cum non ſolum §. vbi autem C. de bonis quæ liber.* dicitur infantia, quæ incipit ab ortu, & durat vſque ad annos ſeptem completos, ſecundum *gl. in §. pupillus Inſtit. de inutil. ſtipul. DD. in cap. 1. de ſponſal. impub. lib. 6. & in l. quique ff. de in ius voc. & in d. l. ſi infanti C. de iure delibec.* vbi *Bar. Bal. & cæteri Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 57. nu. 2. & 7.* vbi teſtatur de receptiſſima DD. ſententia *Lara in comp. vit. homin. cap. 14. nu. 4. Narbon. de ætate anno 7. qu. 1.* vbi benè id probat, & impugnat *Zacch. medico legal. Alex. ab Alex. Galen. & alios* tenentes incipere à tempore conceptus animati, in veero *Caranza de partu c. 2. §. 1. Antonell. vbi ſup. Donza de pugna DD. tom. 3. tit. de minor. cap. 2. nu. 8.* de hac ætate loquitur *titulus C. de infantibus, & expoſitis liberis, & ſeruis, & de his qui ſanguinolentos nutr. accept. Maſcard. de probat. concluſ. 1063. nu. 3. Farinac. q. 92. nu. 3. Plaza in epitom. delict. cap. 32.* poſt *nu. 2. Duenas rege 259. ampl. 2.*

6 Adeſt inter infantiam perfectam, & perfectam pubertatem, ætas, qua a DD. appellatur, Proxima infantiæ, & proxima pubertati. Proximus infantiæ dicitur puer poſt ſeptemnium vſque ad annos decem cum dimidio, ſi maſculus ſit, ſi verò fœmina vſq; ad annos nouem cum dimidio *gl. in §. pupillus* in verb. *infantiæ proximus Inſtit. de inutil. ſtipul. Miſing. ibidem num. 8. in fin. Nicaſ. num. 3. Mayner. poſt gl. in l. pupillum qui nu. 1. ff. de reg. iur. Gandin. de pœnis reorum poſt nu. 30. Ant. Gomez. var. rit. de delict. cap. 1. nu. 57.* vbi teſtatur de communi *Cald. in repet. l. ſi Curatorem* in verb. *vel aduerſarij dolo poſt nu. 53. de in integr. reſtit. Bertazol. de clauſul. clauſ. 8. gl. 2. num. 1. Carl. Zacchia medico legal. lib. 1. tit. 1. qu. 1. nu. 11. Farinac. d. qu. 92. nu. 4. Duena d. cap. 2. nu. 9.*

7 Non deſunt qui putent, quod proximus infantiæ ab impleto ſeptennio vſque ad illud tempus cenſeatur, quo puero ad plenam pubertatem ſex menſes tantum deficiunt cuius opinionis author fuit *Innoc. in cap. continebantur 6. & in cap. atteſtationes 10. de diſpenſat. impuber. Iaſ. qu. 3. de iudeis*, quam opinionem maximè in criminalibus attendendam dicit *Bal. in l. excipiuntur ff. ad Sylan.*

8 Nec alij, qui teneant, proximum infantiæ dici illum, qui ſupra infantiam eſt per ſex menſes tantum, nam dari differentiam inter infantem, & maiorem infante dicunt, cum maior infante contrahat ſponſalia, ſecus infans *Bellam. conſ. 48. & ſeqq. & nu. 52. in fin. Tuſ. lit. I. conclu. 118. num. 3.* Et
9 *Cuiac.* qui *in §. ſed quod diximus de inutil. ſtipul.* dicit eſſe illum, qui à ſeptimo anno nuper egreſſus eſt, ſequitur *Io; Fab. in l. in negotijs num. 5. ff. de reg. iur.*

10 Alij demum tenent, in hoc nil in iure reperiri præſcriptum, ideò omne totum in Iudicis arbitrium eſſe remiſſum dicunt *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 57.* videndo ſcil. ſi puer poſt infantiam ſit iudicij inops, vel compos, vt merito illi ætati, aut pubertati proximus iudicari debeat *Couar. in epit. de ſponſal. 2. pa. cap. 5. nu. 7. Io; Caraſ. lib. 6. Miſcel. 23. Viglius in §. teſtes num. 11. Inſtit. de teſtam. ordin. Miſinger. in §. penult. nu. 3. de obligat. quæ ex delict. naſc. Phil. Matt. in l. ſere 108. ff. de regul. iur. Narbona de ætate anno decimo cum dimid. qu. 1. num. 10.*

11 Ego non diſcederem à prima opinione tamquam communiori, quæ quamuis nulla lege ſit munita, tamen contrariæ opiniones, nequa pro ſe aliquam habent legem. Et licet vbi nulla eſt lex remittatur ad arbitrium iudicis *l. 1. in fin. ff. de iure deliber. & cap. vlt. de tranſaction. cum concord.* Tamen id procedit quoties aliqua opinio non ſit communiter aliquo modo recepta, nam communis opinio eſt lex, & tamquam lex poteſt allegari *Aful. in cap. Prætor. cap. 1. nu. 15. Cauall. in præfat. ad pract. q. num. 31.* Communis hæc opinio
12 eſt recepta de iure hiſpano, vt dicit *Narbona de ætate anno decimo cum dimidio qu. 1. nu. 10.*

13 Adeſt alia ætas, quæ dicitur proxima pubertati, quæ qualiter intelligatur, etiam eſt multum controuerſa res. Nam aliqui tenent puerum dici proximum pubertati, qui decem annis cum dimidio maior eſt, & fœminam, quæ nouem annis cum dimidio etiam eſt maior, huius ſententiæ eſt *Accurſ. in §. pupillus Inſtit. de inutil. ſtipul. & in §. ſumma Inſtit. de obligat. quæ ex delicto in l. pupillum ff. de regul. Iur. & in l. 1. ff. de nouat.* ſequitur *Bar. ibidem nu. 5. Calcan. conſ. 121. num. 16. Syluest. in ſumma* verb. *matrimonium 5. qu. 4. D. Antonin. in ſumma 2. par. tit. 9. cap. 8. §. 2. Menoch. de arbitr. d. caſ. 57. nu. 21.* vbi plures refert, licet illam reprobet *num. 23.* Illam dicit communem *Kirchouius cent. 3. commun. opin. concluſ. 100. Quintilian. Mandoſ. de ætat. minor. cap. 4. num. 35. Petr. gregor. lib. 50. ſyntagm. cap. 7. num. 4. Coraſ. lib. 6. Miſcell. cap. 23. Tiraq. in l. ſi curatorem* verb. *minoribus nu. 7. C. de in integr. reſtitut. Stracha de adiecto 3. par. num. 17. Aſin. de execut. cap. 326. nu. 8.* vbi hanc ſententiam ſolum in cauſis ciuilibus veram credit, non verò in criminalibus etiam poſt 14. annum *Donel. commentar. lib. 12. cap. 22. & in l. ſi pupillus 117. nu. 10 ff. de verb. obligat. Franc. Hotoman. in d. §. pupillus Felician. de cenſibus lib. 2. cap. 2. nu. 2.* verſ. *alij dicuntur*, latiſſimè confirmat *Farinac. qu. 92. num. 9.* vbi multis modis limitat *Auendan. de cenſil. c. 81. nu. 4. Langlet. dec. 34. qu. 2. nu. 16. Scacc. de iudic. cap. 6. qu. 24. nu. 722. Odd. de reſtit. in integr. par. 2. qu. 80. nu. 46.* vbi teſtatur de communi poſt alios *Virgil. de legit. perſ. cap. 1. nu. 4.* Hanc opinionem
14 eſſe receptam ex legibus hiſpanis dicit *Narbon. de ætate anno decimo cum dimidio qu. 2. nu. 1.*

15 Secunda opinio eſt aliorum, tenentium, tunc pupillum pubertati proximum dici, cum ſex mēſibus plus minus vt ab ea diſtat *Accurſ.* ſibi cōtrarius *in l. non tantum 7.* verb. *ſemeſtre ff. de excuſat. tutor. gl. etiam in cap. continebantur* verb. *proxima, & in cap. atteſtationes* verb. *circa finem de deſponſ. impuber.* poſt alios *Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 104 nu. 37. Ant. Fab. in l. 1. §. an in pupillum ff. depoſiti Plaza lib. 1. delictor. cap. 34. num. 4. Cuiac. lib. 17. obſeruat. 4. in fine Bucaran. de differentiis inter iudic. ciuil. & crimin. differ. 79. à nu. 2. Farinac. d. qu. 92. nu. 12. Langl. vbi ſup. nu. 16.* vbi credit hanc ſententiā ſolum de iure canonico, verum dicunt probari *ex tex. in d. cap. continebantur, & in d. cap. atteſtationes*

de

Digitized by Google

de deſponſ.impuber. & l.excipiuntur ff. ad ſyllan.& melius l. non tantum ff. de excuſat. tutor. ibi propè pubertatem ſint, ita vt tantummodo ſemeſtre tempus reliquum fuerit. Hanc opinionem totis viribus
16 impugnat Alberic.in d.l.pupillum nu.1. ff. de reg. iur.qui reſpondet ad d.tex. l.non tantum Menoch. d.caſ.57.nu.29. licet Zacchia medic.legal.qq. veriorem hanc opinionem fateatur opinioni Galeni conſonam.

17 Tertia opinio eſt Hoſtienſ. in d.cap. continebatur de deſponſat.impuber.dicentis, eum ſolummodo pubertati proximum dici, qui per triduum ab ea diſtat, qui conatur inducere tex.in l.3.§.an hoc interdicto ff.de liber.exhib. vbi diſponitur, proximũ prætextæ dici, qui puberem ætatem nunc ingreſſus eſt, & tex.in cap.ad noſtram de regul. Illum impugnat Zacchia qq. Medicolegal. lib.1. tract.1. qu.5.

18 Quarta opinio eſt. Puellam pubertati proximam dici, quæ vndecimum annum agit, & puerũ, qui gerit annum decimum tertium ex cap. 6. & 21.de deſponſat.impuber.Cuiac.in d.cap.6.Cui accedit Reuard.in l.3.ff.de reg.iur.Petr.Fab.in l.5.in princ.ff.eodem.

19 Quinta opinio eſt Io:Roberti lib.2.recept.lection. cap.17. aſſerentis, pubertati proximum dici, qui decimum quartum annum eſt ingreſſus, & ſibi contrarius lib.3.animaduerſ.cap.32.in illam eſſe ſententiam videtur, vt eum pubertati proximum exiſtimet, qui annum decimum, & quartum prætergreſſus eſt. Quę Cuiac.& Roberti videtur roborari authoritate Medicorum, qua receptum eſſe teſtatur Petr.Garzias in Auicenn.fen.1.lib.1.doctr. 3.cap.3. diſp. 16.c.3. proximos pubertati illos dici, qui 12. aut 13. aut 14. etiam annum agunt ex Galeni ſententia com.aphor.3.aphor.27. extrauc. Claſſ.Danza d.cap.2.nu.10.

20 Sexta eſt opinio aliorum ſubſtinentium hoc remitti in Iudicis arbitrium, qui ex pueri diſcretione, actus qualitate, & alijs circumſtantijs, facile colligere poteſt, quando puer proximus pubertati ſit. Primò quia experientia paſſim docet, pueros ætatis teneræ, alijs multo maioribus, eſſe longè perſpicatiores, in quibus dici ſolet dictum gl. in cap.puberes, & in cap.de illis el 2.de deſponſ.impub. quod malitia ſuppleat ætatem.

21 Secundo ex diuerſitate regionum oritur ingeniorum diuerſitas, & vna Prouincia callidiores pueros educat, quam altera, vt de Romanis, Normandis, & Longobardis dicit Accurſ.in l.ſequitur §.pupillus verb.annum ff.de vſucapion. Hiſpanos verſutos, & callidos dicit gloſ. in l.dolum verb. conuenit C. de dolo Gallos ingenio eſſe ſimplici, ac ſtolido tradit Petrus Crinitus lib.4. de honeſta diſciplina cap.11. quamuis hanc gallorum inſcitiam in pueris ceſſare, qui in initio ſuæ ætatis ſapientiores ſunt, vt author eſt Cœlius Rhodigin.antiq. Lection. lib.30. cap.8. Diuerſos mores regionum aſtris adſcribens Firmicus Maternus lib.1.aſtronomico cap.1.dicit: Scytas eſſe feros, & crudeles. Italos regali nobilitate perfulgidos, Gallos ſtolidos. Syros auaros. Siculos acutos. Aſiaticos luxurioſos, & occupatos voluptatibus. Hiſpanos elatæ iactantiæ animoſitate præpoſitis, de his omnibus latiſſimè tractat eruditiſſimus Ioā. Neubuſius in theatro ingeniorum lib.1. cap. 13. & ſeqq. Io.Barclaius in Icone animorum Boemus Aubanus in libro inſcripto: Mores, leges, & Ritus omnium gentium. Narbona de ætate anno decimo cum dimidio qu.1.nu.10. Menoch.de arbitr lib.2.caſ.57.

22 Et quod regio ſit ſpectanda eſt bonus tex. in l. quod ſi nolit §.qui mancipia ff.de ædilit.edict. & ius canonicum in ſpectanda patria ordinandi in cap. quando 24.diſtinct.cap. conſtitutus de purgat. Canonic. Plura adducit Tiraquell.in l.7.connub.nu.14. cum ſeqq. Redin.de maieſt.Princip.verb.non ſolum armis nu.43.Gall.in apicibus Iuris pagin.mihi 114.

23 Hanc opinionem quod ſit remittendum in arbitrium Iudicis quis dicatur proximus pubertati defendunt Io.Fab.in d.§.pupillus de inutil.ſtipul. Viglius in §.teſtes nu.11.Inſtit. de teſtam.Salyc.in l.impunitas C.de pœnis Sotus in 4.diſt.35. qu.vnic. art.5. col.3. verſ. quod ſi rurſus Straccha de adiect. 3.p.nu.17.Farinac.vbi ſup.num.15. Menoch.d.caſ. 57.nu.44.Conar.in epitom. de ſponſal. 2.par. cap.5. nu.5.& in clem.ſi furioſus de homicid.in init.3.par. nu.5.Petr.Dum.reg.259.limit.3.verſ.& circa Viu. opin.676.nu.8.Sanchez.d.lib.2.diſput.104.nu.40. ibi nu.41. aduertit Iudicem volentem decernere proximum eſſe pubertati puerum, qui decimum annum cum dimidio non exceſſit, aut fœminam minorem nono cum dimidio id non facturum niſi cautiſſimè, aut verò maximiſque coniecturis inductum. Cum hæc præſumptio ex defectu ætatis naturæ repugnans cenſeatur, quod diuerſimode in maiore decimo, & dimidio obſeruandum erit, cum tunc minus validæ præſumptiones ſufficiant Gedeus de contrah.ſtipul.cap.7. num.185. & ſeqq.Phil.Mottaus in l.ferè in omnibus 108. à num. 39.ff.de regulis iuris Oſuald.lib.12. Donell.cap.22. lit.K.Pont.de impedim.matr.cauſ.31.qu.1.§.2.verſ. quæro 2. Et ſic medicos ſentire dicit Petr.Garz.vbi ſup.& Paul.Zacchia qq. medico legal. vbi ſup.qu.5. nu.27.vbi nu.28.dicit benè facere Iudices, ſi in hoc caperent conſilium Medicorum.

24 Sed hanc opinionem non eſſe practicabilem in hiſpania dicit Narbona de ætate anno decimo cũ dimidio qu.2.nu.14. & ſeqq. ex quo ibi adeſt lex ſpecialis hoc determinans vt ſup.diximus ex l.4. tit.19.par.6.& ex l.9.tit.1.par.7.& ex l.17.tit.14. & ex l.8.tit.31.eadem 7.par.l.6.tit.5.par.6. Mihi vero placeret in hac re ſi adeſſet decisio Cæſarea ad tollendas tantas DD. Varietates, tamen ex quo illam non habemus, placet prima opinio tāquam communior, & in Tribunalibus magis recepta.

25 Secunda Principalis ætas dicitur Pueritia, quæ incipit ab anno octauo incluſiuè, & durat vſque ad annos quatuordecim in maſculis, & vſq; ad annos duodecim in fœminis §.1. Inſtit.quibus modis tutel.finit.DD. in cap.ſi pater de teſtam.in 6. cap.pueri 22.qu.5. Zacchia qq. Medicolegal. lib.1. tit.1.qu.4.nu.7.Virgil.de legit;perſon. cap.1. nu.5. latiſſimè Narbona de ætate anno Octauo qu.1. vbi hanc opinionem fundat, & contrarijs reſpondet
26 Farinac.d.qu.92.nu.6. Solent etiam vocari pupilli, quod nomen pupilli prædicatur de pueris, & de infantibus, vt dicunt omnes Inſtit. de tutel.in princ. Farinac.qu.92.nu.6. Et impuberes,
27 qui ſunt ab anno 7.ad annum 14. in maſculo; &

ad annum 12.in fœmina *Farinac.d. qu 92. nu.8.*

28 Tertia principalis ætas dicitur adoleſcentia, quæ ſecundum receptam opinionem incipit ab anno decimo quarto in maſculis,& ab anno duodecimo in fœminis, & durat vſq; ad annos Viginti quinque de iure communi *cap. quicumq; in princ.77.diſtinct. Accurſ. in l.non aliter 69.* verb. *ætatem ff.de leg.3. l.hæreditatum* alias *computationi 68.*verſ *à prima ætate ff.ad l.falcid. Bernachin. in repert.*verb.*adoleſcentia Cuiac.in l.2. ff.de excuſat. & lib.ſingular.reſp.Vulp.Marcell.in d. l.non aliter Ferruti in lexic.* verb. *adoleſcentia ibidem Iacob. Spiegel.Hottoman.Petr.Rebuff. in l.pupillus eſt 239. ff.de verb.ſignific.P.Azor.inſtit. moral. lib.6.cap.5.* verſ.*tertiò quæritur Mandoſ. de ætate minor. cap.5. nu.1.Perez de Lara in comp.vitæ human.cap.22.nu. 1.*facit *tex. in l.cum filio fam.50. in fin. de leg.3.l. patri 27.§.item ex diuerſo ff.de minor. Vrgil.de legit.perſon.cap.1. num.6.* vbi teſtatur de communi *tacit; tex.in l.1, C.Theodoſiani de his qui veniam ætat.impetr.Danza d.cap.2.nu.11.*

29 Sed quod hæc ætas incipiat ab anno decimoquarto,& duodecimo in maſculis, & fœminis,& finiat vſque ad annum 50. in maſculis, & ad 40. in fœminis, & ſic vſque ad ſenectam,probare intendit *Franc.Conanus lib.5.commentarior. cap.11. ex Cicer.lib.1. de ſenect. ex l.ſi vero non remunerandi 12.§.ſi adoleſcens ff.mandati.l. in fin.ff.de minor.l.tutores qui 39.§.quod de peculio ff. de administr.tutor.*latè *Narbona de ætate anno 50. qu.1.* Ego

30 non diſcederē à prima opinione,quæ communiter eſt recepta,& probatur euidenter ex *tex. in d. l.non aliter*,vbi Iuriſconſultus iuuenem definit illum,qui adoleſcentiæ exceſſit ætatem, quo ad incipiat inter ſeniores numerari, nec reſponſio ei data *per Narbon.vbi ſup.*contrariam opinionem tenentem,ſatisfacit,vt legenti patet.

31 Hæc tertia ætas ſolet appellari, etiam pubertas,quæ incipit in maſculo ab anno 14.in fœmina ab anno 12.*cap.1.*ibi:*niſi ab annis 14. cum pubeſcere cœperint de delict. puer. Menoch.de arbitr. lib.2.qu.57.nu.2.Farinac.qu.92.nu.18.* Niſi mali-

32 tia ſuppleat ætatem *gloſ.in cap.1.* in verb.*pubeſcere de delict.puer.*vbi *Marian.Socin. nu.18. Farinac. d.qu.92.nu.10.& 19.Vrſil.*verb *ætas.*

33 Quarta ætas dicitur Iuuentus, quæ incipit ab anno 25.& durat vſque ad annum 50. ſecundum opinionem *Vrgil.de legit.perſon.cap.1. num.3.*qui citat *tex. in cap.iuuenis de ſponſalibus l. non aliter ff.de legat.3.Grammat.deciſ.34.num.4.Franc.Hottoman.in comment.de verbis iuris* verb.*ætas* verſ.*ætatis gradus Linglois dec.34.q.2.nu.13.alſ.l.de Lara in compend.cap.30.nu.1.* Sed ſecundum opinionē

34 aliorum vſque ad annum quatrageſimum quintū *Cuiac.in d.l.non aliter* licet *Narbona de ætate anno in qu.1.*aliter dicat *Vrſel.vbi ſup.*

35 Quinta ætas dicitur Senectus, quæ ſecundum aliquos incipit ab anno quinquageſimo *gloſ. in proem.6.decretal.*verb.*perfectus* vbi *etiam Io.Andr. eadem gl.in cap.1.de celebr.miſſar.& in l non aliter §.1.ff.de leg.3.Grāmat.dec.34.n.3.& 4.Hottoman. de verb. iur. verb.ætatis gradus Alberic. in diction.* verb. *Senectus licet incipiat Cuiac.in l.2. ff. de excuſat.Gaill.obſ.lib.5.Obſ.92.n.7.Tuſc.lit.ſ.concluſ. 103.num.6.Nouar.de electione.& variat.fori qu.21. nu.1.*quæ concluſio probari poteſt ex *tex.in l.1. C.qui ætat.vel profeſſ.lib.10.iuncta l.2. C.de his qui non implent ſtipend.eodem lib.*

36 Secundum alios ab anno ſexageſimo *Caſſan.in Cathal.glor.mund.par.11. conſid.17. in fin. Cuiac. in lib. reſponſ. Marcelli in l. non aliter ff. de leg.3. Borrell.in ſumma deciſ.tit.56.num.25.Sanchez tom. 2.de matrim.lib.7.diſp.32.nu.16. Caluin. in lexic. vbi ſup.Thom.Aer.de infirmit.cap.19 num.8.Amat. dec.Ferrar.25. Gratian.diſcept. cap.805. nu.43.ex tex.in l.ſi pater 15. §. in arrogationibus ff. de adoption.*

37 Ab anno ſeptuageſimo ſecundum alios ſectantes *Accurſ.in l.iuuenis* verb.*ſenes ff.de teſtib.in Abb. in cap.quoniam frequenter num.18.*verſ. *ego puto,vt lite non conteſt.Pariſ.conſ.29.nu.39.vol.2.Aſt.de infirm.legal.c.19.nu.7.*

38 Denique ſecundum alios remitti in arbitrium Iudicis *Menoch.caſ.59.Gaill.vbi ſup.nu.7. Oteda de incompatibil.benefic. 1.p.cap.27.nu.18.Garz.de nobil.gl.48.§.1.nu.6.Gonzal.in reg.8.Cancell.gl.5. §.9.nu.87.Gratian.cap.328.nu.2. Nouar.d.qu.21. nu.3.Lara in comp.vitæ human.cap.31.nu.53. Zacchia lib.1.tit.1.q.9.nu.43.Velaſc. de priuil.pauper. qu.18.nu.22.ex tex.in l.2.§.quem ita ff.de excuſat. muner.l.prætor 13.ff.eodem.* Sed primam opinionē

39 eſſe veriorem, & communiorem affirmo, prout aſſirmat *Narbona de ætat.anno 50. qu.2. num.9.& ſeqq.*vbi contrarijs reſpondet,

40 Finit ſenectus anno ſeptuageſimo *gl.in proemio Sexti,*in verb. *perfectus Io.a: de Anania in rubr.de delict.puer. nu.1.* verſ.*ſexta ætas Menoch.de arbitr. lib.2.caſ.59.ſub num.2.Farinac.d. qu.92.num.22. Narbona de ætate anno 70.Vrſel.vbi ſup.*

41 Sexta ætas dicitur decrepitas, quæ incipit ſecundum aliquos ab anno ſeptuageſimo *Guill. Rouilam deſcript.inſtit. & iniuſt. lib.2. cap.13.Grammat.dec.34.nu.4.Gratian.cap.805.nu.43.Farinac. qu.93.nu.25.& 26.Pariſ.conſ.29.nu.29.vol.2.*Se-

42 cundum alios ab anno octuageſimo *Vinn. in §. minorem nu.4.de adoption.Lalzaran.de feudis lib.2. tit.14.num.2. ex cap.à paruulo de conſecrat. diſt.4. Zacchia lib.1.tit.1.qu.10.nu.11.Narbona de ætate anno 80.qu.1.*

43 Et durat vſque ad centum annos quo termino quis præſumitur poſſe viuere *l.an vſusfructus 56. ff.de vſufr.l.proponebatur 76.*verſ. *nam,& legionem ff.de iudic.l.ſi vſusfructus 8.ff.de vſufr.leg.l.vl.§.1. C.de ſacr.ſanct. Eccleſ.* latè *Narbon. de ætat.anno 100.quæſt.vnic.nu.4.& ſeqq.* vbi declarat *Gad.de teſtit.q.2.ar.2.Vrſel.ſup.*

SVMMARIVM.

1 *Minores,qui non poſſunt contrahere, & eſſe in iudicio de iure communi ſunt minores 25. annis,& quid de Iure Neap.& Siciliæ,& nu.2.*

3 *Quid in matrimonijs,& teſtamentis, Iuribus patronatus,& beneficijs,& nu.4.5.6.& 7.*

8 *Quomodo præſumatur contrahens minor, an maior? & nu.9.10.11.*

12 *Infans nihil agere poteſt,& conuenire,& conueniri non poteſt in iudicio,& nu.13.14.& quid ſi habeat tutorem,vel non habeat? & à nu.15.ad num. 46.& à nu.117.ad nu.176.*

47 *Tutor,& Curator,vt poſſit adminiſtrare quæ debeat*

adim-

adimplere? & à num.48.ad num.116.

Minores an,& quando comparere in iudicio poſſint cum tutoribus, & quæ illi adimplere debeant? vbi plura alia ad materia?

QVÆSTIO IV.

1 MInores, qui contrahere,& eſſe in iudicio non poſſunt de Iure communi,sũt illi qui ſunt infra annos viginti quinque,vt diſponitur *in l.1. & toto tit. ff. de minor.Bart.& alij ſcribentes in l.fin.C.de his,qui veniam ætat.impetr.Ludouic.dec.Luc.17.nu.50.par.1.Seraphin.de priuil.iuram.priuil.83.n.1.Farinac.qu.92.nu.21. Narbona de ætate anno 25.qu.34.ex tex.in l.minor ff. de procurat. l.1. 2.& 3. C.qui legit.perſon.l.clarum C.de auth.præſt. l.cum minoris C.ſi aduerſ.rem iudic. l.ſi curatorem habens C. de in integr.reſtitut.minor.*de iure hiſpano eſt *l.11 tit.2. par.3.*ſequuntur *Petr.de Gregor.in ſyntagm. lib.49.cap.2.num.11. Amad. Rodrig. de modo vid.proceſſ. cap.2.nu.8.Pax in praxi tom.1.20.ſemper.num.23.& 24.Maur. de reſtitut. cap.198. Gaill.lib.2.obſ.208.num.1.* Et hi minores neque coram arbitris comparere poſſunt,cum arbitria ſint ad inſtar iudiciorum *Rofred.qu.Sabbathin.40.num.5. Trentacinq.var.lib.2.reſol.6. nu.1. Gutier.de tutel. 2.par.cap.4.nu.9.Bucaron. de different. inter iudic. ciuil.& crim.differ.48. num.1.Antonell.de temporo legali lib.2.cap.10.nu.17.*

2 Sed de *Iure* noſtri Regni Vtriuſq; Siciliæ per *conſtitut.* incip. *Minorum iura* iſta ætas eſt reſtricta,& redacta ad annos decem,& octo completos ſupra quam ætatem, nec dicuntur minores, nec indigent aliorum auxilio,ſed poſſunt libere contrahere,& in iudicio comparere vbi *Aff.& Tap. Moccia in ſylua caſ.forenſ.cap.64. num.1. Franch. dec.650.*

3 Prædictæ *leges* Ciuiles, & dicta *conſtitutio* loquitur in contractibus, & Iudicijs, ſecus in matrimonijs, nam in illis legitima ætas in maſculo eſt annorum 14.& in fœmina annorum 12. *DD. Inſtit.de nuptijs in princ. ex tex. in l.quæſitum 9.ff. de ſponſal.l.minorem 4.de ritu nuptiar,cum concord. cap.conturbantur 6.de deſponſ. impub. cap.atteſtationes 10.C.ex litteris 11.eod. tit. Sanchez.de matr.lib.7.diſp.104.Gutier.de matr.cap.2. nu.17. Baſil. eodem tract.lib.12.cap.5.nu.3.4.*poſt alios *Narbon.de ætat.anno 14.qu.5.& qu.9.*debent eſſe dicti anni completi *d. cap.atteſtationes cap. ex litteris cap.fin.eodem tit.*Ea ratione, quia in dicta ætate ſunt habiles ad conſenſum, & venereos amplexus *Paul.Zacc.medic.legal.lib.1. tit.1.qu.6. nu.21.Baſil.de matr.lib.7. cap.63. Hurtad. de matr. diſp.12. diff.12.nu.45.*vbi ponunt rationem cur talis ætas debeat eſſe completa. Adeo completa debet eſſe talis ætas annorum 14. vt ſi deficiant 20. vel decem dies,completa diei non poſſit, ſufficit tamẽ ſi ſit inceptus vltimus dies annorum 14.contra *Rebellium lib.3.qu.16.ſect.2.nu.16. P.Diana reſol. moral.par.1.tract.5.reſol.16.in fine Sanchez. de matr.d.diſp.104.nu.2.Narbon.d.anno 14. qu.9.nu.7.& 8.* Niſi ante dictum tempus malitia ſuppleat ætatem,& puer ſit diſcretus, & habilis ad copulã nam tunc poteſt contrahi matrimonium, quod poteſt eſſe annum 10. & incipiente vndecimo *c.puberes 3.cap.de eo 2.q.in ordine cap.fin.de deſponſ.impub.*vbi *Barboſ.P.Sanchez. d. diſp.104. qu.4.nu.21.Narbon.*poſt alios *d.qu.9.num.12. & ſeqq.* vbi latè *Scaluna de teſtam.lib.1.cap.5.nu.40.*

4 In teſtamentis idem eſt, ac in matrimonijs *§. præterea inſtitut. quibus non eſt permiſſum facere teſtam.l.qua ætate ff.de teſtam.*vt ſcil. etiam ſit annus 14.completus *gl.in l.omnis definitio* verſ. *item minor ff. de reg. iur. Gomez.in l.3. Tauri num.12. Clar.§.teſtamentum qu.5.nu.3. Connan. lib.9. comment.cap.4.nu.9.Cald.in l.ſi Curatorem verſ.ſine Curatore nu.61.C.de in integr. reſtit. Craſſus §.teſtamentum qu.17.nu.5.Spin.in ſpec.teſtam.gloſ.31.nu.17.*poſt alios *Narbona anno 14.qu.46.* ſufficit etiam ſi quis vltimum tantum pubertatis diem
5 attigerit *Narbon.ibid.num.18.& 19.Scalon.de teſtam.lib.1.cap.5.§.1.& ſeq.*

6 Similiter Patronus ſi habuerit annos 14. poterit præſentare ab beneficium. Aliaq;facere ſpectantia ad officium patroni *Anchar.conſ.355.Ant. de Butr. conſ.29.* licet ſufficere annos ſeptem poſt *Lap.alleg.8.poſt nu.2.& alleg.75. nu.5.Lambert.de Iure patr.lib.2.1.par.qu.2.princ.art.9. & 3.par.qu.princip.nu.2.Cald.de nom.emphy.qu.4.nu.7.*& alios dicit *Narbona de ætate anno 7.qu.22.nu.9.& 10.& anno 22.qu.4.*

7 Sic etiam in beneficijs ſimplicibus ætas dicitur legitima ſi fuerit annorum 14. vt diſponitur à *Sacro Concilio Trid. cap.6. ſeſſ.23. de reformat. Quintil. Mandoſ.de ætate minori cap.4.Oied.de incompatib.benefic.1.par.cap.24.nu.23. Muiel.de irreg.lib.1.cap.30.num.1.Gonzal.gl.5. num.95.Petr.Gregor.ſyntagm.Iuris lib.17.cap.8.nu.14. Narbona d.anno 14.qu.54.*vbi alios cumulat, & declarat.

8 Secus in beneficijs Curatis in quibus requiritur ætàs annorum 25. quia debet eſſe Sacerdos *c.12. de reformat.ſeſſ.24.Lap.alleg.36.nu.3. Nauar. in manuali cap.25.nu.135. Flam.Pariſ. de reſign.lib.4.cap.9.nu.16.& cap.11.num.14. Leſſ. de iuſtit.& Iure lib.2.cap.34.dub.20. nu.107. Vaſq. de benef.cap.3.§.1.dub.2. nu.19.Garz.de benefic.par.7.cap.4.nu.41.Moneta de commut. vltim. volunt. cap.10.nu.115.Vinian.in praxi Iuris patr.lib.1. num.158. Ricc.in praxi reſ.120.Nouar.in ſing.iuris Canon.concluſ.14.Squill.de priuil.Cleric.cap.4.nu.72. Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſc.par.3.alleg.60.nu.65. & lib.1.Iuris Eccleſ.cap.21.nu.47. & in tract. de Canon.cap.3.nu.18.& ſeqq.Narbona* late *anno 25.qu.26.*

9 Eſt benè verum tam in contractibus,quam Iudicijs,quod is,qui contrahit, vel comparet præſumitur ætatis legitimæ, prout de contractibus loquitur *Bal.in l.ſi minorem C.de inoffic.teſtam.gloſ.& DD. in cap. in præſentia de probat.* De Iudicijs idem *Bal.in l.ab ea, in fine ff.de probat.& l.cum te*
10 *C.de probat.* Et quod contrahens præſumatur legitimæ ætatis, niſi contrarium probetur, tenet *Bal.in conſ.66.vol.3. & in l.C.ſi minor ſe maiorem dixer.*& eſt communis opinio, vt notat *Felin.in cap.in. præſentia num.28. de probat. Dec.conſ.682.*
11 Fundans ſe in minori ætate,tam agendo,quam

in excipiendo, ſiuè principaliter, ſiuè incidenter, renetur probare *Odd. de reſtit. in integr. q. 37. art. 1. nu. 9. par. 1. Menoch. conſ. 1. num. 85. Burſat. conſ. 2.* eſtque *tex. in l. ſi minorem vbi gl. Bar. & Bal. ff. de integr. reſtit.* Sed ſi quis curatorem habeat minor præſumitur, niſi contrarium probatur, eſt *deciſ. Iaffred. 193. Laurent. deciſ. Aunionenſ. 63. Ricc. dec. 35.*

12 Ex quo infantis nullæ ſunt operæ teſte *Vlpiano in l. arboribus 12. §. de illo ff. de vſufr.* & parum à furioſo diſtet *l. fulcinius 7. §. plenè interdum ff. quibus ex cauſis in poſſ. eatur* nulluſque ei ſit conſenſus *l. infanti §. vl. iuncta l. potuit C. de Iure deliber.* quidquid videat ignoret *l. pupillus 9. ff. de acquir. haredit. l. 1. C. de falſa moneta Carbol. de iure empl. tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. Canon. limit. 20. nu. 6.* poſt alios *D. Scopp. ad Gratian. dec. 73. nu. 9.* Et conſenſu contractus peragantur, & iudicia *l. in omnibus 55. & l. 57. ff. de obligat. & action. l. 1. §. conuentionis ff. de pactis l. item eorum 6. §. vl. l. vl. ff. quod cuiuſq. vniuerſit. nomin.* qui conſenſus ſuppletur per tutorem *l. quamuis 32. §. infans ff. de acquir. poſſeſſ.* Et ſic infans ſine tutoris authoritate non poteſt incipere poſſidere *l. 1. §. adipiſcimur ff. de acquir. poſſeſſ. l. quamuis §. infans ff. eodem*, cum animus, & corpus requiſitum ad acquirendum illi deſinat *l. qui ad modum ff. de acquir. poſſeſſ. §. pupillus de inutil. ſtipul. inſtit. Narbona de ætate anno 7. qu. 27.*

13 Ideo conuenire, aut conueniri in iudicio non poteſt, nec per ſe, nec per procuratorem, nec etiã cum authoritate tutoris ad *tex. in l. 1. §. ſi ſiet ff. de administrat. tutor.* ibi; *Ita tamen, vt pro his qui fari non poſſunt, vel abſint, ipſi tutores iudicium ſuſcipiant, pro his autem, qui ſupra ſeptimum annum ætatis ſunt, & præſto fuerint authoritatem præſtent* ex quo *textu* habetur quod ipſe conuenire, aut conueniri non poteſt, ſed bene tutor pro ipſo *Quintilian. Mandoſ. de ætate minor. cap. 4. nu. 21. Perez de Lara in comp. Vitæ homin. cap. 16. nu. 76. & cap. 15. nu. 43. cap. ſi annum de iudic. in 6. Caualc. deciſ. 29. par. 1. nu. 1. Leſſius de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 34. dub. 20. num. 109. Lucarin de fiduciar. tutela cap. 6. nu. 23. Narbona de ætate anno 14. qu. 54. num. 6. & anno 7. qu. 24.*

14 Quod procedit etiam in ſpiritualibus, nam minor ſeptem annis nec cum tutore poteſt iudicem adire ex *tex. cap. fin. de iudic. lib. 6. & alios* probat contra *Perez de Lara in comp. vitæ hum. cap. 16. nu. 74. Narbon. d. qu. 24. nu. 5. & ſeqq.* Et ſic actus debent fabricari in perſonam ſolius tutoris, non autem in perſonam infantis, cum authoritate tutoris *Bal. in l. donatarum in fin. C. de acquir. poſſeſſ. Maranta in ſpec. par. 4. verſ. validum, aut inualidum nu. 56.* verſ. *Hinc dicit Bal. Rol. à Valle in tract. de confect. inuent. par. 3. nu. 3. Narbon. d. qu. 24. Antonell. de tempore legali lib. 4. cap. 17. nu. 19. & ſeqq.*

15 Si verò non habeat tutorem infans, vel pupillus (qui dicitur minor anno 14 in maſculo, & 12, in fœmina *l. 16. ff. de iure fiſci l. 7. C. de in pubér. l. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. inſtit. in princ. quibus modis tutel. finit.* & maior ſeptennio *l. quã-*
16 *uis 32. §. infans ff. de acquir. rerum domin.* latè *Narbona de ætate anno 7. qu. 3.* licet non deſint aſſerẽtes pupillarem ætatem incipere à die natiuitatis *Narbona d. qu. 3. nu. 2.*) tunc, cum non poſſit ſolus ſtare in iudicio ſiuè agat, ſiuè conueniatur *per tex. in l. 1. C. qui legitimam perſon. ſtandi in iudic. hab. vel non.* Ideo ſententia contra pupillum lata ſine tutore, dicitur nulla ibi: *Si cum eſſes pupillaris ætatis ſine tutoris authoritate, cum aduerſario tuo conſiſtens præſes prouinciæ aduerſus te pronunciauerit, minimè authoritate iudicati niteur,* quod ſtatutum eſt *l. 1. & 2. ff. de adminiſtr. tut. l. 1. C. de authorit. præſid. Specul. tit. de actore nu. 1. l. actæ §. 2. ff. de re iudic.* Et hoc procedit tam in criminalibus, quam ciuilibus *Cancer. var. par. 2. cap. 1. nu. 207. Lara in comp. vitæ homin. cap. 24. nu. 11. Antonell. d. cap. 17. nu. 19. & ſeqq.*

17 Quæ concluſio ampliatur, etiam ſi pupillus velit dare fideiuſſorem, nam non auditur *l. diem §. coram ff. de arbitr. l. cum minores C. ſi aduerſus rem iudic. Specul. tit. de arbitro §. reſtat videre nu. 4.*

18 Imò quamuis pupillus cum fideiuſſoribus fuiſſet admiſſus, nec iudicium teneret, nec fideiuſſores eſſent obligati, vt dicit *Guliel. de Cun. in l. 1. C. de his qui legit. perſon. ſtand. in iudic.* vbi *Caſtr. nu. 3.* qui loquitur in monacho litigante ſine licentia Abbatis *Surdus dec. 108. nu. 1.* vbi alios allegat *Caroc. de except. contra ſentent. except. 124. n. 49.* Tenerentur tamen fideiuſſores ad pœnam,
19 ſi pupillus compromitteret, licet ipſe non teneatur ad pœnam, vt colligitur ex *tex. & gl. in l. ſi pupillus ff. de receptis arbitris* ibi: *ſi pupillus ſine tutoris authoritate compromiſerit, non eſt arbiter cogendus pronunciare, quia ſi contra eum pronuncietur, pœna non tenetur, præter quam ſi fideiuſſorem dederit, à quibus pœna peti potuit* vbi *gl.* intelligit de pupillo, qui naturaliter obligari poterat, alioquin ſi nec naturaliter obligari potuiſſet, nec fideiſſores tenerentur *Borell. de compraſſ. §. 1. gl. 3. nu. 45. & ſeqq.* vbi explicat *tex. d. l. ſi pupillus*. Et procedit
20 concluſio etiam ſi vellet agere per procuratorẽ, nam neque poſſet *l. neque tutores l. non eo minus C. de procurat. Tiraq. poſt leg. connubial. gl. 5. num. 283. Lara in comp. vitæ homin. cap. 24. nu. 43.*

21 Hinc ſiuè agat pupillus, ſiuè conueniatur, ſeruari debet in practica ordo iſte. Si pupillus eſt infans, qui tutore caret, vel haberet, & non fecit inuentarium infrà legitima tempora, tunc debet ei inuito dari tutor non curator, vt dicit *Io: Andr. ad Specul. tit. de eo §. 1. col. in addit.* quæ incipit *authoritate Bal. in cap. 2. col. 6. in fin.* verſ. *de citatione de milit. vaſſall. qui cont. eſt Neuiz. conſ. 17. n. 30 Maranta in ſpec. par. 4. cap. Validum, aut inualidum nu. 56. Afflict. dec. 262.* verſ. 2. *dicitur* Caualc. *de tutore, & Curat. nu. 281. Guttier. de tutel. par. 1. cap. 19. nu. 24. Oſaſch. dec. 89. Maſtrill. dec. 73. Gennenſ. in practicab. q. 766. Perez de Lara in comp. vitæ homin. cap. 15. nu. 48. & 49.* vbi dicit non curatorem, ſed actorem infanti dari ex *l. decreto 25. in princ. ff. de adminiſtr. tutor. §. fin. inſtit. de Curat.* licet *cap. 24. nu. 17.* dicat dari curatorem, ſi non reperiatur qui detur tutor.

22 Et ſi infanti detur Curator, & non tutor acta dicuntur nulla *Maſtrill. d. deciſ. 73. Maranta vbi ſup. Lutrigl. ſing. 80. nu. 60. lib. 3.* & eſt *textus in l. 3. §. ſi pupillus ff. de tutel.* ex quo clare colligitur quod infanti debet dari tutor, & maiorum infanti Curator, rationem ponit *tex.* quia Curator non

datur

Digitized by Google

datur niſi petenti,& poſtulanti, quem infans pe-
tere non poteſt,cum non habeat velle,aut nolle,
id etiam tenent *Lenc.de cenſibus par.3. cap.1. art.*
9.Apiguera in practica tit.de in lite tutor.dando nu.
*4.*verſ. *ex quibus Narbona de ætate anno 7. qu.28.*
Grattan.diſcept.125.n.39.D.Vela diſſert.2. nu.42.
23 Licet contrarium ſit de iure canonico, vt ſcil.
minori ſeptennio Curator ad litem dari poſſit ex
tex.in cap.fin. §.ſi vero de iudic. in 6. expreſsè id
ſtatuente, ſequuntur *Ferrett.conſ.107. lib.1. Ge-
menſ.d.qu.766. Lara vbi ſup.* qui cum ſup. dicta
reſoluit,de iure canonico eſſe correctum *tex.d.§.
ſi pupillus l.3.*
24 Huiuſmodi Curator datur minori,etiam ſi ad-
ſit conſenſus patris, nam vltra talem conſenſum
datur curator ad litem *Alberic. in l.fin.§.neceſſita-
tes,ad finem C.de bon.quæ liber.*poſt *Affl.Caſſan.Ne-
uiz.Perez.Cald.in l.ſi Curatorem in princ. nu.34.C.
de in integr.reſtit.Ricc.coll.843.* verſ. *amplia 4.ex
Lanfranc.dec.307.Lara d.cap. 4.nu.12.*
25 Et ſic ille, qui velit conuenire hæredem ali-
cuius debet prius diligenter inquirere ſi aliquis
eſt infans infra ſeptem annos, & ſi ſit talis non
faciat citationem contra ipſum,vt legitimè com-
pareat,quia citatio eſſet nulla *l. neque ff. de in ius*
26 *voc.*Sed citare faciat tutorem pro eo,ſi habet per
*tex.in l.1.§.ſufficit ff.de adminiſt.tutor.Bar.& Angl.
in l.2.ff.de condit furtiua.*
27 Et ſi non habet tutorem faciat citare agnatos
& cognatos,vt veniant ad curandum,vt detur pu-
pillo tutor *Io.Andr.vbi ſup.Oſaſc.d.dec.89.nu.7.
Affl.d.dec.262.& 256. Maranta vbi ſup.Maſtrill.
d.dec.73.nu.7.Gaill.lib.2.obſ.107.n.7.& 8.Sibra-
der.de feud.par.10.ſect.19. nu.257.* Citantur ſtri-
28 ctiores,& ſi habet matrem, vel auiam, debet ci-
tari mater,& auia vt ſi ipſæ voluerint, præferan-
tur omnibus *Angel.§.1.Inſtit.de attil.tutor. Alex.
conſil.161.lib.5.Bar.in l.hæc autem §.1.ff.quibus ex
cauſ.in poſſ.eat.per tex.in auth.matri,& Auiæ C.quã-*
29 *do mulier.tut.offic.fungi poſſ.* Deficientibus matre,
& Auia dabitur legitimus, & in eius contumaciã
datiuus *Neuizan.conſ.27.num.30.*
30 Id quod diximus *ſup.*quod Curator infanti ad
litem non datur,aliàs acta ſunt nulla, fallit, in
vno tantum caſu, quando ſcil.tutor non poſſet
reperiri *l.curator ff.de tutor.& Curat.dat.ab his.Ca-
uale. conſil.200.num.2.* Et in ſimilibus cauſis *Alex.
conſ.22.nu.5.vol.1.Tuſc.lit.C.concluſ.1403. n.46.*
vel quando bona pupilli ſtarent ſub periculo ſe-
cundum *Bal.in cap.1.*verſ.*de citatione de milit.vaſ-
ſal.qui contum. eſt* qui ſubdit quod tunc debet dari
Curator,cum interuentu conſanguineorum pupil-
li *Maranta d.par.4.*verſ.*validum nu.56. Virgil. de
legit.perſ.cap.1.nu.77.*
31 De Iure noſtri regni Neap. per *ritum* incip.
Item quod pupillus 291. in ordine Carauit. Iudex
poteſt indiſtinctè prouidere pupillis de curato-
re ad litem,ſiuè petant,ſiuè non,quia dicit: *ſine
difficultate, & ſine cauſa cognitione*, verum non
putamus per illum *ritum* eſſe conceſſum dari cu-
ratorem infanti,quia *ritus* dicit, *pupillis aſſerenti-
bus ſe carere curatoribus*, nam talis aſſertio non
poteſt fieri per infantem, qui nullum habet intel-
lectum, vnde de neceſſitate ille *ritus* intelligitur
de pupillo maiore infante, benè *Maranta d.p.4.*
verſ.*validum num.56.in fine.*
32 Hodiè autem dari curatorem ad petitionem
litigantis cum pupillo,ſine difficultate, & cauſæ
cognitione,aduertit *addit.ad Maranta loco cit.nu.
57.*Sede *Carauit.in d.rit.291.*poſt *Affl.deciſ.256.*
dicit diſpoſitionem huius *ritus* non ſeruari,ſed ius
commune,vt ſcil. ad inſtantiam actoris iudex ci-
tet ipſos pupillos ſi sũt maiores infantibus,quod
compareant ad ſibi petendum Curatorem, & eis
comparentibus dat illum,quem petierint,ſin autẽ
ipſe eliget,& conſtituet eum, vt dicit *tex.& ibi
Salyc.in l.1.C.qui pet.tutor.gl. in l.qui iubet §. ſi pu-
pillus* verſ.*cogi ff.de tutel.Io:Fab.in §.initio Inſ.it.
de Curat.*Si vero ſunt infantes, tunc quia eis cu-
ratur dari non poteſt cum fari non poſſunt,nec ci-
tari valeant,vt *tex.in l. neque ff.de in ius voc.* du-
plex eſt remedium,vel quod adeat iudicem,à quo
faciat eiſdem conſtituere Curatorem, vel quod
citet conſanguineos, vel amicos, vt veniant ad
ipſos defendendum,& eis non comparentibus fa-
ciat ſe ponere in poſſeſſionem bonorum *per l.hæc
autem, & l. apud Iulianum ff.ex quib. cauſ.in poſ-
ſeſ.Affl.d.dec.262 in princ.*& intelligit *Caran.ibid.*
hæc omnia,& dictum *ritum*, quando pupilli liti-
gantes,& curatore carentes, non habent tutorem
præſentem,vel abſentem,vel habent,qui tamen
non producit ſollemnia,nam his ſolum cauſis ha-
benti tutorem datur Curator alias ſecus *Affl.ibi-
dem l.Curatorem ff.de tutor.& curat.dat.ab his.*
33 Sed contra ſup. poſita quod ſcil. infanti detur
tutor non curator,facit,quod multoties appella-
tione tutoris venit Curator,vt colligitur *in l.pa-
ter ſeuerina §.conditionum verba ff.de condit.& de-
monſtrat.*vbi teſtator filio ſuo impuberi dedit tuto-
rem vſque ad decimum octauum annum,& ſic ibi
tutor pro curatore accipitur *Iaſ. in l. ſi quis in
fundi 46.ff.de leg.1.& in l.qui in quartam, in fine
princ.nu.10.ff.eodem tit.& in l.quod dicitur nu.17.
ff.de verb.obligat.Pragia de tutor.& curat.qu.8.nu.
1.Baeza de decim.tut.c.3.n.10.& 11.* eſt que opti-
mus *textus in l.1.C. de pericul.tutor. & curat.* vbi
quod appellatione tutoris continetur curator, &
ideo quod vt Curator adminiſtrare poſſit,probat
*Neuizan.conſ.17.nu.60.Menoch.conſ.115.nu.68.
vol.2.Altograd.contr.7.n.14.*
34 Et in paucis diſtant tutores à Curatoribus, vt
*in l.ſtire oportet ff.de excuſat.tutor l.2. §.quod ſi Cu-
rator ff.ad Trebell. l.fin.in fine C. de author. præſt.*
35 Ideo DD. communiter interpretantur, & acci-
piunt dictionem *tutor*,aut *tutela* pro Curatore, &
Cura,ità ſentiunt *gl.Alberic. & Salyc.* & commu-
niter *DD.in rub.in l.3.& 4.& fin. C.de in litem
dando Curatorem,& gl.in l.2.C.de ſuſpect. tutor.Ca-*
36 *cheran.dec.89.nu.4.*Et eſt recepta omnium ſcri-
bentium ſententia, quod in diſpoſitione legis tu-
tela curam comprehendit *Accurſ.in auth.vt hi,qui
obligat.in princ.*verſ. *ad curatorem in auth.minoris
debitor C. qui tutores dari poſſ.* teſtatur *Cald.in l.ſi
curatorem habens C.de in integr.reſtit.in tex.*ibi *pu-
ro curatore conſtitutus nu.61.in 2.p.* Sic etiam ap-
37 pellatione Curatoris quandoq; venit tutor, vt
tenet *Guttier.de tutel.par.1. cap.16.nu.152. Mon-
tan.de tutel.cap.11.nu.5.Gratian.cap.919.* qui di-
cit inter Curatorem,& tutorem, nullam eſſe dif-
ferentiam,quia promiſcuè confunduntur.

38 His

38 His non obſtantibus veriorem exiſtimo ſententiam *ſup.* firmatam, vt ſi per Iudicem dandus eſſet infanti tutor, datus eſſet Curator, datio non valeret, quia contra formam legis, nam ſi lex requirit dationem tutoris infanti, ſi Iudex daret Curatorem, faceret contrà formam legis, & ſic quod faceret nulliter faceret. Eſt contextus *in l. tutores §. 1. ff. de adminiſtr. tutor.* Vbi ſi pater dederit filijs ſuis impuberibus aliquem in Curatorē, cum debeat dicere tutorem, iſte error vitiat, quia iſte Curator tenetur comparere, & petere tutorē pupillo dari, vel à Iudice ipſe confirmari, alias tenetur periculo tutelæ ità tenet *Cald. d. repetit. l. ſi Curatorem habens verſ. ſine Curatore num. 66. Spino, & Bacca,* quos allegat, & ſequitur *Guttier. d. cap. 16. nu. 157. Piagia de tutor. & Curat. qu. 8. nu. 3. Maſtrill. dec. 73. nu. 1. Intrigl. ſing. 80. nu. 60. lib. 3.*

39 Si vero puberi fuiſſet datus tutor, quia tunc exponitur ideſt Curator, & tutela comprehendit curam tenebit datio, quia appellatione tutelæ, venit cura, ſecundum magis communem opinionē *Cald. vbi ſup. nu. 67. Bacca d. cap. 3. nu. 26. Iaſ.* ante eum in *l. ſi quis in fundi vocabulo nu. 46. ff. de leg. 1. Oſaſch. dec. 89. nu. 5. Guttier. d. cap. 16. nu. 158.*

40 Poſſet infanti habenti tutorem, dari coadiutor, ideſt actor, vbi infans haberet tutorem, ſed tutor aduerſa valetudine, aut alia neceſſitate, impeditur *tex.* eſt in *§. quod ſi tutor Inſtit. de Curator* vbi
41 *Pichard. nu. 3. & 10.* Et eo caſu quando tutor eſt præſens, & eſt impeditus poteſt dari curator, & modus dandi eſt duplex, quia vel dabit eum Iudex, vt diſponitur in *d. l. ſcies,* vel dabit, eum tutor cum decreto Iudicis, vt colligitur *ex gl. in l. neque C. de procurator.* vbi etiam *Bar.*

42 Inter Curatorem, & actorem adeſt differentia, quia cum Curatore poteſt ab initio litigari, non ſic cum actore, cum quo non poteſt litigari niſi prius lis fuerit conteſtata cum tutore, vt notat *Specul. tit. de actore conſtit. §. contra actorem.* Actor
43 iſte ſolet conſtitui ex iuſta cauſa, vel impedimēto tutoris, vt notat *Vbert. de Bonaccurſo in tract. de exception. tit. de except. contra actorem à tutore conſtitutum Bar. in l. actor nu. 3. ff. rem ratam haberi,* & ibi *Angel. & Alberic. Paul. de Caſtr. conſ. 462. lib. 2. Addit Intrigl. ſing. 39. lib. 2.* de magis communi opinione teſtatur *Syluеſt. Aldobrandin. in §. ſi tutor*
44 *nu. 16.* quæ cauſa ſufficit, vt in decreto enuncietur, licet non appareat *Silueſtr. ibidem nu. 17.*

45 Et licet *Vbert. de bonaccurſo vbi ſup.* & cum eo *Specul.* voluerint, quod non poſſit pupillo præſenti conſtitui actor tamen verius eſt contrarium, vt declarat *Areti. & Syluеſt. in d. §. ſi tutor,* Sed debet
46 conſtitui cum decreto Iudicis, vt tenent omnes *in d. §. ſi tutor,* & conſtituitur is, quem tutor elegerit, nam eius periculo adminiſtrat.

47 Tutor qui conſtituit actorem debet eſſe legitimè conſtitutus, & adimpleuiſſe de iure adimplēda, huiuſmodi ſunt, ſatiſdatio, ſi talis ſit qui ſatiſdare tenea tur, iuramentum de defendendo pupillum, & de eo recte gubernando, & cætera id genus, de quibus diſtinctim *infra* quia cum his non obſeruatis tutor per ſe non poſſit adminiſtrare, multo minus poterit alios ad agendum conſtituere, & ſic actor tenetur in iudicio producere non ſolum inſtrumentum actoriæ, ſed etiam ſollemnia tutelæ *l. qui alienum §. quamquam* vbi *Bal. ff. de negot. geſtis Barbat. conſ. 41. lib. 3. Caphal. conſ. 382. nu. 5. & 21. lib. 3. Vant. hic nu. 148. Rol. a Valle conſ. 19. nu. 6. lib. 3. Gaill. obſ. 107. lib. 2.*

48 Sciò magnam eſſe controuerſiam in iure, ſi facta per tutorem non confecto inuentario valeāt, & ſit cauſa remouendi illum tamquam ſuſpectū. Nam quod valeant tenet *Par. in l. tutor qui repertorium num. 7. ff. de adminiſtr. tutor.* quem ſequitur *Salyc. in l. tutores num. 7. C. de adminiſtr. tutel. Put. dec. 287. lib. 1. Abb. in cap. ex parte,* & ibi *Dec. de appell. Alex. conſ. 86. nu. 8. lib. 2. Alb. Mandell. conſ. 21. nu. 7. Granut. ibtor. 8. num. 19. Afſl. dec. 336.* vbi dicit quod ſi tutor non confecto inuentario adminiſtret, poſſit in eum iurari in litem, ergo verè tutor eſt *Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. deciſ. 289. Guid. Pap. qu. 330. nu. 3. Eugen. conſ. 19. num. 16. Ludouiſ. dec. 31. nu. 4.* vbi ſic per Rotam Rom. deciſum refert, præſertim quo ad eum qui palam, & publicè adminiſtrat, prout alias deciſum refert coram *Cantucio,* & iterum coram *Lancellotto Seraphin. dec. 1004. nu. 5. Cuman. conſ. 15.*

49 In puncto in matre tutrice hanc partem, vti veriorem defendit *Gratian. cap. 28. num. 3.* ea præcipua motus ratione, quia ex inuentarij omiſſione, non dicitur tutor in dolo vero, ſed præſumpto iuxta tradita per *Socc. Dec. Surd. Rol.* ibi relatos, vndè ipſe ait: *non eſt prohibita adminiſtratio donec allegetur cauſa ſuſpicionis, & de ea cognoſcatur, & lis conteſtetur.* Idemque *Gratian. cap. 360. num. 33. & 36.* ſubdens minorem habere difficultatem, vbi tutor palam, & publicè adminiſtraſſet, iuxta relatas *deciſiones Rotæ Romanæ, & cap. 542. nu. 7. & cap. 855. n. 8.* in matre quæ non adimpleuit adimplenda, inquit, ſatis eſſe conſtare ex publicis inſtrumentis illam eſſe in poſſeſſione adminiſtrationis, & tanquam tutricem omnia feciſſe, & facere.

50 Ratio eſt quia nulla lege ſancitum reperitur, quod ea, quæ tutor antequam inuentarium confecit, geſſit, ſint irrita, & nulla. Nam *tex. in d. l. tutor, qui repertorium,* id ſolum ſtatuit, vt tamquam ſuſpectus remoueri poſſit, & *in l. fin. § fin. C. arbitr. tutel.* vt alijs quoque pœnis ſubiaceat ibi: *Securis tutoribus, & Curatoribus, quod ſi inuentarium facere neglexerint, & quaſi ſuſpecti,* ex quibus nil
51 aliud deduci poteſt, quam iure iſto *Codicis* ſtrictius fore inuentarij confectionem demandatam *Vital. de Cambanis de clauſul. clauſ. vel nouari inuent. conſ. pend. nu. 42.*

52 Igitur cum ſpecialem pœnam legiſlator imponit, cenſetur à pœna nullitatis actus receſſum ad *tex.* vulgatum *in l. quod ait lex ff. de diuort.* vbi etſi libertæ prohibitum ſit à patrono diuertere, ſi tamen diuortium fecerit, non ideò erit nullum, eo quod lex non vlterius proceſſit annullando actum, per quem *tex.* docet *Cyn. in l. non dubium C. de legib.* quod vbi prohibitio continet ius ſpeciale, pœna facit ceſſare actus nullitatem, quæ pœna eſt *l. Senatus de contrah. empt. Camban. loco cit. nu. 43.* comprobat *Bal. in d. l. non dubium num. 28. C. de legib.* latè *Reg. Merlin. contr. 73. lib. 2.* diximus *par. 1. huius Tract.*

53 Quod non valeat dicunt *Spec. lib. 1. par. 1. de d. tutor §. generaliter nu. 6. Bal. in addit. ad eundem tit.*

de

de Curat.verb.tutor in fine, verſ.ſi tutor Socc.iun. conſ.20.lib.2.Guitier.poſt alios de tutel.par.2.cap. 8.nu.58.Rolan.de Inuent.qu.38. nu.3.Menoch.de arbitr.caſ.171.nu.9.& 10. Cuuaſc. de tutor. cap.1. nu.23.& 57.Ant.Sola ad Conſtit.Sabaud.tit.de minor.ac eorum inuent.par.1.gl.vn.num.13. Et ſubdit nu.22.nunquam vidiſſe ſeruari ſtylum illum Curiarum,de quo Guid.Pap.qu.330. vt ſcil. tolerentur geſta per tutorem, etiam non conſtito de inuentario Corn.conſ.207.num.4.vol.3. Damhouder. de tutor.cap.3.nu.7.cum ſeqq. Farinac. teſtans de communi tom.1.tit.de accuſat.qu.15.nu.59.Capic. dec.50.nu.3.Simon.de Pratis conſ.6.num.12. Corn. com.opin.lib.2.nu.9.caſ.10.nu.60. 64. Tobia conſ. 108.nu.54.Vant.loc nu.148.Montan. de tutel.cap. 32.reg.5.nu.4.Verall.dec.387.par.2.alijque relati per Barboſ.in l.fin.nu.53.C.arbitr.tutel. Ant.Fab.in C.tit.de tutel.defin.2.Ginzarell.dec.12. nu.1. Reg. Marin.lib.2.reſol.18.nu.14.& ſeqq Ganauar.conſ. 6.impreſſ.poſt dec.à nu.7.ad nu.97. vbi latiſſime reſpondet omnibus argumentis Reg. Merlin. d. contr.73.Rot.Rom.apud Ludouiſ. dec.530. & 574. num.1.& coram Ottobon. dec.170.num.22.& poſt Salgad.de concurſu dec.29.nu.14. & ſeqq.& coram Cerro in Romana Societ.15.Martij 1658.

54 Ratio traditur quia non poteſt dubitari, quin tutoris authoritas neceſſaria omnino ſit in alienatione bonorum pupilli l. neque l.eum qui C.de author.tutor.cum concord.Afflic. dec.249. Menoch.de arbitr.lib.1.caſ.171.Simbucell.de decretis lib.1.tit. 1.nu.17.& 98.Guttier.de tutel.par.2. cap.5. nu.8. aliiq;apud Farinac.in repet.de contract. qu.14.nu. 1.& 2.

55 Et tamen authoritas ipſa conſiderari non poteſt in eo,qui verè tutor non eſt, nam tutor dici non poteſt qui requiſita ad tutelam ipſam ineundam non adimpleuit, inter quæ præcipuum eſt inuentarij confectio d. l.tutor qui repertorium, & expreſſius in l.fin.C.arbitr.tutel.vbi Imp.præcipit nè ad tutelam ipſam audeat tutor accedere, niſi inuentario confecto, ex cuius diſpoſitione id quod forte de conſilio prius erat, fuiſſe poſtea de præcepto,vt aduertit Bar. in d. l.tutor qui repertorium num.23.

56 Alia melior ratio habetur ex tex.in l.magis puto §.imprimis ff. de reb. eorum vbi Iudex aditus ad interponendam eius authoritatem ſuper alienatione ipſa debet in primis mandare ſibi exhiberi inuentarium bonorum pupilli, nam id ſignificat verbum illud ſynopſin.vt ex Ant. Auguſt.Hotbomanno & Iacob.Cuiac.obſeruat Menoch.d.caſ.171.nu. 9.10.Et ſic tota Prætoris deliberatio debet pendere ab inuentario,ſine quo nihil de contentis in illo tex. inſpici,& diſcuti poterit, vt rectè interponatur eius decretum. Si ergo de iudice de quo lex tantum confidit,hoc accidit,quid dicendum de tutore? & ſecundum hanc opinionem deciſum refert Franch.dec.205.nu.9.& 10.

57 Nec eſſe habendam rationem quod tutor palam,& publice adminiſtrabat, vt tutor,& ſic deberet ſuſtineri actus, ne mundus inuoluatur litibus ad tex.in l.barbarius ff.de offic.prætor. Nam diſpoſitio d. tex. procedit in officijs publicis authoritate,& vtilitate, non autem in priuatis, nec in tutore, cuius officium authoritate publicum vtilitate priuatum eſt l. ſi non ſubſcripſiſti C. de adminiſtrat.tutor.Bacon de decim.tutor. cap.12. nu. 8.9. Spec.loc.ſup.cit.num.7. Maranta in ſingular. verb.error.& in prax.par.4.diſt.16.nu.24.Gabriel conſ.36.num.36. vol.1. & eſt tex.ſingularis in l.2. ff.de eo,qui pro tutor.

58 Quid dicendum? Mea opinio eſt quod nulliliter tutor agat ſine inuentario, ex diſpoſitione tex.in l.fin.§.illo procul.C.arbitr. tutel. quæ loquitur in tutore teſtamentario l. tutores C. de adminiſtr.tutor.& ibi gl.l.tutor ff.de adminiſtr. tutor. vbi dicitur nihil poſſe gerere tutorem ante confectũ inuentarium, niſi quo ad modicam dilationem expectare poſſit, quod aduerbium nihil continet vniuerſalem negatiuam l.is qui ducenta §.verum ff.de reb. dub. & dictio niſi ibi appoſita inducit exceptionem firmando regulam in caſu non excepto Dec.in cap.cum ſit Romana de appellat. gl.in d.l.tutor.verb.cum oportet vbi Bar.ſummat, & in l. legitimos in princ.nu.7.ff.de leg.tutor.& nu.22.

59 Nec eſt verum quod non inducatur nullitas ſi tutor alienet ante confectum inuentarium, nam in d.l.fin. §. illo procul. non ſolum habetur prohibitio alienationis, & illa obuiat contractui alienationis rem eximendo à contractu, & commercio ibi: vel vllam communionem ad eas Ganau. d. conſ.6.nu.38.& ſeqq.

60 Eo magis quod inuentarium,eſt de forma legis ad tutelam, & ideo quidquid fit à tutore ante illud eſt factum contra formam legis, & conſequẽter ipſo iure nullum Montan.de tutel. cap.32. reg. 5.nu.53.Ganauer.d.conſ.6.nu.19.& ſeqq.

61 Nec eſt verum ad excluſionem nullitatis,quod quoties à lege eſt appoſita pœna, pœna debetur ſed non incurritur nullitas. Nam hic eſt diſtinguendum: Aut diſpoſitio legis procedit affirmatiue ordinando aliquid fieri ſub pœna, & tunc ordine non ſeruato committitur pœna, ſed non nullitas eius quod fit,& ita procedunt contraria. Aut diſpoſitio procedit prohibitione ſub pœna, & tunc agendo contra prohibitionem pœnalem committitur vtrumq;& nullitas, & pœna Angel. conſ.170.Capell.conſ.47.nu.2.lib.1.ciuil.Bart.conſ. 206.nu.3.lib.1.Ganauer.d.conſ.6.nu.7. & ſeqq. & nu.46.& ſeqq.vbi reſpondet tex.l.fin.ff. de diuert.

62 Additur, quod quoties lex primo prohibet, deinde pœnam ſtatuit,tunc non ſolum incurritur pœna,ſed etiam actus eſt nullus Abb.Felin.& Decius in cap. 2. de teſtib.omnibus alijs rationibus, & authoritatibus in contrarium reſpondet clariſſimè, & largiſſimè Ganauer. d.conſ.6. vbi tenet nu.85.& ſeqq.quod nec officit,quod tutor eſſet in exercitio ſuæ tutelæ tempore alienationis, non obſtante l.Barbarius ff.de offic.Prætor, & non obſtante quod ſuper alienatione prædicta eſſet interpoſitum decretum iudicis art.1. nu.11. & 90. & 91. & art.2. per totum, quem ſequitur Andreol. contr.384.

63 Et non eſt difficultas ſecundum primam opinionem,quoties ſumus in patrimonijs illuſtrium perſonarum,in quibus ſolet quandoq; magis pupillo expedire, vt bonorum non fiat inuentariũ, & deſcriptio, nè ampliſſimi per prius exiſtimati patrimonij debiles ex eo vires manifeſtentur, arg.eorum quæ ſcripſit Vlpian. in l.2. circa fin.§.

tra-

tractari verſ. ego etiam ff. ad Senat. Conſult. Tertyll. Alex. in l. 1. C. de alim. pupill. præſt, nam nihil tam crudum, & tam inhumanum eſt, quàm publicatio, & pompa rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitas, & inuidiæ exponere diuitias, vt dicunt *Impp. in d. l. 2. C. quando, & quibus quart. pars lib. 10.*

64 Sic inter cauſas neceſſarias, quare poſſit Iudex inuentarij confectionem tutori remittere, hanc ponit *Bar. in d. l. tutor qui repertorium nu. 19. Aufr. ad Capp. Tholoſ. deciſ. 289. Gutier. in l. nemo poteſt nu. 413. de leg. 1. Ant. Sola ad Conſtit. Sabaud. tit. de minor. & totum inuent. par. 1. gl. vn. nu. 19. Vrſill. ad Aff. dec. 360. nu. 10. Iodoc. cap. 3. nu. 27. de tut. mun. Manz. 3. qu. 3. qu. princ. nu. 7. Montan. de tutel. cap. 32. reg. 5. nu. 97. & reg. 6. nu. 18.*

65 Adhoc vt tutor legitime, rite, & rectè agat in iudicio, & conueniatur nomine pupilli, plura debet adimplere. Primo inuentarium facere, vt *sup.* diximus *ad tex. in l. tutor qui repertorium ff. de adminiſtr. tutor. Manz. de tutor. 3. qu. 3. q. princ. num. 3. Guttier. par. 2. cap. 1. Piagg. q. 7. n. 6.* qui omnes ampliant, limitant, & declarant.

66 Verum vltra caſum propoſitum, quo fieri non debet, adſunt alij. Puta ſi plus impenderetur pro illo faciendo, quam eſſet vtilitas *Bart. in l. mediterraneæ in princ. C. de annon. & Trib. lib. 10. Iodoc. d. cap. 3. num. 27. Montan. d. reg. 5. num. 95. & reg. 6. num. 18.* Vel ſi nil eſſet in hæreditate, nam tunc debet tutor ſe proteſtare coram iudice, & talis proteſtatio habetur pro inuentario *Manz. 3. qu. 3. q. princ. nu. 7. in fine Galter. in praxi tutel. fol. 73. nu. 25. in fine.*

67 Vel ſi neceſſitate legis non vrgetur, vt quia tutor ſit datus ad vnum articulum tantum *l. creationibus C. de Epiſc. aud. Bar. in l. ſi hæreditas ff. de teſtam. tutel. & in d. l. tutor qui nu. 4.* vbi *add. ff. de admin. tut. Rol. de Inuent. par. 1. qu. 41. Montan. d. reg. 5. nu. 84.*

68 Vel quia teſtator illius confectionem remiſerit expreſſè ſcil. prohibendo ne fiat, nam ad illud conficiendum *regulariter* non tenebitur *d. l. fin. §. illo C. arbitr. tutel. Bar. & DD. omnes in l. nemo poteſt ff. de leg. 1. Piagg. qu. 7. nu. 15. Durand. de arte teſtam. de tut. & Curat. caut. 3. Rol. par. 3. verſ. fin. nu. 8. Iodoc. cap. 3. num. 14. & 24. & cap. 10. de tut. mun. nu. 20. Manz. 3. qu. 3. q. princ. nu. 5. & 6.* Ea ratione quia hoc inuentarium fit ad euitandam periculum occultationis, & fraudis, quod poteſt remitti à teſtatore multum confidente in bonitate tutoris *Montan. d. reg. 5. nu. 98.* & quod ex Cauſa iuſtiſſima tutor excuſetur à confectione inuentarij dicit *Guttier. par. 2. c. 1. nu. 34.*

69 Diximus *regulariter*, nam ſi iudici aliter videbitur ex cauſa, adhuc conficere tenebitur *arg. l. confirmando, & l. vtilitatem ff. de confirmat. tutor. l. quidam decedens §. vſque ad eo ff. eod. Durand. vbi ſup. nu. 4.* vbi dicit, eius officium eſſe implorandũ *Manz. vbi ſup. nu. 5. 6. Iodoc. nu. 15.* vbi an id procedat quando eſt remiſſa reddenda ratio.

70 Cauſa iuſta poteſt eſſe quando appareret noua cauſa, quæ cognita non fuerat teſtatori, quod ſcil. talis remiſſio eſſet minori damnoſa *Fran. Aret. conſ. 22. poſt nu. 5. Dec. conſ. 394.* aliàs *319. num. 5. Piagg. vbi ſup nu. 26. Iodoc. d. cap. 3. nu. 14. Montan. vbi ſup. nu 106.*

71 Item quando ſi non conficeretur, vrgeret in creditorum præiudicium *Pal. in l. fin. §. cum igitur C. de iure delib.* licet ſecus ſi præiudicaretur legatarijs, nam illud teſtatoris voluntatem non impediret, quia illis potuit non legare *Caſtr. in d. l. nemo poteſt Alex. conſ. 82. num. 25. lib. 2. Piagg. vbi*
72 *ſup. nu. 17.* Vel ſi extaret ſuſpicio, quod tutor, & Curator pupilli, vel minorum res ſupprimerent *Bal. in d. l. fin. C. arbitr. tutel. Ang. conſ. 114. Piagg. vbi ſup. nu. 18.*

73 Hoc inuentarium debet fieri, vel coram Iudice, vel coram Notario, vt poſt alios probat *Frãch. dec. 206. Manſ. vbi ſup. Guid. Pap. dec. 539. Clar. §. teſtamentum qu. 66. verſ. ſed quid ſi teſtator.* Poteſt fieri vel vnico contextu, vel diuerſis diebus, & menſibus *Rolan. p. 3. fol. 60. verſ. numquid*, maximè exiſtente conſuetudine *Guttier. p. 2. cap. 1. nu. 81. & ſeqq.*

74 Quomodo debeat fieri Inuentarium, qua diſtinctione, & claritate, cum non ſit pertinens ad noſtram materiam relinquimus, ſed videndi ſunt *DD. in l. ſi quis intra C. de bonis proſcript. & in l. tutores la 2. C. de admin. tutor. l. vlt. C. Arbitr. tutel. l. nemini C. de ſuſp. tutor. Rolan. par. 3. verſ. item requiritur fol. 55. Iodoc. cap. 5. nu. 73. Guttier. par. 2. cap. 1. nu. 95. & 96. Montan. cap. 32. reg. 5. Calà de modo articul. §. 2. qu. 115. nu. 462. Guid. Pap. de Inuent. nu. 1. Galter. in praxi tutel. fol. 68. nu. 8. & ſeqq.*

75 Verum licet tutor non debeat conficere inuẽtarium ſi ita teſtator diſpoſuit, tamen tenetur cõficere librum rationum, alias contrà ipſum iurabitur in litem *Plot. de in litem iur. §. 1. nu. 33. Gratian. diſcept. 59. num. 13. Antonell. de tempore legal. lib. 2. c. 17. nu. 18.*

76 2. Debet adimplere tutor, vt iuret vtilia agere, & inutilia prætermittere *§. fin. Auth. vt ij, qui obliga ſe perhib. Caual. de tutor. & Curat. nu. 23. Iodoc. de tut. mun. cap. 17. in princ. Montan. cap. 23. reg. 2.* vbi ampliat in actore, & Curatore *Galter. in praxi tutel. fol. 74. nu. 18.*

77 3. Vt promittat defenſionem pro pupillo ſuſcipere, & ſic ipſum indefenſum non relinquere *l. tutoris præcipuum ff. de admin. tut. l. fin. §. defenſionem C. de adm. tutor. Piagg. vbi ſup. num. 29.* qui non ſufficere dixit ſeruare præcedens ſolemne tantum *Caualc. nu. 120. Manz. vbi ſup. Montan. cap. 23. reg. 3.* vbi ampliat in Curatore ſiue generali, ſiue ad vnum articulum. Sed contra quod ſufficiat tutorẽ
78 iurare tantum vtilia facere, & inutilia prætermittere, cum alias tutor non ſit, niſi defendat tenuit *Iodoc. cap. 7. nu. 4. & ſeqq. Cappell. Tholoſ. dec. 63. Bianche in deciſ. nouiſſ. Rom. 373. nu. 3. p. 1. vol. 1. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 1. tit. 60. nu. 400.* ſed apud nos praxis eſt, vt hæc duo ſollemnia coniũgantur, & ſic conſtitutus penes acta tutor iurat vtrumque, & ſe obligat ad vtrumq;

79 4. Vt legitimam tutor offerat, & præſtet fideiuſſionem, & ſatiſdationem, ideſt rem pupilli ſaluam fore *gl. & Bar. in d. l. legitimos Bar. in l. 1. ff. rem pupill. ſaluam fore Iodoc. de tutel. mun. cap. 6. Manz. d. qu. 3. q. 3. princ. nu. 8. Capic. dec. 50. nu. 7. Rol. à Valle conſ. 48. num. 26. lib. 1. Fab. in C. lib. 5. tit. 25. def. n. 1. Schrad. de feud. p. 10. ſect. 16. n. 188. Guid. Pap. dec. 330. nu. 5.*

Quæ cautio fuit inuenta à Prætoribus *l. 1. ff. de*

de prætor.ſtipul.Montan.cap.19.num.11. & 12. &
cap.23.reg.2. vbi rationem ponit, quia ſcil.tuto-
res in officio ſuo,vt plurimum, aut infideles, aut
negligentes ſunt §. quoniam autem in Auth. vt y
qui obliga Manzin.vbi ſup. & Montan. & ampl.6.
nu.15.cum ſeqq.Aliàs facta per tutorem non tenēt
Affl.deciſ.265. in fine Myſing. obſ.31. in fin.lib.2.
Capic.dec.50.n.3.& 87.nu.1.Cornaz.dec.1.nc.133
80 Et ſi tutor differat cautionem præſtare poteſt
cogi captis pignoribus §.ſubſidiaria Inſtit. de ſa-
tiſd.tutor.l.dic, cautionum §.ſi intrà ff. de damn.in-
fect.l.ſi quis a liberis §.ſi quis ex ijs ff.de liber.agno-
81 ſc. Et hoc adeo verum eſt, vt procedat etiam ſi
tutor eſſet valdè diues, quamuis tunc ſufficeret
qualis qualis fideiuſſio, etiam ſi fideiuſſor nihil
habeat in bonis gl.& Bal.in l.mulier.C.de iur. dot.
Guttier.p.1.c.12.nu.19.
82 Quæ ſatiſdatio quæ eſt cum fideiuſſoribus l.1.
ff.qui ſatiſd.cogant.l.non quaſi ff. rem pupill.ſalu.fo-
re l.2.C.de tutor.& Curat.Iodoc.cap.6.nu.8.Manz.
d.qu.3.num.8. Præſtari valet alibi,quam in loco
dationis tutelæ,eo quod neceſſaria ſit, & ad eum
aſtringatur à lege licet cauſa ſit voluntaria per
tex.in l.fideiuſſor §.non neceſſaria, & l.2.de dr §.tu-
tor verſ.iubetur ff. qui ſatiſd.cog. dummodo non ſit
in loco multum diſtanti Bar.in d. §. iubetur per
tex.in l.fideiuſſor §.ſi neceſſaria ibi: ſi in alia ciuſ-
83 dem Prouincia. Id fiet ſtipulante pupillo,ſi infa-
tia maior eſt,exigente magiſtratu l.1. §. exigere
ff.de magiſtr. conuen. Quod ſi minor tunc ſeruo
eius,& tandem Notario publico,vel alio, cui id
commiſerit Iudex l.2. 3. & l.ſeruum ff.rem pupill.
84 ſaluſore. Quantę ſummæ debeat eſſe dicta ſatiſ-
datio eſt videndus Iodoc. cap.6. num.26. & ſeqq.
Montan.cap.32.reg.7.num.14.& cap.15. num.71.
Guttier.de tutel.p.1.c.18.
85 Si verò Magiſtratus prætermittat, vel non
idoneam exigat ſatiſdationem, adulto tenebitur
in ſubſidium actione ſubſidiaria §.ſciendum Inſtit
de ſatiſd. tutor §.nos autem in fine, & §.impuberes
Inſtit.de attilitut.l.tutores in fine ff.de confirm.tutor
l.1.§.fin.& l.quod ad heredem ff. de magiſtr.conuē.
l.quoties ff.qui ſatiſd.cog.Manz.vbi ſup. nu.8. Mon-
tan.vbi ſup.nu.39.& ſeqq. & nu.55. hæc ampliat
in ſcriba, vel apud nos Magiſtro actor.cui eſt
onus approbandi has fideiuſſiones per pragm. 17.
de arbitr. Reg. Rout. deciſ.83. ordinem conue-
niendi tutores,& magiſtratus ponit Iodoc. cap.6.
nu.23.& 24.
86 Eſt benè verum plures releuari à præſtatione
huius ſatiſdationis. Primo releuatur Tutor teſta-
mentarius l.teſtamento datos in princ.l.ſi nemo ff.de
teſtam. tutel. l.de creationibus C. de Epiſc. Audient.
Antonell.de tempore legal.lib.4.cap.17. nu.9. Corn.
conſ.198.nu.8.lib.1.Marin.de tutel.q.3. 3.q.princ.
num.8. Maſuer. in praxi ciuil. de tutor. num.2.
Borrell. in ſumma deciſ. tit. de fideiuſſ. 13. num.
247.& ſeqq. quamuis in teſtamento minus ſollē-
ni,vel alias a Iudice veniret confirmandus Mon-
tan.cap.13.nu.4.& 5. Etiam ſi ſit filius fam. tutor
relictus in teſtamento, vel ex inquiſitione,etiam
ſi nihil in bonis haberet, nec pater tenetur tali
caſu ſatisdare pro filio,ſed tantum de peculio te-
netur,vel de in rem verſo Ciriac. contr.534.n.26.
& ſeqq.lib.3.Antonell.vbi ſup.nu.13.

87 Quod procedit ſi à patre,& non à matre datus
fuerit l.1.ad finem ff.de confirm.tutor.Iodoc.d. c.6.
nu.15. Ea ratione quia eius fides eſt approbata
à teſtatore §.1.Inſtit.de ſatiſd.tutor. Socc. iun.conſ.
5.num.2. lib.4. Pragg. qu.7. nu.25. Iodoc.vbi ſup.
Manz.vbi ſup.nu.8.Montan.reg.7.num.76. & 93.
Guttier.p.1.cap.5.in princ.& nu.4.5.affert limita-
tiones.
88 Idem eſt in Curatore teſtamentario, nam nec
tenetur ſatiſdare gl.in §.1.verb.approbata inſtit.de
ſatiſd.tutor.& in l.1.verb.ſimpliciter ff. de confirm.
tut.Guttier.de tut.p.1.cap.5.nu.2. Pragg.de tutor.q.
2.nu.15.Paſcal.de vir.patr.poteſt.p.3. cap.9. nu.vl.
Niſi ex aliquibus circumſtantijs conſtaret tuto-
rem,vel curatorem ſuſpectum eſſe,nam poteſt Iu-
dex non obſtante diſpoſitione teſtatoris remoue-
re illum, vel cogere ad fideiubendum poſt alios
Ciriac.d.contr.534.nu.34.Antonell. vbi ſup. nu.14.
89 2. Is cui remiſſum eſt onus à reddenda admi-
niſtrationis ratione Corn.conſ.173. num.3. lib.3.
Pragg.vbi ſup.nu.26. 3. datus cum inquiſitione §.
90 1.Inſtit.de ſatiſd.tutor.l.ſi nemo tutorum §. ſed et ſi
ff.de teſtam.tut.Iodoc.cap.6. nu.19. Borrell.vbi ſup.
nu.299.& ſeqq.Antonell.vbi ſup.
91 Quando ſcil. à maioribus iudicibus daretur,
ſecus à minoribus §.1.Inſtit.de ſatiſd. tutor.§.pen.
inſtit.de attil.tutor.§.ſed,& ijs legibus inſtit.eodem
gl.in §.fin.Auth. vt ſine prohibit. matris Galter. in
praxi tutel.fol.32.nu.7.l.1.§.Curatores ff. de magi-
ſtr.conuenien.l.pen. C.de tutor. & Curat.qui ſatiſd.
Prag.num.27.ea ratione quia eorum fides eſt ap-
probata à iudice Manz.vbi ſup.vbi dicit de com-
muni praxi ſeruari, vt magiſtratus omnes ſatiſ-
dare faciant ex gl.in l.1.C.de tutor.& Curat.qui ſa-
tiſ.non ded.per tex.in §.nos autem Inſtit.de attil.tu-
tor Guttier.par.1.cap.12.nu.25.26. Montan.c.32.
reg.7.nu.97.& ſeqq. vbi dicit,quod Maiores Ma-
giſtratus ſunt Prætor,Præfectus Vrbis,& Præſes
Prouinciæ,minores ijs inferiores, vt ſunt defen-
ſores Ciuitatum Manz.q.3.q.3.princ.nu.8.in fine
92 & ſi ſit admiſſus tutor ſine ſatiſdatione, & tem-
pore redditionis rationum fuerit repertus non
ſoluendo tenetur magiſtratus l.æmilius dr ſer.ff.de
adminiſtr.tutor.Iodoc.cap.6.nu.21.& diximus ſup.
93 Verum in maioribus magiſtratibus ſi illi non
exegerint à tutore, vel Curatore fideiuſſionem
non tenebuntur l.1. C. de tutor. vel Curat. illuſtr.
94 perſon.Secus in Curialibus alijs, vt ſunt Audito-
res Prouinciales d. l.1. §. in prouincijs Manz.vbi
95 ſup. In Curatore ſtipulatio huius ſatiſdationis
committitur ſtatim,ac res ſalua eſſe deſierit,& fi-
deiuſſoribus exinde incipiet cedere dies,in tuto-
re finita tutela l.non quaſi §. hanc ſtipulationem ff.
rem pupill.ſaluam fore.
96 4.Releuatur à ſatiſdatione legitimus tutor is,
qui eſſet multum fidelis, nam ex fidelitate remit-
titur ſatiſdatio l. legitimos §.1. ff. de legit. tutor.
Pragg.vbi ſup.num.28. Et in legitima limita ſi ſit
perſona honeſta,ſecundum Tiraq.de pœnis legum
cauſ.51.nu.4.Manz.vbi ſup. qui ſublimitat dum-
modo hoc fiat in pupilli vtilitatem Bar. in d.l.le-
gitimos in fine,& Bal.in l.fin. C.de tutor. & Curat.
qui ſatiſ.non.ded.& hoc eſt quando fideiuſſores nō
inuenit, nam ſufficit iuratoria cautio Guttier. cap.
12.nu 23.24.

N 5.Pa-

98 5.Patronus teſte Bar.in d.l.legitimos n.7. quod
intelligas, vt habetur in l.ſi impuberi §. 1. ff. de
tutor.& C. mat.dat.ab hs. Niſi ſit vulgaris, vel mi-
nus honeſta perſona, ſuſpecta, vel non diligens
pupillum, ſi magnum ſit patrimonium, vel magna
tutela Manz.qu.2.3.q.princ.nu.4. Guttier.p.1.cap.
12. num.17. & num.18. quid in patre dicendum
docet.

99 Etiam mater tenetur ſatiſdare Montan. vbi
ſup.nu.22.Guttier.p.1.cap.12.nu.16.Caualc.de tu-
tor.nu.23.& ſeqq. ſufficit tamen iuratoria cautio,
ſi fideiuſſores non inueniant Theſ.qu.21.lib.1. Et
100 etiam pater filiorum emancipatorum Fuell. de
bonis mater.in l.1.in 2.p.nu.27.Paſcal.p.3.cap.10
101 nu.17. Verum ſi exemptus à ſatiſdatione ſatiſ-
det per errorem talis ſatiſdatio non tenet Aret.§.
1.nu.3.Inſtit.de ſatiſd.tutor.Montan.vbi ſup.reg.7.
num.100.

102 5.Solemne eſt in Matre, & Auia, vt volentes
aſſumere tutelam filiorum, vel nepotum reſpecti-
uè, renuncient ſecundis nuptijs, Velleiano, & om-
ni legum auxilio inducto in fauorem mulierum
Bar.Ang.& Salyc.in auth.matri, & auiæ C.quando
mulier tut.offic. Iodoc.cap.5. nu.19. & ſeqq. Caſtill.
dec.79.nu.37.qui dicit in aliquibus partibus non
ſeruari, & ſufficere renuncionem fieri per verba
æquipollentia nu.39. & ſeqq.Alt.gr.d.contr.7.

103 Et ſtatim, ac tutelam accipiunt hoc faciendum
eſt, aliàs ſi ſequenti die fieret eiuſmodi renuncia-
tio non valeret Praſcſ. in l.ex parte col.pen. de ap-
pell. Aretin.in §.actionum num.88. de action. Piagg.
vbi ſup. nu.39.Capic.dec.50.Caualc. nu.24. Rol.à
Valle conſ.76.num.8.& ſeqq. lib.1. Alias abſq; eo
104 tutelæ decretatio non teneret Bart. & Bal. vbi
ſup. nu.10. Ac fideiuſſores per eas dati non obli-
gantur Remed.conſ.216.nu.6.7. & 8.per l.ſi ante
ff.iudic.ſolu.Mont.cap.15.nu.62. Viu. teſtans de
communi opin.809.nu.9.Guttier.p.1.cap.18. num.
39.& 40.Capic.dec.50.nu.5. Natta conſ.143.n.2.
lib.1.Caualc.de tutor.nu.24. Paſcal. infrà num.14.
105 Verum Piagg.vbi ſup.nu.40.limitat in matre,
& Auia tutrice teſtamentaria, vt renunciare ſe-
cundis nuptijs, & legum auxilijs non debeat Mõ-
tan.cap.15.nu.57.& 58.Beer.dec.124.nu.13.Bur-
ſat.conſ.130.nu.4.Honded.conſ.23. nu.25. vbi te-
nent contra Rol.à Valle conſ.76.nu.7.Natta conſ.
143.num.2. bene Paſcal.de vir.patr.poteſt.p.3.cap.
10.num.15.

106 Sextum, & vltimum ſolemne eſt, vt decernatur
tutela, & adminiſtratio ipſius, & bonorum pupil-
larium iuxtà tex.in l.fin.C.arbitr.tutel. ibi: publicè
quod iudicis decretum præſupponit l.fin. ff. vt in
poſſ.legat.Bal.in l.orphanotrophos C.de Epiſc.& Cle-
ric.& l.facultas C. de Iure laſæ fiſcal.lib.10.Gut-
tier p.1.cap.5. nu.6. Nec adminiſtratio debet oc-
107 cupari propria authoritate ſecundum Piagg. q.
7.num.7. etiam quod in teſtamento valido datus
fuerit l.4.vbi notatur ff. de auth.tutor. l.fin. §.illo
C.arbitr.tutel Caſtr.conſ.356.nu.4. lib.1.Manz.3.
qu.3.q.princ.nu.1.Guttier.p.1.cap.3.num.21.Mon-
tan.cap.32.reg.1.

108 Limita tamen in matre nam cum ei ipſo Iure
à lege tutela deferatur, iudicis decreto non re-
quiritur gl.in d.auth.matri, & Auiæ Bar.in l.ſi quis
ſub conditione num.24. ff.de teſtam. tutel.Piagg.vbi
ſup.ex Corn.conſ.356.in princ. lib.4. Montan.cap.
32.reg.1.nu.6. Verum idem Montan. cap.14. nu.6.
109 dicit requiri decretum adminiſtrationis etiam
in matre tutrice relicta à marito in teſtamento.
Guttier.vbi ſup.nu.8.9. vbi nu.10.limitat ſi aliqua
eſſent tempore peritura.

110 2.Limita quando per teſtatorem fuerit diſpo-
ſitum, vt tutor datus poſſit propria authoritate
adminiſtrare Piagg.vbi ſup.nu.5. Papienſ.in forma
libell.quo agitur ad redd.ration.gl.1.nu.19. Manz.
loco cit.Guttier.p.1.cap.5.num.7. Montan. cap.32.
111 reg.2.n.8. Et dum petitur facultas adminiſtran-
di, vel confirmatio à iudice in caſu requiſito, tũc
non ſunt citandi alij, etiam ij, qui alias tutores
eſſe poſſunt l.ſi vt proponis C. de confirm.tutor. Sed
112 ſi plures ſunt tutores, & vnus ſibi adminiſtra-
tionem decerni petat, alij contutores, de quorum
præiudicio agitur citandi ſunt l.3. §.fin.ff. de ad-
miniſtr.tutor.l.legitimos §. in legitimis, vbi de hoc
& de ſatiſdatione facienda, vel offerenda vt ſolus
adminiſtret legitimus tutor ff.de legit. tutor. Are-
tin.inſtit.de legit.agnat.tut.in princ.

113 Et talis tutor non ſolum adminiſtrabit bona
ſita in territorio Iudicis concedentis, ſiue confir-
mantis adminiſtrationem, ſed extrà, & hoc dum-
modo non adſit contradictor l. magis puto §. illud
ff.de reb. eorum. Et hoc caſu Iudex ſcribit ad Iu-
dicem loci exiſtentium bonorum hortando, vel
rogando eum, vt illum tutorem in poſſeſſione bo-
norum pupillarium mittat l. cum vnus §. fin.ff.de
bonis auth.iudic.poſſid.Manz.vbi ſ.p.nu.1.Montan.
cap.32.reg.1.nu.5.

114 Sinè his ſollemnibus, de quibus plenè agit Gut
tier.cap.12. nu.30. & ſeqq. tutor dicitur illegiti-
mus Gizzarell.dec.12.nu.1. Caran.rit.294 num.4.
Cap.Tholoſ.dec.288.Grat.diſcept.360.Surd.de alim
115 tit.8.priuil.56.n.101.de qua illegitimate poteſt
dici in quacumq; parte iudicij l.2.vbi Salyc. C.de
eo qui pro tutor.ſe geſſ.

116 Si vero tutor non ſatisdediſſet, facta per eum
nulla ſunt ipſo Iure, & irrita lege ipſa ſic ſtatuẽ-
te ad tex. in l.in dubium C.de tutor, vel curat. qui
ſatiſd.non ded. ibi: nullam firmitatem obtineat, &
rurſus; ipſo iure irrita ſunt, & nos latius dicemus
infra Vſaſ.b.dec.36.ſub num.21.Ganauer.d.conſ.6.
nu.16.Andreol.d.contr.384.nu.7.

117 Actor iſte, vt ad rem noſtram reuertamur, non
ſolum poteſt à tutore conſtitui, ſed etiam à Cu-
ratore etiam ad litem facto, vt notant DD.in rub.
C.de actor.à tutore, ſeu Curatore dando, & in l.neq;
tutores C.de procurat. l.ſi actor C.de appellat. Salyc.
in d.l.neq; tutores nu. 11. Eſt benè verum dari iſtos
118 actores volentes, non inuitos, vt tradit Bal.in l.
filiusfamil.§.nautus verſ.verum hoc ff.de procurat.
Areti.conſ.29.verſ.his non obſtantibus. Poſſunt cõ-
119 ſtitui ad omnes, vel ad certam cauſam, ſeu litẽ,
vt dicunt Bar.Bal. Salyc. Fulgoſ. Caſtr.Alex. Iaſ.&
alij magis communiter DD. in d. l.neque tutores.
120 Eorum officium finitur, finita cauſa, vt aduertit
Salyc ibid.Aret. conſ.29. Sunt ad ſimilitudinem
121 procuratorum, qui lata ſententia, licet poſſint
appellare, non tamen poſſunt appellationem
proſequi, ſi fuerint dati ad vnam litem ſiue
Cauſam tex. eſt in l. actor vbi Bal.C. de appellat.
Scacc.de appellat.qu.5.nu.12.vbi explicat, & nos
dicemus infra.

122 Et

122 Et quia bannitus ius patriæ poteſtatis retinet,
vt dicit *Iacob.de Arenis de bannit.in princ. num.3.*
ea ratione quia certi ſunt modi, quibus ius pa-
triæ poteſtatis ſoluitur, inter quos non eſt nu-
meratum bannum *arg. tex. l.patreſfurioſo ff. de his
qui ſunt ſui &c.* & ideo filio bannito debet dari
curator tamquam filio eius, qui ſit captus ab ho-
ſtibus vt *in l.mutio §.ei cuius ff.de tutel.* & non tu-
tor *Peregr.de iure fiſci lib.3.cap.7.nu.23.* ſequitur
Virgil.de legit.perſon.cap.33. nu.86. alia dicemus
infrà.
123 Similiter dari debet etiam Curator pupillo,
vbi mulier tutrix, ſiuè tutor vult ſatisfieri ſuper
bonis infantis, ea ratione quia habenti tutorem,
ſiue tutricem, tutor dari non poteſt *Bal. Paul.de
Caſtr.& Corn.in l.fin.C.de Iure deliber.Fanut.de
inuent.par.5.nu.72.Neuiz.conſ.17.n.30. Maſtrill.
dec.73.nu.5.* & eſt *tex.in §.fin.inſtit.de authorit.tu-
tor.& in l.fin.C.de in lit. tut. dand. Menoch. conſ.
380.Paul.Chriſtin.vol.3. dec.150. tit.in quibus ca-
ſibus tutor.vel Curat. hab.Carrn. reſol.200. num.1.
Amat.reſol.56.nu.28.*
124 Prout eſt quando hæres vult ſe ſatisfacere de
ſuo credito, nam tunc ne actio, & paſſio ſit in eo-
dem ſubiecto debet dari Curator, vel hæreditati
quaſi iacenti ſecundum opinionem *Rol. de Inuit.
par.3.vol.10.nu.7.Seſſ.dec.46. nu.35.Tuſc.lit.H.
concluſ.23.nu.3* vel bonis ſeu liti mouendæ ſecũ-
dum opin.*Scacc.de commerc.§.7.gl.6. nu.16.* Quæ
125 ſunt intelligenda vbi tutor, vel tutrix non ha-
beret contutores, nam ſi haberet cum eis lis tra-
ctanda omninò eſſet, nec dari potuiſſet curator
iuxtà *tex.in l.1.C.de in litem tutor. dando l.24.ff.
de teſtam.tutel.*
126 Poſſet etiam pupillo habenti tutorem dari Cu-
rator iuſta exiſtente cauſa, propter quam, vel ne-
ceſſarium ſit, vel vtile pupillo, quod Tutor non
agat, vel actorem non conſtituat *Aretin. in l.qui
teſtamento ff.de teſtam.nu.3.* v.g. vt tutor validè
pro pupillo teſtificetur debet dari pupillo Cura-
tor ad illam litem, in qua tutor debet teſtimoniũ
perhibere *Maſcard.de probat.concluſ.1357. n.32.
Fariuac.de teſtib.qu.60. nu.280.* alium caſum ha-
bemus in *l.2. C. de in litem dand.tut.* vbi *Odofred.*
verſ.*in non quia Carrna reſol.200.nu.5.& 6.*
127 Et licet aliqui teneant, quod vbi pupillus ha-
bet litem cum tutore, non detur curator pupillo,
niſi petenti *gl.in l.1.verſ.officio C.qui pet.tutor.Affl.
dec.256.*verſ.*pro intelligentia Caren.reſol.300. nu.
2.* Secus cum extraneo *Affl.d.dec.256.Carpz.li.5.*
128 *reſp.86.nu.18.* contrarium eſt verius, vt tenent
*Schrader.de feud.p.10.ſeſſ.19. num.186. Socc.iun.
conſ.46.nu.4.lib.1.Piaggia in tract. de Curat. qu.2.
nu.63.Scacc.de cambijs §.7.gl.6.nu.16.*verſ.*quia
reſpondet.* Ea ratione quia in caſibus, in quibus
129 ſecundum iuris diſpoſitionem inter pupillum,
& tutorem lis eſſe poteſt, quos caſus recenſet
*Bar.in l.qui habet §.ſi pupillus nu.4.ff.de tutel.DD.
in auth.mulieris C.quando tutor.* Paria ſunt litem
130 habere cum tutore, vel cum extraneo, & vbi
nulla poteſt aſſignari ratio differentiæ, idem ius
ſeruandum eſt *l.ſi illud ff.ad l.aquil.Tiraq.in tract.
ceſſante cauſa par.1.nu.149.D.Vela differt.2.n.47*
131 Si verò pupillus litem haberet cum extraneo,
& eſſet ſine tutore, Iudex debet pupillo etiam
non petenti, & inuito dare curatorem ad litem,
& tali caſu tenetur Iudex ad inſtantiam, & peti-
tionem partis aduerſæ, mandare pupillo, vt veniat
infrà certum terminum, vt puta dierum quatuor,
ad petendum curatorem ad litem, qui ſi compar-
uerit dabit ſibi illum, quem petierit, ſed ipſo non
comparente, dabit ſibi Curatorem ad litem ex
officio iuxtà formam *l.1.* vbi *Salyc. C.qui pet.tut.
Affl.Matunta,& alij*, quos allegat, & ſequitur *Mi-
ſing.obſ.31.cent.2.& cent.1.obſ.83. Muſcatell.in
praxi par.2.gloſ.intimato num.46.& 47. Curpan.ad
ſtat.mediol.cap.34.lib.1.Porlador. rerum quotid.lib.
2.§.4.cap.fin.Gull.lib.2.obſ.108.Aloyſ.de Leo in
l.decretatio nu.39.& 40.C.de Epiſc.aud.Mareſcot
lib.2.reſol.145.Schrad.de feudis par.10.ſeſſ.19.nu.
174.cum ſeqq.* Sic ſeruari in M. C. regni Siciliæ
dicit *Milan.dec.13.num.7.lib.2. Maſtrill.dec.54.
Giurb.dec.109.nu.4. Larn in comp. vitæ homin.tit.
de Curat.ad litem nu.3.& ſeqq.& c.24.nu.4.& 28.
D.Vela differt.2.nu.52.*
132 Quæ omnia procedunt vbi pupillus conuenie-
tur, nam tunc etiam inuitus tenetur Curatorem
ad litem accipere, ne ſit in eius poteſtate nullo
petito Curatore iudicium ſubterfugare per *tex.in
§.item inuiti* vbi *gl.Fab.Angel. Poſtius Sylueſt. Al-
dobr.& alij DD.Inſtit.de curat. & in l.ait prætor §.
permittitur iuncta gl.ver.ex conſtitutione* vbi *Bar.&
DD.ff.de minor.Piag.de tut.& Curat. qu.2. nu.67.
Grauen.lib.2.pract.concluſ.concl.108. D.Meuius in
ius Lubec.lib.1.tit.7.art.11.nu.8. Carpzou. de pro-
ceſſ.tit.5.art.3.nu.20.Virgil. de legit.perſonæ c.51.
nu.23.Curen.reſol.200.nu.13. D.Vela d.differt.2.
nu.43.& ſeqq.Puſcul.de vir.patr.poteſt.par.3.cap.9.
num.52.*
133 Sed vbi pupillus in iudicio contra aliũ actio-
nem inſtitueret, an cogatur præcisè iudicio ſtare,
& Curatorum ad litem petere, vel recipere? Plu-
res tenent quod ſic, ſcil.quod pupillus, vel minor
in ijs caſibus, in quibus curatoris authoritate in-
diget, ad litem curatorem inuitus petere, & acci-
pere cogatur *gloſ.in l.qui habet §. ſi pupillus* verſ.
item Caſſius verſ. *cogi ff. de tutelis Alex. conſ.122.
num.5.lib.1.* vbi de communi *Vrſill.ad Affl.deciſ.
256.in princ.*
134 Contrariam opinionem tenent alij, quod ſcil.
vbi minor, ſiue pupillus indigeret authoritate
Curatoris, & in iudicio vt actor comparuiſſet,
non cogitur præcisè Curatorem accipere, ſed ità
demum ſi iudicium proſequi vellet, & non aliter,
ità tenuerunt *gl.in d.l.ait prætor §.permittitur* ver.
ex conſtitutione vbi *Alber. de Roſat. nu.4.ff.de mi-
nor.Bar.in l.qui habet §.ſi pupillus nu.1.* verſ. *oppo-
nitur* vbi etiam *Cuman.ff.de tutel.Salyc.in l.1.n.1.
C.qui pet.tutor.Azo in rubr.C.de teſtam. tutel. nu.3.
D.Vela d.differt.2.num.42.& 49.* quæ ſententia
135 probari poteſt per *tex.in l. qui habet §. ſi pupil-
lus ff.de tutel.* facit etiam *tex. & DD. in l.1.C.ut
nemo inuit.l.fin. C.de vſur.pupill.Caran.in rit.291.
num.4.*
136 Sed hoc caſu ab agendo repelletur cum refu-
ſione expenſarum *gl. in l.mutus §. is qui verſ.con-
ſentiente*, & verb.*ſatisdare* vbi *Odofr. & Bal.ff.de
procur. Odofr. in l. ait prætor ff. de minor. Vant.
rubr.ul.nu.85.Angel.Inſtit.de Curat. nu.6. Aldobr.
in §.item inuiti nu.9.Inſtit.eodem.*

Digitized by Google

137 Scio tamen ad conciliandas has opiniones calamum arripuiſſe *Schrader. de feudis par.10. ſeſſ. 19.nu.174.& 175.* ſubdens, quod pupillus ante libellum non cogitur præciſè, & poſt libelli præſentationem, cogitur præciſè, cum non poſſit à lite deſiſtere inuito aduerſario per *tex. in auth. qui*
ſemel. vbi omnes *C. quomod. & quand. Iud.* cum multis per eum *ibi* allegatis. Sed ſalua pace tanti viri
138 hæc *Schraderi* opinio non placet, placet tamen ſecunda opinio, & ratio qua moueor eſt, ex quo præſentatio libelli, & omnis actus factus per minorem abſq; authoritate Curatoris eſt nullus, vt fatentur omnes DD. *ſup.* allegati, & quod nullum eſt, nullum præſtat impedimentum *cap. non præſtat de reg. iur. in 6. Roman. conſ.369.num.16.* ſubdens quod nullum eſt, allegabile non eſſe.

139 Tenerè tamen opinionem quod caſu, quo pupillus nollet proſequi iudicium, & ſic Curatorē petere, poſſet reus conuentus intentare remedium *l. diffamari C. de ingen. & manumiſſ. & l. ſi contendat ff. de fideiuſſ.* quia hoc caſu, cum quis etiam pupillus, tanquam munus actoris fungens, vt diximus *in obſ. ad dec. 2. nu.* *Reg. Rouiti* agere cogatur inuitus, & curatore indigeat, illum etiā inuitus petere, & accipere cogitur, nam licet ſit actor, eſt actor non voluntarius, ſed neceſſarius, quod probatur *in l. ais prætor 7. §. permittitur iuncta gl.* in verò *ex conſtitutione ff. de minor.* vbi habetur, quod debitur agens contra creditorem minorem, poſſit petere, atq; impetrare, vt creditor conuentus, ſi is ſit minor, ad petendos ſibi Curatores, cogatur, & quidem inuitus, & præciſè. Et ſic cum debitor contra creditorem regulariter agere nequeat, niſi vel ex beneficio *d. l. diffamari* vel ex beneficio *d. l. ſi contendat*, & qualibet diſpoſitiones legitimæ adaptari debeant ad illos caſus, qui frequenter, & regolariter eueniunt *l. nam ad ea ff. de legibus,* ex iſto *tex.* iuncta *gl.* clarè liquet quod conuentus *ex l. diffamari* vel *l. ſi contendat,* ſi ſit minor, vel pupillus etiam inuitus cogitur, & compellitur ſibi Curatores petere, & quidem præciſe, latè hoc probat *Schrad. d. par.10. ſect.19.nu.180.& ſeqq.*

140 Sed eſt aduertendum quod in caſu, quo minor, vel pupillus curatorem ad litem ſibi petere compellitur, non cogitur petere, vel recipere illum curatorem, quem vel Iudex, vel aduerſarius nominat, aut proponit, ſed eſt in ipſius electione, quē nam petere velit *gl. in l. ait prætor 7. §. permittitur ff. de minor. Odofr. Cyn. in l.1. & ibi Salyc. nu. 2. C. qui pet. tutor.* poſt alios *Alex. conſ.122. nu.15. lib.1.* vbi teſtatur de communi *Schrader. d. ſect.19. nu.187. Lara in comp. vitæ homin. tit. de curat. ad litem nu.19. D. Vela d. diſſert.2. nu.41.* Cum etiam
141 curator datus à patre in teſtamento indigeat confirmatione facienda ipſo volente *d. §. item inuiti Inſtit. de curat. l.1. in fin. ff. de confirm. tutor. l. gaius ff. de excuſat. tutor. l. pen. C. de teſtam. tut.* latè *Gabriel. conſ.25. nu.16. & ſeqq. lib.2. Paſcal. de vir. patr. poteſt. par.3. cap.59. nu.50. & ſeqq. Angel. in l. 6. C. de negot. geſt.*

142 Et in caſu quo pupillus, vel adultus præciſè cogitur ad petendum ſibi Curatorem ad litem, ipſe adhoc faciendum cogitur captis pignoribus *gl. in d. l. ait prætor §. permittitur* verb. *ex conſtitutione ff. de minor. Io: Fab. in §. inuiti num.1.* & ibi *Syl. Aldobr. nu.11. Inſtit. de Curat.* alijq; apud *Schrader. num.188.* Qui dicit poſſe compelli etiam per capturam perſonæ, & ſi Iudex ſit Eccleſiaſticus etiā per excommunicationem ex *Fabr. d. §. inuiti nu.1*
143 Alij tenent quod caſu quo nolint eligere, poſſit Iudex illis curatorem dare *Bal. in l.1. C. qui per tutor. Maranta in ſpec. par.4. diſt.16. num.36.* facit *tex. in l.3. §. ſiquidem ff. qui pet. tutor.* ex gloſa ſupradicta opinione de pignoribus capiendis *D. Vela d. diſſert.2. nu.52.* Alij tradunt hoc caſu poſ-
144 ſe aduerſarium illis petere Curatorem *gl. in l. ſi minor* verb. *inueniant ff. de reb. auth. Iudic. poſſid. Angel. in l. mutus §.15. qui nu.4. ff. de procur. Vant. rubr. el. nu.86.* facit *tex. in l. admone l. 2. C. qui pet.*
145 *tut.* Imo in arbitrium aduerſarij eſſe, vel cogere pupillum ad petendum, vel Iudicem, vel ipſum petere, dicit *Schrader. d. ſect.19. num.192. & ſeqq. Vela d. diſſert.2. nu.51.*

146 In omnibus caſibus in quibus adoleſcentes, ſiuè minores, vel adulti curatorem in litem petere, & recipere coguntur, in ipſorum arbitrio atque voluntate eſt, verum iſti, curatorem ſpecialem in litem, an verò Curatorem generalem petere velint, & quod ipſi petentes curatorem generalem ſibi dari, omnino audiendi ſint, neq; cogendi ſint curatorem ſpecialem ad litem petere, vel recipere, niſi hoc cum damno aduerſarij coniunctum ſit *Io: Fab. in §. item inuiti nu.2. Inſtit. de Curat. Specul. tit. de Curat. §. fin. nu.7.* verſ. *quod ſi volens Io: Andr. in cap. fin. nu.2. de Iudic. lib.6. Schrader. vbi*
147 *ſup. nu.189.* Et in vna Cauſa dato vno Curatore, non poteſt dari alius *tex. eſt in l. etiam ſemel ff. de tutel. vbi Bar.* Quod procedit ſi non fuerit pri-
148 mus remotus poſt litem conteſtatam, antē litē conteſtatam, eo ipſo quod datur alius videtur remoueri primus *gl. & DD. in l. plures, & l. ſi quis cū procuratore §. fin. ff. de procurat. Bar. in d. l. cum ſe-*
149 *mel.* Et *Bar. in d. l. cum ſemel* reſoluit quæſtionē, verum poſſint plures Curatores dari ad vnam litem? & concludit cum dixtinctione: Aut dantur ſimul, nec adijcitur *inſolidum,* & non valet datio, ne quis in plures aduerſarios dixtinguatur *l. ſed tamen §. penul. ff. iudic. ſolut. & l. nè in plures ff. de exercit. action.* Aut adijcitur *inſolidum,* & tunc valet, ſicut etiam eſt diſpoſitum in pluribus procuratoribus *l. pluribus ff. de procurat. gl. in l. quod dicitur §. poſſunt ff. de tutel.* Verum licet quis habeat plures Curatores ſufficit cum vno litigare *l.1. C. ſi ex pluribus tutor. & Curat. l. fin. C. de auth. præſt. Cancer. var. par.1. cap.2. num.18. Lara in comp. vitæ homin. cap.24. nu.38.*

150 Verum quo ad tutores, cum dantur duo tutores ſimpliciter cenſentur dati inſolidum rebus vbicumq; poſitis, & ſitis, & futuris *§. datus Inſtit. de excuſat. tutor. l.3. §.1. l. decreto §.1. de adminiſtr. tutor. Lara vbi ſup. Montan. de tutel. cap.7. nu.6. & ſeqq.* vbi *nu.9.* ponit fallentiam *Berlich. tom.1. concluſ.16. nu.17. & ſeqq.* vbi *nu.22. & ſeqq.* aliud ſtatutum eſſe dicit de Iure Saxonico, vbi latè declarat *Galter. in praxi tutel. fol.7. num.8. & fol.83. nu.34.* dicemus latius *infra*.

151 In caſu quo petere pupillus vel alius, poſſunt, vel coguntur, poſſunt Curatorem petere non tantum perſe, ſed etiam per procuratorem, ad hoc
con-

Digitized by Google

conſtitutum *l.Pomponius* 40.§.*is qui*, & ibi *Odofr. Bar.Bal.Angel.Fulgoſ.nu.*5.*Caſtr.nu.*5.*ff.de procur. l.*3.§.*fin.ff.qui pet.tut.poſſ.cap.poſt ſi, quis per alium* & ibi *Dyn.de reg.iur.lib.*6.*l.ſed ſi vnius* 17.§.*idem* *iur.*& §.*idem Iulianus ff.de minor.* Et tunc pupillus
152 vel adultus ſolus, etiam non interuenientibus alijs ſollemnitatibus, benè poteſt procuratorem ad petendum ſibi curatorem, conſtituere *Angel.in l.mutus* 43.§.*is qui procuratorem n.*3. *Fulgoſ.nu.*5.*Caſtr.num.*5.arg.illius *tex. ff.de procurat.* facit *tex.in l.*33.*in princ.ff.de procur.l.Diuus* §.*fin. ff.qui pet.tut.cap.fin.de iudic.lib.*6.*Decian.reſp.*18. *nu.*178.& 200.*Bertaz.conſ.*422.*nu.*11.*vol.*2. *Baiard.ad Clar.qu.*32. *nu.*3. Ad litem Curatorem
153 dare poteſt Iudex litis, ſiue Cauſa, coram quo lis ventitur, ſi tamen talis lis ſit, vel hoc de iure competat, vt ex doctrina *Bal. in l.fin.poſt princ.C. de adminiſtr.tut.* tenet *Mſing.obſ.*87.*cent.*1.*Schra. de feud.par.*10.*ſect.*19.*nu.*83.& *ſeqq.*& *num.*160. & *ſeqq.*
154 Hinc eſt quod Iudex Secularis dat Curatorē ad litem minori Clerico coram eo litiganti *Rot. Rom.dec.*207.*in antiquis*, quam allegat *Marante in ſpec.par.*4.*diſt.*11. *num.*13.& 39. *Gaill.obſ.*37. *ſoll.*6.*lib.*1.*Surd.conſ.*396.*nu.*10.*lib.*3. *Io:Bapt. Vrr.conſ.*105.*nu.*3.*lib.*1.*Mſing. d.obſ.*87. *R.Rouit.dec.*58.*Viu.dec.*387.*in fine Viſcont.concluſ.Iuris.verb.Clericus minor.Gratian.diſcept.*225. *Cald. in l.ſi Curatorem in princ.num.*19. *Virgil. de legit. perſon.cap.*8.*Del bene de immun.Eccleſ. lib.*2.*c.*10. *dub.*4.*ſect.*6.*Squill.de priuil.Cleric. cap.*14.*nu.*18. *Amat.reſol.*33. *nu.*21. *Lara in comp.vitæ homin.tit. de Curat. ad lit? nu.*57. poſt alios *Milanz. oſſert.*
155 38. *num.*29. E contra Iudex Eccleſiaſticus dat Curatorem ad litem minori laico litiganti corā ſe per *tex.in cap.fin.de iudic.in* 6. *Marante d.diſt.* 11.*nu.*13. *Amat.d.reſol.*33.*nu.*22.*Milanz. num.*30. diximus *ad R.Rouit.dec.*58.
156 Quod procedit ſiue ordinarius ſit Iudex, ſiuè delegatus, nam delegatus ſi præeſt liti poterit Curatorem ad litem dare ſecundum *Bar. in l.fin.* §. *ſed & ſi quis C.de adminiſtrat.tutor.Alex.in l.*1.*nu.* 21.*ff.de Iuriſd.omnium Iudic.Angel. Inſtit.de Curat.in princ.nu.*5.*Prag.*42.*nu.*67.
157 Sed in cauſis feudalibus debet dari à domino feudi, ea ratione quia regulariter nullus alius tutorem dare poſſit niſi cui poteſtas dandi tutorem permiſſa eſt §.*dantur*, & ibi *Io: Fab.Ang.& Sylu. Aldobr.Inſtit.de Curat.Gaill.pract.obſ.lib.*1.*cap.*96. *nu.*2. Et bona feudalia ſolius domini feudi iuriſdictioni ſubiecta ſunt *cap.*1. §.*præterea de prob. feud.alien. per Fred.* Et Curator regulariter datur bonis non perſonis preſertim principaliter *l.in copulandis* vbi *Bar.Salyc.& DD.C.de nupt.Prag.de tutor.& Curat.qu.*2.*nu.*27. & ob hanc cauſam Iudex ſub cuius iuriſdictione bona ſita ſunt curatorem dare poteſt latè his, & alijs relatis *Schrad.de feud.par.*10.*ſect.*19.*nu.*160.& *ſeqq.*
158 In regno noſtro Neap. feudatarius poteſt filio relinquere balium, ſi vero decedat inteſtatus Curia eligit de proximis, & defuncti coniunctis magis idoneum, & ei baliatum committit per *Capit. regni incip.feudatarius.* Verum mater bonæ vitæ, & honeſtæ omnibus coniunctis præfertur *R.Marcian. conſ.*64. *lib.*2. etiam Auo Paterno *Salernit. dec.*55.ſecus ex cauſis *Reg.Sanfel.dec.*367.& ambo hi balij debent confirmari à Dom. Prorege diximus in *obſ.ad conſ.*75.*num.*17.& *ſeqq.Reg.Rouit.lib.*3.
159 Sed quæ diximus procedunt, cum tractatur de dando Curatorem ad vnam litem tantum, ſecus ſi daretur Curator ſimpliciter *ad lites*, cum videatur ad omnes dari *l.qui habet* §.*vl.ff.de tutel. Bacza de decim.tutor.Oltrad.conſ.*59. *nu.*2. ſecus ſi detur ad vnam cauſam tantum *Oltrad.ibid.Lara in comp.vitæ homin.cap.*24. *nu.*36. Et ad omnes lites dandus eſt à Iudice ſuo competenti ratione domicilij, vel originis, & à Iudice laico, ſi minor fuerit laicus, ab Eccleſiaſtico ſi fuerit minor Clericus. Et tunc poterit non ſolum lites, quæ ſunt intrà prouinciam Iudicis conſtituentis, ſeu dantis, ſed etiam quæ ſunt extrà illam tractare *per gl. in l.propter litem* §.*licet ff.de excuſat. tutor. Oltrad. d.conſ.*79.*Mſing.obſ.*37.*cent.*1.
160 Datur etiam Curator inuito furioſo, prodigo, muto, ſurdo, & perpetuo morbo laboranti, infanti, & in caſibus, quibus poteſt dari, Regibus, Marchionibus, Ducibus, & Principibus licet contrà teneat *Molinæus damnatæ memoriæ in conſuet. Pariſ.tit.*1.§.29.*nu.*2.& *ſeqq.*& *per totum*, hæreditati iacenti, bonis capti ab hoſtibus, bonis illius, de cuius vita, & morte dubitatur, illi, qui bonis ceſſit. illi, cui finita tutela tutor rationes vult reddere, Veneri, qui inuitus Curatorem accipere cogitur. illi, cui aliquis bona reliquit, nè vſusfructus illorum ſuo patri quæratur, & vt illa per talem Curatorem adminiſtrentur, illi, cui per aliquem defunctum ſua hæreditas ſit relicta, vel per contractum donata ſi Curatorem ſibi petierit, & habuerit vſq; ad maiorem ætatem. Similiter de Iure canonico adoleſcentes, etiam inuiti Curatorē accipere coguntur. Sic valet ſtatutum ſeu conſuetudo, vt minor inuitus cogatur Curatorem recipere, & quoties poteſt Curator dari inuitò ſufficit tacitus illius conſenſus, & ſufficit ſi ſit datus adulto præſenti ſcienti, & non contradicenti latiſſimè *Schrad.de feud.par.*10.*ſect.*19.*num.*201. & *ſeqq.* vbi explicat, & declarat has propoſitiones *Velo differt.*3. vbi differit ſi Regi inuito detur Curator.
161 Iſti Curatores qui dantur minoribus, quia nō dantur à lege, ſed à Iudice, quando minores ſunt contumaces, vt ſup.diximus, dicuntur datiui, & proptereà quæcumq; perſona quæ habilis à Iudice iudicatur, poteſt dari Curator *DD. in* §.1. *Inſtit. de fiduciar.tutel.* vbi *gl.Connerſ.tit.de Curat. n.*35.
162 Et non eſt neceſſe dari continuctus, qui dicitur legitimus, & non datiuus *Alex. in l.Curatorem nu.* 2.*C.de negotijs geſtis*, & ideo non abſque ratione fuit poſitus *titulus ff.& C.de legit.tutor.* non etiam Curatoribus, quia regulariter legitimus Curator non datur, tradit etiam *Alex.d.conſ.*221.*nu.*5. *lib.* 6. licet furioſis, & prodigis dari debet Curator legitimus, vt ſuo loco dicemus. Et regulariter qui-
163 cumq; qui non reperitur expreſsè prohibitus tutor, & Curator eſſe poteſt *Prag. de tutor. & Curat.qu.*3.*in princ.Gutier.de tutel.cap.*7.
164 Adiunt multæ perſonæ, quæ non poſſunt, nec in teſtamento, nec à Iudice dari tutores, vel Curatores, vt ſunt muti, & ſurdi, mente capti, filij

pro-

Digitized by Google

prodigi, minores decem, & octo annis, mulieres, niſi ſint mater, vel auia *Azo in ſumma C. de teſtament. tutel.* de quibus *Guttier. d. cap. 7. Molin. de Iuſtit. & iure lib. 2. diſſ. 221.* & de alijs *idem Guttier. cap. 20. lib. 1.*

165 Quod mulieres non poſſint eſſe tutrices, ſiuè Curatrices, probatur per *tex. in l. 1. C. quando mulier tutel. offic. fungi poſſ. & l. tutela, & l. vl. ff. de tutel. & l. iure noſtro ff. de teſtam. tutel. & l. ſenecius princ. ff. de tutor. & curat. datis ab his.*

S V M M A R I V M.

1 *Adultus habens curatorem aſſimilatur pupillo.*

2 *Pubes quotuplex ſit, & contractus per illum factus cum iuramento an valeat?*

3 *Adultus non habens curatorem quid poſſit facere? & nu. 4. 5. 6. 7. 8.*

9 *Adultus an poſſit conuenire, vel conueniri ſine Curatore? vbi tota materia cum ampliationibus, & limitationibus, & a nu. 10. ad num. 84. & a num. 127. ad nu. 135.*

85 *An Iudex ex officio, & nemine petente alteri tutorem, vel curatorem dare poſſit? & qui poſſunt illos petere? & à nu. 86. ad nu. 124.*

125 *Curator an poſſit dari qui abſens eſt? & 126.*

Adultus, aut Pubes, an, & quando poſſit eſſe in iudicio, tam ſine Curatore, quam cum Curatore? & cui, & quando poſſit, & debeat dari Curator?

QVÆSTIO V.

1 ADultus, aut habet Curatorem, & in omnibus aſſimilatur pupillo *l. cum, & minores C. ſi aduerſus rem iudic. l. ſi curatorem habens C. de in integrum reſtit.* ex quo *tex.* colligunt *DD.* minorem, curatorem habentem prodigo, cui bonis interdictum eſt, furioſo, atq; pupillo, comparari *Demander. de patrocin. pupillar. cap. 8. nu. 2. Intrigl. de ligit. iuriſ. cap. 2. nu. 2.*

2 Pubes, & pubertas tripliciter capitur in iure noſtro, alia dicitur pubertas ordinaria, quæ quartodecimo anno perficitur in maſculo, & duodecimo in fœmina, & hæc attenditur in nuptijs, & teſtamentis *l. qua ætate ff. de teſtamentis cap. 2. de deſponſat. impub.* Alia dicitur plena, vt *in §. minorem Inſtit. de adoption. l. arrogato §. non tantum ff. eodem tit.* vbi adoptans plena pubertate, hoc eſt decem, & octo annis adoptatum præcedere debet, & hæc attenditur in alimentis, vt in *l. Mela ff. de cibar. legat.* vbi ſi relinquantur pauperi alimenta vſq; quo ad pubertatem peruenerit maſculo debentur vſq; ad annum 18. feminæ vſq; ad annum 14. cum eo tempore poſſit victum quærere *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 58.* vbi dicit ſecus eſſe, ſi linquantur diuiti, nam tunc maſculo debentur vſq; ad annū 14. fœminæ, vſq; ad annum 12. incluſiuè *num. 8. & ſeqq.* Alia pubertas eſt pleniſſima, quæ ad 25. ætatis annum extenditur, vt puta ſi quis iam puberi, minori tamen annorum 25. annis, ſic legauerit: *Cum ad pubertatem peruenerit l. cum filio fam.* verſ. *ego quidem* & ibi *gl. verb. ætate ff. de leg. 3.*

Et quod minor habens curatorem ſine Curatoris præſentia contrahens, etiam cum iuramento non remaneat obligatus, deciſum refert *Grauell. dec. Dolan. 14. nu. 35. & ſeqq. Reg. Capic. Latr. conſult. 45. nu. 40. & ſeqq.* Sed quod contractus factus cum iuramento valeat communior, & verior eſt opinio, ea ratione quia contractus factus à minore cum iuramento non conſideratur tanquam factus à minore, ſed tanquam à maiore, quia iuramentum minorem repræſentat maiorem *Franc. Marc. dec. 606. nu. 1. Scraph. de iuram. priuil. 83.* Et quia iuramentum fingit minorem non habere curatorem vt poſt *Bal.* tradit *Cern. in auth. ſacramenta nu. 9. C. ſi aduerſ. vendit.* & diſpoſitio *d. auth. ſacramenta* tradens contractum minoris iuramento confirmari fundata eſt in religione iuramenti, quæ ſemper militat ſiue minor habeat Curatorē ſiuè non vt poſt 52. *DD.* probat *Andreol. contr. 202*

3 Aut Curatorem non habet, & poteſt de iure communi quemcunq; actum facere, & ſe obligare *Cald. in l. ſi curatorem habens in princ. nu. 5.* Sed ſi

4 ex eo lederetur, poſſet petere ſe in integrum reſtitui, vt *l. 1. ff. de minor. & per totum titulum, & in l. 1. C. ſi aduerſ. vendit. cum ii. ſeqq.* Et ſi contrahe-

5 ret cum iuramento contractus valeret per *tex. in auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſus vendit.* quia iuramentum facit vt minor ſit maior *Franch. dec. 448. nu. 1. Rota apud Ludouiſ. dec. 391. Reg. Sanfel. dec. 246.* vbi minor qui ſe obligauit cum iuramēto abſq; Curatore de tenendo Palatium loco carceris, ſi extrà Palatium delinquat tenetur ad pœnam fideiuſſionis, & ſic deciſum refert, nec haberet reſtitutionem in integrum per læſionem *Surd. conſ. 114. num. 11. & ſeqq. Mantica de tacit. lib. 16. tit. 4. n. 1.* Quamuis contra dicant *Peguer. dec. 155. Fontanell. de pactis cl. 4. gl. 18. par. 3. à nu. 32. Aff. & Vrſill. dec. 322. Fab. in C. de reſtitut. in integr. defin. 1. 8. & 10.*

6 Niſi læſio eſſet ænormiſſima *Sfort. Odd. de reſtit. qu. 54. art. 8. nu. 53. & 54. Beltram. ad Ludouiſ. dec. 406. nu. 18. Marta voto 25. Viſcont. concluſ. Iuriſ. verb. minor in med. Noguerol. alleg. 34. nu. 17. Reg. Rouit. in pragm. 1. de minor. nu. 34.* vbi idem quando dolus interuenit *Franc. Marc. deciſ. 21. vol. 1. Borrell. de compromiſſ. § . 8. gl. 1. nu. 7. & ſeqq. Caualc. dec. 9. nu. 3. & 43. lib. 1. Odd. de reſtit. qu. 4. art. 12. num. 100.*

7 Et ſi renunciauerint cum iuramento beneficio reſtitutionis in integrum in ſpecie, non poſſent poſteà in integrum reſtitui, ſecus per generales clauſulas, etiam ſi per clauſulam: *renuncians omni legum auxilio,* quia tunc non excluderetur reſtitutio per *DD.* apud *Sforz. Odd. de reſtit. in integr. qu. 26. nu. 31. Intrigl. ſing. 98. nu. 51.* Quando minoris contractus factus cum iuramento valeat, ad explicationem *tex. in auth. Sacramenta puberum,* vltra *DD. ibi* ſignanter *Barboſ.* diximus *nos in obſeru. ad conſ. 13. lib. 2. Reg. Rouiti num. 26. & ſeqq.* addimus *Andreol. contr. 201.* Vbi fundat, quod minor ſidejubens, non ſolum ob ænormiſſimam læſionem reſtituatur in integrum, ſed etiam ob ænormem contra *Surd. conſ. 46. & 87. Merot. conſ. 87. Mantica*

ea de tacitis,& ambig.tom.2.lib.16.tit.4. Paſcal.de vir.pat.poteſt.p.2.cap.1.nu.102.Leo dec.38. tom.2. vbi *nu.11.* dicit *Rotam Romanam* cenſere læſionē dici ænormiſſimam ad effectum obtinendi reſtitutionem in integrum aduerſus fideiuſſionem iuratam, obtempta tamen prius abſolutione à iuramento, quando minor non poſſet conſeruari indemnis à principali debitore, eo quia non ſit ſoluendo penès *Pacific.de Salerian.dec.114. nu.2. & in nouiſſ.diuerſ.p.4.dec.283.nu.2.& 3.& in collect.à Farinac. dec.706. ſub num.3.* & poſt *Fic.ad ſtat.Vrbis dec.63.*& poſt *alios*,quos allegat.

Limitatur tamen dicta concluſio in fideiuſſione quam facit filius pro patre excarcerando, vel ne pater in carceres detrudatur, nam tunc non reſtituitur aduerſus fideiuſſionem præſtitam *gl. in l. exigendi C.de proc.*& ibi *Salyc.nu.14.Ludouiſ.dec.120.nu.7.& ſeqq. Rota apud Rub.tom.3. p.1.decis. 564.& 582.Reg.Latr.conſult.45.nu.47.*Imò filius diues tenetur Patri ægenti opem ſubminiſtrare *Roiz.dec.3.nu.431.*& tenetur ad illius debita diſſoluenda, & etiam bona ſubiecta fideicommiſſo diſtrahere, nè in carceres detrudatur *Surd. conſ. 367.nu.39.Gratian.cap.508.Caruſc.dec.1.nu.23. Merlin.contr.39.cent.1.Andreol.contr.201.nu.18. 19.& 20.* Contra tamen tenet *Noguerol.alleg.34 poſt Reg.Galeot.contr.34.nu.49.lib.2.*

8 De iure tamen Siculo per *Capitulum* Inuictiſſimi Imp.Caroli V. *cap.78.* Adulti ſiuè puberes, ſeu minores ſine authoritate Curatoris,vel Iudicis,non poſſunt contrahere, etiam cum iuramento, quod *capitulum* eſſe in viridi obſeruantia teſtatur *Virgil.de legit.perſ.cap.2. nu.4.* vbi per totū *cap.* ponit quæ poſſit, & quæ non poſſit facere adultus.

Et de Iure communi non defuerunt DD. qui dixerunt, contractum factum cum iuramento per proximum pubertati dummodo ſit doli capax, eſſe validum *Bar.in d.auth.ſacramenta nu.3. Iaſ.nu. 15.Curt.nu.73.Guttier.nu.117.Affl.dec.322. n.4. Parlador.qq.lib.2.cap.4. nu.4.* ea ratione quia per iurij ratio, etiam in minore doli capace ſortiri videtur, cum is iuramentum non obſeruans fiat reus periurij perinde, ac ſi pubes eſſet *cap.ex litteris* vbi *gl.de ſponſal.Griuell.d.dec.14.nu.34.* Tamen contraria opinio eſt verior, & ſecurior, vt contra *Bar.*ibi tenent *Petr. Cin. Ang.Alberic.Fulgoſ.& Alciat.in cap.cum contingat nu.229.de iureiur.Gomez de contract.tom.2.cap.14.nu.13. Conar. de ſponſal.p.1.cap.5.§.1.nu.4. Fachin. contr.lib.3. cap.10.Molin.de ritu nuptiar.lib.3. qu.87. num.7. Sanch.de matr.lib.6.diſp.38.nu.38.n.18. Merend. contr.iur.lib.1.cap.6.nu.7.Caren.reſol.169.num.8. & ſeqq.Paul.Chriſtin.dec.125. nu.3.& 4.tom.2.*

9 Quo ad noſtram materiam Iudiciorum. Adultus ſi velit ciuiliter agere, ſeu in iudicio pro cauſa ciuili conueniatur, non poteſt cōuenire, & cōueniri, ſine authoritate Curatoris per *tex. in l.1. C.qui pet.tutor.vel Curat,* ibi *admone adoleſcentem, aduerſus quem conſiſtere vis, vt Curatores ſibi dari poſtulet, cum quibus ſecundum iuris formam conſiſtas, qui ſi in petendis his ceſſabit, potes tu competentem Iudicem adire, vt in dandis curatoribus officio ſuo fungatur tex.in l.acta §.fin.ff.de re iudic.*ibi: *contra minores tutores,vel curatores non habentes, nulla ſententia proferenda eſt l.2.C.qui legit. perſon.ſtand.in iudic.hab.* vbi *Paul. de Caſtr. & alij Surd. de alim. tit.8.priuil.8.nu.1.*

10 Quæ concluſio ampliatur procedere etiam ſi adultus haberet liberos *l.2.ff. de minoribus* & ibi *Alberic.& Bar.P.de gregor.ſyntagm.iur.lib.9.cap.6. nu.38.Montan.de tutel.cap.37.reg.2.n.32. Paſcal. de vir.patr.poteſt.p.4.cap.4.nu.5.Narbona de ætate anno 25.qu.34.nu.10.Odd.de reſtit.qu.23. art.13. Vela diſſert.1.num.20.& ſeqq.*vbi probat per matrimonium minorem maſculum, vel fœminam non liberari à Curatela, & contrarijs pluribus benè reſpondet, videndus *Narbona anno 18.q.4.*

11 Ampliatur 2.Etiam quod adulti eſſent prudētes,& rem ſuam bene gerentes, nam eis dari debet curator,vt *in l.1.§.vl.ff. de minor.* Secus ſi eſſent Doctores vt fundat *Odd.d.qu.23. art.7.* vbi dicit quod doctor minor ex Capite minoris ætatis non reſtituitur,niſi probetur pleniſſimè, quod læſus fuerit talis minor doctor per imprudentiam benè *Imbrian.de primo, & ſecundo beneſic. conſid. 3.nu.95.& ſeqq.*

12 Sic ſententia lata contra adultum ſine Curatore eſt contra leges,& ipſo iure nulla, vt probat *tex.in l.ſi præſes C.quomod. & quand. Iud.& l.acta §.fin.*ibi:*nulla ſententia proferenda eſt l.cum & minores C.ſi aduerſus rem iudic.*ibi: *nullum nobis præiudicium fieri præſes curabit, cum nos minores eſſe, & indefenſos eſſe affirmetis*. Nam iodefenſos ibi Imperator minores appellat curatore carentes, vt ex *verſ.ſequenti* ibi *colligitur* ibi: *Nam ſi iuxta defenſione tutoris,vel curatoris nobis aſſiſtente aliquid ſtatutum eſt, in integrum reſtitutionis auxilium nobis neceſſarium eſſe intelligetis.* Videte quomodo Imperator indefenſos intelligit mioores curatore carentes, & ideo illis nullum præiudicium fieri decernit,colligitur *ex gl.in d.l.cum & minores* ſecundum hanc opinionem ſcribit *Neuzan. conſ. 17.nu.70.Dec.conſ.549. Grammat. conſ.ciuil.124. nu.8.*plures apud *Maſtrill.dec.101.num.5.& ſeqq. Caſtill.dec.8.nu.11.& dec.80.nu.61. Ludouiſ.dec. 43.nu.9. Narbon. de ætate anno 25.qu.34.num.3.* quidquid dicat *Antonell. de tempore legali lib.4. cap.17.num.16.* quæ concluſio probatur etiam ex *tex.in l. in vniuerſis C. qui dari tutor poſſ.* ibi: *in vniuerſis litibus placet non prius puberes iuſtam habere perſonam interpoſito decreto adminiſtrandi gratia patrimonium,aut in litem fuerit curator datus.*

Hoc etiam notat *Maſuer.in ſua praxi de except. tit.de except. contra actorem Bened. Bartius de guarentig.p.1.q.3.*verſ.*ſic in propoſito Vant.hic nu.32. Maſtrill.dec.54.Milan.dec.13. lib.2. Giurb.deciſ. 109.nu.4.& ſeq.Ricc.dec.593.nu.2.*Tam ſi minor
13 ſit ſecularis quam clericus *Abb. conſ.45. in fin. lib.2.Tuſc.lit.M.concluſ.255.nu.11. & lit.E.concluſ.338.nu.20.Narbon.d.q.34.nu.8.*

14 Et procedit etiam ſi à principio non adſit Curator, nam licet ex poſt facto in progreſſu accedat eius authoritas, cauſa non validatur ex eo quod illegitimè inchoata fuit *l. momentanea C. qui legit.perſon.Alex.Trentacinq. lib.2.reſol.6.n.3. Rodriq.de modo vid.proceſſ.cap.2.à nu.8.* præcipuè *nu.10.Maurit.de reſtitut.in integr.c.200.*

15 Quod totum eſt ſtatutum per noſtram *conſtitut.*incip.*Minorum iura* vbi habentur hæc verba:

illud

Digitized by Google

illud etiam expreſſim conſtitutione præſenti duximus admittendum, vt in cauſis non tantum ciuilibus, verũ etiam criminalibus, & publicis, tutorum vel curatorum, ſiue baiulorum authoritas ipſis aſſiſtat, abundantiorem etiam prouidentiam de ſua gratia noſtra pupillis volumus impartiri, vt cauſas criminales, & publicas, etiam per tutores, aut curatores eorum ad lites datos in iudicium deducere valeant domũ ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur ſiue accuſent, ſiue ab alijs accuſentur Aſſict. Reg. Tap. & alij ſcribentes ibi.

16 Et licet adultus tam de *Iure* communi quam de *Iure* regni Siciliæ, & *Capit.* Iuſtiſſimi Imp. Caroli V. 78. non poſſit ſolus, & ſine Curatore procuratorem conſtituere, vt probat *tex.* ibi *DD. in d. l. non eo minus C. de procurat. & l. licet C. eodem & tex. in l. neq. tutores Bertrand. conſ. 107. lib. 2. Gald. in l. ſi curatorem habens nu. 22. C. de in integr. reſtit.*

17 Verum vbi curatore carerent, poſſent procuratorem conſtituere cum decreto, & authoritate competentis Iudicis *l. decreto C. de adminiſtr. tutor. l. fin. C. eodem l. 1. vbi Bar. ff. de tutor. datis ab his Vant. hic nu. 141. Parboſ. in l. neq; tutores C. de procurat.* alias non poſſent *Carpzou. p. 1. iuriſpr. conſiſt. 1. def. 22.*

18 Et tunc ſententia valeret etiam contra minorem mero iure, vbi minor iuret geſta, & gerenda per eius procuratorem, habere rata, & non contrauenire, notario ſtipulante pro quibus intereſt. Ea ratione, quia proceſſus tunc non erit nullus defectu curatoris, ex quo iuramentum facit eum maiorem, ſicut in contractis, & in iudicijs quaſi contrahitur *gl. in auth. ſacramenta puberum* in verb *contractus C. ſi aduerſus vendit.* Idem tenet *Petr. Iacob. tit. de actione tutel. de actione tutel. contraria verſ. item eſt notandum Ioſ. in d. auth. nu. 63.* deciſũ refert *Boer. dec. 92. Guid. Pap. dec. 35. nu. 494. Capell. Tholoſ. deciſ. 45. & 49. Caroc. de except. except. 124. nu. 55. Vant. hic num. 35. Petr. gerard. ſing. 66. Borrell. in ſumma dec. tit. 61. à nu. 338. Trentacinq. var. lib. 2. reſol. 6. nu. 9. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. nu. 152. Paul. Montan. de offic. tutor. cap. 32. n. 74. Fontanell. de pactis cl. 10. gl. vnic. par. 3. num. 17. D. Cala de reſtit. qu. 3. nu. 2. Gratian. dec. 73. nũ. 11. & ſeqq. Brunem. ſuper l. 1. C. qui legit. perſon.*

19 Et licet contrarium teneant *Anfred. in d. Auth. Sacramenta Cyn. Bal.* ſentientes conſtitutionem *d. auth.* in iudicijs locum non habere, *Idem Bal. conſ. 310. lib. 2. R. Marinus ad Reuert. dec. 476. n. 3. Menoch. lib. 10. contr. cap. 33.* vbi quod iuris publici authoritate factum fuit, ne minores habeãt legitimam perſonam ſtandi in iudicio per *l. 2. C. de legit. perſ.* nec eſt in poteſtate priuatorum ſuo iuramento iuris publici authoritatem euertere *Balb. dec. 68. Veſtri. ad Aſti. dec. 114.*

20 Tamen ego non recedo à prima opinione, quę mihi videtur verior, & communior, illam ſequitur *Guttier. in d. auth. nu. 127. Cort. ſin. ibidem nu. 148. Auendan. reſp. 4. nu. 4. Maranta in ſpec. par. 6. nu. 92. Gabriel. de minor. concluſ. 5. nu. 17. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 83. nu. 40. & priuil. 133. n. 2. Franch. dec. 448.* vbi *add. Luca. Fontanell. de pactis nuptial. cl. 9. nu. 11. gl. vnic. p. 2. & dec. 276. Cancer. var. p. 2. cap. 1. de minor. nu. 224.* (qui *nu. 225. cum Guttier.* extendit etiam in muliere minore, & cõfutat *Marant. p. 6. tit. de appell. nu. 94.*) *Arnon. pobl. 30. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. nu. 153.*

21 Quam concluſionem intelligit ex *Gerard. d. ſing. 66. Trentacinq. d. reſol. 6. nu. 9.* quando verba iuramenti concepta ſunt in futurum, puta quia minor iurauit non contrauenire actis in iudicio, ſecus vero ſi minor fuiſſet aliquid confeſſus cum iuramento in iudicio, quod fit de præſenti, nam tunc non habet locum *d. authent. ſacramenta.*

22 Eſt bene verum, hæc dicta procedere parte conſentiente, nam ſi pars, quæ agit, vel conuenitur non conſentit, adultus eligere cogitur Curatorem, & ſi non elegerit eligendus eſt per Iudicẽ, vt diximus, quod probatur per *tex. in l. 2. C. de in litem iur. d. auth. §. item Inſtit. de Curat. Suar. in præat. t. p. tom. 1. tit. nſ. 8. num. 17. Par. in l. minor. ff. de procurat. num. 5. Bal. conſ. 310. lib. 2.* deciſum refert *Maſtrill. dec. 54.* & bina vice *Virgil. de legit. perſ. cap. 2. nu. 41. Cancer. d. cap. 1. de minor. nu. 228.* qui ad admittit, ſi aduerſarius ſoluat expenſas conſtitutionis procuratoris *Merenda vbi ſup.* Alias iudicium agitatum cum eius procuratore, etiam iuramento conſtituto erit nullum *Phoeb. dec. 54. nu. 4. 7. & 8.* Si vero non ſit oppoſitum tale iudicium agitatum per procuratorem à minore conſtitutum cum iuramento tenet *Lara in comp. Vitæ hom. cap. 24. nu. 70.*

23 Sic etiam ſi minor, qui in actis conſtituit procuratorem, petat ſibi dari Curatorem, & proteſtetur ſe nolle abſq; curatoris authoritate litigare, tunc ei dandus erit Curator *Fab. in C. defin. 1. de in integro reſtit.* Quæ procedunt, niſi eſſemus in caſu, quo minori nulla competeret defenſio, nã tunc ſententia non eſſet nulla. Quod debet noto-
24 rie conſtare, vt deciſum refert *Rota Rom. apud Ulmer. Peltramin. ad Ludouiſ. dec. 43. nu. 16.*

25 Sed quid dicendum in caſu, quo minor litigat per procuratorem conſtitutum cum iuramento, an ei competat reſtitutio in integrum ſi ſit læſus in iudicio, ſeu, vt nos dicimus, an competat primum, & ſecundum beneficium? Et quod non competat tenent *Par. in l. minor 25. ff. de minor. Fulgoſ. ibidem Anfrer. ad Capell. Tholoſ. dec. 45. Boer. deciſ. 92. Maranta in ſpec. par. 6. de appell. nu. 104. Vant. hic nu. Maxilla in conſuet. Bary in conſuet. cũ minor. tit. de minor. nu. 9.* Ea ratione quia iuramentum facit eum maiorem *d. auth. ſacramenta puberũ,* & maior non reſtituitur *Grammat. conſ. 92. n. 12.*

26 Sed quod competat, facit quod minor reſtituitur aduerſus omiſſas probationes, vt *in d. l. minor 25.* & per noſtrã *conſtit. regni* incip. *Obſcuritatem.* Nec obſtat iuramentum, nam petendo reſtitui aduerſus probationes omiſſas, non ex hoc minor contrauenit iuratis per eum in mandato procuratori facto, qui promiſit ratum habiturum id, quod procurator faceret, ſed hic procurator aliquid non fecit, cui minor contradicat, ſed ex capite reſtitutionis in integrum vult ſupplere id, quod eius procurator omiſit, quod ei de iure naturali eſt tributum, & ſatis operatur iuramentũ, quod acta per procuratorem facta ſint valida, & illam opinionem in ſpecie tenent *Bal. conſ. 309. & 310. vol. 3. Rebuff. in tit. de reſtitut. & reuelat. art. 1. gl. 2. nu. 4. Foller. ad Maranta loco ſup. cit. Fontanell.*

Digitized by Google

ſanell.de pactis nuptial.cl.50. gl.vnic.p.2. num.21. Reg.Reuert. deciſ.476. vbi ita practicari teſtatur *Imbrian.de primo,& ſecundo benefic.conſid.5.n.58.*

27 Alij dixtiguunt (ſi dixtinctio poſſit appellari) Vt minor litigans per procuratorem, non reſtituatur, quia procurator eſt voluntarius adminiſtrator, ſecus litigans per curatorem, qui neceſſarius eſt adminiſtrator *Abb. in cap. cum veniſſent de in integr.reſtit.Reg.Marinus in obſ. ad Reuert.d. deciſ.476.*

28 Mihi ſemper placuit ſecunda opinio per rationem ibi allegatam. Addo quod minor reſtituitur in integrum etiam in contractu iurato, in quo per iuramentum maior reputatur, ſic ſit læſus, nã non eo ipſo, quod minor iurauit, efficitur iuramenti efficacia ſagax, & prudens diximus *ſup.in verſ.nec haberet.* Eadem ratione poterit appellare à tali ſententia *Boer.deciſ.92. Gabriel. de ſentent. lib.2.concluſ.1.nu.13.Caroc.d. except.124. nu.60.* Et reſtitutionem in integrum petere *gl. magna in l.vnic.C.ſi de moment.poſſeſſ.* vbi poſt multas rationes ſic concludit, & ibi ſequuntur omnes *Cyn.in fin.Bar.in fine Bal.nu.6.Alberic.nu.3.Angel.in fin. Salyc.qu.3.Bal.in l.fin.num.6. C.qui legit. perſon.&* ibi *Caſtr.nu.1.& 2.Zuccbard.in l.fin. nu.450. C. de edicto Diui Adr.toll.Anguiſſ.conſ.3.nu.19. lib.4. Rebuff.de reſtit.in integr. art.2.gl.1. in fine Capic. dec.3.nu.10.Menocb.de adipiſc. remed.4. nu.406. & de retin.remed.3.nu.851.Odd. de reſtit.in integ. 2.p.qu.68.art.6.* dicens non habere contradictorẽ *Achill.dec.295.Aragon.dec.19.* Niſi eſſemus in ſẽ-
29 tentia poſſeſſorij modici præiudicij *Capic. dec. 13.in fine,& dec.45.Beniutend.dec.79.num.8.* Et
30 niſi minor eſſet doctor (in terminis alicuius ſtatuti vel conſuetudinis Ciuitatis, in qua minor poſſit eſſe doctor) nam tunc non poteſt petere reſtitutionem prætextu minoris ætatis *Bal.& Angel.in l.in conſilio 1. C.qui & aduerſus quos Thor. p.2.ver.doctor.*

31 Alia quæſtio eſt An qui contraxit cum minore qui iurauit, poſſit cum dicto minore litigare abſq; Curatore? Et *Specul.in tit.de in integr.reſtit. §.2.nu.12.* affirmat, quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis vulg.*cap.acceſſorium de reg. iur.in 6.* concordat *Palat.Rutiios in rubr. de donat. inter vir.§.2.nu.12.Seraphin. de priuil. iuram.priuil.63.num.36.* Sed contrarium tenet, & melius *Merinda d.lib.10.controuerſ.cap.33. nu.11.* ea ratione, quia ſatis diſtant contractus, & Iudicium, & iſtud non eſt acceſſorium contractus.

32 Quæ diximus *ſup.* ſunt amplianda. Nam licet feudatarius, ſiuè baro, qui feudum quaternatum tenet, poſſit in iudicio agere, & conueniri ſine curatore, ſi fuerit annorum 14. de iure *conſtitut. regni* incip.*minoribus*, vt dicit *Andr. & Aff.* ibi & *in conſtit.minorum Iura Frecc. de ſubfeud.* quem allegat *Cumia in cap.ſi aliquem verſ. in capite nu. 8.Muta in Cap.Regis Iacobi 32.num.15.* quamuis in regno noſtro Neap. ſit immutatum, vt ætas perfecta baronum ſit annorum 18. per *pragm.2. de minor.*

33 Tamen hoc intelligitur parte conſentiente, ſecus ſi pars petat, vt compareat, cum legitimo Curatore, nam tunc cogitur eligere vt dicit *Aff. in d.conſtit.minorum Iura num.15.in fin.*, vbi dicit quod licet talis baro poſſit contrahere, & eſſe in iudicio tanquam maior, tamen ſi lædatur in iudicio, vel contractu habet reſtitutionem in integrũ & in hoc æquipatatur minori non habenti Curatorem, qui reſtituitur, igitur quando vult excludere, vt baro 15. annorum in contractu, vel iudicio non poſſit reſtitui, faciat ei dare Curatorem ad litem, vel in contractibus, & tunc ſecundum *Andr.* ibi altera pars tuta erit ipſo iure per *tex.in l.ſi curatorem habens C. de in integr. reſtitut.* bene *Virgil.de legit.perſon.cap.2. nu.41.* verſ.*amplia, Reg.Rouit.in prag.1.nu.4.de minorib. Reg.Lanar.conſult.1. nu.134. & ſeq.* licet in hoc caſu non competere reſtitutionem dicat *D. Calà de reſtit. qu.23.nu.18.verſ.quapropter*, & ſic ceſſat cautela illa.

34 In Concluſione *ſup.* poſita, validum eſſe Iudicium factum per minorem mediante perſona procuratoris conſtituti cum iuramento, & poſſe ad vlteriora procedi cum illo, niſi pars conuenta diſſentiat, ſcio *Coſtam Sicul.conſ.82.* diſſentire, dũ dicit authoritates DD. ibi allegatas per nos, ſignanter *Maſtrill.dec.54.* loquutos in minore conuento, & non poſſe procedere in minore actore, allegat *Franc.Marc. dec.69.p.1. Caroc.de except. except.124.nu.64.Mandoſ.de minor qu.9. Pontan. de ſpol.lib.1.nu.147.*

35 Tamen illius opinio eſt paruifacienda, cum nullibi talis dixtinctio reperiatur, & DD.citati loquuntur in terminis *l. fin. C. qui legitimam perſon. ſtandi in iudic.* Vbi habetur quod ſi minor fuerit actor in iudicio manutenendæ, & ſummariſſimo, poteſt ſine tutore, & curatore comparere, vbi verò fuerit conuentus, ſecus, quia etiam eo iudicio legitimari debet eius perſona, vt dicunt *Bal.Paul.de Caſtr.& alij in d.l.fin. Rota Rom. in vna reatina coram Gudobono*, prout refert *Mãdoſ.de minor. q.9.* & hanc dixtinctionem improbat *Menocb.de recuper.poſſeſſ.remed.15.nu.294.*

36 Nec eſt audiendus *Caroc. d.except.124.nu.64.* verſ.*ſed ego*, dum improbat differentiam inter actorem, & reum, in iudicio manutenendæ, & ſũmariſſimo, nam loquitur contra dictum *textum clarum in d.l.fin.C.qui legit.perſon.* ratio *tex.* eſt ne quod fauore introductum eſt, retorqueatur in odium benè *Brunem.ſup. d.l.vl.* In alijs vero iudi-
37 cijs ſiuè agat minor, ſiue conueniatur, ſemper legitimari debet parte præſente perſona, alioquin ſi agat, non auditur, & cum refuſione expenſarum à iudicio repellitur per *tex.clarum in d. l.2.C.qui legit.perſ.* vbi *DD.omnes* ſignanter *Barboſ.*

38 Quod comprobatur per ea quæ dicunt *DD.in §.item inuiti Inſtit.de Curat.* ſcil. quod adultus ad litem Curatorem recipit inuitus dicit *gl.* quæ loquitur de minore conuento, non de minore actore, *gloſam* ſequitur ibi *Io:Fab. Angel. Portius Aldobrandin. & alij gl.in l. ait prætor §. permittitur* vbi *Bar.ff.de minor. l.qui habent §. ſi pupillus* vbi *gloſ.* verb.*idem Caſſius Bar.Bal.& alij ff.de tutelis gl.in l.1.C.qui tutor petere poſſ.gl.in l.2.ff.de tutel.Azo in ſumma ff.de teſtam.tutel. Piag.de tutor.qu.7.nu.67. Oddofred.in l.mutus §.is qui ff. de procurat. & in l. ait prætor* vbi etiam *Bar. Alberic. de Roſat. Cuman in l.ità autem §.penul.ff.de adminiſtrat.tutor.*

39 Nam minor vbi agit contrà alium, ſiue actio-

oem inſtituerit non cogitur præcisè Curatorem
ad litem petere, vel recipere vt dicunt præcitati
DD. ſed ità tamen ſi velit litem proſequi, nam
aduerſario excipiente oon poſſe ad vlteriora
procedi ſine Curatore, minor vel debet petere,
vel recipere Curatorem, vel à lite deſiſtere cum
refuſione expeoſarum gloſ. in l. mutus §. is qui verſ.
conſentiente, & verſ. ſatiſdaret vbi Oddofred. col. 2.
& Bal. nu. 5. ff. de procur. poſt alios Schrader. de
feudis p. 10. ſect. 19. nu. 174. Couarr. in d. §. item in-
uiti inſtit. de Curat. nu. 17. diximus ſup.
40 Sunt multi Caſus in quibus adultus agit ad
inſtar maioris, quos ponit gl. in cap. ex parte de
reſtitut. ſpoliat. in verb. quamuis ſcil. in Cauſa ma-
trimonij, vbi minor adultus ceoſetur maior, vt
diximus ſup. qu. 1. addimus Strophin. dec. 1169. n.
8. Alex. Trentacinq. var. lib. 2. reſol. 6. num. 10. Anto-
nell. de tempore legali lib. 2. c. 10. nu. 20. In voto, vt
41 habetur in cap. 1. §. 2. & 3. 20. qu. 11. Dum pro-
42 uocatur ad diuiſionem, cum illam ex neceſſitate
facere debeat l. inter omnes & ibi gl. C. de præd. mi-
nor. & in l. fin. C. ſi aduerſ. tranſact. Roman. conſ. 106
nu. 4. Simonell. de decret. lib. 2. tit. 4. per tot. præci-
puè num. 28. & ſeqq. Fontanell. de pactis cl. 4. gl. 8.
nu. 4. Narbona d. qu. 34. nu. 17. Item cum agit de
43 thoro violato l. ſi maritus §. lex Iulia ff. de adulter
Innoc. in cap. ex parte de reſtit. ſpoliat. P. Gregor.
Tholoſ. in ſyntagm. lib. 49. cap. 3. nu. 12. Trentacinq.
var. lib. 2. reſol. 6. num. 10. Narbon. d. qu. 34. num. 14.
44 Item cum agit de libero homine exhibendo, vt
colligitur ex tex. in l. 3. §. ſed ſi mulier ff. de liber.
homin. exhib. Dum agit pro alimentis l. 1. C. de
45 alim. pupill. præſt. maximè ſi periculum ſit in mo-
ra, nec tempus ſuppetat ad daodum vel petendū
Curatorem, quia venter non patitur dilationem
l. 2. ff. de ferys Lara in l. ſi quis à liberis §. vtrum nu.
16. ff. de liber. agnoſc. Quamuis vbi mora damnum
noo eſt allatura legitimare debeat perſona mino-
ris Celer. de alim. lib. 3. cap. 3. num. 6. Surd. eodem
tract. tit. 8. priuil. 8. per totum Caſtil. de alim. c. 25.
46 Item vbi agit de recuperanda poſſeſſione l. vl.
C. qui legit. perſ. ſtandi in iudic. Affl. deciſ. 283. vbi
Vrſill. Cumia in Cap. Rit. 40. nu. 113. Couar. lib. 1.
var. cap. 5. nu. 8. Becc. conſ. 12. nu. 68. diximus qu. 1.
47 Item vbi veniam ætatis impetrauit l. 2. C. de his
qui ven. ætatis impetr. vbi ætas debet eſſe annorum
20. in maſculis 18. in fœminis. Verum in Princi-
pibus ſufficit ætas minor Matth. Stephan. de Iu-
riſd. lib. 2. p. 1. cap. 1. membr. 2. nu. 137. & ſeqq. vbi
48 affert exempla. Item poteſt adultus conueniri
ſine Curatore in cauſa ſpolij Affl. d. deciſ. 283.
Marcheſan. p. 2. §. 3. tit. de reſtit. in integr. num. 132.
Poſt. de manut. obſ. 67. nu. 2. Item in caſu, quo cum
49 iuramento aſſerit ſe eſſe maiorem l. ſi alterius, &
toto tit. C. ſi minor ſe maiorem, niſi dolo ſit inductus
ad iurandum ſe eſſe maiorem Brunneman. in d. l.
ſi alterius vel niſi ſua ſimplicitate iurauerit, ſecus
ſi ex dolo Affl. dec. 393. num. 12. Bilvcta de abſolut.
à iuram. lib. 1. cap. 14. num. 18. Imbrian. de. 1. & 2.
benefic. conſid. 3. nu. 31. Gratian. diſcept. 576. nu. 19
& 20. Trentacinq. var. lib. 2. reſol. 6. nu. 6. In omni-
50 bus alijs Cauſis poſſeſſorijs ſecundum Franc.
Marc. dec. 69. nu. 2. par. 1. Aut minor adultus velit
agere, & poteſt in poſſeſſorijs ſine curatore, aut
coouenitur, & non poteſt etiam in cauſis poſſeſ-
ſorijs conueniri ſine Curatore, & ità tenuiſſe Rō
tam Romanam refert Mandoſ. cit. d. c. 9. in tract.
de minor. ex tex. in l. fin. C. qui legit. perſon. ſtand. in
iudic. Cancer. lib. 3. var. cap. 1. num. 220. & ſeqq. D.
Calà de reſtit. qu. 2. nu. 2. diximus q. 1.

Mihi verò hæc opinio nunquam placuit, &
ſemper dixi, quod minor etiam adultus ſolum in
poſſeſſorio ſummariſſimo retinendæ, vel recupe-
randæ, poſſit ſine Curatore comparere l. fin. vbi
gl. C. qui legit. perſon. & c. gl. penul. in cap. fin. de iud.
in 6. Menoch. de retin. remed. 3. nu. 452. Scacc. de
iudic. lib. 1. cap. 1. ſub num. 235. Rouitan. conſ. 19.
Poſt. de manut. obſ. 67. de Angelis in l. 4. num. 3. C. ſi
aduerſus rem iudic. Narbona d. qu. 34. nu. 15. Virgil.
de legit. perſon. in iudic. nu. 24. & ſeqq. in alijs au-
tem Iudicijs poſſeſſorijs eſt neceſſaria authori-
tas Curatoris, etiam in adulto, vt tenuit Menoch.
de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu. 294. dicens tex. in
d. l. fin. procedere ſolum in poſſeſſorio ſummariſ-
ſimo, cum hodiè iudiciorum ordine mutato cauſa
poſſeſſorij magni præiudicij ſit, ideò non malè
quis dixerit minori dari reſtitutionem Trenta-
cinq. var. lib. 2. de iudic. reſol. 6. nu. 12. Couar. lib. 1.
reſol. 5. num. 8. Conſ. Marcian. conſ. 21. nu 6. lib. 2.
Brunnem. ſup. l. vl. C. qui legit. perſon.
51 Cum minor agit de Caſtrenſibus, & de te-
ſtamento litem agit, nam ad talium rerum pro-
ſequutionem legitima perſona minor abſq; Cu-
ratore, & abſque tutore impubes dummodo doli
capax ſit, reputatur, vt ex Innoc. in cap. ex parte de
reſtit. ſpoliat. & in tract. exception. dom. Nepotis de
Montealbano art. 6. nu. 18. Trentacinq. d. l. 2. reſol.
6. nu. 10. in princ.
52 Minores in cauſis ſpiritualibus, & illis anne-
xis, velut in beneficialibus, & matrimonialibus,
& alijs ſimilibus, per tex. in cap. fin. de Iudic. in 6.
Si fuerint adulti poſſunt in iudicio comparere,
& ſtare ſine Curatore, Vbi vero fuerint impube-
res, & maiores infantibus, poſſunt, vel cum Cu-
ratore litigare, vel etiam cum authoritate Iudi-
cis procuratorem ad litigandum conſtituere Mo-
lin. de Iuſtit. & iure p. 2. diſp. 320. lit. B. Rot. deciſ.
571. nu. 1. p. 4. recent. Poſt. d. obſ. 67. Vela diſſert. 5.
nu. 28. Flam. Pariſ. de reſign. benefic. lib. 4. q. 9. n. 49.
Gratian. diſcept. 74. nu. 11. Ric. collect. 1629. Lara
in comp. vitæ hum. cap. 24. nu. 44. & ſeqq. Card. Tuſc.
lit. M. concluſ. 255. & lit. E. concluſ. 338. Narbon. de
ætate anno 25. qu. 34. num. 8. & 23. Baron. de effect.
minor. ætat. circa ſpiritual. eff. 2. nu. 115. & ſeqq.
53 Et quod in beneficialibus minor habeatur pro
maiore tenet poſt alios quos allegat Marcheſan.
p. 3. §. 2. tit. de relax. iuram. ad effectum agendi Gra-
tian. diſcept. 789. num. 4. lib. 4. Vela vbi ſup. Baron.
vbi ſup. licet poſt alios contrarium teneat Genuenſ.
in practi. ab. Eccleſ. q. 663. nu. 2.
54 Verum ſi fuerit læſus in actibus iudicialibus,
non excluditur à reſtitutione Sfort. Odd. de reſtit.
p. 2. q. 60. num. 21. Cald. in l. ſi Curatorem verb. vel
aduerſary dolo nu. 42. Gratian. diſcept. 74. num. 51.
Barbaſ. in d. cap. fin. de iudic. nu. 3. Lara in comp. vit.
homin. cap. 24. nu. 49. & 102. vbi num. 62. reſpon-
det contrarijs.
55 Ampliant non ſolum in matrimonio, ſed etiā
in doto Imol. Alex. & Angel. in l. 1. ff. ſolut. matr. Ro-
man. in l. 2. §. quod ſi in patris ff. eodem ex tex. in d.
cap.

Digitized by Google

cap.fin.de iudic. in 6. Verum contrarium eſt ve-
rius per *tex. in auth. quod locum C. de collat.* vbi
*Bal.*verſ.8.*quarto*,ea ratione,quia licet ſint ann-
nexa ſunt diuerſæ ſpeciei *&c. Andr. in cap.cum*
olim el 1.propè finem de offic.deleg.
56 Niſi de matrimonio principaliter ageretur,&
ex incidenti de dote oriretur quæſtio , nam tunc
poſſet minor ſine curatore agere de dote,vt dicit
gl.marginalis in d.auth.quod locum poſt alios latiſ-
ſime *Trentacinq.lib.3.reſol.6.* num.10. *Narbona d.*
qu.34.nu.13.
57 Sic pariter, vbi proceditur ſummariè , de pla-
no,& ſine figura Iudicij, adultus in iuditio etiam
ſine Curatore ſtare poteſt *Aretin.in l.cum , & mi-*
nores C.ſi aduerſus rem iudic.Bal.in cap.1.de reſcri-
ptis Neuiz.conſ.18.Bell.lib.1.de pragm.prag.8.nu.
7.Caroc.d.except.124.nu.62.poſt Aret. Bal.& Ne-
*uiz.*ſequitur *Carena reſol.21.nu.31.* Quod in Re-
58 gno noſtro Vtriuſque Siciliæ non practicatur ,
quamuis in illo omnes Cauſæ ſint ſummariæ vi-
gore *cap.deteſtantes,& pragm.1.de ordine iudic:* vt
dicunt *Maſtrill. deciſ.54. Giurb. dec.109. num.4.*
& ſeqq.
59 Et in Cauſis executiuis *Milanenſ.dec.23.nu.6.*
lib.2.Ball.lib.5.pragm.de Cauſ.ſumm. nu.7. Quam-
uis in contrarium ſit veritas , vt fundat *Maur.*
Burg.de laudem.p.3.in ſpect.40.nu.203. D.Petr.rit.
166.nu.103. vbi dicit aduerſus ipſum non liqui-
dari inſtrumentum via *ritus*, quid ſi ſit pubes , &
habeat bonorum adminiſtrationem differunt *Gal-*
ter in 2.2.p.princ.nu.21.Palador.lib.2. rer.quotid.
cap.5.§.6.num.15.Salgad.de reg.protect.p.2. cap.4.
nu.81. nec ipſe ſine Curatore liquidat poſt *Rocc.*
reſp.38.lib.1.& alios .
60 Et in omnibus cauſis in quibus minor poteſt
comparere ſine curatore,poteſt ſimiliter procura-
torem conſtituere ſine curatore *l.3. in princ.* vbi
Bar.& Ang.ff.rem ratam hab.Soccin. conſ.239.lib.
*2.*poſt alios *Narbona d.qu.34.nu.24.*
61 Et licet contra minorem regulariter ſecundũ
decretum interponi non poſſit,fallit tamen in tri-
bus caſibus. Primo in cauſa noxali 2. in cauſa
damni infecti 3. Si vrgeat graue æs alienum , &
pupillus habeat bona tempore peritura *l.3. §.2.*
& ibi notatur *ff.de reb.eorum Alex. ad l. contra pu-*
pillum ff.de re iudic. Caroc. de except. except.124.
num.45.
62 Ampliant aliqui in minore conuento, & cita-
to poſt quam lis à tutore,vel Curatore cæpta eſt,
nam tunc ex ſua perſona comparere in iudicio,
& litem proſequi rectè poterit , ſi voluerit,ad id
tamen compelli non poterit ità *Bertachin.* verb.
minor conuentus,& verſ.*minor citatus nu.20.* Quod
mihi non placet,nam per hoc non euitatur læſio,
quæ poteſt accidere ſi minor non interueniat cũ
tutore,aut curatore,igitur&c.Et in minore citato
63 tanquam hærede pro debitis contractis per de-
functum *Bal.conſ.124.lib.4.Aretin.conſ.125.Paul.*
de Caſtr.conſ.430.lib.1. Tuſc. lit.M. concluſ.255.
Barbo.de effect.minor.ætat.in prælud.nu.78.D.Calà
de reſtit.qu.2. nu.33. Et citato ad recognoſcendũ
64 apocam à ſe factam , nam tenetur recognoſcere
abſque Curatore,cum tunc deponat de facto pro-
prio *Guttier.lib.1.pract.cap.123.Reg.Rouit.in prag.*
63.nu.37.de offic.proc.Caſar.D.Calà ibid. num.14.

65 Verum apoca banci à minore facta cum con-
ſenſu curatoris non habet executionem paratam
vigore *reg.pragm.63. de offi.proc.Caſar.* vt dicit
R.Rouit.ibi nu.36.& ibi *Nouar.coll.10.nu.15.*me-
minit *Thor.in ſupp.*verb.*apoca ſubſcripta .*
66 Et cum minor poſſit eſſe de Vniuerſitate , &
Collegio , & vocem in eo habere tanquam vnus
de Collegio,poterit etiam ſyndicum , vel procu-
ratorem conſtituere ad iudicia *Spec.in tit.de Syn-*
*dic.nu.3.*vt dicit ità de conſuetudine ſeruari *Ior-*
dan.elucubr.diuerſ.lib.10.tit.20.nu.74.Antonell.de
tempor legal.lib.2.c.10.nu.21.
67 Sic etiam de Iure Mediolanenſi *titul. de*
*tutel.§.& quia plerumq;*permittitur creditori cita-
re pupillum, & minorem cum duobus proximio-
ribus,& talis citatio eſt, ac ſi cum legitimo Cu-
ratore ſit actum,vt dicitur *in fine d.* §.bene *Care-*
na reſol.21.nu.33.
68 Eſt tamen notandum in hac materia, quod in-
habilitas minoris , tam in agendo quam in exci-
piendo ſi non fuerit oppoſita , & iudex procedat
in cauſa, pendebit poſtea à futuro euentu, nam ſi
res non proſperè ſuccedat pro minore , iudicium
erit nullum,vt diximus.Si proſperè,erit validum
l.non eo minus vbi *Alex.C.de procurat.idem Alex.in*
l.furioſo ff.de re iudic.Maranta p.6.nu.106.Panor-
mit.conſ.89.num.7. vol.2.Montan.de tutel.cap.30.
*nu.157.Egid.concluſ.143.*incip.*minor*, *circa finem*
Vin.dec.52.per tex.in l.de ætate ff.de minor.l.ſi quis
aliena ff.de re iudic. Verall.dec.147.p.3. ea ratio-
ne quia leges prædictæ fuerunt conditæ , nè ætas
prædicta læderetur vt colligitur *in d. l.non eo mi-*
nus vbi notant omnes *C.de procurat. l.1.* vbi *gl.in*
verb.*aduerſus C.qui legit.perſon.*
69 Ideò cautela eſt,vt opponatur , & proteſtetur,
quod non procedatur niſi legitimata perſona, nã
tunc iudicium erit ſemper nullum,vt notat *Vant.*
hic nu.36.Scacc.de Iudic.lib.2.cap.2.nu.382.405
& 406.& de cambijs §.7 gl.5 nu.19.Sforz.Odd.de
reſtit.qu.72.nu.8.Surd.conſ.9.nu.47.Oſaſch.dec.13
nu.10.& dec.36.num.25. & 26.Polid.Rig.obſ.44.
vbi quod ſufficit ſola exceptio , & oppoſitio mi-
noris ætatis,nec tenetur excipiens petere,aut cu-
rare,vt decernatur tutor,vel curator minori,nam
illud ſi fiat eſt de conſilio,& vrbanitate,non autẽ
de neceſſitate,allegat *Neuiz.conſ.17.à num.69.&*
alios,& teſtatur de communi practica. Non desũt
70 dicentes requiri oppoſitionem in omni actu *Mo-*
hed.dec.44.Rot.apud Farinac.dec.102.n.3. in pri-
*mis dec.lib.2.*diximus *qu.1.*poſt *Ludouiſ.dec.44.*
71 Verum ſi per negligentiam ab initio non fuiſ-
ſet oppoſita talis exceptio , poſſet quandocunq;
opponi in proceſſu, & tunc impeditur , & non
proceditur vltrà , niſi legitimata perſona *Specul.*
tit.de actor.verſ.quid ſi minor.in iudicio , & DD.in
l.non eo minus C. de procurat. Bar. in l.ſi minor ff.
de procurat.Vant.hic. nu.38. in fine Virgil. de legit.
perſ.cap.2.nu.39.
72 Et id quod diximus de Iudicio , & ſententia
facta in fauorem minoris, vt ſit valida, non pro-
cedit in minore infante,qui intellectu caret,nam
tunc non valet ſententia, etiam in fauorem infã-
tis lata , quando cum eo non interuenit authori-
tas perſonæ legitimæ *Maranta in ſpec.p.4.diſt.16*
nu.50.Surd.conſ.9.nu.47.Gratian.diſcept.225.nu.
15.& ſeqq.

73 Nam ſententia lata in fauorem minoris tunc eſt valida, quando ipſe vult, ratificat, & declarat *Berou. qu. 103. nu. 3. & 4. Caualc. de tutor. & curat. nu 31. Rota nouiſſ. dec. 729. p. 3.* ea ratione, quia id quod nulliter geſtum eſt in fauorem minoris, valet minore volente, & declarante, ac ratum habẽte, & non aliter *gl. Bal. Bar. Caſtr. & Imol. in l. ſæpè ff. de re iudic. Berou.* vbi teſtatur de communi *d. q. 103. num. 1. Pinell. de bonis maternis p. 3. qu. 32.* vbi teſtatur hanc opinionem eſſe receptam *Caualc. d. nu. 31.* diximus *in rub. 4. qu. 1.* & tamen infans non poteſt declarare, acceptare, & ratum habere, cum non habeat velle, ac nolle, vt diximus.

74 Imò ſi minor non declarauit, eius hæres non poterit declarare voluntatem defuncti *gl. in l. idẽ Pomponius §. vl.* vbi *Bar. Bal. & Angel. ff. de rei vendic. gl. in l. interſtipulantem §. 1.* vbi *Bar. Angel. Alex & Iaſ. ff. de verb. obligat. Tiraquell. in l. ſi vnquam* in verb. *reuertatur nu. 302. C. de reuoc. donat. Menoch. de arbitr. Iudic. qu. 68. num. 29. Gabriel. de reg. iur. concluſ. 3. num. 74. Rolan. conſ. 66. num. 7. lib. 4. Surd. conſ. 9. num. 5. & ſeqq. Gratian. diſcept. 573. num. 28.*

75 An, & quando tertius qui à minore cauſam nõ habet poſſit dicere de nullitate ſententiæ latæ pro, vel contrà minorem, ſi non fuerit approbata a minore, diximus *in rub. quis poſſit dicere de nullitate.*

76 Et id quod diximus, quod acta, & ſententiæ latæ contra minorem non habentem Curatorem ſunt nulla, quæſtio eſt, an procedat ſi minor habeat Curatorem, ſed ab illo non defendatur? Et videtur idem procedere, cum verum ſit, ſententiã latam contra minorem indefenſum eſſe nullã ex ſæpe cit. *tex. l. cum, & minores C. ſi aduerſus rem iudic.* vbi *Salyc. nu. 6. Maſtrill. dec. 101. num. 5. & ſeqq. Caſtill. dec. 8. nu. 11. & dec. 80. num. 61. Rolan. conſ. 85. nu. 28. vol. 2. Caroc. except. 124. nu. 53. Addit. ad Ludouiſ. dec. 43. num. 17.* vbi deciſum refert in curatore non comparente *Mexia in commentar ad l. Toleti 2. p. fundam. 10. nu. 1. & ſeqq. Narbona de ætate anno 25. q. 34. nu. 3. in fine.* Quæ conclu-
77 ſio procedit etiam ſi minor ab initio fuerit defenſus, ſed in progreſſu litis ſit deſtitutus *Salyc. in d. l. cum & minores Caroc. except. 124. nu. 41.*

78 Ratio principalis concluſionis, eſt quia idem eſt nullum habere tutorem, ac habere nolentem defendere, vel ab initio eos tantum defendere, medio autem iudicio derelinquere *gl. in l. nulla in fin. verſ. non habentes ff. de re iudic. Ruin. conſ. 36. nu. 4. lib. 5. Becc. conſ. 12. nu. 37. Caroc. except. 124. num. 42. & 43.*

79 Quæ concluſio limitatur ſi ſint dati termini, & dilationes neceſſarij Curatoribus, ipſi tamen laceſſiti non veniſſent, nam tunc ſententia nulla nõ eſt, cum minor indefenſus dici non poſſit *Bal. in d. l. cum & minores nu. 7. verſ. quæritur,* & ibi *Caſtr. nu. 4. Aff. dec. 28. nu. 5. Turret. conſ. 35. nu. 26. lib. 1. Maſtrill. dec. 101. nu. 27. Caſtill. dec. 8. nu. 14. & 80. num. 62. Petr. Lun. conſ. 28. diuerſ. Sicul. nu. 9.* Qui dicit hoc caſu minori competere reſtitutionem in integrum, ſi bonum ius foueat. Ratio pulcherrima eſt quia ſi hoc caſu nulla eſſet ſententia, nullo modo daretur litigandi modus contra minores, quos ex induſtria tutores derelinquerent indefenſos non comparentes illos defenſuri, cum ob id ſcirent ſententiam indè ferendam nullam fore, cui fraudi omnino eſt obuiandum ad *tex. in l. in fundo* vbi *gl. verb. indulgendum C. de rei vendic. Rimin. iun. conſ. 370. nu. 6. Magon. dec. Lucenſ. 88. nu. 26. Coſta conſ. 92. num. 10. & ſeqq. Put. deciſ. 306. nu. 5. lib. 2. Fab. in C. deciſ. 4. Carena reſol. 21. num. 33.*

80 Concluſio tamen ſuprapoſita limitatur. Vt ſententia interloquutoria lata contra minorem indefenſum, ſit valida *Bar. in d. l. cum, & minores in 1. oppoſ. C. ſi aduerſus rem iudic.* declarando, & reſtringendo ad interloquutoriam de immittendo, quæ fertur contrà minorem contumacem, & indefenſum per *tex. in l. apud Iulianum §. fin. ff. de bonis auth. Iudic. poſſid. & in l. ſi minor eodem tit. Caroc. except. 124. nu. 3.* Et ſic minor patitur primum decretum *ex dictis iuribus Caroc. except. 124. num. 4.*

81 Quod procedit etiam ſi ſolus minor fuit citatus, nec ipſe comparuit, nec alius comparuit, pro eo nam primum decretum contra eum latum valet, & tenet *Dec. conſ. 549. nu. 3.* vbi ſubdit, quod licet Iudex comminetur, quod legitimè non comparendo habebitur pro maiore procedendo ad vlteriora, hoc iudex facere non poteſt, declarando maiorem qui non eſt.

82 Quæ interloquutoriæ ſi eſſent magni præiudicij, non poſſent ferri contrà minorem, quæ magni præiudicij, ſunt, quæ habent vim diffinitiuæ, aliæ parui præiudicij, quæ non habent vim diffinitiuæ *Caſtr. in d. l. cum, & minores nu. 3. C. ſi aduerſus rem iudic.* qui allegat *Bart. in l. ſi præſes C. quomod. & quand. & melius in l. fin. nu. 2. ff. de reſtit. in integr. Caroc. d. except. 124. nu. 11.*

83 Exempla interloquutoriarum habentium vim diffinitiuæ ponit *Caroc. de except. except. 124. num. 13. & ſeqq. & nu. 40.* vbi dicit eſſe quæ non tangunt merita cauſæ, nec illis præiudicant vt ſunt ſuper competentia, exceptionibus dilatorijs, excommunicationis, ſpoliationis, ſuggeſtionis, falſi, & ſimilium ex *Sfort. Odd. de reſtitut. in integr. q. 67 art. 1. nu. 5. & 6.* & poſuimus nos cum *Scacc. de appellat. qu. 17. lim. 47. membr. 1. in rub. 9.*

84 Verum ſanatur proceſſus nullus vel contra minores indefenſos, vt detur Curator, & cum eius præſentia reaſſumantur omnia acta incipiendo à libello, litis conteſtatione, & ſimilibus, & ſic ſanatur *Bar. in l. mutori ff. de procur. l. 1. col. 2. C. de ſentent. Dec. conſ. 549. Iaſ. in l. properandum in princ. nu. 23. de iudic. Vant. in rubr. vl. nu. 88. Veſtr. in pract. lib. 7. cap. 1. num. 5. Vrſill. ad Aff. dec. 262. nu. 3. Afin. in pract. §. 2. cap. 16. nu. 4. Rota apud Caſdor. dec. 7. nu. 8. de reſcript.*

85 An autem Iudex ex officio, & nemine petente alteri tutorem, vel Curatorem dare poſſit dubitatur? Reſolutiue dicimus, quod Iudex ex officio etiam nemine petente poſſit pupillo tutorem dare *l. 2. ff. de tutel. l. illud 5. ff. de tutor. & Curat. dat. ab his Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium nu. 3.* & ibi *Rip. nu. 40. ff. de damn. infecto Alex. Socc. & DD. in 1.* & ibi *Rip. nu. 4. ff. de Iuriſd. omn. iudic. Sylu. Aldobr. §. item inuiti nu. 23. 14. & 15. Inſtit. de Curat.* quamuis contra teneat *Dec. in l. 1. ff. de Iuriſd. omn. iudic.*

86 Curatorem vero Iudex ex officio dare non po-

poteſt *gl.in d.l.hac autem in princ.ff. ex quib.cauſ. in poſſ.eat.* Maximè in Curatore pupilli, vel minoris *Bar.in l.2.in princ. num.2.ff. de Curatoribus dand. Iaſ.in l.is cui nu.8.ff.de verb. obligat.Bal.in cap.1.nu.20.de milit.Vaſſall.qui contum.Idem Bar. in l.4.§.hoc autem nu.3.*& ibi *Rip. num.40. ff.de damno infect.*

87 Nec ad petitionem illius qui mandato caret, poteſt dare talem Curatorem, quamuis offerat cautionem de rato *Caſtr.in l.mutus 43. §.is qui nu.5.ff.de procurat.* facit *tex. in l.3. §. curatores ff. qui pet.tutor.* Niſi ille eſſet coniuncta perſona, nam abſque mandato cum cautione de rato poteſt petere *Caſtr.in d.l.mutus §.is qui nu.5.ff. de procurat.*

88 Nec poteſt dare curatorem ventri nemine petente,& ex officio *l.2.§.quoties ff.de ventr.in poſſ.mitt. l.2.§.quid ſi Curatores ff. ad S.C. Tertull.* Nec il-
89 lius qui ceſſit bonis *l.2. in princ.ff.de Curat.bon. dand.*

50 Verum licet aliqui teneant quod neque hæreditati iacenti poſſit Curator dari nemine petente *Syluest.Aldobr.§.inuiti nu.6. Inſtit.de Curat.Capic.dec.86.nu.1.* Neque bonis capti ab hoſtibus *l.3.C.de captiu.& poſtlim.reuerſ.* Neque bonis abſentis *Spec.tit.de Curat. §.cum autem nu.14. Alex.conſ.4.nu.4.lib.2.Socc.conſ.234.col.fin.lib.2 Menoch.de arbitr.lib.2.cent.1.caſ.150.nu.20.* Ta-
91 men in contrarium eſt veritas quo ad hæreditatem iacentem *gl.in l.1. verb.ſi conditio ff.de curat. bon.dand.Bar.l.2.in princ.nu.2.ff.eodem,& in auth. ſi omnes nu.3.C.ſi minor ſe ab hered. ſe abſtin. Angel.conſ.103.nu.2.*

92 Quo ad illum dandum bonis abſentis, & non latitantis *gl.l.2.verb.adeatur* & ibi *Bar.nu.1.ff.de Curat.bon.dand.Angel.conſ.103.nu.2.* facit *tex.l.ſi mandauero tibi 22.§.ſi curator ff. mandat. l.ergo 4. §.creditoribus ff.de fideicommiſſ.libert.l.fulcinius §. planè ff.ex quibus cauſ.in poſſ.eat.Bar.in auth.ſi omnes nu.3. C.ſi minor.ſe ab hered. abſtin.* & idem in capto ab hoſtibus cum abſens ſit.

93 Sic etiam quo ad furioſum,prodigum, mente captum,fatuum,mutum ſurdum,& in reliquis perſonis perpetuo morbo laborantibus, & propter hoc rebus ſuis ſuper eſſe impeditis, nam ex officio illis, & nemine petente Curatorem dare Iudex poteſt *d.l.fulcinius 7.§.adeo, & §.planè verſ. idemq;*& ibi *gloſ.verb. ceteriſq. & Bar. ff.ex quib. cauſ.in poſſeſſ.l.fin.§.1.C.de adminiſtr.tutor.gl.l.hac autem in princ.*& ibi *Bar. ff.ex quibus cauſ. in poſſ. eat.Bar.l.4.§.hoc autem nu.3:* & ibi *Rip.nu.40. ff. de damn.infect.Bal.l.2.in princ.num.2. ff.de Curat. bon.dand.Iaſ.in l.is cui bonis 6. nu.8.* & ibi *Rip.ff. de verb.obligat.Dec.in l.furioſi 40. nu.4.* & ibi *Cagnol.num.4.ff.de reg. Iuris Euerard.in topica loco a Minor.ad furioſ.nu.7.*

94 Pariter infanti ex officio Curator dari poteſt *Bal. in l. nè quid quam §. vbi decretum ff. de offic. Proconſ.Neuiz.conſ.17.nu.21. Matt.Brun. de Ceſſ. bonor.4.qu.princ.qu.3.nu.6.Vrſill.ad Afſl.dec.256. nu.2.Gaill.pract.obſeru.lib.2.c.107.nu.7.8.*

95 Curatorem, ſeu Curatores petere poſſunt pupillus,& minor Curatore indigentes *l. qui habet §.ſi pupillus,*& ibi *DD.ff.de tutel.l.3. §.Curator ff. qui pet.tutor.l.matris 6.C.eodem tit.* Alius vero mi-
96 nori adulto,ſiue adoleſcenti præſenti Curatorem petere non poteſt abſque illius conſenſu,vel mãdato *l.mutus 43.§.is qui & ibi gl. & DD.ff.de procur.l.3. §.ſi & ibi gl.ff. qui pet.tutor. d. l.matris* & ibi *DD. C.eodem tit.* Nec mater aut alia coniun-
97 cta perſona abſq; illius mandato curatorem petere poteſt, quamuis promittere de rato promptus ſit *d.l.mutus §.is qui* & ibi *Caſtr. nu.5.ff.de procur.l.Curatorem 5.ff.qui pet.tutor.*quidquid dicat *Iaſ.in l.is cui bonis 6.nu.8.ff.de verb.obligat.*

98 Requiritur illorum mandatum ad petendum Curatorem *l.3. §.fin. ff.qui Pet.tutor.* nec ſufficit cautio de rato, niſi ſimus in coniunctis *d.l.mutus 43.§.is qui nu.5.ff.de procurat.*

99 Talis non coniunctus tamen ſi aliqualem ſui mandati fidem fecerit admittitur cum cautione de rato *l.1.C.de procurat.cap.1.tit. eodem d.l.mutus §.is qui* vbi *Odofr.Alber.de Roſat.Bal. Bar.Ang.Raph.Cuman.Paul.Caſtr.& DD.ff.de procur.*

100 Verum pupillo, ſiue impuberi, & furioſo prodigo,mente capto fatuo muto ſurdo, & alijs perpetuo morbo laborantibus indigenti Curatore, petere poſſunt Curatorem omnes illi,qui illi tutores petere poſſunt,ea ratione, quia petitio Curatoris impuberis, ſeu pupilli æquiparatur petitioni tutoris *l.1.ff.qui pet.tutor.l.2.§.ſi mater* verſ. *quid ſi Curatores ff. ad Tertull. Maranta in repet. l. is poteſt nu.226.& 228.ff.de acquir.hered.Schrad. de feud.p.10.ſect.19.nu.262.& ſeqq.*

101 Hæreditati iacenti, & bonis vel capti ab hoſtibus,vel abſenti in ijs caſibus, quibus illis Curator dari poteſt, curatorem petere poſſunt conſanguinei, ſeu illi qui ad ſucceſſionem illorum bonorum ab inteſtato aſpirare poſſunt *l.1. §.quoties ff.de ventr.in poſſ.mitt.l.3.C.de capt.& poſtlim. reuerſ.Angel.conſ.107.nu.4.lib.2.Menoch.de arbit. lib.2.caſ.150.nu.20.*

102 Sic etiam Creditores poſſunt petere Curatorem,& hæreditati iacenti, & tam abſentis,quam capti ob hoſtibus *l.ſi mandauero 22.§.ſi curator ff. mandati l.1.§.quoties ff.de ventr.in poſſ.miſſ. l.ergo §.creditoribus ff.de fideicommiſſ. libert.Capic.deciſ. 87.Angel.conſ.103.Rol.à Valle conſ.48. nu.23.lib. 1.Menoch.de arbitr.caſ.150.nu.20.*

103 Verum inuitus nemo nec mater, nec Auia,vel proauia,nec vllus ſanguine coniunctus,vel extraneus,minori,puberi adoleſcenti,ſiuè adulto curatorem petere cogitur *l.1.& 3. §.fin.l.Curatorem, 4.ff.qui pet.tutor. Maranta in d.l.is poteſt nu.226. ff.de acquir.hered.*

104 Idem eſt quo ad hæreditatem iacentem, quo ad bona capti ab hoſtibus vel abſentis, vel illius, qui bonis ceſſit, nam hoc iure cautum non reperitur,& quod iure cautum non eſt,non eſt affirmãdum *l.diſſentientis 5.C.de repud. l.illam 19.* & ibi *Iaſ.C.de collat. Corat. de commun. opin. lib.2.tit.9. caſ.32.nu.120.& ſeqq.*

105 Verum è contra Mater filijs ſuos pupillis, ſiuè impuberibus,aut furioſis mentecaptis,fatuis prodigis mutis, ſurdis, & perpetuo morbo laborantibus,omnibus illis caſibus, in quibus ipſi Curatore indigent,Curatores petere tenentur,etiam ſub pœna priuationis hæreditatis eorundem impuberum ſi in pupillari ætate deceſſerint *l.2. §.ſi mater verſ. quod ſi Curatores ff. ad Tertull.l.1. ff.qui pet.tut.Marant. vbi ſup.Schrad.de feud.p.10. ſect.*

ſect. 19. *num.* 267. & *ſeqq.* Qui dicit idem procede-
re in omnibus illis, qui ad ſucceſſionem illorum
admittuntur, & in ſubſtitutis directo, & exempla-
riter furioſo, mentecapto, fatuo, prodigo, muto
ſurdo, & alijs perſonis perpetuo morbo laboran-
tibus, & teſtamenta facere non valentibus, & re-
ſpondet *Schrad.* contrarium tenentibus.
106 Verum quando Iudex vult dare curatorem.
An debeat citare illum cui Curatorem dare vult
DD. non conueniunt, Verum nos diſtinctiue
procedendo dicimus, quod quando vult dare tu-
torem pupillis, illos citare non debet *l. illud* 5. *ff.*
de tut. & Curat. dat. ab his Io: Fab. in §. *item inuiti*
nu. 2. *Inſtit. de Curat. Bar. in l. qui habet* 3. §. *quoli-*
bet ff. de tutel. Maranta in ſpec. par. 6. *rubr. de citat.*
nu. 35. *Alex. conſ.* 86. *nu.* 2. *lib.* 2. *Tiraq. in tract. res*
inter alios acta lim. 45. *Aſin. in praxi* §. 7. *cap.* 5.
lim. 65. *Gabr. commun. op. in lib.* 2. *de citat. concluſ.* 1.
nu. 498. Ea ratione quia talis citatio eſſet inutilis
D. Prat. obſ. 87.
107 Adulto verò, ſiue minori Curator dari nequit,
niſi ſit citatus ad petendum Curatorem *Imol. l. ſi*
finita 15. §. *non autem ff. de damn. infect. Add. ad Sa-*
lyc. in l. 1. *C. qui pet. tutor. Natta ad Alex. conſ.* 122.
lib. 1. *Alberic. de Roſat. in l. ait prætor* §. *permittitur*
nu. 4. *ff. de minor.* quidquid contra dicant *Tiraq. d.*
lim. 43. *Gabriel. d. concluſ.* 4. *nu.* 498.
108 Prodigo Curator dari nequit, niſi ipſe citetur
Io. Fab. in §. *item inuiti num.* 2. *Inſtit. de Curat. Socc.*
tract. de citat. col. 52. *Gabriel. d. concluſ. nu.* 188. &
ſeqq. Viu. opin. commun. verb. prodigus citandus facit
tex. in l. nam ita diuus 39. *ff. de adopt. Cagnol. in l.*
furioſi 40. *nu.* 17. *ff. de reg. Iuris Berou. qu.* 122. *Aſin.*
in pract. §. 7. *cap.* 5. *lim.* 63. *D. Prat. obſ.* 87. Et licet
109 contrarium teneant *Dec. d. l. furioſi nu.* 7. & ibi
add. Dec. conſ. 274. *Maranta vbi ſup. de citat. nu.* 32
Ruin. conſ. 89. *num.* 13. *lib.* 1. Tamen prima opinio
100 eſt verior, & receptior, & ſecunda inprobata.
111 Cum eſt dandus Curator furioſo ille non eſt
citandus, ea ratione, quia citatio illa eſt inutilis,
cum furioſus nil agere poſſit *Angel. Paul. Caſtr. &*
Roman. d. l. is cui & ibi *Claud. Aquenſ. col. fin. ff. de*
verb. obligat, Alex. conſ. 86. *n.* 1. *lib.* 2. *Dec. conſ.* 274.
circa fin. Nicol. concord. gloſſ. 52. *fall.* 12. & 13. *Ti-*
raquel. vbi ſup. lim. 42. *Maranta vbi ſup. de citat.*
nu. 297. *Aſin. in praxi* §. 7. *cap.* 5. *lim.* 64. facit *tex.*
in l. 4. *ff. de in ius voc.* Et licet contra teneant *Fab.*
112 *in d.* §. *item inuiti num.* 2. *Inſtit. de Curat. Franc.*
Aret. in l. iſtius ff. de verb. obligat. Tamen eorum
opinio eſt ab omnibus reprobata.
113 Eadem ratione, in caſibus, in quibus Curator
infanti dari poteſt, ille citari non debet poſt alios
Socc. de citat. art. 5. *q.* 18. *nu.* 42. *Matt. Brun. de ceſſ.*
bonor. qu. 4. *princ. qu.* 7. *nu.* 2. *Vrſill. ad Aſſl. dec.* 256.
nu. 2. & *dec.* 262. & 369. *Vant. hic nu.* 13. & *rubr.*
ex defectu citat. nu. 69. facit *tex. in l.* 4. & *neq; impu-*
beres & ibi *Bar.* & *DD. ff. de in ius voc.* Licet non
114 deſint aliqui dicentes in omnibus his caſibus
eſſe vocandos conſanguineos, & amicos illius,
qui Curatore indiget, ad hoc vt cum illorum
conſilio Curator detur *Neuiz. conſ.* 17. *num.* 22.
Brun de Ceſſ. bonor. qu. 4. *prin. qu.* 3. *nu.* 6. *Vrſill. ad*
Aſſl. dec. 256. *nu.* 2. *Natta ad Alex. conſ.* 122. *circa*
fin. lib. 1. de qua opinione dubitat *Schrad. de feud.*
p. 10. *ſect.* 19. *nu.* 281. *in fine Maſtrill. dec.* 73. *nu.* 7.

Nam iudicium factum cum Curatore non legiti-
me dato, eſt nullum *Neuizād. conſ.* 17. *Oſaſch. deciſ.*
89. *nu.* 7. *Aſſl. d. dec.* 256. vbi *Vrſill. Iudouic. Meſſia*
ſuper l. Reg. par. 11. *nu.* 21. *Maranta diſ.* 16. *nu.* 36.
par. 4. *Paul. ſol. conſ.* 11. *nu.* 15.
115 Curator qui datur minori ad litem, debet dari
qui præſens eſt, nam requiritur conſenſus eius
qui datur adhoc, vt datio valeat, & ſic ſi fuerit da-
tus abſens, curatoris datio non valet *Bar. in l.* 3. §.
ſi pupillus nu. 6. *ff. de tutel. Alex. conſ.* 86. *vol.* 2. *l. qui*
habet §. *ſi pupillus ff. de tutel.* Poſſet tamen ex cau-
ſa dari inuitus *l.* 2. §. *quæritur verſ. niſi, & magna*
ff. de curat. bonis dand. Carauit. in rit. 291. *num.* 5.
Gratian diſcept. 225 *nu.* 36. *Lara in comp. vita hum.*
cap. 24. *nu.* 28. vbi dicit ſicus eſſe in hiſpania.
Ideo dicendum eſt in Curatore dato principali-
ter bonis, & ſecundario perſonæ per *tex. in d.* §.
quæritur Carau. ibid. caſ. 5. vbi reſpondet *tex.* §. *qui-*
bus inſtit. de ſatiſd. tutor. vt ille loquatur quando
Curator ſuſcepit onus, vt tunc cogi debeat ſatiſ-
dare rem pupilli ſalua fore.
116 Curator furioſo datur inuitus *l. fin. C. de curat.*
furioſ. ſed quia materia hæc intricata eſt, & indi-
get diſtinctione, & declaratione, quam facere nō
poſſumus, cum ſit extra noſtram materiam ideò
videnda apud DD. tractantes de tutela, & Cura-
tela, & apud *Schrad. de feud. p.* 10. *ſect.* 19. *nu.* 250.
& *ſeqq.*
117 Ad hanc materiam eſt aduertendum, quod li-
cet pupillus non poſſit ſine tutore agere, tamen
poteſt interpellare, & alium conſtituere in mora
l. ſi quis ſolutiones ff. de vſuris l. ſi pupillus ff. de verb.
118 *obligat.* Sed non poteſt interpellari, nec in mo-
ra conſtitui ſi ſolus fuerit *Conſt. Roger. in tract. de*
proteſt. cap. nunc videndum nu. 19. *cum ſeqq.* Et quā-
119 uis diſponatur per *tex. in l. ſi dictum* §. *vl. ff. de*
euiction. quod pupillo denunciari poſſit lis mota,
etiam ſine tutoris authoritate ſi ille non appareat
120 Tamen *Alex. in l. ſi ex lege cum gl. in d.* §. *vl.* di-
cit hoc introductum eſſe, & conſtitutum fauore
pupilli, ne emptor ſe à defenſione retrahat, idem
tenet *Paul. conſ.* 240. *vol.* 1. quem citat *Mangil. de*
euiction. qu. 4. *nu.* 49. Nam illa denunciatio tendit
121 ad conſeruationem Iuris pupilli, non ad eius
obligationem *Angel. in d.* §. *vl. Salyc. in l. mora n.* 4.
ff. de vſuris, & ne mora periculum afferat emptori,
vt dicit etiam *Bal. in l. Emilius num.* 1. *ff. de minor.*
vbi dicit poſſe denunciari pupillo ad excuſandā
moram propriam emptoris non ad conſtituendū
pupillum in mora *Natta conſ.* 513. *num.* 9. & 10.
Laderch. conſ. 175. *nu.* 4.
122 Quod adeò verum eſt quod quando citatio tā-
geret præiudicium pupilli, non ſolum non poſſet,
ſi fieret ſoli pupillo, ſed etiam ſi fieret eius tutori,
ſeu Curatori, vbi tutor, vel Curator defenſione
neglecta, ius pupilli non oneretur per *tex. in l. con-*
tra pupillum ff. de re iudic. vbi omnes notant *Sa-*
lyc. in l. ſi præſes C. quomod. & quand. Iud. Maſtrill.
123 *dec.* 73. *nu.* 9. & *ſeqq.* Et quod denunciatio iudi-
cialis facta minori indefenſo, non noceat eſt *tex.*
in l. is cui §. *neceſſarium ff. vt in poſſeſſ. legat. nom.*
tenet *Salyc. in d. l. mora nu.* 5. *de vſuris,* & *in l. ſi ex*
legati num. 9. *ff. de verb. obligat.* Nec aliquid facit
124 authoritas *Bar. in l.* 1. §. *ſufficit ff. de adminiſtr.* &
peric. tutel. nu. 2. tenentis quod pupillus, & minor
citari

Digitized by Google

citari poſſint,etiam ſine tutore, & curatore, quia eius opinio eſt communiter damnata, vt refert *Iaſ.in l.ſi pupillus de verb.obligat. Io:Franc.Riuer. ad Bar.ibi lit.D.* Et eſt adeò verum,quod non no-
115 cet,quod oporteet quod pupillus, & minores poſtea defendantur,vt diximus,& eſt *tex.in l.acta §.vl.ff.de re iudic.Maſtrill.dec.73.per totam.*

S V M M A R I V M.

1 *An minor poſſit eſſe actiuè in iudicio criminali? & à num.2.ad num.10.*

11 *An & quando poſſit eſſe paſſiuè? vbi ampliationes limitationes,& declarationes,& à n.12.ad n.98.*

An & quando poſſit minor eſſe in iudicio criminali actiuè,& paſſiuè?

QVÆSTIO VI.

1 VIdebimus quando minor poſſit eſſe in iudicio actiuè,& paſſiuè in criminalibus.Et actiuè diſtinguendum eſt. Aut eſt pupillus,aut pubes,ſiue adultus; Si pupillus, & non admittitur regulariter ad accuſandum propter ætatis defectum *tex. eſt in l.2.§. pupillus ff.de accuſat.* vbi *gl.& l.2.C.qui accuſ.non poſſ.& l.qui accuſare ff. de accuſat. c.prohibeatur 2. qu.1. Angel. de malefic. in* verſ. *ad querelam Tuy* verſ.*duodecimo Gig.de crim.læſæ Maieſt.qu.7. nu.1. Gomez.var.lib.3.cap.1.nu.31.*Niſi in crimine læ-
2 ſæ Maieſtatis *Specul.tit.de accuſationibus §.5.verſ. item excipitur Gandin.de malefic.tit. qui accuſ.poſſ. Gig.de crim.laeſ.Maieſt.q.7.* Quod intellige,cum
3 authoritate tutoris iuxtà *tex.in l.clarum C. de au-*
4 *thor.præſt.*alias ſecus,vt per *Gig.d.qu.7. nu.3. Farinac.q.12.nu.15.*verſ.*ſi verò.*

5 Et licet pupillus accuſare non poſſit, tamen eius tutor vtique poteſt pro iniuria illata pupillo,vel ſuis,accuſare *l.cæteris §. pupillus ff.de accuſat.*& ibi *Bar.& in l.2.C.qui accuſ.non poſſ. Io:Andr.in add.ad Specul.tit.de accuſat.§.1.*verſ.*quid de pubere Bal.in rubr. C.qui accuſ.non poſſ.Petr.Placha in epit.delict.cap.45. Virgil. de legit. perſon. cap.3. nu.4.* vbi diſputat, an tutor poſſit remittere pro pupillo,& an,& quando ipſe pupillus.

6 Si verò fuerit pubes, ideſt adultus, & vult accuſare,regulariter, & de Iure communi non poteſt abſque Curatore, ſed cum authoritate Curatoris poteſt per *tex.in l.ad rem publicam ff. de.muner, & honor.gl.in l.2.C.qui accuſ.non poſſ.*& ibi *Bal.nu.19.tex.in l.clarum C.de author.præſt. l.ſpurij §.1.ff.de accuſat.Bar.in l.qui accuſare nu.2. ff.de accuſat.Placha in epit.cap.45.nu.5. Clar. §.fin.qu. 24.*verſ.*ſed quid in maiore? Farinac.qu.12.num.15*
7 verſ.*hoc autem*. Et ſicut adultus non poteſt accuſare ſine authoritate Curatoris, ità non poteſt tranſactionem,& concordiam facere ſine eius authoritate,vt tenent *Bal.Paul.Salyc.Dec.& alij in d.l.clarum C.de author.præſt. Petr.Placha vbi ſup.*

8 Regula hæc fallit in criminibus exceptis, in quibus etiam adultus ad accuſandum, ſiue denunciandum admittitur,abſq;Curatore *Farinac. d.q. 12.* verſ. *ſi vero nu.15.* Qui *num.59.* ponit quæ
9 ſint hæc crimina excepta. Fallit 2. Vbi minor adultus,ſeu pubes ſuam,vel ſuorum iniuriam proſequatur, quia de conſuetudine indiſtinctè admittuntur adulti ad accuſandum,vt teſtatur *Clar. §.fin.qu.14.in fine Farinac.d.qu.12. num.15.*verſ.
10 *hoc autem,in fine.*Sed de Iure vtriuſq;Siciliæ per *conſtitut.* incip. *Minorum iura* tam in Ciuilibus, quam criminalibus requiritur authoritas Curatoris.

11 Paſſiuè,an,& quando minor poſſit eſſe in iudicio. Pariter diſtinguimus. Aut loquimur de infante,aut de maiore infante,& proximo infantię, aut de proximo pubertati, aut de pubere,ſiue adulto.Si agimus de conueniendo pro cauſa criminali infantem,vel maiorem infante, & proximo infantiæ,qui eſt, fœmina vſq,ad nouem annos cum dimidio,maſculus vſq; ad decem cum dimidio *Ant.Auguſt.lib.3. emend. cap.9. Menoch. lib.2.de arbitr.cap.57.nu.12.*& dicimus illos in iudicijs criminalibus non poſſe conueniri, nec pro eis,eorum tutores. Ea ratione quia doli capaces non ſunt, & quidquid agunt ignorant,vt colligitur ex *tex.in l.& ſi quamcumq. §.fin.ff.ad l. aquil.l.infans ff.ad l. Cornel. de Sicar. clem.1.* vbi *DD.de homicid.l.mane §.fin. & l.pupillus ff. de acquir.hered.& §. pupillus* verſ.*nam infans inſtit.de inutil.ſtipul.l.ſi infanti C. de iure delibe. l.quod infans ff.de rei vendic.Farinac.de pœnis temper.q.92. nu.46.& ſeqq.*vbi improbat contrarium tenentes.

12 Infantes ipſi nec etiam Curatoris authoritate poſſunt iudicium ſuſcipere, & in ius vocari, nec pro ciuili, nec pro criminali *l.quique ff. de in ius voc.l.1. §. ita tamen & l.2.in princ.ff.de adminiſtr. tutor.Cyn.in l.clarum* vbi *Salyc.nu.1. Alberic. nu.2. C.de author.præſt.* & alij,quos refert, & ſequitur *Farinac.q.81.nu.353.*

13 Excuſantur ob conſilij innocentiam, non ope reſtitutionis in integrum,ſed ipſo iure,pro vt communiter dicunt *Farinac. qu.92. num.46. & 50.*& notant omnes *in l.1.C.ſi aduerſus delict.*vbi *Iacob. de Aren.Butrigar.Fulgoſ.Bar.Bal.Alberic.Iacob.de S.Georg.Paul.de Caſtr.Salyc.Igneus in l.1.§.ſi impubes nu.5.*verſ.*ego vero ff.ad Trebell. Cyn.in l.2.C.ſi aduerſus delicta Alberic.in l.ſi ex cauſa §. nunc videndum nu.7.in fine ff.de minor. Ancl ar.in cap.1. nu.4.de delict.puer.*vbi etiam *Abb.nu.4.* verſ. *nam infantes Ananta nu.8.Mar.Socc.nu.12.& 14.Gandin.in fine de pœnis reor.præſt.nu.30.Angel.Aretin. de malefic.*verſ.*ſcienter,& doloſe nu.6.gl.in l.ferè in 1.*verſ.*aut infans ff.de reg.Iuris* vbi *Dec.* verſ. *hoc intelligitur Menoch.de arbitr.lib.2.caſ.329.num.1. Clar.§.fin.qu.60.in princ. Maurit.de reſtit.in integr.cap.153.*poſt *nu.5.& cap.161. Carrer. in praxi crim.de homicid.§.circa quartum num.2. Duen. reg. 259.in 2.ampl.Couar.in clem.1.p.3. nu.5. de homicid.Gomez.de delict.cap.1.nu.57. Placha in epit.delict.cap.32.nu.1.*vbi teſtatur de communi *Cald. in l.ſi Curatorem habens* verſ. *vel aduerſarij dolo nu. 53.C.de in integr.reſtit.Ludouic.dec.Lucenſ.17.nu. 63.p.2.Farinac.qu.92.nu.46.Oſuald.ad Donell.lib. 2.cap.22.lit.R.Barboſ.in cap.1.de delict.puer.nu.2. Morla in empor.tit.5.qu.7.nu.8.& tit.12.qu.4.nu. 3.Gutter.de tutel.par.1.cap.18. nu.1. Ayll.ad Gomez.d.cap.1.nu.57.Tuſc.lit.C.concluſ.815. nu.21.*

Fa-

Farinac. conſ. 1. lib. 1. Narbon. de ætate anno 10. cũ
dimid. qu. 3.
14 Et licet aliqui teneant prædicta non procede-
re in Infante doli capace *Dec. in l. pupillum qui n.*
2. ff. de reg. iuris Marſil. in l. infans nu. 2. & ſeqq. ff.
de Sicar. & in l. ſi quis te nu. 3. & ſeqq. C. eod. Duen.
reg. 259. lim. 3. Iodoc. in pract. crim. cap. 84. nu. 4. &
ſeqq. & alij quos allegat *Farinac. d. q. 92. num. 47.*
15 Tamen concluſio illa vera eſt indiſtinctè, nam
licet quandoq; compertum ſit, infantes doli capa-
ces, & delinquentes, (quatenus tamen ſic vocari
poſſint) tales caſus non ſunt trahendi in conſe-
quentiam, nec ob id dicendum, infantes, ex eorum
delictis puniri, vt in propoſito aduertit *Io: Andr:*
in cap. 1. poſt nu. 4. de delict. puer. & ibi *Io: Anan.*
nu. 2. in fine, & nu. 3. Ant. Gomez lib. 3. cap. 1. nu. 57.
in fine Blanc. in pract. crimin. §. imbecillitate num. 8.
fol. 77. poſt hos, & alios *Farinac. d. qu. 92. num. 50.*
vbi ampliat *num. 51. & 53.* in proximo infantiæ
nu. 54. & 57. in infantibus, & infantiæ proximis
doli capacibus *nu. 58.* ampliat in impuberibus, *&*
nu. 59. in impuberibus doli capacibus.
16 Et licet in infantibus, aut infantiæ proximis
in delictis atrocioribus illos puniri dicant *Luc. de*
Penna in l. ſiue C. de execut. lib. 12. Iacob. Nouell. reg.
45. infantes fall. 2. Tiraq. de pœn. temper. cap. 49. nu.
45. Duen. reg. 259. lim. 2. & alij apud *Farinac. vbi*
ſup. num. 107. Tamen contra, bonis fundamentis
fundat *Narbona de ætate anno 10. cum dimid. q. 10.*
nu. 17. & ſeqq. & anno 14. q. 41.
17 Quo ad alios minores puniendos. Diſtinguẽ-
dum eſt, vt reſolutiuè procedamus cum *Farinac.*
qu. 92. nu. 171. & qu. 11. nu. 30. Molin. de Iuſtit. &
Iure tom. 4. diſp. 36. Aut agitur de puniendo im-
18 puberes non proximos pubertati, & ſecundum
Farinac. d. qu. 92. nu. 170. & ſeqq. & qu. 11. nu. 30.
in quocumq; delicto etiam grauiſſimo ſolent pu-
niri ferula, non in publico, ſiuè à publico mini-
ſtro, ſed in carceribus, à parentibus, ſeu conſan-
guineis, præſertim ſi honeſtioris ſint conditionis,
vel ab vno ex carcerum cuſtodibus, quando verò
19 minores eſſent pubertati proximi, & grandiu-
ſculi, & tunc ſi delictum non eſſet capitale, & idẽ
quod in *præcedenti* dicendum eſt.
20 Si vero eſſet Capitale puta nefandi criminis,
vel in pluribus furtis de iure communi, & hoc ca-
ſu puniuntur non pœna ordinaria per *tex. in l. 1.*
§. impuberes ff. ad ſyllan. Ludouiſ. deciſ. 17. num. 42.
Clar. q. 60. nu. 1. in fine Gramm. dec. 23. nu. 12. Rec.
dec. 77. p. 1. Gomez. vbi *Ayllon. de delict. cap. 1. n. 61.*
Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de minor cap. 2. nu.
15. & cap. 4. num. 5. vbi impugnat *Gram. in conſtit.*
minorum iura nu. 7. referentem quendam fuiſſe
combuſtum per crimen nefandum, nam dicit ibi
fuiſſe conſultum D. Proregem, & eius ordine
executam dictam pœnam.
21 Si vero delictum commiſſum per proximum
pubertati eſſet tantum punibile per ſtatutum, vel
conſuetudinem, & non per ius commune, licet ſit
doli capax, & etiam ſi ſit pubes reſtituitur hoc
caſu *Gomez d. cap. 1. nu. 61.* plures relata à *Fari-*
nac. d. qu. 92. nu. 143. & ſeqq. vbi etiam de minore
extrahente frumentum, vel non ſoluente vectigal
an incidat in commiſſum, & alia, *& qu. 25. ex nu.*
168. Cancer. var. 2. p. cap. 1. nu. 250. & cap. 12. nu.
76. vbi dicit quod minor reſtituitur, quando de-
lictum non eſt prohibitum iure diuino, vel gen-
tium, ſed tantum iure ciuili, vel conſiſtit in om-
mittendo, quia ſtatutum non ligat, nec compræ-
hendit pupillum *Barboſ. in cap. 2. de delict. puer. n. 6*
Caſtill. in l. 1. Taur. verb; *En los dichos Perez in l.*
26. gl. da Sacar. tit. 9. lib. 6. ordin. Azeued. in l. 1. nu.
3. tit. 18. lib. 6. recopil. Bouadill. in l. ult. lib. 4. cap. 5.
nu. 4. Et ipſe *Farinac. d. q. 92.* refert alios pro cõ-
traria opinione, Et *nu. 15. & ſeqq.* diſtinguit: Aut
ſtatutum, ſeu conſuetudo punit aliquod delictum
quod etiam iure communi eſt punibile, tunc mi-
nores comprehenduntur, ſed mitius puniri debẽt
ſi vero tale delictum iure communi punibile non
eſt, & tunc minor in totum erit excuſandus niſi
ſcienter ex propoſito, & dolo deliquerit *Gutier.*
lib. 4. pract. qu. 42. ex num. 17. Narbona anno 25. qu.
70. R. Capyc. Latr. conſult. 1. nu. 130. & ſeqq.
22 Quamuis non deſint aſſerentes impuberẽ etiã
proximum pubertati non teneri ex delicto car-
nis puta adulterio, ſtupro, & ſimili quamuis ma-
litia ſuppleat ætatem *Gomez d. cap. 1. nu. 60. Cald.*
in d. l. ſi curatorem verb. *vel aduerſary dolo num. 55.*
Farinac. d. qu. 92. ex nu. 79. vbi dicit excuſari ipſo
iure. Et *nu. 73.* dicit ſecus eſſe ſi eſſet viri potens,
nam tunc dicit illum puniri pœna mitiori, quod
dicit etiam *Cald. ſup. & Farinac. qu. 81. & ſeqq.* di-
cit procedere *ſup.* poſitam concluſionem in cri-
mine ſodomiæ, raptus, coitus cum iudea *Narboñ*
anno 10. cum dimid. nu. 26. qu. 10.
23 Quod ſi fuerint puberes maiores quatuordecim
annorum, & tunc ſi delicti grauitas hoc patiatur
fuſtigantur, & etiam ad triremes condemnantur
niſi eſſent adeo Iuuenes, vt Iudices in tranſmiſ-
ſione ad triremes ſe abſtinerent propter periculũ
maioris ſcandali, & ſic puniuntur non pœna or-
dinaria delicti *Farinac. d. qu. 92. nu. 41. & ſeqq. &*
nu. 171. & qu. 11. nu. 30. Caball. caſ. 134. Antonell.
de temp. legal. lib. 2. cap. 16. nu. 4. Conciol. reſol. crim.
verb. *minor. concl. 1.* Si ſint nobiles iſti minores
24 poſſunt condemnari ad triremes pro delicto ca-
pitali non ad remigandum, ſed ad inſeruiendum,
illis in libertate nobiliter, iuxta tradita per *Grã-*
mat. dec. 23. Imò erit in arbitrio Iudicis, vel ad
25 pecuniariam, aut exilij, aut aliam ex prædictis
pœnis condemnare *Vergil. de legit. perſon. cap. 3.*
26 *nu. 10.* Et *Cumia in Cap. Rit. Sicil. 141.* ex *Aretin.*
conſ. 131. dicit vidiſſe in cauſa homicidij com-
miſſi per filium baronis Radali per M. C. iudica-
tum, in pœna extrà ordinaria relegationis *Muta*
dec. 30. in pœnam triremium per triennium pro
homicidio.
27 Pœna minoratur etiam ſi ageretur de pluri-
bus furtis, ſacrilegio, abortu, homicidio, falſamo-
neta, & alijs criminibus, quamuis atrocibus *Clar.*
qu. 64. Ludouic. deciſ. Luc. 17. Roman. iun. conſ. 175.
nu. 12. Theſ. dec. 161. Franch. deciſ. 230. Caball. caſ.
134. Add. ad Farinac. conſ. 1. lit. B. conſ. 33. lit. N.
Idem Farinac. de pœnis temperandis qu. 92. nu. 103.
& ſeqq. vbi de communi opinione teſtatur, &
conſ. 66. nu. 7. vbi refert multos caſus, in quibus
pœna fuit minorata *Guazin. defenſ. 33. cap. 17.*
Carena de S. Offic. p. 3. tit. 9. nu. 20. & ſeqq. Caluan.
de aquit. lib. 2. cap. 190. num. 12. Firmigl. conſ. 118.
nu. 8. conſ. 259. nu. 2. conſ. 261. num. 6. Reg. Capic.
Latr.

Digitized by Google

Latr. dec. 75. nu. 5. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap.
16. Conciol. alleg. 86. & in reſol. verb. minor reſol. 1.
D. Prat. reſp. 25. nu. 46. & ſeqq. Baroa. de effect. mi-
nor. ætat. eff. 10. nu. 1. & ſeqq. Orilia ad Campan. re-
ſol. 2. nu. 4.
28 In crimine nefando Honded. conſ. 98. num. 39.
vol. 1. Rolan. conſ. 77. num. 9. lib. 2. Socc. iun. conſ. 7.
vol. 3. Menoch. caſ. 286. nu. 19. caſ. 339. nu. 3. Fari-
nac. qu. 92. nu. 85. Antonell. d. cap. 16. num. 5. Sanfel.
dec. 57. quod procedit in patiente, ſecus agente
Ricc. dec. 77. nu. 1. Danza de pugna DD. tom. 3. tit.
de minor. cap. 2. nu. 23. quamuis etiam in patiente
ſagace deciſum referat Reg. Reuert. dec. 525.
29 In crimine homicidij Gram. dec. 23. nu. 11. Ro-
lan. conſ. 77. vol. 3. Rimin. iun. conſ. 135. vol. 1. Fa-
rinac. qu. 92. nu. 112. Muta tom. 6. cap. Sicil. cap. 34.
nu. 35. & 36. Antonell. d. cap. 16. nu. 5. quamuis cō-
tra fuiſſe ſeruatum in minore annorum 12. occi-
dente dominum dicit Reg. Marin. cap. 169. lib. 2.
30 In crimine abortus Caeber. dec. 60. In parrici-
31 dio Menoch. in addit. ad caſ. 339. nu. 18. 19. de ar-
bitr. Caball. caſ. 134. nu. 4. quamuis contra deciſū
32 referat Franch. deciſ. 230. In aſſaſſinio Bemazol.
conſ. 143. nu. 14. vol. 1. In famoſo latrone Fulgoſ.
33 conſ. 157. Caccialup. conſ. 92. lib. 1. crim. diuerſ. Ca-
ball. d. reſol. 134. quamuis contrarium ſeruatum
referat Ludouic. dec. Luc. 17. in minore 14. annis
illū fuiſſe ſuſpenſum, & Grammat. voto 14. Tiber. ad
Grand. de bell. ex al. ſpecial. 92. D. Calà qu. 39. n. 36.
licet contra illam deciſionem ſeruatum referat
Sarn. in praxi crim. cap. 41.
34 In Chriſtiano cognoſcente Iudeam Farinac. q.
92. nu. 88. In crimine inceſtus Farinac. d. qu. 92.
35 nu. 89. vbi limitat. In ſacrilegio Menoch. caſ. 329
36 Caball. d. caſ. 134. Antonell. d. cap. 16. nu. 5. & deci-
ſum refert Serno in praxi crim. d. c. 41. In crimine
37 adulterij Muta d. cap. 34. nu. 36. Farinac. d. qu. 92
nu. 77. licet nu. 78. contrarium dicat per tex. in l.
auxilium §. in delictis ff. de minor. Excuſantur tamē
in totum impuberes nu. 79. In crimine falſæ mo-
38 netæ Caccialup. conſ. 92. Farinac. nu. 109. Caball.
d. caſ. 134. contra tenet Menenda lib. 5. contr. 19.
39 num. 1. & ſeqq. In crimine hæreſis Brun. de hæret.
lib. 5. cap. 5. Decian. lib. 5. cap. 37. nu. 45. tom. 1. Ca-
ball. d. caſ. 134. Farinac. de hæreſi qu. 197. num. 6.
Carena de Sanct. Offic. p. 2. tit. 1. in princ. & p. 3. tit. 9. nu.
25. qui declarat, niſi minor eſſet hæreticus perti-
nax, & impœnitens Narbona de ætate anno 25. q.
43. & anno decimo cum dimidio qu. 9. num. 5. poſt
alios Ayllon. ad Gomez cap. 1. de delict. nu. 62. In
40 crimine raptus Farinac. qu. 92. num. 87. quamuis
contra dicat Menenda d. cap. 19. nu. 15. In crimine
41 lenocinij Paſcal. de vir. patr. poteſt. p. 2. cap. 10. nu.
22. vide Ricc. ad Franch. dec. 230. Et generaliter
42 in criminibus grauiſſimis, & atrociſſimis Farinac.
nu. 106. qui nu. 108. dicit: ſi quis vellet tenere cō-
trariam opinionem, illa poſſet practicari in maio-
re 14. annorum, & conſulto Principe, pro vt in
vno caſu, conſulto Papa ſeruatum refert in per-
ſona Bernardi Cincio conſcij parricidij com-
miſſi in perſonam eius patris, nam pœna mortis
fuit commutata in pœnam confiſcationis bono-
rum, & triremium, propter eius minorem ætatem
vix excedentem 16. annum. alia ſunt videnda
apud Carocc. in tit. de minor. in delict. excuſand. per
totum latè doctiſſimus, & nobiliſſimus D: D. Fului.
Maioraaa in Opopraxi fol. 94. nu. 40. & ſeqq.
43 Verum in delictis atrociſſimis, ætatem non ex-
cuſare dicunt Bal. in l. adminiſtrantes §. qui corpo-
ris ff. de excuſat. tutor per tex. in l. excipiuntur ff. ad
Syllan. Sforz. Odd. de reſtit. in integr. q. 80. nu. 101.
& per alium tex. in l. ſi arrogati ff. de tutel. In d.
tex. l. ſi arrogati I.C. ponit cauſas, ex quibus fini-
tur tutela, & inquit, ſi impubes deportabitur, igi-
tur minor ætas non excuſat à pœna ordinaria, in
tex. in d. l. excipiuntur habetur, quod, quamuis im-
puberes ſerui à S.C. Syllaniano excipiantur, in-
telligitur de his, qui ſub eodem tecto erāt, & ni-
hil fecerant, cæterum ſi miniſtri, vel participes
cædis fuiſſent, quamuis nō dum puberes fuiſſent,
vt rei intellectum capere poſſent, non eſt eis
parcendum, & licet tex. loquatur de ſupplicio, de
morte intelligitur l. vnic. C. de rapt. virgin. ibi me-
rito mortis damnatus ſupplicio D. Calà de reſtitut. q.
37. nu. 18. Conciol. d. reſol. 1. §. minor. nu. 4.
44 Nec eſt facienda vis in tex. d. l. 1. §. impubes ff.
ad Syllan. nam loquitur de impuberibus, qui erāt
cum Domino in itinere, vel ſub tecto, & auxilium
ei non præſtiterunt, nam tunc minor ætas excu-
ſat. Et pro hac ſententia, quod in grauiſſimis mi-
nor ætas non excuſet à pœna mortis, tenuerunt
Bal. in d. l. adminiſtrantes §. qui corpus, & in auth. ſa-
cramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit. gl. in l. auxilium
§. in delictis verſ. atrocioribus in fin. de minor. & in
l. ferè in omnibus verſ. aut atrociſſima de reg. iur. Al-
ciat ibid. Gandin. de pœnis reor. concluſ. 10. nu. 30.
per tex. in d. l. auxilium §. in delictis in 2. ſui parte
Afflict. in conſtit. minorum iura not. 5. Duen. reg. 259.
limit. 7. Plach. in epit. delict. cap. 32. num. 5. Vulpel.
conſ. 101. per tot. præcipuè nu. 11. & 12. vbi ſic cō-
ſuluit in cauſa duorum parricidiorum Brun. à So-
le in ſuo comp. tur. verb. minor capax mali Ludouic.
d. dec. 17. nu. 55. & 72. vbi refert fuiſſe ſuſpenſum
minorem 14. annorum, qui vna cum graſſatori-
bus viarum, tenuit habenas equi iter agentis, dū
eum in via publica derobauerunt Farinac. d. qu.
92. nu. 107. qui refert tempore Gregorij XIII.
ſic fuiſſe ſeruatum in quodam adoleſcentulo, qui
cum eſſet particeps fugæ, quam quidam præpa-
rauerat facere ab Arce, fuit per pedes ſuſpenſus,
& hanc opinionem magis communem fatetur
Idem Farinac. num. 108. licet ipſe intelligat duo-
bus concurrentibus, nempe quod ille ſit maior
14. annis, & quod Princeps conſulatur, ſecundū
hanc opinionem practicari Romæ teſtatur cit.
Vulpel. d. conſ. 101. Grammat. in conſtit. regni tit. de
reſtit. minor. nu. 3. vbi ſic bis deciſum refert Foller.
ad Marant. p. 4. diſt. 1. num. 83. Reg. Marinis lib. 2.
reſol. 169.
45 Et ſic minor à crimine læſæ Maieſtatis non
excuſatur, vt dicit Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 49.
nu. 12. Antonell. d. cap. 16. nu. 11. Cephal. conſ. 304.
nu. 195. & 196. Theſ. dec. 161. nu. 5. Danza de pu-
gna DD. tom. 3. tit. de minor. cap. 2. num. 21. & 22.
quod intellige de maiore annorum decem cum
dimidio, vt diximus ſup. Non excuſatur etiam
46 à criminibus, ſeu actionibus ſpiritualibus, vt in
ſimonia, matrimonio, & ſimilibus quando malitia
ſupplet ætatem Decian. de delict. tom. 1. Caualc. de
brach. reg. p. 4. nu. 1. Farinac. qu. 92. nu. 180. Non

47 deſunt tamen plures DD.dicentes etiam in atrocisſimis minores mitius puniri *Maſtrill. dec. 161. Theſ.dec.161.Mura dec.30.nu.19.Ricc.dec.77.*

48 Et in caſibus,quibus minor 25.annis,& maior 14. non poteſt condemnari propter minorem ætatem, poteſt condemnari ad damna facta parti offenſæ,& expenſas *Conciol.reſol.crim.*verb. *minor. reſol.1.nu.9. Caball. reſol.crim.caſ.82.num.15. in fine Reg.Capyc.Latr. dec.75. num.5. Proſ.Merl.in contr.19.cent.1.num.23.Clar.qu.60. Danza de pugna DD.tom.3.tit.de minor.cap.3.nu.20.*

49 Omnia , quæ diximus ſunt intelligenda in delictis,quæ conſiſtunt in committendo , ſecus in delictis,quæ conſiſtunt in omittendo , nam licet ſecundum aliquos,minores iſto caſu reſtituantur in integrum,tamen magis communis,& vera opinio eſt , vt ipſo iure abſq;alia reſtitutione excuſentur *Farinac.d.qu.92.nu.70.72. & ſeqq. Gomez var.de delict.cap.1.nu.59. Cald.in l.ſi Curatorem §.vel aduerſary dolo ex nu.55. Odd.de reſtitut. 2.p. qu.80.nu.25. & ſeqq.* vbi declarat dictam reſolutionem procedere in delictis,quæ ſolum in omittendo conſiſtunt,ſecus in ijs,quę partim in omittendo,& partim in committendo *Molina de iuſtit. tom.4.diſp.36.nu.5.Barboſ.in l.ſi mora ff.ſoluto matr.nu.29.Sarmient.ſelect.lib.3. cap.12.num.9.Aug. Barboſ. in l.licet C. ſi aduerſus delictum Parexa de inſtr.edit.tom.2.tit.9.reſ.5.ex num.3.Narbona de ætate anno 25. qu.43.* vbi etiam de non impleto exilium *& qu.70.R.Capyc.Latro conſult.1.nu.127 & ſeqq.*

50 Eadem distinctio, quam fecimus *ſup. num.20.* in ſtatuto , eſt facienda in banno prout dicit *Farinac.qu.11.nu.28.* vbi ponit de banno puniente extractionem frumentorum , quod de iure communi non eſt punibile , nam non comprehendit minores *Addit.ad Roman. ſing.816. Surd. dec.49. nu.9.Rolan.à Valle conſ.57.lib.2.nu.2.& 31.Grammat.dec.36.nu.23.Boſſ.tit.de fraud. gabellæ nu.30. Afflict.in conſtit.minorum iura Peregr.dec.80. Ferrett. tit.de gabell.nu.335.Auclar.qu.49. num.10. lib.2. Decian.lib.2.cap.35.nu 42.Anton.Pall.in qq.Pract. lib.4.qu.3.nu.9.Manſ.u.de contrab.n.q.7.*

51 Verum in contrarium eſt veritas, quoties minor ipſe dolo extrahit,ſecus eſt ſi ex negligentia, & ſine culpa *Bal.in l.fin.in fine C. de repud. hæred. Cald.in l.ſi Curatorem nu.64.Afflict. in conſtit. minorũ iura nu.7.Surd.dec.216.nu.7.*poſt alios *D.Cald de reſtitut.in integr.qu.34.nu.29.& ſeqq.*vbi regulam illam, ætate minorem ſtatuti pœna ligari nõ poſſe,intelligendam in delictis omiſſionis, & negligentiæ , nam in his quæ agendo doloſè committuntur,tam minor doli capax,quam proximus pubertati ſtatuti pœna puniri debet poſt DD. quos allegat *D.Rocc.de offic. tit.de control.annis §. 2.de penul.crim.extract.nu.47.& ſeqq.*

52 Adeo verum eſt,minores mitius puniri , vt attendendum ſit tempus delicti , & non punitionis quamuis tempore punitionis ſit maior *Farinac. d.qu.92.nu.162.* nam cum agatur de defenſione quæ cum ſemel cœperit, debet eſſe perpetua *arg.l. pure in fin.ff.de except.doli*,& beneficia,quę à pœna liberant , debent eſſe perpetua *Bal. in l.2.C.ſi aduerſus delictum Bezr.dec.63.nu.2.Antonell.d.cap. 36.nu.6.*

53 Omnia, quæ diximus procedunt de Iure communi Sed de iure noſtri Regni Neap.per *pragm. 1.de minor.prag.2.§.17.de commiſſ.*eſt ſopita quæſtio illa,ſi minori delinquenti , neceſſario ſit minoranda pœna,nam per illã eſt ſtatutum,vt Iudicis arbitrio reſideat,an ordinaria,vel minori pœna minores delinquentes puniendi veniant, conſiderata delicti atrocitate , perſonæ qualitate,& delictorum reiteratione , & alijs conſiderandis recte perpenſis , ad explicationem materiæ ſunt videndi *Reg.Sanfel.dec.57. R.Marin. lib.1. reſol. 169.D.Mucci dilucid.15.Sarno in prax.crim.cap. 41.Franch.vbi Luca dec.230.Ricc. dec.77. Danza de pugna DD.tom.3.tit.de minor. in delict. excuſan. cap.1.& ſeqq.Scialoya de foriudic.cap.3.Conſ.Campana de foriudic.cap.2.* qui dicit poſſe minorem in delictis,pro quibus pœnam mortis incurreret, ſi eſſet in fortijs, forindicari , ſecus ſi non poſſet puniri morte naturali,vt regulariter per minorem ætatem non poteſt puniri ſequitur *D. Cald.de reſtit.qu.38.num.64. D.Maiorana in op.prax.fol.95. nu.37. & ſeqq.* & per *pragm.2. de furtis* maior annorum 12.minor annorum 18. ſi committat furtum in hac Ciuitate Neap. & ſuburbijs prima vice fuſtigatur per Ciuitatem, 2.vice fuſtigatur , & eius aures truncantur,tertia vice punitur pœna ordinaria delicti habita ratione ætatis vt in *d.pragm.1.de minor.*

54 In Ducatu Mediolani quis reputatur maior qui expleuerit annum decimum quartum , vt deducit *Boſſ.tract.crim.tit.de conſ.nu.69. Clar. lib.5. recept.ſent.qu.50.in princ. & qu.55.* verſ. *vlterius Flam.Cart.in pract.interrog.reo.lib.3.cap.3.nu.4.5. Scacc.de iudic.lib.2.c.2.nu.550.*

55 De iure hiſpaniarum ex *l.8.tit.31. p.7.* minores 17.annorum pœna ordinaria delicti non puniuntur,& ibi notat *Gregor. Lopez Gomez var.de delict.cap.1. num.63.* verſ.*ſed hodie Azeued.in l.2. tit.1.nu.22.in fine lib.2.recopil.Baeza de inope debit.cap.8.nu.13. Guazzin.defenſ.33. cap.17.nu.1.* verſ.*ſed quia Caball.caſ.234. num.1. ad finem* poſt alios *Narbon.de ætate anno 25.qu.43.nu.5.*

56 In Cauſis fidei non obſtante quauis conſuetudine , maior dicitur ſecundum ius commune , & ideo minori 25. annis dandus eſt curator ſecundum dicta per *Pegna in conſid. ad direct. Eymer.p. 3.com.28.* verſ. *hoc tamen non omittam Scacc. de iudic.lib.2.cap.2.nu.551.Delbene de offic. S.Inquiſit.p.1.dub.187.nu.13.*

57 In ſtatu Eccleſiaſtico per *Bullam Iulij II.* quæ eſt 11.*in ordine*,confirmatam à Pio IV. in *ordine* 68.minores quando finiunt 14. annum , puniri poſſunt vigore dictarum bullarum pœna ordinaria ſi delinquant,notat *Ludouic. dec.17. nu.51.& ſeqq.Virmigliol.conſ.261. nu.6.* vbi dicit dictam *conſtitutionem* , exceptò homicidio,in alijs non ſeruari licet *Conciol.d.reſ.1.*verb.*minor nu.8.* excipiat etiam offenſionem , vel impedimentum datum birruarijs in perſecutione bannitorum poſt *Carter.de execut.ſent.cap.fin.nu.230.& ſeqq.Farinac.conſ.66.nu.10.& qu.92.nu.187.*

58 Et minor egreſſus annum 14.pro ſimplici homicidio in contumaciam condemnari,& pœnam mortis ſubire , quæ maioribus imponi conſueuit *Farinac.qu.11.nu.30.* verſ.*quid dicendum in Volp.*

Car-

Carthar.de execut.ſent.capt.bannit.cap.fin.nu.170.
quæ conſtitutio per Bolognin.conſ.35.nu.10.extē-
ditur ad minorem opeoi, & auxilium præſtantem
committenti homicidium,ſequitur Coru.conſ.159
vol.1.Farinac.ibid.& conſ.66.nu.10. & conſ.187.
tom.2. vbi ſubiungit quod minor annorum 14.
pro homicidio oon punitur pœna mortis ſi ſit
captus, verum ſi capiatur foriudicatus pœnam
mortis non euitat Onded.conſ 99.nu.48,& decla-
rauit Sacra conſulta ſecundum Farinac.conſ.121.
nu.5.tom.2.d.conſ.187. nu.2.in pract.d. qu.11.nu.
30.Conſ.Campan.reſol.2.num.20. & 70.Conciol.d.
reſol.1.idem alleg.86.nu.13. & 14. vbi probat di-
ctam conſtit. non extendi ad minorem inquiſitum
de auxilio,conſilio,vel participatione.
59 Contra tamen tenet Antonell. de tempore legal.
lib.2.cap.16.nu.18.dicens dictam conſtitotionem
non tollere quin ob minorem ætatem pœna ſit di-
minuenda ſecundum formam iuris, ſed per illam
tolli ſolum beneficium reſtitutionis competens
minori contra fictam confeſſionem homicidij re-
ſultantem ex contumacia, & contra ſententiam
condemnatoriam,contrà quam fictam confeſſionē
abſque alia probatione minor de iure reſtitui po-
terat l.minor etiam ff.de minor.Ideò minor conſti-
tutione non obſtante non eſt puniendus pœna
ordinaria delicti, nam ſicut ſi minor confeſſus eſ-
ſet homicidium per veram confeſſionem, non
poſſet puniri pœna ordinaria delicti, ita per cō-
feſſionem fictam reſultantē ex contumacia,& An-
tonellum ibi affert DD.Conciol.vbi ſup.
60 Verum in Vrbe Romæ maior annorum 20.
punitur pœna ordinaria delicti, ſecus minor illa
ætate per ſtatutum Vrbis cap.47.lib.1.Antonell.vbi
ſup.num.15.
61 In omnibus iſtis caſibus, quibus minores pu-
niri poſſunt,licet mitius,vt diximus; Si proceda-
tur contra minores, debet adhiberi authoritas,
etiam tutoris, aut Curatoris, aliàs geſta contrà
minorem etiam in cauſa criminali,abſq; Curato-
re ſunt nulla per tex.clarum in l. clarum C.de au-
thor.præſt.cuius tex.hæc ſunt verba ſancimus omni-
nò debere,& agentibus, & pulſatis in criminalibus
cauſis minoribus vigintiquinq; annis adeſſe tutores,
vel Curatores,in quibus caſibus adultos, & pupillos
leges accuſare concedunt,cum cautius, & melius ſit
cum ſuaſione perfectiſſima, & reſponſa facere minores
litemq;inferre,ne ex ſua imperitia,vel iuuenili calore
aliquid vel dicant,vel taceant, quod ſi fuiſſet prola-
tum,vel non expreſſum prodeſſe ei poterat, & à dete-
riore calculo eos eripere Marſil. in l.1.& l.de minore
nu.33.vbi teſtatur de communi ff.de queſtion.Boſſ.
in tract.crimin.tit.ſi aduerſus rem indic. nu.22.Rol.
a Valle conſ.31.nu.1.lib.1.& conſ.68.nu.33.lib.2.
Idem Marſil.conſ.48.num.46. Affl.dec.366.Pract.
Papienſ.in forma libelli de inquiſit. in gl. contra, &
aduerſus nu.2.Ludouic.dec.Luc.27. num.1.& ſeqq.
Peguer.in praxi crim.cap.12.nu.3.tit.de in litem tu-
tor.dand.Ciarl.diſcept.16.nu.22. Lucern. inquiſit.
in verſ.minor 25.annis. Et hoc nè ex imperitia
ſua,vel iuuenili calore aliquid dicant,vel faciant
quod ſi fuiſſet probatum, vel non expreſſum pro-
deſſe ei poſſet, Adeo quod ſi quid fuerit contra
minorem in iudicio factum nullius eſt momenti
per tex.in d.l.clarum Corn.conſ.198. lib.4.Bertrād.
conſ.326.lib.3.Affl.deciſ.208. Danz.de pugna DD.
tom.1.tit.de delegat.cap 1.nu.6. Narbon. de ætate
anno 25.qu.34.nu.5.Bucaron. de different.inter iu-
dic.ciuil.& crim.different.48. Baron. de effect.mi-
nor.ætat.eff.1.nu.212.de citat.qu.17. nu.152.tom.
1.& in addit. ad d.qu.nu.97.tom.2.Virgil.de legit.
perſon.cap.4.nu.108.verſ.intellige Olea de Ceſſ.Iu-
ris tit.2.qu.6.nu.43.in fine.
62 Et ſi minor confiteretur ſpontè ſine authorita-
te Curatoris, talis confeſſio non obſtaret Bar. in
l.fin.§.pupillus ſubdit: minor non poteſt reſpondere
ſine authoritate Curatoris,idem dicūnt Salyc.in l.1.
C.de confeſſ.Augel.de malefic.in verſ. compoſuerunt
inquiſiti Lucern. inquiſit.in addit.verſ.minor nu.1.
Danza de pugna DD.tom.1.tit.de delegat.cap.1.nu.
6.Foller.in pract.crim.3.p. rubr. & ſi confitebuntur
nu.48. Vbi agitur de tortura, Curator debet in-
63 teruenire non in actu torturæ,& confeſſionis,ſed
antè torturam, & antequam Iudex pronunciet,
minorem eſſe torqueodum,ad effectum allegandi
& eum defendendi, nè torqueatur ità Bal. in l.1.
ff.de confeſſ.in repet.Et quod confeſſio minoris fa-
64 cta etiam in iudicio ſine Curatore, ſiue in cauſa
ciuili,ſiue criminali,ſit nulla, ità vt non ſit opus
reſtitutione in integrum dicit Menoch. de arbitr.
Iudic.lib.2.caſ.268.num.5.& adeo ei non nocet,
vt iudicium ſit nollum,& adeò nullum, vt nullom
ſibi minori currat tempus etiam ſi eſſet à ſtatuto
præfixum ad dicendum de nullitate Menoch.d.caſ.
268.nu.7.& conſ.480.nu.7. vol.1. vbi teſtatur de
communi opinione Farinac.qu.81.cap.10.n.352.
vbi ponit hoc pro regula, amplioneſque, & li-
mitatioues.
65 Quæ concluſio ampliatur,vt multo magis pro-
cedat in confeſſione Infantis, quæ non ſolum ſi
emanauerit ſine authoritate tutoris,ſed etiam nec
valet cum eius authoritate,cum nec etiam cum
tutoris authoritate poſſit iudicium ſuſcipere, &
in ius vocari l.quique ff. de in ius voc.l.1.§.ita ta-
men, & l.in princ. ff.de adminiſtr.tutor. poſt alios
Odd.de reſtit.in integr.qu.65.poſt.nu.13. in 2.caſu.
66 Ampliatur 2.Etiam in confeſſione minoris ha-
bentis patrem, nam adhuc illi,adhoc vt poſtea
confeſſus poſſit condemnari, dandus eſt Curator,
vel pater ipſe, vel alius arbitrio Iudicis Gomez.
cap.1.de delict.nu.64. verſ. quod notabiliter Vrſill.
ad Affl.dec.208.nu.2. vbi dicit,debere interueni-
re Curatorem ſimul cum patre Azeued. lib.4. tit.
17.leg.10.nu.7.Villadieg.in Polit.cap.3.num.251.
Paz.in praxi tom.1.p.5.cap.3.nu.5.& ſeqq.& §.4.
Pichard.in manud.3.p.§.3.num.14.& 15.Farinac.
qu.81.nu.354.poſt alios Ayllon.ad Gomeſ.d.cap.1.
d.num.64.
67 3.Vt hoc procedat etiam in confeſſione mino-
ris patrisfamil.l.de his C.de adminiſtr. tutor. Mar.
Socc.in c.qualiter,& quando il 2. nu.993.de accuſ.
68 4.Vt procedat noo ſolum in confeſſione pu-
pilli mioorit 14.annorum, ſed etiam in confeſ-
ſione adulti, & maioris 14. annorum poſt alios
Odd.d.qu.65.nu.13. in 2. caſu verſ. aut vero ipſe
pupillus iuncto verſ aut vero habes.
69 5.Vt confeſſio non valeat tam ſi Curatorem
habeat, quàm ſi curatorem non habeat quia iſto
caſu curator dandus eſt Marian.in cap.qualiter,&
quando il 2.poſt num.993,& 994. verſ. Bal.vero

P 2 iun-

Digitized by Google

iuncto verſ. *aut adultus caret Curatore de accuſat. l. auſraue. in cap. quoniam contra* in verb. *confeſſio nu. 24. de probat.* vbi de communi teſtatur.

70 6. Vt ſicut confeſſio non valet ſine Curatore, ita etiam non valet negatio, quando ex negatione minor conſequeretur præiudicium, prout eſt tex. expreſſus, & ibi notant omnes *in l. ſi ex cauſa §. nunc videndum, in fine ff. de minor.* vbi quod iſto caſu datur in integrum reſtitutio *Marian. vbi ſup. nu. 996. & 997. Matheſ. ſing. 164.* & ibi *add. Angel. de maleſic.* verſ. *comparuerunt &c. num. 12. in fine Foller. in pract. crim.* verſ. *& ſi confitebuntur p. 1. nu. 22. Sarment. Select. lib. 3. cap. 13. num. 2. & 9. Cald. in l. ſi Curatorem* verſ. *vel aduerſary dolo nu. 40.* allegat *Menoch. de reſtit. in integr. cap. 252.* & dicit quod ſi in negatione minoris interuenit Curator competit reſtitutio, ſi non interuenit negatio non valet, nec opus eſt reſtitutione.

71 7. Vt confeſſio Minoris non valeat, neq; iurata *Marian. vbi ſup. nu. 998. & ſeqq. Angel. de maleſic.* verſ. *comparuerunt nu. 9. Foller. vbi ſup. nu. 21. Ludouic. dec. Luc. 17. nu. 2. p. 1. Vrſill. ad Afſl. dec. 208.* poſt *nu. 2. Rolan. conſ. 31. nu. 10. lib. 1. & conſ. 51. nu. 37. Vulpel. conſ. 34. nu. 1. Decian. conſ. 18. n. 175. lib. 1. Gaballin. in add. ad conſtit. March. lib. 4. cap. 17. nu. 7. Gutier. in auth. ſacramenta puberum num. 131. C. ſi aduerſ. vendit.* Alias redderetur cluſoria communis hæc opinio, quia nunquam, aut rarò euenit, quod minor confiteatur abſque iuramento *Auen. reſp. 4. num. 6. & reſp. 11. Vermigl. conſ. 260. num. 1.* vbi loquitur in terminis ſtatuti *Vrbis cap. 151. lib. 1.*

72 8. Etiam in confeſſione minoris geminata, & repetita *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 368. nu. 5.*

73 9. Vt minoris confeſſio ſit nulla etiam cum authoritate Curatoris, quando Curator ſuam authoritatem interponit ſtatim, quod eſt deputatus, ſine vlla cauſæ cognitione, & ſic requiritur interuallum *Foller. in pract. crim.* ver. *& ſi confitebuntur nu. 26. Vrſill. ad Afſl. d. dec. 208.* poſt *nu. 2. Marſil. conſ. 48. nu. 31. & ſeqq. Rolan. conſ. 3. nu. 34. & ſeqq. Virgil. de legit. perſ. 3. nu. 18.*

74 Limitatur tamen *ſup.* poſita regula, vt procedat in ijs, quæ reſpiciunt ordinem iudicij, & quæ pertinent ad ſollemnizandum iudicium, nam tūc eſt dandus minori Curator, alias confeſſio non valet, ſecus vero in ijs, quæ fiunt ad inquirendam veritatem, prout eſt tortura, in qua licet interuenire debeat curator in decreto de torquendo, nō tamen debet interuenire in ipſa tortura *Bal. in l. 1. nu. 61. C. de confeſſ.* vbi *Alber. nu. 9. Salyc. nu. 30. 31. Angel. in* ver. *comparuerunt num. 7. & ſeqq. Afſl. dec. 208. nu. 2. & 3. Rimin. conſ. 540. nu. 5. Boſſ. in tit. ſi aduerſ. rem iudic. nu. 22. Foller. d. verb. ſi confitebuntur p. 3. nu. 48. Gomez cap. 1. tit. de delict. num. 65.* poſt *med. Gaballin. ad conſtit. March. lib. 4. cap. 27. nu. 3. & ſeqq. Ricc. dec. 38. Scialoya in praxi torqu. reos cap. 13. nu. 8. & ſeqq.* Quod intellige in adulto, ſecus in pupillo, cuius confeſſio ſine tutore emanata ei non obeſt, ſiue tendat ad ſubſtantiandum iudicium, ſiuè reſpiciat facti veritatem *Salic. in d. l. clarum nu. 4. C. de auth. præſt. Farinac. d. qu. 81. n. 364. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 7. n. 741.*

75

76 Limitatur 2. Quia Curatoris authoritas non eſt neceſſe quod interueniat in examine, & interrogatorijs minori faciendis, & ſic in ipſa confeſſione, ſed ſufficit quod interueniat in iuramento, ita poſt multa, & concordando contraria reſoluit *Salyc. in l. vnic. nu. 30. ad fin. C. de confeſſ. Marian. in d. cap. qualiter, & quando il 2. num. 993. & 996. de accuſat. Afſl. dec. 208. nu. 3. in fin.* vbi *Vrſill. nu. 2.* poſt *med. Corn. conſ. 198. lib. 4. Gomez lib. 3. cap. 1. nu. 65. ante med.* vbi *Arllon.* poſt *Gutier. de tutel. 2. p. cap. 4. num. 9. Caualł. q. 301. & 603. Paz in praxi tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 4. nu. 8. Farinac. qu. 12. nu. 16. & qu. 81. nu. 365. & qu. 160. nu. 297. Narbon de etate anno 25. qu. 37. Michalor. de poſition. cap. 68. nu. 14. D. Colà qu. 38. nu. 68. Guazzin. defenſ. 32. cap. 32. poſt nu. 3. Scialoya d. cap. 13. nu. 19. D. Maietana in Opuſcoli fol. 243. nu. 39. in fine.*

77 3. In confeſſione minoris ficta reſultante ex contumacia, Nam poteſt minor tamquam confeſſus condemnari vigore ſtatuti volentis, contumacem haberi pro confeſſo, etiam non dato ei curatore DD. apud *Farinac. tit. de inquiſit. qu. 11. nu. 26. & ſeqq. Crauell. dec. 19.* nam quod poſſit minor contrahere contumaciam ſunt *tex. in l. ſi minor ff. de bonis auth. iud. poſſid. l. minor etiam quaſi contumax ff. de minor. 25. annis l. ſi finita §. ſi fortè ff. de damn. infect. Fabin. lib. 9. contr. 41.* Contra

78 tamen tenet *Foller. in pract. crim. tit. & ſi confitebuntur nu. 25.* quem ſequitur *Scapp. de Iure non ſcript. lib. 5. cap. 47. nu. 14. & ſeqq.* vbi dicunt proceſſum factum contra minorem ſine Curatore non valere, nec conualeſcere ex confeſſione vera, vel ficta per contumaciam, ſequitur *Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de minor. in delict. excuſand. c. 3. nu. 3. & 4. Mancin. de confeſſ. cap. 3. art. 5. nu. 25. Reg. Galeot. contr. 33. nu. 15. lib. 2.* poſt alios *Noguerol. alleg. 12. nu. 33.*

79 Sed prima opinio eſt verior, & communior, per tex. citatos vt dicunt *Menoc. conſ. 100. à nu. 120. & ſeqq. Guazz. ad defenſ. reor. defenſ. 30. cap. 4. nu. 21. & defenſ. 32. cap. 32. nu. 5. Conſ. Campan. reſol. 2. nu. 18. Idem Farinac. qu. 81. cap. 10. num. 366. D. Colà de reſtit. in integr. qu. 38. num. 66. Scialoya de foro iudic. cap. 3. nu. 22. & 23. Virgil. de legit. perſon. cap. 3. num. 19.* qui dicit hanc opinione veram in minore adulto.

80 4. Vt loco Curatoris ſufficiat, minori per Iudicem dari legitimus procuratorē ſecundū *Marſil. in l. de minore in princ. nu. 54. ff. de quæſt. Foller. in verſ. & ſi confitebuntur p. 1. nu. 19. in fin. & p. 3. nu. 49. Farinac. qu. 81. nu. 367. Guazin. defenſ. 30. cap. 4. nu. 21. Ant. de Balls tract. var. lib. 2. qu. 13. à nu. 12. Luca ad Franch. dec. 448. nu. 6. Scialoya in praxi torqu. reos c. 13. nu. 11.*

81 5. Quando ſtatutum habet minorem pro maiore, nam tunc eius confeſſio non eſt nulla ipſo iure *Beer. dec. 63. nu. 7.* vbi alios refert, & ſequitur *Odd. qu. 65. art. 7. nu. 27. & num. 42.* vbi quod illo caſu datur minori reſtitutio in integrum, quamuis *Becc. d. dec. 63. num. 7.* & alij per *Odd. d. nu. 42.* contrarium dixerint.

82 6. Vt non valeat minoris confeſſio contrà ſe, ſecus contra alios, vt teſtis, nam tunc non eſt neceſſaria Curatoris authoritas *Bal. in l. clarum nu. 1. col. 1. C. de auth. præſt. Foller. d. verſ. & ſi confitebuntur p. 1. nu. 23.*

83 7. Vt quidquid ſit de iure, in practica tamen

non

Digitized by Google

non ſeruetur dari curatorem minori inquiſito, &
propterea eius confeſſio de conſuetudine valet,
etiam ſine authoritate curatoris *Ant. Columb. in*
tract.proced.in controu.crimin.art.171. & art.173.
& ſeqq. vbi loquitur de ſtylo illius Parlamenti,&
iuris communis *Borr.d.dec.63.num.6.* vbi teſtatur
de ſtylo Curiarum Franciæ *& nu.10. Guid. Pap.*
dec.35.50.& 410. Angel.de maleſic. verb.*compar-*
uerunt, vbi dicit ridiculum eſſe dicere contrariũ
num.8.Caſon.in pract.crimin.fol.76. vbi quod ità
ſeruatur apud Venetos,& alios locos Italiæ *Mat-*
th.Brun.conſ.94.nu.8. vbi dicit vbiq; locorum ſic
ſeruari, & etiam Romæ in Curia Capitolij *Boſſ.*
tit.de confeſſ.nu.69. vbi quod quotidie vidit ſerua-
ri contra *tex. l.clarum Clar.qu.50. in princ.& qu.*
55.verſ.vlterius poteſt.Menoch. d.caſ.268. nu.2.in
fin.de arbitr. qui dicit non ſeruari apud Mediola-
nos, & Venetos *Scap.de iure non ſcript. lib.5. cap.*
47.n.25. & ſeqq.Ludouic.dec.Lucenſ.17. vbi dicit
ità etiam practicari Lucæ *Vrſill. ad Afſl. d. decſ.*
208.nu.3.in fine dicens, hodie parum practicari
in M. C. V. date curatorem minori *Decian.conſ.*
18.nu.180.in fin.lib.1. Menoch.conſ.98.poſt num.
149.Odd.qu.65. num.13. Cartar.in pract.interrog.
reos lib.3.cap.3.nu.4.5.Barz.dec.108.nu.15. Scia-
loya in praxi torq.reos cap.13. nu.11. Antonell. d.c.
16.num.19. in fine D. Maiorana in Opopraxi fol.
243.num.39.

Romæ teſtatur *Farinac.qu.81.nu.372.* nunquã
vidiſſe datos hos Curatores, etiam in Curia Ca-
pitolij,licet in ea adſit particulare *ſtatutum lib.2.*
cap.11. quo cauetur,minorem 17. annorum abſq;
Curatoris legitimi interuentu in iudicio crimi-
nali ſtare non poſſe,& aliter eorum confeſſiones,
& geſta cum eis,non valere Hic Neap.praxis eſt
84 vt detur Curator,vt vidimus ſemper ſeruari, &
refert *Thor.in comp.dec.verſ.Curator*, Non ſic ſer-
85 uatur in Curia Archiep. Neap. vt teſtatur *In-*
nocenſ.in praxi cap.49. Ricc. in praxi dec.593. Sic
86 etiam ſeruatur in Sicilia, vt dicit *Virgil.de legit.*
perſ.cap.3.nu.16.in fine, vt detur Curator. Verũ
87 ſi confeſſio etiam iurata minoris fuerit extra-
iudicialis, ſi ſit facta ſine Curatoris authoritate
non valet nec ex illa poteſt inquiri, & puniri *d.*
l.clarum C.de auth.præſt. Rol.a Valle conſ.51. num.
37.lib.1.Ludouic.dec. Luc.17.nu.2. Vermigl.conſ.
360.num.1.

88 Minori aduerſus ſuam confeſſionem competit
reſtitutio,vt fundat *Farinac.qu.81.num.374.* vbi
hanc concluſionem ampliat,& limitat,contra te-
nent *Vrſill.ad Afſl.dec.208.n.1. Placha in epit.de-*
lictor.lib.1.cap.32.nu.13.Sarm.ſelect.lib.3. cap.31
Clar.§.fin.q.60. in fine Pichard. in manud. 3.p.§.
3. num.16. vbi dicit, quod denegatur reſtitutio
vbi confeſſio indicijs, & præſumptionibus com-
probatur *Paz.in praxi tom.1.p.5.cap.3.§.4.nu.22.*
Vallad.in Polit.cap.3. num.251. Morla in Emporio
tit.5.qu.7.nu.12.Molin.de iuſtit.tom.4.diſp.36.nu.
4.Fachin.lib.1.contr.72.Menoch.de arbitr.caſ.258
Tuſc.lit.R.concluſ.283.Sanchez de matr.lib.7.diſp.
112.nu.17.Guttier.in auth.ſacramenta puberum nu.
131.Barboſ.in l.1.C.ſi aduerſus delictum. Sed ex
omnibus habetur, quod ſi minor confeſſus fuerit
delictum aliter non probatum verè, vel præſum-
ptiuè, vel intempeſtiuè tempore incongruo, &
quando non tenebatur fateri, reſtitutio concedi-
tur,eſt videndus *Oſuald.ad Donell. lib.21.cap.10.*
lit.N.Larrea dec.70.nu.20. Narbon. de ætate anno
25.qu.37.Scacc.de iudic.lib.2.c.7.ex nu.713.

89 Contra minorem proceditur compilato ordi-
nario proceſſu, & non proceditur ex abrupto,&
diſpenſatiuo modo, vt teſtatur *Franch.Prouſal.*
in explicatione tex.l.auxilium ff. de minoribus, vbi
dicit hoc eſſe in Regno Siciliæ introductum ex
communi, & veteri practica M.R.C.& allegat
Afſl.in conſtit.regni incip.*Minorum nu.17.* idem
teſtatur *Intrigl.de caſibus conſcientiæ caſ.93. nu.1.*
Bologn.conſ.3.nu.24.Viu. dec.86. Peguer. in praxi
crim.cap.12.§.1.num.3.Burg.de mod.proced. ex ab-
rupt.qu.66.nu.12.cum ſeqq. Mut. ſuper conſuet. Pa-
norm.cap.49.nu.33.& dec.30.nu.17.Virgil.d.c.3.
nu.20.Danza de pugna DD. tom.3. tit. de minor c.
2.in fine.

90 Et ſic propoſito articulo minoris ætatis,Iudex
non poteſt procedere ad vlteriora, niſi deciſo ar-
ticulo tamquam præiudiciali *Menoch. de arbitr.*
caſ.268.nu.8.Ball.de litter.diſpenſat. præmiſſ.4. nu.
1.Burg.qu.66.num.25.Virgil. de legit.perſon.cap.3.
n.21. Nec poteſt procedere ad foriudicationem,
cum minor non poſſit foriudicari *Maſtrill. deciſ.*
161.Paſcal.de vir.patr.poteſt.par.2. cap.10.ſub nu.
22. poſt alios *D.Maiorana in Opopraxi fol.94. nu.*
37.& ſeqq. Nam ſi conſtet eſſe maiorem procedi-
91 tur contra eum ex abrupto,ſi minorem,procedi-
tur iuris ordine ſeruato datoq;ei curatore *Mut.*
& Burg.vbi ſup. Ideo interim Iudex debet ſe ab-
92 ſtinere ab interrogatione rei, nam ſi poſtea fue-
rit reus repertus minor,talis interrogatio, & ex
ea confeſſio eſt ipſo iure nulla, cum minor non
poſſit ſtare in iudicio criminali ſine Curatore,
nec etiam interrogari ſine præſentia, & authori-
tate illius *Gomez. lib.3. de delictis cap.1. num.64.*
Vulpell.reſp.34.nu.1.Decian.reſp.18. nu.17.lib.1.
& in tract.criminal.lib.5.cap.37.num.56.Odd.de
reſtit.in integr.p.2.nu.13. qu.65. Farinac. qu.81.
nu.353.& 371.Guazin.defenſ.32.nu.2. Michalor.
de poſit.cap.64.nu.13. Maranta loquens in pupil-
lo *in ſingul.verſ.pupillus Poſt.de manut. obſ.83. nu.*
50. diximus *ſup.*

93 Minor ſi fuerit interrogatus tenetur reſpon-
dere, ſi fuerit doli capax, & iurare de veritate
dicenda *gl.in cap.paruuli 22.q.5. Bar.in auth.prin-*
cipales §.quod obſeruari nu.12.& Bal.nu.9. C.de
iure iur.Abb. in cap. cum cauſam nu.11.& 12. de
iuram.calumn.Albert.Malet.de teſtibus cap.5. n.20.
Maſcard.de probat.concluſ.1246.nu.4. Farinac.qu.
58.nu.15. Multo magis ſi fuerit adultus *Bar.in d.*
§. quod obſeruari Abb. & alij ſup.cit. Debet tamen
94 interrogari cum authoritate tutoris, vel Cura-
toris.Et in hoc ſecundum opinionem *Bal. in d.§.*
quod obſeruari nu.9. debent conſiderari duo actus.
Primus eſt illa cognitio facienda, an minor poſ-
ſit interrogari, & concludit quod iſta cognitio
requirit præſentiam tutoris, vel Curatoris, ſed
non conſenſum eorum, quia iudex poteſt etiam
ipſis inuitis,mandare, vt minor debeat reſponde-
re,Secundus actus,eſt reſponſio facienda, & illo
caſu tenet,quod tutor, ſeu Curator debet autho-
rari,& conſentire non ſolum, vt reſpondeat, ſed
etiam,vt ſic reſpondeat,nè minor propter ſuam
ſim-

ſimplicitatem periclitetur, nam debet adeſſe, & authorari à primo vſq; ad finem actus, aliàs remaneret imperfectus, ſequitur *Salyc. in d. §. quod obſeruare nu. 2. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 7. qu. 24. nu. 735.* de his tamen diximus *ſup.*

95 Quæ diximus de punitione minoris, procedũt etiam in tortura illi inferenda, nam minor 14. anno non poteſt torqueri *l. ex libero §. de minore, & & l. de minore ff. de quæſtion. l. 1. §. impuberis ff. ad Syllan. Foller. in pract. rub. rei induitati torqueantur nu. 20. Chartar. de interrog. reis lib. 4. cap. 1. nu. 49. Farinac. qu. 41. nu. 16. Clar. qu. 64. verſ. quæro nunquid Guazz. defenſ. 30. cap. 11. num. 1. & ſeqq.* vbi *nu. 4. &* 12. dicit quod ſi minor annorum 14. de facto ſit tortus, & confeſſus, talis confeſſio ipſi nõ nocet, nec contra nominatum facit inditium ad torturam, ſed iſte minor poteſt terreri, & ferula cedi *d. l. 1. d. §. ſi impuberis Clar. vbi ſup. Farinac. d. qu. 41. nu. 17. & ſeqq. Foller. ibid. nu. 20. Chartar. d. cap. 1. nu. 49. Guazz. d. cap. 21. nu. 8. Virgil. de legit. perſon. cap. 3. nu. 18. Narbona de ætate anno 14. qu. 42. num. 3.*

96 Minor vero ſeptennio, nec poteſt terreri, nec ferula cedi *Guazz. d. cap. 11. nu. 2. & 8. Chartar. d. 1. nu. 49. Farinac. d. qu. 41. nu. 20. Foller. d. rub. nu. 20. Scialoya in praxi torqu. reos qu. 13. num. 45. Conciol. reſol. crim. verb. tortura reſ. 1. nu. 3.*

97 Verum in crimine læſæ Maieſtatis minor annorum 14. poteſt torqueri *d. l. de minore, & l. ſi quis alicui, & l. nullus C. ad l. Iul. Maieſt. Capic. dec. 130. nu. 55. Foller. vbi ſup. nu. 20. Guazzin. d. defenſ. 30. cap. 11. nu. 9. Ant. de Ballis qu. 13. nu. 34. Chartar. d. cap. 1. poſt nu. 49. de Nigr. in cap. regni Frequenſ nu. 35. Scialoya d. cap. 13. nu. 5.*

Quod eſt intelligendum dũmodo minor 14. annis ſit proximus pubertati, & leuiter torqueatur *Baiar. ad Clar. d. qu. 64. nu. 67. in fine Farinac. d. q. 41. nu. 23. & num. 100. & ſeqq. Guazz. d. defenſ. 30. d. cap. 11. nu. 9. in fine, & cap. 18. nu. 4.*

98 Sic etiam in alijs delictis maior 14. annis licet poſſit torqueri, tamen leuiter eſt torquendus, ſecundum qualitatem perſonæ, & ætatis *Farinac. d. qu. 41. nu. 21. Ant. de Ballis d. qu. 13. nu. 9. & ſeqq. Guazz. d. defenſ. 30. d. cap. 11. nu. 10.* poſt alios *D. Maiorana in Opopraxi fol. 240. nu. 24. & ſeqq. Conciol. reſol. crim* verb. *Tortura reſol. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Filiusfam. ſi conueniatur occaſione bonorum Caſtrenſium, vel quaſi caſtrenſium, an poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris? & nu. 2. 3.*

4 *An, & quando lis eſſe poſſit inter patrem, & filium? & quid venia petita? & à nu. 5. ad nu. 40.*

41. *Si filius fam. agat, vel conueniatur occaſione peculij profectitij, an requiratur conſenſus Patris? & à nu. 42. ad nu. 47.*

48 *Quid ſi lis ſit ſuper bonis aduentitijs? & à nu. 49. ad num. 66.*

67 *In quibus caſibus filius poſſit, vel non poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris? & à num. 68. ad num. 133.*

An & quando filius fam. actiuè, & paſſiuè poſſit eſſe in iudicio? & quando pater pro eo?

QVÆSTIO VII.

1 Filiusfam. triplex poteſt habere peculium Caſtrenſe, vel quaſi, aduentitium, & profectitium. Quando ille conuenitur occaſione Caſtrenſis, vel quaſi, libere in iudicio poteſt ſtare, ſiuè agat, ſiuè conueniatur, nec conſenſus patris, aut interuentus, requiritur *l. miles §. 1. ff. de Caſtrenſ. pecul.* ibi *actionem, proſecutionemq; caſtrenſium rerum ſemper filius etiam inuito patre habet l. filius fam. ff. de procurat. l. ſi longius §. 1.* vbi *Scribentes ff. de iudic. l. noxali ff. de noxal. Vant. hic nu. 39. Menoch. de recuper. poſſeſ. remed. 15. nu. 316.* & antè eos *Bar. in l. fin. § 1. nu. 22. C. de bonis quæ liber.* vbi *Bal.* verſ. *quæris gl. Salyc.* verſ. *quæro nono Ang. Aretin. in §. actionum inſtit. de action. Neuizan. conſ. 18. nu. 6. Anna conſ. 17. nu. 57. Caroc. de except. except. 128. num. 47.* qui hanc materiam reſcripſit *à Vin. opin. 303. Molina de Iuſtit. tract. 2. diſput. 228.* verſ. *hoc verò.* Idem *Anna ſing. 376. Alph. Olea de ceſſione Iurium tit. 2. qu. 6. nu. 46.*

2 Caſtrenſe peculium dicitur illud, quod filiusfam in caſtris acquirit *l. ſi forte, & l. Caſtrenſ. ff. de caſtr. pecul.* late explicat *Cald. in l. ſi curatorem habens C. de reſtit. in integr.* verb. *læſis nu. 89. & ſeqq.* Quaſi caſtrenſe, quod acquirunt Magiſtri liberalium artium, veluti Aduocati, & Medici, Clerici, Notarij, Procuratores *Cald. num. 99. Surd. de alim. tit. 4. qu. 31. nu. 13. Beron. qu. 46. in fine Couar. in c. quia nos num. 1. de teſtam. Rol. à Valle conſ. 16. nu. 3. & ſeqq. lib. 4. Surd. conſ. 257. nu. 6. & ſeqq. lib. 2. Graſſ. de effect. Cleric. eff. 19. n. 65. & ſeqq. Valaſc. conſult. 118. Peregr. conſ. 84. lib. 3. Aldemin. conſ. 97. nu. 65. & ſeqq. in lib. 4. eiuſdem Peregr. Cappell. Tholoſ.* vbi *add. dec. 10. & Guid. Pap. dec. 205. & deciſ. 140.* vbi *add.*

3 Et in iſto peculio filiusfam. dicitur inſtar emãcipati *Villalob.* verſ. *filius nu. 130. Pariſ. conſ. 157. nu. 3. p. 4. Clement. de patr. poteſt. eff. 1. nu. 13. Suar. de Pace in praxi fulano, come padre fol. mihi 30. nu. 20. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 2. par. 3. col. 7. tit. 2. p. 3. gl. 1. Virgil. de legit. perſon. cap. 4. nu. 28. & ſeqq. Faſcal. de vir. patr. poteſt. p. 1. cap. 3. nu. 5. Salgad. de reg. protect. p. 4. c. 8. n. 236. Rodr. de vid. preceſſ. c. 2. n. 23.*

4 Imò quamuis inter patrem, & filium in poteſtate nullum iudicium eſſe poſſit ad *tex. in l. lis nulla ff. de iudic. l. qui in poteſtate in princ. C. de in ius voc.* vbi *DD. Balduin. de patr. poteſt. num. 9. P. Duen. regul. 351. lim. 1. Aſcan. Clement. de patr. poteſt. eff. 3. ſub nu. 1. Mſinger. in §. pœnales Inſtit. de actionib. ſub nu. 41. Surd. de alim tit. 8. priuil. 6. num. 1. Rota dec. 527. num. 1. p. 1. recent.* doctiſſimus *Vrceol. de tranſact. qu. 17. nu. 16. & ſeqq. Franch. dec. 162. &* 366. vbi probat inſtrumentum non poſſe præſentari à filio contra patrem ad formam *ritus M. C. V.* nec contra matrem, nec contra Auum vbi *add. D. Luca* alios refert, etiam ſi filius ſit emancipatus

Fa-

Paſcal.de patr.poteſt.p.2.cap.9.nu.15.& ibi D.Prat.
quem tex.ampliant DD.ad matrem,& alios aſcē-
dentes,vt declarat Suarez.de Pace in praxi par.1.
tom.1.2.tempore de præparatorijs antè citationem nu.
5.Aſcan.Clement.de patr.poteſt.effect.3.nu.1.in fin.
Caſtill.de alim.cap.23.nu.1.& ſeq.
5 Tamen ſi tractetur de Caſtrenſi peculio , vel
quaſi , lis inter eos eſſe poteſt d.l.lis nulla Mila-
nenſ.dec.3.lib.2.Vergil.de legit.perſon.cap.4.nu.31.
Fab.in rational. ad l.verba §. vl.ff.ad Maced. Fe-
reol.de tranſact.qu.17.nu.55.Olea d.qu.6. num.46.
6 Vel ſi tractetur de bonis aduentitijs , in quibus
patri non quæritur vſusfructus Bar.& Paul. de
Caſt.in d.l.lis nulla Capic.dec.56.nu.1.ea ratione
quia in his pater non eſt dominus , & poſſeſſor,
ſicut eſt in profectitijs in quibus ſi lis eſſet de
iure proprio contenderetur , vt poſt Angel.in d.l.
lis nulla tradit Magon.dec.Lucenſ.73.nu.6.Venia
7 tamen prius petita ob reuerentiam debitam,alias
in ius vocari non poteſt ſub pœna quinquaginta
aureorum l.quiq;§.parentes ff. de in ius voc. l.pari-
ter l.in eum l.ſi ſine venia ff. de in ius voc. l. fin. C.
eodem tit.§.pœnales Inſtit.de action. Diaz.reg. 295.
Duen.reg.351.Clement.d.eff.3.nu.1. Mayn.Action.
in artem redactar.lib.2.cap.46. Iacob.lect.de pœnis
ad Modeſtin.cap.1.Anna Robert.rerum iudic.lib.3.
cap.6.Paſcal.de vir.patr.poteſt. p.4. cap.10. nu.36.
Bellon.de mandat.iuriſd.cap.1.qu.3.nu.6.7. Surd.de
alim.tit.8. priuil.6. num.3. qu.12. Quæ venia de-
8 bet peti non ſolum à filijs , ſed etiam nepotibus
& deinceps Clement.d.effect.3.nu.1. in fin. ex l.2.
cū gl.ff.de in ius voc.Rodriq.de vid.proceſ.c.2.n.30.
9 Debet peti à filio naturali d.l.parentes ff. de in
ius voc.P.Duen.d.reg.351.nu.1.ampl.1.A filio in-
ceſtuoſo , vulgo quæſito agente contra matrem
Alex.in l.2. C.de in ius voc. à filio nato ex dam-
nato coitu Iaſ.in d. §.pœnales num.19. Inſtit. de
action.Maſull.ad Capic.dec.56.num.7.A filio ado-
16 ptiuo l.adoptiuum ff.de in ius voc. ſequitur Gul.de
Benedict.in cap. Raynutius verb. & vxorem nomine
Adelaſiam nu.742.de teſtam. Ludouic. Gomez in §.
pœnales num.24.Inſtit.de action. Tiraqu.in l.ſi vn-
quam verb.ſuſcepit liberos nu.22.C.de reuoc.donat.
11 A filio ſpirituali leuato à ſacro fonte non po-
teſt vocari pater, vel mater ſpiritualis ſine venia
arg.d. l.adoptiuum voluerunt ibi Angel. & Fulgoſ.
Gul.de Cun. Bal.Angel. Paul.de Caſtr. Fulgoſ. Alex.
& Iaſ.in l.generaliter ff.eodem tit.Aretin.Iaſ.& Go-
mez.in d.§.pœnales Gul.de Bened. in d.cap. raynu-
tius ubi ſup.nu.765.de teſtam.Tiraq.d.verb.ſuſcepit
liberos nu.28.Clem.d.eff.1.nu.7. Duen. d.reg.351.
ampl.2.Vin.dec.230.nu.18.Petra ad Capic.dec.56.
12 lit.F.A filio milite,& in alia dignitate conſtituto
Accurſ.in l.cogi 16.§.ſi pater ff.ad Trebell. Purpur.
in l.fin.nu.3.C.de in ius voc.Ang.Aret. in princ. In-
ſtit.de patr.poteſt.Iacob.de S.Georg.in d.l.adoptiuum
nu.8.ff.de in ius voc.A filio paritèr ruſtico,nam
13 in hoc ruſticitati non parcitur Salyc. in l.2. C.de
in ius voc.Iaſ.in l.ſi quis ff.de Iuriſd. omn.iud.Pur-
purat.in d.l.fin.nu.29.C.de in ius voc.Cuiac.lib.10
obſ.10.Maſull.ad Capic.dec.56.nu.9.A filio emā-
14 cipato,& in poteſtate non exiſtente d. l.qui in
poteſtate C.de in ius voc. DD. omnes in d. §.pœnales
Inſtit.de action.
15 Verum filia viuens iure Romano remanet ſub
patria poteſtate l.vxor vbi gl. C.de condit. inſertis
l.1.C.de bonis quæ liber.gloſ.in §.1. Inſtit. de Senat.
conſult.Tertull.Alex.conſ.133.col.1.verſ.& ſi forte
16 vol.4. Sed ſi iure longobardo viueret, vt pleriq;
in noſtro Regno viuunt, exiret à patria poteſta-
te,& intraret in poteſtatem viri, vt in l.1.quando
mulier alien.permitt.in Longobard. gl.in §.1. Inſtit.
de Senat.conſult.Tertull.Grammat. poſt alios conſ.
ciuil.87.& ideo conuenire,& vocare in ius pote-
runt parentes petita venia . A ſcholari non po-
17 teſt vocari præceptor ſine venia Bar.& DD.in l.
generaliter ff.de in ius voc. Petr. Gerard.& Petra
Sancta in ſing. 62. Nicol. de Neap. in d. §.pœnales
Inſtit.de action. contrarium tamen eſt verius , vt
dicit gl.in d.l.generaliter Spec. tit.de actore §.1.nu.
21.verſ.ſed nunquid edictum aliquos ex DD. pro
contraria opinione feſellit dicta gl.Accurſ.in d.l.
generaliter,vbi non dicit magiſtrum,ſed magiſtra-
tum Bar.in loco cit.nihil dicit,dum legem illam
non commentauit , hanc vltimam opinionem te-
nent Io.de Plat.in d.§.pœnales Alex. in d. l.genera-
liter nu.11.vbi Iaſ num.8.poſt Albert.& Gul.de
18 de Cuneo.A Genero ſocer,& ſocera , à Priuigno
Vitricus,& nouerca patre viuente,quo ad nouer-
cam poſt alios Myſing.d.§.pœnales n.43.de action.
Cacher.dec.30.Boer.dec.271. nu.2. Guliel.de Lud.
ſing.57.Viu.dec.181.nu.11. qui nu.10. ſecus eſſe
dicit matrimonio ſoluto pulchra ratione , & dec.
376.num.8.
19 A Ciue ſine venia non poteſt vocari Ciuitas,
& ſua Vniuerſitas,& patria Angel.in d. l.generali-
ter ff.de in ius voc.& Ang.Aret.d. §.pœnales ſub nu.
7.Gram.conſ.ciuil.40.Vin. dec.119. Clement.d.eff.
3.nu.13.ſed Ang. Aret.nihil loco cit. dicit Natta
conſ.445.nu.5.vol.2. Sed quod venia non requi-
20 ratur dicit Iacob.de S.Georg.in inueſtit.feud.verb.
dictiq;Vaſſall.ſub nu.48.
21 A Vaſſallo, ſeu feudatario non poteſt ſine ve-
nia vocari dominus feudi Innoc.in cap.cæterum in
princ.& ibi Panorm.Felin.& Dec.de iudic. Bal.in
cap.imperialem §.fin.col.3.de prob.feud.alien.per Fe-
der.& ibi Aluarot.Afſl.dec.263.num.36. Zaz.de
feud.par.7. verſ. hoc tamen & p.11. verſ. quid ergo
Idem Iaſ.in d.l.generaliter nu.4. Item nec Vaſſal-
22 lus poteſt vocare Principem Rol.à Valle conſ.18
nu.8.11.& 15.vol.2.
Contrarium tamen eſt verius,vt dicit gl.in cap.
1.§.ſi verò vaſſallus verb. ſalua reuerentia de milit.
Vaſſal.qui contum.eſt & ibi And.de Iſern.nu.7. in
fin.ibi: nam quod poſſit in ius vocare dominum Vaſ-
ſallus ſine venia,vt in gloſ.ibid.Iacob.de Beluiſ.Ni-
col.de Neap.Aluarot.nu.8.vbi dicit illa verba: ſal-
ua reuerent.non ſonare , vt requiratur venia, ſed
vt in actione intentanda vtatur verbis honeſtis,
& modeſtis poſt alios Clar.§.feudum q.25.Gaball.
milleloqu.31.Vrſill.ad Afſl.dec.265.num.28. Natta
conſ.445.nu.8.vol.2.Intrigl.de feud. qu.58. nu.20.
vol.1.Boer.dec.271.ſub nu.3.Myſing.obſ.92.cent.4.
Borcholt.de feud.cap.10.nu.38.Renat.Chopp.in con-
ſuet.Andegau.lib.2.tit.3.art.4. in fin.p.2. vide late
Rol.à Valle conſ.18. vol.2. Sic vaſſallus contra
fiſcum agens Fachin. lib.10. contr.89. Maſull. ad
Capic.dec.56.nu.8. A preſentato in iure patrona-
23 tus Eccleſiaſtico,non vocatur ſinè venia præſen-
tans Vin.dec.230.nu.31.

24 Eſt

24 Eſt neceſſaria venia non ſolum ſi agatur iure actionis, ſed etiam ſi officio iudicis, vt pro alimẽtis *gl. in verb. obſequium in l. cogi in §. pater ff. ad Trebell. in l. ſi ſocer. verſ. conuenire ff. ſolut. matr. gl. fin. circa medium in §. pœnales Inſtit. de action. Iaſ. in l. 1. nu. 8. ff. de iuriſd. omn. iudic. Aſcan. Clement. de patr. poteſt. eff. 3. nu. 36. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 6. nu. 10. Caſtil. eodem tract. cap. 23. Giurba ſuper conſuet. Maſſan. c. 7. gl. 15. p. 1. nu. 31.*

25 In multis tamen caſibus venia non requiritur. Primo ſi monacus vocet in iudicio ſuum Abbatem *Abb. conſ. 88. vol. 1. Bocc. dec. 271. num. 3.* licet referat contrarios.

26 2. Vbi filiusfam. tutor alicuius pupilli, vocat patrem in iudicio ex *Aldobrandin. in §. dari autem num. 6. Inſtit. qui teſtam. dar. tut. poſſ. Duen. reg. 353. num. 2. Suar. in theſ. recept. ſentent. §. filius num. 205. Clement. effect. 4. nu. 6. Mancin. de tut. & Curat. q. 2. ſecund. q. principal. nu. 5. Montan. de tutel. cap. 9. nu. 4. Caſt. in conſuet. Burg. rubr. 6. §. 3. nu. 1. Maſull. ad Capic. dec. 56. nu. vl.* Ea ratione quia non vt filius fam conuenit, vel conuenitur, ſed vt exercens tutelam, vel Curam, in quibus patria poteſtas non attenditur *Inſtit. qui teſtam. tut. dar. poſſ. in princ. cum gl. Franch. dec. 494. nu. 9.*

27 In caſibus, in quibus venia requiritur non ſolum debet peti, ſed impetrari *l. venia C. de in ius voc. §. fin. Inſtit. de pœna tem. litig.* ibi *vt non aliter liceat liberis, libertiſq; eos in ius vocare, quam ſi id ab ipſo prætore poſtulauerint, & impetrauerint.*

28 Quæ venia etiam tacitè, & non expreſſe dari poteſt *Io: Fab. in d. §. pœnales* vbi *Gomez num. 7. Duen. reg. 351. ampl. 7. in fin.* & facit *tex. in l. libertus aduerſus ff. de in ius voc.* quod clare patet ex *l. qui litigandi §. prætor ait ff. de in ius voc.* vbi dicitur ſine permiſſu meo ne quis vocet, ſed *permittere* dicitur ſiuè expreſsè, ſiuè tacitè id fiat, & concedatur *l. quidam Tuberonis §. ſiue quidam ff. de pecul. Ant. de Alex.* olim Præſidens in noſtro Sacro Conſilio *in l. qui in poteſtate C. de in ius voc.* vbi dicit, quod in libello oblato iudici exprimit, quod intendit citare patronum, eo ipſo, quod Iudex permittit citationem, veniam conceſſiſſe videtur, & poteſt ſubſtineri, quod valeat proceſſus petita venia *Franc. Curt. ad Alex. in d. l. qui in poteſtate Franc. Aret. conſ. 157. Dec. conſ. 119. nu. 4. Capic. dec. 56. num. 6. 7. Deſbar. Honſt. in Synopſi Theſ. li. 2. tit. 4. Theſ. 9. Socc. de citat. in 20. art. 26. qu. principal. verſ. 9. quæro* vbi poſt *Io. Pet.* tenet quod etiam ſi pars opponat, & contra iudex pronunciet expreſſe vel tacitè procedendo, valet proceſſus ſi non opponatur.

29 Et ſi proceſſus reperiatur totus compilatus citatione contra patrem, vel patronum emiſſa, nec appareat venia, proceſſus non valet, ſi fuit contrà contumacem, & inuitum, ſi tamen aliquando comparuerit, & iudicium proſequutus ſint, proceſſus valebit poſt *Guliel. de Cun. Bar. in l. quamuis nu. 2. ff. de in ius voc. Guid. Pap. conſ. 24. nu. 5. & dec. 221. nu. 4. Capic. d. dec. 56. d. nu. 6.*

30 Et pœna 50. aureorum, quæ imminet nõ petenti veniam, debetur patri, patrono, & ſimilibus *l. 2. in fin.* & ibi *gl. verb. concedi C. de in ius voc.* & illam pars remittere poteſt non fiſcus *Bal. in d. l. 2. Anchar. conſ. 366. & ſeq. Felin. in cap. cauſam quæ nu. 46. de reſcript. Gram. vot. 35. nu. 7. 8. Couar. lib. 1. obſer. u. 30.*

31 Similiter exceptionem veniæ non petitæ proponi debere in primo actu, & prima replicatione, quam pater, vel patronus reus facit, alias in poſterum, non auditur *Bar. in l. quamuis ff. de in ius voc.* poſt omnes *Caber. dec. 30. nu. 21. Dec. conſ. 917. nu. 6. Guid. Pap. d. conſ. 24. num. 5. & dec. 523. ſub nu. 4. Borrell. conſ. 16. nu. 26. & 27. cent. 2.*

32 Et talis pœna non debetur, niſi à vocante in ius ſine venia patrem, & patronum alioſq; in edicto nominatos, ſed vocans ſocerum, vitricum, ac ſimiles, illam non ſoluit, ſed cum inurbanè agat, iniuriarum actione tenetur *arg. l. iniuriarum §. 2. de iniur. l. ſi verò §. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* vel extrà ordinem puniri debet, & ita debet intelligi *d. l. generaliter* vbi *gl. ff. de in ius voc.* cum pœnas extendere noſtrum non ſit *l. interpretatione ff. de pœnis*

33 Non datur talis pœna in hęredem, nec contra hæredem, & anni ſpatio præſcribitur *d. l. generaliter l. pen. & fin. ff. de in ius voc. Petr. ad Capic. dec. 56. lit. F.* An debeatur ſi citatio ſit nulla eſt *Go-*

34 *mez in d. §. pœnales Inſtit. de action. nu. 42.*

35 Diximus *ſup.* litem nullam eſſe poſſe inter patrem, & filium ad *tex. in l. lis nulla ff. de iudic.* Hic *tex.* procedit de iure ciuili tantum non autem de iure canonico per *tex. in cap. non eſt vobis de ſponſal. gl. in cap. ſi Eccleſia 23. qu. 4. in cap. quæritur 2. qu. 7. gl. penult. in cap. fin. de iudic. in 6. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 6. nu. 12.* poſt alios *Vrceol. de tranſact. qu. 17. nu. 58. Franch. dec. 162. nu. 4. Rom. ſing. 625.* & ibi *add. Socc. reg. 344. & Surd. ibi* ponit rationem quia licet patria poteſtas impediat oriri ciuilem obligationem, non tamen impedit naturalem, quæ ſolet multum attendi iure canonico.

In contrarium tamen eſt veritas, nam *tex. d. l. lis nulla* non eſt correctus de iure canonico, ideò illius diſpoſitio attendi debet ad *tex. in cap. 3. & vl. de oper. nou. nunciat.* nec *tex. d. cap. non eſt vobis* corrigit *tex. d. l. lis nulla*, nec *ſup.* dicti alij *tex.* fũdant concluſionem per contrarios DD. poſitam, nam *tex. in d. cap. non eſt vobis* ſolum diſponit in vno caſu, ſcil. vt lis poſſit eſſe inter patrem, & filium quo ad petitionem vxoris faciendam per filios à patribus, & *tex. in d. cap. fin. de iudic. in 6.* diſponit, vt lis poſſit eſſe quo ad res ſpirituales, & ſic quo ad alia nulla diſpoſitio canonica habetur, & ſic ceſſat ratio poſita per *Surd.* cum legẽ non habeamus, noſtram opinionem tenent *Couar. in epit. de ſponſal. p. 2. cap. 7. nu. 4. Cyriac. contr. 137. Caſtil. de alimentis cap. 23. nu. 5.* Et ſic.

Non procedit diſpoſitio *d. tex. cap. lis nulla* vbi filius vxorem à patre petit per *tex. d. cap. non eſt vobis Couar. vbi ſup.*

36 Nec procedit vbi filius agit iure actionis, ſed tantum vbi agit officio iudicis *Caſtr. in l. ſi ſocer ff. ſolut. matr.* ſed de hoc dubitamus propter generalitem *tex. d. l. lis nulla*, & generalem concluſionẽ *DD. ſup. citatorum.*

37 Non procedit ſi lis eſſet ſuper alimentis petitis per patrem à filio, vel per filium à patre *l. ſi quis à liberis in princ. ff. de liber. agnoſc.* vbi *gl. verb. cognoſcat, & in l. lis nulla* idem habetur in *l. nec filium C. de patr. poteſt. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 6. nu. 4. & 9. Vrceol. de tranſact. qu. 17. nu. 46. Caſtil.*

de

de alimentis cap.23. Giurb.ſuper conſuet. Meſſan.c.7.gl.15.par.1.nu.11.Doving. in bibliotec. iuriſconſult.verb.alimenta nu.295.

38 Et ea,quæ diximus ſup.quod in aduentitijs, in quibus patri non quęritur vſusfructus, lis poſſit eſſe inter filium,& patrem, cum naſcatur ciuilis actio inter eos Pichard. in §.ſi quis alium num.12. Inſtit.de inutil.ſtipul.intelliguntur, vt propter reuerentiam paternam actionem ſibi competentem intentare non poſſit Bal.in d.l.lis nulla. Et ſic pro reſtitutione dotis maternæ in pecunia conſiſtentis nullam habet actionem durante vita patris Bar.in l.ſi conſtante num.63.ff.ſolut. matr. Theſ.qq.forenſ.lib.4.qu.59.nu.1.Ab.Eccleſ.obſ.forenſ.159.nu.15.par.1. Et ſi conſiſteret in bonis ſtabilibus, vel alio iure bona filius aduentitia immobilia haberet, quæ fuiſſent à patre in tertium alienata, non poteſt filius eo viuente alienationem reuocare, ſed tantum eo mortuo, quia lex erubeſcit ſtatuere filios caſtigatores genitoribus, vt dicit tex.in l.1.in vltimis verbis C.de annal. except. l.1. in fin.iuncta auth.ſeq.C.de bonis matern. poſt alios Fachin.contr.58.lib.2.Cancer. var.p.1. cap.8.de donat.nu.99.Fontanell.de pactis clauſ.1.gl.9.p.5, nu.298. P.Barboſ. in l. cum notiſſimi §.illud C.de præſcript.30.nu.9.& ſeqq.Et nu.12.dicit,patrem nec poſſe priuari adminiſtratione bonorum filij per hanc alienationem Peregr. dec.95, nu.1. V'alaſc.conſult.69.ſub num,16. Acoſta de priuil. credit. reg.2.ampl.10.nu.17.18.Michaler.de fratrib.par.1 cap.3.num.43. & ſeqq. Rot.poſt Merlin.de pignor. dec.36.nu.9.& ſeqq. vbi dicit fuiſſe denegatam immiſſionem filio intentatam contra tertios poſſeſſores adhuc viuo patre Cutell, de donat, tom.2, diſcurſ.1.ſpec.9.nu.16.Franch.dec.10.n.11.& Rot. d.dec.36. ampliat etiam ſi ſit facta emancipatio filij,quæ cenſetur facta in fraudem.

39 Secus eſt in alienatione mobilium pro qua filius viuente patre poteſt agere Aretin. conſ.72. in 4.quæſito Rot.d.dec.36.nu.9.& 10.poſt Merlin. Et in reuocatione immobilium, quando filius refundit pretium emptori, vt de feudo dicit Vueſembec.conſ.54.nu.3.Menſing.obſ.85.cent.4.Hartman.Piſtor.qq.Iuris lib.2.qu.13. nu.18. & ſeqq.idē Vueſembec.conſ.106.num.78.& 79. vbi loquitur de tranſactione.Si verò pater,ſub cuius poteſtate filius exiſtit conſenſit, tunc filius eo viuente poteſt bona alienata vindicare Honded. conſ.19. nu.17.& per tot.lib.2.vbi dicit in fine poſſe cogi patrem ad præſtandum conſenſum ex Bal. in l.fin. §.in comput.nu.7.C.de iure deliber. Imò pater ipſe poteſt nomine filiorum agere, licet ipſe teneatur erga emptorem ad intereſſe, vel ad duplum Honded.ibid.nu.15.& 16.Rot. coram Coccin. dec.623. nu.5.6.Sed ſi non coegerit Patrem ad præſtandū talem conſenſum ad agendum non poteſt illi imputari negligentia, quia ratione verecundiæ paternæ id videtur omiſiſſe,vt probat P.Barboſ.ad l. cum notiſſimi §.illud C.de præſcript.30. num.24.& ſeqq.benè Vrceol.de tranſact.qu.17.nu.20.& ſeqq.

40 Bene tamen ſi pater dilapidaret bona materna filij,poſſent filij impedire illorum dilapidationē, & alienationem Theſ.d.qu.59.nu.2. & 3. Cancer. var.p.1.cap.8.de donat.nu.100. Ab Exea de pactis num.15.& ſeqq.Vrceol.vbi ſup.nu.63. & 64. Et ſi fuerint alienata bona ſtabilia, filij poſſent agere pro aſſecuratione dotis Bar.in l.ſi conſtante nu.10 ff.ſolut.matr.Rota d.dec.36.nu.14.

41 Si filius fam.agere velit, vel conueniatur in iudicio occaſione peculij profectitij, non poteſt ſtare in iudicio ſine interuentu patris, ea ratione quia peculium profectitium tam olim, quam hodie pleno iure acquiritur patri, & quo ad proprietatem, & quo ad vſumfructum l.cum oportet C.de bonis quæ lib. §.1. Inſtit.per quas perſon. nob. acquir.& vtrobique DD. omnes Paſcal.de vir.patr. poteſt.p.1,cap.3.nu.11. Virgil. de legit. perſ.cap.4. n.32.Soccin.reg.195,Caſſan.in conſuet.burg.rub.4. §.5.verb.Lemariſſas & rub.6.§.3. nu.5. Scac.de Pac.in praxi tom.1.p.1,temp.2.nu.15.Barboſ.in l.2. §.quod ſi patris nu.19.ff.ſolut.matr. Cardoſ.in praxi iudic.verb.filius nu.50.Caſtill. de vſufr. cap.3. nu.13.Menoch.de recuper.poſſ.remed.15.num.385. Et

42 mortuo patre tale peculium venit in collationem, ideſt communicatur cum alijs fratribus, & ſororibus per tex.in l.fin.C.de collation.

43 Quod filiusfam. occaſione iſtius peculij non poſſit in iudicio ſtare ſine conſenſu patris eſt tex. in l.fin.§.1.verſ.neceſſitate C.de bonis quæ liber.vbi Bar.Bal.& Salyc.in l.1, §.fin; vbi Bal. C.de annali exception.cap.fin. & ibi Geminian. de Iudic.in 6. DD.in l.1.C.qui admitti Maranta de ordine Iudic. 6.p.principal.tit.de except.num.2. Roman. conſ.36. nu.2.Caroc.de except.except.128.nu.1. Barboſ. poſt alios in cap.qui generaliter nu.5.de procur.in 6.

44 Imo tunc non filius, ſed pater conueniendus eſt,& ipſe pater agere debet pro peculio profectitio,quia,vt diximus,& proprietas, & vſusfructus patris eſt, & ideo ipſe etiam conueniri debet,& non filius, qui nec exercitium actionum habet,niſi pater exercitium iſtarum actionum filio,vti eius procuratori committat,quod facere poſſet arg. tex. in l.filius §.ipſe quoq.ff. de procurat, dicunt DD.apud Summ.Orlandin.cap.9.p.3.Caroc. d.except.128.nu.49.

45 Et quia talis conſenſus requiritur pro legitimatione perſonæ filij,ſi non interuenit, iudicium eſt ipſo iure nullum, de qua nullitate poteſt opponi quandocumq; tam antè, quam poſt Sententiam Speculat.tit. de actore §.1. verſ. ſed & filiusfam.Maranta de ordine iudic.diſtinct.16. num.18, Bal.conſ.193.vol.3.Franc.Marc.dec.69.nu.6. Caroc.d.except.128.nu.1.Virgil.de legit.perſon,cap.4. nu.96.Ludouiſ.dec.43.Andreol.contr.307.

46 Si verò ſententia eſſet lata ad fauorem filij fam.illa,& proceſſus valerent,etiam non adhibito patris conſenſu Cyn.Salyc.& Raffael. in l.non ideò minus C.de procur.l.fin.C.de filiofam.minor.Caſtill.de alim,cap.25.n.1.Alex.conſ.59.vol.2. Grammat.conſ.28.nu.18.Barbat.conſ.86. lib.3. Tiraq.de legibus connubial.gl.8.nu.72.Vantius bon.tit. n.39. Virgil.d.cap.4.num.96. Alciat.lib.8. parerg.cap.8. Rebuff.ad leges gall.in procem.gl.5.n.72. & in tract. except.nu.439. Vnde cautela eſt litigantis cum filiofam. ſi dubitet de ſententia contrà ſe ad fauorem filij,vt in fine Cauſę dicat proceſſum nullum vti ſine conſenſu patris celebratum Veronenſ. caut.189.Corn.conſ.204.lib.3.Coua.verb.filiusfam. non poteſt Vin.opin.303. in fine par.1. Caroc. poſt alios de except.except.128.nu.43.

47 Et hoc ſiue iudicium ſit ordinarium, ſiue ſummarium *Iaſ. in rub. C.qui admitt. Bal. in l.nequidquam §.de plano ff.de offic.procorſulis Rolan. à Valle conſ.46.lib.2.Guid.Pap.dec.54.& 410. Coraſ.in l.qui liberos nu.19.ff.de ritu nuptiar.Bal.conſ.492.lib.3.Franch.Mart.qu.69.Menoch. de recuper.poſſeſſ.remedio 15.nu.264.Trigon.ſing.64.Borgnin.de tutor.nu.212.Arnon.ſoliloq.65.Vrſill.ad Afſl. deciſ.180.nu.5.Ludouic.deciſ.Lucenſ.13. Caro.de except.128.nu.2.Vin.d.opin.303.nu.4.*

48 Si vero lis ſit quo ad peculium aduentitium, quod de *Iure digeſtorum* pleno iure ad patrem ſpectabat,ſicut peculium profectitium vt *in l.placet ff.de acquir. heredit.*De *Iure Codicis* aliter fuit diſpoſitum , nam primo fuit emanata conſtitutio Imp.Conſtantini , qua ſancitum fuit,bonorum matris vſumfructum tantum patri acquiri , proprietatem vero eſſe filij *l.1. C. de bonis maternis* Deinde ſuperuenit alterius Cæſaris *conſtitutio*, quæ eſt *in l.2.C.eodem*,per quam determinatum fuit , vt non ſolum bonorum matris vſusfructus tantum patri acquiratur, verum etiam omnium bonorum prouenientium ex linea materna. Tandem ſuperuenit Iuſtiniani *Conſtit.*quam habemus *in l.cum oportet C.de bonis,quæ liberis*, qua diſpoſitum fuit , vt omnium aduentitiorum quauis ex Cauſa aduenientium tantum patri vſusfructus acquiratur , cum adminiſtratione eorundem bonorum,ita quod non poſſit pater de prædictis bonis diſponere,ſed eo mortuo filius habebit præcipua, nec tenetur cum cæteris fratribus , aut ſororibus communicare,vt etiam colligitur *in fin. l. C.de collat.Paſcul.de vir.patr. pot.par.1. cap.3. num.32. Virgil.de legit.perſon.cap.4.nu.33.Sonſ.dec.37. nu.4.& deciſ.21.nu.7.*

49 Sed ſi pater de aduentitijs in vita diſponat,filius non poteſt vendicare , niſi patre mortuo *Peregr.dec.95.nu.1.& dec.102.num.9.* de qua re diximus latè *ſup.nu.38.& ſeq.*

50 Pro reſolutione eſt diſtinguendum,Aut filius eſt in poteſtate,aut emancipatus ſi filius eſt emancipatus,aut eſt minor,aut maior 25. annis de iure communi , & 18.de Iure regni Neap.ſi filius minor eſt,& intra pubertatem , cum emancipando filium pater eius tutor legitimus ſit *§.1.Inſtit.de legit.parent. tutel.l.1. & 2.ff.ſi quis à parente fuer.manumiſſ.* eo caſu patri , vt legitimo tutori competet exercitium actionum tam in agendo , quam in reſpondendo vt ex *Bonfant.conſ.133. nu.25.Maſtrill.dec.82. nu.12. & alijs* probat *Virgil. de legit.perſon.c.4.nu.83.*verſ.*ſi filiusfam.* vbi quamuis dicat , quod ſi filius ſit maior infantia dicta eius procedant, ſecus ſi ſit infans , vel infantia minor quo caſu pater eſt legitimus adminiſtrator non tutor,tamen eius dicta non placent *Olea de ceſſ.iur.tit.2.qu.6.num.35. in fine*,cum non poſſit aſſignari diuerſitatis ratio in vtrumq;caſum.

51 Si verò filius emancipatus pubertatē exceſſit, ſi ad iudicium prouocare velit , vel prouocetur datur ei Curator ad litem ſecundum dicta per *Virgil.d.cap.4.nu.84.* verum pater ipſe ſi velit eſſe curator , & idoneus ſit, dari debet etiam filio recuſante,& alium petente,& à iudice confirmari,vt dicit *Virgil.ibi*, quod probatur nam ſi pater in teſtamento nominauerit filio Curatorem ad litem,non alius per iudicem dandus eſt , etiam adulto id petente,ſed is qui à patre fuit nominatus *ex Spec.*probat *Virgil. cap.6. num.19.* ergo à fortiori procedit ſi pater ipſe velit eſſe Curator filij .

52 Verum ſi filius emancipatus ſit maior 25. annorum,ſine difficultate poteſt agere,& conueniri ſine conſenſu patris *Afflict.dec.180.Vant.loc.nu.42. Anclar.conſ.63.Guid.Pap.dec.64. Virgil. d.cap.4.nu.82.*Imo contrà patrem petita venia agere poteſt *l.4.§.prætor l.adoptiuum §.1. ff.de in ius voc.l.fin.eodem tit.*de iure hiſpaniarum *l.3.tit.2.par.3.Paz.in praxi tom.1.p.1.tempor.2.num.6. Altograd.conſ.90.nu.86.lib.2.Vrceol.de tranſact. qu.17. nu.55.in fine.*

57 Si filius eſt in poteſtate patris eſt inſpiciendū ſi pater habeat vſumfructum in bonis filij,vel nō. Secundo caſu dicemus *infra verſ. vel in caſibus num.94.*Primo caſu aut filius eſt minor,vel maior, ſi ſit minor,& in infantia vel intrà eam,ſolus pater actiones ſuſcipere, & mouere poteſt, ſi infantiam exceſſerit,vt iudicium ſubſiſtat, & pater legitimè compareat conſenſus filij neceſſarius erit vt probat *Imp. in d.l. fin. §. vbi autem C.de bonis quæ liber.Donell.lib.17.cap.4.Gratian.diſcept.365.à nu.52.Valaſc.de partition.cap.7.à nu.37.Fontanell.de pactis nuptial.cl.4.gl.8.num.68.Giurb.ſuper conſuet.Meſſan.cap.7.gl.3.à nu.57.* vbi dicit proceſſum nullum,ſi vterque non citetur,nec ſententia conualidatur ex ratificatione filij .

Contra tamen dicit *Pinell.in l.1.C.de bon. mater.2.p.num.68. circa finem*, vt ſcil.conſenſus filij in pubertate exiſtentis licet infantiam exceſſerit, non ſit neceſſarius, cum impuberis conſenſus nullius ſit momenti *l.pupillus ff.de reg.iuris,& tex. in d.§.vbi autem*, ibi : *niſi adhuc ſit in prima ætate* intelligitur vſque ad pubertatem , vt dicit *Gottofred.ibi,& Pinellum* ſequitur *Valaſc.d.cap.7.n.40.41.Caſtor.qq.iuris q.21.nu.17.tom.4.*

54 Alij indiſtinctè tenent conſenſum filij ſiuè minoris,ſiue maioris non eſſe neceſſarium, & ſolum patrem poſſe agere,& conueniri *Bar. in l.1.C.de bonis matern.*vbi *Bal.nu.8.Caſtr.nu.2.Gamma dec.7.*vbi *add.Scip.Gentil. de bonis maternis c.20. Donell.d.lib.17,cap.4. lit.I. ex l.1. C.de bonis maternis* vbi nulla fit mentio conſenſus filij in iudicio faciendo per patrem in aduentitijs , ſequitur *Cabed.dec.197.nu.13.p.1.Azeued.in l.10. tit.17.lib.4.recopil.nu.13.Boſſ.de patr.poteſt.cap.8.nu.17.*

55 Sed *Pereira dec.19.*diſtinguit, Vt in aduentitijs quæſitis filio ex patrimonio matris poſſit ſolus pater comparere,ſecus in alijs,vbi requiritur etiam filij maioris ſeptennio conſenſus, & deciſū refert .

56 Verior tamen eſt opinio *Olea de Ceſſ. iuris d.q.6.nu.41.& ſeqq.*diſtinguentis , vt ſi lis ſit ſuper vſufructu nullus conſenſus filij proprietarij minoris, aut maioris requiratur , vt notum eſt in omnibus vſufructuarijs *Virgil.de legit.cap.4.num.103.Giurb.d.cap.7.gl.3.num.62.*Si verò lis ſit ſuper proprietate ſi filius ſit impubes,& 14.annum non impleuit , & tunc pater ſolus poteſt in iudicio eſſe,cum ridiculum ſit requiri conſenſum habentis octo, aut nouem annos *Boſſ. de patr. poteſt. d.cap.8. à num.22.* & dicunt *Pinell. Oſuald. Gottofred.*

Digitized by Google

fred. & Valaſc. vbi ſupra.

57 Si vero filius 14.annos impleuit, & tunc eius
conſenſus erit neceſſarius,& ſic requiritur,quia
in dicta ætate poteſt deliberare an pater litis ge-
rendæ aptus ſit,& idoneus, vel non,& liti aſſiſte-
re,nè fortè ex negligentia, & omiſſione patris
damnum aliquod patiatur, ſi tamen filius præſens
ſit,ſecus ſi ſit abſens,nam tunc eius conſenſus, &
citatio non requiritur *d. §. vbi autem Caſtill. de
vſufr.cap.3.nu.19.Gratian.diſcept.366.nu.52. Pi-
ſtor qq.Iur.tom.4.qu.11.Fontanell.de pactis cl.4.gl.
7.nu.68.Reg.Marin.ad Reuert.dec.212. ſub nu.5.
Gama deciſ.77.Salgad.in labyr.credit.p.1.cap.17.
num.23.*

58 Per hoc ſi filiusfam.agere velit,ſiuè conuenia-
tur occaſione aduentitiorum, non poteſt abſque
patris conſenſu *tex.eſt in l.fi.§.1.* verſ.*neceſſitate
C.de bonis quæ liberis* vbi *Bar. Bal. & Salyc.& in
l.1.§.fin.*vbi *Bal.C.de annal. except.cap.fin.* & ibi
*Gemin.de Iudic.in 6.Corn.conſ.17.nu.6.vol.2.conſ.
218.nu.1. vol.1. Maranta de ordine Iudic. in 6.p.
principal.membr.9.nu.61.Guid.Pap.dec.54.& 410
Ludouic.dec. Peruſ.13. Cotta in memorial.* verb. *fi-
liusfam. non poteſt eſſe Cala de modo articul. gl.3.§.
1.nu.77.Franch.dec.494.Reg.Reuert.dec.212.*vbi
*Reg.Marinis nu.1.Ludouiſ.deciſ.43. nu.4. Andreol.
contr.307.nn.3.Caſtil.de vſufr.cap.3.num.13. Bar-
boſ.in l.2. §.quod ſi in patris num.91. ff.ſolut.matr.
Caballin.milleloq.146.p.2.Caroc.d. except.128. nu.
48.Virgil.de legit.perſon.cap.4.num.106. Olea de
ceſſ.Iurium tit.2.qu.6.nu.44.* Et ſi velit in iudicio
59 agere, poteſt ei replicari non eſſe perſonam le-
gitimam ad agendum *Aretin. conſ.72. Affl. deciſ.
180.Caſtill.de vſufruct.cap.3.nu.13. Bal.conſ.193.
vol.3.Vin.opin.303.*verb.*filiusfam.*

60 Et hoc procedit ſiue iudicium ſit ordinarium,
ſiuè ſummarium *Bal. in l. ne quicquam §. de plano
col.vlt.*verſ.*ſed nunquid ff.de offic. proconſul. Alex.
conſ.59.lib.2.Rol.à Valle conſ.46. lib.2.Guid.Pap.
dec.54.& 410.Franc.Marc.dec.69.Menoch.de re-
cuper.poſſeſſ.remed.15.nu.274. Ludouic. dec.Peruſ.
13.& 16.nu.2.Neuizan.conſ.18.num.3. Vin.opin.
303.Tiraquel.de legib.connubial.gl.8.nu.9.Franch.
dec.494.* vbi deciſum refert in iudicio alimento-
rum.

61 Et talis conſenſus paternus requiritur etiam
in iudicijs executiuis *Iaſ.Bal.& aly*, quos refert,
& ſequitur *Rongiorn. in l. cum oportet C. de bonis,
quæ liber.Franch.d.dec.494.num.3. Ludouic.deciſ.
Peruſ.13.nn.5.Arnon.ſoliloq.65. Vrſill.ad Affl.dec.
180.nu.5.Borgnin.d.num.312.Aſin.in praxi §.28.
cap.1.nu.3.Paſcal.de vir.patr.poteſt.p.1. cap.6. nu.
79.Marſil.in l.ſi quiſue ff.de quaſtion.Alex.conſ.58
Vin.opin.303.*verſ.*filiusfam.Virgil. de legit.perſon.
cap 4.nu.98.*

62 Quod totum procedit de *Iure* noſtro munici-
pali Neap.per *prag.1.ad Maced.*quo filiusfam.nõ
poteſt contrahere ex quacunque cauſa, niſi cum
expreſſo conſenſu patris, & illius præſentia, aut
ſit emancipatus,aut viuat ſeorſim à patre, & ſic
non poteſt eſſe in iudicio ſine illius expreſſo cõ-
ſenſu poſt *Carauit.in d.prag.§.11.num.14. Borrell.
in ſumma deciſ.tom.1.tit.de iudic. nu.45. Vin.opin.
303.num.29.*

63 Et ſi pater,in caſu,quo eius conſenſus requiri-
tur,ſit minor 25.annis de iure communi, poteſt
agere,& debet conueniri pro filio, & lis agitan-
da eſt cum Curatore patris ex *Bal. in l.1.num.9.
C.de bonis maternis Vbert.de cit.tom.3. cap.14. nu.
306.Olea d.q.6.nu.49.*

64 Sed quæſtio non leuis eſt ſi pater nollet con-
ſentire,quid agendum? dicimus poſſe filium im-
plorare officium Iudicis,& patrem cogere vt cõ-
ſentiat *Bar.in l.3.§.nunquid ff.de contr. tutel.actio.
Roder.Suar.in l.13. de las deudas num.34.Iaſ.in l.
ne quicquam §.vbi decretum nu.77. & 78.ff de off.
proconſul.Vant. de nullit. tit. qualiter Sententia, &
proceſſ.defendi poſſ.num.87. Ludouic.dec.Peruſ.13.
nu.20.& dec.16.num.3.*vbi dicit quod aliàs con-
ſenſus ſuppletur per Iudicem interloquendo, fi-
lium poſſe eſſe in iudicio ſine conſenſu patris,
& tunc iudicium valet *Caroc.d. except.128. num.
36.Azened.in l.10.nu.23.tit.17.lib.4.nouæ recopil.
Gonza.d.reg.8.Cancell.gl.17. nu.37.* nam ille co-
gitur conſentire, etiam ſi haberet iuſtam cauſam
contradicendi *gl.in l.ſi cum dotem §.1.gl.4.ff.ſolut.
matr.*vbi *Caſtr.& Ang. Alex. in l.non ſolum ff.ſolut.
m. tr.Iaſ.in l.quod locum nu.8. ff. de collat.* Et ſi fi-
65 lius fuerit conuentus,ſufficit,vt fiat ſæpius inſtã-
tiam pro illo habendo *Rot.Rom. deciſ.43. num.8.*
66 penes *Ludouiſ.* Sed cautela eſt,vt detur Curator
bonis Specul.de actor.nu.30.

67 Regula per nos poſita quod filius non auditur
ſiuè agat ſiuè conueniatur ſinè conſenſu patris
habet plures ampliationes, & plures limitatio-
68 nes.Amplia primo. Vt nec iurare poſſit filius ſi-
ne conſenſu patris *Bal. in l.fin. §.filys C.de bonis
quæ liber. Marſil.ſing.40.* Nec depoſitum facere
69 ſine patris conſenſu *Ludouic.dec. Peruſ.16. nu.6.*

70 2. Etiam ſi pater non eſſet in loco, vbi filius
agit dummodo ſit in territorio, nam eo caſu de-
bet expectari eius conſenſus *Villalob.*verſ.*filius n.
130.Bal.conſ.488.lib.1.& conſ.394. lib.5.Tiraqn.
de leg.connub.gl.8.nu.6.9.Caroc. de except. except.
128.num.5.*

71 Si tamen eſſet extrà territorium, & diutius eſ-
ſet abfuturus vel naſciretur vbi eſſet tunc eſſet
ſecus *Bal.& Tiraquel.vbi ſup.Aſcan. Clement. de
patr.poteſt.eff.4.nu.23.Barboſ.in l.ſi longius §.ſi fi-
liusfam.nu.41.ff.de Iudic.R.Marin. ad Reuert.dec.
212.nn.4.Vin.opin.303.verb.filiusfam.num.6.Ca-
pell.Thol.dec.42.Azened.in l.10.nn.13. & ſeqq.tit.
17.lib.4.Valaſc.alleg.20. num.7. Molin. de iuſtit.
tract.2.diſp.228.Borrell.in ſumma deciſ. tom.1. tit.
de iudic.nu.38.& ſeqq.*

72 Tamen debet dari Curator bonis *Specul. de
Actor.nu.30.*verſ.*quid ſi nullo modo.*

73 Sed ſi minor reperiatur egiſſe ſine conſenſu
patris, & dubium ſit, an pater tempore iudicij
fuerit abſens nec ne,dicente eo, qui cum minore
contraxit,aut egit,eum abſentem fuiſſe,vt proin-
de valeat iudicium contrarium dicente parte, an
in dubio præſumatur abſentia, vel præſẽtia ipſius
*Spec.tit.de actore §.1.*verſ.*ſed quid ſi iſte* tenet in
dubio patrem fuiſſe abſentem,vt iudicium valeat
*Alber.in vl.par.ſtatuter.qu.84. per tex.in l.optimam
C.de contrah.ſtipul. Alex. conſ.80. col.vlt. lib.1.&
conſ.92.lib.5.Felin.in cap.quoniam in princ.col.vl.
vt lite pendent.Borrell.in d.tit.de iudic.nu.40.*

74 Sed quod quis in dubio præſumatur eſſe præ-

ſens in loco,vbi habitat,vel habet domicilium niſi probetur abſentia *Bar.in l.si pater ſſ.de acquir. hæred.cap.cum in tua qui mat.accuſ.poſſ.* & ibi *Imo & Alex.d.com.conſ.50.col.vl.lib.2. & conſ.151.vol. 4.ſed Bal.in l.vl. §.neceſſitate in fin. C.de bonis quæ liber.*dicit, quod ibi debet fieri ratio,aliàs imputet ſibi actor, cui ſemper incumbit onus probandi, quod eſt verum ſi non conſtet de domicilio,aut habitatione eius, qui debuit conſenſum adhibere,bene *Tiraqu.de legib. connubial. gl.8.nu. 29.& ſeqq.*

75 Amplia 3. vt ſecundum aliquos non ſufficiat ratificatio patris, cum Iudicium peccaret in ſubſtantia *l.3.§.ſed verum* vbi *Bar.ſſ.de minor.Bergnin de tutor.nu.312.Rot.l.conſ 13.Capell.Tholoſ. deciſ. 136.Aretin.conſ.138.Bal.conſ.84 lib.1. in antiquis Specul.de actor.§.1. an.37.Caroc.d.except.128.nu. 6.Idem Aret.in §.ius autem col.1.Inſtit. de patr.poteſt.gloſ.in d.§.neceſſitate* late *Petruſ. Barboſ. in l.3. nu.8.& 9.ſſ.ſolut.matr.Caſtill.de vſufr.cap.3.n.16.*

76 Nam authoritas, & conſenſus requiſitus pro ſollemnitate actus, debet in ipſo actu præſtari. Vel incontinenti poſt *l.obligari §.fin.ſſ.de auth. tutor.§.tutor.Inſtit.eodem tit.*vbi *Bal.Bar.Ang.Aldobrandin.Far.& alij in l.ſi quis mihi bona ſſ.de acquir.hæred.*poſt alios *Caroc.d. except.128. num.7. Bergnin.nu.313.& 314.Ludouic.dec.Peruſ.13.nu. 5.Tiraq. ad leg.Connubial.gl.6.num.1.2.3.& ſeqq.* vbi *nu.28.*dicit conſenſum paternum in caſu noſtro requiri pro ſollemnitate, & ad integrandam perſonam filij quamuis contra verius *infra.*

77 Amplia 4.Vt non ſufficiat ſimplex,& ſola præſentia patris iudicio, qui non contradiceret *gl.in l.ſi cum dotem §.1.in princ.ſſ.ſolut. matrim. Bar.in l.non ſolum in princ.col.2.* verſ. *ſed contra ſſ.eodem Maſcard.de probat.verb.præſentia nu.33. Flor. de in litem iuram.§.8.nu.22.Cranut.theor.25.nu.10. Virgil.de legit.perſon.cap.4.n.121.Caroc. d.except. 128.nu.11.Barboſ.in l.2.§.ſi.a. nu.27.& 28.ſſ.ſolut.matr.Cald.de reſolut.impl.c.11.nu.2.*

Ea ratione,quia in his, in quibus vltrà ſcientiam factum requiritur, non ſufficit quod quis ſciat,niſi certioretur *Couar.var.cap.17. num.3. Azeued.lib.4.tit.17. de las ſentencias l.10. nu.17.* Alia verior ratione, quia cum conſenſus patris deſeruiat ad integrandam perſonam filij, & ſit de ſollemnitate per *tex.d.l.vl. §.neceſſitate C.de bonis quæ liber.Bal.conſ.492.lib.3.*debet expreſſe interponi,nec ſatis eſſet, quod pater eſſet præſens,& non contra diceret bene *Tiraqu.de legib.connubial. gl.7.nu.5.& 10.*

78 Quod intelligitur in munere priuato non ſic in munere publico, quia tunc ſufficeret ſola patris ſcientia,quæ haberetur pro conſenſu expreſſo,ſecundum *Bart.in l.1.num.4. C.de decurion.lib. 10.*& ibi *Amaya,& alij Donad. de renunciat. c.21. nu.82.lib.1.Paſcal.de virib.patr.poteſt.p.1. cap.16. nu.81.Pellicion.qq.iuris q.23.c.5.*

79 Eſt bene verum, quod talis conſenſus poteſt nutu,& ſignis adhiberi ſi pater ſit mutus, nam conſenſus requiſitus pro ſolemnitate poteſt tacite adhiberi per mutum *Franc.Aret.in l.ſi quis mihi bona §.iuſſum col.pen.ſſ. de acquir. hæred.* allegans *tex.in l.ſi pater naturalis ſſ. de adopt.* vbi etiam *Ang.*ea ratione quia tunc lex fingit verba *§.vl.ſſ. de fideiuſſ.tutor.*benè *Tiraq. de legib. connubial.gl. 7.nu.16.& ſeqq.*

80 Amplia 5. Etiam ſi pater iurauerit non conſentire, nam remittitur iuramentum, & cogitur conſentire *Spec.de actor.nu.30.verſ.ſed ſi quid.*

81 6.Vt nec teneat præceptum ei factum ſine patris conſenſu, ſi præceptum reſpiciat totam cauſam *Spec.ibidem nu.6.*

82 7.Vt legibus de hoc diſponentibus renunciari non poſſit, nec valeat promiſſio pœnæ *Specul. vbi ſup.num.42.Caroc.except.128.num.11. in fin.*

83 8.Vt requiratur conſenſus Aui, dum filius naturalis petit alimenta à ſuo patre naturali, ſi pater ille ſit in poteſtate ſui patris,vt fundat,& deciſum refert *Franch. dec.494.* qui dicit quod vbi requiritur conſenſus alicuius,non ſufficit,ſi ille ſit in poteſtate alterius,ideo requiritur conſenſus vtriuſque *Ludouic.dec.Peruſ.13.nu.13.& 14.Reg. Marin.ad Renert.dec.212.nu.1.*

Limita Primo ſi filius interueniat procuratorio nomine, & ſic alieno nomine *cap. qui generaliter §.1.de procurat. in 6.* vbi *Barboſ. nu.4. l.filiofam.§.ipſe ſſ.de proc.Golin.de proc.p.1.cap.4. n.14.* vbi extendit etiam ſi pater prohibeat *Reg. Marin.ad Renert.dec.212.nu.4.Maranta in ſpecul. diſtinct.26.nu.19.Soccin. regul.151.fall.12. Villalob.commun.opin.*verb.*filiusfam.nu.132. Viu.opin. 122. Dec.in cap. decernimus de iudic. Virgil.de legit.perſonæ cap.4.nu.116.Caroc. d.except.128. nu. 12.Franch.dec.494.nu.10.*dicemus *infra.*

2.In præparatorijs Iudicij,vt puta in impetratione reſcripti, & alijs præambulis ad Cauſam præcedentibus litis conteſtationem *Naſter. Vant. de nullitat.ex defect.mandat. nu.45. Anna alleg.73. lib.2.nu.25.*

84 3.Vt ſufficiat conſenſus patris in quacunque parte Iudicij, etiam poſt concluſum in Cauſa, ſiue patri quæratur vſusfructus, ſiue non *Affl.dec. 180.* vbi deciſum refert per S.C. cum voto Magnæ Curiæ vbi *Vrſill.*poſt alios *Reg. Renert.deciſ. 212.*vbi etiam deciſum refert *Canall.q.327. Anchar.conſ.336.col.fin.Ric.deciſ.6.in fine Perez.l.1. tit.4.l.3.ordin.pag.532.Azeued.l.10. tit.17. lib.4. recop.num.15.& ſeqq.Borrell.in ſumma deciſ.tom.1. tit.de iudic.nu.34.* Ratio eſt quia quoties aliquid eſt nullum ratione conſenſus deficientis,conualidatur quandocunq; interueniat ille conſenſus *Bart.in l.7.§.hoc iure ſſ.de except.rei iudic. & in l.licet ſſ.de ſeruis Anchar.d.conſ.336.n.5.* Niſi ratificatio ſit in præiudicium tertij, & fuiſſet illi ius quæſitum *Borrell.*poſt alios *d.tit.de iudic.n.35.* quod multo magis procedit vbi conſenſus non requiritur certo,& limitato tempore *Bal.conſ.22. lib.2.Ricc.deciſ.6 num.3. lib.1.*expendens pariter *tex.in l.quod ergo ſſ.de his qui not.infam.* Prout de actis factis per procuratorem mandato carentem, nam per ſuperuenientiam mandati, acta illa nulla conualidantur, vt per DD. omnes per illum *tex.in l.licet C.de Iudic.Ricc.d.dec.6.circa fin.R. Renert.dec.212.*vbi *R.Marin.& deciſ.200.* & nos dicemus *infra Olea de Ceſſ. Iurium tit.2. quæſt.6. num.50.*

85 Et procedit etiam ſi iſte conſenſus ſuperueniat poſt ſententiam,propter eandem rationem,vt deciſum refert *Reg.Renert.d.dec.212.* & contrà *Addantes*

dantes

dentes ad Affl.dec.180. defendit ibi Reg. Marinis Ratio principalis opinionis eſt quia talis conſenſus non requiritur pro ſollemnitate actus, & pro integranda perſona filij, ſed pro patris commodo, vel in commodo, quod patet quia hic proximè dicemus non requiri patris conſenſum in bonis, in quibus illi non quæritur vſufructus, & vbi requiritur pro intereſſe patris conſenſus illius poteſt præſtari poſt actum Tiraq. ad leg. connubial.gl.6.nu.5.& ſeqq.Caroc.except.128. num.9. & 10.vbi dicit intelligi pro reintegratione ſi requiratur conſenſus illius, qui non habet intereſſe in illo actu.

86 3.Vbi ageretur extra ordinariè, & non in figura iudicij, nam hoc caſu rectè agit ſine patris conſenſu gl.in l.2. verb. ignorante ſecundum vlt. reſponſionem C.qui admitti, quam ibi Bar.& Ang. dicunt ſingularem Marſil.in pract. §.opportune nu. 73.Idem Iaſ in l.nè quidquam in princ.nu.77.ff.de offic.proconſul.& in l.cum filiusfam. nu.7. ff.ſi certū petat.vbi dicit, tunc agi extraordinariè, & non in figura iudicij, vbi non apparet contradictor, ſecus ſi appareret Trigon.ſing.64. Rot.in nouiſ.deciſ.6.de iudic.Licet etiam in hoc caſu requiri cōſenſum patris dicant Bal. in l. ne quicquam §. de plano nu.2.ff.de offic.proconſul.Alex.conſ.59.vol.2. poſt alios Calà de modo articul. & prob.gloſ.3.§.1. vbi in fine reliquit cogitandum. Sed in noſtro regno vbi proceditur ſine figura Iudicij per cap. deteſtantes, hæc opinio eſt recepta ex deciſis per Affl.dec.180.Franch.dec.494.Vin.opin.303.n.4.

87 4.In executione rei iudicatæ vigore iudicij facti cum conſenſu patris gl. in l.3. §.ſed vtrum verb.inuito patre ff.de minor. Caroc. d.except.128. nu.16.Vin.opin.303.nu.3.

88 In conſtitutione procuratoris ad ſe defendendum l.ſeruum quoque ff.de procur. Guid. Pap ſing. 450.in fine Caroc.d.except.nu.32.

89 5.In Cauſis Spiritualibus, & beneficialibus, quia eſt integer homo gl.in cap.1.de iure iur. in l. ait prætor in princ.ff.de milit. teſtam. cap.fin. & ibi Gemin.de iudic.in 6.Caroc.dec.94.nu.10.Purpurat conſ.102.Neuiz. conſ.18. Caſſan. in conſuet. burg. rub.6.pag.222.Ferron.in conſuet. Burdegal. de iure perſonar.§.3.Socin.reg.145. 2.fallent. Rota deciſ. 571.nu.1.p.4.recent.Poſt.de manut. obſ.67. Paz.in pract.nu.1.p.1.temp.2.num.20. Menoch.remed.15. recuper.nu.319.Perez.l.1.verſ.prouenit etiam tit.3. lib.2.ordin.fol.65. D.Barboſ.in l.2. §.quod ſi in patris nu.19.ff.ſolut.matr.Ang.Barboſ.in cap.fin. de iudic.in 6.nu.10. Et in beneficialibus filius poteſt agere contra patrem Bellacomb.com.opin.lib.2.tit. 9.nu.3.Lara de liber.agnoſc. in l.ſi quis à liberis in princ.nu.16.Boſſ.de patr.poteſt.cap.6.nu.20.& cap. 7.nu.20.in fine Olea tit.2.qu.6.nu.49.

In Cauſis manotenendæ poſſeſſionis poſt Clem. in tract.de patr.poteſt.effect.4.nu.14. verſ. limita 3. Poſt.d.obſ.67.nu.2.

90 Quod in Clericis, in beneficialibus declaratur, vt ſi Clericus filiusfam. excedat annum 14. auditur ſinè patris conſenſu, ſi non excedit datur Curator ab epiſcopo c.ſi annum de iudic.lib.6.vbi Barboſ.Aret.§.filiusfam.n.3. Inſtit.quibus modis ius patr.poteſt.ſoluit.Caroc.d.except.128. nu.19. Craſſ. de effect.clericat.eff.60.nu.2. Virgil.de legit.perſon. cap.4.nu.117.Gaſtill.de alim.cap.23.nu.6.

91 6.In criminalibus ſiuè publicis, ſiue priuatis, ſiuè accuſando, ſiuè ſe defendendo Iul.Clar.qu.14. verſ.ſed quid in filio vbi Addentes Farinac. qu.22. nu.10.Bart.in l.inter.liberos §.1.ff.de adulter.Caranit.ſuper rit.201.nu.5.Aretin.conſ.138.Villalob.commun.opin.133.Camill.Borrell.dec.66.nu.11.Virgil. de legit.perſon.cap.4.nu.208. Decian.in tract.crim. tom.1.lib.3.cap.9.vbi afferens DD.quod non poſſit accuſare ſine conſenſu patris, & DD. quod poſſit, tandem ſubſtinet poſſe agere criminaliter publico iudicio ſine conſenſu patris, ea ratione quia cum interſit Reip.ne delicta remaneant impunita filiusfam. accuſando publico iudicio non tam cauſam ſuam quam publicam agere dicetur l.in popularibus ff.de procur.aliam ponit rationem, quia in criminalibus nullus patri quæritur vſufructus, & ſic poteſt filiusfam. ſolus comparere Vrſill.ad Affl.dec.180.nu.6.

92 Niſi filiusfam.eſſet minor, quia tunc etiam ſi haberet patrem, non poſſet in iudicio criminali comparere ſine Curatore Azeued. lib.4. tit.17. l. 10. nu.10. vbi teſtatur de communi Virgil.de legit.perſon.cap.3.& cap.4. nu.108. in fine diximus qu.3.addimus Borell.in ſumma dec.lib.1. tit.de iudic.nu.36.& 37.

93 7.In cauſis in quibus pater nullum ius habet, pro vt in Caſtrenſibus, vel quaſi vt diximus in princ.vel beneficialibus, quæ Caſtrenſibus æquiparātur l.Sacroſancta C.de Epiſc.& cleric.Clar.§.teſtamentum qu.18.Cucch. de legit. verb. ſubſtantia nu.36.diximus lim.5.

94 Vel in caſibus, in quibus pater non habet vſumfructum, de quibus in l.1.C.de bonis maternis & in l. cum oportet in princ. C. de bonis quæ liber. Quo caſu licet aliqui teneant etiam requiri conſenſum Bal.conſ.482.lib.3.Franch.in cap.ſi annum §.fin.nu.4.de iudic.in 6.alijque apud Menoch.de recuper.remed.15.nu.305.gl.in d. l.fin. §.neceſſitate verb.imponenda.

Tamen contraria opinio eſt verior, de qua Guid.Pap.qu.54.Clement.de patr.poteſt. effect.4. nu. 13.Vrſill.ad Affl.dec.180.Rot. Peruſ.13.Reg.Marin.ad Reg.Reuert.dec.212.num.1. Caroc. d.except. 228.nu. Virgil.de legit.perſon. cap.4. nu.117. in fine Barboſ.in l.2.§.quod ſi in patris nu.19.& in cap.3.nu.4.& ſeqq.ff.ſolut.matrim.Caſtill. de vſufr. cap.3.nu.14.Franch.dec.4.nu.17.& 18.nu.6.Maſtrill.dec.82.num.1. Amat.dec.March.70. num.21. Schrad.de feud.p.21.ſect.17.ſub num.39.Capic.dec. 73. nu.10. vbi ſubdit, quod eo caſu patris authoritas non ſupplet curatoria defectum Surd. de alim.tit.8.q.6.nu.7. Vrceol.d. qu.17. num.50.Cap. Tholoſ.dec.175.

95 Dummodo filiusfam.ſit maior Anna alleg. 73. Medic.conſ.99.nu.51.Caſtill.de vſufr.cap.3.nu.14. Paſcal.de patr.poteſt.p.1.cap.2.nu.84. & ſeqq. Reg. Rouit.dec.3.nu.13.& ſeqq.vbi noſtra obſernat.Reg. Latr.dec.46.nu.7.Virgil.c.4.nu.102.

96 Et ad contrarios DD.reſponderi poteſt, Vt illi procedant in aduentitijs in quibus à principio pater potuit habere vſufructum, ſed illo fuit priuatus, vel ex ſua voluntate, vel aliqua legis diſpoſitione, nam eius conſenſus requiritur in ſignum repudiationis benè gloſſator Otto relatus

vel

per gl. in d. verſ. neceſſitate vbi Bar. nu. 2. & 11. Barboſ. in d. § quod ſi in patris num. 10. & 19. & in l. 3. nu. 7. & 8. ff. ſolut. matr. Caſtill. d. cap. 3. nu. 15. Scip. Gentil. de bonis matern. cap. 26. quam opinionem in puncto iuris dicit veriorem Olea tit. 2. qu. 6. num. 46. in fin. Tholoſ. d. 306. licet contrariam, vt ſemper requiratur conſenſus, poſt Ant. Fabr. Oſuald. Lopez. & alios ex generaliter tex. l. fin. C. de bonis quæ liber. dicat in praxi ſeruandam, ſequitur Fagna. ad Couar. lib. 1. var. cap. 8. nu. 46.

Sed ſi filius ſit minor datur ei Curator gloſ. in auth. excipitur C. de bonis quæ liber. Iaſ. in l. non ſolū nu. 15. ff. ſolut. matr. Parij. conſ. 157. num. 15. & 16. lib. 4. Alex. Raudenſ. conſ. 22. nu. 335. & ſeqq. vol. 1. Noſter Vant. hic nu. 36. & 42. Cald. in l. ſi Curatorem habens nu. 34. C. de reſtit. in integr. Specul. tit. de actore §. 1. nu. 27. Maſtrill. dec. 82. num. 9. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 8. nu. 4. Caſtill. eod. tract. cap. 25. qui explicat quid in alimentis, & dicit contra Surd. Doring. & alios, nequaquam.

97 Quod intellige ſi nolit pater adminiſtrare, cū certum ſit, poſſe, nam ſi vult ipſe conueniendus eſt, quidquid dicant aliqui ex ſup. citatis firmant ex tex. in l. fin. §. ſin autem C. de bonis, quæ liber. Corn. in auth. excipitur C. de bonis quæ liber. & ita eſſe intelligenda ea quæ dixit Cagnol. in l. frater à fratre nu. 161. ff. de condict. indebit. vt animaduertit Milanenſ. dec. 3. nu. 97. 2. p. Burſat. conſ. 135. nu. 31. & ſeqq. vol. 2. Paſcal. de vir. patr. poteſt. p. 1. cap. 2. nu. 89. Virgil. de legit. perſon. cap. 4. num. 102. verſ. quid dicendum? Franch. dec. 10. nu. 8. Medic. conſ. 99. nu. 53. Reg. Galeot. contr. 41. a nu. 4. lib. 2. quæ adminiſtratio durat etiam poſt maiorem ætatem filij Rnin. conſ. 24. num. 8. lib. 5. Reg. Galeot. vbi ſup. Reg. Ponte conſ. 19. nu. 29.

98 Ex quo in feudalibus non habet vſumfructum formalem, non eſt legitimus adminiſtrator pater Andr. in cap. 1. nu. 13. & ibi Affl. num. 64. de his qui feud. dar. poſſ. Bal. & Mart. Laudenſ. in cap. 1. §. 1. de fratr. de nou. benef. inueſt. vbi idem Affl. nu. 16. Rol. à Valle conſ. 71. nu. 63. cum ſeqq. vol. 2. Gabriel. conſ. 162. nu. 44. & 45. lib. 2. Schrad. de feud. p. 11. ſect. 17. nu. 41. Ant. de Amat. d. dec. 70. num. 22. Reg. Conſtant. in l. 2. C. de filijs official. nu. 57. lib. 12.

99 Neq; eſſet, vbi vſuſfructus eſſet prohibitus acquiri patri in bonis filijs relictis ab extraneo, vel à matre, vt dicit Affl. in conſtit. minoribus ſub nu. 11. Franch. d. dec. 10. nu. 8. Reg. Ponte conſ. 19. nu. 30. Loffred. conſ. 10. Surd. conſ. 116. nu. 73. & 74. lib. 1. Cald. in repet. l. ſi Curatorem habens num. 147. verſ. leſis Ferrer. in conſtit. impuber. gl. 4. nu. 239. Giurb. Cutell. & alij, quos refert, & ſequitur D. Staib. in obſ. ad reſol. 11. nu. 60. & licet ſecus ſit in caſu, quo per legem vſuſfructus patri non quæratur, tamen ratio eſt quia mitius agitur cum lege, quam cum homine l. cel ſus ff. de arbitr. [illegible]

100 Maximè ſi prohibitio vſuſfructus facta fuiſſet ob maiorem vtilitatem, & commoditatem filij, & odium, & ſuſpicionem patris, vt dicit gl. in auth. excipitur C. de bonis, quæ liber. vbi habetur, quod quando patri prohibetur acquiri vſuſfructus in fauorem filij, tunc pater indiſtinctè perdit adminiſtrationem, ſiue filius ſit maior ſiuè minor, ſiuè pater velit adminiſtrare, ſiue non, quem ſequuntur ibi Ang. Fulgoſ. & Caſtr. Ruin. conſ. 24. vol. 4. vbi reprobat diſtinctionem Corn. in l. fin. §. ſit autem C. de bonis quæ liber. ſub num. 3. Cagnol. in l. frater à fratre ff. de condict. indebit. nu. 163. Reg. Galeot. contr. 41. nu. 8. lib. 2. vbi nu. 9. & 10. hoc non procedere dicit vbi nulla legis, vel teſtatoris ſuſpicio de patre diffidentium concurrit, ſed ſolum fauor filij ſit conſideratus ad acquiſitionem proprietatis, & vſuſfructus, nam hoc caſu pater habet cōmoditatem ex Corn. vbi ſup. quem ſequuntur Cagnol. Beron. & alij Burſat. conſ. 133. nu. 39. & ſeqq. lib. 1. Caſtill. de vſufr. cap. 3. ex num. 59. & 63. vbi licet referat Cald. in contrarium tamen illum ſoluit D. Luca ad Franch. d. deciſ. 10. & 161. in fine Olea de ceſſione iurium tit. 2. qu. 6. nu. 47. & 48. Virgil. de legit. perſon. cap. 4. nu. 111.

101 Aliqua tamen eſt difficultas ſi pater in bonis feudalibus filij, in quibus non habet vſumfructū, & in alijs, ſi habeat commoditatem fructuum, & ratione talis commoditatis, etiam adminiſtrationem? nam quod habeat commoditatem fructuum dicunt Ang. Aret. in §. 1. Inſtit. per quas perſon. nob. acquir. quem ſequitur Aluar. in cap. ſi duo nu. 8. de duob. fratr. Boer. dec. 199. p. 1. Franch. d. dec. 10. nu. 9. Ponte d. conſ. 19. num. 27. Loffred. conſ. 10. poſt alios Anna conſ. 51. nu. 8. lib. 1.

102 Quod non habeat dicunt Molin. de primogen. lib. 1. cap. 19. num. 33. Roder. Suarez in q. Maiorat. nu. 15. & 16. Gregor. Lopez in l. 15. tit. 17. p. 4. verſ. & vſufructum Rim. iun. in §. 1. nu. 196. vſq; ad 200. aliàs num. 131. vſq; ad 135. Inſtit. de donat. Idem Franch. dec. 161. in fin. vbi dicit dubitare de opinione Ang. licet illius opinionem Collat. Conſil. habuerit pro vera d. dec. 10. Io: Andr. de Georg. in repet. feudal. cap. 40. num. 20. & ſeqq. Paſcal. de vir. patr. poteſt. cap. 3. nu. 9. & hæc opinio mihi verior, & communior videtur ea ratione, quia eadem ratione qua pater priuatur vſufructu in bonis feudalibus, nè lędatur dominus in ſuis Iuribus dominicalibus de quo Reg. Conſtant. in d. l. 2. C. de filijs official. nu. 57. Eadem ratione, debet denegari fructuum commoditas, & quælibet adminiſtratio Georg. d. cap. 40. nu. 46. in fine. Eo magis quod filius ſub illo feudo habet multa onera vitæ militiæ, paragij, adhoę, & aliorum, vt conſiderat Bilotta concluſ. feud. 2. in fine.

103 Et quod non ſolum in feudis filij, ſed in omnibus alijs bonis, in quibus ſit prohibitus acquiri patri vſuſfructus, pater ipſe non habeat commoditatem dicunt Paſchal. de vir. patria poteſt. d. cap. num. 9. Pacific. de Salutan. inſpect. 3. cap. 2. nu. 755. in fine Maſtrill. d. dec. 88. num. 6. Vin. Carot. diſcept. 6. nu. 46. Altograd. conſ. 50. nu. 247. lib. 1. Videndi tamen Giurba ſuper conſuet. Meſſ. cap. 7. gl. 3. à nu. 25. Trentacinq. var. tit. de peculio lib. 1. reſ. 5. à num. 14. Piſtor. qq. Iuris tom. 4. qu. 11. nu. 1. Sed prohibita patri adminiſtratione, an ſit prohibitus vſuſfructus, controuerſa res eſt, in fauorem patris eſt Fontanell. de pactis clauſ. 4. gl. 7. p. 3. nu. 24. contra eſt Maſtrill. deciſ. 59. Giurba ſuper conſuet. Meſſan. cap. 7. gl. 3. à num. 30. diſtinguit, vt ſi patri prohibeatur adminiſtratio quia prodigus erat, tunc nec vſufructum habet, ſecus ſi nulla cauſa expreſſa ſit prohibitus vſuſfructus ſequitur Olea d. qu. 6. nu. 47. Piſtor. d. qu. 11. à num. 7. vbi probat, prohibito patri vſufructu, non videri prohibitam adminiſtra-

ſtra-

Digitized by Google

ſtrationem *Giurba d.gloſ. 3.à num.35.*

104 Verum quia in illis bonis, in quibus patri oõ quæritur vſusfructus non tenetur illius adhibere conſenſum, Ideo filiusfam. conſtituens procuratorem in omnibus bonis ſuis generaliter, habens tantum bona materna,& ſic aduentitia,in quibus pater habebat vſumfructum, & ſic adminiſtrationem,ille procurator licet viuẽte patre nihil exercere poterat,poterit mortuo patre, nã poſt mortem illius liberam habet adminiſtrationem bonorum aduentitiorum, & conſequenter dictus eius procurator,latè comprobat *Souſa dec.37.*

105 Eadem ratione quia patri non quæritur vſusfructus,poteſt filiusfam. à tertio alimenta petendo ſtare in iudicio ſine patris conſenſu *Surd. de alim.tit.8.priuil.6.nu.12.in fin.*

106 8.Limita in filia,quæ poteſt agere ad dotem viro aſſignatam ſibi reſtituendam per mortem viri,in iudicio ſine conſenſu patris *Iaſ.in Auth.quod locum C.de collat.* & ibi *gl.*verb.*conſentiat.*iura sũt clara *in l.2.§.quod ſi patris* vbi *gl.*in verb. *profecta eſt* ibi: *in aduentitia ſola filia agit,* & *in l.poſt dotem in fine* ibi; *viua autem filia ſi agere vult exceptione ſubmouendus eſt ff.ſolut.matrim.Bar. in l.2.§.quod ſi in patris nu.3.& d.l.poſt dotem num.25.ff.ſolut.matrim.Viu.opin.303.nu.23. Petr.Barboſ. in d.§.quod ſi in patris intra num.18.* Vbi dicit quod quando ſoluto matrimonio dos aduentitia reuertitur ad filiamfam. pater in ea non habet vſumfructum. Ideo ſubdit *nu.19.* quod filia ſine conſenſu patris poteſt agere pro recuperanda dote aduentitia, & ponit receptam concluſionem, quod in his,in quibus patris vſusfructus nunquam queri poterit, poteſt conſtitutus in patris poteſtate agere, & de ea re,ad libitum diſponere ſine patris conſenſu *Alciat.conſ.35.nu.7.lib.5. Iac.Campeg. de dote p.3. qu.97.Reg.Marin.ad Reuert.dec.212.nu.5.in fine Paſcal.de vir.patr.poteſt.p.1.cap.3.nu.39.& ſeqq. Virgil.de legit.perſon.cap.4.num.135.Polid.Rip.obſeruat.104.Lorrell.dec.66.num.20. Caran.ad Affl. dec.180. Palat. Rub.in repet.cap.per veſtras de donat.inter matab.3.num.20.& 21. Mantica de tacit. lib.12.tit.9.nu.13.Barboſ.Auguſt.in cap.fin. nu.11. de iudic.nu.6.* Etiam ſi ſit minor *Bocr.dec.130.nu.7.*

107 Sic etiam filiusfam. poteſt agere ad donationẽ propter nuptias *Bal.in l.fin.in princ. C.de iure dotium Rauenna ſing.157.*

108 9.In Cauſa appellationis *Socc. regul. filiusfam. 5.fallen.Caroc.d.except.128.nu.33.Viu.opin.303. nu.13.* Quod intellige ſi fuerit præſtitus in cauſa principali, nam ille ſufficit etiam in cauſa appellationis, cum vnicus conſenſus patris requiratur *Lamberteng.de contract.mulier.gl.7.num.56.idem Caroc.nu.57.*

109 10.Vbi filius fam. conuenitur ex obligatione per eum facta cum conſenſu patris, & ſententia contra eum lata tenet,licet pater non interueniat in iudicio *Alex.conſ.11.vol.5. Bal.poſt gl.in l.tertia ff.de minor.Caroc.d.except.128.nu.34.*

110 11.Si filius fam. in Iudicio confiteatur, nam pro confeſſis in iudicio ſine patris conſenſu ſit præceptum in confeſſum, vt ſoluat,& valet,nec poteſt dici de nullitate *Bal.in cap.1. col.2. de litis conteſt. Socc.reg. filiusfam.in fine Caroc. d. except. 128.nu.35.* Vbi *num.36.* limitat etiam regulam,ſi Iudex interloquatur, filium poſſe comparere ſine conſenſu patris, nam hoc decretum ſupplet conſenſum patris, & validat iudicium poſt *Io:Andr. ad ſpeculat.tit.de actor.*verſ.*quid ſi pater noluit conſentire.* Et *nu.37.*limitat etiam vbi filius eum iuramento promiſiſſet non contrauenire, nam tunc iudicium à tali iuramento validatur, nec filios de nullitate dicere poſſet poſt *Bar. in l. minor 25.ff. de minor.Cappell. Tholoſ. dec.45.& 49.Clement.de patr.poteſt.eff.4.cap.6.nu.41.* vbi ipſe *Caroc.* id intelligit ſecundum diſpoſitionem *auth. ſacramenta puberum C.ſi aduerſ.vendit.*

111 12.Vt ſufficiat conſenſus quem præſtat pater, dum conſentit filio conſtituenti procuratorem ad illam cauſam *Bal.in l.fin. §.ſin autem in fine C. de bonis, quæ liber.* Vel ſi conſentiat dationi Curatoris in perſonam filij minoris *Ludouiſ. dec. 43.nu.7.* ſufficit etiam conſenſus habitus ex quo pater ducat aduocatum,vel inſtruat *arg. l.2.§.voluntate ff.ſolut.matr.l.vbi non voce ff.de reg.Iuris l.ſi pater naturalis ff.de adoption.l.mutus ff.de procur. l.ſeruo inuito §.ſi pupillo ff. ad Trebell.* Vel ſi pater ſatisdet de iudicio ſiſti, vel fideiubeat pro filio, quia agens cenſetur conſentire filio agenti, & ſufficit, vt voluit *Spec. tit.de actore §.1.* verſ.*ſed quid per l.exceptione C.de euiction.* vel cum præſentia interueniat actus poſitiuus *Tiraquel. de legib. connubial.gl.7.nu.29.* qui *nu.31.* ſecus eſſe dicit, ſi requiratur per ſtatutum expreſſus conſenſus patris,vt in terminis *noſtra prag.1.ad Maced.*

112 12.In Caſu reconuentionis *gloſ. in l.ſed & hae ff.de procurat.Socc.reg. filiusfam.limit.8. Specul.de actore,nu.41.Caroc.d.except.128.nu.42.* Quod intellige ſi fuerit præſtitus in cauſa principali,nam non requiritur in cauſa reconuentionis *Lamberteng.de contr.mulier.gl.7.nu.56.Caroc.nu.57.*

113 13.Vbi filiusfam.minor litigat cum patre,nam non requiritur illius conſenſus, ſed debet dari Curator ad iſtam litem *Spec.tit.de actore num.35. per tex.inſtit.de auth.tutor.in fine l.3.§.ſi pupill.in fin.ff.de tutel.§.cap. edoceri de reſcript. Bocc. conſ. 97.nu.20.Caroc.d.except.128.nu.51.& 52.*

114 14.In Conciſtorio Principis *Bocc.conſ.97.*vbi *in fine conſilij* ſubdit, quod in Curia Parlamenti Delfinatus cum ſit Principis Conciſtorium de hac ſollemnitate paterni conſenſus in iudicijs filiorumfam.non curatur. Quod verum mihi non videtur, nam talis conſenſus non eſt ſimplex ſollemnitas, cum requiratur pro intereſſe ipſius patris,vt diximus *ſup.*& in noſtro S.C. quod etiam eſt Conciſtorium Principis diximus *rub.10.q.17. num.43.*contrarium ſeruatur ex deciſis *per Afflict.dec.180.Franch.dec.494.& Reuert.dec.212.*

115 15.Vbi pater eſſet alias ſuſpectus, puta infidelis,hæreticus,Iudeus, vel ſimilis *Plot.de in litem iur.§.8.nu.15.& 16.Vrſill.ad Affl.dec.180.Caroc. d.except.128. nu.58.* Sic etiam ſi eſſet fatuus,diſſipator,furioſus,mentecaptus, vel alio morbo laborans, nam tunc filiusfam. maior poteſt in iudicio eſſe ſine alio conſenſu,aut eſt minor,& ei datur tutor,ſeu Curator *l.vlt.C.de ſent. paſſ. l.imperator ff.ad Trebell.*vbi *DD.Virgil.de legit.perſ.cap.4. nu.111.*Similiter ſi pater eſſet bannitus,nam tunc filius habetur pro patrefam.ideo geſta per eum eo tempore,patre poſtea reſtituto,non retractantur

tur *l.fin.C.ſententiam paſſ.Tiraq.de ll. connub.gl.3.
nu.39.Aſc.Clem.de patr.poteſt.cap.vl.nu.17.* Vel ſi
pater eſſet Monachus *Virgil.ibid.nu.112.& 113.*
116 16.In filijs legitimis,& naturalibus,ſecus in
inceſtuoſis,adulterinis,vel alias ex damnato coi-
tu procreatis *Caroc. d. except.128. num.59.* licet
DD.non alleget.
117 17.Vbi filius habitaret ſeorſum à patre,& pu-
blice reputaretur ſui Iuris , tunc tenet iudicium,
etiam in profectitijs, & ſine licentia patris *l.Ze-
nodorus C.ad Maced.Virgil. d.cap.4.nu.114.* poſt
alios *Reg.Capyc.Latr.conſult.26.nu.13 lib.1.*
118 18.Si eſſet mercator,nam pro rebus ad merca-
turam pertinentibus poteſt in iudicio agere ſiue
conueniri ſine interuentu patris , ea ratione quia
ſtatim, ac filiusfam. incipit exercere mercaturam
patre præſente,& non contradicente, videtur ta-
citè conſentire , & per conſequens videtur tacite
conſentire, vt conueniat , & conueniatur *Virgil.
d.c.4.nu.118.Veſtl.ad Aff.dec.180.nu.11.*
119 19.Vbi filiusfam.imploraret iudicis officium,
ea ratione quia illud non dicitur propriè iudiciũ
*Caroc.poſt alios d.except.128.nu.14. Virgil. d.cap.
4.nu.119.* Talis tamen conſenſus ſufficit , vt præ-
120 ſtetur generaliter ab initio ad ſingulos actus
poſt alios *Aff.dec.180.nu.4.Caroc.d. except.128.
nu.54.Alex.conſ.59. Bal.conſ.154.incip.caſus cor.
Epiſcopo vol.1.& in ſua Margarita* verb. *conſenſus.*
121 Et non requiritur ſucceſſiuè ad omnes actus Iu-
diciales ſi fuit præſtitus in principio litis *Tira-
quel.de legib.connubial.gl.5.nu.165.Caroc.d.excep.
128.nu.56.Ludouiſ. dec.43.* Niſi tractaretur de
122 adeunda hæreditate,nam tunc requiritur ſpecia-
lis conſenſus *l.ſi quis mihi bona §. ſed vtrum,* vbi
gl.in verb.ſpecialiter,& Iaſ.ff.de acq.hered.
123 Et talis conſenſus ſi non apparet , non præſu-
mitur interueniſſe *Caſtr. conſ.81.* dum dicit ſen-
tentiæ ſollemnitatem non præſumi quando non
producuntur acta , ex quorum inſpectione appa-
reat de nullitate ſententiæ propter ipſorum acto-
rum exhibitionem , vbi citationis defectus clarè
probatur ſequitur *Corad.n.conſ.15.col.5.* verſ. *ad
quartum Curt.iun.conſ.130.num.4. Caſtl. conſ.47.
col.2.lib.1.Aff.dec.107.nu.5.& 6.Soccin.iun.conſ.
56.col.3.lib.2.Crauetta de antiq. tempor.par.3.in
princ.nu.3.* poſt alios *Caroc.d. except.128. nu.40.*
124 An talis conſenſus poſſit præſtari per litteras,
aut per nuncium? Et poſſe communis eſt opinio,
de qua *Bar.in l.fin.§.fin. nu.15. C.de bonis quæ li-
ber.in l.1.§.fin.nu.4.ff.de contrah. empt. Emanuel.
in Theſauro recept.ſentent.*verb. *pater num.36.Ro-
drig. de modo vidend.proceſſ.cap.2.num.47.* Ea ra-
tione quia talis conſenſus paternus non requiri-
tur ad ſollemnitatem,ſed propter intereſſe patris.
& quoties requiritur pro intereſſe conſentire de-
bentis,tunc non cenſetur requiſitus pro ſolemni-
tate *Tiraquel.ad leg.Connubial.gl.6.nu.5.& nu.22.
& ſeqq.*vbi dicit aliter eſſe ſi talis conſenſus re-
quireretur pro ſollemnitate pro vt ipſe *Tiraqu.
ibi nu.25.* tenet talem conſenſum in caſu noſtro
requiri pro ſollemnitate,& ſic non poſſe præſtari
per procuratorem,nuncium,aut epiſtolam.
125 Detur cautela vt filius audiatur in iudicio , vt
præſtet cautionem de rato pro patre,cum fideiuſ-
ſoribus,nam tunc poteſt audiri,iuxta *tex.in l.Pom-
ponius §.fin.*vbi *gl.ff.de procur.l.ſi longius §.1.ff.de
iudic.Azeued. lib.4. tit.17. de las ſententias y nulli-
tates dellas l.10.nu.19.*
126 Multum refert,quando quis vult agere contra
filium fam. Vt vocet etiam patrem ad iudicium,
qui ſi conſenſiat filium in iudicio exiſtere , pater
obligatus,& contra eum ſententia deinde exequi
poteſt,ſecundum *Suar.in l.poſt rem iudicatam* verſ.
*poteſt etiam addi Azeued.vbi ſup.num.20. Virgil. d.
cap.4.num.vl.*
127 Et in caſu quo pater debet citari in aduenti-
tijs dum citatur , debet vocari legitimus admini-
ſtrator filij , cum non ſufficiat citare patrem ſine
tali qualitate vt aduertit *Bar. in l.1. nu.2. C.de
bonis maternis,*& ibi *Ang.nu.7.Fulgoſ.nu.7.Felin.
in cap.cum olim* verſ. *quo autem de teſtibus Menoch:
conſ.332.nu.19.Giurba ſuper conſuet. Meſſan.cap.
7.gl.3.p.1.nu.63.Gratian.diſcept.365.nu.5.*
128 In contrarium tamen mihi videtur eſſe verita-
tatem vt ſufficiat citatio patris ſimpliciter, & il-
lius comparitio ſi ſit actor . Ea ratione quia non
eſt inhærendum formulis antiquis in iure odioſis
*l.1.C.de formul.ſublat.*ſed etiam quia in proſequu-
tione cauſæ ſemper deducitur, & latius explica-
tur, & probatur ius litigantis , & conſequenter
conſtabit patrem agere,vel conueniri, vti legiti-
mum adminiſtratorem , quæ probatio apta eſt
ſubſtinere libellum defectuoſum *gl.in l.1.§.ſi quis
tutum* verb. *curanti ff.depoſit. Felin. in cap. 2.
nu.4.col.2.de libelli oblat.Iaſ.in l.1.nu.6.ff.de offic.
aſſeſſor.*hanc opinionem ſequuntur *Raudenſ. conſ.
21.nu.343.vol.1.Giurb. deciſ.98.ſub nu.13. Can-
cer.var.lib.3.cap.1.de action.à nu.237.* qui loqui-
tur etiam de tutore quando agit , vel conuenitur
non expreſſo nomine tutoris, ſed ſimpliciter , &
nu.422. ad corroborationem *ſup. dictorum* dicit,
quod licet expreſſim quis non dicat ſe aliquid
facere procuratorio nomine alicuius , ſi tamen
expreſſit cauſam quare id faciebat tangentem
illum,ſatis videtur facere nomine illius , & quã-
129 uis in dubio actus fieri videatur nomine pro-
prio , tamen hoc non habet locum quando con-
tractus ſit ſuper re ad dominum pertinente nam
tunc fieri videtur nomine domini *l. fin. ff.quando
ex fact.tutor.l.poſt mortem §.1.* vbi *Bar.nu.1.& 2.
ff.eodem* poſt *Bal.Roman.Ruin.Aret. Iaſ.Bera Tira-
quell.& alios Surd.conſ.19.nu.33.*
130 Sic etiam vbi tutor contrahit pro re ſpectan-
te ad pupillum, videtur nomine pupilli contra-
here , & agere *l.qui negotiationem in princ. ff.de
adminiſtr.tutor.& d. l.poſt mortem Menoch. de præ-
ſumpt.lib.3.præſ.46. nu.9. & præſumpt.49. num.5.*
Idem de procuratore , & quolibet alio admini-
ſtratore dicit *Criuell.dec.Dolan.54.nu.14.* Sic pa-
131 riter actus qui fieri poteſt ex duplici poteſtate,
ſi ſimpliciter fiat intelligitur factus ex ea , ex qua
actus ſubſtinetur *Panorm.in cap.niſi eſſent num.4.
in fin.de præb.Molin.de hiſpan.primogen.lib.2.cap.
7.ſub nu.67.*facit etiam *Bellam.dec.423. tit.de re-*
132 *gular.* Quæ omnia procedunt maximè in Tri-
bunalibus,in quibus proceditur ſummariè, & de
plano ſola facti veritate inſpecta , vt in noſtro
Regno Neap. per *rit.288.& pragm.1.de ordine
iudic.Reg.Rouit.in præd.pragm.1.nu.11.*
133 Et ſi iudicium moueatur contra filios ſuper
bonis , in quibus pater Clericus habet vſumfru-

ctum,

ctum, ſed creditor ſit contentus tangere tantum proprietatem,& non vſumfructum, an talis parer Clericus ratione ſui conſenſus requiſiti,aut alterius intereſſe,poſſit petere remiſſionem ad iudicẽ Eccleſiaſticum? ex poſitis eruitur reſolutio, nam eſt lis ſuper proprietate non ſuper vſufructu, & ſic quo ad proprietatem non competit remiſſio, ſecus quo ad vſumfructum, vt decisum fuit per M.C.V. vt refert *D.Luc.ad Franch. deciſ.494. n. vl.verſ.qua de re.*

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit furioſus? & quomodo dicatur? & nu.2.*
3 *Furioſus offendens Clericum non eſt excommunicatus, & irregularis, & nu.5.*
4 *Excuſatur à pœna temporali.*
6 *Furioſus non poteſt contrahere matrimonium, nec profiteri, & nu.7.*
8 *Non poteſt contrahere & 9.10.11.12.*
13 *Quod dicimus de furioſo, dicimus de mente capto, & nu.14.15.16.17.*
18 *Eadem dicimus de frenetico.*
19 *Furor, & dementia non præſumitur, & quomodo probetur, & à nu.20.ad nu.43.*
44 *Furioſi habent aliquando lucida interualla, & an ille præſumatur agere, & contrahere iſto tempore? & à nu.45.ad 52.*
53 *Similis infanti, & furioſo eſt fatuus vbi de materia & à nu.54.ad nu.57.*

An & quando furioſus, mentecaptus,ſiue fatuus poſſint eſſe in iudicio?

QVÆSTIO VIII.

1 SImilis infanti eſt furioſus, mente captus, ſiue fatuus,nam furioſus eſt ille, qui nullam habet mentem, vt *in §. præterea Inſtit.quibus non eſt permiſſum facere teſtam. l.5.§.& ideò quærimus ff. ad l.aquil. c.ſicut tenor.de regul.cap.iudicas qu.9.* & neſcit quid agit *Ludouic. dec.Peruſ.1. nu.12.* Neque habet animum *l.2. §. furioſus ff.de procurat.* Neque ſenſum *l.illud §.ſane ff.de inter.cap.illud 15. qu.2. l.ſancimus C.ad l. falc.* neque habet affectionem *l.1.§.adipiſcimur ff. de acquir.poſſeſſ.* neque voluntatem *l. qui ad teſtamentum ff.locati l.furioſi ff.de reg.iur.Mart.dec.ſent. exam.9.* neque conſenſum *cap. dilectus de ſponſal. & 15.qu.1.per totam l.2.C.de contrah.empt.* neque ſcientiam,vt *l.pupillus ff. de acquir. hered. Nouar. de elect.fori ſect.2.qu.42.nu.2. Guazzin. de caut.de non offend.qu.37.nu.11.Virmigl.conſ.65.in princ. Paul.Rub.de teſtam.cap.18.nu.534.& ſeqq.Conciol. reſol.Iur.*verb.*furioſus reſol.1. num.2.* verſ.*furioſus Farinac.conſ.221.nu.11.Lib.3.*
2 Dicitur inſipiens *l. dum proferre §. coram ff. de recept.arbitris.* Ignorans *l. iulianus §. diuortio, & §.ſi autem ff de hered. quæ ab inteſt.defer.* Et furor mentem hominis abſtrahit, vt verum diſcernere non poſſit *cap.ſicut 47. diſt.* Furioſus æquiparator dormienti *l.1.§.adipiſcimur ff. de acquir. poſſeſſ.* Et ebrio *Angel. in l.ſulcinius §. adeo ff. ex quib.cauſis in poſſ.eat.* Equiparatur lapidi *Bar.in l. §.item acquirimus ff. de acquir. poſſeſſ.* Et inſanti *l.infans ff.ad l.Cornel.de Sicar. Nouar. de elect.fori p.1.qu.44.nu.3.*

3 Vnde ſi furioſus offendat Clericum, vel aliam Eccleſiaſticam perſonam, non incidit in excommunicationis labem *clem.furioſus* vbi *Barboſ. de homicid.Aluar.in ſpec.iur.Pontiſic. cap.35. caſ.10. Sayr.in Theſ.caſ.conſcient.lib.3.cap.26.num.2.* aſſerens iſtam eſſe communem opinionem. Excuſa-
4 tur etiam à pœna temporali *Tiraq. de pœn. temp. cauſ.2.Fachin.contr.3.lib.9. Menoch. de arbitr.iudic.caſ.329.Cauall.qu.33.Baiard.ad Clar.in pract. crimin.qu.69.nu.29.cum ſeqq. Gomez. var.lib.3.c. 1.nu.70.*vbi *Ayll.Farinac.qu.94.nu.1.& in fragm. crim.lit.F.nu.211.Guazz.defenſ.1.cap.39. nu.36. Caball.de omni gener.homicid.num.179. & ſeqq.& caſ.297.nu.22.Carena de S.offic.p.3. tit.9. nu.64. Virmigl.conſ.65.Paul.Rub. de teſtam.cap.18. num. 534.& ſeqq. & de validit. legati cap.40. num.41. Ant.Fab.in C.lib.9.tit.10.defin.1. Paul. Chriſtin. dec.198. nu.14. Conciol. reſol.crim.* verb, *furioſus num.1. & ſeqq.* vbi latè ampliat etiam in delictis atrociſſimis,& etiam ſi furioſus poſt delictum tẽpore furoris commiſſum redierit ad ſanam mentem nam adhuc puniri non poteſt, & etiam ſi delinquat tempore ſanæ mentis, & deinde ſuperueniat furor,nam, nec etiam punitur ſecundum veriorem opinionem, verum ſi ſit ſpes redeundi ad ſanam mentem, tunc non eſt dimittendus ſed expectandus,vt puniatur,& ſi furor ſuperueniat poſt proceſſum informatiuum, & poſt defenſiuum cõpletum tunc poteſt puniri pœna pecuniaria, ſecus ſi antè factas defenſiones eo magis, ante informatiuum, tunc nulla pœna punitur poſt *Farinac.& alios,& reſol.3.*dicit furioſum offendentem illum cum quo pacem fecit, non dici pacem rumpere.

5 Sic irregularitas non incurritur ex mutilatione,ſiue homicidio patrato à furioſo *Maiol. de irregul.lib.5.cap.48.nu.12.Auil.de Cenſur. p.7.rubr. de homicid.caſual.diſp.6.ſect.1.dub.12.Henric.in ſumma lib.14.cap.15.§.7.*

6 Et ſicut infans non poteſt contrahere matrimonium,ſic & furioſus *d. cap. dilectus de ſponſal. c.neq; furioſus 33.qu.7.Theſ.dec.130. Mar. Antonin.var.cap.43.Seraphin. dec.228. Ricc.dec.1.p.2.*

7 Furioſus profitendo in Religione non obligatur, niſi factus ſanæ mentis ratum habuerit *c. ſicut de reg.Boer.dec.23. nu.69. Azor.inſtit. moral. p.1.lib.12.cap.19.num.5. Sanchez in ſumma lib.4. cap.1.nu.30.p.1.Rot.diuerſ.dec.129.p.2.Vicban.in praxi nouit.diſp.13.dub.1.nu.10.* Opus eſt decreto
8 in alienatione rerum furioſi, ſicut in alienatione rei pupillaris, ſeu minoris *l. orationis C.de curat. furioſ.* vbi *Salyc.l.qui neq. §.1. & in l.ſi prædia minoris ff.de reb.eorum.* Sic contractus furioſi,pupil-
9 li, aut prodigi iuramento nõ cõfirmatur *Bal.conſ. 391.nu.2.lib.5. Gomez. de reſtitut. minor.num.32. Couar.in cap.quamuis pactum de pactis in 6. p.2. §. 4.nu.8.Guttier.de iuram.cap.32.num.6. Treſ.lit.P. concluſ.868. nu.9. Damouder. in patroc. pupill.tit. de tutor.& curat.nu.53.& ſeqq.Claſc.de priuil.miſerab.perſon.cap.19.nu.21.*
10 Et ſingula priuilegia minoribus conceſſa,furio-

ſis pariter tributa eſſe cenſentur Bal. in l. iubemus
qu. 3. C. de ſacr. Sanct. Eccleſ. Ext. Bal. & Imol. in l.
qui neg. ff. de reb. eorum gl. in l. 2. verſ. ad agnatum
C. de Curat. furioſ. Barbaſ. conſ. 42. vol. 1. Simoncell.
de decret. in præfat. nu. 73.

11 Imo furioſus nec naturaliter obligatur l. in ne-
gotijs 5. ff. de regul. Iur. l. is cui bonis 6. in fin. ff. de
verb. obligat. gl. in l. marcellus verb. obligatio ff. de
fideiuſſor. Peden. de Sen. conſ. 31. col. 2. Veloſc. de
priuil. miſerab. perſon. qu. 19. nu. 16.

12 Sic licet indebitum per errorem ſolutum re-
peratur l. Cuius per errorem 54. ff. de reg. Iuris §. is
quoque Inſtit. quib. modis re contr. oblignt. Pupillo
tamen furioſo vel prodigo per errorem ſolutum
indebitum ſi conſumptum ſit non repetitur, vt
probat tex. in d. §. is quoque, & ibi gl. verb. vendi, &
verb. mutui Sfortz. Odd. de reſtit. in integr. qu. 52. nu.
72. vbi num. ſeqq. ampliat etiam ſi illis ſit facta
ſolutio per minores. Si vero pecunia ſoluta extet,
aut ſit verſa in vtilitatem illorum, cum tunc ſint
effecti locupletiores tunc repetitur, vt compro-
bat l. naturaliter 13. §. fin. & l. ſeq. ff. de condict. in-
debit. Veloſc. de priuil. miſer. perſon. qu. 19. nu. 20.

13 Quod diximus de furioſo, dicimus de mente-
capto, & demente, nam licet furioſus à menteca-
pto differat, quia dicitur furioſus qui intellectu
priuatus habet euidentem furoris rabiem, & ſi
dimitteretur, ſæuiret in ſe, & in alios l. diuus ff.
de offic. præſid.

14 Sed menteceptus is eſt, cui mens, & conſilium
deficit, ſed nullum furoris ſignum oſtendit, nec ſe
aut alios offendit, pro vt dixerunt Oldrad. Bal. An-
gel. Inſ. Alex. Pariſ. alijq; quos allegat, & ſequitur
Surd. conſ. 89. nu. 15. qui ſubdit quod etſi in qua-
litate inſaniæ differat furioſus a mentecapto, in
ſubſtantia tamen quo ad validitatem eorum, quæ
ipſorum quiſque gerit, æquiparantur, nam vterq;
caret prorſus intellectu, & vtriq; deeſt ſenſus l.
iam dementis C. de epiſc. audient. l. fatuus ff. de pri-
uil. credit. l. 1. §. fin. vbi Bal. Albcric. & aly ff. de
15 edilit. edict. De illa æquiparatione eſt tex. in l. ſi
furioſi C. de nuptijs, & in §. coniunctionibus in auth.
vt y qui oblignt. perhib. res minor. Surd. d. conſ. 89.
num. 19. Ideo ſtatutum loquens de furioſo habet
16 locum in mentecapto, quia is furioſo compara-
tur Faris Bermend. & alij allegati a Surd. d. conſ.
89. num. 16.

17 Et licet furioſus, mentecaptus, & fatuus inter-
ſe differant, tamen leges loquentes de vno, locũ
habent in reliquo Menoch. conſ. 82. nu. 190. cum
ſeqq. Maſcard. concluſ. 1048. lit. F. concluſ. 539. Ca-
ſtill. lib. 4. contr. cap. 28. nu. 12. & 13. Nouar. de elect.
& variat. fori lib. 1. qu. 42. num. 10. Farinac. qu. 94.
nu. 48. & ſeqq. & in fragm. crim. lit. F. num. 211. &
ſeqq. & nu. 230. & ſeqq. Conciol. d. verb. furioſus nu.
4. vbi æquiparat furioſum, & freneticum, inſanũ,
& mentecaptum, quo ad excuſationem à delictis.
18 Eadem quæ diximus de furioſo, & mentecapto,
dici poſſunt de frenetico, nam ipſe pariter di-
ſcretione caret, ita quod in alienatione rerum
ipſius decreto opus eſt Simoncell. de decretis in
præfat. nu. 74. Nouar. d. qu. 42. nu. 10. Conciol. ſup.

19 Sed in hac materia pro regula generali tra-
dendum eſt, furorem, vel dementiam in dubio nõ
præſumi, & ideo quilibet præſumitur ſanæ men-
tis, cum propriæ ipſius naturæ præſumptio ſit, vt
ſenſus, & ratio naturalis in homine præſumatur
Bar. Bal. & Caſtr. in l. nec codicillos C. de Codicillis
Imol. in l. in illa nu. 7. ff. de verb. obligat. Bal. in l. 1.
C. de Curat. furioſ. Vin. dec. 377. Ricc. coll. 1557. poſt
alios Manuca de coniect. lib. 2. tit. 5. nu. 2. Maſcard.
de probat. concluſ. 824. num. 5. & concluſ. 1048. Ro-
man. conſ. 45. nu. 11. Vnde quotieſcumque conſtat
20 eum, de quo quæritur, furioſum anteà non fuiſſe,
neq; hodiè præſumendum eſſe furioſum, notarunt
gl. in cap. fin. in verb. compotem de ſucceſſ. ab inteſt.
Bart. in l. filium ff. de acquir. hered. Bal. in l. quidam
not. 2. ff. de condit. inſtit. Zabarell. in clem. pen. qu. 2.
de homicid. Socc. ſen. conſ. 42. lib. 1. Pariſ. conſ. 88.
nu. 8. lib. Perez in l. 5. ord. hiſp. tit. 2. pag. 63. Pariſ.
de reſignat. benefic. lib. 3. qu. 8. nu. 11. cum ſeqq. Fa-
rinac. in fragm. crim. in verb. furioſus qui ſemel p. 1.
21 Sic ei, qui dicit aliquem eſſe furioſum incumbit
onus probandi furorem Fulgoſ. in cit. l. nec codicill.
C. de codicill. Bal. conſ. 347. nu. 3. vol. 3. Specul. tit.
de probat. §. 5. nu. 19. Soccin ſen. conſ. 61. poſt nu. 13.
Puteo conſ. 67. lib. 1. Boer. dec. 23. nu. 63. Tuſc. lit. F.
concluſ. 541. & 543. Nouar. de elect. fori lib. 1. q. 45
nu. 3. Farinac. q. 94. nu. 48. & ſeqq. Guazz. de Conf.
de non offend. qu. 38. nu. 12. Maſcard. de probat. con-
cluſ. 824. num. 5. & ſeqq. Conciol. reſ. verb. furioſus
concluſ. 1. nu. 14. qui vltimi loquuntur quoad pœ-
nam ſubeundam ob delicta per ipſum commiſſa.

22 Et adhoc vt detur alicui tanquam furioſo, aut
dementi, aut fatuo Curator, debet prius probari
furor, aut dementia, vt docet Petr. de gregor ſyn-
tagmat. iuris vniuerſ. lib. 13. cap. 3. tit. de curat. men-
23 tecaptor nu. 25. Et furor ibi adeſt, vbi intellectus
abeſt Afflict. dec. 365. Rot. Rom. per Farinac. dec. 384.
nu. 3. par. 1.

24 Licet quæſtio ſit, an magis credatur teſtibus
deponentibus de ſana mente, an de fatuitate, &
plures DD. dicant, magis credi teſtibus deponẽ-
tibus de ſana mente Boer. dec. 23. nu. 91. Corn. Dec.
Pariſ. Socc. Gabriel. Grammat. & alij apud Menoch.
de præſumpt. lib. 6. præſ. 45. Honded. conſ. 78. nu. 73.
lib. 2. Nouar. d. qu. 43. Veſtill. ad Afflict. d. dec. 365. vbi
deciſum refert Vin. op. n. 544. Ricc. coll. 1557. An-
dreol. contr. 223. num. 3. etiam quod plures teſtes
25 ſint deponentes de furore, ſequitur Maſcard. de
probat. concluſ. 827. nu. 12. Seſſ. dec. 56. nu. 4. Caſtill.
lib. 4. contr. cap. 22. num. 101. vbi quod potius cre-
datur duobus teſtibus de ſana mente deponenti-
bus, quàm mille de furore, aut dementia atteſtan-
tibus, prout etiam tenent Honded. Seſſe Maſcard.
& aly Morta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 5. art. 2. n. 22.

26 Tamen veritas eſt ſecundum me, quod teſtes
deponentes de furore, aut dementia tenẽtur red-
dere rationem, & cauſam dicti ſui etiam non in-
terrogati, quia furor, vel inſania debet conclu-
denter probari Caſtr. Iaſ. Alex. Dec. Bal. Curt. iun.
Rot. Rom. & aly penes Caſtill. d. contr. 28. num. 28.
lib. 4.

27 Ideo ſi deponentes aliquem eſſe furioſum, vel
dementem, meliorem rationem aſſignent, & ve-
riſimiliora deponant, magis eis creditur, quam
deponentibus pro ſana mente Alex. Curt. iun. Ro-
deric. Suar. quos citat Burg. de Pace conſ. 11. n. 18.
28 Et creditur potius teſtibus, qui ſunt maioris au-
thoritatis, & magis timoroſæ conſcientiæ, quam
alijs

Digitized by Google

alijs tex. eſt notabilis in cap. in noſtra de teſtibus.

29 Nec attenditur numerus teſtium, nam potius creditur paucioribus veriſimiliora deponentibus quam multis Alex.conſ.141.nu.11.lib.1. Benè vero

30 eum poteſt procedere prima opinio, vt magis credatur teſtibus deponentibus de ſana mente, cæteris teſtibus paribus, vt dicit Decian.reſp.127 nu.135.lib.3. Ea ratione quia illi, qui de ſana mente deponunt, concordant cum præſumptione iuris, allegat in terminis Corn. conſ.219. lib.1. Dec.conſ.448.nu.10.Pariſ.conſ.88.nu.22.& 33.

31 Furor probatur ex ſignis, nam ſigna oſtendunt ſignatum l. 1. §. ſi intelligatur ff. de ædilit. edicto Rcc.dec.1.p.2. Probatur quem eſſe furioſum vel

32 mentecaptum quandoq; ex dictis, quia fatuus fatua loquitur, vt legitur in Iſaia Propheta, de quo in c.legimus 89.diſt. Anchar.conſ.5.num.8. 9.Tuſc. lit.F.concluſ.542.

Ex qualitate diſpoſitionis in l.apud Iulianum §.conſtat ff. de leg.1.& l.2. & l.Titia ff. de inoffic. teſtam.l.patronus in fin.ff.de leg.3. Mantica de coniect.lib.2.tit.5.num.10.& tit.6.nu.7. Signa furoris

33 & de mentiæ ponunt Menoch. de coniect. lib.2. tit.5.à nu.10.vſq.ad nu.16.Menoch.lib.6.præſ.45. num.21.& ſeqq.Maſcard.de probat. concluſ.828.& concluſ.1045.Surd.conſ.89.Farinac. qu.94.nu.51. Fab.Montelcon.in ſua praxi arbitr.fol.20.num.18. cum ſeqq.idem Farinac.in fragm.crim. verb.furioſus p.1.& verb.furoris ſigna,& verb.furor, & furorem.

34 Primum ſignum eſt quando more inſanorum eijcit lapides per vias gl.in l.ſi cum dotem §.ſi maritus ff.ſolut.matr. vbi etiam Bal.& Angel. Dec.conſ. 448.nu.33.Cravet.conſ.3.qu.1.num.7. Gram.conſ. 26.nu.11.in crim.Dec.conſ.126.nu.30.lib.3.Roſc. dec.litnct.1.nu.11.Pacian.de probat. lib.1. cap.43. nu.25.Rot.Rom.diuerſ.deciſ.107.p.2. Romanenſ.de analog.cap.30.nu.143.

35 Quod intelligunt ſi eijciat lapides more inſanorum, & ſic ſine cauſa, nam ſi cum cauſa, puta ſi contendens cum alio, & cupiens ſe defendere, in illum proijcit. Vndè teſtes cauti eſſe debent, quādo de hoc ſigno teſtantur, videlicet quod deponant talem proijcere lapides per viam, more inſani, & quod ſanus mente id non egiſſet Pariſ. conſ.88.nu.68.lib.3.Mogen.dec.97.nu.16.& ſimilis coniectura eſt quando quis per viam lutoſam incidit, cum per bonam poſſit incedere, vt reſpondit Menoc.conſ.82.nu.228.lib.1.

36 2. Signum, ſi quis ſolitus ſit dicere vagos ſermones, vt colligitur ex tex. in l.is qui §.fin.ff.de tutor.& curat.datis ab his Bar.in l.conſtante ff.ſolut. matr.

37 Vel fecerit diſpoſitionem extrauagantem, puta ſi fecerit hæredem extraneum, excluſis ſine cauſa ſibi ſanguine coniunctis de ſe non de meritis Alex.conſ.14.nu.8.lib.1.Suar. alleg.1. num.10. Menoch.d.præſ.45.nu.52.lib.6.

38 Et è contra ſanæ mentis ſi fratrem ſuum inſtituat Seſſ.dec.56.nu.6.Caſtill.lib.4.contr.26.nu.54. qui dicit ex bona diſpoſitione ſola, non probari ſanam mentem, niſi alia concurrant antr.28. nu. 17.& 18.Ramon.conſ.2. num.35. Nouar.d. qu.43. num.17.

39 3. Quando per vicos, & plateas ſolus loqui, & ſine cauſa videtur Roman.in l.1.ff.de verb.obligat. eſt tex.in l.abſq; vitio ff.de ædilit. edict. Angel.in l.ſi cum dotem ff.ſolut.matr. Dec. & Iaſ. in l.qui furioſum C.qui teſtam.fac.poſſ.Signorol.conſ.155.n.4. Rot.dec.108.nu.5 Virgil.de legit.perſ. cap.7.nu.8. Nouar.qu.43.nu.9.

40 4. Quando loquitur verba inordinata Alex. conſ.54.lib.1.cap. legibus 93.diſt. Nam fatuus fatua loquitur gloſ.in cap.gonſaluus 17. qu.2.Cravet. conſ.59.nu.6.lib.3.Menoch.conſ.82.nu.230. Suar. alleg.1.nu.3.& 4.Surd.conſ.89. nu.24. lib.1. Virgil.d.cap.7.nu.8.Nouar.d.qu.43.nu.10.Scalona de teſtam.lib.2.cap.7.nu.60.

41 5. Signum quando furioſus ab omnibus reputatur Alex.conſ.54.num.4.lib.1.Dec.in l.qui furioſum nu.30.C.qui teſtam.facer.poſſ. Gram. conſ.crim. 26.num.13. Cravett.conſ.591.lib.3.Paris conſ.87. lib.3.Hercul.de negat.num.157.Tuſc. concluſ.541. nu.42.& 43.lit.F.Virgil.d.c.7.nu.8.

42 6. Vbi is taliter habetur, & probatur à Medicis, & peritis, vt reſpondit Cravet.conſ.191. nu.5. lib.3.Rot.deciſ.107.num.6. & 7.part.2. Macerat. reſol.43.

43 Et furor probatur per ſigna exteriora, & actus vt dicunt Couar.de ſponſal.p.2.cap.2. nu.6. Alex. de Nevo conſ.38.nu.5.Paris conſ.86.nu.4.lib.3.Farinac.de pœnis temp.q.94.nu.5.Maſcard. de probat. concluſ.502.& 824.Rot.Rom.dec.107.& 134.in nouiſſ.p.2. Vbi quod probari etiam poteſt per publicam vocem, & famam, & per teſtes ſingulares, vt ponit etiam Pariſ.d.conſ.87.num.7. & ſeqq. ponunt ſigna dementiæ vltra allegatos Tuſc.lit. F.concluſ.539.Farinac.in fragm.crim. p.1. à num. 230.& ſeqq.Scalona d.cap.7.nu.60. & ſeqq. Zacchia qq.medico legal.lib.2.tit.1.qu.3.& alibi.

44 Furioſi aliquando habent lucida interualla, etſi contrahant hoc tempore actus valet, & etiam matrimonium contractum c. dilectus de ſponſal.l.ſi furioſum C.qui teſtamenta facer.poſſ.Viu. cōm.544. Molfeſ.in ſumma de contract.tit.13.cap.3.num.77. Gall.de except.p.2.tit.1.except.7.à nu.20. Theſ.qq. forenſ.lib.3.qu.34.Phoeb.dec.Luſit.78.Mart.deciſ. Senenſ.17.Maur.de fideiuſſ.cap.8.p.2. princ.tit.1. ſect.8.Marta de ſucceſſ.legal.p.4.qu.1.art.2.nu.17. Secus ſi contrahat, & delinquat tempore furoris, nam tunc nulla pœna eſt puniendus, ſecus ſi deliquerit dum erat ſanæ mentis l. diuus Marcus 14.ff.de offic.Præſid.Gomez d.cap.1. nu.70. Caball. caſ.297.nu.38.& ſeqq.Farinac.q.94.nu.5. & ſeqq. Conciol.verb furioſus concl.1.nu.5.

45 Tamen eſt aduertendum quod ſatis lucide, & clare probari debet, furioſum tempore contractus, vel alterius actus, lucida habuiſſe interualla, nam ſæpè furioſi ſunt conſueti in conſpectu vmbratæ quietis, & actus facere ſanos, quamuis verè ſint mentecapti ſecundum gl. in c.dilectus verſ. furore de ſponſalibus vbi Anchar. Pariſ. d. conſ.87. nu.44.Rot.d.dec.107.nu.22. Macerat. d.reſol.43. nu.9. Vt ſcil. probetur quod tempore actus geſti ille erat ſanæ mentis, nec ſufficit probare illum habere dilucida interualla Alex. in d.l.furioſum Dec.conſ.13.& conſ.384.nu.4.Paris conſ.88.n.10. vol.3.Maria d.art.2.nu.18.

46 Imò quando conſtat aliquem fuiſſe furioſum, præſumitur ſemper remanere in furore cap.fin.de ſucceſſ.ab inteſt.gl.in cap.inuenitur 3.qu.8. Alex.conſ.

141. nu. 3. & conſ. 86. num. 21. vol. 2. Curt. iun. conſ. 151. nu. 7. Pariſ. d. conſ. 87. nu. 12. Caſal. conſ. 753. num. 27. Mantica de coniect. lib. 2. tit. 5. & 7. Maſcard. de probat. concluſ. 59. nu. 1. & concluſ. 625. nu. 2. Rot. Rom. d. deciſ. 107. nu. 25. dec. 129. nu. 3. p. 2. in nouiſ. Surd. conſ. 89. nu. 29. col. 1. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 1. art. 2. nu. 13. & 14.

47 Ideò actus factus ab aliquo furioſo, licet ſolitus ſit habere lucida interualla, intelligitur factus tempore furoris, niſi contrarium probetur Pariſ. d. conſ. 87. num. 13. Macerat. d. reſol. 43. lib. 1. poſt alios Menoch. d. præſ. 45. nu. 63. & conſ. 82. nu. 210. Caſtill. d. contr. 28. nu. 48. & nu. 44. lib. 4. Vincpin. 554. nu. 8. Farinac. de fa nis tempor. qu. 94. num. 8. licet contrà per plures DD. dicat Anaſtal. contr. 223. nu. 2. qui nu. 1 dicit teſtes deponentes de dementia debere deponere de tempore conditi teſtamenti, item quo ad delicta commiſſa per illum dicit Gomez. tom. 3. cap. 1. nu. 71. Farinac. nu. 9. & in frag. crim. lit. F. num. 329. Carena de Sciſſic. p. 1. tit. 9. nu. 65. & ſeqq. Caball. caſ. 297. & 41. vbi ſeruatum refert Conciol. reſol. crim. verb. furioſus concluſ. 1. num. 6.

48 Vel niſi actus eſſet adeo bene factus vt non poſſit conſiderari factus à furioſo Bal. in l. furioſum C. qui teſtam. facere poſſ. Menoch. de præſ. cap. 4. num. 66. Mantica de coniect. lib. 2. tit. 5. num. 7. 8. Pariſ. conſ. 888. nu. 62. Burr. dec. 23. nu. 70. Ramon. conſ. 2. nu. 35. Nouar. d. qu. 43. num. 17. Ludouiſ. dec. Peruſ. 1. nu. 11. Marta vbi ſup. nu. 24. & 26. quod quo ad delicta dicit Farinac. d. qu. 94. nu. 11. puta ſi furioſus poſt delictum ſtatim ſe abſcondat in Eccleſiã Caren. d. tit. 9. num. 66. & Graſſet. de necc. prodit §. 34. nu. 4. Farinac. in frag. crim. lit. F. nu. 331. Conciol. d. concluſ. 1. nu. 7.

49 Sed mihi ſemper viſum eſt, vt illa concluſio, vt ſemel furioſus ſemper præſumatur furioſus, ſit vera quando fuerit probatum, fuiſſe furioſum quodam continuo tempore vno menſe, vel vno anno, ſecus ſi probetur in aliquo actu furioſum fuiſſe Couar. in epitom. 2. p. de ſponſal. cap. 2. nu. 3. & ſeqq. nam ſi illud medium tempus, in quo conditus eſt actus erat multum remotum à tempore, quo furore vexabatur tunc præſumitur, quod ſanæ mentis extiterit Bal. in d. l. furioſum C. qui teſtam. facer. poſſ. Alex. conſ. 147. num. 5. vol. 7. Menoch. d. præſ. 45. in fine lib. 6. Marta d. art. 2. nu. 23.

50 Vnde DD. dixerunt quod non per vnum actũ præcedẽter factum per paruũ temporis ſpatium, præſumitur quis reſipuiſſe, ſed requiritur interuallum longum, & multiplicitas actuum, vt per Rip. in l. ſi ſtipul. bonis nu. 42. ff. de verb. obligat. Cald. in l. ſi Curatorem habens nu. 8. C. de in integr. reſtit.

51 Si quis modo inſanus, & modo ſanus mente oſtenderetur, & quandoq; lucida interualla haberet, dabitur nihilominus ei Curator, vt diximus, qui omni tempore durabit tam tempore furoris, quam quietis, & ſanæ mentis, verum quod quando habet lucida interualla poteſt cõtrahere, & alios actus facere ſine Curatore, & valent tanquam facti tempore habili, quando vero furor redierit, non valent, tamquam facti à furioſo tex. eſt in l. ſexta C. de Curat. furioſ. Petr. de gregor. ſyntagm. iur. vniu. lib. 13. c. 5. nu. 24.

52 Nec creditur Notario atteſtanti de ſana mente, vt aſſeruerit Bal. & Aretin. in l. 2. ff. de teſtament. Burr. dec. 23. nu. 73. & 74. Corn. conſ. 69. lib. 1. Alex. conſ. 141. lib. 4. Alex. conſ. 141. nu. 11. lib. 1. & conſ. 86. nu. 16. lib. 2. Surd. conſ. 89. nu. 45. vbi plures allegat Mantica de coniect. lib. 2. tit. 5. nu. 17. Pelin. allег. 24. p. 3. Greſſen §. teſtamentum qu. 21. num. 8. Rimináld. conſ. 809. nu. 13. & ſeqq. lib. 7. & nu. 75. & 76. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 1. art. 2. nu. 6. & 7. niſi aſſertio notarij coadiuuetur à teſtibus probata legalitate, & bonitate notarij. Idem Mantica, & Rimináld. vbi ſup. Marta d. art. 2. num. 19. 20. & 21.

53 Similis Infanti, & furioſo eſt fatuus, quia caret iudicio, & diſcretione, vnde reputatur tanquã minor, & in eius bonorum alienatione requiritur iudicis decretum Simoncell. de decretis in præfat. 54 nu. 74. & illi datur Curator per tex. in l. 2. ff. de poſtul. l. in iure autt. ad dec. 521. nu. 13. nec teſtari 55 poterit Colca. dec. 5. p. 1. ea ratione, quia non ſũt rerum ſuarum domini, & à Curatoribus reguntur d. l. 2. de poſtul. l. vlt. ff. de curat. furioſ. Ricc. coll. 2965.

56 Quæ omnia procedunt, niſi ille ſit tantum ſtupidus, aut ſtolidus, & ſimplex, & habeat aliquem verum intellectum, & animi iudicium, nam tunc iſta fatuitas, vel potius leuitas non equiparatur furiæ Mart. ex. in. 9. inter deciſ. Rota Senenſis, quia iſte teſtari poterit Gomez lib. 1. var. cap. 6. nu. 2. Stu. d. Prates de interpret. vlt. volunt. interpret. 6. dub. 1. nu. 21. & ſi iſti imbecilli detur curator 57 ad iudicia non intelligitur datus ad extraiudiciales contractus celebrandos Rota Rom. dec. 577. p. 1. in nouiſſ. nu. 11. & ſeqq. ea ratione, quia deputatio curatoris reſtringitur ad imbecillitatem reſpectu iudicialium, in quibus ex negligentia, & taciturnitate facilius infertur præiudicium c. cum ſ. per litteris de reſcript. & ſuper hoc etiam conſuluit Caſtal. conſ. 346. vol. 4. vbi nu. 54. probat ſaltem teſtamentum valere debere de æquitate canonica, & nu. 55. probat quod ſaltem in vim fideicommiſſi valebit teſtamentum, & inſtitutio.

S V M M A R I V M.

1 *Quis ſit Prodigus? & nu. 2. 3. 4. 5.*
6 *Contractus facti à notorio prodigo an nulli? & num. 7. 8.*
9 *Prodigus cui eſt bonis interdictum nil poteſt agere & a nu. 10. ad nu. 19.*
20 *Si delinquat an puniatur?*
21 *An accuſet?*
22 *Vt prodigus interdicatur, quæ debent præcedere? & a nu. 23. ad nu. 37.*
38 *Interdictio facta prodigo ſi vera non ſit quid dicendum? & nu. 39. 40. 41. 42.*
43 *Curatores prodigorum quales ſint? & num. 44. & à num. 45. ad 53.*
54 *Quid ſi prodigus redeat ad ſanos mores? 55. 56.*
57 *Similis prodigo eſt fatuus.*
58 *Etiam mulieri luxorioſe viuenti datur Curator, ſed an viro luxorioſe viuenti? & a nu. 59. ad n. 66.*
67 *An excuſetur delinquens per amorem?*
68 *Meretrix vnde dicatur, & quæ ſit? & à num. 69. ad num. 79.*

An

Digitized by Google

An & quando prodigus poſſit eſſe in iudicio,& an & quando Auarus, meretrix,& luxorioſe viuens?

QVÆSTIO IX.

1 SImilis pupillo eſt Prodigus, qui per Iuriſconſultum *in l.Fulcinius §. anteq. ff.qui bus ex cauſ.in poſſeſſ.eat.* aſſimilatur pupillo,furioſo,& omnibus alijs, qui indigent curatore *Io.de Prat. vet.in l.certi conditio §.idem quæri poteſt* per illum *tex. ff.ſi certum petat.* quem refert *Franch.dec.672.ex tex. in l.1. C.de curat.furioſ.§.furioſi Inſtit. de curator. Velaſc. de priuil.miſerab.perſon.qu.19.nu.1.& ſeqq. Scalona de teſtam.lib.1.cap.8.§.2.nu.72.& §.3.num.58.* &

2 ſic priuilegia conceſſa illis,qui reguntur per Curatorem, ſunt conceſſa prodigo *Luſitana.in locis commun.in loco à minore ad furioſum Vergil.de legitim.perſ.cap.8 nu.1.*

3 Ideo in alienatione bonorum prodigi, debet interuenire decretum Iudicis, ſicut requiritur in venditione rerum pupilli *Bal. in l. qui neque ff.de reb.eorum Sicar.in l.ſi curatorem num.6.C.de in integr.reſtit.* vbi equiparationem prodigi,minoris,& pupilli declarat *Simoncell. de decret. in præfat.nu.76.* vbi adducit *tex.in l.is qui dicens ff. de tutor.& curat.dat.ab his.& in l.ſi prædia ff.de reb.eorum.*

4 Nam prodigus reputatur inſenſatus *Daumoder de pupill.patrocin.cap.8.nu.nu.44.Maſcard. de probat.concluſ.1240.l.mutum §.1.& ibi gl. & Bal.ff.de acquir.hæred.* cum careat voluntate,& iudicio *DD in l.ſi furioſi ff de reg.iur.Scalona d.§.3. nu.33. per tex.in l.1. ff.de curat.furioſ. & in l.fulcinius 7. §. idemq;& in prodigo ff.ex quib. cauſ.in poſſeſſ. & in l.his qui 12. in fine ff. de tutor & Curat. dat.Carol. Paſcalius in lib.de virtut.& vitys.cap.54. D.Caramuel. omnium Præceptor in theolog.fundament. en tract.diuerſ.regul.iuris in l.furioſi ff. de regulis iuris.*

5 Prodigus eſt ille qui nec finem, nec tempus habet expenſarum, ſed bona ſua diſſipando profundit *d.l.1.C.de Curat.furioſ. & l.1. ff. eodem Daumoder.de pupill.patrocin.cap.8.num.5. Petr.de Gregor. ſyntagm.iur.lib.15.cap.6.nu.5. Vergil.de legit.perſ.cap.8.nu.2.Rocc.reſp.78.nu.11. lib.2. Prat.obſ.55.nu.2.Fodiern.contr.41.Scalon.d.§.1. nu.2.& ſeqq.* Secundum *Cicer.lib.2.de offic.* ſũt qui epulis,& viſcerationibus,& gladiatorum muneribus,ludorum, venatorumque apparatu, pecunias profundunt in res,quarum memoriam,aut breuem, aut nullam omnino ſunt relicturi *Carol. Paſcal. de virt.& vitys,* cuius verba refert *Scalon. d.§.1. nu.* Vel eſt ille qui expendat plura, quam ferant facultates ſuæ,& id ſine cauſæ neceſſitate *Auth. Vt determinatus ſit numerus Clericorum.* Et ſecundum *D. Thomam 2.2.qu.119. à princ. & Martin. de Caramuel.in tract.expeio de Principes par.2.lib.1.diſ.6. propè finem,* dicitur prodigalitas intemperans rerum ſuarum profuſio,ſeu incontinentia,& ob intemperantiam pecuniarum profligatio.

6 Plures dixerunt,contractus, & alios actus factos à notorio prodigo,etiam nulla præcedente interdictione,eſſe nullos *Petr.de Bellapert.Cuman. Imola,& Donel.in l.is,cui ff.de verb.obligat.Arpreſt. ad Clar.qu.33.nu.12.Ant.Fab.in C.lib.5.tit.40.defin.7.de Curat.furioſ.R.Latr.conſ.35. nu.6.7. Tuſc. lit.P.conclus.860.Conſ.Prat.lib.1. diſcept.2.nu.11. & diſc.33.nu.16.lib.3.Georg.all.2.nu.5.& ſeqq.* & diximus *in obſ.ad conſ.75.lib.3.Reg.Rouiti num.2.* Ea ratione quia prodigo ipſo iure à legibus adminiſtratio ſuorum bonorum ſit interdicta *l.1. ff. de Curat.furioſ.& §.furioſi Inſt.eadem l.ſi cui ff. de teſtam.l.mutum 5.§.1.ff.de acquir.hæred. Scalona d.cap.8.§.2.nu.52.& ſeqq.* vbi id probat etiam in non notorio prodigo poſt *Fabr.in rational.ad d.l.is cui ff.de teſtam.* & notorium, ſeu manifeſtum æquiparetur ſententiæ, quantum ad effectum declaratiuum *Bal.in l.quidam dicunt C. de Curat.furioſ.add.ad Guid.Pap.dec.260.*

7 Tamen verior eſt ſententia notorietatem prodigalitatis non ſufficere ad eſſiciendos contractus,& alios actus nullos, cum requiratur ſententia, per quam adminiſtratio ei ſit interdicta ad *tex.in l.is,cui bonis ff.de verb.obligat.* vbi *Bar.nu.1. Alex.nu.7.Iaſ.nu.10.Arpreſt.ad Clar.d.qu.33.n.3. Vaſq.de ſucceſſ.progreſ.lib.1.n.6.Onnat.de contract. tom.1.diſput.4.ſect.9.nu.88.Conſ.Fodiern.d.contr. 41.nu 20.Chriſtin.dec.182.nu.10.p.1. Prat.d.diſcept.2.nu.15.& ſeqq.ex l.& mulieri ff.de curat.furioſ.Vlpian.in l.16. adeditum in l. Iulianus 10. in in princ.Tribun.in lib.12. diſput. in l.ſi furioſo 16. §.1.l.his qui 12.§.diuus ff. de tutor. & Curat. dat.* alij adducunt ſed non bene *tex.in cap.veritatis de dolo,& contumac.Boer.dec.25.nu.36.Maſcard. de probat.concluſ.865.Gomez var.tom.2.cap.14.n.31.* vbi *Laynes,* alios plures retulimus *d. conſ.75. nu. 5.* vbi diximus primam opinionem poſſe ſubſtineri,vbi contrahentes cum notorio prodigo eius conditionem ſcirent *Cald. in l.ſi curatorem verb. cum non abſimilis nu.5.& ſeqq.C.de integr. reſtit. Laynes d.cap.14.nu.32.Caſſarell. de donat. lib.1.q. 11.nu.47.& 48.Fodiern.d.contr.41.nu.19.& 20.*

8 Eſt tamen verum quod vbi prodigus per actus factos ante interdictionem, eſſet læſus, vel deceptus poteſt non ipſe, ſed eius Curator reſtitutionem in integrum petere *gl.in l.patre pro filio ff. de minor.* vbi vult,quod Curator prodigi per reſtitutionem in integrum, poterit reuocare, & infringere omne id, quod inutiliter anteà prodigus fecit,notat etiam *Roman. ſing.423.* qui licet dicat quod *gl.* loquatur de prodigo minore,tamen vult, quod idem dicendum ſit etiam in prodigo maiore,vbi allegaretur iuſta cauſa deceptionis, & læſionis ad *tex.in l.1.d.nec non.§.quod iis ff.ex quib. cauſ.maior.* latè *Petr.de gregor.ſyntagm.tit.15.* verũ, & communiorem opinionem dicit *Fachin. lib.2. contr.75.Daumod.d.cap.8.num.18.& 19. Vergil.d. cap.8.num.15.*

9 Prodigus,cui bonis interdictum eſt non poteſt contrahere,nec quaſi contrahere, nec teſtari,nec codicillari *l.is qui bonis ff.de verb. oblig.* vbi *DD. omnes l.1.& per totum tit.ff.& C.de Curat.furioſ.& prodiga l.is,cui ff. de teſtam. §. item prodigus Inſtit. quibus non eſt permiſſ.facer. teſtam. Gutier de tutra. confirm.cap.32.Cald.in l.ſi curatorem verſ.non abſimilis nu.21.C.de in integr.reſtit.Clar.§.teſtamentũ qu.33.Craſſ. eodem §.qu.22. Caled. dec.17. lib.1.*

No-

Digitized by Google

Nouar. de elect. fori lib. 1. qu. 16. nu. 10. Ponte conſ.
148. & 149. lib. 2. Scalona de teſtam. d. lib. 1. cap. 8.
§. 2. nu. 27. & ſeqq. Farinac. in repert. vltim. volunt.
qu. 74. nu. 12.
10 Quod procedit etiam ſi contractus eſſet factus
cum iuramento, nam neque valeret *Daumader d.*
cap. 8. nu. 29. cum ſeqq. Alciat. in cap. cum contingat
de iure iur. num. 226. Federic. de Sen. conſ. 31. Ber-
trand. conſ. 47. lib. 2. Geuar. in cap. quamuis pactum
de pactis in 6. p. 2. §. 3. nu. 8. Gomez de contract. cap.
14. nu. 22. de magis communi opinione teſtatur
Fachin. contr. 64. lib. 2. R. Ponte conſ. 149. vbi dicit
non poſſe facere vllam ſpeciem actus inter vi-
uos, ſiue vltimæ voluntatis, etiam quod pru-
dentes diſpoſuerit *Gutier. vbi ſup. Velaſc. d. qu.*
19. nu. 21. Non ſolum non poteſt teſtari, ſed nec
11 etiam eſſe teſtis in teſtamento, vt notant *DD. in*
d. §. item prodigus Inſtit. de teſtam. Nec in contra-
12 ctu, nec in iudicio *Farinac. de teſtib. qu. 56. n. 457*
13 Facta interdictione adminiſtrationis per vnum
Iudicem, impeditus etiam adminiſtrare bona exi-
ſtentia in loco alterius Iudicis *Poſſen. lib. 6. tit. 7.*
orreſ. 10.
14 Nec etiam ad pias cauſas poteſt teſtari *Alex.*
conſ. 18. nu. 6. vol. 5. Daumad. cap. 9. nu. 35. Craſſ. §.
teſtamentum qu. 5. nu. 4. Ponte conſ. 149. nu. 2. Spino
in ſpec. teſtam. gl. vnb. p. 10. n. 14. Suar. in theſ. recept.
ſent. §. teſtamentum nu. 18. Magdal. de num. teſtium
in teſtam. requiſ. p. 2. cap. 4. nu. 99. Thomas in tract.
de vltim. volunt. tract. 10. cap. 208. Virgil. de legit.
perſ. cap. 8. nu. 6. Ricciar. d. qu. 16. nu. 20. in fine Fa-
rinac. in repert. vltim. volunt. qu. 94. nu. 10. vbi *Ca-*
pram concluſ. 102. nu. 10. allegat *Borell. in ſumma*
deciſ. tit. 20. de teſtam. num. 56. Scalon. d. cap. 8. §. 3.
nu. 56. & ſeqq. vbi latiſſimè, & docto calamo pro-
bat nec inter liberos valere, nec ſtatuto, aut con-
ſuetudine poſſe introduci valere teſtamentum
15 prodigi. Non deſunt tamen alij tenentes poſſe
teſtari ad pias cauſas vt ſunt *Clar. §. teſtamentum*
qu. 5. Mancin. cap. 6. de teſtam. Cuiac. in l. is cui de
teſtam. Papon. not. 2. lib. 7. tit. de teſtam. in fine Boriò
de ſucceſſ. lib. 1. tit. de teſtam. cap. qui teſtam. & codi-
cill. facere poſſ. nu. 45. D. Hodiern. contr. 41. nu. 45.
cuius meminimus *in obſ. ad conſ. 75. nu. 16. R. Ro-*
uiti lib. 3.
16 Per interdictionem non ſolum priuatur admi-
niſtratione ſuorum bonorum, ſed etiam ipſo iure
amittit adminiſtrationem bonorum alterius, ſe-
cundum *Bald. in l. 1. ff. de Curat. furioſ. Rip. in d. l. is*
cui bonis nu. 15. Fachin. lib. 2. contr. 64. verſ. 3. *eſt*
17 *controuerſia.* Et ſi talis prodigus habeat feudum,
per interdictionem eſt priuatus, etiam iuriſdictio-
nis exercitio bene *Daumad. de patrocin. pupillor.*
qu. 10. nu. 83. vbi hanc opinionem probat, & con-
trarija reſpondet. Ex his infertur, quod prodigus
18 interdictus, non poſſit contrahere, nec quaſi con-
trahere, nec iuriſdictionem exercere, nec etiam
in iudicio comparere, vt alios conueniat, vel ab
alijs conueniatur, vt in *d. l. fulcinius §. adeò & §.*
idemque; prodigo, & l. quis neque vbi *Bal. ff. de reb.*
eor. m.
19 Quæ diximus, quod prodigus interdictus non
poſſit contrahere, intelligimus, vbi per cõtractum
alteri vellet ſe obligare, ſed ſecus eſſet ſi alius ei
obligaretur, nam tunc teneret obligatio, cum nõ
prohibeatur acquirere ſecundum *Par. in d. l. is*
cui bonis ff. de verb. obligat. Damoud. de pupill. pa-
trocin. cap. 8. nu. 52. poſt alios *Veleſc. de priuil. mi-*
ſerab. perſon. qu. 3. & 19. nu. 24. & omnia quæ de
Iure ſunt conceſſa minoribus, conceduntur pro-
digis latè *Gomez tom. 2. variar. cap. 14. nu. 30.* vbi
teſtatur de communi.
20 Intelligitur autem ſi delinquat obligetur ex de-
licto, etiam quoad amiſſionem bonorum *Angel.*
de maleſic. verb. *ſcienter doloſe nu. 16.* & ibi *Auguſt.*
Flach. in epit. delict. cap. 29. Farinac. qu. 94. nu. 46.
in delictis in committendo, ſecus omittendo *nu.*
47. Franch. dec. 461. Caball. reſ. l. 48. Clar. §. fin. q.
40. verſ. *vlterius*, ea ratione, quia vitium coniun-
ctum cum vitio non excuſat maleficium poſt *Bal.*
& Dec. D. Iuro ad Franc. l. d. dec. 461. num. 2. qui
poſt *Iac. in l. ſi quis in tantum C. de condit.* dicit,
quod quando alienatio prohibita eſt fauore alie-
nantis, vt eſt in prodigo, tunc alienatio, quæ fit
delinquendo non eſt prohibita, quia propter de-
lictum perdit fauorem. Et *Caball. d. reſ. l. 48. nu. 6.*
diſputat, an confeſſio facta per prodigum delin-
quiſſe valeat, ita vt ex illa poſſit puniri, & ex opi-
nione *Bal. in l. 1. nu. 24. C. de confeſſ.* dicit, ſic, ſed
ipſe dubitat.
21 Sed non poteſt accuſare, licet poſſit accuſari,
nam accuſat cum authoritate Curatoris, ea ra-
tione quia ſolus non habet diſcretionem, neque
iuſtitiam, vt perpendat qualitatem perſonarum,
loci, & temporis, etſi admitteretur ad accuſandũ
profuſus foret in expenſis, & periculum eſſet, ne
Iudices, & teſtes corrumperet, ideò repellendus
eſt vt late de communi teſtatur *Decian. in tract.*
crim. lib. 3. cap. 11. nu. 2. & 3.
22 Adhoc vt prodigo interdicatur adminiſtratio,
debet præcedere cauſæ cognitio per *tex. in l. ob-*
ſeruare ff. de Curat. furioſ. & prodig. Rip. in d. l. is cui
bonis ff. de verb. obligat. nu. 26. Bertrand. conſ. 222.
lib. 2. Soc. conſ. 279. nu. 3. lib. 2. Tuſc. lit. P. concluſ.
865. nu. 1. Virgil. de legit. perſ. cap. 9. nu. 7. verſ. *dixi*
Fab. in C. lib. 5. tit. 40. de Curat. furioſ. defin. 7. poſt
med. & in annot. nu. 6.
23 Ideò ante omnia debet à Iudice citari is, cui
debet interdici, cum non poſſit adhiberi cauſæ
cognitio niſi parte citata *l. in cauſæ §. cauſa cogni-*
ta ff. de minoribus Rip. vbi ſupra, & eſt communis
opinio teſte *Bertran. conſ. 222. lib. 3. Montan. de*
tutel. cap. 38. nu. 26. & 31. Viu. opin. 655. Maſ ord.
de probat. concluſ. 1234. Caſtill. dec. 225. nu. 7. & 8.
Virgil. de legit. perſ. cap. 8. nu. 18. Tuſc. lit. P. concluſ.
865. Fab. in C. lib. 5. tit. 40. de Curat. furioſ. defin. 7.
in annot. nu. 6. Hodiern. contr. 41. num. 22. & ſeqq.
Prat. diſcept. 2. nu. 12 lib. 1. & obſ. 57. Recc. reſp. 78.
nu. 8. & ſeqq. lib. 2. Nouar. de elect. fori tom. 1. qu. 17.
nu. 1. Scalon. d. cap. 8. §. 1. nu. 18. D. Staib. reſ l. 160.
24 *nu. 11.* Et licet aliqui teneant non requiri talem
citationem, cum prodigus notorius aſſimiliter fu-
rioſo *Dec. conſ. 274. in fine Maranta in ſpec. par. 6.*
de citat. num. 31. Tamen ſemper prima opinio mi-
25 hi placuit tanquam verior, & communior, cum
ſit munita diſpoſitione *tex. d. l. obſeruare* vbi re-
quirit pleniſſimam cauſæ cognitionem, tanto ma-
26 gis quod inter prodigum, & furioſum magna eſt
differentia, vt dicit *Gama dec. 302. nu. 5.* nam fu-
rioſus ante interdictam adminiſtrationem facit
acta

acta nulla,ſed prodigus eſt libera perſona, & le-
gitimus adminiſtratur ſuorum bonorum merito
citari debet,cum tractetur de ſuo maximo præiu-
dicio,quo caſu debet citari per *tex. in l.nam ita*
diuus ff.de adoption.cum per talem declarationem
omnis rerum adminiſtratio interdicatur *Alex. &*
alij in d. l.is cui bonis vbi *Angel. Paul. de Caſtr.*
Imol. Mandoſ. in tract. de inhibit.qu.91. num.4.&
37 *qu.18.num 9.* Nam ſine citatione facile Iudex
poſſet falli ab aliquo inimico, vel auaro conſan-
guineo interdicendi, & cum verè non eſſet pro-
digus, faceret ei interdicere adminiſtrationem
Virgil.d.c.8.nu.18.

38 Et quod talis declaratio ſine citatione ſit nul-
la,dicit *Daumoder.d.cap.8.nu.53.& ab. in C.defin.*
7.tit.de Curat.furioſ.prodig.Gabriel.tit.de citat.con-
cluſ.1. num.188. Vin.opin. verſ.*prodigus citandus*
*Schrader de feudis p.10.ſect.19.nu.279.*vbi ſubdit
opinionem *Maranta,& aliorum*,eſſe reprobatam,
& falſam.

39 Quod adeo verum eſt quod ſi princeps ſua au-
thoritate,abſq;vlla citatione,aliquem declaraſſet
prodigum,illa ſententia,&declaratio,nõ eſſet va-
lida,cum partes adhoc non fuerint expreſſe cita-
tæ *clem.paſtoralis §. cæterum de re iudic. cap.1.de*
cauſa poſſeſſ.& propriet.gl.in l.fin.C.de legib. Cum
citatio ſit de iure diuino, vt alibi diximus *cap.*
*Deus omnipotens 2.q.1.*latè *Daumoder.d.cap.8. de*
patrocin.pupill.nu.66.

30 2.Debet conſtare de prodigalitate, ſcil.quod
malè quis vtatur ſua ſubſtantia, & talis proba-
tio fieri debet per actus inferentes prodigalita-
tem, puta quia viderunt teſtes vendere ſine ne-
ceſſitate,donare, pecunias ſub vſuris accipere,
luxorioſè viuere, & quotidiè dilapidare vltrà
quam facultates ſuppetunt,pro alijs fideiubere,
& ſimilia facere per *tex.in l. is qui ff.de tutor.& cu-*
rat.dat.ab l.1.ff.de curat.furioſ.Dec.conſ.274.Prat.
d.diſcept.2.nu.23.Conſ.Hodiern.d.contr.41.nu.26.
& ſeqq.

31 Et teſtes etiam non interrogati debent redde-
re cauſam ſcientiæ, cum non ſufficiat dicere,quẽ
eſſe prodigum,nec ſufficere teſtium depoſitionem
de publica voce,& fama tantum *Maſcard. de pro-*
bat.concluſ.516.& 1240.Tuſc. concluſ.865. nu.1.
lit.P.Scalon.d.§.1.num.16.& 17.Hodiern.d.contr.
41.num.28.

32 Requiritur vlterius,quod poſt ſententiam Iu-
dicis declarantis illum eſſe prodigum debeat in-
terponi aliud decretum,per quod ei interdicatur
adminiſtratio,cum datione Curatoris, cum per
dictam ſententiam declaratoriam non cenſeatur
ei bonis interdictum *Bar. in l.is cui bonis nu.2.* &
ibi *Rip.nu.30.ff.de verb.oblig. D.Prat. diſcept.33.*
nu.12.lib.3.Hodiern.nu.39.

33 Et ſic antè factam interdictionem quilibet cõ-
tractus factus,aut teſtamentum ſubſtinetur *§.item*
prodigus Inſtit.quibus non eſt permiſſ.facere teſtam.
*Clar.*vbi *ad d.§.teſtamentum §.22. Cald. in l.ſi cu-*
ratorem habens verb.*non abſimilis nu.4.C.de in in-*
tegr.reſtit.Gomez.var.lib.2. tit. de contract. cap.14.
nu.31.Oman.de contract.tract.1.diſp.4.ſect.6.num.
*87.*qui dicit,quod interdictio abſq;curatoris da-
tione,non ſufficit *Papon.lib.18.tit.1.arreſt.41.Ho-*
*diern.n.30.*Dummodo ille,qui contraxerat igno-
raſſet ſententiam,& interdictionem,quod ſcribit
licet non affirmatiue *Facbin.contr.68.lib.2.*

34 Verum hoc requiſitum non eſt neceſſarium,
cum per ſententiam declaratoriam ſequatur bo-
norum interdictio *Facbin. contr.63. & 66. lib.2.*
Beer.dec.23.nu.38.R.Ponte conſ.160.nu.20. lib.2.
qui dicit,quod per talem ſententiam ſtatim pro-
digus ſtat ſub Curatore legali ſcil. proximiorum
agnatorum, & ſic interim nihil peragere poteſt
abſque illo legali Curatore.

35 Requiritur,Vt interdictio fiat ad inſtantiam
Conſanguineorum *Fulgoſ.conſ.78.nu.2.* qui licet
loquatur in furioſo, idem in prodigo dicit *Tuſc.*
d.concluſ.865.Rebuff.gl.4.nu.9.& ſeqq. de ſentent.
prouiſ.Fab.d.defin.7.D.Hodiern. d. contr.41. num.
36.& 37.

36 Demum requiritur,quod fiat proconizatio, vt
nullus de cætero contrahat cum illo, alias con-
tractus,& obligationes ſubſtinentur, cum igno-
rantes non debeant decipi, vt deciſum refert per
S.C.*Vrſill.ad Aff.dec.290. nu.7. Reg.Sanfel. dec.*
148,nu.6.in fine,qui dicit,non ſufficere,præconi-
zari Notarijs prohibitionem contrahendi, cum
debeat etiam præconizari decretum interdictio-
nis adminiſtrationis,& prouiſionis curatoris latè
D.Hodiern.contr.42. Cald.in d. l.ſi Curatorem ha-
bens verb.*cum non abſimilis num.18. D.Prat.lib.1.*
diſcept. 2.nu.7. & ſeqq. & diſcept.33.nu.12. lib.3.
D.Rocc.reſp.78.nu.6.lib.2.Caſtill.dec.225. nu.11.
Virgil.d.cap.8.nu.10.& 11.Facbin.contr.68.lib.2.
Scalon.d.§.1. nu.21. & ita deciſum fuit per S.R.
C.referente *D.D. Sancio de Loſſada* in cauſa hæ-
redum Pauli Salui cum Gregorio Salzano in
Banca Martini.

37 Quæ requiſita ſi deficiant,& fuerit decretum
interdictionis interpoſitum,illud eſt nullum *Ber-*
tran.d.conſ.222.lib.3.Monton.de tutel.cap.38. nu.
26.Maſcard.de prob.concluſ.1234.Caſtill.dec.225.
nu.6.8.Vtu.opin.655.Virgil.de legit.perſ.cap.8.nu.
18.in fine Hodiern.d.contr.41. num.43. Rocc.reſp.
*78.nu.5.20.lib.2.*deciſum per S.R. C. vt *ſup.*di-
ximus.

38 Quæſtio hic eſt. Si Iudex interdicat aliquem
tamquam prodigum, & auferat adminiſtrationẽ,
ſed ille re vera non ſit prodigus, an talis interdi-
ctio non valeat, ità vt ſi cum eo contrahatur,va-
leat contractus, vel non valeat contractus? Et
quod talis interdictio non valeat, & ſic contra-
ctus,& alius actus valeat dicit *gl.in l.ſi putes* & ibi
Cyn.C.de petit.hæred.& in l.2.in verſ.*palam*, & ibi
Cynus C.quando prouoc. non eſt neceſſe Angel. Imol.
& Alex.in d.l.is cui bonis Io:Fab.in §.furioſi de cu-
*rat.*adeſt *tex.in l.ferè,& l.tutor ff.de tutor.& Curat.*
*datis ab his.*Vbi habetur,quod datio tutelæ,& cu-
ræ eſt nulla,ſi cauſa,ex qua dati ſunt, non eſt ve-
39 ra. Contrariam opinionem tenet *Bart. in l.ſeia*
egreſſa 26.ff.de tutor.& Curat. datis ab his vt ſcil.
valeat,ità vt prohibeatur quis cum eo cõtrahere,
donec vt iniuſta interdictio reuocetur, *& in l.is*
*cui bonis ff.qui teſtam.facer.poſſ.*Mihi ſemper pla-
40 cuit diſtinguere.Aut in decretatione Curatoris
eſſet error expreſſus,aut non. Primo caſu proce-
dit opinio *gloſſæ & aliorum*, ſecundo caſu proce-
dit opinio *Bar.*hanc diſtinctionem ſequuntur *Io-*
fred.deciſ.311.Tepat. tit.de furioſ.prodig. &c.verb.
interdictio iudicia.

41 Nec

41 Nec ex eo quia poſt interdictionem, fuerit ad
magiſtratum,nempe ad officium Iuratus, penmotus,
cenſetur remotus à iuriſdictione,& Curatela,
vt dicit *Bar.in l.1.C.qui, & aduerſus quos in integrum restitutio non poſt*.argum.illius *tex.* vbi ſic ait
obſeruatum in facto *Bocc.dec.13.in princ.Ranchin*
ad Guid.Pap.dec.260. in fine D. Hodiern. d. contr.
41.nu.7. Et Prætor debet voluntatem patris ſe-
42 qui,ſi ille in teſtamento reliquerit Curatorem
filio ſuo prodigo,& prætor non debet aliud perſcrutari
per *tex.in l.praed.§.his conſequens eſt ff.de*
Curat.furioſ.& prodigi Surd.conſ.89.nu.18.

43 Iſti Curatores licet dentur minoribus petentibus,
& volentibus, vt diximus, tamen prodigo
minori decem,& octo annorum,debet dari Curator,
vt minori,& non vt prodigo, ea ratione quia
quouſque minor fuerit, ætatis vitium eſſe intelligitur,
& non animi,& ſic ætati concludendum, &
ſatisfaciendum eſt *l.ub. in C. de ſu.§.tit.de Curat.*
prodig.

44 Curatores,qui dantur furioſis,vel prodigis,nõ
dicuntur datiui, ſed legitimi,quia ex lege 12.tabularum
iſta cura defertur agnatis, & cognatis
quibus eorum hæreditas defertur *Auctin. in §.fin.*
eiuſd Inſtit.de Curat.gl.in l.1.ff.de Curat.furioſ.& in
l.11 cui bonis ff.de verb. obligat. Ideò Curatori da-
45 tiuo prodigi,& furioſi nunquam locus eſt, niſi
in ſubſidium deficientibus agnatis, & cognatis,
vel illis expreſsè,vel tacitè conſentientibus *Paul.*
de Caſtr.conſ.306.lib.2.

46 Imo quando ſunt plures conſtituti Curatores
prodigo,vno ex Curatoribus defuncto alter Curator
ſubrogari debet *l.fin.§ fin.C.de curat.furioſ.*
vbi *Bal.*dicit, quod in Curatoris creatione dictũ
eſt,idem in ſubrogatione loco cecati intelligitur.
Et *Bran. conſ.158.* tenet quod ſi extet legitimus,
non poteſt dari datiuus, alias datio eſſet nulla.

47 Iſti Curatores tenentur facere inuentarium,
& ante inuentarium,non poſſunt in cura ſe ingerere
*Bran.conſ.158.nu.10.*vbi allegat *tex.in l.fin.*
C.de Curat.furioſ.& Pau.in l.tutor.qui repertorium
ff.de adminiſtr.tutel. Spec. in §.generaliter in princ.
& verſ.*hec autem*,& verſ. *item ſecundum tit. de tutor.&* §.2.verſ.*caeterum tit.de curat.* In puncto lo-
quendo in Curatore prodigi *Pariſ.conſ.45.vol.1.*
& Bran.vbi ſup. Quod inuentarium facere debet
48 ſtatim cum curam aſſumit *l.tutores C. de admini-*
49 *ſtr.tutor.* Et inuentario non facto in dolo eſſe
50 præſumitur *d.l.tutor,qui repertorium* & ibi *Bar.*Et
ſic tam tutor,quam Curator,qui inuentarium facere
negligens eſt,vt ſuſpectus remouendus eſt *l.*
fin.C.arbitrium tutel.l.3.§.tutor ff. de ſuſpect. tutor.
51 Acaque facta per ipſum ſunt nulla *Socc. iun.conſ.*
52 *22.vol.2.* Iſta exceptio inuentarij non confecti
repellit illum ab agendo *Bar. in §. praeterea il 2.*
verſ.in omnibus Inſtit.de except.

53 Iſti Curatores prodigi tenentur etiam ſatiſdare,
& adminiſtrationem à Iudice ſuſcipere, &
reliqua ſollemnia facere ſicut tutores, vt docet
Fulgoſ.conſ.79.Caſtill.dec.225.num.7. & 8.lib.3.
Scalon.d.§.1.nu.20.D.Hodiern.d.contr.41. nu.38.
39.Virgil.de legit.perſon.cap.8.nu.27.

54 Difficultas hic eſt.Si prodigus ſub Cura conſtitutus,
ad ſanos mores reuerſus reſipiſcat,an tollatur
bonorum interdictio, & cura ſub qua poſitus
erat ipſo iure,vel requiratur ſententia *Bar. in l.1.*
ff.eodem de curat. furioſ. tenet quod ipſo iure deſinit
eſſe in poteſtate Curatoris, modo tamen ſit
notorium,eum ad ſanos mores rediſſe, alioquin
requiritur ſententia declaratoria *Surdon.conſult.*
160.nu.25.& ſeqq.lib.2.per tex.in d.l.1.ibi,& tandiu
Guid.Pap.dec.260.Euer.decis.23.num.40.Maſcard.de
probat.concluſ.1240.nu.13. & ſeqq.Mar-
in de ſucceſſ.legal.1.p.qu.1.art.5 nu.45. aliiſq; apud
Hodiern.d.contr.41.nu.45.Scalon.d.§.1. nu.23. licet
contra teneat *Virgil.d.c.8.num.28.* vt ſcilicet
requiratur ſententia declaratoria. Et probatur
55 notorietas ſanæ mentis,ſi per biennium,vel triennium
ſapienter ſe rexerit per *tex.in Auth. de Monachis*
§.ſi vero col.1.Guid.Pap.qu.260.& DD.ſup.
hic proximè *citat*, quo tempore elapſo ceſſat interdictio
ipſo iure abſq;alia iudicis declaratione
poſt alios *D.Hodiern.d.contr.41.nu.55. Virgil.d.*
cap.8.nu.29. Licet alias in remotione Curatoris
56 requiratur cauſæ cognitio, ſcil. citatio conſanguineorum,
& Curatoris dicit *Rebuff. de ſentent.*
prouiſ.art.3.gl.4.nu.13.

57 Similis Prodigo eſt Auarus, qui eſt ille, qui
non dat danda,& tenet tenenda, & ſic ſicut Prodigus
abutitur ſubſtantia ſua, & ſic iſti debet dari
Curator prout prodigo *Bal.in l.fin. C.de ſent.*
paſſ.nu.18.Reg.Ponte de poteſt.proreg. tit. de diuerſ.
prouiſ.ſiue ſolitis nu.24.Neuar.de eccl.ſ.ri lib.3.q.
18.nu.7.Virgil.de legit.perſ.cap.8.nu.23.Bocr.dec.
61.nu.14. Segni. in l.imperator nu.137.ff.ad Trebell.Gomez
Arius in l.4.Tauri num.50.Molina de
Hiſp.primog.lib.1.cap.16. num.13. vbi *Add. Arias*
Pinelli.in l.1.p.2.nu.38. C.de bonis matern. Velaſcò
de priuileg.miſerab.perſon.qu.39.nu.30. (qui n.12.
dicit adminiſtrationem bonorum alienorum vel
illorum,quæ ad alios neceſſario per ventura sũt,
& ad ea ius habent,ſolere interdici, & dari Curatorem,
ſecus ſuorum) *D.Peat.obſ.55.*

58 Non ſolum maſculo prodigo datur Curator,
ſed datur etiam mulieri luxurioſe viuenti per
tex.in l.& mulieri ff.de Curat.furioſ. ibi: *& mulieri*
luxurioſè viuenti bonis interdici poteſt Bocr. conſ.4.
nu.58.Cum.nu.in l.mulieri Bal.in l.cum lege num.20.
C.de condit.ob cauſ.& in cap. indecorum de ætat. &
qualit.Spec.tit.de curat.§.1.nu.22.alber.& Cumano
in d.l.11 cui bonis ff.de verb. obligat. & ibi *Rip.nu.*
36.Salyc.in l.1.C.de Curat.furioſ. Segura in l.Imperator
ff.ad Trebell.Paul.at Pelin. & Dec. in c.paſtoralis
de iudic.Pinell.in l.4.nu.24.C.de bonis maternis
Capoll.cau.12. Nam mulier, quæ ſui honoris
59 & famæ eſt prodiga,multo magis erit,& bonorũ
Vaut.hic nu.24. Cald. in l.curatorem habens verſ.
non abſimilis nu.12.Gomeſ.tom.2.var.cap.14.n.33.
de qua re *infra.*

60 Inter prodigum,ſeu mulierem luxurioſam, &
alias perſonas furioſas,mentecaptas, ſiue fatuas
eſt differentia non modica. Nam prodigus, ſeu
mulier luxurioſa interim antè interdictam adminiſtrationem
à Iudice, & ante datum curatorem,
poſſunt in iudicio comparere, & ſua negotia
extra illud gerere, niſi aliud adſit impedimentũ,
Non ſic furioſus, ſiue mentecaptus, aut fatuus,
quia iſti ſemper à Iudicio repelluntur,& contrahere
prohibentur *l. & mulieri ff. de Curat. furioſ.*
61 meretrix miſerabilis eſt perſona, vt probat *Nouar.de*
eccl.ſuet q.12.l'einſd. de priuil. miſerabil.q.
2.nu.15.

62 Ve-

Digitized by Google

62 Verum hic non eſt relinquendum ſine animaduerſione,quod id,quod dicitur communiter,quod tex.d.l. & mulieri, dum dicit luxurioſe viuati intelligitur de muliere coitum patiente,non eſt verum, nam dictum aduerbium luxurioſe intelligitur de luxuria reſultante ex adhibitione veſtium nimium prætioſarum,& aliarum rerum, cum tūc luxurioſe viuere dicatur gl. in d. l. & mulieri verſ. & mulieri Rebuff.de ſentent.prouiſ.art.3. gl.4.num. 11.Fachin. contr. 65. in fin. lib.2. Peteell.de bonis mat.l.4.nu.20.& ſeqq. negans ibi poſſe dari mulieri libidinosè viuenti Curatorem, & nunquam vidiſſe ſeruari dicit Rebuff.vbi ſup.

63 Sed quæſtio eſt, An etiam Viro luxurioſo dādus ſit Curator? Et ſimilem curatorem ei eſſe dādum dicunt DD. quos refert Caual.qu.833.Reudiu.de tutel.num.12. ea ratione, quia in vtroq;eſt eadem ratio,& vbi eſt eadem ratio debet eſſe eadem Iuris diſpoſitio l.illud ff.ad l.Aquil.

64 Sed in contrarium eſt veritas, nam quod non debeat dari Curator (ſuppoſita pro vera opinione,quod ly luxurioſè intelligatur de coitum exercente) melius tenuerunt Specul. tit. de actore §. 1. nu.12.Io:Andr.in add.ad Pauorm. in cap.paſtoralis nu.7.vbi etiam Felin.Hoſt. & Dec.nu.9. de iudic. Alberic.Roſat.in l.is cui bonis verſ.ſi vis ſcire Ludouic.Roman.num.25.Io:Lop.in cap.per veſtras §. 21. nu.23.de donat.inter.Quæ opinio receptior eſt teſte Ant. Pinello in l.1. nu.24. C. de bonis matern. Vaſq.in tract.de ſucceſſ.creat.lib.2.§.12.requiſit.2. nu.40.Gutier.de tutel.par.1. cap.9. nu.23. vbi teſtatur de communi. Ratio eſt quia licet par ſit delictum in viro,& vxore cap.chriſtiana 32.qu.5. nihilominus cum in fœmina magis ſtimulus carnis ferueat,& maius opprobrium ſit amicis, & generi,ſi ipſa fornicetur, quam ſi maſculus, ideò mulieri,& non viro eſt dandus Curator. Eo magis quia debilior eſt,& fragilior ſexus muliebris, ſexu virili,ideò maiori cuſtodia opus eſt cap.vbi periculum de elect.in 6.

65 Deberet dari Curator viro luxurioſo, ſi ille ſit ità amore muliebri laqueatus, vt bona ſua profundat,& expendat, & timor ſit quod conſumet in futurum ferè omnia, nam amans nimis æquiparatur prodigo ſecundum Nicolaum de Neap.in l.1.ff.de Curat.furioſ.Viu.in addit.ad dec. 521.nu.34. Velaſc.de priuil. miſerabil. perſon.lib. 2.qu.20.Virgil.de legit.perſ.cap.11.nu.9. in fine, imò æquiparatur mentecapto,vt cap.fin.de ſucceſ. ab inteſt.Ebrio gl.in §.fin. Inſtit. de ſucceſſ. ſublat. & ibi DD.Mortuo l.qui ad certam ff.locati ſimilis eſt fatuo l.1.iuncta l.2. ff.de poſtul. Bar. in l.1. §. acquirimus ff.de acquir.poſſeſſ.Oter.qu.30.par.3.Palat.Rub.in repet.rub.de donat.inter §.28.n.6.Quadrupedi,cui non eſt intellectus l.ſed & ſi quacumq; §.1.ff.ad l.aquil. Amor ſpecies furoris eſt teſte Virgil.lib.4: Æneidos. Ardet amans Dido,& alibi

Vritur infelix dido totaq;vagatur.

Vrbe furens.

Ouidio Metham orph.lib.14.

Luctatuſq;diu,poſt quam ratione furorem

Vincere non potuit.

Et de Arte amandi

Et ſanus iuret Amore mori.

Cicer.Tuſcul.lib.4.his verbis Maxime autem admonidus quantus ſit furor amoris: Omnibus enim ex animi perturbationibus eſt profecto nulla vehementer.

Senec.traged.ſic de amore loquitur:

Quod ratio poſcit,vincit,ac regnat furor

Poteaſq;tota mente dominatur Deus.

Plaut.in Ciſtellaria act.2.ſcen.1.

Qui omnes homines ſupero,atq;antideo cruciabilitatibus animi.

Iactor,crucior, agitor,ſtimulor, verſor in Amoris rota miſer.

Examinor,feror, differor,diſtraor, ità nubilam mentem

Animi habeo.

Dixit Iuſtinian. Imp.in auth. quibus mod.natural.fil.effic.legit.§.animus etenim col.6.vbi Accurſ. in comprobationem hos verſus refert.

Non frater fratri cum furor ille venit.

Igneus ille furor neſcit habere modum.

Et repetunt idem Imp. & Accurſ. idem in §.fin. verb.Bacchata Inſtit.de ſucceſſ.ſublat. late Tiraq.de pœn tempor.cauſ.4.Farinac.in praxi crim. lib.3.qu. 98.nu.77.& ſeqq.Velaſc.de priuil.miſerabil.perſon. lib.2. qu.20. Quod amans aſſimiletur furioſo eſt tex.in cap.cum in iuuentute de præſcript.Ceer.deciſ. 23.nu.75.76.Neuizan.in ſylua nuptial. lib.1.num. 109.Tuſc.concluſ.327.nu.2.lit.A. Et quod requiratur decretum in contractu faciendo per amantem eſt Simoncell.de decret.in præfat.nu.75.

66 Quod ſit miſerabilis perſona dicit Nouar. de elect.fori qu.35.quod nos intelligimus de amante, qui vel furoris,vel prodigalitatis actus facit, & tunc eſt miſerabilis perſona, & Curator dari debet,non vt amanti, ſed vt furioſo,vel prodigo,vt dicit,& bene Velaſc.d.qu.20. nu.4. in fine Virgil. de legit.perſon.cap.11.nu.8.in fine, Item meretrix miſerabilis eſt Aſſl.in conſtit. Regni: omnes noſtri num.2. & gaudet fori electione Franch.dec.233. Viu.dec.521.nu.5.Carleual.de Iudic. tom.1.ſect.7. nu.574.Nouar. in praxi elect.fori tom.1.ſect.2. q.6. nu.6.& qu.11.Scialoya de foro compet. cap.16. nu. 4.in med.& cap.25.nu.6.

67 Quando quis excuſetur in delictis commiſſis per amorem eſt Caſtill. dec. 237. Giurba conſ.47. Clar.§.fin.qu.60.Farinac.in praxi qu.98.num.77. & ſeqq.Ricc.collect.1843.Menoch.cent.3. caſ.328. Velaſc.de priuil.paup.p.1.qu.17.num.25.& ſeqq.& p.2.qu.65.n.102.Tiraq.de pœnis temperand.cauſ.4.

68 Vnde dicatur Meretrix, & quæ ſit? dicitur ſecundum Valla lib.3.elegantiarū c.10. à merendo, quod eſt ſtipendia facere,ideſt mercede militare, quoniam, & ipſæ meretrices ſuam exercent militiam, & ſtipendia faciunt Laurent.Beuerlinch. in theatr. vitæ human. verb. Meretrix Polyan. anuiſſ. eodem verb.Petr.Gregor.lib.10.iuris ſyntagm.cap.2. in princ.Farinac.qu.130.c.2.nu.78. Vel ſecundū Alberic.in diction.verb.meretrix dicitur meretrix quaſi meretro trahens à bono opere,ſcil.virginitate, vel caſtitate Alberic. ſequuntur Rolan. conſ. 74.nu.19.lib.1.Cephal.conſ 140.nu.7. lib.1. Farinac.nu.77.

69 Meretrix eſt illa, quæ publice venalem habet pulcritudinem, quod colligitur ex tex.in l.palam 43.ff.de rit.nuptiar.cap.vidua 34.diſ.cap.meretrices 30.qu.3. Seu, quæ corpore quæſtum meretur d.l. palam §.non eſt ignoſcendum,& in l.at letas 4.§.ait

Prætor. ff. de his qui not. infam. dixit *Ouid. lib. 1. Eleg. ſeu Amor.*

Stat meretrix certo cuiuis mercabilis ære
Et miſeras iuſſo corpore quærit opes
& ibidem.
Sola viro mulier ſpolijs, exultat ademptis
Sola locat noctes, ſola locanda venit.

70 Et ſic duo requiruntur ad efficiendam meretricem. Vnum quod recipiat quæſtum ex opere poſt *Alciat. Nouar. de elect. ſori qu. 22. nu. 5. in fine Anna ſing. 338. Amendol. ad Franch. deciſ. 68. num. 12.* primus omnium *Salamon. in Prouerb. verſ. 5.* ibi *& labores tui ſint in domo aliena, & eccleſ. 9. Idem Ouid. lib. 1. de arte amandi*

Inuenit artem
Fæmina quæ cupidi carpat amantis opes.
Idem notat *Plaut. in Truculento*
Meretrix meum latum
Miſerum ſua blanditia intulit in paupertatem
Priuat bonis, luce honore, atq; amicis
& ibidem
Meretricem ego item eſſe reor
Mare vt eſt, quod des deuorat, nunquã abũdat.

71 Vnde mulier, quæ amatori ſe proſtituit amoris cauſa ſine quæſtu, inſtitui poterit, fratre vel ſorore præteritis, quia illa non dicitur turpis perſona, vt poſt alios dicit *Nouar. in pragm. de meretricib. num. 8.* & ſic deciſum refert in Senatu Luſit. *Phæb. arreſt. 145.* & à pœna infamiæ, & turpitudinis excuſatur *Velaſc. de priuil. paup. & miſerab. perſon. quæſt. 62. num. 102. & ſeqq. Farinac. qu. 98. nu. 86. & in ſchol. ad conſ. 33. lit. L. Ricc. reſol. 672. num. 8. & coll. 127.* Secus eſt ſi ipſa copiam faciat recipiendo quæſtum, nam tunc turpis perſona dicitur *Caroc. dec. 124.* relatus, & ſequutus à *Nouar. vbi ſup. nu. 4.*

72 Sic etiam *pragm. 1. de meretricib.* per quam meretrices à locis honeſtis expelluntur etiam ſi ibi domos proprias habeant ex *Gizzarell. deciſ. 56.* quamuis de Iure communi aliàs ſit *Theſ. qu. 33. lib. 2.* Non procedit in mulieribus illis, quæ amoris cauſa ſui copiam faciunt *Maſcard. de probat. concluſ. 1056. nu. 8. Farinac. qu. 136. ap. 3. num. ... Menoch. de arbitr. caſ. 318. Anna ſol. ad patrem ſing. 338. Paſcal. de vir. patr. poteſt. 10. p. 2. nu. 31.* Eo-
73 dem modo leno, qui eſt ille, qui mulieres quæſtuarias proſtituit *d. l. palam §. lenas autem,* ſi non recipiat mercedem, non dicitur leno, vt deciſum refert *Franch. dec. 68.*

74 Alterum requiſitum eſt. Vt mulier non tantum vni, ſed pluribus ſe proſtituat *d. l. palam verſ. item* vt contra *Afflict. in conſtit. quæ paſſ. & in conſtit. pallanen.* dicentem, meretricem etiam dici, quæ vni ſe præbuit, inuehit *Maſcard. d. concluſ. 1066. nu. 15. & Amendol. ad Franch. d. dec. 68. nu. 13.* adeſt *prag.* de iure noſtri Regni Neap. 6. §. 2. *de meretr.* per quam diſponitur, vt illæ mulieres tantum cognoſcantur à Curia meretricum, quæ publicè, & quotidiè dishoneſte habent rem quæſtus cauſa, & nõ aliæ, & dicit *Plautus in Muſella* ibi: *Matrona non meretricum eſt vnum inſeruire amantem.*

75 Sed quæſtio eſt quot debet ſe proſtituere mulier adhoc vt meretrix dici poſſit? Nam *Boſſ. in tit. de plur. viol. nu. 67.* dicit meretricem dici illam, quæ admiſit plures quam 23000. hominum, vt teſtatur *Lambert. de Iure Patr. in 10. art. 8. qu. in princ. p. 1. lib. 1. nu. 12.* quod *Boſſ.* mutuatus eſt à *gl. in d. cap. vidua 34. diſt.* Alij dicunt 40000. alij 60000. quos recitat *Farinac. nu. 83.* Sed hanc opinionẽ tamquam vaniſſimam, cum ſi hoc eſſet nulla reperiretur meretrix, reijcit *Maſcard. nu. 24. verſ.* ſed hæ opiniones, qui dicit, id *gloſ. in d. cap. vidua* non dixiſſe.

76 Alij dicunt ſufficere vt duobus tantum ſui copiam faciat mulier, vt meretrix dicatur *Abb. in cap. cum decorem de vita, & honeſt. Cleric. & in cap. inter cætera* vbi *Prep. ſ. quoq; de ſponſal. Lup. in rub. de donat. in §. 40.* alij apud *Maſcard. num. 16.* alij apud *Farinac. nu. 84. Caball. caſ. 271.* quem refert & ſequitur *Paſcal. de vir. patr. poteſt. p. 2. cap. 10. nu. 23.* vbi loquuntur de lenone.

77 Verum hæc opinio non habet fundamentum, imò contra illam eſt *tex. in d. l. palam* verſ. *item* ibi: *item quod cum vno, & altero ſe pecunia accepta commiſcuit, non videtur palam corpore quæſtum facere,* quare neque meretrix dicetur, quæ vnum, & alterum admiſerit, cum ea demum talis dicatur, quæ palam corpore quæſtum facit. Et ſic verior eſt opinio plures, quam duos neceſſarium eſſe, vt admiſerit, quæ probatur ex *d. tex.* & poſt *Alciat. Socc. Couar. & Caſtal.* probat *Maſcard. n. 17.* ſequitur *Farinac. nu. 85. Peregr. conſ. 87. vol. 1. Paſcal. vbi ſup. nu. 27. Zacch. de Salar. qu. 63.* vbi dicit etiam in lenone requiri tres actus *Gizzarell. d. dec. 54. nu. 7. Caball. caſ. 223. nu. 8. & ſeqq. Scialoya de foro compet. cap. 25. nu. 4. Peguer. dec. 12. nu. 7.*

78 Et cum proſtitutionis non ſemper probationes haberi poſſint manifeſtæ, merito ad coniecturas, & præſumptiones recurrendum eſt, quæ ſufficiunt ad probandam meretriciam turpitudinem, vt dicunt *Butrig. in l. neque natales C. de probat. Brun. de indic. & tortura p. 2. qu. 4. num. 8. Maſcard. nu. 29.*

79 Plures ſunt coniecturæ, & præſumptiones, prima eſt ſi ianuam domum intrantibus noctu aperuit *Bal. in d. l. neq; natales Natta conſ. 205. num. 4. vol. 1. Maſcard. nu. 21. 2.* ſi diuerſas plurium ædes frequentet *Angel. in l. ſi qua illuſtris C. ad Orfician. Grammat. conſ. 58. nu. 10. Petr. Gregor. d. caſ. 2. Maſcard. num. 25.* cum ſit proprium mulieris non vagari, nec conſpectu virorum ſe offerre *l. maritus C. de procurat.* 3. ſi mulieri non aſſociata aliquo eat *l. 1. §. omnem autem l. item apud labeonem 15. §. ſi quis virginem ff. de Iniurijs Petr. de Gregor. vbi ſup.* 4. Si mulieris domum iuuenes frequentent maximè ſi ſint ſcholares *Bal. in d. l. neque natales col. 1. Brun. d. qu. 4. 1. p. nu. 8. Petr. de gregor. ibid. & Bal. ibi,* dicit quod cum ſcholaris loquitur cum puella non præſumitur cum illa dicere pater noſter, quod eſt verum ſi iuuenis ille eſt malæ famæ ſecus ſi bonæ *Maſcard. nu. 24.*

Quæ in caupona miniſtrandi cauſa ponitur, & meretrix cenſetur *l. palam 42. §. ſi qua Cauponã ff. de ritu nuptiar. l. quæ adulterium 29. C. ad l. Iul. de adulter.* Si mulier ſcenicas artes, aut ſimiles exerceat *l. ſi mulierem 7. C. de inceſt. nupt.* Si mulier ſit reperta in balneo cum homine *Farinac. n. 97.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mutus, & Surdus quis ſit, & an, & quando poſſit eſſe in iudicio? & quæ poſſit facere? & à num. 2. ad num. 31.*

An, & quando mutus, & ſurdus poſſit eſſe in iudicio?

QVÆSTIO X.

1 SImilis infanti eſt mutus, & ſurdus. Vnde
præſciendum eſt ad corroborationem
huius concluſionis, quod mutus, & ſur-
dus eſt, qui nec loqui poteſt, nec *penitus*
audit §. *item ſurdus Inſtitut. quib. non eſt
permiſſ. facere teſtam.* ibi: *mutus ille intelligitur, qui
loqui nihil poteſt, non qui tarde loquitur.* Dixi, *qui
non loquitur, nec audet penitus*, quia, qui tardè au-
dit, vel balbutienter loquitur, ſiuè à natura ſiue
per auidens, ſiuè propter infirmitatem, non dici-
tur mutus, & ſurdus, nec venit ſub legibus de mu-
to, & ſurdo loquentibus *Mantica de tacitis lib. 14
tit. 14. nu. 3. Nouar. de elect. fori qu. 8. num. 10. Ricc.
coll. 3188. Michalor. de cæco Surd. & muto cap. 26.
nu. 4. & cap. 31. nu. 2. Scalona de teſtam. lib. 1. cap. 6
§. 7. nu. 112. fol. 72. Zacchia qq. medicolegal. lib. 2.
tit. 1. qu. 8.*

2 Muti, & ſurdi ſunt in triplici differentia. Alij
nihil intelligunt, & iſti æquiparantur infantibus,
& furioſis *l. ſeruo inuito §. ſi pupillo*, & ibi *Bar.* &
communiter *omnes ff. ad Trebell. Idem Bar. & Bal.
& alij* communiter *DD. in l. mutum ff. de acquir.
hæred. l. 2. ff. de curat. furioſ. l. 4. §. fin. ff. de priuil.
credit. l. 1.* verſ. *æque ff. de muner. & honor. Scalona*
3 *vbi ſup.* Sunt illi, qui nullum habent intellectum,
& qui ſignis non poſſunt mentem ſuam oſtendere
vt intelligit *Gomez lib. 1. cap. 1. nu. 61.* verſ. *vnde
pro concordia Placha in epit. delict. lib. 1. cap. 32. nu.
13. & 18. Farinac. de pœnis temper. qu. 98. cauſ. 17.
nu. 159. Cald. in l. ſi Curatorem habens C. de in in-*
4 *tegr. reſtit. nu. 60.* Et ſic illi nõn poſſunt contrahe-
re, vel quaſi, nec poſſunt in iudicio comparere
nec habent factionem actiuam teſtamenti, ſed
paſſiuã ſic, ſuccedunt in allodialibus ab inteſtato,
ſicut cæteri, nec poſſunt adire hæreditatem, vel
repudiare, quia intellectu carent, & ſi delinquunt
non puniuntur, vt dicit *Farin. vbi ſup.* Nec poſsũt
5 torqueri *Farinac. de indit. & tort. q. 41. nu. 89.* Qui
licet intelligat ibi quod ſi conuincantur per te-
ſtes, poſſint condemnari, non loquitur de iſtis mu-
tis à natura, qui carent intellectu, vt ſe ipſum de-
clarat *d. cauſ. 17.*

6 Huiuſmodi mutis, & ſurdis indiſtinctè dari debet
Curator, vt tenent omnes *in l. 1. ff. de verb. obligat.
Bar. in d. l. mutum ff. de acquir. hæred. & in l. fin. ff. de
bonor. poſſ. fur. vel in fidel. per tex. in l. dabimus ff. de
priuil. credit. l. cum eorum ff. de poſſ. Michalor. de cæco,
muto, cap. 41. Scalona vbi ſup. nu. 112.*

7 Alij habent aliquem intellectum non tamen
plenum, & iſti pupillo æquiparantur ſecundum
*Roman. Alex. Imol. Soccin. cõſ. 121. num. 54. in l.
1. ff. de verb. obligat.* quos refert, & ſequitur *Cald.
in l. ſi Curatorem habens* verb. *non abſimilis nu. 60.
C. de in integr. reſtit. Zacchia d. qu. 8.*

8 Iſti quia pupillis æquiparantur, in iudicijs, &
contractibus nihil poſſunt ſine Curatore, & tam
in cauſis criminalibus, quam ciuilibus, vt ſunt
muti, & ſurdi ſimul à natura, qui proper rerum
humanarum inexperientiam præſumuntur non
habere intellectum perfectum, & ſufficientem ad
actus humanos celebrandos, & propterea pupil-
lis comparantur *l. Falcinius §. adeo ff. quibus ex
cauſ. in poſſeſſ. eat. Paul. de Caſtr. in l. diſcretis nu. 2.
& Aret. in l. qui in poteſtate §. 1. nu. 2. ff. de teſtam.
Barb. in l. cum prætor §. fin. ff. de iudic. nu. 22.*

9 Alij muti, & ſurdi habent perfectum intelle-
ctum, pro vt ſunt muti, & ſurdi ex accidenti, vel
muti tantum, aut ſurdi tantum, qui præſumuntur
perfectum habere intellectum ſecundum *Barboſ. in
l. cum prætor §. fin. nu. 28. ff. de iudic.* ex *tex. in l. vbi
non voce ff. de regul. iur.* & iſti poſſunt contrahere
*Handed. conſ. 98. lib. 2. Cartar. de execut. ſent. cap. 2.
Riminal. iun. conſ. 541. nu. 66. tom. 5. Gomez. de con-
tract. cap. 14. nu. 29. & de teſtam. cap. 6. Cald. d.* verſ.
*non abſimilis num. 69. Barboſ. in l. cum prætor §. fin.
nu. 16. ff. de iudic. Gizzarell. vbi add. dec. 26. Mi-
chalor. de cæco, muto, & ſurdo cap. 34. & 38. & ſeqq.
Zacchia d. qu. 8.*

10 Et iſti licet ſecundum *Bart. in l. 1. ff. de verb.
obligat.* æquiparentur pupillo, Tamen *Bar.* opinio
communiter reprehenditur, vt dicit *Iaſ. in d. l. 1.
nu. 25.* vbi tenent communiter DD. quod mutus,
& ſurdus poſſunt facere teſtamentum per *tex. in
l. diſcretis C. qui teſtam. facere poſſ. Farinac. de pœnis
qu. 98. cauſ. 17. nu. 160. Michalor. cap. 41. num. 13.*
11 Item poſſunt conſtituere procuratorem, vt *l. mu-
tus in princ. ff. de procurat. Azo in ſumma tit. de pro-
cur. nu. 8. Golin. de procur. par. 2. cap. 2. num. 20. Mi-*
12 *chalor. cap. 37. num. 4.* Ipſi etiam poſſunt conſtitui
procuratores ad negotia *Bal. in §. 1. Inſtit. qui da-
ri teſtam. tutor. poſſ. Golin. de procurat. p. 1. cap. 5. nu.
34. & p. 1. cap. 4. nu. 15. Sebaſt. Medic. de fort. caſib.
p. 2. cap. 6. n. 62. Michal. de cæco, muto cap. 37. nu. 6.*
13 Ad iudicia autem non poſſunt conſtitui, vt in
d. l. mutus ff. de procurat. gl. in §. procurator verſ. *cui-
cumq; Inſtit. de his, per quos ager. poſſ. Petr. de gregor.
ſynt. iur. cap. 4. nu. 11. Borrell.* poſt alios *in ſumma
dec. p. 1. tit. 66. nu. 36. Tab. in verb. procurat. num. 5.
Golin. de procurat. p. 1. cap. 5. num. 32. & p. 2. cap. 2.*
14 *num. 20.* Poſſunt bonorum poſſeſſionem agnoſce-
re ſi quod agunt, intelligunt *l. fin. ff. de bonor. poſ-
ſeſſ. furioſ. Michalar. cap. 42. nu. 10.* & licet *Cald. de
reſtit. in integr.* verb. *cum non abſimilis ſub num. 61.*
dicat *textum* illum loqui de ſolo muto, & de ſolo
ſurdo, Tamen cum ibi dicatur de ſurdo à natura,
& ille non ſit niſi etiam mutus, vt dicit *Michalor.
qu. 3. & 37. num. 12.* Poſſunt adire hæreditatem *l.*
15 *mutus ff. de acquir. hæred. §. fin. in fin. Inſtit. de hæ-
red. qualit. & differ. Michalor. cap. 37. num. 9. & 10.*
16 Poſſunt contrahere matrimonium *l. mutus ff. de
iure dotium cap. tuæ & cap. cum apud de ſponſali-
bus Molin. de rit. nuptiar. lib. 1. cap. 31. nu. 6. cum
ſeqq. Afflict. in conſtit. baiulos omnes nu. 31. Michalor.
cap. 42. num. 24. & ſeqq. cap. 49.* Similiter poſſunt
17 profeſſionem in religione facere ſi intelligant
quid agunt *Soccin. conſ. 62. nu. 13. lib. 1.* poſt alios

Cald. in d. verſ. non abſimilis nu. 65. in fine Sanch. in ſumma tom. 2. lib. 5. cap. 3. nu. 2. Diana reſol. moral. p. 5. tract. 6. reſol. 34. Miclaloe. cap. 50. de quare latè Zacchia d. qu. 8.

18 In delictis puniuntur ſicut cæteri, nec parcitur mutis, & ſurdis l. ſi quis in graui §. mutum ff. ad Sylan. Gomez. var. de delict. cap. 1. ſub num. 69. vbi ſic refert deciſum Cartar. de execut. ſentent. cap. bann. cap. 2. nu. 49. poſt alios Miclaloe. cap. 45. Bellug. in ſpec. Princip. rub. 47. §. ſciendum nu. 20. & 21. vbi id intelligit in delictis prohibitis de iure diuino, aut naturali, ſecus prohibitis per aliquam legem municipalem facientem delictum, quod non erat ſequitur Reg. Reuit. in pragm. 10. nu. 26. de extract. animal.

19 Verum quia in ſtipulationibus requiruntur verba, quæ in muto deficiunt, ideo iſti non poſsũt ſtipulari, nec per ſtipulationem alteri obligari DD. omnes in l. 1. ff. de verb. obligat. per illum tex. in princ. §. muti Inſtit. de inutil. ſtipul. Mantica de tacitis lib. 14. tit. 14. nu. 3. Cald. d. verſ. non abſimilis nu. 58. Michaloe. cap. 38. nu. 6.

20 Non poſſunt eſſe executores teſtamentorum, etiam quod haberẽt intellectum perfectum, nec tutores, nec arbitri Medic. de caſib. fortuit. p. 2. qu. 6. nu. 58. Miclaloe. cap. 55. Borrell. de compromiſſ. §. 2. gl. 4. nu. 28. & ſeqq. Carp. de execut. teſtam.

21 Si vero fuerint tutores, & ſuperueniat infirmitas, non per hoc deſinunt eſſe tutores gloſ. in l. vbi non voce ff. de reg. iur. Piag. de tutor. q. 3. nu. 9. licet, & melius contrà teneat alia gl. cum qua eſt Bar. & alij allegati per Maynar. in d. l. vbi non voce nu. 5. & ſeqq. ff. de reg. iur. Michaloe. d. cap. 55. nu. 5.

22 Non poſſunt tenere feuda per tex. in cap. 1. in ſecunda ipſius parte tit. an mutus, aut ſurdus deciſumq; refert iunctis aulis in Regio Collat. Conſilio Reg. Tap. deciſ. S. C. 6. Gizzarell. dec. 44. Maſtrill. dec. 85. nu. 34. Camill. de Medic. conſ. 30. Staiban. conſ. 93. vbi addit Capibl. de baron. in rub. nu. 7. Menoch. conſ. 211. nu. 118. tam ſi morbus ſit accidentalis, quam naturalis, dummodo ſit perpetuus, & illa imperfectio faciat hominem inhabilem ad Seruitium, vt fuit deciſum apud Reg. Tap. d. dec. 6. nu. 42. ex Intrigl. de feud. cent. 2. art. 1. num. 566. Nouar. de elect. fori q. 9. ſect. 1. nu. 4. & id procedit, etiam ſi quis inhabilis vellet offerre ſubſtitutum pro ſeruitio, cum regulariter in hoc noſtro Regno Neap. vaſſallus teneatur perſonaliter ſeruire Medic. d. conſ. 30. nu. 23. in fine Mar. Mut. in cap. 39. Regni Sicil. nu. 43. tom. 1. & deciſum ſic fuit in eadem cauſa apud Tap. d. deciſ. 6. num. 49. Beneuentum ipſorum filij ſuccedunt in feudis Tiraq. de iure primogenit qu. 40. num. 126. & qu. 23. nu. 14. Menoch. conſ. 211. nu. 118.

23 Sed muti, qui verè muti non ſunt, & ſimiliter ſurdi, qui ſurdi verè non ſunt, qui babutienter loquuntur, & tardè audiunt poſſunt ſtipulari, & alteri per ſtipulationem obligari gl. ſ. in l. mulieri ff. de verb. obligat. vbi Angel. Imol. Alex. conſ. 12. nu. 5. lib. 1. Aldobrandin. & Port. §. item inutis Inſtit. de Curat. Roman. d. l. 1. Boued. conſ. 98. lib. 2. & conſ. 37. lib. 1. Et hoc ſiuè à natura, ſiue ab infirmitate
24 illud contingat. Iſti poſſunt omnes contractus facere ſicuti cæteri, & dicuntur habere vocem actiuam, & paſſiuam, poſſunt eligi ad regimen, diſponere, ac teſtari, ac ſi non eſſent ſemi muti, & ſemi ſurdi Caput. de regim. reip. cap. 3. num. 69. Galter. in praxi tutel. rub. 2. num. 25. Gizzarell. dec. 26. Miclaloe. cap. 34. & ſeqq.

25 Mutus, & Surdus qui rectè non intelligit, ſi delinquat cum non habeat ſenſum, & intellectum, infanti, & furioſo æquiparatur l. ſeruo inuito §. ſi pupillo vbi Bar. & communiter omnes ff. ad Trebell. Idem Bar. Bal. & alij DD. in l. mutum ff. de acq. hered. & l. 2. ff. de Curat. furioſ. l. 4. §. fin. ff. de priuileg. cred. lib. 1. verſ. atque ff. de muner. & honor. Non po-
26 teſt puniri Gomez lib. 3. var. cap. 1. nu. 69. alijque apud Farinac. qu. 98. nu. 160. Gizzarell. deciſ. 26. Michaloe. cap. 46. nu. 4. & ſeqq.

27 Verum ſi mutus, & ſurdus rectè intelligat, quia ſignis mentem ſuam ſolet exprimere, tunc reputetur habilis ad delinquendum l. ſi quis in graui §. mutum ff. ad Sylan. vbi dicit, quod mutus excuſatur à delicto in omittendo ex eo ſcil. quod non clamauit, ergo aliàs de delicto tenetur, etiam pœna ordinaria per alios, quos allegat Farinac. d. qu. 98. nu. 160. Gomez. d. cap. 1. num. 69. vbi deciſum refert Placha in epit. lib. 1. cap. 32. n. 17. in fin. Michaloe. ibid. Ambroſ. de proceſſ. inform. lib. 6. cap. 6. Cartar. de execut. ſentent. cap. 2. nu. 44.

28 Et quamuis mutus, & ſurdus ſignis, & nutu poſſit ſuam mentem exprimere, ac etiam ad eruendam veritatem interrogari, vt dicunt Gomez d. c. 1. nu. 69. verſ. crederem tamen Placha lib. 1. cap. 32. nu. 18. Cartar. de execut. ſent. cap. 2. num. 46. & 50. vbi ponit practicam. Tamen quia confeſſio ſi-
29 gnis, & nutu expreſſa non eſt tuta, & clara, prout requiritur ad reum condemnandum, idcirco ex tali confeſſione ipſum mutum condemnari nõ poſſe tenuit Bal. in l. 1. nu. 27. C. de confeſſ. niſi adſint teſtes, qui plenè eum de delicto conuincant Baldum ſequuntur Roman. in l. 1. nu. 16. Alex. num. 17. ff. de verb. obligat. Brun. de indit. & tort. p. 2. q. 4. nu. 25. Gomez. d. cap. 1. nu. 6. de delict. Cartar. cap. 32. lib. 1. nu. 51. de execut. Farinac. vbi ſup. nu. 62. Gizzarell. d. dec. 26. vide poſt alios Guazz. defenſ. 30. cap. 13. vbi tractat an mutus, & ſurdus poſſit torqueri.

30 Sed ſi mutus, & ſurdus ſcirent ſcribere, poſſent per Iudicem cogi ad reſpondendum per ſcripturam, & ſi legitima præcederent inditia, poſſent etiam torqueri, vt delictum per ſcripturam fateantur, & ſi fatebuntur, & in ſcriptis ſuam confeſſionem redegerint, videtur ex ea, illos poſſe condemnari Cartar. d. cap. 2. num. 47. Farinac. vbi ſup. nu. 163. Miclaloe. vbi ſup. nu. 12.

31 Mutus, & ſurdus à natura accuſare non poſſunt, quia nec loqui, nec ſcribere poſſunt, ideo nõ poſſunt explicare ſenſum, & voluntatem ſuam. Verum ſi ex accidenti tale paterentur impedimentum, & ſcribere ſcirent, poſſent accuſare, cum nullam legem in contrarium habeamus id prohibentem, bene Decian. in tract. crim. lib. 3. tom. 1. cap. 11. nu. 17. Gizzarell. dec. 26. nu. 12. late Michaloe. cap. 47. & cap. 32. & ſeqq. ponit quæ alia poſſint facere, vel nõ facere. An poſſint teſtari, an manumittere, an donare, & alia de teſtamento muti, & ſurdi eſt pariter Scaligna de teſtam. lib. 1. c. 6. §. 7.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Quis ſit cæcus, & an, & quando poſſit eſſe in indi-
cio, & quid poſſit facere? & a nu.2.ad nu.48.*

An, & quando Cæcus poſſit eſſe in judicio?

QVÆSTIO XI.

1 AD huius rei reſolutionem eſt ſciẽdũ.
Cæcum verè dici, & propriè, qui vtro-
que lumine caret *l. 1. C. qui morb. ſe ex
cuſar. lib. 10.* nam, qui vnum oculum
tantum habet, cæcus non eſt ſed mo-
noculus dicitur, nec comprehenditur *legibus de
cæco* loquentibus, vt latè probat *Nouar. de elect.
fori qu. 8. Rocc. collect. 3188. Michalor. de cæco cap.
4. nu. 1. & ſeqq.* vnde *tex. in l. hac conſultiſſima C. qui
teſtam. facer. poſſ.* loquitur ſolum in cæcis vtroque
lumine carentibus, vt ibi tradunt *DD. Natta conſ.
210. nu. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 278. num. 2.*
Sicuti neque comprehenditur ille, qui offuſcatam
ſolum habet lucem, qui non poteſt dici cæcus *Bal.
Angel. & Paul. de Caſtr. in l. binas ædes,* per illum
*textum ff. de ſeruit. Vrban. præd. Ludouic. concluſ. 57
verſ. & ei dicitur Scalona de teſtam. lib. 1. cap. 6.* &
2 probatur cæcitas modis relatis per *Maſcard. de
probat. concluſ. 278. Bar. in l. 2. ff. de bonor. poſſ. fur.
& inf. de la Dec. in l. hac conſultiſſima C. qui teſtam.
facer. poſſ. Rolan. de teſtam. rub. 61. nu. 10. Sebaſtian.
Medic. de fact. caſ. p. 2. qu. 6. nu. 52.*
3 Et cæcus, qui vtroq; oculo caret, duplicis eſt
differentiæ, alius habet perfectam notitiam eorũ,
quæ apud prudentem virum requiruntur, & per-
fectè intelligit omnia. Alius verò cæcus non ſuf-
ficienter percipit ea, quæ apud prudentem requi-
runtur, ſic diſtinguit *Bar. in tract. teſtimoniorum
nu. 97.* quem ſequitur *Gizzarell. dec. 26. nu. 2.*
4 Cæcus, qui perfectè intelligit omnia, & notitiã
habet eorum, quæ in prudentem virum requirun-
tur, poteſt ſolus contrahere inter viuos venden-
do, donando, & alios contractus faciendo, & eius
ſtipulatio ſiuè obligatio tenet, ac ſi facta fuiſſet à
Vidente, ità notat *Socc. iun. in l. 1. nu. 111. ff. de
verb. obligat.* vbi alij Scribentes *Michalor. de cæco,
ſurdo, muto cap. 14. & ſeqq.*
5 Poteſt ſponſalia, ſiuè matrimonium contrahe-
re, & vxorem ducere, vt notat *Bald. in l. cæcus ff. de
adoption. Michalor. d. cap. 14. num. 4. Virgil. de legit.*
6 *perſon. cap. 10. nu. 4.* Poteſt contrahere Societatẽ,
& fideiubere *Fulgoſ. conſ. 189. Henrig. de fideiuſſ.
cap. 7. nu. 156. Pirr. Maur. Aretin. de fidiuſſor. cap.
10. nu. 15. & 16. Medic. de caſib. fortuit. pa. 2. qu. 6.
nu. 53. Michalor. d. cap. 14. nu. 8.* Poteſt donare in-
7 ter viuos *Alex. conſ. 12. vol. 1. Tuſch. lit. C. concluſ.
179. nu. 3. per tex. in l. ab ea parte ff. de probat. l. nec
non ff. ex quibus cauſ. manum. Michalor. d. c. 14. nu.*
8 *3.* Poteſt donare cauſa mortis *Angel. in §. cæcus
Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum*
ſine ſollemnitatibus *tex. in l. hac conſultiſſima C. qui
teſtam. facer. poſſ.* de quibus *Clar. in §. teſtamentum
qu. 17. Ludouic. concluſ. 57.* & nos ponemus *infrà*
vt probat *Virgil. de legit. perſon. cap. 10. nu. 5. Mi-
chalor. cap. 8.*
9 Semper dicitur miſerabilis perſona, cum ſit
morboſus *l. & proterui ff. de ædilit. edicto Michalor.
c. 4. n. vl.* & in iudicijs gaudet priuilegijs miſerabi-
lium perſonarum ſicut, & electione fori *Theſ. dec.
177. in princ. & Diana p. 5. tract. 6. de mutis, & ſur-
dis, & cæcis reſol. 30.* poſt *Nouar. de election. for. ſect.
2. qu. 8. nu. 6. & 7. & qu. 7. ſect. 1. Michalor. de cæco
cap. 36. nu. 5. Maria de Iuriſd. par. 2. cap. 21. nu. 5.
Caſtill. contr. iur. lib. 3. cap. 21. Angelis ad Gizzarell.
dec. 26. Rebuff. ad conſtitut. gall. tit. de ſentent. pro-
uiſional. gl. fin. nu. 11. Velaſc. de priuil. miſerab. per-
ſon. qu. 20. in fine.*
10 Non poteſt dari tutor, etiam teſtamento *l. 1.
§. 1. ff. de tut. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 5. qu. 3.
nu. 22. Michalor. cap. 23. nu. 13. Mele ad Gizzarell.
dec. 26. nu. 12.* ſed ſi ex poſt facto cæcus factus eſt,
remanet tutor, & authoritatem pupillo præſtare
poteſt *l. etiam ſi tutor. & ibi, gloſ. ff. de author. tutor.
gl. in l. poſt ſuſceptam ff. de excuſat. tutor.* Vbi habe-
tur, quod poteſt excuſari ſi vult, etiam à ſuſcepta
*Nicol. de Neap. in l. poſt ff. de excuſat. tut. Michalor.
d. cap. 23. nu. 14.*
11 Non poteſt dari Curator *l. luminibus C. qui da-
ri tutores poſſunt,* niſi fuerit monoculus, qui & tu-
tor, & Curator eſſe poteſt *l. monoculus* vbi *Bar. &
l. frater C. de adminiſtr. tutor. Mele ad Gizzarel. dec.
26. nu. 12.* Teſtis eſſe non poteſt regulariter, niſi
12 in rebus, quæ auditu percipiuntur *Farinac. q. 61.
nu. 21. & ſeqq. Michalor. cap. 17. & 18.*
13 Si ſit datus Iudex, non valebit datio, ex quo
Iudex eſſe non poteſt, propter prædictum defectũ
*l. 1. §. caſum ff. de poſtul. Panormit. conſ. 47. lib. 1.
Blanc. de compromiſſ. qu. 2. num. 31. Hippol. in tract.
bannitor. verſ. ſententia §. 4. num. 28. Maſcard. de
probat. concluſ. 278. in fin. Bolognett. conſ. 4. nu. 41.
& 91. & conſ. ſeqq. num. 10. Sebaſt. Medic. de caſib.
fortuit. p. 2. qu. 6. num. 51. Pariſ. de reſignat. benefic.
lib. 5. qu. 3. nu. 24. Duaren. lib. 1. diſput. cap. 23.*
14 Sed ille cæcus effectus retinet dignitatem, non
adminiſtrationem *Maſtrill. de magiſtrat. lib. 2. cap.
10. nu. 13. Reg. Tap. dec. S. C. 6. nu. 27.* Niſi eſſet ali-
15 quis qui non eſſet omnino luce orbatus, ſed pa-
rum videret, nam ille poſſet ad magiſtratum pro-
moueri, vt tradit *Medic. d. qu. 6. nu. 51. Blanc. de
compromiſſ. qu. 2. nu. 32. Michalor. d. cap. 15. nu. 12.*
16 Et *Virgil. de legit. perſ. cap. 10. nu. 8.* dicit quod
quamuis *Menoch. conſ. 100. num. 252. lib. 1.* teneat
cæcum Iudicem dari poſſe, quia non reperitur à
iure prohibitum, id intelligitur ſi fuerit datus Iu-
dex delegatus, quia dari poteſt, prout poterit eſ-
ſe arbiter, quidquid dicat *Blanc. de compromiſſ. qu.
2. num. 30.*
17 Similiter poteſt cæcus fieri doctor, & Magi-
ſter *Vaſq. contr. illuſtr. cap. 103. num. 17. Michalor.
cap. 20.* & ſuccedit in maioratu, etiam quod an-
nexam habeat iuriſdictionem *Molina de primo-
gen. lib. 1. cap. 13. nu. 67.* Et in eo, quod per viam
ſucceſſionis ei defertur *DD. in l. cæcus ff. de Iudi-
cijs Bolognet. conſ. 4. nu. 31. & 41. Barboſ. in l. cum
prætor. §. fin. nu. 42. & ſeqq. ff. de iudicijs,* quod ſuc-
cedat in feudis dicit *Baruin l. cæcus ff. de iudic. Abb.
conſ. 47. nu. 2. p. 1. Vant. in tit. anteced. nu. 43.* dum
po-

poteſt ille per ſubſtitutum domino ſeruire, verũ
18 de nouo non poſſunt feuda cęcis concedi. *mutus An mut. vel alit. imperf. in vſib. feud. Vant. vbi ſup.* maximè ſi ille requirat ſeruitium perſonale *Bal. in l. quoties C. de ſuis, & legit. Rota dec. 602. nu. 31. & ſeqq. in reſiduo partis vnitæ recent. Fulgen. in l. cæcus ff. de iudic. Medic. de fortuit. caſib. p. 2. cap. 6. nu. 31.* Quod intelligit de omnino orbato, ſecus ſi ſolum parum videret *Michal. de cæco, ſurd. & mut. cap. 21.*

19 Ego autem puto, quoad quæſtionem *ſup.* poſitam, ſi cæcus poſſit retinere magiſtratum adeptũ, ante cæcitatem, poſſe, tam quo ad dignitatem, quã quo ad adminiſtrationem per *tex.* clarum, qui nõ recipit cauillationem *in l. 1. §. caſum ff. de poſtul.* ibi: *ſed melius eſt, vt retinere quidem decernas iam acceptum magiſtratum poſſe; adſpirare autem ad nouũ penitus prohiberi, & in l. cæcus ff. de iudicijs* ibi verbis: *cæcus iudicantis officio fungitur* vbi *gl.* explicat ſi cęcitas ſuperueniat. Ratio eſt quia ſat eſt, vt
20 oculis intellectus cernat id, quod iudicare debet maximè cum iudicandi munus magis conſilio, quam corpore explendum ſit *Vant. de nullit. rub. ex defect. iuriſd. deleg. nu. 43. Michalor. cap. 15. num. 9.*

21 Et licèt *gl. in d. l. cæcus in fine.* dicat contrariũ, vt retineat dignitatem, non adminiſtrationem, quam ſequitur *Maſtrill. d. l. 2. cap. 11. num. 13. & Tap. loco cit.* Tamen de illis non eſt curandum, cum loquantur contra clara verba *textus* prædicti, prout dicit etiam *Michalor. cap. 15. nu. 8.* Nec
22 dicatur, talem iudicem non poſſe ſententiam in ſcriptis dare, prout requiritur per *tex. in l. fin. C. de ſent. ex breu. recit.* vt dicit *gl. in d. l. cæcus.* Nam
23 reſpondetur, poſſe ſententiam legi per alium *Bar. Bal. & Angel. in add. ad d. gl. in d. l. cæcus Abb. conſ. 47. nu. 4. Michalor. d. c. 15. num. 9.* & *nos* dicemus *rub. 13.*

24 Nec eſt verum id, quod dicit *Virgil. d. cap. 10. nu. 8.* quod ſcil. *Menoch. conſ. 100. nu. 253.* teneat cæcum poſſe eſſe iudicem, cum nullibi legatur, contrarium, nam *Menoch. loco cit.* dicit totum cõtrarium. Et quod cæcus poſſit eſſe arbiter, nam eadem diſtinctio fit, prout fit in iudice. Vt cæcus non poſſit conſtitui arbiter, verum retineat poteſtatem, ſi cæcitas ſuperueniat *Blanc. qu. 2. num. 30. & 31. Medic. de caſ. fortuit. p. 2. qu. 6. nu. 31. Paris de reſign. benific. lib. 5. qu. 5. nu. 24. Michalor. c. 16.*

Poteſt tamen eſſe arbitrator *Medic. loc. cit.* cũ arbitramentum ſit tranſactio, & ſic contractus *auth. ſi verò C. de Iudic.* & cæcus poteſt contrahere *d. l. alioquin. ff. de contrah. empt.* quod ſequitur *Michalor. d. cap. 16.* ſi fiat extra iudicium amicabiliter diximus *in rub. 9. & 10.*

25 Et poteſt iſte cæcus in iudicio comparere ſolus, ibiq; agere, & conueniri pro ſe, quia aures ipſius ſupplebunt defectum oculorum per *tex. in l. 1. §. caſum ff. de poſtul.* arg. *tex. in l. cæcus* cum *ibi* notatis *ff. de iudicijs Noſter Vant. hic nu. 27. Virgil. de legit. perſon. cap. 10. num. 6. Michalor. cap. 14. num. 10.*

26 Non poteſt tamen pro alio poſtulare vt notatur in *d. tex. l. 1. §. caſum ff. de poſtul. Michalor cap. 24. nu. 11. Virgil. d. c. 10. nu. 6.* Ea ratione allata à I.C. in *d. tex.* quiã iudicibus debitum honorem præſtare non valent, & adducitur exemplum de eo, qui aduerſa ſella poſt terga Iudicis poſtulabat, vndè cum inſignia magiſtratus videre, ac colere non poſſint, nõ debẽt admitti ad poſtulandũ *Caſtald. de Imper. qu. 89. num. 10. Sanch. in opuſcul. tom. 2. lib. 6. cap. 7. dub. 2. nu. 1.* Ex hac ratione col-
27 ligitur bene poſſe cæcum in ſcriptis conſulere *Michalor. d. c. 14. nu. 11. & 12.*

28 Et cæcis parcitur, etiam in delictis, vt dicit *Gizzarell. d. dec. 26. P. Diana reſol. moral. p. 5. tract. 6. de mutis, ſurdis, & cæcis reſol. vltima.*

29 Quod ego intelligerem, quando in aliquo delicto requiritur præcipuè ſenſus viſus ad illa perpetranda, & conſumenda, ſecus ſi ſenſus viſus non requiratur, puta quia cecus mandauit fieri ſcripturam falſam, vel ſimile *Bal. in l. 1. col. 5. C. de ſeruis fugit. Mele ad Gizzarell. d. dec. 26. num. 1.* ad materiam eſt *Guazzin. defenſ. 30. cap. 13. in fine.*

Vel quando cæcitas fuiſſet cauſa delicti, vt dicit *Michalor. cap. 23. nu. 17.*

30 Nam in alijs cæcus delinquens punitur *Bal. in l. 1. 5. col. ver. idem ſi cæcus mandat fieri falſam ſcripturam C. de ſeruis fugit. Mele ad Gizzar. vbi ſup. Caualcan. de brach. reg. p. 3. n. 127.*

31 Cæcus qui vel naturaliter, vel ex accidenti, vtriuſq; oculi, lumine caret, non poteſt teſtari in forma communi, Ideo teſtari in ſcriptis non poteſt *l. hac conſultiſſima C. qui teſtam. facer. poſſ. §. cæcus Inſtit. quibus non eſt permiſſ. facer. teſtam. Virgil. de legit. perſon. cap. 10. nu. 11.*

32 Nuncupatiuè verò poteſt cum his requiſitis teſtari, nam cum ipſe facilius quam homo videns lædi poſſit, & decipi, merito vbi verſatur maius periculum, maius conſilium adhiberi debet, vt habetur *in l. 1. §. ſed etſi quis ff. de Carbon. edict. decret. 42. cap. quieſcamus d. l. hac conſultiſſima Rum. conſ. 84. Beer. conſ. 34. nu. 5. Medic. de caſib. fortuit. p. 2. q. 6. nu. 56. P. Diana reſol. moral. p. 5. tract. 6. de mutis, ſurdi, & cæcis reſol. 26. Virgil. vbi ſup. Scalon. de teſtam. cap. 6. lib. 1. nu. 22. & ſeqq.*

33 Requiſita hæc ſunt, Primum, & ſecundum Vt Notarius teſtamentum ſubſcribat, & ſubſcribant, etiam teſtes, quæ ſunt communia, & dicunt *DD.* haberi ex *d. tex.*

34 Vnde ſi Notarius haberi non poſſit, alter litteratus peritus eſſet adhibendus vt in *d. l. hac cõſultiſſima*, qui loco Notarij vna cum alijs ſeptem teſtibus ſe ſubſcribere deberet. Qua de re *Rumin.*
35 *conſ. 24. nu. 10. lib. 2.* tenet teſtamentum eſſe nullum, ſi duorum ſolum deſit ſubſcriptio, vel ſigillũ, & licet reprehendatur à *Rimin. iun. conſ. 84. nu. 51 & ſeqq.* tamen verior eius opinio appellatur à *Ludouic. d. concluſ. 57. ver. verior tamen.* & opinio hac *Rim. ſen.* mihi verior videtur ex clara diſpoſitione *d. tex.*

36 Sed hęc conciliatio *Ludouici* dicentis opinionem *Rim. iun.* poſſe procedere ſi teſtes, qui non ſubſcripſerunt viuunt, & de veritate teſtamenti deponant non placet *Michalor. cap. 6. nu. 4.* ea ratio quia, cum ſollemnitates de quibus *in d. l. hac conſultiſſima* requirantur pro forma, ſat eſt ad annullandum teſtamentum, ipſas non fuiſſe adhibitas.

37 Parcat tamen hac vice *Michalor.* Nam conciliatio *Ludouici* eſt veriſſima, cum ſollemnitates

d. l.

Digitized by Google

d.l.hac conſultiſſima à lege requirantur ad euitan-
das fraudes , quæ in teſtamentis cæcorum fieri
poſſent , vt expreſſe *in d.l.*habetur , & dicunt ibi
*Iaſ.nu.4.Dec.nu.36.Natta in repet. d.l. §.ex imper-
fecto nu.37.C.de teſtam.* Ideo ceſſante fraudis ſu-
38 ſpicione,valeret teſtamentum cæci,etiam ſi præ-
dictis carerent ſollemnitatibus *Bal.in d.l.hac con-
ſultiſſima* vbi etiam *Dec.num.36.Natta d.§.ex im-
perfecto nu.3.*ſequitur *Menoch.lib.4.præſ.6.num.2.
& ſeqq.P.Diana p.11.tract.7. reſol.41.* verſ.*nota
veri*, & dicit ipſe met *Michalor.* oblitus iam ſui
ipſius *d.cap.6. nu.28.* licet rationem hanc impro-
bet *Scalon.d.cap.6.nu.81.& ſeqq.*
39 3.Requiſitum, Vt teſtes non ſolum ſe ſubſcri-
bant,ſed etiam,vt ipſorum ſigna,vna cum Nota-
gio apponant,vt habetur *d.l.hac conſultiſſima.*
40 4.Vt talia teſtamenta fiant cum ſcriptura *Mi-
chalor.d.cap.6.nu.6.*
41 5.Vt teſtator voce propria coram teſtibus eo-
dem tempore, & vnico contextu totam ſuam vo-
luntatem exprimat , ità vt eodem tempore ſcri-
batur,& ſubſcribatur, & iſte videtur modus *in d.
l.hac conſultiſſima*,requiſitus .
42 Verum quia multoties teſtatores ſunt adeo
turbati mortis cogitatione , vt de omnibus me-
moriam habere non poſſint , ipſis permiſſum eſt
tabellioni prius omnia patefacere, adhoc vt de
eius voluntate ſcripturam conficiat,& illam con-
uocatis teſtibus legat , & teſtator aſſerat illam
ſuam eſſe voluntatem,vt in *hac eadem l.* traditur,
& tradit *ibidem Alex.nu.6.Iaſ.nu.10.*
43 6.Requiſitum eſt , Vt ipſe teſtator aperte , &
clarè perſonam hæredis exprimat , ita vt non
ſolum nomen , ſed etiam cognomen apponat,vel
per alia clara , & dilucida inditia perſonam hæ-
redis indicet, vt dicunt *DD. omnes in d.l.hac con-
ſultiſſima*, qui volunt ſaltem per duas demonſtra-
tiones hæredem deſcribi *Bar.in l.demonſtratio fal-
ſa in 7.qu.de condit. & demonſtr. & in l. liberorum*
verſ.*circa perſonam ff. de accuſat. Alex. conſ.153.*
44 *lib.2.*Verum ſi circa nomen hæredis ceſſaret am-
biguitas,aut ſuſpicio erroris,hæc nõ requiruntur
*Michalor qu.6.nu.22.& ſeqq.*Alias ſollemnitates
45 requirunt alij , ſed illos reprobat , & benè *Mi-
chal.cap.6.* de illis ſollemnitatibus agit plene
Scalona d.cap.6.nu.22.& ſeqq. & *num.61.& ſeqq.*
refert quid ſit ſtatutum de iure hiſpano , & luſi-
tano .
46 Eædem ſollemnitates *l.hac conſultiſſima* , quæ
requiruntur in teſtamentis , requiruntur in lega-
tis,fideicommiſſis,& Codicillis, cum numero ta-
men quinque teſtium, vt dicit poſt alios *Virgil.d.
cap.10.nu.11.*vbi *nu.12.*ponit formam teſtamen-
ti Cæci *Michalor.cap.7.Craſſ. recept.ſentent. §.in-
ſtitutio q.1.Iul.Clar.§.teſtamentum qu.17.Bertazol.
conſ.ciuil.66.lib.1.Honded.conſ.58.lib.2.* Menoch.
*lib.4.præſumpt.6.Scalon.d.cap.6.nu.87.*qui *nu.90.
& ſeqq.*dicit ſecus in donatione cauſa mortis , &
mortis cauſa captione . Nec ad pias cauſas cæcus
47 poteſt teſtari non ſeruata forma *d. l. hac conſul-
tiſſima Zabarell. in cap. cum eſſes de teſtam. Virgil.
d.cap.10.nu.11.*verſ.*quod dixi* , vbi limitat in te-
ſtamento inter liberos, quo caſu non eſt neceſſa-
ria *d. l.* ſollemnitas *Rolan. de teſtamentis rub.61.
nu.9.Scalona d.cap.6.nu.96.& ſeqq.*vbi plures re-
fert.Ipſe tamen *nu.104. & ſeqq.* de hac opinione
dubitat poſt *Viu.dec.407.*
48 Si verò Cæcus non haberet notitiam eorum ,
quæ apud prudentem virum, requiruntur,hoc eſt
ſi ſufficienter non percipiat ea , quæ percipere
ſolet prudens vir , & ſic habet defectum intelle-
ctus per defectum ſenſus , tunc deberet ei dari
Curator,vt dicit *Gizzarell.dec.26.nu.2.*

S V M M A R I V M.

1 *Seruus non habet caput ſtandi in iudicio,& nu.2.*
3 *Non poteſt eſſe Iudex,nec arbiter,an arbitrator? & nu.4.5.6.7.*
8 *An ſeruus poſſit per procuratorem comparere in iudicio? & ad negotia? & nu.9. 10.11.12.13.14. 15.16.65.& a nu.70.ad nu.71.*
17 *Multi caſus , in quibus ſeruus poteſt eſſe in iudicio ſignanter in cauſa criminali , & a num.28. ad num.89.*
60 *Seruus an poſſit eſſe teſtis? & 61.*
62 *Seruus an adeat hæreditatem ? & nu.63.64.*
66 *Appellatione ſerui , an veniat Chriſtianus captus a Turcis vel Saracenis,vel prædonibus? & nu.67. 68.69.*

An & quando ſeruus poſſit eſſe in iudicio?

QVÆSTIO XII.

1 NVllitas Iudicij ſolet allegari , ex quo
illud eſt factum cum ſeruo.Nam ſer-
uus regulariter non habet caput ſtã-
di in iudicio,quia pro nullo habetur
& quo ad ciuilia , pro vt ſunt actio-
nes,quæ à iure ciuili originem ſumpſerunt *l.2. §.
poſt originem ff. de orig. iuris* pro mortuo habetur
vt colligitur ex *tex. in l. quod attinet ff. de regul.
iur.* ibi : *quod attinet ad ius Ciuile ſerui pro nullis
habentur l.ſeruus C.de Iudicijs*,ibi:*ſeruus in iudicio
intereſſe non poteſt , nec ſi condemnatio aliqua in
perſonam eius facta ſit , quod ſtatutum eſt, ſubſiſtit l.
quoties ff. ſi quis cautionibus l. cum debitoris C.de
iudic.l.non ſeruum C. de rei vendicat. l.ſi tibi ff. de
noxalibus l.3.§.ſi ſeruus ff.de pecul.cum concord.* al-
latis *per Velaſc. de priuil.miſerabil. perſon. cap.16.
nu.8.Salgad.in labyr.credit.p.1.cap.27.nu.27.*verſ.
*at verò D.Prat.reſp. crim.31. nu.63.Danza de pu-
gna DD.tom.1.tit. monacus quando agat.cap.1.nu.
12.Virgil.de legit.perſon.cap.22.num.1. Gulin.de
procurat p.1.cap.1 nu.26.& par.2. cap.2. num.16.
Amat.Rodriguez de modo vid.proceſſ.cap.2.de acto-
re,& reo nu.46.*vbi dicit conſonare *l.8. tit.2.p.3.*
vbi notat *Gregor.Lopez in gl.penul.Borrell.de com-
promiſſ.§.1.gl.3.nu.40.& ſeqq.*
2 Sic ſi ſeruus commodatum acceperit , cum eo
agi non poteſt *l.3.§.filius fam.ff.commodati Man-
tica de tacit.lib.9.tit.4. nu.13. Hermoſill. ad Lopez
gl.3.4.l.11.tit.2.p.5.nu.12.fol.mihi 176.ſecundum
impreſſ.Lugdun.*
3 Et Seruus non poteſt eſſe Iudex *l. cum prætor.
§.fin.ff.de Iudic.*ea ratione quia ſeruire,& impe-
rare

Digitized by Google

rare in eadem perſona non bene conueniunt, & munus iudicandi habet authoritatem à iure ciuili, quod non poteſt habere ſeruus, nam illi quo attinet ad ius ciuile pro mortuis, & nullis habentur *Anened.l.8.tit.9.lib.2.ordinat.nu.15. Scacc.de ſentent.gl.4.qu.2.nu.44.& ſeqq. Borrell.de compromiſſ.§.2.gl.4.nu.93.& 94.* diximus *in rub.9.*

4 Item non poteſt eſſe arbiter In iudicio compromiſſario, nec in eo comparere per ſe *l.nec diſtinguemus §.ſeruus ff.de arbitr.l.pedius §.1.ff. de receptis arbitris Borrell.de compromiſſ.2.bi ſup.nu.*
5 92. Et adeo eſt verum, quod ſi ſeruus ſit Iudex, vel arbiter, Sententia, vel laudum non valebit, etiam ſi partes taceant, cum ſeruus quo ad ius Ciuile attinet, habeatur pro mortuo *d. l. quod attinet ff.de regul.Iuris*, conſenſus partium in hoc caſu nihil operatur *Paul. in d. l.cum prætor §.fin. ff.de iudic.nu.5.Virgil.d.cap.22.nu.3.* Poteſt eſſe
6 arbitrator *gl.in l.illa verba ff.de verb.ſignif. Bar. in l.licet §.ſeruum ff.de pecul.Ubil. Dec.in l.in omnibus officijs ff.de reg.iur.Borrell.vbi ſup.nu.95.*

7 Fallit, ſi compromiſſum fieret in ſeruum, & ipſe poſtea factus liber, acceptauit, nam tunc valebit, & ſententia poſtea lata erit valida *l. ſed etſi ſeruum ff.de receptis arbitris Virgil.d.cap.22.n.4.*

8 Et quod diximus, quod ſeruus non poteſt eſſe in iudicio, procedit etiam ſi vellet comparere per procuratorem, & per illum litigare, nam non poſſet *Spec.tit.de actor.§.ratione igitur nu.30.verſ. item exceptione Vigel.in method.iuris ciuil.lib.2.cap. 5.Borrell.dec.66.nu.12.Scacc.de iudic.lib.1.c.102*
9 *nu.39.& 45.* Poteſt tamen ad negotia conſtituere procuratorem *l.ſeruum quoq; ff.de procur.* quod eſt intelligendum de peculio, vt ibi, & poteſt in omnibus caſibus, quibus poteſt ſtare in iudicio, vt *infra Virgil.d.cap.22. nu.5. Gailin.de procurat. p.1.cap.1.nu.26.& p.2.cap.2. nu.17.* Si fuiſſet de
10 facto admiſſus, quia putabatur liber, Idem eſt *l. non idcirco §. cum poſtea ff. de iudic.* Et procedit
11 concluſio ſiue ſeruus veniret in iudicio ſuo nomine, ſiuè procuratorio nomine alterius, etiam quod non fuerit oppoſita exceptio, nam ſententia lata pro eo, vel contra eum non valet *Paul.de Caſtr.in l.2.§.1.ff.qui ſatiſd.cog.nu.* Etiamſi ſeruus
12 vellet dare fideiuſſores, nam non admittitur, & ſi de facto fuiſſet admiſſus, fideiuſſores non obligantur *Paul.de Caſtr.vbi ſup.*

13 Et ſi fuerit aliquid ſeruo relictum, non poſſet ipſe agere, ſed dominus, nam quidquid ſeruus acquirit, domino acquirit, etiam in iure agendi, & defendendi *l.quia ſerus hereditario ff.de action.l.1. & l.ſiue mihi ff.de ſtipul.ſeruor.§.item velis*, & ibi *Pichard.Inſtit.per quas perſon.Virgil.d.cap.22.nu. 9.Surd.de alim.tit.8.priuil.70.nu.5.*

14 Niſi eſſet legatum alimentorum, cuius capax eſt ſeruus *l.ſeruus ff.de alim. legatis Feder. de Senis conſ.41.* & pro eis deducit officium iudicis etiam contra dominum, cum ſerui retineant ea, quæ ſũt iuris naturalis, licet propter ſeruitutem amittãt alia *Cordub.de Lara in l. ſi quis à liberis §. vtrum nu.13.ff.de liber.agnoſc. Doring.in bibliot.verb.alimenta nu.164.165.& nu.296.Caſtill.de alim.c.24. Surd.de alim.tit.8.priuil.7.nu.1.& ſeqq.* qui *n.12.* id intelligit ſi dominum non habeat, nam ſi habet dominus illa capit, & agit, cum illi cenſeantur relicta, poſt *Bar.in l.cum hi §. eam tranſactionẽ nu.5.* vbi *Iaſ.in fine ff.de tranſact. & tit.9. qu.33. nu.10.& tit.8.priuil.58.nu.105.* vbi dicit non eſſe caſum, quo ſeruus non habeat dominum.

15 Similiter electio ſtipulationis alternatiuæ facienda eſt per ſeruum, & non per dominum, *Feder.de Senis d.conſ.41.Tuſc.lit.S. concluſ.233.n.3. per tex.in l.ſi ſtipulatus fuerim, in princ.ff. de verb.*
16 *oblig.* Exceptio hæc ſeruitutis admittitur non obſtante ſtatuto reijciente omnes exceptiones *Carol.de Graſſ.de except.except.4.nu.84.*

17 Concluſio per nos poſita limitatur multis modis. Primo Vbi ſeruus prouocat ad libertatẽ, nam tunc ordinata cauſa liberali, non repellitur à Iudicio, ſed habetur pro libero quouſque liberalis terminatur, Et ſi apparuerit liber, remanebit iudicium firmum, & ſi ſecus, irritabitur retro, & nullum fuiſſe iudicabitur *Paul.de Caſtr.in l.ſeruus C.de iudic.per tex.in l.ordinata ff. de liberali cauſa l.liberis uſ.& toto tit.ff.& C.de liber.cauſ.l.vix certis* aliàs *incertis 53.ff. de iudic. Velaſc. de priuil. miſerab.perſon.q.16.nu.15.& ſeqq.*

18 Cum aduertentia, quod in caſibus, quibus ſeruus dominum in iudicio conuenire poteſt, tenetur dominus ſeruo miniſtrare expenſas, & alimẽta *Caſtr.in l.vix certis ff.de iudic. per tex. in l.fin. C.de ordine cognit.Surd.de alim.tit.1. qu.122.poſt Rebuff.tom.1. de ſent.prouiſ.in præfat.nu.103.Aſin. in praxi §.32. ampl.28. Sim. de Prat.de interpret. vltim.volunt.interpret.2. dub.2. in princ.num.13. Secc.conſ.8.nu.6.vol.2.* vbi tamen intelligit quando ſeruus erat in poſſeſſione, ſeu quaſi.

19 2. Si ſeruus communi reputatione habeatur vt liber, nam tunc propter communem errorem, valebit ſententia tanquam à vero Iudice lata *l.barbarius* vbi *DD.ff.de offic.Prætor.* diximus in *rub.q.9.* addimus *D.Biloſo in tract.de fugit. qu.17.* vbi latè probat, & explicat Et valebit accuſatio *Decian.d.lib.3.cap.8.nu.13. Borrell.de compromiſſ. §.2.gl.4.num.96.* Vel ſi ſit in quaſi poſſeſſione li-
20 bertatis, & ei moueatur lis ſtatus, quia interim ſe pro libero gerit *l.ſeruum §.1. l.ordinata §.1.ff. de liber.cauſ.l.1.C.de aſſ.toll.* poſt alios *Gailin. de proc.p.2.cap.2.nu.18.* Sic è contra ſi communi re-
21 putatione cenſeretur ſeruus non valeret, etiam quod in rei veritate eſſet liber *Barboſ. in l. cum prætor §.fin.nu.vl.ff.de iudic.*

22 Fallit 3. In Iudicio, quod agitur abſque forma Iudicij, quando non interueniret concurſus trium perſonarum: verbi gratia, cum petitur bonorum poſſeſſio coram Iudice non apparente contradictore, quia ſeruus poteſt eam petere pro domino *l.ſi ſeruus ff.de bonorum poſſeſſ. Paul. de Caſtr. d. l. ſeruus C.de iudic.*

23 Fallit 4. vbi ſeruus vellet ſe ipſum defendere, ſi ei nunciatum fuerit *Caſſan.in conſuet. burg.rub.*
24 *13.§.6.* Nam quando aliquis citatur ad cauſam aliquam, habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio comparendi, & ſe defendendi *Gram. conſ.*
25 *1.nu.2.poſt dec.* Etiam quod aliàs eſſet inhabilis *Caſtr.conſ.12.lib.1.*

26 Fallit 5. Vt poſſit eſſe lis inter ſeruum, & dominum in octo caſibus enumeratis per *Hermog.in l.vix certis 53.ff. de iudic.* nempe ſi ſeruus dicat ſuppreſſas tabulas teſtamenti, in quibus libertatẽ

ſibi

Digitized by Google

ſibi relictam adſeuerat. 2. poteſt detegere dominos reos criminis arctioris annonę populi Romani,& cenſus,ac falſę monetæ. 3. Si à domino petat fideicommiſſariam libertatem 3.Si ſuis nũmis redemptum eſſe,& non manumiſſum, contra placiti fidem, adſeueret.4. Liber eſſe iuſſus,ſi rationes reddiderit: arbitrum contrà dominum rationibus excutiendis rectè petet.5. Si quis fidem alicuius elegerit,vt nummis eius redimatur, atq; his ſolutis manumittatur,nec ille oblatam pecuniam ſuſcipere velle dicat: contractus fidem detegendi ſeruo poteſtas tributa eſt *Decian. lib.3. cap.8.nu.7.8.& 9.10. Amaya in l.6. C.de delator. lib.10.& de ſium. Vrb.Conſtant. & in l.1. ad fin. de conditis in publ.horr.& lib.3.obſ.4. num.27.Cabrer.de metu lib.2.cap.1.nu.66. Rodrig. d.cap.2.de actore in praxi vid.Proceſſ.nu.48.*verſ.*ſed licet*,vbi dicit conſonare *l.7.tit.2.p.3.& l.4. tit.5. eadem parte*,vbi notat *Gregor.*verb.*fuere commenciato.*

27 Item in alijs caſibus, quorum vnus eſt in *l.mulier.§. Non eſt ff. ad trebell.* Vt cogi poſſit hæres inſtitutus adire, & reſtituere hæreditatem ſeruis, ſiue directa,ſiue fideicommiſſaria libertas eis data fuiſſet.

28 Alter in *l.famoſi 7.ff.ad l.Iul.Maieſt.* Vt ſeruus
poſſit accuſare pro crimine læſæ Maieſtatis, tam
extraneos,quam dominos,concordat *tex. in l.penul. C.qui accuſ. non poſſ. l.minime C. ad l.Iul. Maieſt.*Ratione grauitatis delicti, & quia talia
crimina occulte fiunt,nec poſſunt niſi per domeſticos regulariter propalari *Decian.lib.3. cap.8.*
29 *nu.5.*Etiam diuinæ *Catecr. in tract.de hæret.num.*
107.per eundem *tex.l.famoſi* arguendo de læſa
Maieſtate humana, ad maieſtatem diuinam *Gutier.de delict.qu.33.nu.46.& ſeqq.*Et vt poſſit ſer-
30 uus eſſe in iudicio cum extraneis in alijs quinque caſibus,quorum vnus eſt *in l.1.C.ſi per vim vel alio modo &c.*Vt ad recuperandam poſſeſſionẽ
qua quis abſens fuit ſpoliatus, admittitur etiam
31 ſeruus 2. eſt *in l.1. C. quibus ex cauſis ſerui &c.*
Vbi habetur, quod poteſt ſeruus vindicare necẽ
domini,& pro præmio conſequitur libertatem,
ſententia contra occiſorem lata. Etiam ſi ex pacto vel alia cauſa manumitti non potuiſſet *Ant. Burgos in diſput.iur. rub.de reſ. ſpoli tom.2.fol.103 Vigil.de legit.perſ. cap.22. num.21. Decian.lib.3.*
32 *cap.8.nu.11.*3.eſt *in l.2.eodem tit.* Vt ſeruus qui
deſert falſatorem monetæ libertatem conſequitur
& fiſcus domino ſerui dat pretium 4.in *l.3.C.eodẽ*
33 Vt ſeruus poſſit raptum virginis, diſſimulatione
præteritum,aut pactione tranſmiſſum, in publicũ
deferre,& libertatem conſequitur 5. in *l.4.C.eo-*
34 *dem.* Vt ſeruus poſſit accuſare deſertorem militiæ,& libertatem conſequitur.

35 Nam quamquam ſeruus non poſſit regulariter accuſare,cum accuſatio ſit actus iure ciuili introductus, & quod attinet ad ius ciuile ſerui pro nullis habeantur,vt diximus *in prim. Gandin.in tract.malef.in rubr. qui accuſ.poſſ. Roffred.in ſumma p.1.rubr.de perſon.litigantium cap.1.nu.2.& 3.Specul.tit.de actore §.Item quod Seruus Decian.in tract. criminal.lib.3.cap.8.P.Barboſ. in l.ſi longius 18.§. ſi filiusfam.nu.77.de Iudic.Petr.Gregor.lib.32.ſyntagm.cap.17.Amaya in l.6.C.de delator.lib.10.n.5.*
36 Neque ſi ſuam, aut ſuorum iniuriam proſequatur *Decian.vbi ſup.nu.2.*poſt *gl.in cap.omnibus 4. qu.7.Velaſc.de priuil.miſerab.perſon.qu.16. nu.12.*
37 Ea ratione quia ſi qua iniuria ſeruus affectus eſt,
non ille,ſed dominus eius,etiam eo inuito experitur *§.ſeruus Inſtit.de iniur.Velaſc.vbi ſup.nu.13. ex l.15.§.prætor ait,& §.ſeq.ff. de iniur.* Signanter
38 contra Dominum,ſub grauiſſima pœna *l.6. C.de delator.lib.10. l.penult. C.de his qui accuſar.l.2.§. imperator ff.de iure fiſci l.fin. in quibus cauſ. colon. lib.10.l.qui accuſare ff.de accuſat.* tamen poteſt in ſuprapoſitis caſibus,vt diximus:

39 Item licet ſeruus non poſſit accuſare,ſi tamen
accuſauit,& nihil fuit oppoſitum, iudicium procedit *Decian.vbi ſup.nu.12.*Poteſt eſſe in iudicio,
40 ſi ſeruus ſit reus in cauſa criminali, nam licet
ipſe non poſſit accuſare, poterit tamen accuſari
ab alijs *l.hac lege C.vbi cauſ.fiſcal. Specul. tit. de actore §. item quod ſeruus Decian.vbi ſup.Gomez.lib. 3.var.cap.1.nu.76.Pichard.in §.omnipotentem nu.3. Inſtit.de noxal.action.*Et vbi eſt reus, poteſt per ſe
41 ſtare in iudicio per *tex.in.l.ſi criminis C.ad l.Iul. de vi publ.Maſtrill.dec.267.nu.5.*

42 Probato delicto maiori pœna punitur, quam liber *l.in ſeruorum, in princ.ff. de pœnis l.aut facta §.perſona & l. capitalium §.fin. verſ.fin. eodem tit.*
43 Quod intellige quando pro delicto venit imponenda pœna corporalis: ſecus ſi pecuniaria,quia
illa non cadit in ſeruum *l. hos accuſare §.omnibus ff.de accuſat.*& hoc caſu alterabitur pœna,& imponetur ſibi alia iudicis arbitrio *tex.*eſt ibi *no.in*
verſ.*fin.* quem commendat *Bar. & DD.* Verum ſi
44 dominus ſoluat pœnam pecuniariam pro eo,pro
eo liberatur,vt diſponit *l.10.tit.1. 2.p.* quæ licet
ſit localis, propter rationem poteſt extendi in
omnibus locis.

45 Sed queſtio eſt. An in cauſa criminali contra
ſeruum debeat citari Dominus? Et quod debeat
citari videtur vera concluſio, nam in actu, ex
quo quis lædi poteſt debet citari, vulgata *l. de vnoquoq;ff.de re iudic. cum concord.* Sed dominus
46.poteſt lædi in hoc iudicio, cum poſſit ſeruum
amittere,igitur debet citari,nè præiudicetur *Salyc.in l.2.C.de accuſat.Blanc.in pract. crimin.n.59. fol.123.Gregor.Lopez.p.7.tit.1. lib.10. in verb.reſponder.por el Reo Alex.in l.pen. §.ad crimen ff.de publ.iudic.nu.9.Intrigl.ſing.50.lib.1.*

47 Et ratione ſui intereſſe poterit Dominus ſimul cum ſeruo ſe defendere,etſi dominus recuſet,poſſet ſolus inuito domino ſe defendere ad *tex.in l. ſi non defendantur C. de accuſat. Bar. in l.reus C. eodem*, & ſic ſeruari in M. R. C. Siciliæ teſtatur *Fron[illegible]al.in l.2.C.de accuſat.*

48 Sed quod debeat iudicium agitari ſolum cum ipſo ſeruo, tamquam principali perſona,quam tangit negotium, & lis conteſtanda, & ſententia diffinitiua ferenda, verior eſt concluſio,quam tenet *gl.* communi conſenſu ſtabilita *in d.l.2.C. de accuſ.Bar. in l.filiusfam.ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris lect.1.item in l.fin.§.neceſſitate C.de bonis quæ liber.nu.52.Angel.in l.cum filius fam. ff.de verb.oblig.ad finem l.hos accuſare §.ſi ſeruus cum §. ſeq.ff.de accuſat.* concordat de iure hiſpano *l. 9. tit.2.p.3.Rodrig.d.cap.2. nu.48. de modo vid.Proceſſ* verſ.*ſed licet.*

Nec curatur de intereſſe domini. Nam quan-

do principaliter contrà aliquem agitur licet ter-
tio fiat præiudicium in conſequentiam, non ideo
ille tertius citandus eſt *l. ſæpe ff. de re iudic.* & ibi
DD. Far. in §. 3. col. fa. latet Placca in epit. delict. lib.
1. cap. 32. nu. 22. Gomez. var. lib. 3. cap. 1. num. 76.
verſ. aduertendum. Et ſic deuenitur ad torturam,
49 & dationem termini extraordinarij ſine cautio-
ne domini *Maſtrill. dec. 267. num. 6. & 7.* Poterit
50 tamen dominus adeſſe Cauſæ, ſeruum defendere
pro ſuo intereſſe *Maſtrill. ibid.*

51 Poterit conſtituere procuratorem, vt *in l. ſer-
uus etiam ff. de publ. iudic. & l. ſeruum quoq; §. publi-
cè ff. de procur. Gomez. vbi ſup.*

52 Et id non procuratorio nomine ſerui, ſed pro-
prio *gl. in l. 1. ff. an per alium cauſæ appell. reddi poſſ.
& gl. in d. l. 2. C. de accuſat. Greg. Lopez in l. 10. tit.
1. p. 7. Placba in epit. lib. 1. cap. 32. nu. 22.* Verùm
53 Serui ſi à domino non defendantur, poſſunt ab
alio defendi per tex. *in l. ſi non defenduntur ff. de
pœnis Dec. conſ. 419. Maſtrill. conſ. 16. num. 15. conſ.
19. Socc. conſ. 61. nu. 7. lib. 2.* Et de eorum innocen-
54 tia tenetur Iudex inquirere *Menoch. de præſumpt.
lib. 5. præſumpt. 49. nu. 2. Vergil. d. cap. 22. num. 14.*
vbi *nu. 18. verſ. ſed ſi* dicit poſt *Bongiorn. conſ. 3. ab
lodual. tom. 4.* quod ſi ſit occiſus ſeruus exter, &
dominus non accuſet, poteſt accuſare fiſcus, quã-
uis contra fiſcum deciſum vna vice referat.

55 Probatio delicti poteſt fieri contra ſeruum
per teſtes, vel per confeſſionem propriam, vel alio
genere probationis, ſicut contra quemlibet ho-
minem liberum *l. ſeruos ita princ. C. ad l. Iul. de vi.*
56 Imò ſola confeſſio ſerui ſufficit ad condemnatio-
nem, vt dicitur *in d. l. ſeruos & gl. ordin. in l. 2. §. 1.
ff. ſi ex noxa caut. agat.* Eſt bene verum quod ad-
57 hoc vt confeſſio ſerui probet, & ex ea poſſit cõ-
demnari, oportet, quod cum ea concurrat ſemi-
plena probatio, vel aliqua indicia vrgentia, vel ſi
negauerit, quod ſit facta confeſſio in tormentis,
præcedentibus indicijs, alias non ſtaretur ſoli
eius confeſſioni ſpontaneæ, quia videtur tendere
in præiudicium domini, ita probat *tex. not. in l.
quæro §. fin. ff. de ædilit. edict. gl. ordin. in l. ſecunda
probatio ff. de probat.* & ibi *Saye.* & communiter
*DD. Soci. in l. cum ſtipulatum ff. de verb. obligat. col. 5.
nu. 11.* & ibi *Iaſ. col. 5. num. 15.* poſt alios *Gomez.
var. lib. 3. c. 1. num. 76.* Et ex hac ratione poteſt
58 Dominus aſſiſtere in iudicio, *vt ſup.* diximus. Et
vbi accuſaretur ſeruus, rerum priuatarum Prin-
cipis, vel agat ciuiliter, vel criminaliter debet
comparere coram procuratore Cæſaris *l. hac lege
11. C. vbi cauſ. fiſcal.*

59 Et quamuis ſeruus accuſatus, vel inquiſitus cõ-
fiteatur delictum, & ex illa confeſſione, poſſit cõ-
demnari, concurrentibus his, quæ *ſup.* diximus, ta-
men bene poſſet Dominus probare contrarium
*gl. ſingularis in l. 2. §. 1. ff. ſi ex noxa cau. aga. in gl.
1. in med.* vbi *Bal. Paul. Alex. & Iaſ. Gomez. d. c. 1.
nu. 76. in fine.*

60 Serui non poſſunt eſſe teſtes, & teſtimonium
ipſorum eſt ipſo iure nullum, etiam parte non
opponente, vt notat *Farinac. q. 55. n. 166. & 167.*
vbi tenet quod nec in contractibus, nec in teſta-
mentis poſſunt teſtificari. Tamen vbi veritas ali-
61 ter haberi non poteſt, recipiuntur ſerui in teſtes
Farinac. loco cit. nu. 172.

62 Si ſeruo ſit delata hæreditas, non poteſt de-
per ſe illam adire, ſed eſt neceſſe, quod interue-
niat iuſſus domini *l. ſi quis mihi bona §. 1. ff. de
acquir. hæred. Argell. de acquir. poſſ. qu. 8. art. 3. n. 63.*
64. Cum ſeruus incapax ſit eorum, quæ ſunt iuris
ciuilis, & mortuo æquiparetur, vt diximus ex tex.
*l. quod attinet, & l. ſeruitutem ff. de reg. iur. Maranta
in repet. l. is poteſt nu. 105. ff. de acquir. hæred.* Nec
ſufficit ratihabitio ex poſt facto *Aretin. in §. item
vobis inſtit. per quas perſon. nob. acquir.* Et ſi ſeruus
63 non vult adire, cogi non poteſt, nec dominus
abſq; ſeruo poſſet adire *l. cum propones §. fin. ff. de
hæred. inſtituen. l. ſeruo inuito ff. ad Trebell. Argell.
vbi ſup. num. 60. 61.* Niſi ſeruus ſit inſtitutus con-
templatione domini, nam tali caſu recuſans co-
gitur per Iudicem hæreditatem adire, nè damnũ
afferat Domino *DD. in l. penul. C. de iure deliber.
Ang. Aret. in §. item vobis nu. 4. inſtit. per quas per-
ſon. nob. acquir. Argell. ibid. nu. 62.* vbi dicit primã
opinionem procedere, vbi ſeruus eſt inſtitutus
contemplatione ſuimet. Sed ſeruus non poteſt re-
pudiare ſine conſenſu domini *Maranta vbi ſup.
nu. 203. Argell. ibid. nu. 66.*

64 Et ſi moriatur ante aditionem, dominus perdit
hæreditatem *Bar. in l. is poteſt ff. de acquir. hæred.*
per *tex. in l. vaße ueratius §. 1. ff. ad l. Aquil. Maran-
ta nu. 205. Vergil. de legit. perſon. cap. 22. num. 41.
& 42.*

65 Sed quæſtio eſt, an procurator illius, qui in
ſeruitutem poſt conſtitutionem eſt redactus, va-
leat in iudicio eſſe pro conſtituente quo ad bona
exiſtentia in patria captiui? dicemus *in fine huius
rubricæ* vbi tractabimur quando per captiuitatem
mandantis expiret mandatum, videndus nunc *Ve-
laſc. de priuil. miſerab. perſon. qu. 16.*

66 Omnia quæ diximus de ſeruo ſunt intelligen-
da de vero ſeruo, non autem de Chriſtiano capto
à Turcis, vel Sarracenis, nam hic non eſt verè
ſeruus propter iniuſtum bellum ab infidelibus
inditum, vt dicit *Couar. in relect. cap. peccatum de
reg. iuris lib. 6. p. 3. §. 11. nu. 6.* & ſic leges Roma-
norum loquentes de ſeruis non comprehendunt
huiuſmodi ſeruos *Aluar. Valaſc. conſult. 30. nu. 9.*
67 *& ſeqq.* Et captus à Prædonibus ſeruus non effi-
citur, & liber remanet *l. poſtliminy 19. §. a piratis
ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* & ſic teſtamentum fa-
68 cere poteſt *l. qui a latronibus 13. ff. de teſtam. Mo-
lin. diſp. 137. Amic. de iuſtit. diſp. 19. ſect. 3. nu. 36.
F. Diana p. 7. tract. 7. reſol. 50. in fine Scalona de
teſtam. lib. 2. cap. 1. §. 4. nu. 124. & ſeqq.* quidquid
dicat *Borrell. de teſtam. nu. 54.* & illius mandatum
69 ſuſtinetur, vt docet *Valaſc. vbi ſup.*

70 Si verò non pro libertate ſeruus, ſed circa res
in propria captiui patria exiſtentes, ſiue ius illius
conſeruandum lis vertitur, an per procuratorem,
ſeu curatorem agere, ſeu defendere poſſit? Et di-
ſtinguendum videtur, aut antè captiuitatem pro-
curatorem captiuus nominauit, aut in captiuitate
nominauit. Primo caſo procurator antè captiui-
tatem conſtitutus, & agere, & conueniri captiui
nomine, poſſet, & de calumnia iurare, authoritate
*Bar. in l. 1. C. vbi in rem act. Panorm. in cap. cæterum
nu. 7. Socc. conſ. 26. lib. 2. Menoch. de arbitr. caſ. 150
nu. 17.* tenet *Pax in praxi 1. p. tom. 1. p. 3. nu. 7.*

71 Sed quod per captiuitatem mandatum finiatur
ve-

verior eſt opinio per tex. in l.ſi arrogati 14.ff.de tutel.vbi habetur tutelam finiri pupilli captiuitate latè Maſcard.de probat.concluſ.1016.num.12. Ea ratione quia captiuus,& exiſtens in ſeruitute æquiparatur mortuo, & ſic ſicut per mortem, ità per captiuitatem mandatum finitur Vaz.exiſmat.Iur.lit.M.nu.36. & valet argumentum de morte ciuili ad naturalem, & è contra Vaz.axiomat.lit.A nu.483. in terminis noſtris Velaſc.de priuil.miſerab.perſon.qu.16.nu.23.& ſeqq.

72 2.Verò caſu eum in captiuitate exiſtens procuratorem conſtituit,nullius momenti eſt huiuſmodi mandatum,cum captiuus non poſſit procuratorem conſtituere l.ab hoſtibus 15.ff.ex quib.cauſ.maior.cui conuenit diſpoſitio legis hiſpanæ 2.tit.8.p.3.

73 Et talis procuratoris conſtitutio etiam ei, qui ad libertatem proclamat interdicit l.1.C.de aſſert.toll. confirmat lex regia hiſpana 4.tit.5.par.3. quam tamen diſpoſitionem ad eam ſolam ſpeciē, in qua loquitur cum de ſeruitute ad libertatem quis proſilit, reſtringit gloſ.in d.l.1.verb.penitus & cum de ſtatu controuerſia eſt,& agitur liberalis cauſa, nam in alijs procuratorem ſeruum habere, & conſtituere poſſe dicit ex l.ſeruum quoque 33.§.1.& in l.non ſolum 39.§.ſi ſtatus ff.de procurat.

74 Cui tex.diſpoſitioni auxiliatur lex regia (repugnantibus licet ſuperioribus) l.6.tit.29.p.2. Quæ quamuis captiuum teſtari non poſſe dicat (l.eius qui ff.de teſtam.& §.fin.Inſtit.quib.non eſt permiſſ.facer.teſtam.diſpoſitioni conformis) procuratorem tamen deſignare, mandatumue de ipſiuſmet bonis diſponendi,dare poſſe, & à mandatario vel procuratore geſta tenere.

75 Verum ſi captiuus rerum ſuarum procuratorē (qui conſtitui poteſt reſte Vlpiano in l.1.§.1.ff.de procurat.) conſtitutum non reliquiſſet vera exiſtente opinione relatorum ſup.num.70.verſ.ſi verò. Vel poſt captiuitatem non deſignaſſet iuxtà proximè dicta, eius bonis curatorem dandum iura decernunt in d.l.ab hoſtibus 15.§.2.ff.ex quib.cauſ.maior.l.3.C.de poſtlim.reuerſ.l.muto §.vl.ff.de tutel.

76 Si verò Curator bonis datus velit alios conuenire, & actiones aduerſus eos Curæ ſibi iniunctæ ratione mouere, videtur non poſſe,cum non eadem prouocationis, quæ defenſionis in Curatore bonis dato ratio extet, & ſic illi competunt actiones tempore pariturae,non aliæ ex l.Creditor 14.ff.de bonis auth.Iudic.poſſid.& ibi Bar.& Alberic.poſt alios Baez.de decima tutor.cap.16.nu.15. Guttier.de tutel.3.p.cap.17.nu.8.Menoch.de arbitr.lib.2.cent.2.caſ.15.nu.32. Quando ſaltem graue æs alienum,vel non magna immineret neceſſitas, creditoresue inſtarent, vt latè probat Velaſc.d.q.16.nu.37.& ſeqq. vbi ponit rationem quia talis Curator ad cuſtodiam tantum, & non ad plenam adminiſtrationem datus cenſetur ad tex.in l.in-tegr bonorum 49.ff.de adminiſtr.& pericul.tutor.

SVMMARIVM.

1 *Monachus an, & quando poſſit eſſe in iudicio actiuè,& paſſiuè & quid de Epiſcopo,Abbate, & Abbatiſſa? & à num.2.ad num.87.*

88 *Qui ceſſit bonis,an,& quando poſſit eſſe in iudicio, & à nu.89.ad nu.98.*

An, & quando Monachus, & decoctus poſſit eſſe in iudicio?

QVÆSTIO XIII.

1 MOnachus frater, ſeu religioſus profeſſus regulariter non poteſt in iudicio comparere ſine conſenſu ſui ſuperioris,ſiue agat,ſiue conueniatur cap.Monachi 16.qu.1.cap.2.de poſtul.gl.in auth.cauſa C.de Epiſcop.& Cleric.verb.debeat. Vbi concludit quod ſiue monachus ſit reus,ſiuè actor non ipſe,ſed ſindicus,vel Abbas reſpondebunt,& agent. Duplicē allegat rationem, vnam quod Monachus reputatur mortuus l.deo nobis §.1.C.de Epiſcop.& Cleric.2.quia reputatur ſeruus Euerard.in loco à Seruo ad Monachum nu.4. Barboſ.d.loco Sanchez in precept.decalog.lib.6.cap.12.in princ. Scacc.de iudic.lib.1.cap.101.nu.39.& 41. Themud.dec.200. Tuſc.lit.M.concluſ.318.Molin.de iuſtit.diſp.139.& 140.D.Prat.reſp.crim.31.nu.23. Onnate.de contract.tom.1.tract.2.diſp.4.ſect.3.nu.137.verſ.probatur Graſſ.de effect.Cleric.eff.11.nu.6.Danza de pugna DD.tom.1.tit.Monacus quando agat cap.1.nu.10.& ſeqq. Pilata inſtit.lib.1.deciſ.12.num.62. Amat.Rodrig.de modo videndi Proceſſ.cap.2.n.49. vbi dicit concordare legem hiſpanam in l.10.tit.2.par.3.

2 Cum conſenſu ſui Superioris poteſt comparere in iudicio, & pro ſe, & pro ſuo Monaſterio clem.religioſus de procurat. Federic.de Senis conſ.282.Roderic.qq.regular.tom.4.tit.3.num.18.& qq.Canonic.q.62.art.5.tom.2.per cap.2.de poſtul. Themud.vbi ſup.nu.4.Rodrig.vbi ſup.

3 Quod monachus non poſſit nomine ſuo agere, vel conueniri ſine conſenſu, & licentia Abbatis firmauit Specul.tit.de actore col.16.verſ.item excipitur contra actorem, qui tradit aliam rationem, quia nihil habet cap.cum ad monaſterium,in fin.de ſtatu Monachor. DD.omnes in cap.cum dilecta de reſcript.& in d.auth.cauſa de Epiſc.& Cleric. Nauar.in comment.2.de regular.nu.64. Franch.deciſ.718.nu.2.Franc.Marc.dec.127.lib.1.Virgil.poſt alios de legit.perſ.cap.23.num.32. DD.ſup.citati Salgad.in labyr.credit.p.1.cap.27.num.27.verſ.et verò Verall.dec.223.p.2.Cappell.Tholoſ.dec.124.& 125.Nouar.de elect.fori lib.1.q.61.nu.4.

4 Et exercitium actionum, & omnia iura tranſeunt in Monaſterium,& non ſolum facultatibus, ſed voluntati renunciat cap.non dicatis 12.qu.1.& cum gl.& Spec.vbi ſup.tenet Bar.in d.auth.cauſa item in auth.ſi qua mulier num.7.C.de ſacr.Sanct.Eccleſ.poſt alios Dec.in cap.dilecti nu.3.de appell. Achill.de Graſſ.dec.1.de regul. Verall.qui loquitur de Monaco S.Auguſtini Dec.224.lib.2.& deciſ.187.lib.3.Franc.Marc.q.588.nu.1.Fab.in C.de ſacr.Sanct.Eccleſ.defin.33.& in alleg.1.Reg.Sanfel.dec.195.à nu.6.& ſeqq.vbi latè probat omnia forēſia,& ſæcularia monachis eſſe interdicta abſ-

Digitized by Google

que præcedentis Superioris licentia, & loquitur de monacho S. Auguſtini, late *D.Prat. d.reſp.31.* vbi fundat, actionem quæſitam monacho ſtatim quæri Monaſterio, ita vt nec momento remaneat penes ipſum per *tex. in l.placet 78.ff.de acquir.hered.* & ſic nullo modo poſſe agere monachum in iudicio, cum actione careat ad *tex. in l. ſi pupilli §.videamus ff.de negot.geſt. cum concord. Bar. in l.ſi vnus §.ante omnia ff.de pactis*, & Iudex ex officio repellere debet actione carentem ſicut docet *Aretin.inſtit.de obligat.quæ ex delict. naſ.vnt. §.item ſi fulloni* etiam ſi eſſemus in iudicio executiuo *Oſaſch.dec.5.nu.35.Franch. dec.602. in fine Reg.Ronit.in pragm.1.nu.2.de ordin.iudic.Reg.Sanfel.dec.338.nu.2.& ſeqq.p.2.D.Prat.lib.1. diſcept.24.nu.3.& ſeqq.* & ex his fundat *D.Prat. d.reſp.31.* non poſſe monachum adiectum in ſolutione, cui proprio, principali nomine, & inſolidum fuit promiſſa ſolutio ſine licentia Superiores liquidare inſtrumentum contra debitorem Monaſterij, tum quia monacus non habet velle, ac nolle, nec poteſt conuenire, aut conueniri, cum aſſimuliter ſeruo, ac filiofam. tum quia quidquid acquirit, Monaſterio acquirit, tum quia iudicium liquidationis inſtrumenti eſt iudicium criminale, verum contra ipſius allegata emanauit deciſio, vt *d.reſp.31.in fine* videre eſt in ſpecie, quod acta facta ad
5 inſtantiâ Monachi, qui fuit in iudicio abſq; licentia Superioris ſint nulla fundat *gl. in clem.religioſus verb.ſuſcipere Dec.in cap. decernimus de iudic. Reg.Sanfelic.d.dec.195.nu.12.17. & 18.* quem ſequitur *D.Prat.reſp.32.n.14.& ſeqq.*

6 Et ſententia ſuper illis actis lata ſecundum vnam opinionem eſt ipſo iure nulla, etiam ſi oppoſitum de hoc non fuerit ex *tex.* ſingulari ſecundum vnum intellectum in *l.ſeruus* vbi *Ang.* notat *C.de iudic.& in l.fin.C.de noxal. action.* ratione ea quia Monachus habetur pro mortuo *cap. placuit 16.qu.1.l.Deo nobis C.de Epiſcop. & Cleric.R.Sanfel.d.dec.195.nu.8.verſ.& ad hoc, & dec.55.n.19.* vbi dicit quod eſt de forma, quod ille agat de licentia Superioris, quæ debet præcedere, & ideo quidquid fit ſine ea, nulliter agitur *Prat. cap.31.* ſed opinio contraria eſt verior, vt dicemus *infrà verſ.5.vbi Monachus*.

7 Et ratione illa, quia monachus non poteſt agere, non poteſt liquidare inſtrumentum ad formam *Ritus M.C.V.166.& ſeqq.* probat *Epiſc.Aſti contr.11.num.27.& ſeqq.* Nam dum quis non poteſt agere, non poteſt liquidare inſtrumentum *Frecc.de præſent.inſtrum.p.12. in princ.* ſequuntur *Canar.Barz. & Grauin.* quos allegat *Galter.* idem probans *de liquid.inſtrum.1.2.p.nu.21.D.Petra in rit.166.nu.107.Thor.vot.84.num.183.p.1. & in comp.dec.p.3.*verb.*inſtrumentum*, vbi diuerſimode deciſum refert.

Et acta facta ad inſtantiam eius, qui non poterat agere, ſunt nulla *Vant.hic nu.1.2. & 3. Reg. Sanfel.dec.299.nu.5.*

8 Additur, quod hæc fortius procedunt in liquidatione inſtrumenti, nè dum quia eſt cauſa, ſua origine, & reſpectu pœnæ, criminalis, & in qua accuſatur debitor de periurio *Franch. dec. 162. & dec.366.num.13.Paſcal.de vir. patr. poteſt. p.2. cap.9.Reg.Capyc.Latr.dec.58.nu.8.& 9. D.Alonſus Xuar apud Reg.Sanfel.dec.62.num.38.Merlin.de pignor.dec.96.nu.28.poſt Tract.* poſt alios *D.Prat. d.reſp.31.nu.28.& ſeqq.*

9 Sed Monachus ſine Superioris licentia, nec etiã de iniuria illata ſuæ perſonæ poteſt accuſare *gl. in cap.Parochianos de ſentent.excommun.* poſt alios *Carau.in rit.275.nu.29.& 35. Decian. tract.crim. tom.1.lib.3.cap.8.nu.13. Farinac. qu.13. num.24. Danza d.cap.1.nu.11.& ſeqq.*

10 Similiter cum requirantur in liquidare volẽte, vt remaneant obligatus ad pœnam, & teneatur iurare pro quanta ſumma liquidat, & ſuper ijs, ſuper quibus à debitore interrogaretur ad ſui releuamen *Frecc.de præſent.inſtrum.p.13.q.1.nu.25. in fin.Carauit.rit.166.nu.26.6.not.*

11 Hæc in Monacho procedente ſine licentia Superioris, non poſſunt impleri, nam ipſe abſque licentia, nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur *cap.non dicatis 2.q.1.& cap.2.de teſtam.in 6.Abb. cap.ex reſcripto de iure iur.nu.1.* igitur non poteſt liquidare. Et ius liquidandi non competit perſonæ, quæ non poteſt ſe obligare *Frecc.d.p.13. in princ.* & quia proprium non habet, non poteſt ad pœnam condemnari *cap. reprehenſibilis* vbi *Abb.num.16.de appell.* Nec Monachos ſine Supe-
12 rioris licentia poteſt iurare *cap.1. in fin. de iuram.calumn..Abb. in cap.cum contingat nu.23. de*
13 *foro compet.* Nec Monaſterium ad pœnam tenebitur, ex quo de facto Monachus cauſam ſuam proſequitur *Abb.in cap.Nicolao nu.3. de appell.* Et de facto ſuo non obligat monaſterium *Abb. in c. quanto nu.1.de offic.ordin.*

14 Nec ſi cappa ſpolietur poteſt agere *Felin.in c. cum dilecta nu.5. de reſcript. Tuſc. lit. M. concluſ. 318.nu.8.Themud.d.dec.200. nu.2.Danza de pugna DD.d.cap.1.nu.18.* vbi ponit rationem, quia cappa non eſt ſua, ſed Monaſterij *Campagna in cap. regni de iniurijs num.16.* & quidquid Monachus acquirit, Monaſterio acquirit *auth. ingreſſi C.de Sacr.Sanct. Eccleſ.cap. in præſentia de probat. Azor.lib.12. cap.8.qu.1. Tuſc. lit.M. concluſ.31. Eman.Rodriq.qq. reg.tom.3.q.29.art.5.Cabed.dec. 163.p.1.P.Molin.de iuſtit.tract.2. diſput.140.Frà Paulin.Berri Lucenſ. in praxi com.reg. tit.1. cap.2.*
15 *num.17.* Verum ſi conſenſus ſuperioris ſuperueniat acta facta a Monaco ſine illo valida remaneat, vt fundat late *Epiſc.Ricc.dec.6.p.1.*

16 Idem, quod diximus in Monacho, procedit in præsbitero, qui dedit ſe, & ſua alicui loco religioſo, nihil retento, nec mutato habitu, nam Conuentus ſolus poteſt agere nomine ipſius per *tex. in auth.ingreſſi C.de Sacr.Sanct.Eccleſ.Spec.de ſtatu reg.per totum Cappell.Tholoſ.dec.9.*

17 Sunt tamen multi caſus, quibus Monachus poteſt eſſe in Iudicio. Primo ſi degat extrà clauſtra Monaſterij de conſenſu ſui Superioris, nam tunc ſine conſenſu illius poteſt agere, & in iudicio conueniri *Barboſ. in l.ſi longius §. ſi filiusfam. num.5.ff.ſolut. matrim.* puta ſi reperiatur in ſtudio *Felin.in cap.cum dilecta de reſcriptis Sanchez cap. 12.lib.6.nu.14.*

18 2. Vbi Monachus eſſet Abbas, aut Prior alicuius Monaſterij, ſeu Conuentus, quia poſſet per ſe in iudicio comparere, vt notat *Henric.Boich.in c.pro cauſa de procurat. Virgil.de legit. perſon.c.18.*

nu.

Digitized by Google

nu. Danza d.c.1.nu.23.& noo ſolum pro ſe,
19 ſed etiam,vt procurator alterius, quaodo Mo-
nachus habet dignitatem, ſiuè adminiſtrationem
c.cum deputati de iudic.
20 3. Fallit in Cauſa ſuæ electionis, vbi poſſet
etiam ſine conſenſu Abbatis,ſeu Superioris com-
parere Innoc.& alij in cap. cum dilecta de reſcript.
ſequitur Rota in nouiſ.dec.7.de iudic. Archidiac.in
cap.cum paſtoralis 2.q.7.addens quod tunc habe-
bit expenſas à Monaſterio Virgil.d.cap.18. Dan-
za d.cap.1.nu.23.Verum pro dictis expenſis non
poteſt agere contra Abbatem,ſed debet implora-
re officium ſuperioris ad inſtar ſerui contra Do-
minum Gratian.diſcept.436.num.11.Surd.de alim.
tit.8.priuil.7.
21 Idem ſi compareret pro electione ſui Abbatis,
vel pro eo confirmando, aut excarcerando,quia
poſſet,etiam ſine mandato comparere, vt notat
Rota d.deciſ.Virgil.d.cap.18.Danza d. c.1. nu.23.
22 4.Vbi Abbas,vel Prior eſt abſens,& periculũ
eſt in mora Felin.in d.cap. cum dilecta Specul.An-
ton.& Abb.Cardinalis,& Imola, quos Nauar.com-
ment.2.de regular.num.61.verſ.addo 9.Henric.c.ex
parte nu.3.de accuſat.Clement.de patr.poteſt. cap.6.
eff.4.notab.26.p.1.Azor.inſtit.moral.tom.1.lib.17.
cap.12.q.9.ad fin.Virgil.d.cap.18.Danza d.cap.1.
nu.23.Tiraq.de legib.connubial.gl.8.nu.10. Idem
23 eſt ſi Monaſterium vacaret Nauar. Imol. Cardi-
nal.& Azor locis citatis.
24 5.Vbi Monachus,ſeu Religioſus agit ſine cõ-
ſenſu Superioris,ſeu conuenitur,& reportat ſen-
tentiam in eius fauorem, quia valet iudicium ita
communiter DD.in cap.cauſam de iudic. arg.l.non
eo minus C.de procur.Facit gl.vbi Bart. & alij in l.
ſi tutor C.ex quibus Cauſ. reſtitut. in integr. non ſit
neceſſ.Paeiſ.conſ.16.lib.2.nu.100. Tiraq. de legib.
connubial.gl.8. nu.82. Ideò ſi Monachus agit,va-
25 let iudicium,donec ſibi opponatur,quia ope ex-
ceptionis excluditur Federic. de Senis conſ.104.
num.4.
26 6.Si Monachus ſeu Religioſus ſe defenderet,
nam poteſt ſe defendendo in iudicio comparere
Abb.in cap.2.nu.9.de Vita,& honeſt. Cleric.Rode-
ric.vbi ſup.num.19.Virgil. d.cap.18.Danza d.cap.
1.num.23.
27 7.Vbi Monachus,ſiue Frater conueniretur in
iudicio pro cauſa criminali,ob aliquod delictum
ab ipſo commiſſum, nam tunc ipſe conueniendus
eſſet,& contra ipſum formandus eſſet libellus, &
dicitur perſona legitima ad ſe defendendum abſ-
que Superioris licentia, quia vt ſup.diximus ſer-
uus ſimiliter conuenitur,& non dominus ratione
delicti commiſſi,vt in l.pen.in fin.ff.de noxal.Vbi
idem in Monacho ſeruandum dicit ibi Bal. in
princ.Specul.tit.de reo §.vnic. nu.29. Felin.in cap.
cum.1.de ſentent.& re iudic. Euerard.in loco à ſer-
uo ad Monachum num. 6. Poteſt tamen Abbas ei
28 aſſiſtere,vt tradunt Specul. & Felin.vbi ſup. San-
chez num.3.
29 8. Fallit Vbi Monachus accuſaret Abbatem,
quia tunc etiam ſine conſenſu Superioris poteſt
in iudicio comparere textus eſt in c. ex parte de
accuſat.Felin.in d.cap.cum dilecto nu.15.Virgil.d.
cap.18.Danza d.c.1.nu.21.& 23.Clar.qu.7.nu.8.
Surd.de alim.tit.1.qu.121. nu.8. & quod dicimus
30 de Monacho intelligimus de fratre, aut alio re-
ligioſo, & tunc expenſas litis neceſſarias habe-
bit à Monaſterio Sanchez ad præcepta decalogi
lib.6.cap.12.nu.18.
31 9.Si Monachus,ſeu religioſus petit reſtitui ad
clauſtrum tamquam iniuſtè eiectus,& conſequen-
ter,vt præſtentur ei alimenta Ant.de Butr.Imol.&
Abb.in c.placuit 16.q.1.Capra regul.85. nu.5.& 6.
Sanchez nu.16.
32 10. Vt poſſit Monachus comparere pro ſuo
Abbate carcerato excarcerando Felin.in cap.cum
dilecta de reſcriptis Scipio Ianuarius reg.175.lib.re-
gular.vbi ponit alias fallentias Virgil. d. cap.18.
Danza d.cap.1.nu.23.
33 11.Vt nouitius poſſit eſſe in iudicio, nam ille
non dicitur Monachus antè profeſſionem cap.re-
ligioſo in 2.reſp.de ſent.excomm.in 6. & cap.non ſo-
lum,& cap.conſtitutionem de reg. in 6. latè R.Tap.
in auth.ingreſſi verb.ingreſſi cap.1.nu.31.& ſeqq.&
verb.ſub cap.2.per tot. Nam Nouitij non veniunt
appellatione religioſorum in omnibus diſpoſitis
à iure vel ſtatutis Religionis odioſis Barboſ. in
appell.verb.Religioſ.nu.15.& ſeqq.Bellaſ.verb.No-
uitius Coton.lib.4.controu.3.cap. 1. & 2. Laur.de
Franchis,& ibi addit.p.2.in qq.var. q.51. & ſeqq.
diximus in obſ.ad conſ.27.lib.2.Reg.Rouiti.
34 12.Si quis mutuo, vel indepoſitum (licet hæc
concluſio non ſit de materia)accipiat à Monacho
ſeu ſeruo,vel alio,aliquam quantitatem,vel rem,
poteſt illam met quantitatem, vel rem ipſi Mo-
nacho reſtituere,& ſoluendo liberatur,nec poteſt
moleſtari à Monaſterio, vel domino l.filiæ 88.
l.55.ff.de condict. indeb.l.quod ſeruus 11.ff.depoſit.
Baez de inope debitore cap. 17. num.30.Matt.Affli.
dec.147.Surd.conſ.150.nu.103.& ſeqq. Mar.Mu-
ta ſuper bulla nu.368. tom.5. Cap.Regni Virgil.de
legit.perſon.cap.23.num.12.& cap.4.à nu.21.Cap-
pell.Tholoſ. dec.122. Strac.de adiect.p.3. num.43.
Becc.conſ.19.nu.5.Sued.conſ.150. nu.140.& dec.
229.Cyriac.contr.123.nu.2.& 15.Cancer.var.p.2.
cap.6.à nu.37. idem Cyriac. contr.330. à num.27.
Scac.de commerc.§.2.gl.5.nu.28.Vicecomes de in-
tenſ.qu.32.à nu.18. Graſſ.de exception. except.15.
num.122.de ſeruo dicit Barboſ. in l.ſi cum dotem
§.tranſgrediamur nu.1.& ſeqq.ff.ſolut.matr. Verum
non poſſunt liberare gratis,nec contractam obli-
gationem innouare Boer.dec.182.num.33. Virgil.
vbi ſup.Olea poſt hos,& alios de ceſſ.Iur.tit.1.q.1.
nu.45.& Graſſ.d.except.25. nu.122. dicit non li-
berari debitorem ſoluentem Monacho mutuanti,
cum conſenſu Abbatis, niſi cum conſenſu Abba-
tis,fiat ſolutio.
35 13.Vt Monaci poſſint eſſe in iudicio pro ali-
mentis eis relictis, & illa poſſint petere iudicis
officio Bar.in l.ſeruo alieno ff.de legat. Socc.in l.1.
[illegible] leg.1.nu.310.Signorol.conſ.40. Cordub.de La-
[illegible] l.ſi quis à liberis §.vtrum num.14.15.Surd.de
alim.tit.8.priuil.7.num.4.Caſtill.de alim.cap.5.vbi
latè explicat diximus qu.anteced.
36 Sed quæſtio eſt an poſſit Monachus conuenire,
& conueniri ratione contractus cum eo initi? Et
videtur poſſe conueniri per tex.in §. fin. Inſtit.de
acquiſit per arrogat. In contrarium quod non poſ-
37 ſit conueniri facit,quia nihil habet,& ſibi impu-
tet,qui cum eo contraxit, nam ſuſcipiendo reli-
gio-

gionem, renunciat facultatibus,& voluntati pro-
priæ,ſe ipſum penitus ſubijciendo aliorum pote-
ſtati, & imperio, adeo vt non habeat velle,neq;
nolle *cap.non dicatis* 12.*qu.*1.*cap.*2.*de ſeſſam.in* 6.
*Roderic.qq.regular.*62.*art.*5. *tit.de except. regular.*
38 & vt diximus æquiparentur in hoc religioſus ſer-
uo,& filioſamil.*l.lis nulla* , & *l.vlt.ff.de iudic.l.*
39 *ſeruum C.eodem* , & pro mortuo habeatur,vt ſimi-
liter diximus *DD.comm. in cap. cum dilecta de re-
ſcriptis Sanchez ad præcept. decalog. lib.*6. *cap.*12.
*nu.*1.extat *Concil.Trid.Seſſ.*25.*de regul.*& *monial.
cap.*2.*Vener.in exam.Epiſcop.lib.*6.*ca.*13.*Alciat.
in repet.Inſtit.quib.alien.licet* §.*contra autem n.*134
40 Verius eſt debere diſtingui cum *Speculat. tit.
de ſtatu Monach.* §. 1. *nu.*3. Aut agitur de con-
ueniendo Monachum pro debitis factis ante in-
greſſum,aut poſt ingreſſum . Primo caſu eſt in
electione actoris , vel ipſum Monachum conue-
nire,vel Monaſterium, aut ſyndicum ipſius . Ve-
rum quod conuento Monacho citari debeat etiã
ſyndicus Monaſterij pro ſuo intereſſe,ex quo cõ-
demnatio iudè non cadit contra Monachum,ſiuè
religioſum, ſed contrà Mooaſterium. Et vtroque
caſu executio fit contra Monaſterium , vt ſoluat
condemnationem,aut dimictat bona,quæ fuerunt
ipſius Monachi , ad ſimilitudinem filij arrogati,
quando agitur contra arrogatorem , & ſic proce-
dit *tex. ſupra* pro prima opinione allegatus *in* §.
*fin.Inſtit.de acq.per.arrogat . Baron. ſing.*72.*tom.*2.
de citat.& *tom.*3.*in addit.*
41 Si verò bona non habeat Monachus non tene-
tur Monaſterium,nam ſolum quatenus ad eum
peruenit eſt obligatus *Olea de ceſſ. Iurium tit.*3.*q.*
9.*nu.*34.*Caroc.contr.*145.*nu.*22. *Sanchez in ſum-
ma lib.*7.*cap.*12.*nu.*23.*Baron.vbi ſup. tom.*3.*nu.*2.
42 Non tamen poteſt Monachus carcerari , aut
de perſona moleſtari *Roderic.qu.*62.*art.*6.Verum
de *Iure* hiſpano debet peti debitum illud à Mo-
naſterio per *l.*10.*tit.*2.*p.*3.ibi *Gregor.Lopez in gl.
verb.Deuebaſazer. Rodrig. de modo vid.proceſſ.cap.*
2.*nu.*49.*in fine Olea de ceſſ.tit.*3.*q.*9.*n.*34.
43 Si vero conuenitur pro debitis factis poſt in-
greſſum,& quia ſi Monachus,ſiue religioſus poſt
ingreſſum contraxit,non tenebitur Monaſterium
reſpõdere,niſi ex tali actu factum ſit locupletius ,
imputet ſibi qui cum tali contraxit,vt docet *Spe-
cul.ſup.nu.*6.*Viſcont.in concluſ. Iuris* verb.*Mona-
ſterium Molin.tom.*1.*de iuſtit.*& *Iure diſp.*140. *Le-
zan.tom.*1.*cap.*24.*nu.*38.*Bellaſ.in prompt.*verb. *de-
bitum nu.*5. *Roſell.in ſumma* verb. *Abbas* Vel niſi
ſit debitum contractum de licentia Superioris
*Sanch.in præcept.decalog.cap.*31. *Lez. loco cit.num.*
18.& *Molin.loco cit.*
44 Verum in caſu quo Monachus ante ingreſſũ,
contraxerit,& ſe obligauerit , non poteſt contra
Monaſterium cauſari executio ex diſpoſitione
ritus,nam *ritus* procedit contra expreſſe obliga-
tum,vel eius hæredem vniuerſalem, non autem
contra tertium,vt colligitur ex *Bal. in l.*1.*ff.de
45 legib.* quamuis tertius ille poſſideat res obliga-
tas,nam debet creditor ſe dirigere via ordinaria,
vt dicit *Io:Aloyſ. de Settimo in cap. ritus Sicil.*102.
*Carol.Graſſ.in præsud. except. nu.*140. benè *Vergil.
de legit.perſon.cap.*23.*nu.*67.*Baron.tom.*3.*ſing.*72.
in fin.& *in annot.Pilata inſtitut.lib.*1.*deciſ.*12.*nu.*

46 64. Beneuerum talis religioſus conuenitur de-
ducto ne egeat , pro vt in Clerico dicimus *Graſſ.
ad conſtitut.pragm.Comitis de Caſtro* §.40.*num.*45.
47 Si verò quis cum eſſet debitor ingrederetur re-
ligionem incapacem bonorum, aut nihil offerret
Monaſterio,videndus *Roderic.qu.*62.*art.*6.
48 Eſt tamen verum quod ſi quis in fraudem cre-
ditorum ingrediatur Monaſterium, debet reijci à
monacatu, quia non dicitur bono ſpiritu ductus
late *Epiſcop.Maranta reſp.*51.*tom.*5. Cum certum
49 ſit , tam ratiocinijs abnoxios ad ordines non
poſſe promoueri,ad *tex.in can.præterea* , & ibi *gl.
in verb. functionibus* 51.*diſt. Syluest.in verb.ratio-
cinium nu.*1.*c.vnic.de oblig.ad ratiocin.*vbi *Barboſ.*
& *Gonzal.*& *alij Can.Magnus* 54. *diſt. Epiſc.Ma-
ranta d.reſp.*51.*R.Marin.lib.*2.*reſol.*177.
50 Quod impedimentum durabit , etiam admini-
ſtratione completâ, ſi adhuc computorum reddi-
tio indeciſa apparet,vt per *Abb.in d.cap.vnic.nu.*
3.*Alberic.in ſuo dictionar.* ver. *obligatus ad ratioci-
nia Campanil.in diuerſ.rub.*11.*cap.*9.*nu.*3.vbi dat
rationem , nè ſi poſteà de dolo condemnentur ,
quia fierent infames , debeant à promotione in-
terim ſuſcepta deponi,quamuis innocentes dein-
de à Iudice declarentur , vt tenet *gl.in can.tantis
Daniel.*verſ.*obrepſit*,& ibi *Archid.*81. *diſt.* Poterit
51 tamen promoueri cupiens, ad hoc obſtaculum
tollendum , idoneam præſtare fideiuſſionem *Abb.
in d.cap.vnic.nu.*10.*Maiol.de irregul.cap.*11.*lib.*2.
*nu.*14.qui dicit hoc procedere , ſi fideiuſſor con-
ſtitueret ſe principalem ad excuſſionem euitan-
dam,alias ſecus .
52 Quam etiam maximo ære alieno grauatos , in
bonis non habentes , vt omnibus ſatiſfaciant,cũ
ex fori mutatione creditores grauati remaneant
*Abb.d.cap.vnic.nu.*9.
53 Quæ omnia procedunt etiam ſi quis vellet re-
ligionem ingredi,maximè vigore *Conſtit.*Summi
Pontificis Sixti V. incip. *Cum de omnibus* §.*cæte-
rum*,quæ ſtatuit,non poſſe recipi nouitios ad re-
ligionem , antequam de eorum vita, & moribus
fiat exacta inquiſitio, & an aliquibus debitis ſint
obnoxij, quibus non diſcuſſis , profeſſio nullius
eſt momenti,& valoris , quod eſt ſtatutum etiam
in Religione PP.diſcalceatorum S.M.de Monte
Carmelo *p.*2.*cap.*5. §.2.*Epiſc. Marant. d.reſp.*51.
*tom.*5.*Roderic.qq.* *q.*62.*art.*6.*in fine R.Mari-
nis lib.*2. *reſol.*177. qui poſt *Reg.Tap.in auth.in-
greſſi cap.*8.in verb. *ingreſſi nu.*17. *C.de ſacr.Sanct.
Eccleſ.*extendit, & dicit hoc impedimentum non
extendi ad hæredes talium debitorum contra
*Maiol.de irreg.cap.*11.*num.*13. ſi hæreditatem re-
pudiauerint,vel ſi ſe immiſcuerint certò ſciretur
illos debita ſoluturos, alias ſecus . Si verò quis
54 eſſet minoribus ordinibus inſignitus , non pro-
hiberetur ad ſuperiores ordines promoueri, cum
hoc caſu ceſſet ratio dictorum *textuum* , ſed tan-
tum prohiberetur ſi eſſet ſecularis,& vellet ordi-
nari , vel religionem ingredi *Campanil. in diuerſ.
rub.*11.*cap.*9.*nu.*11.
55 Eſt præterea obſeruandum , vt ad noſtram ma-
teriam redeamus,quod licet religioſus non poſſit
eſſe procurator alterius ſine conſenſu ſui ſupe-
rioris *cap.*3.*ne Clerici,vel Monachi cap.non dica-
tis* 12.*qu.*1.& *cap.*2.*de poſtul. Golin. de procurat.p.*
1.*cap.*

Digitized by Google

1.cap.5.nu.59.& nos dicemus infra. Tamen,quo-
56 tiés poteſt eſſe in iudicio abſq;Superioris licentia,vt diximus,poteſt etiam conſtituere procuratorem abſq;illo,ea ratione quia cum poſſit per ſe ipſum in iudicio competere,poteſt ſimiliter comparere per alium per tex.in cap.poteſt de regul.iur. in 6.vbi Barboſ.gl.in clem.religioſus ver.conſtituere de procur.vbi Imol.nu.15.Cardin. nu.3. Abb.nu.7. Archidiac.cap.Monachi el 2.nu.1. Innoc.in cap.1. vbi Hoſtienſ.num.1.Anchar.nu.11.Andreas num.2. Abb.nu.2.& 15.Anan.nu.2.Belſamer.nu.13. Boich. nu.1.& 2.Bal. num.3. de ſentent. & re iudic. poſt alios Lup.in cap.per veſtras in proemio §.28.nu.55. de donation.inter.

57 Eſt hic notandum,quod id,quod diximus In ſeruo , quod ſi illi ſit delata hæreditas, non poſſit illam ſolus,ſine conſenſu Domini adire , nec dominus ſine conſenſu illius,tamen hoc non procedit in Monacho,nam licet æquiparetur ſeruo, vt diximus , tamen quamuis Monachus non poſſit adire ſinè conſenſu Superioris , cum non habeat velle,aut nolle cap.ſi religioſus de elect.in 6:Tamē Abbas ſolus poteſt adire ſi ille nolit, ipſo iubente,imo ipſo Monacho inuito Bar.in l.3.vbi etiam Alex.ff.de vulgar.& pupill.Bal.in l.1. C.qui admitti Abb.in cap. in præſentia de probat. Sanchez lib.7. cap.12.nu.36. Petr.de Gregor.ſyntagm. iur.p.3. lib. 46.cap.4.nu.13.Honded.conſ.94. num.14. & ſeqq. lib.1.Rota dec.23.nu.2. poſt Merlin. de legit.quid quid contra dicat Cyriac.conte.670.nu.2. & 3.D. Vrceol.de tranſact.qu.24.nu.37.

58 Et ſi moriatur Monachus, ſiuè religioſus,aut religioſa antè aditam hæreditatem,Monaſterium poteſt hæreditatem adire Corn.conſ.88.vol.2.Soc. ſen.conſ.18.vol.1.Couar.cap.1.de teſtam. Clar.§.teſtamentum qu.29.& 50.de hac re latius agens videndus Bellon.de iure accreſc.cap.7. qu.44.nu.50. & ſeqq.diximus in obſ. ad conſ.44. nu.12. & ſeqq. Reg.Scip.Rouiti lib.1.

59 Ex quo prælatus hoc eſt Epiſcopus , Abbas Monaſterij,Prior Conuentus , ſeu Guardianus Eccleſiæ dicuntur habere adminiſtrationem etiā rerum temporalium Eccleſiæ, & poſſunt id,quod poſſunt tutor,& Curator in rebus pupillorum, quibus æquiparantur,vt docet Caſtr. conſ.35. lib. 1.Socc.conſ.32.nu.8.& 9.lib.1.Rot.dec.111. tit.de confeſſ.in nouiſ.

60 Ideo poteſtas,quo ad iudiciaria bonorum Eccleſiæ reſidet in Prælato , Abbate Priore, ſiue Guardiano Monaſterij,ſiue conuentus . Qui poſſunt ſine Capitulo pro Monaſterio in iudicio cōparere,agere,& conueniri, vt tenent omnes in c. edocere de reſcriptis gloſ.in l.ait prætor verſ. actiones ff.de Iure deliber,Tuſc.pract.concluſ.verb.Abbas.

61 Verum Scacc.in tract.de iudic.lib.2.cap.1.q.23. nu.264. & cap.7.q.25. num.788.tenet opinionē, quod vbi tractatur de intereſſe Eccleſiæ , & pro cauſa, quæ tangit Eccleſiam , ſi prælatus haberet Capitulum , ille ſolus ſine conſenſu Capituli,nec Capitulum ſine Prælato agere poſſent , vel conueniri, mouetur per opinionem gloſæ in cap.1. de procur.vbi gl.hoc tenet quia prælatus,& capitulū ſunt vnum corpus , & quo iure non poteſt vnus ſine altero tranſigere eodem iure nō poteſt exercere iudicium .

62 Sed reſpondetur , quod dicta gloſa cum alia gloſ.in cap. inter dilectos de fide inſtrum. & in cap. contingit de tranſaction. & in cap. edocere de reſcrips.declaratur à DD. vt procedant dictæ gloſæ in arduis, in reliquis verò Prælatus ſolus ſine Capitulo,& ſimiliter Abbas, ſiue Prior ſine Capitulo poſſunt agere , & in iudicio conueniri,vt tenent abb.in d.cap.edocere nu.6.Innoc. qu.4. Felin.nu.2.qui teſtatur de communi Berou. num.10. ibidem Io;Andr. Imol. Petr.de Anchar. Card.Dec. Bald.Specul.tit.de actore §.1.nu.77.Hoſtienſ. in ſumma tit.de reſcript.nu.31. Berou.in cap. nulli de reb. Eccleſ.non alien.Rot.Rom.dec.111.tit.de confeſſ.in nou.Cap.Tholoſ.dec.79.Nauar.in cap. nullum verſ. 2.quæritur 18.qu.2.Conſal.de Pace tom.1. annot.4. num.34. vbi teſtatur de communi Zabarell. conſ. 124.Card.Tuſc.lit.A.concluſ.15.nu.14. Barboſ.in d.cap.edocere Inp. alleg.48. Rendin. recept.ſententiar.l.b.1.tit.38.num.21.Verſell.concluſ. Iuris verb. Abbas concluſ.1.n.163.Card.Seraph.dec.1080.n.3.

63 Nec facit ratio ſup.allegata,quod cum Prælati non poſſint alienare, non poſſint in iudicium comparere, Nam hoc fallit in adminiſtratoribus rei alienæ,vt ſunt tutores , & Curatores, quibus Prælati æquiparantur. Caſtr. conſ.35. lib.1. Socc. conſ.32.nu.8-9.lib.1.Rot.dec.111. tit.de confeſſ. in nouiſ.Et ipſi tutores , & Curatores poſſunt eſſe ſoli in iudicio,licet non poſſint ſoli alienare .

64 Tota difficultas eſt cognoſcere,quæ ſit cauſa ardua. Varij varia dicunt. Nam Iaſ. in l.admonendi nu.71.ff.de iure iur. Addit. ad Abb.in cap. de appellationibus de appellat. dicunt cauſam arduam inter duos diuites eſſe ducentorum florenorum Decius in d. cap.de appellationibus voluit eſſe ducatorum ducentorum,ſequitur Franc. de Curt.in d.l.admonendi nu.202.

65 • Alij dicunt cauſam arduam eſſe menſurandā ex qualitate perſonarum Theſ. dec.61. & remitti in Iudicis arbitrium Odd.de reſtit. in integr.q.30. art.17.Menoch.de arbitr.Iudic.caſ.205.

66 Relictis his opinionibus tamquam implicitis, non claris,nec diſtinctis , mihi ſemper placuit opinio Iaſ.conſ.54. lib.1. tenentis cauſam in his terminis non dici arduam niſi vbi agitur de alienatione omnium , vel maioris partis bonorum Eccleſiæ,idem tenuit Archidiac. in cap.ſi ægrotans 5.qu.3.ſequitur Natta conſ.67.nu.4.

67 Non ſolum Prælati, Abbates,& Priores poſſunt in iudicio comparere,vt diximus, ſed etiam omnes ſimplices Clerici beneficiati, & Rectores Eccleſiarum ſi habent adminiſtrationem ab Epiſcopo,poſſunt agere, & defendere Eccleſiam eorum,& pro ea comparere in iudicio ſine conſilio vel conſenſu Epiſcopi Specul. de actore §.1. verſ. quid de Clericis. Similiter Abbatiſſa dicitur ha-
68 bere dignitatem cum adminiſtratione , vt notat Bar.in l.1.C.de dignit.& in l.1.C.de mulier. & in quo loco Tambur. de Iure Abbatiſſ. qu.32.Tuſc.lit. A.concluſ.28.

69 Quod Abbatiſſa habeat dignitatem probant in cap. indemnitatibus §. verum de elect. in 6.Abb. in cap.cum in cunctis,in princ. de electiou. vbi Doc. Tambur.de iure Abbatum diſp.5. qu.26. num.4.& diſp.13.qu.1.nu.18. Verſell.concluſ. Iuris verb.Abbatiſſa,concluſ.4.num.8. Aliquæ habent iuriſdictionem

nem *Knipſchilt. de fideicommiſſ. cap. 8. nu. 146. in fine Beſold. in theſ. pract.* verb. *Abbas in addit.*

71 Quod in adminiſtratione æquiparetur Abbati
notat *Bal. in cap. 1. in princ. qui feudum dare poſſ.*
Abb. in cap. 1. in princ. de his, quæ fiunt à Prælat.
ſine conſenſu Capit. Cardin. conſ. 17. Tambur. vbi
72 *ſup.* Et quod Abbatiſſa habeat bonorum, ſeu Mo-
naſtarij liberam adminiſtrationem, ſicut Abbas
dicit *Sanches ad præcept. decalogi lib. 7. cap. 19. nu.*
44. *Tambur. ibid.* Et ſic quod poſſit ex ſe ſola pro-
73 curatorem ad lites conſtituere, cum id non dica-
tur eſſe arduum dicit poſt *Afflict. dec. 168. nu. 1. Rot.*
per Put. dec. 284. lib. 5. Verſell. concluſ. Iuris verb.
Abbatiſſæ electio nu. 20.

74 Poteſt habere collationem beneficiorum *Sũ-*
ma Angel. verſ. *Abbatiſſa nu. 4. Dec. in l. fœminæ ff.*
de reg. iur. Lambert. de Iurepatr. in 1. p. 2. lib. 1. art. 5.
quinta quæſtionis principalis nu. 3. Dec. in cap. cum
dilecta de confirmat. vtili, vel inutili, vbi etiam
Abb. Tambur. d. qu. 32. Azor. inſtit. moral. par. 1. fol.
1657. Franc. Marc. dec. 955. nu. 7. p. 1. Tuſc. lit. A.
concluſ. 28. 29. Macerat. lib. 1. reſolut. 63. nu. 33.

75 Non tamen poteſt ipſa excommunicare, vel
abſoluere *DD. in d. cap. cum dilectis, & ſumma An-*
gelic. in verb. *Abbatiſſa nu. 5. Dec. in d. l. fœminæ nu.*
8. Tambur. d. q. 32. Sicut non poteſt contrahere
76 Abbas, ſiue Abbatiſſa ſine conſenſu Capituli
Pal. conſ. 457. lib. 1. Boer. deciſ. 115. Beſold. in theſ.
pract. verb. *Abbas in addit.* Procedit vbi agitur de
re extra caſum adminiſtrationis vbi Capitulum,
77 ſeu conuentum haberent, ſecus ſi non haberent,
quia poſſet ſolus Abbas, quod poteſt Prælatus cũ
Capitulo *Roman. conſ. 36.* vbi *apoſtill. in* verſ. *ponit*
78 Item Abbas, ſeu Abbatiſſa poſſunt pro iniuria
facta Monachis, ſeu Monialibus in iudicio legi-
timè comparere, ſecundum *Bal. in l. Præſes C. de*
tranſaction. Tambur. de Iure Abbatiſſ. q. Fari-
nac. qu. 13. Reg. Sanfel. dec. 55. nu. 19.

79 Qui ſicut habent facultatem, & poteſtatem
accuſandi, ità ius, & facultatem remittendi di-
cuntur habere *idem Bal. in d. l. præſes Petr. de Gre-*
gor. lib. 49. p. 3. cap. 2. nu. 12. Etiam inuito Mona-
80 cho, ſeu moniali *Aſcan. clemens. de patr. poteſt. cap.*
6. eff. 8. nu. 4. quamuis *Farinac. qu. 13. nu. 26.* dicat
requiri conſenſum vtriuſq; Monachi, & Abbatis,
& qu. 105. num. 295. & 296. Curaum. in rit. 235.
Arnen comment. 190. Danza d. cap. 1. num. 27. de
quo dubito, cum Monachus non habeat nec vel-
le, nec nolle, vt diximus, *Sanfel.* poſt *Felin d. dec.*
55. nu. 19. Monacus iniuria effectus non agit pro
81 ſe, ſed ſyndicus Monaſterij pro illo, quia non tã
ipſe iniuria, quam Eccleſia lædi videtur, nec ipſe
remittere iniuriam poſſet, & condemnatio fiet
tamquam pro læſa Eccleſia *cap. Parochianos de*
ſent. excommunic. Danza d. cap. 1. tit. Monacus quã-
do agat. Secus ſi offenſa eſſet facta non intuitu
Monaſterij, ſed perſonæ, nam tunc deberet re-
miſſio fieri à conſanguineis *Clar. q. 58. nu. 24. Fa-*
rinac. d. qu. 13.

82 Sed cum licentia Abbatis poteſt Monachus
accuſare per *tex. in cap. placuit & cap. nullus qu. 8.*
Mureſcot. cap. 35. nu. 139. lib. 2. Farinac. qu. 13. nu.
23. & 24. ante eum *Decian. in tract. crimin. p. 1. lib.*
3. cap. 8. nu. 15. & 16. qui diſtinguit de Monacho,
& nouitio. Nam nouitius ante factam profeſſio-
nem, poteſt per ſe accuſare, tranſigere, & pacta
facere, tam de iniuria, & offenſa ſibi illata, quam
ſuis, cum ante factam profeſſionem non dicatur
propriè religioſus, aut Monachus *cap. ad apoſtoli-*
cam, & cap. 1. vbi *gl.* communiter recepta *de relig.*
domibus Portell. de dub. regular. verb. *Nouity annus*
nu. 54. Suar. de legib. lib. 8. cap. 16. num. 14. Diana
tom. 3. reſol. moral. tit. de regular. reſol. 73. poſt *hos, &*
alios diximus in *obſ. ad conſ. 27. R. Rouiti lib. 2.*

83 Si verò Abbas eſſet abſens, & procuratorem
non reliquerit, tunc Monachus poteſt agere pro
iniuria ſibi facta, ex præſumpta licentia *gl. in cap.*
non dicatis 12. qu. 1. Spec. tit. de actore §. vnic. Fe-
lin. nu. 5. Card. nu. 1. Io: Andr. nu. 5. Anchar. num. 4.
Abb. in cap. Parochianos nu. 3. vbi *DD. de ſentent.*
excommun. D. Antonin. 3. p. tit. 26. cap. 5. §. 7. Rojell.
verb. *Monachus nu. 8. Armill. num. 12. Angel.* verb.
Monaſterium nu. 1. Placha de delictis cap. 47. nu. 17
Decian. tract. criminal. par. 1. qu. 13. nu. 24. Sanches
in præcept. decalog. lib. 6. cap. 12. num. 5. quamuis
Danza d. cap. 1. n. 39. dicat requiri conſenſum al-
terius ſuperioris, & ſi ſit offenſus Prior, quod non
ſufficiat ſuus conſenſus, ſed requiratur alterius
Superioris.

84 Sed vbi Abbas, ſiue Monachus de conſenſu
Abbatis vellent accuſare, deberent, cum prote-
ſtatione, quod delinquens puniatur citrà pœnam
ſanguinis, *vt in cap. prælatis de homicid. in 6.* vbi
omnes *Foller. in pract. crim. in fragm. nu. 7. Sylueſter*
in ſumma verb. *accuſatio Zerola in praxi* verb. *ac-*
cuſatio verb. 6. Couarr. de homicid. & irregularit. par. 2
§. 5. Virgil. de legit. perſon. cap. 19. nu. 8. Bonadill. in
Polit. lib. 2. cap. 17. nu. 85. Farinac. in fragm. crim.
lit. C. nu. 423. & ſeqq. Ricc. in praxi rerum Eccleſ.
dec. 531. in 1. edit. Vgol. de irregularit. cap. 6. §. 4.
Molina de iuſtit. tom. 2. tract. 3. diſp. 8. n. 3. & tom. 4.
eodem tract. 3. diſp. 74. Suar. de cenſuris diſput. 47.
ſect. 2. nu. 10. & ſect. 4. num. 9. Bonacin. eodem tract.
diſp. 7. qu. puncto 2. à princ. forma proteſtationis
eſt: *Domine peto cures mihi ſatisfactionem, vel reſti-*
tutionem exhiberi à Titio, qui mihi damnum intulit,
proteſtorque me nulla ratione intendere pœnam ſan-
guinis, mutilationem, vel mortem, Bonac. d. punct. 2.
nu. 9. & addit *Vgolin. d. c. 6. §. 7.* non eſſe neceſſa-
riam proteſtationem fieri in ſcriptis, quia nullo
iure probatur ſcripturam requiri.

85 Diximus *ſup.* Monachum non poſſe ſine Supe-
rioris licentia accuſare, quæſtio eſt an poſſit ſine
licentia denunciare? Et poſſe videtur dicendum
ex *Hoſtienſ. in d. cap. ex parte*, ex præcepto *Mat-*
thei 18. ſi te non audierit, dic. Eccleſiæ. Verum ex
86 quo hæc ratio de ſola denunciatione fraterna,
ad fratris ſolam emendam tendens probat *gl. in*
d. cap. ex parte verb. *licet Io: Andr. nu. 9. Anchar. nu.*
11. Abb. nu. 6. Felin. nu. 2. Henric. num. 4. Clar. §. fin.
87 *qu. 7. nu. 8.* Ideò vera concluſio eſt, quod ſi denũ-
ciatio eſſet iuridica tendens ad punitionem, eſt
etiam interdicta Monacho ſine licentia Abbatis,
ſicut accuſatio, vt tradunt *Io: Andr. Abb. Anchar.*
Felin. & Henric. ibidem.

88 Similis ſeruo, & Monacho eſt ille, qui ceſſit bo-
bis, aut eſt decoctus, nam cum cedens bonis cedat
etiam actiones *Acoſta de priuil. credit. in præfat. nu.*
96. in fine, Ideo non poteſt agere, nec in iudicio
exercere actiones ſemel ceſſas *l. item ſi vnus 19.*

in

in pæn. ff.de recept. arbitr. vbi communiter *DD.* Ea ratione quia apud cedentem bonis remanet inefficax directa actio, & inutilis, & ab eo, nec moueri, nec intentari poteſt *Ioz.de Plat. in §. fin. Inſtit.de action. Natta conſ.440. Brun.de ceſſ.bonor qu.27.nu.1. Ab Eccleſ.obſ.179.nu.18. Amat.dec.93 nu.3. Paſchal.de vir.patr. poteſt.p.2.cap.9.num.57. Noguerol.alleg.16.nu.101.*

89 Et exceptio ceſſionis bonorum impedit litis ingreſſum, poſt alios *Virgil.de legit. perſona c.12. a nu.15. Burell.in ſumma deciſ.tom.1.tit.30.n.60. Cratinn.diſcept.456.nu.11.& 12.*

90 Bene verum eſt, quod cedens bonis, ſi pœniteat poteſt actiones ſemel ceſſas in iudicio proſequi, ſi pœniteat re integra, & actiones ſuas proſequi in iudicio *Virgil.d.cap.12.nu.14. Melo de mutuo.debit.q.4. à num.17.* quod probatur per *l.is qui bonis, & l.quem pœnitet ff.de ceſſ. bonor. l.2. C. qui bonis ced.poſſ.* vbi *Gottofr.lit.O.*

91 Dicitur res integra antequam ceſſionem bonorum, & concurſum acceptaſſent creditores *Bal. in l.vl.nu.4.C.qui bonis ced.poſſ. Paſchal.d.cap.9.nu. 57. Cancer.var.p.2.cap.9.nu.54. D.Merlin.conf. 36.nu.7. Ab Eccleſ.d.obſ.179.nu.19.*

92 Si vero iudicium agitetur cum eo, qui bonis ceſſit, & litigans ignoret concurſum, & ceſſionem bonorum, tunc licet poſſit dici, quod valeat iudicium ad exemplum contractuum cum eo factorũ per *tex.in l.ſed ſi pupillus §.de quo, & §.proſcribere ff.de inſtitor.action. l.ſi ſciens 26. ff.de contrah.empt. l.ſi ab eo ff.de rebus eor.* [illegible] *contr.69. Aut. Fab.in C.* [illegible] *38.defin.vnic.* Et valeat argumentum de contractibus ad iudicia *l.ſi quis ſecum l.ſi quis cum filio ff.de pecul. l.omnem ff.de iudic. Velaſc.lit.A.axiom.362.* & in iudiciis quaſi contrahitur *l.3.§.idem ſcribit ff.de pecul.l.2.ff.de pretoriis ſtipul. Velaſc.lit.I.axiom.132.*

93 In contrarium tamen eſt veritas, vt ſcilicet iudicium ſit nullum, & creditoribus non fiat præiudicium licet aduerſarius ignoret concurſum, aut ceſſionem *l.item ſi vnus ff.de recept.arbitr.* vbi nulla facta diſtinctione ſcientiæ, vel ignorantiæ denegatur exercitium actionum ei, qui ceſſionem fecerat bonorum *Ariſm. Tepat.tit.281. de ceſſ.bon. cap.5. verſ. cedens bonis non deſinit*, & verb. *cedens bonis non poteſt agere* facit etiam *tex. in l. l. Curatore §.1.ff.de Cur.at.bonis dand.*

94 Facit quod ceſſione, ſeu concurſu denunciato creditoribus, & eis iam illo iure quæſito, debitor nihil poteſt moliri in eorum præiudicium, cum actiones remaneant apud eũ inanes, & ſine exercitio, vt *ſup.* diximus.

95 Facit etiam quod concurſu iam formato debitor bona non poſſidet, cum illa deſierit creditoribus *Franch. dec.55.* poſt alias *Noguerol. alleg.33. nu.77.& 78. Scacc.de appellat.qu.5.nu.59.*

96 Nec multi faciendum eſt, quod valet argumentum de contractibus ad iudicia, nam verius eſt, contractum factum ab eo, qui bonis ceſſit eſſe nullum, quamtumuis contrahens cum eo ignoraret ceſſionem, vel concurſum *Alexan d.l.is cui bonis nu.12.ff.de verb.oblig. l.Iulianus ff. de Curat.furioſ.* [illegible] *eos quibus per prætorem bonis interdictum eſt, nihil transferre poſſe*, poſt *l.ſi cum Cornelius* [illegible] *quis alicui ff.de acquir.* [illegible]

probat *Noguerol.alleg.16.nu.102.* quod ſtatim, ac quis amiſit bonorum adminiſtrationẽ, vel quouis modo mutauit ſtatum, ipſo iure, & abſque aliqua intimatione reuocatus cenſetur procurator ab eo conſtitutus, & geſta ab eo, ab illo die, nullius ſunt momenti, quod confirmat ex *Gomez. Arias Dec.Sternel.Scacc.Ann.& alijs.*

97 Nec facit doctrina *Caſtr.* ſup.citata, nam ille ſe fundat in *l.ſi ſciens 26.ff.de contrah.empt.* vbi *Pomponius* dicit nullam emptionem, quando quis ſciens emit ab eo cui bonis erat interdictũ, nam non fatetur validam eſſe ſi ab ignorante emit, & multum debile eſt argumentum à contrario ſenſu *Velaſc.in loc.commun.lit.A.axiomat.377.*

98 Contra hic firmata videtur tenere *Salgad. in labyr.credit.p.1.cap.14.a nu.22. vſq;ad nu.68. & p.1.cap.40.nu.1.& 27.* quem ſequitur *D.Rocc.de decoctor.mercat.a nu.279.& 287. & reſp.38.a nu. 10.tom.2.* vt ſcil.decoctus, & concurſum efformãs tam actiuè, quam paſſiuè poſſit eſſe in iudicio actiones actiuas, & paſſiuas exercens, ac ſi non eſſet talis. Verum illorum fundamentis bene trutinatis veriorem exiſtimat noſtram ſententiam *Oſeq de Ceſſ.Iur.tit.1.qu.1.nu.49.& ſeqq.* & ne relinquat *Salgad.*in contraria, & fundamentis deſtituta ſententia, illum conciliat cum hac noſtra veriori, & communiori ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Banniti an poſſint eſſe in iudicio actiuè, & paſſiuè? & An poſſint aliquid facere, vbi tota materia per ampliationes, limitationes, & declarationes, tam de Iure communi, quam iure Siculo, & Napolitano, & alijs & a nu.2.ad nu.152.*

An & quando banniti poſſint eſſe in Iudicio?

QVÆSTIO XIV.

1 RAtione defectus perſonæ, non poſſunt eſſe in iudicio Banniti, ſeu relegati, ideſt extrà bona, & beneficia reip. ſuæ eiecti, ſed à limine iudicij ſunt repellendi, quia ciues romani amplius non ſunt, & pro hoſtibus Dom.Regis habentur per *tex. in l. in amiſſione §.qui deficiunt ff. de capitis diminut. Mund.de diffamat.cap.4.nu.145 & 147.* Ideo agendo caput ſtandi in iudicio non habent *l.is qui reus ff.de publ.iudic. Gaul. de pace publica lib.2. cap.12. Scialoia de foriudic. cap.15. nu.34.& 35.* vbi dicit illum non poſſe liquidare inſtrumentum via ritus poſt *Galeot.& Vet.Mũd. vbi ſup.nu.150.165.172.& 174.*& actiones ſunt de iure Ciuili *l.2.§.deinde ex his ff. de orig.iur.gl. in l.placit C.de Epiſcop. & Cleric.l.in commodato §. ſicut.ff.commodati l.1.§.1.ff. de ſuperficieb. Alex.in l.1.§.ſublata nu.2.ff.ad Senat.conſ.Trebell.Iaſ.in §.ſupereſt nu.39.& 43. Inſtit.de action.* vbi teſtatur de communi *Curtin.contr.151. nu.69 & 93.*

2 Bannitus amittit ea, quæ ſunt iuris Ciuilis, quia communis omnium hoſtis eſt, & ex numero

Digitized by Google

Ciuium Romanorum relegatus,maximè vbi agi-
tur de eius commodo *Bar. in l. cum mulier num.5.*
ff.ſolut.matrim.Pal.in l.1.nr.4.C.de hæred. inſtituē-
dis Nell.de bannitis 1.p.2.temp.pris in 4.& 5.quæſt.
cum ſeqq.Mand.d.cap.4.num.145.& 247.Sic ſi ſit
3 conuentus ab aliquo non poteſt illum reconue-
nire *Ubrell.de iuriſd.lib.3.cap.16.nu.4. Scialoya de*
foriudic.cap.8.nu.45.& cap.15.nu.42. Nec com-
4 promittere *Reg.Rouit.in prag.n.1. nu.70. de arbi-*
trit Borrell.de compromiſſ. §.1.gl.3. nr.69. Scialoya
d.cap.15.d.nu.42.

5 Pro faciliori dicendorum intelligentia eſt ſciē-
dum,nos habere plures ſpecies bannitorum : Nā
aliqui ſunt banniti,qui ex forma ſtatutorum vo-
lentium eos contumaces tamquam confeſſus ,
poſſe condemnari , & impune offendi,non amit-
tunt ea,quæ ſunt iuris communis, nec iuris com-
munis beneficia,& multo minus ea, quæ ſunt iu-
ris gentium,ſeu naturalis *Bar. in l.1.nu.3.C.de*
hæred.inſtit.& ibi *Arg.nu.1.Alex.per nu.4. Salyc.*
nu.20.Caſtr.nu.4.Cum.nu.5.& 7.Iaſ.Sicar. num.3.
Pal.in l.ex facto §.ex f.Bar nu.5.ff.ad Trebell.& ibi
etiam *Imol.nu.20.Nell.de bannit.in 1.p.2.tempor.*
qu.5.& qu.37 in princ.Aretin. conſ.37. nu.7. Pla-
tea in epit.c.p.44.num.3. Lamberting.de contract.
gl.E.nu.28.I.ff.tit.de bono.gelliu.n.69. Tiraquel.
de retract.tit.1.§.1 gl.9.num.27. Villalob.commu.
opin.lit.B.nu 5.Iul.conſ.n.79.nu.1.Decian.conſ.64.
nu.41.lib.3.Bertazzol.conſ.510.nu.9. lib.2. Surd.de
alimentis tit.1.qu.17. num.21. Peregr.de Iure fiſci
lib.3.tit.7. nu.8.9.18.& ſeqq.Simon.de Prætis de
interpret.vltim.volunt.lib.2.interpr.2. dubit.1. ſol.
1.nu.11.Bruu.à Sole in qq. legal.qu.16. num.1.&
ſeqq. vbi omnes teſtantur de communi opinione.

6 Et quamuis aliqui teneant,bannitus in are,
& in perſona,& qui impune poſſunt offendi,per-
dere etiam iura communia *Præt. Conrad. tit.de*
contumac.& bannit.num.31. Menoch.de præſumpt.
*lib.5.præſ.45.nu.19.*Tamen prima opinio eſt ma-
7 gis communis,& illam ſequendam dicit *Farinac.*
qu.102.num.3.

8 Ideo hi banniti poſſunt ſecundum ius com-
mune teſtamentum facere *Bar. in l. eius , qui §.ſi*
cui nu.2.ff.de teſtam.& ibi *Bal. nu.3. Aretin.col.5.*
*poſt nu.4.*poſt alios *Vin.conſ.n.79.nu.3.Bero conſ.8.*
lib.2.Clar.§.teſtamentum qu.19.verſ. aliquando Et
ampliat etiam quod ſit bannitus cum confiſca-
tione bonorum,quia adhuc poterit teſtari de bo-
nis,quę forſan habet extrà territoriū Ciuitatis,à
qua eſt bannitus,non confiſcatis, ac etiam de bo-
nis poſt confiſcationem acquiſitis,*& qu.21.nu.4.*
verſ.*aut verò Cephal.conſ.324 nu.28. lib.3. Surd.*
conſ.90.nu.38.Menoch.conſ.271.nu.25.lib 3. Pe-
regr.de iure fiſci lib.3.tit.2.nu.9.Iob.Neu.conſ.63
nu.3.Farinac.d.qu.102.nu.4. vbi reſpondet con-
trarijs *Scaliuea de teſtam. lib.2. ſect.3.fol.107.* Et
9 ſunt capaces hæreditatis ſibi delatæ ex teſtamē-
to,& ab inteſtato ſecundum ius commune *Fari-*
*nac.*poſt alios *d.qu.102 nu.6.*

10 Nec amittunt ea , quæ ſunt iuris communis,
etiam quoad ea,quæ ſunt intrà territorium illius
ciuitatis, à qua quis eſt bannitus *Nell.de bannitis*
in 1.p.2.temp.qu.5. verſ. *ego autem Boſſ.tit.de multi.*
quid amit.num 2.Menoch.conſ.271.lib.3.Nemizan.
*conſ.73 per tot.Clar.qu.20.*verſ.*& hac quidem De-*
cian.conſ.64.num.41. & ſeqq. lib.3.Riminal. conſ.
595.lib.5.Peregr.de iure fiſci lib.3.tit.6. num.8.9.
11 Imò ſunt capaces ſucceſſionis,& hæreditatis ſibi
delatæ de iure communi tam ex teſtamento,quā
ab inteſtato in territorio , & Ciuitate à qua ſunt
banniti poſt alios *Farinac. d. qu.102. num.33.*
vbi refert contrarium.Et cum non amittant ea,
12 quæ ſunt iuris communis,vel gentium,ideo poſ-
ſunt contrahere , & etiam ex contractu ſe obli-
gare *Cephal.conſ.324.nu.1.& ſeqq. lib.3. Peregr.de*
Iure fiſci lib.3.tit.7.num.19.

13 Alij ſunt banniti ex Statuto , quod expreſſe
cauet , vt illi remaneant etiam priuati beneficijs
iuris communis , & hi amittunt etiam ea , quæ
ſunt iuris communis, ſecundum *Rip. in l.ex facto*
§.ex facto nu.16.ff.ad Trebell.Boſſ.tit. de bonor.pu-
bl.nu.70.Menoch.lib.5 præſ 45.nu.12. Simon.de
Prætis lib.2.interpr.2.dub. 1.ſol.1.num.14.ſol.vbi
*124.*Idem eſt ſi in banno diceretur,vt aliquis eſ-
14 ſet priuatus ijs,quæ illis communis ſunt *Simon.*
de Præt.vbi ſup. num.20.ſol. vbi 124.& dicemus
infra.

15 Et ex hac forma bannitionis non poſſunt te-
ſtari , etiam de iure communi , & ſunt incapaces
hæreditatis ſibi delatæ *Gozadin. conſ.96. num.8.*
Brun.à Sole in qq.legal.qu.16.nu.24.Peregr.d.tit.7.
nu.34.Farinac.d.qu.102.nu.27.& 28. vbi decla-
rat *Clar. §.teſtamentum qu.21.*verſ.*aut verò Gua-*
zin defenſ.38.cap.1. num.6. Farinac.dec.55. Nec
16 obligantur ſi contrahunt,ſicut nec iuramenta,
ſiuè pacta eorum tenent per *tex. in cap.ſicbicis de*
pœn.in 6.Bal.in l.1.C.de hæred.inſtit. Nec poſſunt
17 agere in iudicio,vt diximus in princ.verſ.ratio-
ne defectus *num.* 1. Et ſententia pro illis lata
eſt nulla *DD.in d.c.ſi ſolicitis,& Bal.in d.l.1. C.de*
hæred.inſtit.

18 Eiuſdem ſpeciei ſunt illi,quibus ſtatutum tol-
lit omnem fauorem, & omne auxilium , pro vt
faciunt bullæ Apoſtolicæ,quæ non ſolum banni-
tis auferunt auxilium,& fauorem,ſed etiam præ-
ſtantes tale auxilium, & fauorem puniuntur *Me-*
noch.conſ.492.verſ.3.& vl. & de præſumpt. lib.5.
præſ.45.nu.18.Farinac.qu.102.nu.30.& 31.Ciar-
lin.d.contr.161.n.79.

19 Idem eſt in bannitis noſtri Regni Neap. qui
verius vocatur foriudicati,& ſunt illi,qui elapſo
anno à die publicationis banni per *conſtit.* in-
cip.*pœnam eorum*, vel elapſo aliquo certo tempo-
re breuiato per *pragmaticas* ad ſententiam foriu-
dicationis damnantur *Maſtrill. de indult. cap.43.*
*nu.1.Scialoya de foriud.cap.1.nu.1.& ſeqq.*vt patet
per pragmaticas ſub tit.de exulibus, & per pragma-
ticas ſub tit.de receptat.malef.Flor.

20 Et in Sicilia per *Cap.Rit.149.& pragm.de qui-*
bus tit.48.tom.1.Virgil.de legit.præſ.cap.33.nu.42.
21 *Muta dec.20.* Et in Statu Eccleſiaſtico *Chertur.*
de execut.ſentent.cap.1.nu.423. Tunc ipſi banniti
amittunt etiam ea,quæ ſunt iuris communis , ſe-
22 cundum *Menochi conſ.492.nu.3. lib.5. & de præ-*
*ſumpt.lib.5.præſ.45.nu.18.*Illi perdunt teſtamen-
23 ti factionem paſſiuam,nec poſſunt ſuccedere etiā
de iure communi *Menoch.d. conſ.491. poſt nu.3.*
lib.5.Cavall.caſ.264.nu.28. & 38. Scialoya de fo-
riudic.cap.15.nu.28.

24 Similis ſpeciei ſunt illi , quos Statutum ponit
extrà

Digitized by Google

extrà protectionem iuris communis , nam illi
amittunt etiam ea , quæ ſunt Iuris communis .
Add.ad Bertazol.conſ.489. lit.A. verſ. 2. *limitatur*
Riminal.conſ.595.nu.58.lib.5. vbi infert ad ban-
nitos ſtatus Eccleſiaſtici , qui ſecundum eum vi-
gore motus proprij Pontificij cenſentur poſiti
extrà protectionem iuris communis *Menoch. lib.*
5.præſ.45.nu.10.Brun.a Sole qu.16. nu.12.Simon.
de Pratis de interpr.lib.2.interpr.2.dub.1.ſol.1.nu.
27.fol.125. Vbi tamen aduertit non ſufficere,
quod Statutum ponat bannitum extrà protectio-
nem communem,quia tunc non videtur priuatus,
niſi Iuribus ſuæ Ciuitatis ex *Bal.*per eum citato,
ſed neceſſe eſt, vt etiam ponat extrà protectionē
iuris communis , quia tunc erit priuatus etiam
beneficijs Iuris communis,vt ibi per eum,idemq;
aduertit *Riminald.conſ.595.nu.58.lib.5.*

25 Iſti banniti non ſunt Capaces ſucceſſionis ſi-
bi delatæ etiam de iure communi poſt alios *Ne-*
uizan.conſ.73.nu.5. in fin. verſ. *& videtur Ludo-*
uic.Cat.inter conſil.criminn.diuerſ.conſ.103. num.6.
tom.1.Duran.de arte teſtandi tit.1.caut.10. num.3.
Granat.theor.4.nu.10.Craſſ.de ſucceſſ.§.legatum q.
8.nu.33.Peregr.de Iure fiſci lib.3.tit.7.num.34. in
fine Eugen.conſ.69.nu.16.

26 Similiter eiuſdem ſpeciei ſunt illi , quos Sta-
tutum excludit ab omni actu legitimo , nam illi
cenſentur etiam priuati omnibus beneficijs iuris
communis,poſt alios *Farinac.d.q.102. nu.35. &*
ſeqq. vbi infert ad bullas Pontificias,& ibidem
probat huiuſmodi bannitos non poſſe teſtari ſe-
cundum formam iuris communis , cum teſtari ſit
actus legitimus *l.actus legitimus ff.de reg.iur.* poſt
Menoch.conſ.492.nu.2.& 3.lib.5. & nu.18.& de
præſumpt.lib.5.præſ.45.num.16.Tob.Non.conſ.93.
nu.7.& alios. Et quamuis referat opinionem, &
DD.tenentes, illos eſſe etiam excluſos , & inca-
paces hæreditatis etiam delatæ de iure commu-
ni , Tamen concluſit contrarium,vt ſint capaces
hæreditatis ipſis delatæ ex teſtamento , cum ſuc-
ceſſio ex teſtamento non dicatur legitima ex *tex.*
in l.3.§.de illo ff.pro ſoc.l.legitima , & ibi gl.ff.de
petit.hæred.

27 Sunt etiam illi , quibus Statutum mandat non
reddi ius,nam tunc videntur etiam priuati omni
beneficio Iuris communis *Vin.opin.79. nu.2.Ioſ.*
Ludouic.concluſ.3.col.3. verſ. *ſecunda coniectura*
eſt Contrarios refert *Farinac, d.qu.102. num.45.*
46.47.Reg.Tap.in noſtra conſtit. Pœnam eorum nu.
*13.*vt eſt in *d.noſtra conſtit.*ſtatutum reſpectu ban-
nitorum noſtri Regni *Campan. de foriudic. reſol.*
20.num.3.

28 Sine magna difficultate huiuſmet ſpeciei ſunt
illi, qui per Statutum mandantur non ſolum rea-
liter , ſed etiam perſonaliter offendi . Nam hi
amittunt etiam ea , quæ iuris communis ſunt,ſe-
cundum *Menoch.*qui alios refert recentiores in
tract.de præſumpt.lib.5.præſumpt.45.num.17.Rouit.
in rubr.de exulib.nu.37.Caball.reſol.crim.caſ.264.
29 *nu.28.*Et licet aliqui relati per eundem *Menoc.*
loco cit.nu.17.in fine,teneāt contrarium, tamen
non eſt recedendum à prima opinione veriori,&
communiori , illamque ſequitur *Farinac. d. qu.*
102.nu.50.

30 Et ſic hi banniti ſunt incapaces etiam hæredi-
tatis ſibi delatæ de iure communi *Gozadin. conſ.*
*96.nu.8.*refert , & ſequitur *Riminald. conſ.595.*
*nu.56.Caball.d.caſ.264.nu.28.*qui dicit ſimilia
ſtatuta eſſe in tota ferè Italia.Tamen non deſunt
31 qui dicunt , bannitos qui poſſunt realiter offen-
di,eſſe capaces hæreditatis ſibi delatæ à iure cō-
muni in territorio , in quo ſunt banniti plures
DD.apud *Farinac.d.qu.102.nu.51.iuncto nu.13.*

32 Huiuſmodi banniti ſunt in noſtro Regno
Neapolitano , in quo licet antiquitus mandaba-
tur,quod poſſent impunè offendi realiter, & per-
ſonaliter,per diſpoſitionem *cap.* incipientis : *ſiuè*
quis ſub rub.de foriudicat. in illis delictis , in qui-
bus non aderat pœna mortis naturalis, ſed tantū
deportatio , membri abſciſſio, aut carcer perpe-
tuus.Et per diſpoſitionem *conſtitut.*incip. *Pœnam*
eorum, foriudicatos ob pœnam mortis naturalis,
mandabatur poſſe impunè occidi *Maranta in*
ſpec.p.6. de contum. num.25.26. Carauit.rit.270.
Campagn.in cap.ſiuè quis nu.19. Maſul. ad Capic.
*dec.141.nu.2.*Tamen quia in caſibus, quibus mā-
dabatur,poſſe impunè offendi ob delicta non me-
rentia pœnam mortis naturalis , ſed mitiorem,
offenſio non poterat dari ad menſuram , & mul-
toties ex offenſionibus datis moriebantur , qui
mori non debebant . Ideò Maiores noſtri intro-
duxerunt , pro vt ad præſens practicatur in no-
ſtris Regni Tribunalibus , quod pro delictis me-
rentibus pœnam mortis naturalis tantum, pœna
foriudicationis irrogetur, & non pro alijs,vt de-
ciſum refert *Gizzarell.dec.13. P.Molfeſ.ſuper con-*
ſuet.Neap.p.4.qu.47. Reg.Rouit. ſuper rub. de ſen-
tent.foriudic.nu.34.Viſcont.in concluſ.iur.verb.Fo-
riudicatus col.2. Mele ad Gizzarell. vbi *alij add.*
d.dec.13.Giurb.conſ.83.nu.4.Reg.Tap.in dec.S.C.
49. Capibl. ſing.48. Thor. ad Reg. Ponte de poteſt.
Proreg.rub.de promiſ.fieri ſolitis §.4.nu.47.

33 Vel illi, qui per ſtatutum habentur pro mor-
tuis,& vt hoſtes publici vt eſt per *conſtitut. noſtr.*
incip.*pœnam eorum* ibi: *quo ad bona fere pro mortuo*
*habeatur &c.*Nam hi amittunt omnia beneficia
tam iuris communis,quam municipalis, nec ſunt
capaces actionum actiuè,& paſſiuè , cum in mor-
tuum cadere non poſſint *Afſl.in d.conſtit.num.71.*
Franch.dec.102.& 689.& dec. *Reg.Tap.in d.*
conſtit.nu.17.Rouit.in rub.de exul. nu.37.Campan.
de foriudic.reſol.20.nu.21. & ſeqq. Idem ſtatutum
34 eſt in Magno Ducatu Æteurio , vt dicit *Caball.*
caſ.264.nu.29. Et in Statu Ducis Mutinæ *Ciar-*
lin.contr.161.nu.9.& ſeqq.

35 Similes banniti ſunt Cum ſtatutum mandat,
Contumaces haberi pro confeſſis,& poſſe condemnari,
perinde,ac ſi eſſent præſentes . nam tunc illi amit-
tunt etiam ea,quæ ſunt iuris communis , cum il-
los non poſſe teſtari etiam de iure communi, di-
cit *Nell.de bannit. in 1.p.2. temp.qu.53.* qui dicit
ſecus eſſe,ſi ſtatutum ſimpliciter diceret , contu-
macem haberi pro confeſſo,& vti confeſſum poſ-
ſe condemnari,non additis illis verbis:*perinde,*
ac ſi eſſet præſens Corrad.in pract. in rubr.de contu-
mac.& bannit. nu.34.Flam. Cartar. de execut.ſen-
tent.cap.1.num.414.in fin.& ſeqq. Maranta in l.1.
poteſt.ff.de acquir.hæred.num.127. alijq;relati per
Giurb.conſ.3. nu.18. vt eſt ſtatutum per *noſtram*
*conſtit.*incip.*pœnam eorum Campan.de foriudic. re-*

fol. 20 nu. 2. qui dicit quod huiuſmodi foriudicatus, & bannitus non poteſt teſtamentum facere, nec contrahere *in eadem conſtit. Petr. de Montefort. inter addit. Grammat. nu. 8.* Et quo ad teſtationem, neq; bānitus poſſet teſtari ſi extaret ſtatutū, quod forenſis acquirere non poſſit immobilia in territorio ſtatuentium, cum bannitus habeatur pro forenſe *Farinac. d. q. 102. nu. 53.*

37 Similiter banniti pro crimine læſæ Maieſtatis, cum dicantur eſſe extrà protectionnem, ideò cenſeutur priuati etiam ijs, quæ iuris communis ſunt *Bar. in extrauag. qui ſint rebelles* in verb. *rebellando nu. 12. & 13. Cotta in memorial.* verb. *bannitus Surd. conſ. 90. num. 3. & 4. & de alim. tit. 7. qu. 26. nu. 14.* vbi ampliat in bannito, & condemnato ex cauſa hæreſis *Ranched. conſ. 67. nu. 31.*

38 Et ſic non poſſunt teſtari, nec habent ius ſuccedendi, etiam in legitima patris *Farinac. q. 102. nu. 51. & 56. qui nu. ſeqq.* Intelligit in eo qui eſt bannitus tamquam rebellis, ſecus ſi eſſet bannitus pro alio delicto, ſed citatus, & monitus ad comparendum ſub pœna rebellionis, poſt *Boſſ. tit. de bonor. publ. nu. 20.* Intelligit in eo, qui eſt bannitus ab Imperatore, vel habente poteſtatem ab eo, aliter ſecus, ſecundum *Boſſ. tit. de bonor. publ. num. 69.*

39 Vel in bannito à Papa, qui amittit etiam ea, quæ ſunt iuris communis. Qui non poteſt teſtari ne dum de iure municipali, ſed nec etiam de iure communi *Farinac. ibidem nu. 59. & 60.* Qui *nu. 61* dicit eſſe etiam incapacem hæreditatis, & ſucceſſionis ſibi delatæ de iure communi bannitum à Papa, & Imperatore *Ciarlin. d. contr. 161. num. 70.*
40 Vel in bannito à Camera Imperiali, qui cenſetur bannitus ab ipſo Imperatore ad effectum, vt amittat iura ciuilia, ne dum municipalia *Farinac. ibidem num. 62.* Vel in Statu Ducis Mutinæ, qui habetur, ac ſi eſſet bannitus ab Imperatore *Ciarlin. d. contr. 161. nu. 71.* Vel à Delegato Papæ, vel
41 Imperatoris, ſecundum *Boſſ. loco cit. de bonor. publ. nu. 69. ad med. vſq; ad finem*, qui id intelligit ſi Delegatus ſit in vniuerſo ipſius Dominio, ſecus ſi in vno dominio tantum *Farinac. num. 63.* Vel
42 bannito ſimpliciter à Iudice, banno tamen Imperiali, vel Pontificali *Peregr. de Iure fiſci lib. 3. tit. 7. nu. 25. 26. & 43. Brun. à Sole qu. 16. num. 33. & ſeqq.*

43 Si vero eſſent banniti ab alijs Principibus Inferioribus, & Ciuitatibus, quæ de ſe ſunt Reip. & in ſuis territorijs habentur pro Imperatoribus, nam hi non amittunt iura communia, nec tale bannum operatur extrà territorium dictarum Ciuitatum *Sicar. in l. 1. num. 55. C. de hæred. inſti-*
44 *tuend.* Vel ſi ſint banniti ab aliquo Duce, vel Rege, qui cum non ſit Domini vniuerſi orbis, ideo non perdunt *iura communia*, ſed tantum ea, quæ ſunt eorum dominij *Menoch. conſ. 492. n. 25. in fin.* vbi de bannitis à Principibus, ſeu Dominis Imperatorem recognoſcentibus *Brun. à Sole d. qu. 56. nu. 16.* vbi idem de Principibus, & Ciuitatibus liberis non recognoſcentibus Superiorē. Niſi inferiores ab Imperatore expreſſe vel tacitè priuarent bannitum beneficijs, & commodis etiam iuris communis *Menoch. ibidem num. 17. & lib. 5. præſ. 45. nu. 12. & ſeqq.* vbi dicit quod in dubio non præſumitur Princeps voluiſſe auferre bannito iura communia ſibi competentia etiam reſpectu bonorum exiſtentium in Ciuitate *Ciarlin. contr. 161.* vbi loquitur de bannitis à Dom. Duce Mutinæ.

45 Et banniti à Papa, vel Imperatore amittunt iura communia in locis ſubiectis ipſis, ſecus in alijs non ſubiectis *Peregr. de iure fiſci lib. 3. tit. 7. nu. 25. 26. Brun. à Sole d. qu. 16. nu. 16.* Et amittunt
46 beneficium iuris communis, non iuris gentium, & naturalis *Curt. iun. conſ. 100. nu. 3. Menoch. conſ. 101. nu. 8. conſ. 492. nu. 16. Peregr. lib. 3. tit. 7. n. 25 Brun. à Sole d. qu. 16. num. 17.* Ideò non priuantur
47 iure eligendi, vel nominandi aliquem in officialem *P. Molfeſ. ſuper conſt. et. N cap. ſ. 4. qu. 47. nu. 28 29. Peregr. de Iure fiſci lib. 3. tit. 7. nu. 24.*

48 Sunt aliqui banniti pro delicto, pro quo ipſo iure bona confiſcantur. Quo caſu ſunt incapaces hæreditatis ſibi delatæ, etiam de iure communi *Ludouic. Cat. conſ. 103. nu. 6. ver. 1. Ludouic. concl. 3 verſ. ampliatur 6. Menoch. lib. 5. præſ. 45. nu. 21. Eugen. conſ. 69. nu. 17.*

49 Sic etiam in caſu, quo pro delicto confiſcantur bona futura etiam, tunc bannitus hæreditatē ſibi delatam etiam de iure communi poſt confiſcationem prædictam acquire non poteſt *Farinac. d. q. 102. nu. 74.*

50 Tales banniti perdunt etiam Iura filiationis, cognationis, & agnationis *Farinac. ibidem nu. 75.* poſt *Cotta Placha Surd. & alios* Et *Decian. conſ. 86 nu. 35.* dicit, quod licet banniti non poſſint perdere filiationem, & agnationem, quia non obſtante banno, adhuc agnati, & filij remanent, cum iura naturalia ſint immutabilia *l. iura ſanguinis ff. de reg. iur. Pereg. de Iure fiſci lib. 3. tit. 7. nu. 18.* Attamen quo ad ius ſuccedendi, & agnationem, & filiationem amittunt, & quo ad hunc effectum non habentur nec pro agnatis, nec pro filijs, & è contra, ex *Bar. Aret. Iaſ. & alijs*, ibi allegatis, *Iab. Non. conſ. 112. nu. 1. in fin.* iuncto *nu. 7.* vbi dicit quod ius ciuile hoc caſu non dicitur tollere ius ſanguinis, ſed per fictionem illud adumbrat *Ciarlin. d. contr. 161. nu. 52.*

51 Et banniti noſtri temporis amittunt etiam iura municipalia poſt alios *Nell. de bannitis in 1. p. 2. tempor. qu. 5. in princ. & qu. 32. in princ. Rucczan. conſ. 75. nu. 7. Placha in epit. cap. 44. nu. 3. Vitlal. ob. commun. opin. lit. B. nu. 5. Beccag. conſ. 510. nu. 9. lib. 2. Gozadin. conſ. 96. nu. 6. Decian. conſ. 64. nu. 41. lib. 3. Caphal. conſ. 124. num. 18. lib. 3. Ludouic. concluſ. 3.* verſ. *ampl. 8. Menoch. conſ. 271. num. 7. conſ. 492. nu. 16. de præſumpt. lib. 5. præſ. 45. num. 1. 2. 8. & ſeqq. de Pretis de interpræ. lib. 2. interpr. 2. dub. 1. ſolut. 2. nu. 11.* vbi omnes teſtantur de communi *Cabell. d. caſ. 264. nu. 27. & ſeqq.* Et ſic amit-
52 tunt teſtamenti factionem actiuam, & paſſiuam poſt alios *Farinac. d. qu. 102. nu. 76. 77. & 78. Caball. vbi ſup.*

53 Limita tamen hanc concluſionem, Vt banniti noſtri temporis perdant iura municipalia in fauorabilibus ipſis bannitis, ſecus in odioſis *Farinac. num. 79.*

54 Limita 2. Vt dicta concluſio non procodat propter publicum fauorem, vel vbi ſtatuti beneficium concerneret publicum intereſſe *Bruntend.*

de c.

Digitized by Google

dec.bonon.21.nu.22.& ſeqq. vbi ponit duo exempla *Peregr.d.tit.7.nu.15.*

55 Limita 3.In bannito,qui non poteſt impune offendi,nam is non amittit Iura municipalia ſuæ Ciuitatis *Sim.de Pratis de interpret. vltim.volunt. lib.2.interpret.2.dub.1 fol.1.nu.21.in fin. & ſeqq.*
56 *Caball.d.conſ.264.nu.32.* Qui poſſet teſtari ſecũdum ius municipale, & eſſet capax hæreditatis, ſeu legati ſibi delati non ſolum de iure communi, ſed etiam ex ſtatuto Ciuitatis à qua eſt bannitus *Clar.§.teſtamentum qu.20.in princ. Menoch. conſ.271.num 13. Craſſ. de ſucceſſ.§.legatum qu.8. nu.1.& §.inſtitutio qu.3. in princ. de Pratis de interpretat.lib.2.interpr.2.dub.1.fol.1.nu.21.& ſeqq. Caball.vbi ſup.*

57 Limita 4. In bannito ſine publicatione bonorum, nam is quo ad bona non amittit iura propria ſuæ Ciuitatis *Gozadin.conſ.96.nu.7.Decian. conſ.64.num.44. Rip.in l.ex facto §. ex facto ff. ad*
58 *trebell.nu.16.in fine.* Imo bannitus in pœnam mortis, ſine tamen publicatione eſt capax hæreditatis ſibi delatę tam de iure ciuili,quam municipali *Salyc.in l.1. num.22. C.de hered. inſtit.* vbi
59 *Cin.nu.6.* Contrarium verius tenet *Peregr.de iure fiſci lib.3.tit.7.nu.9.& 10.* qui dicit quod qui poteſt impunè offendi perdit iura municipalia, licet bona non ſint publicata *Caball. d. conſ. 264. nu.33.* poſt *Farinac.d.qu.102.nu.87. & ſeqq. verſ. contrarium* Et eſt ratio quia effectus ille quod bãnitus, qui impune offendi poteſt amittat beneficia loci, à quo bannitus eſt non prouenit ex publicatione bonorum, quæ non producit incapacitatem, quo ad futuras acquiſitiones, ſed procedit ex eo,quod cum poſſit impune offendi, videtur eidem indictum bellum tam per officiales publicos quam per homines priuatos, & ideo tamquam hoſtis patriæ iura illius amittere debet *Caball.vbi ſup.*

60 Sic bannitus in pœnam mortis, & qui poteſt impune offendi in caſu,quo de iure teſtari non poteſt,quod nec etiam teſtari poſſit,quamuis eius bona non ſint publicata *Menoch.conſ.492.nu.20. in fine,* Quod intelligit *Farinac.d.qu.102. nu.89.* quando bannitus teſtaretur in loco, in quo eſt bannitus, vel etiam extrà territorium dictæ Ciuitatis,vel ſecundum ius commune,vel ſecundum ſtatuta loci,in quo teſtatur,etiam de bonis in loco banni exiſtentibus, nam tunc hoc teſtamentũ valeret ſecundum *Menoch. d. conſ. 492. num.9. 12.& 14.*

61 Limita 5.Vt non procedat in eo, qui eſt bannitus non in pœnam mortis, ſed in minorem,nã is non amittit iura municipalia, etiam quod ſit bannitus cum publicatione bonorum, nec perdit teſtamenti factionem actiuam non ſolum de iure Ciuili,ſed etiam de iure municipali, nec paſſiuã etiam quod ſit damnatus in pœnam mortis,non ſimpliciter,ſed in defectum ſolutionis pœnæ pecuniariæ *Farinac.d.qu.102.nu.90.91. 92.& 93. Caball.d.conſ.264.num.36,* quidquid contrà dicat *nu.30.* quo ad iura municipalia.

62 Limita 6.Vt extrà territorium bannientis bãnitus non amittat iura municipalia *Surd.conſ.90. nu.4. Peregr.lib.3.tit.7.nu.27.& 28. Brun.à Sole d.qu.16.nu.12.& 21.* Vbi ampliat etiam ſtante Statuto, quod bannitus cenſeatur poſitus extrà protectionem iuris communis, nam adhuc ſecundum eum non amictit ea, quæ ſunt iuris communis extrà territorium bannientis *Caball. d. conſ. 264.nu.31.Scialoya de foriudic.cap.15.* Et hic habet teſtamenti factionem actiuam extrà territorium bannientis tam de iure communi, quam
63 municipali. Et etiam paſſiuam hæreditatis ſibi delatæ extrà territorium bannientis, & loci,à quo eſt bannitus *Farinac.d.qu.102.nu.95.96.97. & 98.Caball.d.conſ.264.nu.32.*

64 Limita 7.In nulliter bannito, vt puta à Iudice incompetente, nam is non amittit iura municipalia *Simon de Pratis de interpret. lib.2. interpr. 2.dub.1.fol.1. nu.13.fol.124.*

65 Limita 8.Vt procedat in bannito per Sententiam diffinitiuam, vel habentem vim diffinitiuæ ex forma ſtatutorum,ſecus autem in bannito per Iudicis ſententiam interloquutoriam,nam primo caſu amittit bannitus teſtamenti factionem, 2. caſu non,ſecundum *Sim.de Pratis lib.2. interpr.2. dub.1.fol.1.num.15.* per tex. quem allegat *in l.ſi quis filio §.cuius qui,*& ibi *Bal. & Imol.ff. de iniuſt. rupt.teſtam.*

66 Limita 9. Vt procedat in bannitis non per contumaciam, ſed ex veris, & concludentibus probationibus. Nam banniti in contumaciam non amittunt iura municipalia, nec etiam iura ciuilia,in caſu,quo alias amitterent,vt puta quãdo ſtatutum ipſos priuaret omni actu legitimo, aut eos poneret extrà protectionem iuris communis, aut in ſimilibus caſibus, de quibus diximus *ſup.Rummald.conſ.195. nu.58.lib.5. Rot.dec. 369.nu.9.& ſeqq.tom.1.& dec.323. eodem tom.* de qua re eſt videndus *Farinac.qu.11.nu.90.& ſeqq. & q.56.nu.304.& 326.& ſeqq.*

67 In noſtro Regno Neap.vltrà contumaciam, requiritur,quod delictum ſit dignum pœna mortis naturalis,vt *ſup.*diximus, & adſint contra inquiſitũ ſaltem iudicia ad torturã,vt dicunt *R.Rou. in rub.de ſentent.foriud.nu.34.Gizarb.conſ.63.nu.4 Manent.dec.110.num.7.Natta conſ.594. num.14. Becc.conſ.11.nu.7.& 8.Feller. ſuper prag. de duello nu.19.Staib.iun.in addit.ad paternum conſ.63.Viſcont.concluſ.Iuris* verb. *foriudicentur Tapia in conſtit.pœnam eorum num.31.* Facit *pragm.37. nu.1.de offic.Magiſtr.Iuſtitiar.Campana de foriudic.reſol.15 nu.1.& 2.& reſol.8.* vbi limitat in aliquibus caſibus, *& reſol.16.nu.3.Gizzarell. dec.13. Reg.Tap. deciſ.S.C. 49. Capibl.ſing.48.Nouar.deciſ.audient. Apul.18.& de grauam.Vaſſall.tom.2. grau.108. & tom.3.grau.9.nu.19.& grau.50.num.4.Danza de pugna DD.tom.1.tit.de foriudic. cap.1. num.22. & ſeqq.& tom.3.tit.de var.crim.cognit.cap.4. nu.7.8. Scialoya de foriudic.cap.3.& 4.*

68 Sed quæſtio eſt ſi bannitus fecerit teſtamentũ, aut alios actus ciuiles,puta actitauerit proceſſum vel obtinuerit ſententiam ad ſui fauorem tempore banni,& ſic tempore inhabili, ſi fuerit reſtitutus à Principe,an teſtamentum,& alij actus facti reconualeſcant? Et reconualeſcere dicit *Sfortz. Odd.de reſtitut.in integrum p.2. qu.95. num.12.& ſeqq.* per tex. *in l.ſi quis filio §.penul.*& ibi *DD.ff.de iniuſt. teſtam.* Et dicit reconualeſcere ipſo iure abſq; alia declaratione, quamuis *Caualc. de vſufru-*

mulier.

Digitized by Google

mulier. relict. nu. 155. contrarium dixerit. Et recõ-
ualeſcere, etiam quod poſt eius mortem fuerit
bannitus reſtitutus, dicit *Od. ex Loffred. conſ.* 8.
nu. 3. *& ſeqq. & nu.* 23. quamuis contrarium con-
ſulendo dixerit *Gozadin. conſ.* 96. *nu.* 3. *&* 10. *Fa-
rinac. qu.* 102. *nu.* 101. An & quando forindicatus
reſtitutus per Principem per gratiam, vel iuſtitiã
recuperet bona, & alia exiſtentia, vel in alium
tranſlata, vel incorporata, diſputant *Catalan. de
iudicat. cap.* 9. *Maſtril. eodem tract. cap.* 20. *&* 22.
Farinac. qu. 102. *in ſpecl.* 5. *Cravetta. contr.* 161. *num.*
107. *& ſeqq. Reg. Tap. dec. S. C.* 50. *Caball. reſol.* 179
Reg. Sanfel. dec. 407. vbi *ad. tt.* & *nos* diximus in
obſ. ad conſ. Reg. Rouiti 3. *lib.* 1.

69 Sed an banniti, ſeu forindicati in noſtro Re-
gno Neap. & Siciliæ poſſint teſtari, & habeant te-
ſtamenti factionem paſſiuam, poſſint contrahere,
& eſſe in iudicio? Quod hæc omnia non poſſint
facere eſt indubitatum. Nam de iure Siculo vt di-
ximus adeſt *Ritus cap.* 149. quo ſtatuitur, banni-
tos non poſſe ſe defendere, & denegatur illis au-
dientia, & ex hoc dicuntur extra protectionem
iuris communis, vt diximus in *Theatr. concluſ.* 3.
verſ. 2. *concinitura eſt l. . . . in.* 79. *num.* 2. *alia in l.
. . .* §. *ſi patre ff. ſ. . .* & ſic, ſi non
poteſt ſe defendere multo minus poteſt agere l.
Nec intentio vbi *Bal. & omnes DD. C. . .*
Adiunguntur *tot. pragmaticæ*, per quas tollitur
bannitis omnis fauor, & omne auxilium, imo
per *dictas pragm.* puniuntur, qui præſtant auxiliũ,
& fauorem, quo caſu dicitur, dictos bannitos amiſ-
miſiſſe etiam ea, quæ iuris communis ſunt, ſecun-
dum *Menoch. cit. conſ.* 492. *Farinac. d. qu.* 102. *nu.*
30. *&* 31.

70 Nec obſtant allegata per *Caſtill. dec.* 37. *nu.* 3.
vbi dicit, quod banniti poſſunt teſtari, & ab inte-
ſtato ſuccedere, quia ipſe loquitur in terminis
iuris communis, & allegat *DD.* loquentes de iure
communi, Secus in d. regno per *. . .* & *Capitula*,
& *pragmaticam* negantes bannitis omne auxilium,
& fauorem, faciunt dicta per *Mascard. . .* 20.

71 De Iure noſtro Neap. per *regias pragm. ſub tit.
de exul. & tit. de receptat. delinquent.* tollitur etiam
bannitis omnis fauor, & auxilium, & puniuntur
grauiſſimè receptatores, & ſic nulli dubium eſt,
de iure noſtro, illos amittere, etiam ea, quæ ſunt
iuris communis ex *DD. ſup. citatis.* Et ſic non poſ-
72 ſunt teſtari *Alex. conſ.* 23. *lib.* 10. *Tob. Non. conſ.*
43. *nu.* 5. *Honded. conſ.* 66. *nu.* 47. *& ſeqq. lib.* 1. Te-
ſtamentum antea factum irritatur *Paul. . . . ſing.*
139. *Thor. tom.* 1. *comp. dec. verb. teſtamentum.*

73 Circumſcriptis *legibus* municipalibus Sicul, &
Neapolitanis. Quamuis bannitus non poſſit age-
re, poteſt tamen tanquam reus in iudicio com-
parere ſe defendendo, nam defenſio eſt de iure
naturali, quæ nemini deneganda eſt per *tex. in
clem. paſtoralis de ſent. & re iudic.* Et qualibet
74 inhabilitas non valet eum repellere à defenſio-
ne, vt notat *Scacc. de iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 163. *&
cap.* 9. *nu.* 1024. *& de ſambys* §. 7. *gl.* 5. *nu.* 42. Ea
ratione quia reus neceſſarius, quamuis ſit inhabi-
lis debet cum inhabilitate audiri, quia neceſſitas
non habet legem, & implicaret contradictionem,
vt vocetur ad defenſionem, & deinde denegata
et defenſione, poſſit condemnari per *tex. in l. diuus
ff. de adoption.* Citatus dicitur ad neceſſariam de-
fenſionem venire, ideò à limine iudicij excludi
non poteſt *l. vnius* §. *cognitionum ff. de quæſtion.* &
regula eſt omnem citatum, vel vocatum in ius
tam in criminalibus, quam in ciuilibus cauſis, tã-
quam legitimum contradictorem audiendum eſ-
ſe *Nell. de bannitis in* 2. *p.* 2. *temporis qu.* 62.

75 Nam regulariter agere prohibitus, ſi conue-
niatur defenſio ei permittitur, & per modum de-
fenſionis habet legitimam perſonam ſtandi in
iudicio *l. ſi ſeruum ff. de acquiſ. . . l. libertus la p.
ff. de in ius voc.* vbi libertus à Patrono in iudicio
vocatus, poteſt abſque venia ſe defendere, nec in-
cidit in edictum *tex. d. inter omnes C. de prædys, &
alijs reb. minor. ſin. decr.*

76 Nec valet ſtatutum per quod bannitus exclu-
ditur à defenſione, ſecundum *Bar. in l. . . . nu.* 9. quem ſequitur *Hip. de Marſil. in l. ſ. . .
nu.* 4. *in ſeqq. ff. de quæſtion. & in l. lege Cornelia* §.
conſtituitur ff. ad l. Corn. de Sicar. nec poteſt dici
77 quod *Rit. Sicil.* 149. prohibeat defenſionem, nam
ille procedit, & ſolùm detentionem donec purge-
tur bannum, vt ibi dicitur.

78 Et id quod diximus, quod bannitus non poſſit
agere, ampliatur Primo, procedere etiam vbi
fuiſſet conuentus remedio *l. diff. mari C. de ingen.
& manumiſſ. Caill. de pace publ. cap.* 12. *num.* 26.
Mend. de diffamat. in ſum. nu. 67.

79 Ampliatur 2. Vt non poſſit etiam officium Iu-
dicis implorare, in caſu quo per ſtatutum priua-
retur etiam defenſione, vt eſt in Sicilia *Bar. in l.*
1. §. *& poter ff. quod vi, aut clam. Salyc. in l. ita nobis
nu.* 4. *C. de adulter.* vbi dicunt, quod vbi ex forma
ſtatuti denegatur defenſio, cenſetur etiam dene-
gatum officium iudicis, ſecus ſi ſtatutum diceret
non audiatur in exceptionibus, quia prohibitus ex-
cipere, non prohibetur iudicis officium implora-
80 re. Et cum denegatur defenſio, cenſentur dene-
gatæ omnes exceptiones peremptoriæ, & dilato-
riæ, & ſic declinatoria fori, niſi eſſet iudicis prorſ-
ſus, & omnino incompetentis *Bal. in l. . . . nu.* 37.
C. de accuſat. & l. 1. *C. ſi à non compet. Iud. . . Surd.*
in l. 2. *ff. de except. & conſ.* 83. *num.* 30. *. . . l.* 4.

81 Cum quando Iudex ſit prorſus incompetens,
iuriſdictio eius ex ſola contumacia non dicitur
prorogata *l. ſi quis ex conſenſu C. de Epiſcop. audien.*
vbi *Paul. & Bal. Idem Paul. in l.* 2. *ff. ſi quis in ius
voc. non ier.* vbi etiam *Bar. Angel. & Alex. Aleg. . .
in ſpec. p.* 4. *diſt.* 12. *Roman. conſ.* 48. vbi *. . . ſoll.*
citat alios *Surd. dec.* 26. *nu.* 14. *Burſell. in ſumma
deciſ. tit.* 45. *nu.* 49. *p.* 1. *Carleual. de iudic. lib.* 1. *diſp.*
2. *num.* 600. *&* 1001. Et licet *Afſt. dec.* 133. *Franc.*
82 *dec.* 417. dicant contumacem, non poſſe allegare
priuilegium fori, Tamen dicta per ipſos intelli-
guntur, quando Iudex eſſet competens de iure,
ſed eius Iuriſdictio poſſet elidi per exceptionẽ
fori, nam ſi non exceperit, & fuerit contumax, nõ
poterit poſt contumaciam amplius allegare forũ,
ſecus ſi Iudex fuiſſet penitus incompetens *Bal. in
d. l. ſi quis ex conſenſu C. de Epiſc. audiens. Carleual.
vbi ſup.*

83 Ampliatur 3. Vt procedat etiam ſi vnus ban-
nitus agat contrà alium æquè bannitum, nam iſta
audientia cenſetur denegata ipſo iure *Iacob. de
Arena in tract. de bannitis nu.* 22.

81 Am-

84 Ampliatur 4. Etiam quod non fuerit in iudicio exceptum de banno, nam etiam tunc iudiciũ eſt nullum ſecundum *DD. in l.1. §. ſublata ff. ad Trebell.* vbi concludunt, quod ſtante ſtatuto: quod bannitus non audiatur, intelligitur ipſo iure denegata illi audientia, & ideo non eſt opus excipere.

85 Ampliatur 5. Etiam in coniuncto banniti, vel procuratore, qui pro eo vellet comparere, quia non poſſet ſecundum *Alex. conſ.26. lib.1. Mozz. de contract. tit. de mandat. num.13.* verſ. *ex quibus fol. 579. Sclalera de foriudicat. cap.8.* niſi bannitus per procuratorem peteret ſe admitti ad indultum *Curauit in pragm. 1. de exul. q.17. an.168. Maſtrill. de indult. cap.23. nu.33.*

86 Quod diximus de coniuncto banniti, quod neq; audiatur. Limitatur in patre, qui pro ſuo intereſſe poteſt in cauſa ſui filij abſentis banniti in iudicio comparere, & debet audiri *Bal. in l. reos nu.21. & 24. C. de accuſat.* vbi etiam *Angel. Omnes Canoniſtæ in cap. veniens de accuſat.* ſignanter *Marian. Soccin. nũ.229. cum ſeqq.* vbi teſtatur de communi *Capoll. conſ.45. & 48. & 74. Blanc. in pract. crimi. §. verum quia num.59.* teſtatur de communi omnium legiſtarum, & Canoniſtarum *Alex. de Neuo conſ.90. Gabriel. de commun. concluſ.9. n.47. de maleſic. Corn. conſ.194. lib. 1. Menoch. de arbitr. qu.80. nu.60. cum ſeqq. Roland. conſ.47. nu.31. lib.3. Bertazzol. conſ.314. lib.2. Burſat. conſ.225. nu.125. 126. lib.2. Theſ. dec.265. nu.19. Farinac. q.99 num.155. Di Marcian. conſ.28. lib.2.* diximus *in rub.4. qu.29.*

87 In Regno Siciliæ non eſſe de hoc difficultatẽ, quia pater poſſit comparere pro filio tam abſente, & contumace, quam bannito, & foriudicato, ſiuè ante bannum, ſiue poſt bannum, non ſolum ad allegandum cauſam abſentiæ neceſſariam, ſiuè probabilem, ad quam admittitur quilibet comparens etiam ſine mandato, vt dicit *Farinac. d. qu.99. nu.270. & 278.* Sed etiam ad allegandas
88 cauſas, ex quibus non poſſet banniri, ſeu foriudicari, & pariter nullitatem banni, ſeu foriudicationis adducere, & omnes exceptiones declinatorias, *de Neuo d. conſ.90.* Idem in vxore pro ma-
89 rito, & in filio pro patre admiſerunt DD. quos *Maſtrill. dec.267. num.24.* adducit, & in domino pro ſeruo *ibidem Farinac. q.99.*

90 Ampliatur 6. Etiã ſi vellet agere hæreditario nomine, puta quando bannitus ſuccederet non bannito, nam ſi velit hæreditario nomine agere non auditur *arg. l. ſi non ſortem §. ſi filius ff. de condit. indeb.*

91 Ampliatur 7. Vt nec poſſit ceſſionarius banniti agere nam exceptio, quæ obſtat cedenti, obſtat ceſſionario *Caſtr. in l. qui ſtipendia C. de procurat.* & ibi *alij Boſſ. tit. bannitis quid amittant nu.16.*

92 In hac re aliqui tenent Ceſſionario obſtare exceptionem banni, ſeu excommunicationis, quæ obſtaret cedenti, ſi ceſſio eſſet ex cauſa lucratiua, non vero ſi fieret ex cauſa onerosa, vt tenent *Brun. à Sole qu.10. per tot. Bertazzol. clauſ.29. gl.7. nu.2. Marta de iuriſd. p.3. cap.9. num.5. Nouar. qq. forenſ. qu.118. lib.1.*

93 Alij diſtinguendum eſſe dicunt. An ceſſionarius directas mandantis nomine actiones exerceat, an vero vtilibus experiatur, Vt primo caſu exceptio ei obſtet, in alio vero ei non præiudicet ex *Ant. Maſſ. Carpan. & Barcio Arias de Meſa lib.1. var. cap.21. nu.5. Maranta in l. ſi alter ff. de procur. nu.28. Gallerat. de renunciat. lib.1. cap.4. n.74. Acoſta de priuil. credit. prælud.2. num.10. Cald. de empt. & vendit. c.24. nu.29.*

94 Alij indiſtinctè aſſerunt, Ceſſionario non obſtare excommunicationem cedentis *Carpan. ad ſtatut. Mediol. tom.1. cap.42. num.85. Poſt. de manut. obſ.68. nu.30. ex Mar. Alter. Vic. ad ll. Sard. tit.11 cap.9. nu.12. Nig. de except. contra ſentent. cap.14.*
95 §.2. Et ceſſionario etiam ex cauſa lucratiua non obſtare excommunicationis exceptionem, quæ cedentem repelleret à limine Iudicij, ſentit *Ant. Fab. lib.12. coniect. cap.9.* Has opiniones nullo ex
96 citatis laudato referunt *Ricciull. de iure perſon. lib.4. cap.29. Bargal. de dolo lib.4. cap.2. nu.30.*

97 In hac re quo ad bannitos (nam de ceſſionario excommunicati dicemus *q. ſeq.*) ſemper viſum fuit diſtinguere: Aut loquimur de bannitis, qui perdiderunt iura communia, & paſſi ſunt confiſcationem omnium bonorum, aut de bannitis, qui retinent iura communia, & non paſſi ſunt cõfiſcationem. Vt primo caſu non poſſunt cedere, cum contrahere non poſſint, vt diximus *ſuper nu.16.* verſ. *nec obligantur*, & ſic fruſtra quærimus ſi ceſſionarius poſſit agere. Niſi ceſſio repe-
98 riatur facta ante bannum, tunc ſi non eſt facta in fraudem banni ſine dubio ceſſionarius poteſt agere, ſiue ſit ex cauſa onerosa, ſiue ex cauſa lucratiua, cum ceſſio ſit facta tempore habili *l. in tempus ff. de hæred. inſtit. Cald. qq. forenſ. conſ.17. nu.12.* Secundo caſu ſine dubio poteſt agere eius
99 ceſſionarius, nam ſi poteſt agere ipſe bannitus, dum non amiſit iura, & actiones, vt diximus *ſup. num.5.* verſ. *pro faciliori* ita, & eius ceſſionarius cum in ceſſionarium tranſeant omnes actiones, & iura cedentis, & ille perſonam cedentis induat, & eius ſit imago *l. emptor. C. de hæred. vel action. vendit.* vbi *gl. verb. fungitur Surd. conſ.333. à num.16. Giurb. obſ.12. nu.30. Poſtius reſol.60. Fontanell. dec.166. nu.8. & 15.* poſt mille *Olea de ceſſ. Iurium in exordio tit.6.*

100 Pater banniti poteſt agere ratione ſui vſusfructus, & non obſtat exceptio banni, ratio eſt quia pater non agit vt ceſſionarius, ſed agit iure ſuo *l.3. §. ſi filius ff. quod quiſq; iuris.* Idem eſt ſi
101 bannitus ingrederetur Monaſterium, nam exceptio eſt perſonalis, & non obſtat Monaſterio *Bal. in l. ſi donaturus §. ſi quis indebitum nu.6. ff. de condit. cauſ. dat.*

102 Limita 2. ſi bannitus vellet opponere exceptionem competentem de iure naturali, puta ſi exciperet, feciſſe ad ſui defenſionem, nam talis exceptio non poteſt tolli ex eo quia ciuilis ratio ciuilia iura tollere poteſt, ſed non naturalia *§. ſed naturalia inſtit. de iure nat. gent. & ciuil.* Et ſi-
103 militer vbi bannitus nihil ponit, ſed ſimpliciter negat, quia hoc non poteſt auferri per legem, notant *DD. in l. qui accuſare C. de edendo Medic. in tract. de caſib. fortuit. p.1. q.8. nu.9.*

104 Limitatur 3. in fideiuſſore banniti, nam licet bannitus non poſſit regulariter agere, nec excipere, eius tamen fideiuſſor poteſt etiam de exceptio-

ptionibus bannito competentibus, excipere ità
Bal. in l. cum mulier ff. ſolut. matr. Et omnis exce-
105 ptio quæ non poteſt opponi per reum, opponi-
tur per fideiuſſorem, etiã illa, quæ naſcitur ex per-
ſona rei, quia fideiuſſor non habet cauſam detra-
ctiuam, & ideo dolus principalis ei non prodeſt
l. apud Celſum §. de authore ff. de dolo except. Imo
106 ſicut exceptio perſonalis, quæ iuuat non tran-
ſit ad fideiuſſorem vt *in l. niſi ff. de pactis* ità è cõ-
107 trà odium perſonale tranſire non debet *l. 1. ff.*
de condit. Princip. maximè quod ſtatutum ſolum
reddit inhabilem perſonam banniti, de materia
eſt *D. Marcian. conſ. 18. tom. 2.*
108 Limitatur 4. vt licet non poſſit accuſare *De-*
cian. tract. crim. lib. 3. cap. 17. nu. 38. Tamen poteſt
accuſare vxorem de adulterio *Th. Trinſ. dec. 3.*
lib. 2. ſequitur *Amendol. ad Franch. dec. 240. nu. 3.*
Scialoya de foriudic. c. 15. nu. 46.
109 Sed quæſtio eſt. Si bona banniti non ſint con-
fiſcata, an poſſit cum eo procedi? Et licet videa-
tur dicendum non poſſe, cum bannitus æquipare-
tur mortuo *Franch. deciſ. 102. Reg. Ponte conſ. 69.*
110 Tamen in contrarium eſt veritas, & ſic ſi bona
non ſint incorporata fiſco poteſt contrà eum da-
to Curatore procedi, & Curator eum defendere
poterit per allegata à *Gall. de pace publ. qu. 12.*
111 *lib. 2.* & proceditur contrà eum tamquam
contrà abſentem, & Curator eius dicetur cura-
tor abſentis, vt dicit *Roman. conſ. 187. num. 6.* & ſi
eſſent conueniendi filij banniti, & eſſent mino res
112 poſſet dari tutrix, vel Curatrix mater eorum,
quamuis pater viuat, vt tenet *Bar. in l. ſi quis ſub*
conditione nu. 33. ff. de teſtam. tutel. Bal. Rip. & alij
in l. ſi conſtante ff. ſolut. matr. poſt alios *Nouar. in l.*
iuſtas nu. 6. C. de iure fiſci lib. 10.
113 Facit quod bannitus poteſt conueniri ante tẽ-
pus, quando bona eius veniunt confiſcanda, quia
tunc dicitur vertere ad inopiam, & male vti re
ſua, etiam quod bona ſua non dum ſint confiſca-
ta, ſeu publicata *Nouar. in l. iuſtas num. 6. C. de Iure*
fiſci lib. 10. Ideò ſi conueniri poteſt ante tempus
ſolutionis, multo magis poterit conueniri poſt
quam venit tempus, & eſt obligatus ſoluere. Nã
quod bannitus non poſſit aggere, nec ſe defende-
re eſt introductum in eius odium, merito non de-
bet retorqueri in odium creditorum ſuorum, ſeu
prætendentium contra eum, & quod in odium
introductum eſt, non debet parere fauorem, quæ
omnia ſequerentur ſi creditor coactus fuiſſet ſu-
perſedere durante banno latè *Virgil. de legit. per-*
ſon. cap. 33. nu. 68.
114 Verum vbi bona eſſent incorporata fiſco agi
debet contra fiſcum per doctrinam *Bar. in l. fin.*
verſ. ſed iuxta de reſtit. in integr. Farinac. q. 25. nu.
189. in fine Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. qu. 28. num.
12. Surd. de aliment. tit. 1. qu. 34. nu. 7. Caball. reſol.
crim. 266. nu. 2. Cum fiſcus habeatur loco hære-
dis *l. tutores in fine ff. ad l. Iul. de vi publ. & in l. in-*
ter eos vbi *gl. & DD. ff. de fideiuſſor. Farinac. q. 25.*
nu. 169. Surd. de alim. tit. 1. qu. 31. num. 8. & 10. &
tit. 8. priuil. 59. nu. 1. & 3. Scialoya de foriudic. cap.
16. num. 48.
115 Sed poteſt dici è de iure ſtatim commiſſo deli-
cto, eſt quæſitum ius fiſco per *tex. in l. quæcumq;*
actiones ff. de action. & obligat. l. ſi is qui §. ſi poſtea
ff. quod vi, aut clam, Bar. in l. quod ait lex §. 1. ff. ad l.
116 *Iul. de adulter.* & tempore delicti oritur obli-
gatio ad pœnam *l. ul. C. de ſententiam paſſ. l. ampe-*
ratores ff. de iure fiſci l. aufertur §. fiſcus ff. de iure
fiſci Alberic. in l. poſt contractum col. 1. ff. de donat.
ſequitur *Tiraquell. de retract. conuent. gl. 4. num. 23.*
igitur quomodo poteſt procedi dato Curatore,
ſi adeſt notorium fiſci intereſſe?
117 Reſpondetur tamen ad ſupradicta, Quod pro-
hibitio agendi contra inquiſitum, Vel eſſet quia
bona ſunt litigioſa, vel ratione intereſſe regij fi-
ſci, neutra cauſa officit. Non prima quia princi-
paliter non agitur de bonis, ſed de vindicta. Li-
125 cet alienatio bonorum facta voluntariè per in-
quiſitum, poſteà reuocetur ſi ſententia proferatur
contra criminoſum, vt dicit *tex. in l. ex integraſis §.*
1. & ibi Bar. & gl. in l. furti ff. de his quę not. infam.
Bal. in l. non ſolum ff. de reſtit. in integr. idem conſ.
40. lib. 1.
110 Eo magis quia nos loquimur de proceſſu, qui
ſit ex cauſa neceſſaria, & tamen alienatio quæ ſit
à bannito ex cauſa neceſſaria puta pro ſua ſub-
ſtentatione, & alimentis, valet *Surd. de alim. tit. 8.*
priuil. 53. & tit. 9. qu. 32. Scialoya de foriud. cap. 16.
nu. 43. Maſtril. dec. 284. nu. 20. igitur, cur permit-
ti non poſſit agi contra illũ ex cauſa neceſſaria?
120 Eſtq; etiam verum prohibitionem alienationis
non extendi ad cauſam neceſſariam *Lancellott. de*
attent. lit. pend. limit. 8. Intrigl. dec. 19. nu. 6. R. Ma-
rinis lib. 1. cap. 39. Et ſicuti pendente lite
121 Ciuili, permittitur alienatio, & iudicium fieri
ad inſtantiam creditoris contra debitorem ex
cauſa neceſſaria hoc eſt ex debito facto ante, di-
ximus *in obſ. ad conſ. 66. nu. 19. & ſeqq. lib. 1. Reg.*
Rouiti. Ità pendente cauſa criminali, non prohi-
betur fieri iudicium ex cauſa neceſſaria.
122 Non officit ſecunda ratio, intereſſe ſcil. regij
fiſci, Nam hoc iudicium non poteſt fieri contra
regium fiſcum, nam licet actionem ei quæſitam
ex delicto habeat, non tamen poſſidet ante incor-
porationem, & dicitur poſſidere bannitus. Et
actor non cogitur citare pro validitate iudicij
alium, quam ſuum debitorem, & poſſeſſorem bo-
norum obligatorum, vt dixit *Alex. conſ. 156. lib. 2*
dicens, in iudicio non debere citari illum, de
cuius præiudicio agitur in conſequentiam, poſt
alios *Caroc. de except. except. 123.*
123 Et licet commiſſo delicto ſtatim dicatur ius
quæſitum fiſco, per ea quæ etiam allegat *Maſtril.*
dec. 12. nu. 5. Maxime in Statu Mediolanenſi, in
quo publicatio bonorum cenſetur fieri à die cõ-
miſſi delicti, licet poſtea requiratur iudicis de-
claratio *Boſſ. tit. de bonorum publ. nu. 44. & 76.*
124 Tamen bona, & iura banniti non dicuntur fi-
ſco quæſita, & incorporata, nec quæri, aut incor-
porari per eum poſſunt, niſi ſequatur ſententia
Iudicis, quod incorporentur, ità tenet *gl. in con-*
ſtit. contingit interdum, in verb. *nam etiam Bart. in*
l. commiſſa ff. de public.
125 Praxis noſtri Regni Neap. eſt. Vt ſtatim com-
miſſo delicto ſi appareat de delinquentibus, qui
forte non reperiuntur, & ſunt in fuga ſit anno-
tatio omnium eorum bonorum, & ſimiliter ſta-
tim ipſis inquiſitis bannitis, ſeu reputatis contu-
macibus fideliter debet fieri annotatio omnium

eorum

eorum bonorum mobilium , vt ſtabilium;vt in
pragm.27.§.24.& 36.de offic. Magiſtr. Inſtit.Fol-
ler.in pract. crim. rub. annotentur bona contumacis
nu.1.circa med.Chartar.de execut.ſeatent.cap.1.nu.
19.& ſeqq.Guazz.in.defenſ.8.cap.nu.2.& per con-
*ſtitut.*incip.*grandis vtilitas* vbi *Afflict. nu.17. R.Re-*
uit.in rub.de ſeatent.forjudic.cap.13. Maſtrill.de
*indult.cap.22.nu.19.& ſeqq.*Et annotantur tam
126 bona mobilia,quam ſtabilia per *conſtit.* prædi-
ctam:*grandis vtilitas, & d.pragm.27.§.36.de offic.*
magiſtr.Iuſtit.Chartar.d.cap.1.num.24.& ſeqq. vbi
dicit idem eſſe in Ducatu Mediolani .
127 Licet non deſint dicentes annotationem præ-
dictam debere fieri contracta vltima contumacia
in citatione ad capitula per *d. conſtit.regni: gran-*
dis vtilitas,& pragm.20.§.10. & pragm.27. §.24.
de offic.magiſtr.iuſtit.Grammat.conſ.crim.52. nu.1.
& in conſtit.regni Pœnam eorum nu.21. D. Carolus
Rota in Florileg.pract.concluſ.concluſ.9.n.58.Char-
tar.d.cap.1.nu.7.
128 De iure tamen communi fieri annotatio debet
poſt ſententiam condemnatoriam , & non ante
Peregr.de iure fiſci lib.5.tit.1.num.196. Reg.Reuit.
vbi ſup.d.nu.13. Foller.in pract.rub. annotentur bo-
na contumacis , vbi ponit quomodo debeat fieri
annotatio,& in quibus delictis *Gomez. var. lib.3.*
*cap.9.nu.2.Farinac.qu.11.poſt nu.4.*Sed an anno-
tatio bonorum ſit neceſſaria adhoc vt poſſit fieri
ſententia forjudicationis,diſputat *Franc.dec.515*
Scialoya de forjudic.c.9.& dicemus *infra in rub.13*
129 Diximus , quod à die commiſſi delicti dicitur
ius quæſitum fiſco,fallit hoc in bonis quæ banni-
to peruenient poſt bannum, quia bona,& iura
futura non tranſeunt in fiſcum *l. ſi tibi mandauero*
§.ſi cui ff. mandati Bar. in l.1. ff. de bon. damnat.
Alex.conſ.15.ad fin.& conſ.23.lib.1.Curt.ſen.conſ.
59.nu.13.Iaſ.in l.ſi ſtipulatus fuerim §. cum ſtipu-
lamur nu.6.ff.de verb.obligat.Dec.conſ.442.nu.10
& conſ.445.nu.65.Boſſ.de bonor.publ.nu.15.& 80
Alba Mandell.conſ.17.num.20. Vulpel. conſ.212.
nu.3.Clar.§.fin.qu.78. verſ.*vlterius quæro Crauett.*
conſ.925.& 941.Burſat.conſ.14. num.24. & conſ.
43.nu.4.Natta conſ.471.nu.4. Peregr.de iure fiſci
lib.5.tit.1.nu.132.& conſ.81. nu.32. Caball.reſol.
crim.264.Catulan.de indult.cap.2.nu.63. & c.17.
nu.85.& ſeqq.D.R.Merlin. contr.20. & 21.lib.2.
Farinac.in qu.24.nu.21.& qu.25.num.138.Surd.
de alim.tit.8.priuil.59.nu.17.& ſeqq. licet non
deſint qui dicant contrarium,ſunt ex *l.2.C.de bo-*
nis proſcript.Gram.conſ.crim.7.num.2. Tartagl.in
*pract.crim.cap.17.*poſt *nu.2.* late *Conſ.Campan.de*
forjudic.reſol.19.
130 Diximus , quod bona rei non dicuntur fiſci,
donec incorporentur , & quod requiratur ſenté-
tia,fallit hoc in bonis hæreticorum,vel rebelliũ,
quæ commiſſa hæreſia,vel rebellione,tranſlata
dicuntur in Papam , & Regem per *tex.in cap.vt*
gentis de hæret.cap.pen.eodem tit.in 6. l.Manichæos
C.eodem Paul.Ghirland.de hæret.qu.5.nu.8. Simã.
in catholic.inſtit. tit.9. num.21. Scialoya de forjudic.
*cap.16.nu.43.*Imò donationes factæ ab hæreticis
131 non tenent,ſicut, & dotes poſt commiſſum cri-
men hæreſis filiabus hæreticorum reuocantur à
fisco,etiam ſi fuerint datæ monialibus filiabus,vt
vitam Monaſticam agant , quia generaliter con-
ſtitutum eſt, ex quo quis tale crimen contraxit,
nihil ex bonis ſuis alienare poſſe , & quomodo-
libet rerum alienationes ex eodem tempore fa-
ctas nullius eſſe momenti per *tex. in l.fin. C. ad l.*
Iul.Maieſt.l.emptori duplam ff.de euict. Simanc.vbi
ſup.nu.22. & 26. Angel. in l.meminiſſe C.ad l.Iul.
132 *Maieſt.*Licet contrarium in dote,& alia aliena-
tione neceſſaria dicat *Peregr. de Iure fiſci tit.de*
*publ.bonor.nu.177.*verſ.*quid ergo* , niſi dotatio ſit
exceſſiua , & alienatio fraudulenta licet ex cauſa
neceſſaria *Caball.caſ.295.nu.43.*
133 Tamen effectualiter non dicuntur eſſe publi-
cata,nec actualiter apprehendi poſſunt,niſi demũ
ſequuta ſententia Iudicis Eccleſiaſtici , qua ſen-
tentia lata,trahit effectum ſuum ad diem com-
miſſi criminis,ex quo ex illa dicitur illi interdi-
cta alienatio *Ghirland.vbi ſup.* per *tex.in cap.cum*
ſecundum 19. de hæred. in 6. dicit poſt mille ibi
*Barboſ.*Et hoc abſque citatione , & ſententia de-
claratoria *Farinac.q.116.nu.66.*
134 Et fiſcus poteſt talia bona inuadere propria
authoritate , etiam quod fuerint penes tertium
Gram.dec.105.Decian.reſp.18.nu.355. lib.1.reſp.
19.lib.3.& in tract.crimn.lib.7.cap.40. nu.1. Pe-
regr.de Iure fiſci lib.3.tit.8. num.12. Maſtrill.dec.
284.num.3.cum ſeqq. Surd. vbi *Hodiern.dec.247.*
Ricc. collect.568. Caball.reſol. crim.caſ.295.Scia-
*loya de forjudic.cap.16.nu.45.*Niſi bona ſint alie-
nata cauſa ſe alendi à delinquente *Surd. de alim.*
tit.8.priuil.35.& tit.9.qu.32.Scialoya ibid.
135 Verum quia bona illorum , qui committunt
crimen læſæ Maieſtatis diuinæ,vel humanę com-
miſſo crimine dicuntur tranſlata in fiſcum , non
poterit pendente cauſa huius criminis procedi
dato Curatore, nam omnis alienatio pendente
iſta cauſa eſt prohibita , & nullius momenti per
tex.in l.vlt.C.ad l.Iul.Maieſt. & reus huius crimi-
136 nis in ipſo criminis exordio perdit ipſo facto
ſuarum rerum adminiſtrationem , nec ei amplius
ſolui poteſt , vt cum *tex. d.l.fin.* tenet *Bald.ibi*
*Guazz.& Maſſin.de confiſcat.bonorum.*Sic ſi non
137 poteſt fieri cum eo iudicium ex defectu admi-
niſtrationis, minus poterit fieri cum Curatore,
quamuis latitet.
138 Si vero bannitus (vt ad noſtram materiam
reuertamur) moriatur antequam fiſco bona fue-
rint incorporata, ſuccedunt ei conſanguinei, vel
affines,qui agere non prohibentur etiam pro bo-
nis ipſius banniti , quo caſu exceptio banni non
obſtaret , quia bannum eſt contumacia partis, &
contumacia durat tantum viuo contumace, ideo
eo mortuo finitur contumacia,& bannum,nec ad
hæredes eius tranſit *arg. l. pœnam ff. de pœnis l.1.*
§. fin.ff. de requir. reis l.1. & 2.ff. ne ex defuncto
Nell.de bannit.2.p.3.temporis nu.7.Reg.Lanar.conſ.
43.nu.1.conſ.93.nu.7. Caball.reſol. crim. caſ.298.
*nu.32.& ſeqq.Fachin.contr.37.lib.9.*Pœna banni
139 eſt perſonalis , & non tranſit contra heredes *l.*
quod dictum ff. de pœnis l.pecoris ff. de ſeruit. ruſtic.
140 *præd.* Niſi pro delicto à defuncto commiſſo ſit
impoſita pœna publicationis bonorum ipſo fa-
cto,& iure incurrenda poſt factum delictum,nam
tunc poteſt agi contra hæredem defuncti delin-
quentis ad confiſcationem bonorum *l.ex iudicio-*
rum verſ.*adeò ff.de accuſat.l.Caius ff.ad Syllan.Iul.*

Clar.pract.crim.§.fin.qu.51. verſ.*ſcias etiam*. Etiã
ſi lis non ſit conteſtata cum defuncto delinquen-
te, nam adhuc agi poteſt contra eius hæredes ad
confiſcationem *R.Rouit.dec.64. Gunzalm. deſenſ.*
33.cap.26.Theſ.dec.144.Catalan. de indult.c.17.
nu.56.& ſeqq.Cabill.caſ.298. Scialoya de foriudic.
cap.16. num.42. alia ad materiam hanc diximus
ſup.in hoc Tract.& in obſ.ad dec.64.Reg.Rouitt.
141 Quæſtio eſt an banniti perdant ius patriæ po-
teſtatis? & videtur dicendum quod retineant, nã
certi ſunt modi, quibus ſoluitur ius patriæ pote-
ſtatis, inter quos non eſt numeratum bannum, *arg.*
tex.in l.patre furioſo ff.de his qui ſunt ſui, vel alie-
ni iuris Iacob. de Arena in tract. de bannit. num.3.
Bal.Angel.& Alex. in l.ſi cum dotem §.ſi patri, per
illum tex.ff.ſolut.matr. Bal. in l.gallus §.& quid ſi
tantum ff.de liber.& poſth.& in l.1.C.de hæred.inſt.
Nell.de bannitis p.1.2.temp. qu.20. Corn.conſ.55.
in 2.Rip.in l.ex facto §.ex facto ff.ad Trebell. Et ſic
142 filio banniti non eſt dandus tutor, quia tutor
datur ei, qui non eſt in poteſtate alterius *l.fin.in*
princ.C.de Curat.furioſ. & inſtit. de tutel.in princ.
143 Sed datur Curator ad inſtar eius, cuius pater
apud hoſtes eſt *l.muto §.eius,cuius ff.de tutel. Vir-*
gil.de legit.perſ.cap.33.nu.67.& 86. Capibl.de ba-
ron.tom.2.cap.33.nu.3.Scialoya de foriudic.cap.15.
nu.37. Sic filius banniti non poteſt teſtari *Corn.*
144 *d.conſ.55.* ſic filius bannitus non poteſt à patre
in teſtamento impune præteriri. *Idem Corn. conſ.*
24.in 2.Curt.iun.conſ.182.
145 Quæ opinio meo iudicio, procedit in prima
ſpecie bannitorum, de qua diximus in *princ.* verſ.
pro faciliori. Secus in illa ſpecie bannitorum, quæ
poteſt impune offendi, nam illa perdit iura com-
munia, quorum eſt patria poteſtas, *Inſtit. de pa-*
tria poteſt. in princ. bene *Bar. in l. ſi adulterium*
§.liberto ff.de adult. adducit *tex. in l.poſt liminium*
§.filius ff.de Captiu. & l.minime ff. de relegat.Bar.
ſequuntur *Alex.conſ.75.nu.11.tom.1. Tiraquel. de*
retr.lignag.§.1.gl.9. nu.29. latè *Scialoya de foriu-*
dic.cap.15.nu.36. & ſeqq. quidquid dicat *Peregr.*
de Iure fiſci lib.3.tit.7. nu.23. dicens *Bartoli* ſen-
tentiam veram eſſe in rebellibus, & transfugis;
qui in hoſtes ſe conuertunt, in quibus terminis
dicit loqui *iura* per eum adducta, ſed diuerſum
eſſe in bannitis pro alio crimine capitali, etiam
quod impune poſſint offendi ex lege municipij,
poſt *Salyc.in d.l.1. C.de hæred. inſtit. q.6.& n.lxx.*
Nam *vt ſup. diximus* qui poteſt impunè offendi
perdit iura communia, Et foriudicatus pater re-
ſtitutus ad pœnam delicti, & quo ad bona indul-
tatus recuperat patriam poteſtatem *Maſtrill. de*
indult.cap.20.nu.50.Scialoya de foriud.cap.24.nu.
31. vbi ſecus eſſe dicit è contra, vt filiusfam.effe-
ctus foriudicatus, & poſtea agratiatus non rein-
cidat in patriam poteſtatem per *tex.in l.in inſulã*
C.de ſententiam paſſis.
146 Bannitus differt à deportato, vel relegato, Nã
bannitus poteſt ſtare, & habitare vbique excepta
prouincia ex qua ex bannitur, per *tex. in auth.*
qua in prouincia C.vbi de crimin.agi oport.Iacob.de
Arena de bannit.in princ.nu.2. Deporto, vel rele-
147 gato totus mũdus interdicitur, excepta inſula,
ſiue loco, in quem deportatur, ſiue relegatur *Cal-*
uin.in lexic.verb.relegatus Ideò ſi bannitus eſt re-
148 pertus extrà Prouinciam, ſiuè Regnum ban-
nientis, & captus, & ductus ad Iudicem bannien-
tis, debet relaxari priſtinæ libertati, & per con-
ſequens capi non poteſt *Iacob.de Butr.in auth.In-*
dex C.de Epiſcop. aud ient. Nell. de bannitis par.2.
temp.2.nu.30. adeſt tex. *in l.extra territorium ff. de*
Iuriſd.omnium iudic. l.poſt liminium §.poſtliminio ff.
de captiu.& poſtlim. reuerſ. Fulg. conſ.149. num.2.
Barboſ. in l.hæres abſens §. proinde in art. de foro
delict.nu.153.& ſeqq.Theſ.dec.90. nu.4. Hippolyt.
conſ.99.nu.20.Farinac.qu.7.nu.30. qui dicunt nõ
poſſe fieri remiſſionem inquiſiti de loco vbi re-
petitur extra Regnum, ad locum bannientis, quã-
uis ſecus ſit ex vrbanitate in Regnis confedera-
tis *Reg.Merlin.contr.95.lib.1.* videndi *Peguer.dec.*
2.& 66.Gun. zin.deſenſ.1.cap.17. latiſſimè *D.Cre-*
ſpi obſ.74.
149 Et ſic poteſt agere, vel defendere extrà Pro-
uinciam, vel Regnum, de quo eſt bannitus *Pariſ.*
conſ.157.nu.19.lib.4. Similiter ibi poteſt eſſe te-
150 ſtis *Bal. in l.1.col.10. C.de hæred.inſtit. Farinac.*
qu.56.nu.334. Danza de pugna DD.tom.2.tit.de
armat.per Campan.cap.7. nu.15. Scialoya de foriu-
dic.cap.15.nu.33. Et poteſt teſtari extrà locum
151 bannientis *Farinac.qu.102.nu.95.*
152 Et extrà locum bannientis bannitus poteſt
eſſe arbiter *Blanc.de compromiſſ.qu.2. num.16.* Et
Officialis exercens iuriſdictionem *Maſtrill. de*
Magiſtrat.lib.2.cap.12.num.61.Danza de pugna
DD.tom.2.tit.de armation.per Campan. cap.7.num.
15.Nell.de bannit.3.p.2.temporis nu.61. Farinac.
qu.56.nu.334.& ſeqq.Scialoya de foriudic. cap.15.
num.18. licet alias in loco bannientis non poſſit,
vt dicit *Scialoya d.cap.15.nu.14. & ſeqq.* & dixi-
mus in *rub.10.q.* tamen poteſt eſſe in loco
bannientis ſi ſit guidatus *Paſcal.de vir.patr.poteſt.*
p.4.cap.3.nu.37.in fine poſt *Nepet.in conſuet.Cam-*
nenſ.1.ſub tit.de perſon.crean.official.tit.2. nu.137.
Sed à quo die dicatur foriudicatus adhoc non
debeat audiri in iudicio ciuili dicit *Scialoya de*
foriudic.cap.9.10.15. & 17. & dicemus *infra in*
rub.13.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus ad mortem an poſſit teſtari, cum ſit effe-*
ctus ſeruus pœnæ? & nu.2.3.4.& à nu.5.ad n.19
20 *Quid dicendum de damnato ad mortem Ciuilem? & à nu.21.ad nu.32.*
33 *Quid dicendum de relegato? & à nu.34.ad nu.38.*

An damnatus ab mortem naturalem, vel Ciuilem poſſit eſſe in iudicio, & alia facere?

QVÆSTIO XV.

1 SImilis bannito eſt Damnatus ad mortem
naturalem, nam ille efficitur ſeruus pœnæ
l.qui vltimo ff.de pœnis l.eius, qui §.1.ff.de
teſtam.l.ſi quis filio §.ſed etſi quis ff.de iniu-
ſto rup.teſtam.Tuſc.pract.concluſ.lit.S. concluſ.235.
2 verb. *ſeruus pœnæ*. Ideò teſtari non poteſt *l.eius*

§.ſi

Digitized by Google

ſi cui,& ibi gl.in verb. ad ferrum,& communiter DD.omnes in ſummario ff.de teſtam. ac etiam Bar. nu.1.verſ.quæro Bal.nu.3. Alber.nu.1. Aret.num.3. gloſ. in l.ſi quis poſt accuſationem verſ. ſecus ſi condemnatur ff.eodem & ibi Godofr.nu.1. Abb.in rubr. de teſtam.nu.4.Couar.in eadem rub.de teſtam.n.27. in princ.Nell.de bannitis in 1.p.2. tempor.qu.53,in princ.Clar.§.teſtamentum q.21.in princ. Surd.conſ. 90.nu.12.Peregr.de Iure fiſci lib.3.tit.2.nu.2.Carrar.de execut.ſent.cap.1. num.414. Vbi omnes teſtantur de communi Donel.lib.6. comment.cap.16. vbi Hillig.lit.D.Coler.dec.34.nu.6. Berlich. tom.3. concluſ.8.nu.3.& ſeqq.Argel.de acquir.poſſeſſ.qu.3. art.1.nu.120.Mancin.de teſtam. differt.7. cap.15. Ant.Fab.de error pragm.Dec.73.error.1.& ſeqq.R. Marin.lib.1.reſol.332. vbi latiſſimè de materia tractat.

3 Quæ concluſio procedit, etiam quod ei non ſint publicata bona Bal.in d.l.eius qui §. ſi cui nu. 3.& ibi etiam Alber.num.1.Loffred.in §.in iaſulam nu.4.Paul.de Caſtr.nu.10. ff.de teſtam. Scalon.de teſtam.lib.2.cap.3.§.3.nu.28.Farinac. qu.102. nu. 113. Berlich. vbi ſup. quamuis contra teneat P. Diana p.5.tract.3.reſol.120. Nec teſtari poteſt ad

4 pias cauſas,& pro anima ſua Bal.in d.l.eius qui §. ſi cui poſt nu.3. ff. de teſtam. & ibi Caſtr.num.11. Fulgoſ.nu.4.Aret.num.4.Couar.in rub.de teſtam.nu. 27.in fin.Clar.§.teſtamentum q.6.nu.6. Peregr.lib. 2.tit.2. nu.2. Mancin. de teſtam.differt.7. cap.15. Farinac.qu.102. nu.114. quamuis contra ſentiat Leſſ.de iuſtit.& iure lib.2. cap.19. dub.5. num.49. Scalon.d.§.3.nu.26. (vbi ampliat nu.27. etiam quo ad filios,deſcendentes, & alios ab inteſtato ſucceſſuros) P.Diana reſol.moral.p.7. tract.6. de teſtam.priuil.reſol.8.

5 Damnatus ad mortem quamuis aufugerit, vel fuerit à manibus Curiæ ereptus, neq; teſtari poteſt Angel.in d.l.eius,qui nu.2.ff. de teſtam. dicens de hoc eſſe caſum in l.ſi quis exhæredato §. irritum ff.de iniuſt.teſtam.Nell.de bannit.in 1.p 2.temp.qu. 53.in princ.Capra.conclaſ.102.nu.104. Clar.§.teſtamentum qu.19.nu.2.Surd.conſ.90. nu.12.lib.1. Peregr.lib.3.tit.2.nu.3.Farinac.d.q.102. nu.115. Reuſner.de teſtam.p.2.cap.38.n.3.Harpr.ad Clar.d. qu.21.nu.5.Scalon.d.§.3.nu.29. & 30. Quamuis contrarium dixerit Imol.in d.l.ſi quis poſt num.6. poſt med.ff.de teſtam.

6 Et teſtari non poteſt tam in territorio Ciuitatis, à qua eſt bannitus, quam extrà,dummodo tamen tam in condemnando, quam in procedendo fuerit ſeruata forma, & diſpoſitio iuris communis, Nam tunc vbique,& quo ad omnia ſemper remanet inteſtabilis, & talis ſententia lata ſecundum ius commune illum afficit vbique locorum,ſecus ſi fuerit condemnatus de iure ſpeciali, & ſecundum ſtatuta loci, quia tunc quo ad bona extra illius territorium exiſtentia non remanet inteſtabilis Clar.§.teſtamentum qu.19. nu.2.& qu. 21.Peregr.de iure fiſci lib.3.tit.2.nu.3. Farinac.d. qu.102.nu.119.

7 Et teſtari non poteſt non ſolum de iure antiquo digeſtorum Berlich.pract.concluſ.lib.3. concluſ. 8.Harpreſt.ad Clar.§.teſtamentum qu.21.lit. A.nu. 1.ſed etiam de iure Codicis, & Authenticorum Couar.in rub.de teſtam.nu.27.Peregr.lib.3.tit.2.nu.4. late Scalon.de teſtam.lib.2.cap.3.§.1. Berlich.d.c & concluſ.8. quem impugnat larga manu D.Prat. pract. obſeruat.41.nu.20.& ſeqq.

8 Quæ concluſio procedit tam ſi ſit condemnatus iuxtà formam iuris communis, quam iuxta formam Statutorum, ſeu bannimentorum Capr. concluſ.102,nu.123.Clar.§. teſtamentum qu.21. in princ. vbi tamen declarat hoc procedere quo ad bona ſita extrà illud territorium,quia quo ad ea non efficitur inteſtabilis,niſi tam in procedendo, quã in condemnãdo ſit ſeruata forma iuris communis, & qu.21. verſ. quid ſi reus Farinac. d.qu. 102.nu.119.

9 Talis damnatus neque habet teſtamenti factionem paſſiuam, quamuis poſt damnationem executio differatur,nam ex quo ſeruus pœnæ factus eſt,perdit per condemnationem, & Ciuitatem,& libertatem, ideo omninò incapax redditur ad acquirendum, & habendum bona l.qui vltimo vbi Bart.& l.quidam ſunt ff. de pœnis Peregr. de Iure fiſci lib.3.tit.2.nu.1. qui dicit eſſe capacẽ legati pro alimentis ex Bal.in l.1.num.21. C.de Sacr.Sanctis Eccleſ.

10 Limitatur tamen dicta concluſio pluribus modis. Primo quando damnatus ad mortem appellauit,& poſt appellationem condidit teſtamentũ, nam valet tale teſtamentum, ſi ante confirmationem ſententiæ, & illius executionem pendente appellatione mortuus eſt l.ſi a latronibus 13. §.ſi quis ff.de teſtam, l.ſi quis 6. §.ſi autem ff.de iniuſt. rupt. Alberic.in d.l.eius, qui §.ſi cui num.2.ff.de teſtam.& ibi Ang.nu.2. Lancellott. de attent.cap.12. in præfat.nu.89.92.Peregr.de iure fiſci lib.3.tit.2. nu.8.Farinac.d.qu.102. nu.122. Scalon.§.5.num. 44.& ſeqq.

11 Lim.2.Vt damnatus ad mortem poſſit etiam teſtari non ſolum pendente appellatione,ſed etiã pendente tempore ad appellandum Alberic. Lancellott.& Peregr.vbi ſup.Farinac.nu.123.licet cõtrà teneat Surd.conſ.90.num.13.lib.1. nec diſſentiat Peregr.d.lib.3.tit.2.poſt nu.21. apud Farinac. num.124.

12 Lim.3. In damnato ad mortis genus à iure prohibitum, vt puta,veneni, mallei,ſecuris,vel præcipitij,nam is non efficitur inteſtabilis Clar. §.teſtamentum qu.21.nu.3. verſ.ſed pone Peregr.de Iure fiſci lib.3.tit.2.nu.7. vbi declarat hanc concluſionem procedere, quando Iudex ſic reum cõdemnaſſet ad illam pœnam inſolitam, ſecus ſi poſt ſententiam capitalem, in qua nulla fuiſſet inſolita pœna impoſita, executio facta extitiſſet de inſolita pœna, quia non executio, ſed ſententia intuenda eſt, quo ad iuris effectum Scalon. d. §.5.num.49.

13 Limitat 4. In damnato ad pœnam inferiorem mortis naturalis, qui non prohibetur teſtari,etiã quod ex illa pœna poſſet ſequi mors, pro vt eſt quando quis damnatur in amputatione manus, vel vt oculus ei eruatur l.qui manu & ibi Bar. & omnes ff.de teſtam.Abb.in rub.de teſtam.nu.4.Capr. concl.102.num.116. Sim. de Prætis lib.2.interp.2. dub.1.ſol.1.nu.6.ſol.123.et Scalon.in d.§.5. nu.55.

14 Limita 5.In damnato ad mortem, quando talis condemnatio eſt nulla,nam tunc ille non prohibetur facere teſtamentum, nec antea factum

rumpitur, ex quo ſeruus pœnæ non efficitur, etiã quod facti executionem paſſus ſit *l. ſi quis ſententia* §. *ſi quis ff. de inuſt. rupt. teſtam. Perege. de iure fiſci lib. 3. tit. 2. nu. 10. Socc. reg. 76. in 7. fall. Farinac. num. 130.*

15 Limit. 6. Vt quidquid ſit de iure, de conſuetudine contrarium ſeruatur, vt ſcil. damnatus ad mortem teſtari poſſit *Capr. concluſ. 102. num. 151. Clar.* §. *teſtamentum qu. 21. in princ.* verſ. *bene verũ eſt Farinac. d. q. 102. num. 131. P. Diana d. reſol. 8.* verſ. *ſed licet, & p. 5. tract. 3. reſol. 120. Card. de Lugo de iuſtit. tom. 2. diſp. 24. ſect. 4. nu. 72. P. Molin. de iuſtit. tom. 1. tract. 2. diſp. 9.* teſtatur de conſuet. hiſpan. de conſuet. in Saxonia *Coler. dec. 34. num. 7. Berlich. d. concluſ. 8. nu. 10.* de Luſitania vbi eſt lex *lib. 4. tit. 94. l. vnic.* late *D. Prat. d. obſ. 45. nu. 60. & ſeqq.* quod non eſt hic Neap. *Reg. Marin. d. c. 332.* Nec Cathaloniæ *Ripol. var. tit. de teſtam. nu. 194. & ſeqq.* Nec Siciliæ *Maſtrill. dec. 167. nu. 27.*

16 Limita 7. Vt miles damnatus ex militari delicto poſſit teſtari iure militari de bonis caſtrenſibus ſi licentiam impetrauerit à Principe, vel eo à quò damnatus ſit, ni ſit damnatus, quia Sacramenti fidem ruperit *l. ex militari 11. ff. de milit. teſtam. l. ſi quis 6.* §. *ſed & ſi ff. de iniuſt. rupt. l. cum hic* §. *ſi miles ff. de donat. inter. l. 1. ff. de veter. milit. ſucceſſ. l. ſi quis 22.* §. *miles ff. de leg. 3. l. & militibus 13. C. de milit. teſtam. Scalon.* §. 4. vbi late explicat.

Limit. 8. Vt dicta concluſio non procedat in accuſato, ſeu proceſſato etiam de capitali delicto, non tamen condemnato, nam is teſtari poteſt, etiam quod tempore teſtamenti carceratus reperiatur *l. ſi quis ff. de teſtam.* ea ratione, quia non proceſſus, ſeu accuſatio, ſed damnatio reddit hominem inteſtabilem, & quia etiam adhuc dicitur certus de ſuo ſtatu, qui de futura condemnatione dubitat *Capr. concluſ. 102. num. 132. Peregr. lib. 3.*
17 *tit. 2. num. 14.* Niſi accuſatio, & carceratio eſſet pro crimine læſæ Maieſtatis, ſeu pro alio delicto, pro quò defuncti memoria damnari poteſt iuxta *tex. in l. ex iudiciorum ff. de accuſat.* Et ſic is etiam quod non dum damnatus ſit, teſtari minimè valet *gl. in l. ſi quis poſt* verſ. *item ſecus ff. de teſtam.* ibiq; etiam *Alberic. & Goffred. num. 1.* Nam licet ante memoriæ condemnationem ſequutam teneat iam teſtamentum factum, tamen ſequuta damnatio iam factum teſtamentum per retrotractionem nihil valere facit, & *ibidem nu. 5. & ſeqq.* ponit etiam quod idem ſit de donatione, & alijs contractibus *Capr. d. concluſ. 102. n. 133. Farinac. nu. 133. Scalon. d.* §. *5. nu. 56.* Vel niſi Quis eſſet
18 accuſatus de crimine, pro quo ipſo iure veniae bonorum confiſcatio, nam is teſtari non poteſt de dictis bonis, etiam ante condemnationem *Ludouic. concluſ. 3. col. 4.* verſ. *ampliatur 2. ex Bertac. Tiraq. & Menoch. in locis per eum citatis Farinac. nu. 134. Scalon. nu. 56. in fine.*

19 Limita 9. Vt damnatus teſtetur pro male ablatis *Fulgoſ. in l. eius* §. *ſi cui ff. de teſtam. Capra concluſ. 102. nu. 112. & ſeqq.* dummodo conſtet de talibus male ablatis, nam prohibitis non habetur fides niſi aliter conſtet *Farinac. nu. 129. Scalon. d.* §. *5. nu. 48.*

20 Similis condemnato ad mortem naturalem, eſt condemnatus ad mortem Ciuilem, propter quã quis perdit Ciuitatem, ſeu libertatem, ideò teſtari non poteſt *tex. eſt in l. eius. qui* §. 1. vbi *omnes DD. ff. de teſtam.* poſt alios *Capr. d. concluſ. 102. nu. 117.* Sic deportatus, interdictus aqua, & igne,
21 damnatus ad metallum, ad beſtias, ad triremes, etiam ſi aufugiat *Farinac.* poſt alios *q. 102. 136. & ſeqq.*

22 Quo ad damnatos ad perpetuos carceres, licet aliqui dicant, non poſſe teſtari, tamen de iure novo per *tex. in auth. ſed hodie C. de donat. inter.* poſſunt teſtari *Couar. in rub. de teſtam. nu. 27.* verſ. *quorum opinionem Peregr. lib. 3. tit. 4. nu. 9.*

23 Damnatus ad mortem ciuilem, & ſic deportatus non poteſt teſtari, etiam quod ſibi non ſint publicata bona, nec de bonis quæſitis poſt deportationem, & teſtamentum anteà factum rumpitur, & perdit teſtamenti factionem, etiam paſſiuam. Quam perdit etiam damnatus ad metallũ, poſt alios *Farinac. q. 102. nu. 147. & ſeqq.* Dam-
24 natus in Metallum ad tempus non eſt incapax hæreditatis ſibi delatæ *Peregr. de iure fiſci lib. 3. tit. 4. nu. 2.*

25 Limitatur dicta concluſio in *princ.* poſita vt damnatus ad mortem ciuilem, veluti deportatus, licet amittat ea, quæ ſunt iuris ciuilis, non tamen amittit ea, quæ ſunt iuris gentium, & naturalis *Menoch conſ. 271. nu. 11. & 24. Perege. lib. 3. tit. 5. ſub nu. 1. & ſeqq.*

26 Limit. 2. Vt ſit capax legati ei facti in teſtamento militis, & Clerici, & legati alimentorum ex *textibus in l. neq;* §. *1. ff. de teſtam. milit. l. deportati ſeruo* §. *ff. de leg. 3. & l. 3. ff. de ijs, qui pro non ſcript. hab. l. legatum cum ibi not. ff. de capit. diminut. Sim. de Praetis lib. 2. interp. 2. dub. 1. ſol. 1. nu. 30. & ſeqq. ſol. 125. Surd. de alim. tit. 1. q. 17. nu. 22. Peregr. de Iure fiſci lib. 3. tit. 4. nu. 3.*

27 Limita 3. Vt deportatus ſit capax legati ſibi facti ad pias cauſas, & vt poſſit teſtari ad pias cauſas *Capr. d. concluſ. 102. nu. 122. Farinac. d. qu. 102. nu. 155. & 156.*

28 Limita 4. Vt deportatus à Iudice incompetẽte, ſeu non rite, & nulliter, ſit capax hæreditatis ſibi delatæ ex teſtamento, vel ab inteſtato *Salyc. in l. 1. nu. 1. in princ.* verb. *deportantur*, & ibi etiam *Bened. de Plumbin. in repet. num. 43. C. de hered. inſtit.*

29 Limit. 5. Vt hodie de iure nouo, nec damnatus in metallum, nec deportatus, ſeu alias ad mortem ciuilem deſtinatus, prohibeatur teſtari, ſicut nec etiam eodem iure ſeruus pœnæ efficiatur, niſi ad mortem naturalem ſit damnatus per *tex. in auth. ſed hodie C. de donat. inter Couar. in rub. de teſtam. num. 27.* verſ. *Quorum opinio* licet contrarium teneat *Peregr. de iure fiſci lib. 3. tit. 5. nu. 7.*

30 Deportatus poteſt contrahere, emere, donare, & per contractus acquirere *l. quidam ſunt, in fine ff. de pœnis l. ſi tibi mandauero la 2.* §. *is, cui bona ff. mandati Cephal. conſ. 314. n. 16. 17. lib. 3. Peregr. de iure fiſci lib. 3. tit. 5. nu. 10.* Et ea, quæ acquirit,
31 & contractu, poſt eius mortem fiſcus capit de iure antiquo ex *tex. in l. cum, qui ff. de interd. & releg. l. 3. C. de pœnis, &* l. 2. & ibi *Aug. C. de bonis pro-*
32 *ſcript.* Sed de *Iure auth.* Cum bona deportatorum non publicentur, poſt eius mortem fiſcus non capit, ſed reſeruantur perſonis nominatis in *auth.*

Digitized by Google

bona damnatorum ſecundum *Bal. & Angel. in l.3. C.ſi pend. appell.* Contrarium tamen tenet *Angel. Caſtr.& Aſſi. in locis citatis per Peregr. de iure fiſci lib.3.tit.5.nu.10.in fine.*

33 Relegatus poteſt teſtari *l.eius,qui §.in inſulam,*
verſ.ſed relegati ff.de teſtam.& ibi *Bar.num.3.Bal.*
in ſumm.Imol.nu.3.Clar. §.teſtamentum qu.19.in
*princ.*verſ.*ſed ego.* Vbi quod poteſt teſtari non
ſolum ſecundum ius commune, ſed etiam ſecun-
dum ſtatuta ſuæ Ciuitatis,& etiam de bonis ſitis
in territorio Ciuitatis,à qua fuit relegatus, *& q.*
22.nu.3. verſ. *relegatus autem* Peregr. *de iure fiſci*
lib.3.tit 5.nu.13.& 14. Eſt capax hæreditatis ſi-
34 bi delatæ poſt alios *Menoch.conſ.271. nu.13. de*
Pratis de interpret.lib.2.interpr.2. dub.1.ſol.1. nu.
23. Siue ſit relegatus ad tempus, ſiuè perpetuò,
35 cum vtroq;caſu Ciuitatem,& bona retineat *Pe-*
regr.lib.3.tit.5.nu.13.& 14. Et ſiuè ſine publica-
36 tione bonorum, ſiue etiam cum publicatione
Clar.§.teſtam.qu.19.in fine princ.& qu.22.num.3.
verſ.*relegatus autem.* Poſſunt tamen relegatis in
37 perpetuum bona publicari,& confiſcari *l.relega-*
ti,& l.relegatorum §.ad tempus ff. de interd. & re-
38 *leg.*Secus relegatis,ſeu miſſis in exilium ad tem-
pus *l.bona ff.de iure fiſci.* Verum valet ſententia
ademptionis bonorum aduerſus relegatum ad tē-
pus,niſi fuerit appellatum *gl.in l.relegatorum §.ad*
tempus ff.de interd.& releg.Peregr. de iure fiſci lib.
3.tit.5.num.13.

SVMMARIVM.

1 *Similis bannito eſt excommunicatus.*

2 *Nulliter fit iudicium cum excommunicato excommunicatione maiori, ſecus minori,& num.3. 4.5. & à nu.15.ad num.29. Fallentia à num.33. ad num.45.*

6 *Iudex ex officio repellit excommunicatum tam in iudicio Eccleſiaſtico, quam ſeculari,tam in Ciuilibus cauſis,quam criminalibus, & nu.7.8.9.10.*

11 *Exceptio excommunicationis poteſt in quacumque parte iudicij opponi,& nu.12.*

13 *Modus probandi excommunicationem qualis? & num.14.*

30 *Non oppoſita exceptione excommunicationis, an iudicium ſit validum? & nu.31.32.*

46 *An excommunicatus poſſit comparere per ſe ipſum vel debeat comparere per procuratorem,in caſibus quibus admittatur in iudicio? & nu.47.*

48 *Quæ poſſit facere excommunicatus? & à num.49. ad num.67.*

68 *An poſſit impetrare reſcriptum? & à num.69. ad num.95.*

96 *An poſſit eſſe in iudicio pendente appellatione, & nullitate a ſententia excommunicationis? & nu. 97.& 98.*

An & quando Excommunicatus poſſit eſſe in iudicio?

QVÆSTIO XVI.

1 Similis bannito eſt Excommunicatus, Nã ſicut bannum priuat Ciuitate,ſic excommunicatio priuat gremio Eccleſiæ.Et dicitur *Cenſura Eccleſiaſtica propter contumaciam, vel crimen in ſingulares perſonas lata,à communione fratrum, & ſacramentorum excluſoria c.licet,in fin.de ſent.excommun.in 6.& 11. qu.3.cap.euidenter Mand.de diffam.cap.4.nu.134. Scaloya de ſeriud.c.9.nu.2.*

2 Et ſic Nullitas Iudicij ſolet allegari ex eo, quia illud eſt factum cum Excommunicato, ideo ſciendum eſt excommunicationem in Iure eſſe duplicis ſpeciei, quædam eſt excommunicatio, quam DD.appellant *minorem,* & eſt illa quæ excludit tantum à participatione Sacramentorum, non autem à communione hominum fidelium, de qua eſt *tex.in cap.11.qu.3. cap.59.de ſent. excommun.* Quædam eſt excommunicatio, quam DD. appellant *maiorem,*& eſt illa, quæ excludit à participatione Sacramentorum, & à communione fidelium,de qua eſt *tex.in cap. Engeltrudam 3. qu. 4.Sylueſt.in Summa* verb. *excommunicatio nu.2. & 3.Nauarra in ſumma cap.27.num.2. d.tex.cap.59. de ſentent.excommun.*late *Iul.Clar.in §.fin.qu.77. num.1.* vbi teſtatur de communi opinione *Card. Tuſc.lit.E.concluſ.436.num.10. Ricciull.de Iure perſon.lib.4.cap.33.nu.32. & ſeqq. Scapp.de iure non ſcript.lib.1.cap.52.nu.10.& ſeqq. Del Caſtillo de iuram.& cenſuris diſp.2.ſect.1.dub.1.& ſeqq.*

3 Quibus ſuppoſitis quæſtio eſt,an excommunicatus poſſit in iudicio comparere? & pro reſolutione eſt dixtinguendum. Aut loquimur de excommunicatione *minori,* & non prohibetur talis excommunicatus in iudicio ſtare, aut loquimur de excommunicato excommunicatione *maiori,* & iſta repellit excommunicatum tam à communione fidelium, quam ab agendo *Abb. in cap.ad probandum nu.8. de Sentent. & re iudic. & in cap. veritatis nu.35.de dolo,& contumacia Petr. de Gregor.in Syntagmat.iur.Vniuerſ.lib.49. cap.2.num.3.* per *tex.in cap.penult.de Sentent.excommunicat. Hector.Felic.de Societ.cap.8.nu.9. Peregr.de iure fiſci lib.3.tit.9. c.de excommunicatis nu.9.* vbi dicit illum non poſſe agere etiam pro offenſa ſibi illata diximus *in rub.4.qu.7.nu.1. & ſeqq. Maſcard. de probat.concluſ.691.num.4.* poſt alios *Caroc.excep.86.nu.19.*vbi ibi limitat ſi excommunicatio maior ſit per excipientem callide procurata poſt *Pontan.de ſpolio lib.3.cap.3.nu.2.Roman.ſing.724 litt.12.* quid quid dicat *Caroc. ipſe ibid. num.35.* quod *Rota* teneat, quod proceſſus factus ab excommunicato valeat tam coram ordinario quam delegato parte non opponente, ſed parte opponente coram ordinario valeat proceſſus, & ſententia, ſed coram delegato valeat proceſſus, ſed non ſententia ex *Capuaq; dec.388. ſen.5. p.2.* & quod ex conſuetudine excommunicatus actor admittatur ex *Couar.var.lib.1.cap.18.nu.5.regula peccatum in fine princ.* Nam ex deciſionibus *Rotæ* notioribus citandis,contrarium clarè patet *Ricciul.d.cap.31.per totum* vbi ampliat, etiam in iudicio

dicio executiuo *num.2.*

4 Et talis excommunicatus excommunicatione *maiori* non poteſt,nec pro ſe, nec pro alio in iudicio ſtare per *tex. in cap. poſt ceſſionem extrà de procurat.cap.prudentia §.tex. ac offi.deleg.ati c.intelleximus extrà de iudic. Borrell.in ſumma dec.tom.1.tit.66.de procurat.nu.14.15. Marſ.tit.lib.2.conſil.cap.51.nu.2.Nig.de except.cap.14. §.4.num.1. Rota poſt 2.vol.conſ.Farinac.dec.275.nu.3.Buratt.dec.306.nu.5.Poſſ.de manut.obſ.68.nu.22.Zacch.de obligat.Camer.& Galleſ. q.17. Frances reſol.51.* vbi diſputat quid de iure Regni Aragonei *Ricciull.vb. ſup.nu.5.*Vbi *num.7.* limitat vt procurator in rem propriam,nomine ſuo poſſit agere,ſecus nomine principalis excommunicati.

5 Et dicta procedunt in quacumq; excommunicatione ſiue ſit lata ab homine, ſiue lata à lege, quia qualibet repellit ab agendo *Card. in clem. 2.circ.ſub nu.1.*verſ.2.*quaro ac except.*

6 Imò Iudex ex officio debet excommunicatum à Iudicio repellere,ſi habeat notitiam cenſurarũ, & tenetur ſeruare formam diſpoſitionis *cap.pia de except.in 6.Seraph.in.dec.182. nu.1.* Cuius forma eſt,vt quoties aliquis obijcit excommunicationis exceptionem, eam probare debet,ſi non apparet ex excommunicati confeſſione, vel alio modo, & eius probationis cauſa datur à Iudice dilatio dierum octo, infrà quos ſi non probetur excommunicatio, non poterit amplius impediri actor cauſam proſequi, explicat *Petr. de Gregor. Syntagm.iur.Vniuerſ.lib.49. cap.2.nu.2.Vgolin.de cenſuris tit.de excommunicat.cap.15.§.7.nu.3. Gag. de penſion.q.fin.nu.17.Caroc.d.except.86. nu.3.&* 23.Et procedit etiam altera parte inuita *Abb. in cap.exception. nu.7. de except. Contard. in l.diffamari in ampl. nu.102. Perig. de Iure fiſci lib.3.tit.11.nu.16.Ferrett.conſ.11. nu.7. Ricciull. d.lib.4. cap.31. nu.29.* Et non ſolum Iudex, & pars,ſed etiam tertius poteſt hanc exceptionem opponere,& impedire *cap.cum parati* vbi *Dec.& Abb. de appell.Dec.in cap.intelleximus nu.20.*vbi *Felin.nu. 13.Ferrett.conſ.351.nu.8.* Nec excommunicatus poteſt obtinere contra alium excommunicatum *gl.in cap.a nobis de except.Dec.in cap.intelleximus nu.10.de iudic.Caroc.d.except.86.nu.13.*

7 Talis excommunicatus repellitur tam in foro Eccleſiaſtico, quam Seculari *cap. decernimus de Sentent.excommun.in 6.& in cap. ad probandum de re iudic.*Vbi habetur quod etiam Iudex repellitur à iudicando ſi fuerit publicè excommunicatus, & geſta per eum ſunt nulla, vt diximus alibi *Pract.Papienſ. in forma libell. ceſſponſionis rei verſ. tamquam publicè excommunicatus Tiraq. de retract.lig.§.1.gl.9.nu.281.Caroc. d.except.86. nu. nu.12.Ricciull.de iure perſonar.lib.4.cap.31.nu.15 in par* vbi *nu.16.* dicit quod coram iudice ſeculari, ſi contingat dubitari de validitate excommunicationis qu ſtio remittitur ad iudicem Ec-

8 cleſiaſticum. Tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus, nam excommunicatus non accuſat *Plac.in epit.delict.cap.44.num.10. Caroc. d.except. 86.nu.6.Magon.dec.71.ante nu.2.*poſt mille *Ricciull.d.cap.31.n.9.*vbi *n.10.* Limitat ſi iniuria irrogetur excommunicato volenti explicare rem ſibi permiſſam, veluti proſequenti appellationẽ, vel ſe defendenti in iudicio, quod poteſt facere, vt infrà,& *nu.11.* declarat, vt ſequutá abſolutione poſſit accuſare de illa iniuria, & *nu.12.*vt Iudex ex officio poſſit punire delinquentem. Quod

9 adeò verum eſt quod Iudicis excommunicati neq.ex conſenſu partium prorogari poteſt Iuriſdictio *Roman.conſ.48.* & diximus *ſup. Ricciull.d. lib.4.cap.17.& 18.*

10 Excommunicatus non poteſt eſſe in iudicio, etiam ſi compareat tamquam Promotor cauſæ publicæ poſt plures *Ricciull.d.cap.31.nu.13.*Etiã ſi compareat contra alium excommunicatum *Ricciull.ibid.nu.14.* cum excommunicationes nõ compenſentur ad inuicem.

11 Exceptio excommunicationis poteſt opponi in quacunq; parte iudicij, etiam ſi ſcienter à reo fuerit omiſſa *tex.eſt in c.exceptionem de exception.* ne inuitus in animæ periculum cum excõmunicato cõmunicet *Scar.a Pace tom.1.p.1.temp.5.n.59.Perege.de iure fiſci lib.3.tit.11.nu.14. Muſcatell.in praxi p.3.gl.,in.ſiis nu.2. Ricciull.de iure perſonar. lib.4.cap.31.num.24.* Etiam poſt concluſum in cauſa *Caroc.de except.except.86.n.1.Surd.de alim. tit.8.priuil.83.nu.4.an.et.Rodrig.in pract.examin. proceſſ.cap.5.num.72.Sayr.de Cenſur.lib.2. cap.7. nu.6.& ſeqq.Barboſ.in cap.1. de except. in 6.nu.5.* & licet ſit exceptio dilatoria, & debeat opponi ante litis conteſtationem *Rebuff. de except. num. 365.Maſcard.de probat.concluſ.690.Surd.dec.44. nu.20.Ludou. Miranda de orden. iudic. qu.20.art. 1.concl.3. Anat. Rodrig.de modo vid.proceſſ.cap.5. nu.56.& 60.Ricciull. d.lib.4. cap.31. num.24. &*

12 *ſeqq.* Tamen in hoc caſu eſt ſpecialis fauor latè *Barboſ.in cap.1.de except.in 6.num.6.* Et nulla eſt difficultas etiam in alijs exceptionibus dilatorijs quod ſi poſt litem conteſtatam de nouo emergat poteſt tunc opponi *cap.paſtoralis 4. de except.cap. inſinuante de offic.deleg.Couar. pract.cap 26. nu.2. Padill.in l.error.num.34. C.de Iuris, & fact.ignor. Scar.de Pace in pract.tom.2. cap.6.a num 6. Garc. Faloon.reg.136.* Imò in excommunicationis exceptione eſt ſtatutum, vt etiam probatio ſuperueniens poſt terminum admittatur *cap.1. de except.in 6.Barboſ. ibi nu.13.* Et poteſt opponi etiã in executione *Caroc.d.except.86.num.2. Aſin.in praxi §.31.cap.2.lim.13. Milanenſ.dec.1. nu.4.p. 2.Lancell.de attent.p.3.cap.24.qu.3.nu.6. Pontan. de ſpol.lib.3.cap.2.* licet alij contrà teneant *Guid. Pop.[illegible].422.Aſin. §.23. cap.6.* Verum quamuis hæc omnia procedant in ipſo excommunicato, in eius tamen ceſſionario non procedunt, & ſic contra ceſſionarium excommunicati debet opponi ante litam conteſtatam,pro vt in alijs exceptionibus, ea ratione quia in ceſſionario ceſſat ratio militans in excommunicato *Olea de ceſſ. iur.tit.6.qu.11.nu.54.*

13 Modos probandi excommunicationem ponit *Maſcard.de probat.concluſ.698. cum ſeqq.* Nam vt quis repellatur ab agendo tamquam excommunicatus,non ſufficit fama, ſed debet talis probari apertiſſimis documentis *Couar. cap.alma mater p.1.§.3.nu.1. Maſcard. de probat. concluſ.691 & 701.& 753.nu.44.Petra L.1. tit.5. lib.8.ordin. Sayr de cenſur.lib.2.cap.7.nu.16.Farinac.in praxi. crim.qu.47.nu.71.*Nec defertur iuramentum in

ſup-

ſupplemeotum probatioois ex *Maſcard. d.concl. 691.nu.3.Seraph.de priuil.iuram.priuil.33.n.180.* Et debet probari infrà octo dies noo computato die termini *cap.1. §. ſi quis igitur de except. in 6. Maſcard.d.concluſ.691.nu.4.Lap.alleg.54. nu.10. Caroc.d.except.86.nu.33.*

24 Imò quando objicitur exceptio excommunicatioois, tenetur objiciens exprimere ſpeciem illius,an ſit maior,vel minor, & etiam nomen excommunicantis *Perez. in l. 1. verſ. infertur 3. tit.4.lib.3. ordin. Suar. de Pace in pract.tom.1.p.1. temp. 5.nu.63.64.Mendez.à Caſtr. in praxi Luſit. lib.2.cap.7.in fine Vgolin.de cenſuris tit.de excommunicat.cap.15.§.18.Pin.dec.104.n.4.* poſt alios *Caroc.d.except.86.nu.20.* Et cum forma præſcripta ad opponendam hanc exceptionem ſit difficilis obſeruatu adeo vt vix debitè proponatur, & ſpecificetur,hinc ſit, vt in Curia Romana non ſit facile excommunicationis exceptio proponatur *Rota dec.8.de ſenteut.excommunic. in nouiſ.* Et hæc difficultas proponendi poteſt eſſe cauſa cur in Gallia, & Statu Veneto non ſic paſſim admictatur talis exceptio,vt dicit *Tiraq. de retract. conſang.§.1. gl.9. nu.282. Peregr.de Iure fiſci lib. 2. tit.11.ſub nu.15.in fine*.

25 Ampliatur *ſup.* poſita concluſio vt ſit adeo verum, quod excommunicatus non poteſt in iudicio admitti,vt ille non poſſit reconuenire,*tex.*eſt in *cap.cum inter de exception.licurtic. Bouer.in ſingular.*verb.*reconuentio nu.4.Nig.de except.cap.14 §.4.nu.9.Caroc.d.except.86.nu.10.Ricciull.d.cap. 31.num.2.*

26 Ampliatur 2. Quod neque in indicio manuteotionis poſſeſſionis poteſt ſtare *Rot. Roman.* apud *Ludouiſ. dec.64.* vbi *Additio* deciſum refert *Marcheſan.de Commiſſar. tom.3.fol.353.Ricciull. d.lib.4.cap.31.nu.22.Rot.dec.275.nu.3.*impreſſa per *Farinac.*poſt *ſecundum lib.Conſil. & dec.614. nu.2.p.2.in recentior.eadem Rot.*poſt *Tract.Poſt.de manut.dec.641.nu.9.Poſt.de manut.obſ.68. nu.19. & ſeqq.*vbi refert plures *DD. & deciſ.Rotæ* io terminis excommunicationis ob recurſum habitum à Clerico ad iudices laicos,vbi *num.21.* exendit etiam quod recurſum habuerit eius procurator, quia praſumitur feciſſe de mandato Principalis. Nec excommunicatus agit poſſeſſorio reſtitutorio poſt alios *Ricciull.ſup.num.19.*vbi *num.20.& 21.*Limitat in cauſa matrimoniali, & beneficiali & in excommunicatione procurata, & hæc exceptio competit tam io iudicio petitorio, quam poſſeſſorio *Lancell.de attent.par.3. cap.24. qu.3. in princ.*

27 Ampliatur 3.etiam in iudicio mercatorum, in quo licet procedatur de bono, & æquo, hæc tamen exceptio ooo tantum concernit ius partis merum,ſed ius quoq;publicum *Felin.in cap.intelleximus de iudic.* & in *cap. exceptionem extra de exception.*

18 Ampliatur 4. Vt hæc exceptio opponi poſſit, non obſtante lapſu termini ad opponeudas omnes exceptiones per *tex.in clem.vnic.de exceptione. Ricciull.de iure perſon.lib.4.cap.31.a num.27.*

19 Imò ſi ſpecifice terminus datus ſit ad opponendam dictam exceptionem, adhuc opponi poteſt lapſu termini oon obſtante ſecundum *gloſ.pen.d. Clementinæ vnica Felin.in d.cap.exceptionem num. 13.Barboſ.in cap.1.nu.11.de except.in 6.*

20 Amplia 5.etiam volente reo conuento, cum hoc ſit introductum fauore publico,cui per partes renunciari non poteſt *cap. exceptionem de except.Galleſ.de obligat.Camer.qu.17. nu.5. Nig.de except.cap.14.§.4. num.11. Poſt.de manut. obſ.68. num.24.*

21 Amplia 6.etiam vbi actio excommunicati eſt peritura ſi non curat interim abſolui *Felin. in c. ſignificauerunt de except.nu.14. Nig.vbi ſup.nu.4. Surd.de alim.tit.8.priuil.83.nu.11.Caroc.d.except. 86.nu.8.*

22 Ampl.7. Vt nec etiam in teſtem excommunicatus recipiatur per *tex.in cap. decernimus de ſent.excommun.in 6.cap.veniens il 2. in fin. de teſtib.cap.licet de Sententia excomm. in 6. Seraphin. dec.244.nu.2.Carrer.in tract.de heretic. num.143. Maſcard.*late *concluſ.705.*vbi poſitæ ſunt ampliat limit.*Farinac.qu.56.art.7.Ricciull.de perſon.extra gremi.exiſt.lib.4.cap.31.nu.14.*

23 Ampl.8.Vt nec poſſit donationem petere inſinuari,aut bonorum poſſeſſionem agnoſcere *Ricciull.ibid.nu.23.*

24 Ampl. 9. Vt poſſit opponi talis exceptio etiā ab illo qui iurauit illam non opponere non obſtante iuramento,ea ratione, quia talis oppoſitio non concernit ius partis,ſed publicum, cui per partes non poteſt renunciari *gl. in clem. vnic.de except.Ricciull.*poſt alios *nu.28.*

25 Ampl.10. Vt ſi excommunicatus fuerit admiſſus ad agendum de facto non obſtante exceptione oppoſita proceſſus eſt nullus, adeò vt nec valeat ad interrumpendam præſcriptionem *Ricciull.num.31.*

26 Ampl.11. Vt excommunicatus neq; per procurarorem comparere poſſit, & ſic etiam ille repellitur *Bal.in cap.intelleximus nu.1.& 2.de iudic. Caroc.d.except.86. nu.9.Magon.dec.Lucen.71.nu. 3. Capell.Tholoſ. deciſ.389. Maria* verſ. *excommunicatio cap. 44.* latiſſimè *Carolus de Graſſ. de except. except. 4. num. 12.* cum perſona procuratoris conſideretur à perſona conſtituentis *clem.penul.de procur.Magon.vbi ſup.nu.4.Gelin.de procur.p.1.cap.3.nu.32. & 33.* Imo ſi quis oon excommunicatus compareat per procuratorem, & deinde ſuperueniat principali excommunicatio, ſtatim repellitur dictus procurator *Cappell. Tholoſ.dec.385.Aufr.ad Cappell.deciſ.143. Borell. in ſumma tom.1.tit.66.nu.18.* Imo excommunicatio procuratoris,vel tutoris,aut Curatoris inualidat iudicium factum pro principali *Granat.ad Veſtr.lib.7.cap.1.nu.26.Carau.in rit.236.num.20.* poſt alios *Caroc.d.except.86. num.7.* diximus *in princip.*

27 Ampliatur 12. Vt non poſſit petere,quod exequatur ſententia lata ad eius fauorem ante excommunicationem, etiam ſi illa traoſiuiſſet in rem iudicatam *Guid.Pap.dec.215.num.5.Aſin.in praxi §.31.cap.2.lim.17.Lancell.de attent.p.3.cap. 24.nu.6.Ricciull.d.lib.4.cap.34. nu.9. Nig.de except.cap.14.§.4.nu.5. & 10.* & exceptione excōmunicationis oppoſita retardatur executio ſententiæ *Nig.d.c.14.nu.1.& ſeqq.*vbi late materiam agit & §.1.

28 Am-

28 Ampliatur 13. Vt hic nec coram executore comparere valeat *gl.in cap.3.de except.in 6.*verb. *executionem,*& ibi *Gem.num.6. Rot.Rom.apud Ricciull.lib.4.cap.31.nu.17.Barboſ.in d.cap.1. nu 16. Poſt.de manut.obſ.68. num.22. Caroc. d.except.86. num.16.*

29 Ampliatur 14: Vt nec poſſit petere legitimari ſuam perſooam in contradictorio iudicio *Ricciull.de perſon.lib.4.cap.31.nu.22.*

30 An Iudicium factum cum excommunicato abſque eo quod talis exceptio fuerit oppoſita, ſit validum DD.non conueniunt. Nam quod non ſit validum,videtur dicendum, ex eo quia per *tex.in d.cap. poſt ceſſionem de procurat.* excommuoicatus noo poteſt eſſe io iudicio,igitur ſi comparet nulliter comparet , nam verbum *non poteſt* importat neceſſitatem *cap.1.* vbi *gl.de reg. iuris in 6.Perott. conſ.27.an.10.vol.2.Rolan.conſ.20. nu.40. vol.1. Conſ.Marcian.conſ.1.na.108.vol.1.* Sed quod ſit
31 validum commuoior , & verior eſt opinio per *tex.in cap.1.de except.in 6. Vant.hic nu.58.* verſ. *ad ſunt Mareſcott.lib.2.cap.41. nu.3. Poat.de ſpol. lib.3.cap.2.ſub n.2. Amat.Rodrig.*hiſpanus in practico Tractatu *de modo vid.proceſſ. cap.2. num.52. Rot. in antiqu. deciſ.27. de reſcript. Peregr. de Iure fiſci lib.2.tit.11.an.17.Contard.in l. diffamari cap.4.nu.82.Cald.de reſolut.emphy.cap.17.n.10.* verſ.*infero* 24.*Ricciull.de Iure perſonar.lib.4.c.31. nu:36.*vbi id procedere dicit,ſiue in cauſa ciuili, ſeu criminali, & *num.37.* extendit etiam quando excommunicarus eſſet publicus,& ſiuè iudicium ſit ventilatum cum perſona excommunicati, ſiue cum eius procuratore *Rota poſt.2.vel.conſil.Farinac.dec.167.an.3.4.Poſt.de manut.obſ.68.num.22. Caroc.d.except.86.na.31.* ratio eſt , quia hæc exceptio eſt introducta in odium ipſorum excommunicatorum, ne audiantur in iudicijs,adhoc vt tedio affecti reſipiſcunt , & in fauorem litigantiũ cum eis, igitur quis poteſt ſuo fauori renunciare *l.cum pater §.libertis ff.de leg.2. cum concord. apud Vaz axiomat.iur.lit.F.na.118.*

32 Quod procedit ſiue verſemur in cauſa ciuili , ſiue criminali *Bal.in cap.at ſi clerici nu.9. de iudic.Ricciull.d.cap.31.num.35.*verſ. *quod procedit.* Etiam ſi excommunicatus ſit publicus,nam nihilominus requiritur oppoſitio *gloſ. in cap.1.* verſ.*ſi vero poſtmodum* verb.*aurataris de except.*poſt alios *Ricciull.n.35.*Etiam ſi iudicium ſit ventilatum cũ perſona excommunicati,ſiue eius procuratore, & etiam ſi ſit factum iudicium cum procuratore excommuoicato poſt conſtitutionem in ſui perſonam factam , nam etiam requiritur oppoſitio *Rota apud Creſcent.dec.12. nu.4.Ricciull. ibid.nu.38.* Secus ſi tempore conſtitutionis procurator eſſet excommunicatus , nam tunc iudicium eſſet nullum ipſo iure etiam ſi excommunicatio non eſſet publica , & oppoſitio facta non fuiſſet *Creſcent.ibid.nu.5.*de qua re cogitandum.

33 In multis tamen caſibus excommunicatus in iudicio admittitur.Primo Vbi excommunicatus, io iudicio fuiſſet reus neceſſarius , quia tunc quæ vis inhabilitas eum non repellit à iudicio,vt notat *Scacc.de Iudic.lib.2.cap.2.num.163. & cap.9. nu.1024.& in tract.de Cambijs gl.5.nu.42.per tex. in cap.cum inter de except. & cap.dilecti de except.* vbi *Conzal.& Barboſ. Virgil. de legit.perſon. c.34. nu.34.*& poteſt excipere *Rot. penes Cenc. de cenſib.dec.20.nu.2.Caroc. d.except.86. nu.26.* ea ratione , quia reus neceſſarius quamuis ſit inhabilis,debet cum inhabilitate audiri, nam neceſſitas non habet legem,& implicaret contradictionem, quod vocaretur ad ſe defendendum , & denegata ei defenſione poſſit condemnari, & quod excommunicatus in iudicio ſtare poſſit ſe defendendo *Mareſcott.d.cap.41.nu.1.lib.2. P.Molfeſ.ſuper cõſuet.Neap.p.4.qu.49.num.26. tom.1. Contard.in l. diffamari ampl.15.nu.104.Carau.in rit.236.n.20. Goſſ.in ſumma tit.de procur.na.8.15.Colin.de procur.p.1.cap.3.nu.29.Mund.de diffam.in proem.nu. 67.Reg.Sanfel.dec.55.Ricciull.de iure perſon.lib.4. c.35.* vbi dicit poſſe admitti ſi comparet tamquã tertius poſſidens , ſecus ſi non poſſideat, niſi ex proceſſu aliquod fieret præiudicium . Et *cap.33.* vbi ſecus eſſe dicit io reo voluntario .

34 Et in reo voluntario habemus,quod licet quãdo actor oblato libello negligit proſequi cauſã, poſſit reus inſtare contrà actorem,vt cauſa expediatur *auth.qui ſemel C.quomod.& quand Iud.*Hoc tamen facere non poteſt excommunicatus quia adhoc nullà neceſſitate vigetur *Felin. in cap.cum inter ſub na.10.de except.*vbi per Rotam deciſum refert , contra tamen verius tenent plures citati per *Ricciull.ibid.nu.7.& ſeqq.*per *tex.in d.cap.cum inter §.porro de except.* vbi hoc intelligit ſi excõmunicatus non contemnit abſolui , alias ſecus . Habemus etiam quod non poteſt principaliter proponere querelam inofficioſi teſtamenti *ex Bal.in d. cap.cum inter nu.10.* Nec excipere de non numerata pecunia *ex Bal.ibid.Ricciull.d.cap. 33.num.10.*

35 Io reo neceſſario poteſt ille opponere exceptionem non num.pecuniæ , & rei non traditæ, quia hoc reſpicit defenſionem dummodo proponatur excipiendo *Ricciull.ibid. nu.11.* per eãdé rationem poteſt excipere de pacto de non petẽdo, de ſolutione, præſcriptione , exceptione rei iudicatæ.Poteſt recuſare iudicem,poteſt excipere de non tuto acceſſu , de fori declinatoria, quod Iudex deſtinatus degat vltra duas dietas , exceptionem feriarum proponere, excipere de nullitate *Ricciull. d.cap.33.nu.13.* Et *cap.36.* dicit poſſe petere reuocari immiſſionem paſſam io contumaciam , ſi veniat vt reus principaliter , nempe vti citatus per prius , ſecus ſi veniat principaliter petens retractari immiſſionem tamquã non legitimè factam .

36 2.In excommunicato proſequente appellationem ſecundum *Butr. in cap.ſignificauerunt num.9. de exception.*vbi ſic diſtinguit. Aut excommunicatus eſt reus io principali , & appellatus quia obtinuit,& tunc auditur , quia defenſor , & reus eſt,idem eſt ſi ſit reus originarius , & appellatus quia tunc etiam eſt defenſor. Aut eſt actor originarius,& appellatus , & tunc non auditur ſi agat pro confirmatione , vel executione Sententiæ *Alex.conſ.103.nu.8.vol.5.Golia.de procur.p.1. c.3. nu.30.Nig.d.cap.14.§.4.nu.21. Virgil.d.cap.34. num.32.Reg.Sanfel.d. dec.55.* idem eſſe in reductione ad arbitrium boni viri *Ricciull. cap.34. num.4.*

37 3.Vbi

Digitized by Google

37 3. Vbi agitur de periculo animæ, nam tunc officio iodicis auditur *gl. in cap. quoniam* verb. *vxores* 11.*q.*3.*Caroc.d.except.*86. *num.*23. poſt alios *Nig.d.cap.*14.§.4.*nu.*14.vbi *nu.*2. limitat ſi poſſit curare, vt abſoluatur ab excommunicatione, & non curat abſolui, nam non auditur poſt *Felin.in cap.ſignificauerunt de except. nu.*14.*verſ.ad idem & in cap.cum inter eadem tit.nu.*16.*Ricciull. de iure perſon.d.lib.*4.*c.*32.

38 4. Vbi agitur de nullitate ſententiæ excommunicationis *Hoſt.c.ſignificauerunt* 11. *de except. nu.*2.*verſ.& idem*, quando poſſit dicere de nullitate ſententiæ diximus *in rub.*4.*q.*7.

39 5. In Cauſa Spolij *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.*1.*nu.*323.*&* 325.*Virgil.d.cap.*34.*num.*35. Vel ſi agat ad reſtitutionem vxoris *Pontan. de ſpol.lib.*3.*cap.*2.*nu.*4.*Sanchez de matrim. lib.*9.*diſp.*15.*nu.*24.*Ricciull.d.cap.*32.*num.*4. *Caroc.d.except.*86.*nu.*29. poteſt opponere compenſationem quæ ſit ipſo iure, ſecus aliam, niſi debitor confiteatur *Ricciull.d.l.*4.*cap.*34.

40 6. Vt communitas poſſit comparere, licet particulares prætenderentur excommunicati, vt per *Rotam Rom.* deciſum refert *Poſt. de manut. obſ.*68. *num.*27. Sed excommunicato Prælato an poſſint agere pro Eccleſia cæteri miniſtri diſtinguendi ſunt tres caſus. Primus quando ſumus in Miniſtris qui agunt nomine Prælati, & ſunt Sindici, & iſti non poſſunt agere, quia ſi repellitur Prælatus, ergo conſtitutus ab eo. 2. ſi ſumus in illis, qui licet conſtituantur à Prælato recipiunt poteſtatem a lege, prout eſſe ſolent Oeconomus, Viſitator, & alij officiales perpetui, & tunc ſi conſtituens erat excommunicatus tempore conſtitutionis conſtitutus non poteſt agere, quia conſtitutio fuit nulla à princ. ſi ſuperuenit ſecus 3. Quando Miniſtri conſtituuntur à Superiore de conſenſu, vel citrà conſenſum Prælati, vt eſt Coadiutor, & ille poteſt agere *Ricciull.c.*27.

41 7. Vt excommunicatio cedentis non noceat ceſſionario, & ſucceſſori *Galleſ. de obligat.Camer.qu.*32.*nu.*3.4. Niſi ceſſionarius ageret actione directa nomine cedentis *Ricciull. de iure perſon.lib.*4. *cap.*29. vbi materiam declarat *Olea de ceſſione iurium tit.*6.*qu.*11.*nu.*52.

42 8. Vt exceptio hæc non impediat petitionem reuocationis attentatorum *Rip. in l.naturaliter §. nihil commune nu.*66.87.*ff.de acquir. poſſeſſ. Lancell.de attent.p.*2. *cap.*12. *ampl.*23.*& p.*3. *cap.*24. *qu.*3.*nu.*10. poſt alios *Rota Rom. dec.*641. *nu.*14. vbi *num.*15. ponit rationem quia Iudex videtur potius procedere ad vindictam læſæ Maieſtatis Iudicij, quam ad commodum partis petentis reuocationem *Caroc.d.except.*86.*nu.*21. vbi *nu.*22. dicit hoc verum in excommunicatione minori, ſecus maiori *Ricciull.d.cap.*32.*nu.*21.

43 9. In Interdicto, nam illud minus eſt, quam excommunicatio minor, ideo interdictus poteſt omnia, quæ excommunicatione minori ligatus, poſſet *Petrus de Senis conſ.*147.*verſ.interdicti vero Tuſc. conclus.*435. *in fine lit.E. Virgil. vbi ſup. nu.*33.*Ricciull.d.cap.*32.*nu.*26.vbi *nu.*27. limitat ſi vellet agere pro beneficio, à quo eſt ſuſpenſus.

44 10. In Capiente debitorem fugitiuum, & iurando eum ſuſpectum, & capi faciendo *Felin.in cap.cum inter col.*10. *lim.*2. *de except. in cap.dilectus* 4.*fall.de reſcript.Surd.de alim.tit.*8. *priuil.*83. *nu.*8.*Vin.dec.*99.*nu.*13.*Caroc.d.except.*86.*nu.*24. vbi *num.*27. dicit etiam in cauſa eſtremæ famis, nam tunc pro alimentis agere poteſt *Franc. Marc.deciſ.*888.*num.*28. *Couar.lib.*3.*var.cap.*13. *Ricciull.d.cap.*32.*nu.*11.*&* 14.& *num.*16. limitat vt mulier excommunicata poſſit agere ad dotem ob periculum illius amiſſionis.

45 11. Si ſit obtempta, & producta abſolutio in actis, nam ceſſat impedimentum ceſſante cauſa illius *Pont.de Spol.lib.*3.*cap.*2.*n.*5. *Ro. poſt* 2.*vol. conſil.Farinac.dec.*179.*nu.*3.*Rot.recent. dec.*514. *in fin.p.*2.*Cocc.dec.*425.*nu.*3.*Poſt.de manut.d.obſ.*68.*num.*29.

46 Et in caſu, quo poſſit ſtare in iudicio ſe defendendo *DD.* non conueniunt ſi poſſit comparere per ſe ipſum, vel cogatur conſtituere procuratorem, nam quod poſſit per ſe ipſum comparere dicit *gl.in d. cap.intelleximus de iudic. Abb.Panorm. in cap.fin.de procur.Turzan.in commun. opin.*126. Verum quod non poſſit, & cogi poſſit conſtituere procuratorem tutior eſt opinio, ex *cap.intelleximus de iudic.* vbi *Barboſ. & Gonzal.* quam laudant plures relati, & ſequuti per *Borell.in ſumma dec. tit.*66.*nu.*15.*&* 17.*tom.*1.*Grauat. ad Veſt.in praxi lib.*7.*c.*1.*nu.*22.*& ſeqq.Gclin.de proc.p.*1.*cap.*3. *nu.*28. latè *Ricciull.d.lib.*4.*cap.*37. vbi comprobat & reſpondet contrarijs, limitat tamen *nu.*12. in locis vbi non reperitur procurator ſaltim idoneus, vel vbi requiritur de neceſſitate induſtria principalis, in cauſa criminali, in caſu quo per egeſtatem non poſſet habere procuratorem, & in omni caſu, quo videret Iudex excommunicatum debere comparere perſonaliter pro ſua vtilitate.

47 Sic ſi pendeat lis ſuper eo, an conſtet, nec ne de recurſu, & de excommunicatione, tunc non impeditur quis comparere *Rota poſt* 2. *vol. conſ. Farinac.dec.*479. *nu.*8. Vel non conſtet euidenter de excommunicatione, ſed ſit dubia, nam tunc iſta exceptio tamquam requirens altiorem indaginem non admittitur *Pont.de ſpol.lib.*3.*cap.*2.*nu.*2.*Rota Rom.poſt tract.Poſt.de manut.dec.*240.*nu.*2. & ita *Poſt.de manut.obſ.*68. *nu.*26. intelligit *Menoch.de retin remed.vl.ſub nu.*43. *& Roder. de annuis reddit.lib.*1.*qu.*17.*nu.*54.*verſ.vl.* Et excommunicatus debet eſſe notorius, ſecus ſi non ſit notorius *Vgolin.de Cenſuris cap.*15. §.7. poſt alios *Caroc.d.except.*86.*nu.*17.18. Et in dubbio præſumitur excommunicatus excommunicatione minori *Caroc. ibi nu.*19. Vide *nu.*91.

48 Non eſt tamen omittendum, quod excommunicatus quamuis in iudicio eſſe non poſſit, poteſt tamen multa facere, quæ ſunt facti, & extra iudicialia, licet peccet mortaliter. Primo Acceptat beneficium ſibi collatum ante excommunicationem *Zerola in praxi* verb. *beneficium* §.6. *dub.*3. & verb. *excommunicationis Cauſa formalis* §. *dub. Ricciull de iure perſon.lib.*4. *cap.*10. ea ratione quia acceptatio eſt facti. Quamuis quod non poſſit obtinere Eccleſiaſtica beneficia dicat poſt mille, cum 29. ampliationibus *Ricciul. d.lib.*4.
49 *cap.*6. Præſentat ad ius patronatus, ſi eſt laycus, & tenet præſentatio *Zerol. vbi ſup.* licet contra-

rium teneat *Ricciull.de perſon.extra gremium exiſt.*
*lib.4.cap.4.nu.4.& ſeqq.*Contrahit matrimonium
50 *cap. ſignificaſti de eo qui duxit eam , quam polluit*
per adult.Ricciull.d.lib.4.cap.41.num.3.4. & cap.
57.nu.10.Olea de ceſſ.Iurium tit.6.qu.11.num.50.
51 Facit profeſſionem in religione *cap. cum illorum*
72.§.quid ſi clauſtralis de ſent excommun.Couar.de
Sponſal.2.p. cap.6. num.3. Alter de cenſuris lib.2.
diſp.7.cap.1. poſt alios *Ricciull. lib.4. cap.41. &*
*& cap.57.nu.12.Olea d.nu.50.*Poteſt fieri Mona-
52 chus *Zerola vbi ſup.Ricciull.vbi ſup.*Poteſt cape-
53 re poſſeſſionem beneficij *Sylua in tract de benefic.*
*p.3.qu.4.nu.12.& 15.*contra *Ricciull.d. c.6.* Po-
54 teſt confiteri ſua peccata,& valet confeſſio *Na-*
uar.in cap.9.nu.3.Scotus 4.Sententiar.diſt.22. q.1.
art.1. Armilla in ſumma verb. *abſolutio num.5.* &
verb. *confeſſio num.11.Caiet.in Summa* verb.*abſolu-*
55 *tio 3.*Emit,& vendit *Couar.in c.alma mater 1.p.§.*
1.nu.9.Zerol.vbi ſup.Spin.de teſtam. gl.11. nu.67.
in rubr. Alter. de cenſuris diſp.16. 2.diſſ.4. cap.1.
verſ.*probabilior Rot.deciſ.5.ſub tit.de conceſſ.præb.*
nu.1.Ricciull.lib.4. de iure perſonar. c.57. num.8.
56 verſ.*contraria* . Impetrat pro alio reſcriptum
Gomez in cap.1.nu.34.de reſcriptis lib.6.Acbill.de
*Graſſ.dec.2.de Sententia excommunicat.*Etiam pro
57 ſe quando eſt carceratus *Gomez vbi ſup. num.49.*
58 vide *infrà* . Poteſt conſtituere procuratorem ad
negotia *Gomez in cap.ſi annum nu.26. de Iudicijs*
59 *lib.6.*Audire poteſt concionem in Eccleſia *Abb.*
in cap.reſponſo nu.2.& 3.de ſent.excommunicat.

60 Poteſt facere quidquid eſt facti , etiam ſuper Spiritualibus *Io:de Sylua in tract. de benefic. p.3. qu.4.nu.15.22. & 24. Hoſtienſ.in ſumma tit.de reſcript.§.ſi quis impetrare nu.5.Felin.in cap.fin.de exception.Rot.Rom. dec.9. in antiquis Imol.in cap. intelleximus de iudeijs Nauar. in cap. non dicatis 12.qu.1.nu.57.*verſ. *addo 12.*

61 Quod excommunicatus poſſit contrahere eſt *tex.in cap.fœlicis § verum de pœnis in 6.*tenet *Abb. in cap. veritas nu.33.de dolo,& contumacia,& in cap.ad probandum* vbi *Felin.de re iudic.Sylua in tract.de benef. p.3.qu.4. Alfonſ.a Caſtro in tra.I. de poteſt.leg.pænal.lib.2. cap.vl. Couar. in 1.p.cap. alma mater §.1. nu.1.9. de Sentent.excommunicat. Dec.in cap.cum parati nu.2.de appell.Barboſ.in cap. fœlicis nu.31.de poenis in 6.Carp.de execut.teſtam. lib.1.cap.9.nu.43.Anguian.de legib. lib.1. contr.6. nu.63.*poſt hos,& alios *Olea de Ceſſ. Iur. tit.6.qu. 11.nu.49.*

62 Super patrimonialibus, Non tamen nomine ſuæ dignitatis , vel prælaturæ,aut officij publici, vt tenet *Rebuff. in cap. poſtulaſti de clerico excommunic.nu.40.Gabriel.in 4.ſententi.diſt.18.qu.2.art. 3.Suar.de cenſuris lib.2.cap.1.fol.209.* verſ.*ſecunda cauſa Ricciull.d.cap.57.nu.15.*ea ratione,quia per excommunicationem, quis priuatur adminiſtratione,& dignitate *cap.nullus 3.q.4.*non autem priuatur dominio rerum propriarum *c. quoniam multos 11. qu.3. c.inter alia de ſent.excommun.cap. veritatis de dolo, & contumac.* Nec vt procurator
63 alterius,ſi tempore,quo ſuſcepit officium procuratoris erat excommunicatus *Abb. in d.cap.veritatis nu.34.Imol.in cap.poſt ceſſionem nu.34.& ibi Felin.nu.20.de probat.Creſcent.deciſ.12. de procu. Ricciull.d.cap.57.*vbi *alias* limitat .

64 Poteſt donare per *tex.in cap.inter dilectos* cum ibi traditis *de donat.Abb.in cap. veritatis ſub num. 35.de dolo,& contumac.Suarez tom.5.diſp.15.ſect. 8.ſub nu.8.*verſ.*item donatio Viu.deciſ.96. num.1. Ricciull.lib.4.cap.57.nu.14.Olea de ceſſ. Iurium tit. 6.qu.11.nu.49.*vbi dicit excommunicatum poſſe
65 cedere . Poteſt baptizare in cauſa neceſſitatis *c. nullus de conſecrat.gl.in cap.paſtoralis §.præterea de offic.ordinarij* .

66 Habet teſtamenti factionem actiuè , & paſſiuè *Felin. in cap. cum voluntate Gemin. & Io:Andreas in cap.decernimus de Sentent.excommunic.in 6.Bal. in l.1.C.de hæred. inſtituendis Peregr. de iure fiſci lib.3.tit.9.num.34.Maranta in l.ſi poteſt ff.de acquir.hæredit.nu.29.Ricciull.*ſecundum magis communem opinionem *lib.4.de perſonis cap.58.& 59. Gomez.in l.3.Tauri nu.15. Clar.§.teſtamentum nu. 24 Spin.in ſpec.teſtamen.rul.f.12. Rip.in tract.de actis in art.mortis cap.20. Nouar. de priuil.miſerab. perſon.priuil.167.*vbi *nu.3.*non habere difficultatem fauore miſerabilium perſonarum, & ſic deciſum refert , & ſic vna vice electi arbitri laudauimus *ego* & *D.Carolus de Lellis*, non tam maiorum ſplendore clarus , quam proprijs virtutibus , & ſumma,qua refertur eruditione Clarior,cum quo ſola ſui nominis fama vna inſimul allecti fuimus in Celeberrimis Academijs Appatiſtarum Ciuitatis Florentiæ,& Anxioſorum Eugubij .

67 Quæ concluſio non procedit in excommunicato pro hæreſi,vel in receptante hæreticos , qui ſi per annum perſeuerat, efficitur infamis , & inteſtabilis actiuè, & paſſiuè *cap.excommunicatus §. credentes extrà de hæreticis* , propter iniuriam illatã Cardinali,in excommunicato propter vſuras , in committente crimen propter quod fit inteſtabilis, *Virgil.d.cap.34.num.36. & ſeqq.duſr.ad Capell.Tholoſ.dec.143.Ricciull. d.cap.58. num.18.& ſeqq.*vbi ponit alios caſus vbi *num.27.* dicit, per ſubſequentem abſolutionem reconualeſcere teſtamentum,ex tali cauſa nullum .

68 An poſſit impetrare reſcriptum DD. diſcordant,tamen regula eſt , quod non poteſt,& ſi impetretur proceſſus inde ſequutus eſt ipſo iure nullus,niſi in cauſa excommunicationis , vel appellationis *cap.1. de reſcript. in 6.* vbi *Barboſ.& alij Felin. in cap. dilectus filius nu.11. de procurat. Viu.dec.96. num.1. Fr.Emanuel.in explicat. Bullæ Cruciat in add.§.1.nu.10.Ricc.collect.1184.Ald. ad Xuar.alleg.13.nu.12.p.2. Ricciull.de iure perſon.lib.4.cap.38. & ſeqq.* Etiam ſi excommunica-
69 tus ſit occultus *Ricciull.d.c.38. nu.8.* contra di-
70 ximus *ſup.* Etiam ſi ſit in cauſa indiuidua,nam
etiam quo ad ſocium non excommunicatum reſcriptum eſt nullum, in cauſa verò diuidua ſi impetratio ſimul cum excommunicato eſt facta ignoranter,vitiabitur pro parte excommunicati , ſi vero ſcienter erit nulla ex parte vtriuſq; *Ricciull.d.cap.38.nu.15.*

71 Nec per procuratorem poteſt tale reſcriptum impetrare *cap.fin.de proc.Ricciull.d.cap.38. nu.2.* vbi *nu.3.* per *d.cap.fin.* extendit etiam ſi mandatum ſit datum ab excommunicato ratione officij publici , quod gerit in vniuerſitate,Et procedit
72 ſiue in reſcripto ad lites,ſiuè generaliter in quo
cumq;alio *Ricciull.d.cap.38.num.3.* Et in reſcri-

ptis

73 ptis Prælatorum inferiorum *Franch. in d.cap.1.*
de reſcript.in 6.nu.6.& 18.Alter. de cenſuris lib.2.
diſput.7.cap.1.q.1.Ricciull.cap.39. contra *Nauar.*
*conſ.28.*aliàs 44. *de cenſur. tom.5. diſp.17. ſect.1.*
ſub num.67.
74 Procedit etiam in reſcriptis impetratis à Prin-
cipe ſæculari,cum diſpoſitio *tex.in d.cap.1.de re-*
*ſcript.in 6.*diſponat generaliter *Nauar.d.28.*alias
44.nu.2.& 6.de ſent. excommun. Ricciull. d.lib.4.
cap.30,quamuis dubitet *Soar.d.ſect.1.num.3.*Tam
75 ſi reſcriptum ſit in petitorio , quam in poſſeſſo-
rio *Ricciull.d.lib.4.cap.38.num.16.* Tam ſi ipſe
76 excommunicatus impetret , quam ſi alius eius
nomine *Ricciull.d.cap.38.nu.7.* Etiam ſi pars cō-
77 traria conſenſiat tali impetrationi,cum illa pars
non poſſit facere habilem , qui eſt inhabilis au-
thoritate Papæ *Ricciull.d.cap.38.nu.6.*Et proce-
78 dit etiam ſi per reſcriptum concedatur indultus,
ſeu indulgentia motu proprio Principis *Ricciull.*
*d.cap.38.nu.13.*contra *Socc.cap.in ſacris nu.197.*
& ſeqq.de ſent.excommun. Imo tale reſcriptum nō
79 eſt habile ad inducendam litis pendentiam *Card.*
in clem.fin.q.4.vt lite pend.Ricciull.d.c.38. n.16.
80 Nec etiam valet ſi vigore talis reſcripti fera-
tur ſententia contra excommunicatum *Gemin. in*
d.cap.1.de reſcript.in 6.nu.23.Franc. nu.5.Alter.de
cenſuris tom.1.lib.2.diſp.7.cap.1. lit.E. Ricciull.d.
81 *cap.38.nu.18.* Nec ille poteſt præſentare reſcri-
ptum impetratum ante excommunicationem
Put.dec.128.lib.3. Alter d.lib.2. cap.1. q.5.Ricc.
d.cap.38. nu.20. ea ratione quia diſpoſitio *tex.d.*
*cap.1.de reſcript.in 6.*inualidat non ſolum reſcri-
ptum,ſed etiam proceſſum , cuius eſt pars reſcri-
pti præſentatio *c. quoniam contra de probat.* Nec
82 ſubſequuta abſolutio validat reſcriptum impe-
tratum ab excommunicato *Ricciull.d.cap.38.nu.*
*17.*contra *gl. in cap.prudentiam §.ſexto Cald. de*
poteſt.elig.c.10. num.40. Et nec excommunicatus
83 poteſt concordare de iudice , nec conuenire,
quod cauſa pro ipſo , vel contra ipſum commit-
tatur alicui , neque dare liſtam confidentium dū-
modo tamen ſit oppoſitum de tempore conuen-
tionis *Ricciull.d.cap.38. nu 9.* Et ſi reſcriptum
84 impetretur per procuratorem inquiſitionis pu-
blicæ vel priuatæ , nempe per eum, qui litteras
impetrauit ſuper inquiſitione facienda , & talis
promotor ſit excommunicatus , non poterit Iu-
dex vigore talis reſcripti formare proceſſum etiā
ex officio , quamuis excommunicatus præbuerit
in impetratione nullum miniſterium *gl. in d.cap.*
1.de except.in 6.verb.alio Anchar.ibid. nu.7.Butr.
nu.30.Crot.nu.77.& 79.Ricciull.d.c.38. num.10.
vbi dupliciter declarat.
85 Non tamen habet locum concluſio ſuprà fir-
mata in reſcriptis,quæ hodierno tēpore emanāt à
Sede Apoſtolica,nam cum in illis ex Curiæ ſtylo
ſoleat opponi abſolutio à cenſuris,illa quidem
operatur validitatem reſcripti , non obſtante ex-
communicatione *Couar. in cap.alma mater p.1.§.*
7.num.3.ad fin. Beer.dec.290.Rebuff.in prax.p.1.
tit.de forma nouæ prouiſ.num.1. & ſeqq. Ricciull.d.
*cap.38.nu.22.*Quod procedit ſolum in reſcriptis
impetratis à Papa,ſecus ab inferioribus ab illis,
cum illi non poſſint diſpenſare *d. tex. cap.1. de*
reſcript.in 6.Socc.d.c.ſacris. num 195. verſ.ſecus ſi
86 *fieret.*Nec procedit in caſibus , quibus excom-
municatus poteſt eſſe in iudicio, nam in illis po-
teſt etiam impetrare reſcriptum ex reg. *l. oratio*
*ff.de ſponſal.Ricc.d.c.38.nu.24.& ſeqq.*vbi *nu.32.*
idem eſſe dicit in actibus reſpicientibus legitima
87 defenſionem . Nec procedit quando excommu-
nicatio procedit ex dolo, & induſtria excommu-
nicantis *Ricciull.ibid.nu.40.* Nec procedit in re-
88 ſcripto,per quod impetratur,vt cauſa committa-
tur in Rota reſpectu proceſſus vſque ad ſenten-
tiam , dummodo diſtributio fiat ſimpliciter per
Vicecancellarium , & non apponantur in com-
miſſione aliqua verba, per quæ videatur velle fa-
cere illum delegatum etiam quoad cognitionem
Gemin.d.cap.1.de except.in 6.nu.18.Crot. num.39.
Rota dec.13.num.2.de offic.deleg.in nou.Ricciul.d.
cap.38. nu.42. & ſeqq. Nec procedit in impetra-
89 tione facta ſuper conſequutiuis cauſæ principa-
lis,vt per *Gemin.vbi ſup.nu.8. Socc.in d.cap.ſa-*
cris nu.191. in fine quamuis contra teneant *An-*
char.in d.cap.1.de except.nu.5. Butr.nu.21.Franc.
*nu.15.& Crot.num.42.& ſeqq.*Nec procedit in
90 excommunicato poſt appellationem legitimam,
nam is pendente articulo appellationis poteſt
impetrare reſcriptum,licet interim non poſſit il-
lo vti tanquam actor *Gem.in d.cap.nu.15.*vbi ſub-
dit dicti reſcripti validitatem pendere à futuro
euentu *Socc.d.cap.ſacris.nu.228. Ricciull.d.c.38.*
num.51.
91 Nec procedit in excommunicato excommu-
nicatione minori , quia *tex.d.c.1.de except.in 6.*
loquitur de excommunicatione ſimpliciter , quo
caſu intelligitur de maiori iuxtà *tex. in cap.gen.*
& ibi *not.de ſent.excommun.* Ricciull. *d.c.38.num.*
56. Nec procedit in excommunicato ſub condi-
92 tione, nam pendente conditione poteſt validè
impetrare reſcriptum *Anchar. conſ.158. num.20.*
Vin.dec.65.ſub nu.1.Alter.de cenſuris tom.1.lib.2.
diſp.7.cap.1.verſ.quinto non extenditur Ricciull.d.
*cap.38.nu.53.*Nec in gratijs conceſſis ab ordina-
93 rio , poſt plures *Garz. de benefic. par.7. cap.13.*
num.21.
94 Et reſcriptum impetratum ab excommunica-
to tempore excommunicationis non tenet , ſecus
ſi ſit impetratum ante, nam hoc caſu non inuali-
datur per excommunicationem ſuperuenientem,
bene tamen durante excommunicatione impedi-
tur vſus *Nauar.conſ.28.*alias 44.*nu.1. de ſent.ex-*
*commun.*ſequitur *Alter. de cenſuris d.diſp.7. cap.1.*
poſt qu.49.verſ.quod ſi reſcriptum.
95 Et vigore reſcripti ab excommunicato impe-
trati non poteſt idem excommunicatus reconue-
niri *Anchar.in d.cap.1.de except.in 6.num.6.verſ.*
conclude Butr.nu.24.Crot. nu.62. Quod procedit
ſi exceptio illa tendat contra reſcriptum, nempè
quia illud ſit impetratum tempore quo impetrās
erat excommunicatus,ſecus ſi tendat contra per-
ſonam , videlicet quia ſit impetratum antè excō-
municationem, quia tunc excommunicatus licet
nequeat conuenire, ex quo non poteſt agere,po-
teſt tamen conueniri *Anchar.d.cap.1. Gemin.num.*
*19.Crot.nu.63.*Intellige etiam caſu quo reus op-
poſuit exceptionem excommunicationis contrà
actorem,à quo fuit impetratum reſcriptum, & il-
le ſuccubuit, nam hoc caſu poterit actorem cō-

Digitized by Google

uenire coram iudice impetrato, cum exceptio ſit iam reprobata, vt declarant *Ancbar. ibid. num.6. Franch. nu.6. Crot. nu.66. Alter. de cenſuris d. diſp.7. cap.1. qu.4.*

96 Sed difficultas non leuis eſt, ſi poſſit eſſe in iudicio dum à ſententia excommunicationis pendet appellatio, vel ſimus pendente tempore ad appellandum ab illa? Et ratio dubitandi eſt quia pendente dicto tempore quidquid fit eſt attentatum, & appellatio reducit litem ad terminos litis conteſtatæ, vt probat *Scac. de appellat. qu.3. & alibi*, & ſic pendente appellatione non poteſt dici iudicatum, & ſententiatum, in terminis *Oſaſc. b. conſ.5.* quem ſequitur *Caroc. de except.86. num.28. Scac. ibid.*

97 In contrarium eſt veritas ipſa, quia appellatio in caſu noſtro non ſuſpendit ſententiam excommunicationis, vt late probauimus *in rub.5. q.17.* vbi poſuimus ampliationes, & limitationes addimus videndum *Virgil. de legit. perſon. cap.34. nu.68. & ſeqq. Riccull. de iure perſon. lib.4. c.63.*

98 Secus dicendum cenſemus ſi à ſententia excommunicationis diceretur de nullitate quia dictum remedium ſuſpenderet, nam ſi eſt prohibitū appellari ad finem ſuſpendendi non eſt prohibitū dici de nullitate, vt diximus *in rub.3. q.14. & alibi* ad materiam huius concluſionis eſt *Riccull. de iure perſon. lib.4. cap.1. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Periurus in iudicio non auditur, ampliationes, & limitationes, & à nu.12. ad nu.40.*

Periurus, an, & quando poſſit eſſe in iudicio?

QVÆSTIO XVII.

1 PEriurus in iudicio non auditur *c. paruuli* vbi *gloſ.* in verb. *Cauſa 22. qu.3. l. ſi quis maior* vbi *DD. C. de tranſaction. Specul. in tit. de actore num.16. Seraphin. de priuil. iurament. cap.vl. nu.10. Rot. apud Ludouiſ. dec.64. & apud Farinac. dec.701. lib.2. in recentior. Rolan. conſ.26. num.28. lib.3. Menochius conſ.24. nu.14. Maurit. Apicell. conſ.3. nu.21. Marcheſan de commiſſ. lib.3. §.1. fol.207.* incip. *fuit reſolutum Virgil. de legit. perſon. cap.29. nu.1. Idem Farinac. de falſit. & ſimulat. qu.160. Sperell. dec.25. nu.25. Rot. Rom.* poſt *Belbene de Iuramento dec.12. n.1. Del Caſtill. in tract. de iuram. tit. de periurio Ricc. in prax. abſolut. à iuram. reſol.191. tom.1. Bilolia de abſolut. à iuram. c.1. & ſeqq. Camar. reſp.11. lib.2.*

2 Amplia, vt quamuis peteret ſe manuteneri in poſſeſſione, in qua eſt, non auditur *Natta conſ.373. num.37.* deciſum refert *Ludouiſ. dec.64.* vbi *Additio Brunor. à Sole in compend. reſolut.* verb. *periurus Poſt. de manut. obſ.68. nu.5.* qui *nu.18.* limitat ſi quis veniat excipiendo, etiam ſi petat manuteneri, nam prima concluſio procedit ſi petat manuteneri voluntariè, & originaliter.

3 Amplia 2. etiam ſi fuerit obtempta ab eo abſolutio à iuramento, quia poſt incurſum periurii non ſuffragatur, niſi fuerit obtenta prius abſolutio à periurio incurſo *Federic. de Senis conſ.305. in fine Ancbar. conſ.198. nu.3.* verſ. *item aduertendum Alex. conſ.83. lib.5. & conſ.118. in fine lib.7. Paris conſ.10. nu.94. lib.1. Menoch. conſ.24. n.27. Afflict. dec.220.* verſ. *tertio Rot. deciſ.786. p.3. lib.3. Eadem Rot. apud Farinac. tom.2. in recentior. deciſ.701. nu.3.*

4 Eſt bene verum quod licet aliqui teneant quod abſolutio non debeat concedi poſt incurſum periurium *Maurit. Apicell. alleg.3. num.22.* poſt *Gagliard. de abſolut. à iurament. §.1. à nu.25. ad finem Vincent. de Anna alleg.83. nu.7. Zacch. ad Galleſ. de obligat. Camer. qu.25. Rota poſt 2. vol. conſ. Farin. dec.224. n.2. Rot. recent. dec.5. nu.3. p.2. Rota poſt Tract. Poſt. de manut. dec.424. nu.5.* poſt alios idem *Poſt. de manut. obſ.68. nu.14. & 15. Galterius pro aliquid. inſtrum. fol.140. nu.34. & 35. Mantica deciſ.267. Farinac. in repert. iudic. cap.40. num.17. Mancin. de relaxat. iuram. cap.20.* Etiam parte conſentiente *Galiup. in praxi p.2. cap.12. num.35. Viſcont. comclus. iur.* verb. *abſolutio Farinac. vbi ſup. nu.4. in fine addit. ad* Ricc. *reſol.191.* Tamen con-

5 traria opinio eſt verior, vt poſſit concedi, & conceſſio teneat, vt fundat poſt alios, teſtans etiam de praxi poſt *Card. Tuſc. lit. A. concluſ.62. num.36. Ricc. in praxi abſolut. à iuram. dec.342. Caſtill. dec.149. num.20.* dummodo abſolutio concedatur à Papa *Zacch. d. qu.25. Farinac. de falſit. qu.160. §. repellitur nu.181. & 185. Poſt. d. obſ.68. nu.16. Caſar. qq. Pereg. qu.46. nu.8. Magon. dec. Flor.22. Verall. dec.392. lib.1. Ludouic. dec. Peruſ 90. num.25. Fellon. dec. Gen.193. nu.12. Franc. Marc. dec.386. in fine vol.2. Borrell. in ſumma dec. tit.61. num.29.* quamuis ſufficere concedi ab Epiſcopis dicat *Caſtill.* poſt alios *loco cit. Genuenſ. cap.4.* Verum etiam in terminis primæ opinionis contrariæ ſi periurium eſſet incurſum non per dolum, ſed citrà dolum, tunc ad obtinendam abſolutionem requiratur citatio partis *Viſill. ad Aſp. dec.30. & 220. nu.14. Gagliard. §.1. nu.33.* poſt alios *Galter. fol.141. num.25. Genuenſ. in praxi Archiep. cap.4. Ricc. reſol.298. Mancin. de relaxat. iuram. cap.12.* quando requiritur citatio partis in abſolutione eſt Ricc. *reſol.290. Bilolia lib.1. cap.7. Mancin. d. cap.12. Mura dec.71. Andreol. contro.3. Viſcont.* verbo *abſolutio Gratian. diſcept.165.*

6 Amplia 3. Vt abſolutio a iuramento requiratur, licet iuramentum annulletur à ſtatuto, vt deciſum refert per Rotam *Rom. Ludouiſ. dec.64. nu.6. & 14.* Sic ſtatutum Vrbis iuramentum annullans ſtante læſione vltra tertiam, eſt intelligendū, quando adeſt ſententia pro læſione, vel conſtat euidenter de ea pariter deciſum refert, *idem Ludouiſ. d. dec.64. num.8.* Et ideo antè quam conſtet de læſione obſtat exceptio periurij *Gabriel. conſ.9. lib.2. Rota dec.104. nu.9. p.1. diuerſ. Pic. ad ſtatut. Vrbis gl.23. nu.22.* Idem dicendum vbi prætenditur nullum iuramentum ob defectum ſollẽnitatum requiſitarum à ſtatuto, vt firmatur *in d. deciſ.64. apud Ludouiſ.* & alias deciſum refert *add. ad Ludouiſ. d. nu.14. Sperell. dec.25. num.26. Gratian. diſcept.576. nu.21. & ſeqq.*

7 Amplia 4. Vt periurium impediat compromiſ-

miſſum fieri ſtante ſtatuto quod inter coniunctos cauſæ debeant compromitti, ea ratione quia exceptio, quæ impedit proceſſum, impedit etiam compromiſſum, vt notatur per *Bal. in l. fratris C. de tranſact. Corn. conſ. 90. vol. 1. Capic. dec. 66. n. 3.*

Amplia 5. Vt quot ſint iuramenta tot requirantur abſolutiones *Grat. conſ. 12. vol. 1. Vrſill. ad Afſl. dec. 30. nu. 6. Menoch. conſ. 24. nu. 15. Valaſc. dec. 30. ſub nu. 3. & dec. 220. Rol. a Valle conſ. 34. nu. 7. vol. 1. Natta conſ. 194. num. 6. vol. 1. Ricc. dec. 162. p. 1.* Et ſi eſſet facta habilitatio à iuramentis intelligitur de duobus tantum, & ſic ſi eſſet alia promiſſio cum iuramento obſtaret, & illa abſolutio non opitularetur *Soc. conſ. 59. vol. 3. Roman. conſ. 326. Vrſill. ad Afſl. dec. 220. num. 12. & ſeqq.* late *Galter. in praxi inſtrum. liquid. fol. 134. nu. 15. & ſeqq. Mancin. de relaxat. iuram. cap. 19. Mantica dec. 267. Gallup. in praxi S. C. p. 2. cap. 12. Ricc.* vbi *addit. reſol. 289.*

8 Amplia 6. quia non ſolum periurus repellitur ab agendo ſi hoc pars pecierit, ſed etiam ſi non petierit, ob aliquod impedimentum, quia poteſt Iudex ex ſuo officio talem periurum repellere, & non audire *Surd. conſ. 37. num. 2.* ſecundum *Ancharan. conſ. 370. Bolognett. conſ. 26.* verſ. *plus dico.*

9 Eſt benè verum hoc procedere, vbi pars fuit legitimè impedita, ſecus ſi non adeſſet impedimentum, & pars non excipit antè litem conteſtatam de periurio, nam tunc cenſetur exceptio periurij remiſſa *Crauett. conſ. 87. nu. 4. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. vlt. nu. 18. Addit. ad Iul. Clar. in §. periurium lit. D.* vbi allegat aliud *Conſ. Crauett. 199.* & ſic habetur iudicium interim factum eſſe validum *Ricc. reſol. 191. nu. 3. in praxi abſolut. à iuram. lib. 1.*

10 Verum quod exceptio periurij ſit peremptoria, & ſic quod poſſit opponi vſq; ad concluſionē in cauſa, ſeu vſq; ad ſententiam *Caſtr. conſ. 70. nu. 3. lib. 1. Aſin. in praxi §. 13. cap. 4. Farinac. tom. 2. deciſ. 224. nu. 3. Poſt. de manut. obſ. 68. num. 9.* Imo
11 etiam poſt ſententiam, ad impediendam illius executionem, ea ratione, quia omnis exceptio, quæ non impugnat iuſtitiam ſententiæ, quæ tranſierit in rem iudicatam, ſed tantum illam modificet ſeu limitat, & reſtringit, poteſt opponi poſt ſententiam *Bal. in l. 1. C. de Iuris, & fact. ignor. nu. 4.* verſ. *aut exceptio*, & exceptio periurij eſt propriè exceptio, nam ſolum tangit executionem ipſam *Maldonat. in Sylua reſponſor. lib. 2. reſp. 16. nu. 57.* verſ. *& primò* late *Nig. de except. cap. 15. in princ. nu. 27. & ſeqq.*

Licet dicat contrarium *Gurba conſ. 14. nu. 2.* quem ſequitur *Poſt. de manut. obſ. 68. nu. 9.* vt ſcil. exceptio periurij in actore iam admiſſo ad agēdum non ſit impedimentum ad actionem perſequendam, tamen prima optnio verior mihi videtur, & dubitat *loco cit. ipſe Gurba* cum referat contrarios *Anchar. & Muſcatell.*

12. Quæ concluſio, vt exceptio periurij poſſit opponi ad impediendam executionem ſententiæ ampliatur pluribus modis, totidemq; limitatur. Ampliatur Primo, etiam ſi agatur de executione ſententiæ, ſeu decreti Cameralis obligationis, vel alias paratam habentis executionem *Nig. de except. cap. 15. §. 1.*

13 2. Multo magis in ſententia lata ad fauorem mercatoris in Curia Mercatorū, quia inter ipſos agitur de bono, & ęquo *Maranta in ſpec. p. 6. memb. 9. nu. 36.*

14 3. Etiam ſi ageretur de ſententia lata in poſſeſſorio *Natta conſ. 373. nu. 37. & ſeqq.* fuit deciſum per *Rotam Rom. apud Ludouiſ. dec. 64. num. 2. & in add. lit. B.* vbi loquuntur de remedio manutenendæ *Pacifſc. de Saluian. inſpect. 2. cap. 2. n. 362.* vbi per eamdem *Rotam* deciſum refert *dec. 13. nu. 8. & dec. 92. nu. 2. Neuiz. conſ. 1. nu. 1.*

15 3. Etiam ſi de periurio excipiatur coram mixto executore, nam ille debet remittere cognitionem ad iudicem requirentem *Nig. d. cap. 15. nu. 36. & 37.*

16 4. Vt etiam procedat in reo, qui excipiendo ſit periurus *Anchar. conſ. 382. nu. 14. & ſeqq. Card. Tuſc. lit. P. concluſ. 296. nu. 3.* Contra *infra*

17 5. Præſertim ſi excipiatur de periurio, quod oritur ex iuramento litis deciſiuo *Nig. d. cap. 15. num. 45.*

18 6. Siuè excipiatur de periurio ab eo, cui fuit iuratum, ſiue ab illius hærede, ſi iuramentum rei cohæreat, non autem ſi ſit perſonale *rub. & toto tit. vt actiones ab hæred. l. hæredem ff. de reg. iur. Spec. de except. §. 4. nu. 46. Guid. Pap. dec. 414. n. 4.*

19 7. Etiam ſi adſit ſtatutum, quo reijciantur omnes exceptiones aduerſus rem iudicatam, nam non venit talis exceptio *Surd. conſ. 327. nu. 15. in fine.*

20 Primo. Limita ſi iuramentum ſit remiſſum ab eo, ad cuius fauorem illud fuit præſtitum, nam cum ſit præſtitum fauore hominis, cui iurata promiſſio acquiritur, remittente homine quamuis Deus vocetur in teſtem, commodum, & vtilitatē ſuam, Deus etiam, & ipſe remittit iuramentum *Abb. in cap. 1. de Iure iur. & in cap. 2. de ſponſal. nu. 3.* late *Nig. de except. d. cap. 15. §. 10.* vbi ampliat.

21 2. Parte non opponente de periurio in inſtātia pendente, ſeu coram Iudice executionis ſententiæ *Rota dec. 5. nu. 1. p. 2. recent. & dec. 701. nu. 1. p. 1. recent. Crauett. conſ. 199. num. 15.* verſ. *3. reſpondeo Seraph. de priuil. iuram. priuil. vl. num. 18. Add. ad Ludouiſ. dec. 64. num. 12. Menoch. conſ. 24. nu. 8.* Ea ratione quia licet pars nequeat periuriū remittere *Farinac. qu. 160. num. 185. & ſeqq. Rot. dec. 701. nu. 3. p. 1. Poſt. de manut. obſ. 68. num. 17. Afſl. dec. 36. num. 2.* poteſt tamen remittere exceptionem ſibi competentem *Sperell. dec. 25. nu. 27. & 28.* vbi dicit proceſſum factum interim ante oppoſitionem, valere.

22 3. Vrgente neceſſitate, dum non poteſt adiri Prælatus, qui abſoluat *cap. anteceſſor 11. q. 3. Abb. in cap. quanto 18. de iure iur. nu. 8.*

23 4. Vbi agitur de executione ſententiæ latæ in vim alterius contractus non iurati *Alex. in l. ſi quis maior num. 15. C. de tranſact. Natta conſ. 373. nu. 38. Mandoſ. ad Lap. alleg. 24.* verb. *illud* verſ. *aut quis Rom. ſing. 499. nu. 2.*

24 5. Vbi agitur de executione alterius ſententiæ, ob quam quis non fuit condemnatus *Dec. in cap. intellleximus nu. 80. de iudic.* ea ratione, quia periurus non repellitur ab agendo, ſeu limine iudicij, niſi in cauſa, in qua peierauit *Dec. cap. dilecti de except. nu. 9. Caroc. de iuram. lit. deciſ. qu. 1. qu.*

nume

nonæ princ. 20. Laderch. conſ. 143. nu. 4. Nig. de except. cap. 15. nu. 54.

25 6. Vbi Clericus, vel alius de populo agit pro defenſione ſuæ Eccleſiæ Felin. in cap. dilecti nu. 1. de except. Bal. in l. fin. C. qui ſatiſd. cogant. nu. 5.

26 7. Vbi agitur de executione ſententiæ latæ in contractu correlatiuo vbi inſtans pro executione, pariter non adimplemento facto eſt periurus cap. 3. in fin. de iur. iur. Crot. conſ. 400. nu. 19. cum paria delicta mutua conpenſatione tollantur, licet contra teneat Ancar. conſ. 382. num. 9. motus tex. l. apud Celſum §. Marcellus ff. de doli except.

27 8. Vbi excepit de periurio, qui non habet intereſſe in cauſa Felin. in cap. intelleximus de iudic. num. 7.

28 9. Vbi iuramentum non eſt obligatorium, putà quia deficiat vnus, vel omnes comites iuramenti, ſunt veritas, iuſtitia, & iudicium cap. aduertendum 22. quæſt. 2. cap. etſi Chriſtus de iure iur. alia exempla ponit Corn. de abſolut. forenſ. iur. p. 4. caſ. 1. & ſeqq. Bibolla eod. tract. videndus Nig. de except. d. cap. 15. per totum.

29 Limitatur ſup. poſita concluſio in princ. Primo quod ſi exceptio iuriſiurandi, vel periurij, requireret altiorem indaginem, tunc non impediretur proceſſus inchoari, nec lis conteſtari, ſed Iudex debet reſeruare ad merita Cauſæ, & procedere ad vlteriora lite conteſtata Bar. in l. nam & poſtea & ibi etiam Bal. & communiter DD. ff. de Iure iur. Idem Bar. in l. ſi quis C. de poſt. & in l. ille, à quo §. ſi de teſtamento, & ibi etiam Alex. & alij ff. ad Trebell. DD. in cap. cum contingat de offic. delegat. Paul. de Caſt. in l. cit prator la 2. in princ. ff. de iure iur. Aretin. conſ. 99. Gratus lib. 1. reſp. 15. num. 42. Farinac. de falſit. & ſimulat. qu. 160. §. repellitur n. 190. Poſt. de manut. obſ. 68. num. 10. Rot. poſt Zacch. ad ad Galleſ. de obligat. Camer. dec. 146. nu. 8. Caſtill. dec. 124. Vergil. de legit. perſon. in prælud. nu. 60. & ſeqq. & cap. 29. nu. 8. Cardinal. de iudic. lib. 1. tit. 2. diſp. 5. Gagliard. de abſolut. a iuram. §. 2. nu. 29.

30 Dicitur requiri altior indago ſecundum Bar. in l. is à quo in princ. ff. vt in poſſ. legat. & in l. quarta §. condemnatum, & ibi Alex. ff. de re iudic. Bald. Salyc. & alij in l. 2. C. de edicto D. Adrian. toll. Maranta in Specul. p. 6. verſ. Aduertatur circa exceptiones propoſitas, nu. 16. quando exceptiones non ſūt liquidæ, nec de facili poſſunt liquidari Afſl. dec. 63. de Iure noſtri regni Neapol. eſt facta prouiſio circa has exceptiones, vt ſi quis opponat eas ante litem conteſtatam, debeat illas liquidare, & probare infrà quinque dies, alias censētur reſeruatę ad merita cauſæ per pragm. incip. comparente tit. de ordin. iudic.

31 Limitatur 2. quando periurus ageret procuratorio nomine, quia quamuis eſſet periurus quo ad ſe, non tamen repelleretur, quia poſſet eſſe procurator Seraphin. de priuileg. iuram. pr. vlt. 174. nu. 17. Idem eſt ſi rector petat manutentionem Eccleſiæ nomine, nam ea impediri non poteſt ob iuramentum ipſius Rectoris Capitaq. dec. 182. nu. 4. & 8. par. 3. Rota Rom. apud Poſ. poſt Tract. de manut. dec. 528. nu. 8. idem Poſt. d. tract. obſ. 68. nu. 18. verſ. prout.

32 Sic etiam vbi iuramentum eſſet præſtitum tutorio, aut curatorio nomine, aut nomine Vniuerſitatis per Iuratos, aut Sindicum, aut aliter adminiſtratorio nomine, nam poſſent deinde agere non obtenta iuramenti abſolutione, vt bene declarat Ant. de Butr. in cap. cum venissent de conſtit. Gattic. in praxi inſtrumentar. 3. p. fol. 130. num. 14. poſt Gagliard. in tract. de abſolut. a iuram. §. 2. nu. 35. & ſeqq. Genuenſ. in praxi Archiep. B. cap. cap. 4. num. 14.

33 Limitatur 3. Vt non procedat quo ad alias actiones, ſuper quibus non eſt iuratum quia cum reſpectu illarum non dicatur periurus, non repellitur ab agendo, & per conſequens non impeditur litis ingreſſus DD. in l. ſi quis maior vbi etiam gl. in verb. actione C. de tranſact. Felin. in c. dilecti nu. 2. de exception. vbi Dec. 3. notab. Addit. ad Clar. §. periurium lit. D.

34 Limitatur 4. in hærede iurantis, qui non obſeruando iuramentum præſtitum a defuncto, non incidit in periurium etiam ſi fuiſſet iuratum pro ſe, & hæredibus, quia licet poſſit quis corporaliter hæredem ſibi futurum obligare Dec. conſ. 639. nu. 3. in princ. Bologn. conſ. 45. num. 3. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 67. nu. 23. & ſeqq. Ant. Corn. de abſolut. forenſ. par. 4. cap. 9. nu. 2. & ſeqq. Theſ. decis. 32. nu. 8. verſ. & in hanc Capic. dec. 75. nu. 4. non

35 poteſt tamen ſpiritualiter, nec tenetur hæres ſequi voluntatem defuncti in ſpiritualibus cap. 1. de ſponſal. impub. Et iuramentum eſt quid perſonale, & ideò iurantis perſonam non traſgreditur Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 71. num. 4. & dec. 805. nu. 4. Poſt. de manut. obſ. 68. nu. 18. late Nig. de except. cap. 15. §. 5. Azor. inſtit. moral. lib. 1. cap. 9. qu. 5. Reg. Marin. lib. 1. cap. 165. qui fundat non teneri hæredem ſeruare vota defuncti perſonalia, puta ieiunium, caſtam vitam ducere, & ſimilia, ſecus vota realia, puta elemoſinam elargire, altare ædificare, & ſimilia Gagliard. de abſolut. a iuram. §. 2. nu. 22. Cened. collect. Iuris Canon. 119. num. 4. par. 2. Graſſ. de except. cap. 12. nu. 27. Gattic. in praxi inſtrument. fol. 132.

36 Limitatur 5. Vbi periurus ſe defenderet, nam agendo tantum repellitur, non tamen ſe defendēdo cap. dilecti 8. de exception. vbi Barboſ. Telleſ. & alij Rondel. conſ. 18. nu. 53. lib. 1. Craſſ. except. 4.

37 Limitatur 6. Vbi alia pars non obſeruaſſet contractum ex parte ſua, quia alius non obſeruans non efficitur periurus, & poteſt audiri l. cum propones C. de pactis cap. ſicut de iur. iur. vbi Barboſ. & Gonzal. Fermoſin. & alij Iacian. conſ. 1. nu. 111. Barz. dec. 15. nu. 3. Thomat. dec. 35. nu. 68. Gon. de credit. cap. 2. tit. 8. nu. 3155. & ſeqq. D. Marotta diſcept. 27. num. 33. & ſeqq. facit ad materiam Rom. conſ. 155. nu. 7. vbi dicit quod quis non incidit in pœnam ex inobſeruantia laudi, ſi altera pars ſimiliter non obſeruat.

38 Limitatur 7. Quando ex iuſta, & rationabili cauſa non obſeruaret iuramentum, quia non obſeruando legis authoritate non efficitur periurus per tex. in l. fin. ff. ad municipal. l. gracchus C. ad l. Iul. de Adult. Roman. conſ. 429. cauſa debet eſſe talis per quam impediatur poſſe iuramentum adimpleri cap. ad noſtram de iure iur. Gozadin. conſ. 69.

39 Limitatur 8. In periurio non culpoſo, nam periurus doloſus, & ille qui conſumauit periuriū repel-

repellitur à Iudicio,ſecus culpoſus *Flor. de in litem iur.§.50.nu.5.Maſcard.de probat.concl.1168.nu.28.Farinac.qu.57.art.6. Vergil.de legit.perſonæ cap.29.nu.13.* vbi dicit abſolutionem poſſe concedi ab Epiſcopo loci,in quo iuratum eſt,vel ab Epiſcopo originis,cui iurans ſubeſt,& inter iſtos Epiſcopos datur præuentio , & ſede vacante poteſt Capitulum , & probat talem abſolutionem concedi parte noncitata,& ità ſeruari per omnia quaſi Tribunalia orbis poſt *Oltrad. conſ.120. Aucbar.conſ.18.Aff. dec.229. Rolan.conſ.13. & 14. lib.1.Gutier.in auth.Sacramenta puberum nu.109. & 112.C.aduerſ.vendit. Ludouic.deciſ.18. num.9. Menchaca lib.1.controuerſ.cap.2. nu.17. Parlador. lib.2.rerum quotid.cap.3.nu.55.Salzed.in addit.ad Diaz reg.5.* vbi teſtatur de Praxi Tribunalium Eccleſiaſticorum hiſpaniæ *Guliel. de Benedic. de teſtam.*verb.*dum habens filias num.299.* vbi teſtatur de praxi Gallorum *Azeued.lib.recopil.in rub.nu.13.tit.3.lib.4.Mich.Graſſ.lib.1. receptar.cap.7. qu.15.Rolan.conſ.2.nu.6.vol.2. Triuſ. dec.64.nu.8.lib.1.Anna ſing.2.Burg.de lauden p.2.inſt eci.33.nu.2.Mareſcott.var.cap.84.nu.19.lib.2. Marcheſ. par.3.§.2.cap.2.num.3.fol.211. de commiſſ. Perrg. tract.var.lib.2.in rub.de indic.nu.32.Ricc.reſ.298*

40 Et ſola libelli oblatio , & præſentatio non facit quem eſſe per iurum circa contractum,contra quem non venire promiſit , niſi cauſam vlterius proſequatur , vt dicunt *Anna ſing. 362. & alleg. 83.nu.7.Vin.opin.425. num.9. Galter.in praxi inſtrumentar.fol.141.nu.38.*

S V M M A R I V M.

1 *Illuſtres non poſſunt per ſe eſſe in iudicio, ſed debēt comparere per procuratorem.*
2 *Illuſtres qui nam ſint?*
3 *Præfecti Vrbis an ſint illuſtres?*
4 *An Præfectus prætorio?*
5 *An Supremus Cancellarius Principis, An adelentatus maior? An Vicerex Regni? An quæſtores, An Conſules, An Senatores, An Conſiliarij Principis, & à nu.6.ad nu.20.*
21 *Illuſtres an ſint DD.legentes per 20. annos? Illuſtres ſunt Principes, Duces, Marchiones, Comites, Archiduces, Protbucomites, Vicecomites? & à nu.22.ad nu.64.*
65 *An barones ſint illuſtres? & à nu.66.ad nu.72.*
73 *Illuſtres an ſint Cardinales, Epiſcopi, Priores Magnæ Crucis hieroſolimitani, Procuratores Prouinciarum, Adelantati? & à n.74.ad nu.78.*
79 *In Cauſis, in quibus requiritur celeritas conſtitui debet procurator, vbi ponuntur alij caſus, & à nu.80.ad nu.101.*

Illuſtres an poſſint comparere per ſe ipſos in iudicio, vel debeant conſtituere procuratorem, & quæ aliæ perſonæ debeant conſtituere procuratorem?

Q V Æ S T I O XVIII.

1 ALij non poſſunt eſſe in iudicio ciuili per ſe ipſos ratione impreſſionis , nè ſcil. ob illorum præſentiam timorem iudici,& parti incutiant, & impediant quo minus iudicium tutè pertranſeat , & hi ſunt Illuſtres ad *tex.in l.penult.& auth.ſeq. C. de procurat.*& ibi *Brunem.* vbi ponit aliam rationem , nè ſcil.eorum authoritas vileſcat , & *in auth. Vt ab illuſtr.*vbi *Bar.nu.1.*Hi ſi fuerint in iudicio per ſe vltrà pœnam viginti librarum auri inferendam Iudici , carent litis forte, ſcil. ſententia pro eis lata non habet effectum,ipſo iure, vt dicitur in *d.tex.l.pen.*& probat *Vant.hic nu.57.*alia ratione non poſſunt illuſtres eſſe in iudicio perſe,quia deberent ſedere ſimul cum iudicibus *gl.in l.Auth.hoc ius C.de procur.Taſſon.de antef. verſ.3.obſ.4.n.9.& verſ.7.obſ.3.nu.81.& 82. Goliu. de proc.p.2.cap.3. nu.61.* & ità practicatur in noſtris Tribunalibus Neapolitanis , quidquid dicat *de Angelis ſuper C.in d.l.penul.& auth.ſeq.C.de procurat.nu.4.* Quod non ſeruentur hæleges in praxi , nam ex eius verbis videtur colligi non intellexiſſe ſenſum verborum *dictarum legum.*

2 Videbimus hic quę nam ſint perſonæ Illuſtres: & quamuis *Tiraquell. in l.ſi vnquam* in verb. *omnia vel partem nu.33.C.de reuoc.donat.*dixerit hoc eſſe poſitum in arbitrio Iudicis ex *gloſ.*ſententia *in cap.vlt.* in verb. *illuſtrium de re iud. in 6.* quæ vix hoc ſentit vt dicit *Menoch.de arbitrar.caſ.68 nu.1.* Tamen in iure noſtro in pleriſque eſt diffi-
3 nitum , qui poſſint dici illuſtres . Sunt Præfecti Vrbis, qui ab Imp. tales nominantur *in l. l.viros C.de Pala.ſacr.lar.lib.12. Dec.in l.1.in princ.nu.3. & 11.ff.de offic.eius gl.in rub.ff.de offic. præfect. vrbis eſt tex.in l.pen.ff.de offic. præfect.prætor. orient. & in l.quidquid C.de offic. diuerſ.iudic.* Sed Iuſtinian.*in l.vl.§.penul.C.vbi Senat.vel clariſſ.* Præfecturam illuſtriſſimam Vrbis appellat.

Nec eſt mirum quod eſſet illuſtris, nam ſumma erat eius poteſtas,nam cæteras dignitates antecellebat Cæſarum ſæculo *l.3. C.de offic.præfat. Vrbis*habebat ius deportandi *l.inter §.1. ff.de interd.& relegat.*Et ſcribit *Coras in l.2. nu.4.ff.de offic.Præf.Vrbis* , omnium poteſtatum appellationes fuiſſe ad Vrbis præfectum,penes quem etiam aliquando fuit ſumma totius rei , vt ipſe *Coraſ.* ſcribit *in l.2. §. & hæc omnia ff.de orig.iuris* Propter immodicam eius poteſtatem illam recuſauit Meſſala Coruinus teſte *Crinito lib.1.de honeſt. diſciplina cap.12.*

4 Eſt illuſtris Præfectus Prætorio,vt docet *gl.in rubr.ff.de offic.præfect.prætor.* ſequuti ſunt *Dec.in d.l.1.in princ.nu.11.Curt.iun. num.10. de offic.eius ex l.præcipimus C.de appell.*Et licet *Zen. in l.vl.§.pen.C.vbi Senat.vel Clariſſ.* Sedè præfecti prætorio magnificam appellet, id videtur facere augēdæ dignitatis cauſa , nam ſic in *l.1. C.de Sentent. paſſ.*clariſſimi vocantur , qui terminus generalis eſt,vt dicit *Dec.in d.l.1.nu.21.de offic.eius.*

5 Illuſtres appellari poſſunt hodie Supremi Cācellarij Principum,qui dignitatem præfecti prætorio

torio hodie gerere dicuntur, vt annotauit *Longo-*
uallius in l.imperium nu.94.ff.de iuriſd.omn.Iudic.
Baro in fine tit.de offic. conſul.& in l.2.ff.de orig.
*iuris,& l.1.ff.de offic.præf.prætor.*quamuis vix poſ-
ſit inueniri qui loco præfecti prætorio ſit, vt poſt
*Pyrrhum de magiſtr.*ſcripſit *Purpurat.in l.1. nu.70.*
ff.de offic.eius .
6 Hodie loco præfecti prætorio eſt in hiſpania
Adelantatus maior,latiſſimè probat *Reg.Valenz.*
*d.conſ.82.per totum.*In Italia,& India,& alijs lo-
7 cis eſt Vicerex regni alicuius *Surg. de Neapol.il-*
luſtr.cap.34.nu.3.Solorz.de iure Indiar. lib.4.c.9.
nu.6.& ſeqq.Maſtrill.de magiſtr.lib.5.cap.6.nu.23
31.32.Bouadill.in Polit.lib.1.cap.2.nu.5.Reg.Tap.
dec.Senat. Ital.3. An noſtrum Sacrum Conſilium
Sanctæ Claræ Neapol. diximus *in sub.5. qu. 39.*
8 Illuſtres ſunt etiam Quæſtores vt dicit *gl. in*
*rub.ff.de offic.quæſtor,*quo loci *Alberic.*docuit quę-
ſtores omnes, quos multos fuiſſe ſcimus,illuſtres
eſſe *gloſam* ſequutus eſt *Dec.in d.l.3.nu.32.ff. de*
*offic.eius ex l.præcipimus C.de appell.*Eſt bene verũ
textum.in d.l.præcipimus, non abſolute de quocũ-
que quæſtore,ſed de quæſtore Sacri Palatij tantũ
loqui,& hi quæſtores candidati appellantur *in l.*
1.§.5.ff.de offic. quæſt. vbi *Bar.* Et eorum munus
præſertim ſub Auguſtis tẽporibus erat Principis
loco in reſcriptis legendis , vel emictendis, vel
ſubſcribendis,vel ſi quid vel iudicandum,vel re-
ſpondendum Principibus eſſet illa pertractare,
vt dicat *Caſſiodor.lib.var.de formula quæſturę , & in*
*auth.vt diuin.iuſſion.*Fuit huius magiſtratus pote-
ſtas,quod eius arbitratu magiſtratus , & dignita-
tes dabantur *l.1.& 2.C.de offic.quæſtor.*in qua *lege*
2.illuſtris appellatur hic,ergo quæſtor is erat,qui
cognoſcebat vna cum Præfecto prætorio de ap-
pellationibus ſpectabilium iudicum, clarius ha-
betur in *Auth. de appellat. Cuiac.in l.3.C.de petit.*
*bonor.ſubl.lib.*10.dicit Quæſtorem hunc,qui leges
dictabat,epiſtolas recitabat , & ſubſcribebat Sa-
cri Palatij fuiſſe , & hunc candidatum dictum
fuiſſe ſcribit *Alex.ab Alex.lib.2.c.2.*

Verum in *d.auth. vt diuina iuſſio* Magnificos
quæſtores ſolum appellat , & in *l.vl.C.de precib.*
Imp.offer.& in ea *auth. vt diuinæ iuſſ.* quæ eſt *no-*
uella 114. appellat etiam quæſtores magnificen-
tiſſimos *Bar.in l.vl.ff.de Senat.* inquit augendi il-
luſtratus cauſa hoc illuſtres ab Imperatoribus
vocari aliquando ſolitos magnificos, & magnifi-
centiſſimos,& eminentiſſimos, & rectè,nam titu-
lus hic *magnifici* , vel *magnificentiſſimi* dignitatis
gradum non oſtendit,nec à DD.inter hos gradus
enumeratur . Quæſtorum vices nunc ſubſtinent
Magni Franciæ Cancellarij,vt ſcribit *Cuiac. in*
*d.l.2.C.de petitio ſubl.lib.*10.Conſules etiam illu-
9 ſtres ſunt,vt dicit *gl.in rub.ff.de offic. Conſulis, &*
*in l.3.C.de dignit.lib.*12. quam ſequutus eſt *Dec.*
in d.l.1.nu.7.in fine,& num.12. in fin.de offic.eius
Sed conſules clariſſimos tantum eſſe probatur ex
Conſtit.Iuſtinian. de iuſto C.confirm. & in ſeq.de
*emend.Codice.*Immo Conſules eſſe ſuper illuſtres
probauit *gl.l.3.§.denique de appell.* & *in l.quoties,&*
in l.quoties in verb. *vehicaria C.vbi Senat. vel cla-*
*riſſ.*ſequuti ſunt *Oddofred.& Alberic.*à qua ſenten-
tia non diſſentit *Bar.l.vl.de ſen.Duaren. lib.2.di-*
ſput.anniuer.cap.1.in fin.Cuiac.in l.1.de dignit.lib.
12.*Purpur.in d.l.1.nu.65.66.ff.de offic. eius Gaſp.*
Valaſc.in l.imperium nu.77.84. de Iuriſd. omnium
iudic. Et adfuiſſe dignitatem ſupra illam illuſtrẽ
probat *l.cos §.ſuper C. de vſur. in l.ſi quando C.de*
appellat.& in §.in ſumma Inſtit.de nuptiis. Bologn.in
*col.1.nu.8.de offic.eius,*qui *nu.*14.ſcribit Conſules
ſuper illuſtres fuiſſe *ex l.2.§.exactis deinde regibus*
*de orig.iur.*Verum illi ſatisfacit *Dec.* dicens con-
ſules non fuiſſe omninò aſſecutos locum Regis,
nam inconſulto populo non poterant in capite
ciuis Romani animaduertere, quod ibi latius de-
clarat *Zaſius .*
10 Et quamuis in hoc tanta non fuerit Conſulũ
poteſtas , in cęteris tamen regiam dignitatem ,
& poteſtatem obtinebant , nam teſtatur *M.Tul-*
*lius lib.3.de legib.lib.*12.*tab.*ita fuiſſe cautum Re-
gio imperio duo ſunto , & *Titius lib.2.ab Vrbe*
condita ſcribit,In perium , quo anteà Reges po-
tiebantur in Conſules translatum fuiſſe . Hinc
M.Tull. in 4.Philippica teſtatur ſub Conſulum
poteſtate, & imperio prouincias omnes eſſe *Gel-*
lius ſcriptum reliquit *lib.12. noct. atticar.cap.*12.
Conſules imperium cum iuriſdictione habuiſſe,
cum in ius vocare poſſent , quod ſcribunt etiam
Longouall.in l.imperium nu.94.& Alciat.nu.22.de
iuriſd.omnium iud.& ibi *Goucan.* qui cum alijs in-
tellexit, Conſules non habuiſſe imperium abſo-
lutum *ex d.l.2.§.exactis* , ſed aliàs corporis coer-
tiones habuiſſe iuxta *l. ſolent l. ſi quid ff. de offic.*
proc. in l.3. ff.de termin. amot. in l. Sacculary §.
11 *ſunt quidam ff.de extraord.crim.* Quod eſt intelli-
gendum antequam conſulum authoritas eſſet im-
minuta nam ſtatim ab exactis Regibus cum
creati ſunt regium omne impesium vitæ neciſq;
ſunt conſequuti,nec ab eis erat ad populum pro-
uccatio , vt poſt *Dionyſ. Halicarn. lib.10.antiq.*
Rom. & Liu. lib.2. Sigon.de antiqu. Iure ciu.Rom.
lib.1.cap.20.Alex.ab Alex.lib.3. dier.genial.cap.3.
dicit *Menoch.d.cap.68.num.16.*vbi *num.17.*dicit
habuiſſe dignitatem regiam *ex l.1.& 3.C.de con-*
*ſul.lib.*12.cum eos lictores,& ſolium eburneum,
quo Reges vtebantur habuiſſe ſcribitur , & re-
fert *Cuiaſ.in rub.ff.de offic.Conſul. nu.2.& 3.* Ve-
12 rum hodie nouo Iure Iuſtiniani temporibus eſt
imminuta conſularis poteſtas , vt vix antiquæ
vmbram retinere videatur *§.1. Auth. de conſulib.*
non tamen reperitur amiſiſſe dignitatem.
13 Senatores ſunt illuſtres ſecundum *Dec. in d.l.*
1.nu.6.ff.de offic.eius Curt.iun.nu.8.Purpurat.n.49
Paul.Orian.nu.13.Iacob.Nig.num.7. bellon.ſuppu-
tat.lib.4. cap.10. ex *l.quiſquis C. ad l.Iul. Maieſt.*
ibi: *virorum illuſtrium,ſenatorum,* ſed labi *Dec.*di-
cit *Menoch.d.caſ.68.nu.20.* quoniam in illo *tex.*
ſic legitur , de nece etiam virorum illuſtrium,qui
conſilijs & Conſiſtorio noſtro interſunt , ſenato-
rum etiam &c.& ſic non appellat ſenatores illu-
ſtres,verum melius hoc probat *tex.in l.decurioni-*
*bus §. his additis C. de ſilenti lib.*12. Et *Spartian.*
in ſeuero Senatores appellat *illuſtres* , & probat
tex.in l.vl.C.de tutor.vel Curat.illuſtr.
14 Alij, Senatores eſſe ſuper illuſtres dicunt *Iaſ.*
in l.3.nu.5.ff.de offic.eius . Primo ea ratione quia
Principi æquiparantur *l.1.§. de quo autem ff. de*
poſtul.l.quemadmodum ff.de ſenat.& legem potuiſſe con-
dere *l.non ambigitur ff.de legib.*2. ex tenſe in *l. ius*

ſena-

ſenatorum C.de dignit.lib.12. vbi habetur.Princi-
pem eſſe in Senatorum numero, at Princeps non
modo illuſtris, ſed etiam ſuper illuſtris, vt om-
nes dicunt in d.l. 1.de offic.eius ergo,& Senatores,
quamuis huic rationi reſpondeat Dec. hoc caſu
non Senatores Principi, ſed Principem Senato-
ribus adæquari, ità vt Princeps eo caſu non vt
Princeps, ſed vt Senatus conſideret, vt de Epi-
ſco,qui dum ſedet in Capitulo,vt Canonicus, nõ
conſideratur vt Epiſcopus,ſed vt Canonicus cap.
à collatione de appell.in 6.
15 Alij,Senatores non illuſtres, ſed clariſſimos,
vel nobiliſſimos dicunt, ex ijs quæ ſcribit M. T.
lib.2.Epiſtol.famil.vbi illos vocat nobiliſſimos ex
tex.in l.ſi Senator C.de dignit.lib.12. ibi: Si Sena-
tor,vel alius clariſſimus, & in l.2.C.de ijs qui ven.
ętat.impe.& in l.2.ff.de ſenten. paſſ.Alciat. in l.ſi
quis in conſcribendo nu.4.C.de pactis lib.3. diſpũt.
cap.4.Duaren.lib.2.diſput.anniuerſ.cap.1. Bar.in
l.vl.in fine ff. de Senat. dicit Senatores ante ade-
ptam dignitatem dici clariſſimos,poſt adeptam
illuſtres,Bellou.d.cap.10.dicit dignitatem Clariſ-
ſimatus eſſe generalem,& conuenire alijs multis.
Verum Menoch.d.cap.68. num.27. dicit has opi-
niones poſſe conciliari conſiderando diuerſitatẽ
temporum quibus Senatores non ſolum fuerunt
illuſtres,ſed ſuperilluſtres,vt ibi per eum.
16 Hac noſtra tempeſtate Senatus non poſſunt
comparari illis antiquis,nam vt Coraſ. in d.l.non
ambigitur in fine ff.de legib. & in rubr.ff.de Senat.
nu.21. dicit illa Galliarum Parlamenta, Toloſa-
num, ac Pariſienſe retinere quidem Senatus no-
men,ſed parum,aut certe nihil communionis ha-
bere cum antiqua Senatus authoritate quod dicit
etiam Pirrhus lib.2.de magiſtrat.col.3.
17 Verum Purpurat.in d.l.1.n.57.de offic. eius poſt
Guid.Pap.conſ.72.col.1. dicit Senatus Delphina-
tus eam habere authoritatem,quam ille antiquus
Romanorum habebat, nempè vt Principis per-
ſonam referat, quod dicit pariter Crauett. conſ.
144.n.290.Quod procedit in aliquibus tantum,
nam noſtri temporis Senatus ex legis præſcripto
non iudicat,ſed ex æquitate,& ſola facti veritate
inſpecta, vt ipſe Princeps facere conſueuit, ita
Senatus ille Delphinatus,vt dicit Guid.Pap.q.39.
18 & qu.58. De Senatu Mediolanenſi dicit Alciat.
in cap.1.nu.89.de offic.ordin.& reſp.301.nu.9.De
19 Senatu Taurinenſi dicit Crauett. conſ.198. nu.7.
& ſic Senatus noſtri temporis hac ratione,& quia
ab earum ſententijs non prouocatur illuſtres di-
ci poſſunt, ſed non ſuper illuſtres,cum ſolam di-
gnitatem, non antiquam poteſtatem habeant,be-
ne Menoch.d.caſ.68.nu.34.
20 Conſiliarij Principis, & qui ſedent ad latus
Principis etiam ſunt illuſtres, vt docet Ang. in l.
quiſquis C.ad l.Iul.Maieſt.Iaſ. in d.l.1. nu.13.de
offic.eius Corſet.de regia poteſt. qu.21. Themud.dec.
70.nu.2.poſt alios Menoch. d.caſ.68. num.35. &
ſeqq.vbi probat eſſe illuſtres, etiam Conſiliarios
exiſtentes ſine adminiſtratione Ang.Laud.de con-
ſil.q.17.Chaſſan.in catal.glor.mundi p.8.conſid.10.
& 11.Boer.de auth.magn.conſil.num.3. Marta de
Tribunali cap.7.Surg.de Neap.illuſtr. cap.27.n.16.
vbi dicit, quod licet à Rege nominentur magni-
fici,attamen idem eſt titulus cum illuſtri Tiraq.
de nobil.cap.8.nu.15.Maſtrill.de magiſtr.lib.5.c.3.
num.10. & 11. de illorum maxima authoritate
apud Romanos ſunt D.de Gregor.ſynt. iur.p.3.lib.
47.nu.29.& ſeqq.Menoch. de arbitr. caſ.518. Bo-
uadil.lib.3.nu.44.in fine.
21 Illuſtres alij dicunt eſſe Doctores legentes
per viginti annos Bar.in rub.proem.ff. num.5.in l.
fin.C.de teſtam.mil.in l.1. C.de profeſſ.qui in Vrbe
Conſtantinop.lib.12.Iaſ.in d.l.1.nu.12.de offic.eius
& ibi Nig.nu.18.& Sepia nu.5.Curt.iun.num.12.
Tamen illos bene improbat Menoch. d. caſ.68.
num.43. & ſeqq. vbi dicit illos non eſſe nec illu-
ſtres,nec Comites dicit Franch.deciſ.115. Rein-
king.de regim.ſecul.lib.1.claſſ.5. cap.11. & vl.nu.
54.& ſeqq.Harprect. §.1. num.78. Inſtit.de ijs,per
quos agere poſſ.& dicemus infra.
22 Illuſtres dicuntur Principes,quorum dignitas
eſt regalis,vt dicit Iacob.de S.Georg.de feud.verb.
Princeps Pedemontium, & proxima dignitati regali
ad tex.cum gl.in cap.fundamenta §.proinde de elect.
in 6.in verb.Princeps Iacob.de Franch.in vſib.feud.
rubr.ſpecies feudorum nu.2.fol.4. Calcf. de Equeſtr.
dignit.nu.106.vbi dicit Principes poſt reges pri-
mum locum obtinere ad tex. in clem. de baptiſm.
& ibi gl.verb.regum Decian.reſp.19.nu.227.Azor.
in ſumma par.2.lib.11.cap.7. Frecc. de ſubfeud.lib.
2.tit.quis dicatur Princeps, & in tit.de differ.inter
feudum regale, & nobile, de iure noſtro Neap.vo-
cantur illuſtriſſimi per pragm.1.§.1.de tit.abuſu.
23 Apud Germanos primò,& apud Græcos,& in
noſtro Regno Neapol.hæc dignitas viſa fuit, vt
dicit Maſtrill.de magiſtr.lib.4.cap.3.num.13. Pri-
mus Princeps in Italia fuit Arechius Secundus
qui fuit 14. Dux Beneuenti anno 755. ſeu.718.
ſecundum Leonem hoſtienſem in hiſt. Caſin. lib.1.
cap.10. Deinde Principes Capuæ, & Salerni,&
poſtea Tarenti in ſurrexere,vt dicit hiſtor.Mona-
ſtica fol. 290. lib.2. Cardinal. Baron. anno 1099.
Deinde Principes creuere tempore primi Regis
Rogerij vt in conſtit.Scire volumus Principes.
24 In hiſpania ſolum Primogenitus Inuictiſſ.D.
Noſtri Regis Cathol. eo nuncupatur nomine,
Frecc.vbi ſup.num.6. Surg. de Neap.illuſtr.cap.23.
nu.48.Camill.de Curtis par.1.diuerſ.feud. num.14.
fol.12.
25 Hodie hæc dignitas à Summo Pontifice, Im-
peratore,vel Rege ratione feudi,ſicut aliæ digni-
tates conceduntur ad tex.in cap.1.de feud.Marcb.
26 Et hi Principes nuncupantur, licet abuſiuè,cũ
ab alio Principatum teneant in feudum,& ei ſub-
diti reperiantur,vt dicit Afflict.in tit.quis dicat.Dux
nu.9.Oſaſch.dec.139. nu.16. Taſſon.de antef. verſ.
14.obſ.1.num.3. Maſtrill. de magiſtr. lib.4.cap.3.
27 Æquiparantur Præſidibus, & Magiſtratibus gl.
in cap.1.verb.obſeruetur ſi de inueſtit. inter dom.&
Vaſſal.lis oriatur Natta conſ.402.num quatuor ſeqq.
Amad.de Ponte in tit.Qui feud.dar.poſſ. nu.26. Et
28 ſic Principum appellatione non veniunt ad tex.
in clem.vnic.vbi DD.de baptiſm.& ibi gl.verb. re-
29 gum licet Principum beneficio in aliquibus gau-
deant cap.ſtatutum, & cap.inquiſitionis de heret.in
6.Suar.alleg.6.Bouadill. Polit.lib.2.cap.16.nu.19.
Gomez in l.40.Taurin.11. Auend.de exequ.mandat.
c.5.nu.5.Calcf.vbi ſup.num.116. de Leonardis de
magiſtr.cap.1.nu.39.& ſeqq.

30 Verum negari non poteſt illos habere maxi-
mam præeminentiam ratione adminiſtrationis,
& tituli ſibi collati *Caſſan. in conſuet. Burg. nu. 1.
& 2. fol. mihi* 62. Præferuntur Ducibus Marchio-
31 nibus, & Comitibus *Calef. vbi ſup. num. 116.* poſt
*Frecc. Cumia in prælud. ſi aliquem nu. 196. Decian.
d. reſp. 19. nu. 222. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. c. 3.
nu. 31. & 32. Taſſon. de antef. d. verſ. 14. obſ. 2. n. 8.*
32 Illuſtres ſunt Archiduces, cuius dignitas eſt
comprehenſa in *cap. 1. de feud. Marc.* ibi: *vel aliqua
regali dignitate*, & eſt poſt Reges *Caſſan. p. 4. con-
ſid. 44. Frecc. lib. 2. tit. quis dicatur Dux nu. 4. Cu-
mia in prælud. c. ſi aliquem nu.* 197. de hoc Titulo,
differit *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. c. 4.*
33 Illuſtres ſunt Duces de quorum dignitatis, &
tituli origine multa ſcripſere *Frecc. de ſubfeud.
lib. 2. tit. quis dicatur Dux Bouadill. lib. 2. cap. 17.
nu. 25. Cumia vbi ſub. nu. 195. Menoch. conſ. 302.
nu. 48. Petr. de Gregor. de Republ. lib. 6. cap. 7. Azor
in ſumma p. 2. lib. 11.* originem Dux traxit à Du-
cibus, qui naſcentis Imperij Romani temporibus
exercitibus præficiebantur tamquam Tribunali,
& militiæ magiſtri *l. 1. C. de offic. Præf. Africæ l.
duces ff. de offic. Indic. milit.* adſtipulatur *lex hiſpana
11. tit. 1. p. 2. Theodor. Hoeping. de iure inſign. c. 2.
nu.* 83. Vel à Ducibus, qui Prouinciales dicebaa-
tur, & ſimul erant gubernatores, vel ex Ducibus
limitaneis, vt per *Bonadill. d. cap. 16. num. 25. Petr.
Heig. qq. iuris lib. 1. qu. 2. Thewnd. dec. 70. Arumæus
de Comitijs cap. 4. nu. 29.*
34 Dux in noſtra materia dicitur ille, qui de Du-
catu inueſtitus eſt à Rege ad *tex. in cap. 8. quis di-
catur Dux* vbi *Andr. & alij ſcribentes Ponte in tit.
de his qui dar. poſſ. lect. 6. num. 45. Taſſon. de antef.
verſ. 14. obſ. 2. num.* 15. Dignitas hæc *maxima* ap-
35 pellatur à *Menoch. d. conſ. 302. nu. 50. in fine Par-
lador. rerum quotid. cap. 13. nu. 1.*
36 Quod ſint *illuſtres* dicit *gl. in l. præcipimus* §. 1.
verb. *præſes C. de appell. Caſſan. in Catal. p. 5. conſid.
45. verſ. & doctores*, qui dicit ità nominari à Rege
in eorum priuilegijs *Calefat. vbi ſup. nu.* 108. hoc
intelligens attenta qualitate Ducatus. Et licet
ſecundum aliquos *Spectabiles* dicantur *Io: Plat.
in l. 2. C. de re milit. lib. 12. Surg. de Neap. illuſtr. lib.
1. cap. 27. num.* 16. licet contra dicat, vt ſint illu-
ſtres *cap. 23. nu.* 7. Tamen de conſuetudine *Illu-
ſtriſſimi* dicuntur, vt dicit *Fal. in cap. cum acceſſiſ-
ſent col. 2. de conſtit. Rum. conſ. 104. vol. 5. Petr. Al-
phan. in l. 1. nu. 10. de offic. eius Decian. reſp. 19. nu.
19. & 178. vol. 3.* quæ conſuetudo in hac materia
attendi debet *Maſtrill. d. cap. 5. num.* 12. de *Iure*
Neap. eſt *pragm. 1. §. 1. de titul. abuſu*, vt vocari
poſſint *illuſtriſſimi* voce, ſecus in ſcriptis, & quod
non competat titulus *Excellentiæ*, ſeu *Excellen-
tiſſimi* probat *Antunez de donat. reg. p. 2. lib. 1. c. 6.
nu. 32. & ſeqq. & nu.* 40. dicit in Luſitania eſſe le-
gem particularem editam anno 1597. mandantē
neminem vti poſſe tit. *excell.* exceptis filijs Infā-
tum, & Duce Brigantiæ.
37 Dux eſt maior Marchione, Comite, vel baro-
ne, cum eius dignitas magis Regali accedat per-
ſonæ, & ſplendori ad *tex. in d. cap. 1. quis dicatur
Dux cap. fundamenta* §. *proinde de elect. in 6. Calef.
vbi ſup. nu. 106. Caſſan. d. p. 5. conſid. 46. Bouadill.
d. cap. 16. num. 25. Luc. de Penna in rub. de Comit.
Conſiſt. lib. 12. Garz. de nobil. gl. 43. §. 3. nu. 69. Par-
lador. lib. 2. rerum quotid. cap. 13 num. 1. Bellug. in
ſpec. princ. rub. 6. nu. 22. Frecc. tit. quis dicatur Dux
nu. 39. Maſtrill. de magiſtr. lib. 4. cap. 5. num. 6. 8. &
ſeqq. Mактian. de probat. lib. 2. cap. 25. nu. 74. Sixtin.
de regal. lib. 1. cap. 4. nu. 21. Antunez de donat. reg.
p. 2. lib. 1. cap. 6. nu. 28. & ſeqq.*
38 Eo magis quia ſolent ſub ſe, & eius dominio
habere Marchiones, Comites, & Barones, pro vt in
Francia teſtatur *Caſſan. d. conſid. 46.* & in Germa-
nia *Sebaſt. Munſter. lib.* 3. Et dictam maiorem di-
gnitatē oſtendunt eius inſignia illuſtriora, quam
Marchionis vel Comitis, quę ſuper armis afferri
permittuntur ſecundum *Caſſan. p. 1. conſid. 38. co-
cluſ. 44. & p. 5. conſid. 22. Caſtal. de Imper. qu. 32.
Tertull. in lib. de coronat. milit. Decian. d. reſp. 19.
nu. 34. & 158. vol. 3.*
39 Nam his datur circus rotundus ſine gemmis,
& lapidibus prætioſis, quaſi ad modum Coronæ
deſignans dominium, iuriſdictionem, ac Regalem
dignitatem ſibi à Principe, conceſſam. Duci autē
datur Circus rotundus ad Coronam cum gem-
mis, ibi, & lapidibus prætioſis affixis, ſeu inſcul-
ptis, ad demonſtrandum eius dignitatem magis
eſſe præfulgidam, & illuſtrem, ad *tex. in cap. ad
apoſtolicæ circa fin. de ſent. in 6. Luc. de Penna in
tit. de aur. coron. lib. 10. & in l. muri leg. C. de muri-
leg. lib.* 11. vbi etiam declarat quomodo fuerit
hic pileus introductus *Caſſan. p. 1. conſid. 9. Frecc.
vbi ſup. nu. 41. & 42. Maſtrill. lib. 4. cap. 5. nu. 17.
Theod. Hoeping. d. cap. 2. nu. 942. Bouad. d. num. 25.
col.* 5. vbi plures Ducum prærogatiuas cumulat,
quæ Ducibus Superiorem non recognoſcenti-
bus verificari poſſunt *Alciat. de ſing. certam cap.
32. & in lit. Paterg. cap. 25. lib. 6. & cap 10. lib. 8.
Conrad. in Templo Iud. lib. 1. cap. 4. nu.* 15. De Du-
calibus inſignibus agit planè *Theod. Hoeping. de
iure inſign. cap. 2. ſect. 4. à nu. 937. cum ſeqq.* Licet
40 quo ad Circum Marchionum, & Comitum ali-
ter ſentiat eruditiſſimus *D. Antonſtephanus Catta-
ri* nobilis Vibonenſis in eius inſigni *Tractatu
de Armis, & inſignijs familiarum*, dum *lib. 3. cap. 3.*
dicit Coronam Principum, & Ducum ſubiectorū
Principibus Supremis eſſe auream cum gemmis
in forma frondium quercus, illam Marchionum
eſſe ornatam ſimiliter eiſdem frondibus inter-
mediatis alternatiuè magnis vnionibus, illam
Comitum eſſe Circulum aureum ingemmatum
ornatum magnis vnionibus in locum frondium.
Illam Vicecomitum ſimilem illi Comitis cum
quatuor ſolis vnionibus, vel ſecundi in alios cum
nouem vnionibus poſitis ordine terno. Et illam
Baronum eſſe circulum aureum cum filo vnionū
illum circumdanti, vel circulum recuruatum ad
modum Comæ, vel ſimplicem zonam, ſeu faſciam.
41 Alij Duces ſunt qui Superiorem non recogno
ſcunt, vt ſunt in Italia Duces Sabaudiæ, Hetru-
riæ, Mantuæ, Ferrariæ, Parmæ, & olim Vrbini, &
Mediolani, qui in ſuis ditionibus habent tantam
poteſtatem, quantam Imperator in imperio, vt te-
ſtatur *Camill. Borrell. de præſt. Regis Cathol. cap. 48.
nu. 9. 10. & 11.* & Regalia conſeruet, vt per *eun-
dem cap. 5. nu. 14.*
42 De Duce, & eius origine eſt, *Andr. Reſend. in
ſua Luſitan. pag. 137. Guardiol. de nobil. cap. 46. Se-
baſt.*

haſt.Orozco,e nel Teſor.de la lengua Eſpañola verb. *Duque fol.331.Fr.Hieron.Roman.lib.4.de Rep.gentil.cap.13.fol.29.* Primus Dux Regni Neap. fuit in Beneuento anno 568. Duces fuerunt creati à Rege Rogerio I. & ſecundus Dux fuit Dux Atri Franciſcus del Balzo creatus à Rege Ludouico ſecundum *Sommonte hiſtor. Neap, lib.3.tit. 4.fol.434.P.Heig.d.q.2.*

43 Marchiones etiam ſunt Illuſtres, Marchio dicitur à Marchia quaſi quod iuxta mare vt plurimum ſit poſita ad *tex. in cap.1. quis dicatur Dux* vbi *Andr,nu.2.& in cap.1.de his qui feud.dar.poſſ.* optime *Franc.de Amicis ibi* verb.*occurrit modo fol. mihi* 228.vbi dicit,Marchiones ſumpſiſſe nomen titulum,ac dignitatem à Rege ſupta occaſione à fundis, & prædijs quæ cuſtodiebant tanquam milites ad fronteria , ſeu ad limina hoſtium, & inimicorum, vnde appellati ſunt fundi limitrophi,& cum bene ſe geſſerint meruerunt pro mercede,vt haberent eoſdem limitrophos in feudum, & in memoriam ſeruitij militaris ſunt appellati Marchiones ſequuntur *Sonthec.de feud. p.6. nu.8. Claud.Torone de re milit. cap.30. lib.3.* vbi dicit Marchionem à limitaneis propoſitis originem duxiſſe,& limites Prouincias Marchias dici *Hotoman.de verb.feudal,*verb. *Marchio Frecc. tit.quis dicatur Marchio Menoch.d.conſ.302. nu.19.Bouadill.d.cap.16.nu.27.Alciat.lib.1.parerg.cap.27.Caſſ.de equeſtr.dignit.nu.110. Azor in ſumma par.2. lib.11.cap.9.in l.11.tit.1.p.2.legũ. hiſpan.* dicitur ſic:*Marquez tanto quiere dizir como ſeñor de alguna grande tierra , que eſtà en Comarca de Reinos Caluin.in lexic.*verb.*Marchiones Mendoza del origen.de las dignitades ſeglares de Caſtilla lib.3. cap. 14.Roxas de incompat.4.p.cap.4.num.10. Antunez de donat.reg.p.2.lib.1.cap.6.n.43.Themud.dec.70.*

44 Et ſic Marchio dicitur ille , qui de Marchia eſt inueſtitus à Rege , hoc eſt de feudo cum tali dignitate vt de Ducatu *ſup.* diximus *ad tex. in d. cap.1.quis dicatur Dux Affl.in d.cap.1. nu.66.* vbi omnes *de his qui feud. dar.poſſ. Cabed. deciſ.luſit. 105.nu.2.in fine* . Quæ dignitas ſecundum ordinem litteræ *d.rub. quis dicatur Dux* eſt minor Ducali ſecundum *Iaſ. in d. l.1. de offic. eius num.15. Boer.de auth.magn.conſil.2.p.§.1.nu.6.*licet ſepe anteponatur Ducali poſt alios *Menoch. d. conſ. 302.nu.30.Maſtrill.cap.6.nu.8. Antunez d.cap.6. nu.44.Taſſon.de antef.verſ.14.obſ.2.n.73. P.Heig. d.qu.2.Beſold.in theſ.pract.lit.M. nu.28.* vbi *etiam addit.fol.mihi 624.& 625.*

45 Marchionis maior eſt dignitas quam Comitis arguendo ex eodem ordine litteræ *d.rubr.quis dicatur Dux Parlador.rerum quotid.cap.13.nu.1. Petr.de gregor.ſyntagm.p.1.lib.6.cap.7. num.14. Maſtrill.d.cap.6.nu.16.Taſſon.d.verſ.14.obſ.2.nu.75.* Licet non ſit tam antiqua, quam Comitis,vt poſt *Frecc.de ſubfeud.*tradit *Bouadill.d. cap.16. nu.27. in fine* .

46 Ideo Marchiones non ſolum *ſpectabiles* dicuntur,ſecundum *Hoſt.in ſumma de pœnit. & remiſſ.§. cui ſeruat verſ.Cui Marchio Purpurat. in d.l.1.nu. 131.de offic.eius Boer.de orig.grad.nu.6.ex in tract. de auth.magni Conſil. in add.num.100. Brun. conſ. 91.lib.2.Surg.de Neap.illuſtr.lib.1.cap.27.n.16.* Sed *Illuſtres Alcman. conſ.2. vol.3. Frecc.vbi ſup. n.7.Caſſan.p.7.conſid.4.Frid.Scot. conſ.vlt.n.118. lib.6.tom.1.Maſtrill.d.cap.6. nu.19. & 20. Antunez d.cap.6.nu.49.*

47 Imo *illuſtriſſimi* ſecundum *Affl. in prælud. conſtit.Regni qu.13.Rim.iun.conſ 642.nu.46.*quo tit. hodie de conſuetudine nuncupantur,quam in his eſſe ſequendam diximus *ſup.Maſtrill.d.cap.6. nu. 21.*& de iure noſtro eſt *cit.pragm.1. §.1. de titul. abuſu* , quæ dicit poſſe vocari voce , ſed non in-
48 ſcriptis. Imo *Menoch.d. conſ.302. nu.44.* defendit competere tit.*Excellentiſſimi* maxime quando habet duplicem dignitatem , vt quid eſſet Marchio,& Comes *Maſtrill.d.lib.4.cap.6. nu.24.Taſſon.d.obſ.2.nu.76.& 77.*

49 Et ſedent cum ſella in cætu Proecrum,& aliorum Magnatum in Palatio ante Comites ſecundum *Frecc.vbi ſup.nu.2.& 7.Maſtrill. d.cap.6.nu. 25. Sixtin.de regal.lib.1.cap.4. nu.53. Machad.de perfecto confeſſore lib.6.par.1, tract.2.nu.2. Giurb. de feud.§.1.gl.3.nu.18.Franch.dec.365.n.2.& 3. Antunez d. cap.6.nu.46.& ſeqq.* quod eſt magna dignitas in Palatio Principis, & in eius præſentia ad *tex.in auth.vt ab illuſt.§.2. Surg. de Neap. illuſtr.cap.23.nu.28.*

50 De Marchione eſt de iure hiſpano *l.11. tit.1. p.3.Tiraq.de retract.lig. ad finem tit. nu.66. Andr. Reſend.in ſua Inſit.fol.137.Caſſ.in.p.8. conſid.15. Seguenca in hiſtor.S.Hieron.p 3.lib.1.cap.11.Garz. de nobil.gl.42.§.3.nu.69.Roman.de rep.gentil.lib. 4.cap.14.Guardiol. de la nobleza de Hiſpaña c.47. Orozco en el Theſ.de la lengua Eſpañola* verb.*Marquez fol.540.*

51 Comites dicti ſunt à Comitando,eo quod primi ordinis Viri Auguſtum proficiſcentem in Prouincias comitabantur , & præerant rebus, & domibus Principum *Frecc. de ſubfeud. lib.2. tit. quis dicatur Comes nu.2. & ſeqq.* ex *Cornel.Tacit.* dicit *Cumia in prælud. c.ſi aliquem num.193.Sonthec.de feud.p.6.nu.8.Bouad.d.cap.16. nu.26. Maſtrill.cap.7.nu.8.Roxas de incompatibil. p.4. cap.4. nu.11.& 12.* Vel quia Aula Principis vocabatur Comitatus , à Comitatu Comites dicti ſunt *Hoeping.de Iure inſign.cap.6 nu.854.P.Heig.d.q.2.*

52 Dignitas hæc fuit inuenta à Longobardis ſecundum *Andr.in cap.1. Quis dicatur Dux* . Et eſt magis antiqua,qua illa Ducum, & Marchionum & eſt nomen dignitatis , & nobilitatis,omnes *in d.cap.1.quis dicatur Dux Decian.reſp.21. num.10. vol.1.& reſp.7. nu.10. vol.3.* Sed antea erat conceſſus hic titulus,& ille Marchionis in gubernũ, deinde in dignitatem *Taſſon. nelli Penſieri lib. 9. cap.16.*

53 Erat propria antequam eſſet in Regno cognita Regalis dignitas , vt dicit *Camill. de Curt.p.1. diuerſ.feud.nu.13.fol.11.at. Azor in ſumma par.2. lib.11.cap.10.Bouadill.lib.2 cap.16.n.26. Cabed. dec.105.nu.2.p.2.* vbi dicit dignitatem hanc Comitatus fuiſſe in Hiſpania primam dignitatem , quæ multo tempore durauit vſq; ad Reges Hiſpaniæ *Garz.de nobil.gl.48.§.3.num.69. Volfang. lib.2.comment.Reip.Roman.cap.11.Parlad.rer.quotid.cap.13.nu.2.& 3.Guardiol.de nobil.cap.41.Godiel.in lib.Genealog.Ducum Oſſunæ cap.2. Maſtrill. cap.7.nu.2.Fermoſin. in cap. accedens qu.4. vt lite non conteſt.Antunez.d.cap.6. nu.52.* vbi poſt *Maſtrill.*

Digitized by Google

ſtrill. & *citatos* dicit Regnum Caſtellæ, Portugalliæ, Galletiæ, & Aragonum à principio tit. Comitatus potiri.

54 Apud feudiſtas omnes *in d. cap. 1. quis dicatur Dux in cap. 1. de feud. March. in prælud. feud. & in tit. de his qui feud. dar. poſſ.* Ille dicitur Comes, qui de Comitatu eſt à Rege inueſtitus, vel ab eo, qui talem habet authoritatem *DD. in cap. 1. quis dicatur Dux Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. p. 2. qu. 3. Taſſon. de anteſ. d. obſ. 2. nu. 81. Tuſc. lit. C. concluſ.* 479. vbi dicunt Comitatum eſſe Territorium plurium Villarum, & Caſtrorum *Felin. in cap. Rodulfus* verb. *Comitatus de reſcript.* & ſecundum *Caſſan. p. 6. conſid. 45. Aff. in prælud. conſtit. Regni qu. 26.* debebat conſiſtere in Ciuitatibus vbi adeſſent Epiſcopi, & non in Villis, & oppidis, pro vt hodie ſufficit, nec requiritur, quod ſaltim habeat in territorio centum vicos ſubditos ſuæ iuriſdictioni, vt dicebant *Bouadill. d. cap. 16. num. 25. col. 5. P. de Gregor. ſyntagm. p. 1. lib. 6. cap. 27. nu. 30.* aliàs impropriè dicerentur Comites *Bal. in d. c. 1. §. Marchio de his qui feud. dar. poſſ. Aff. in conſtit. ſi aliquis baro nu. 4. rub. 11. lib. 3. Frecc. in tit. quis dicatur Comes nu. 34. Giurb. de feud. §. 1. gl. 3. nu. 28.* poſt alios *Antunez d. c. 6. n. 53. & 54.*

55 Sunt alij Comites, qui de Comitatu non ſunt inueſtiti, & ſic non dicuntur propriè Comites, ſed abuſiui, quales ſunt Comites Palatini, Comites Sacri Palatij, Comites rei militaris, Comites rerum priuatarum, & alij de quibus *Frecc. Andr. & alij locis citatis*, qui non veniunt appellatione Comitum *Paris de Put. de duello §. an domus nu. 7. Iac. de S. Georg. in ſua inueſtit. in* verb. *Comes nu. 1. Bouadill. d. cap. 16. nu. 34. Anna conſ. 56. num. 8. & ſeqq. Hoeping. de iure inſign. d. cap. 6. nu. 854. Antunez. d. cap. 6. nu. 54. Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 4. nu. 108. & lib. 2. cap. 17. nu. 18. Taſſon. d. obſ. 2. nu. 83. Franc. dec. 115.*

56 Comites hoc modo inueſtiti dicuntur *Spectabiles ad tex. in l. Prouincialium C. de erogat. milit. Ann. lib. 12. & l. 1. C. de offic. magiſtr. milit. l. ſi quando C. de appell. Decian. reſp. 7. nu. 11. Surg. de Neap. illuſtr. lib. 1. cap. 27. nu. 16. & cap. 23. nu. 7. Corſet. de poteſt. Reg. qu. 17. nu. 13.*

57 Imo *Illuſtres* pro vt de Ducibus, & Marchionibus diximus, nam hæ dignitates regales communiter dicuntur *Illuſtres*, vt notat *Frecc. vbi ſup. nu. 4.* maximè quando habent Ciuitatem Metropolim ſecundum *Rebuff. in l. 1. C. de conſul. qui prou. Caſſan. p. 7. conſid. 4. Maſtrill. lib. 4. cap. 7. nu. 22. Thesaur. dec. 70.*

58 Et *illuſtriſſimi Spec. de Iuriſd. omnium iudic. ſuper rub. nu. 5. Garz. de nobil. gl. 38. §. 3. nu. 68. Maſtrill. d. lib. 4. cap. 7. nu. 24.* & videtur de iure noſtro eſſe *pragm. 1. §. 1. de tit. abuſu*, & ſic ſedent in Parlamento Regis, & in alijs Regijs, ſeſſionibus præcedendo nobiles, & Barones ad *tex. in c. grandi, & cap. fundamenta de elect. in 6. Luc. de Penna in rub. C. de Comit. Conſiſt. lib. 12. Antunez. dict. c. 6. nu. 57.* vbi dicit per legem emanatam anno 1597 in Regno Luſitaniç non vocari *illuſtriſſimos*, ſed tantum de *Senhoria*, & ibi dignitas Comitatus eſt excellentior, quam in alijs Hiſpaniæ Regnis, nã ibi Comites ſunt Magnates vulgò *Grandes*, & ſtant coram Rege capite cooperto, quod eſt magnæ dignitatis poſt *Felin. Caſſan. Bouadill. Giurba de feud. §. 2. gl. 13. nu. 57.* Ità vt ſi Princeps illi, cui ius cooperiendi, vel ſedendi competit; ipſum deneget iniuriam faciat *Giurba nu. 59.*

59 Hi Comites poſſunt portare Coronam ſuper Armis licet minorem Ducali *Luc. de Penna d. rubr. de Comit. Conſiſt. lib. 12. Caſſan. in ſecun. 5. par. Bouadill. d. cap. 16. nu. 31. in fine Frecc. tit. quis dicatur Comes nu. 48.* & pariter detinere vexillum, & Sericam Vmbellam quam Baldachinum dicunt *Surg. de Neap. illuſtr. cap. 23. num. 50. Capic. dec. 27. nu. 46. & 47.*

60 De Comite eſt *Reſend. vbi ſup. fol. 136. & ſeqq. Guardiol. cap. 41. & 42. Orozco* verb. *Conde Gudiel. en la hiſtor. de los Girones cap. 2. Caribay in comp. hiſtor. lib. 7. cap. 17. & 47. & lib. 10. cap. 4. moral. en la Chronic. de Heſſag. p. 2. cap. 31. Roman. d. lib. 4. cap. 15. Azor. p. 2. lib. 11. cap. 8. 9. Gratian. diſcept. 291. nu. 17.* Et omnes titulati ſedent in ſella coram Principe, & Collat. Cõſilio, & loquuntur capite tecto cum Vicerege *Surg. de Neap. Illuſtr. cap. 23. nu. 28. 29.*

61 Adeſt etiam Dignitas Protocomitis, quæ eſt græca ſecundum *Vulc. lib. 29. hiſtor. tit. de magiſtr. græcor.* quem ſequitur *Frecc. de ſubfeud. tit. quis dicatur Comes num. 52.* hic præcedit alios Comites licet eſſent tempore digniores, quaſi ſit dignitas maior Comite *Maſtrill. d. lib. 4. cap. 8.*

62 Adeſt dignitas Vicecomitis, qui ſecundum *Spec. tit. de Vicecom.* eſt is, cui Dominus Caſtri committit vices ſuas, ſeu executionem Iuriſdictionis in Caſtro, ſeu eſt locumtenens Comitis *Maranta in ſpec. p. 4. diſt. 5. nu. 10. Fernan. Mexia lib. 1. cap. 78. Carib. lib. 10. cap. 4. Guardiol. de nobil. cap. 42. in fin.* & hi allegant *l. 11. tit. 1. par. 2. Giurba de feud. §. 1. gl. 5. nu. 45. Maſtrill. d. lib. 4. cap. 9. num. 1.*

63 Dignitas hæc eſt maior dignitate baronis, ſed minor Comite ſecundum *Frecc. tit. quis dicatur Comes nu. 52. in fine & in tit. de origin. baron. nu. 8. Mozz. de his, qui feud. dar. poſſ. ſub nu. 17. in fine Bouadill. d. cap. 16. nu. 36. P. de gregor. ſyntagm. p. 1. lib. 6. cap. 9. nu. 14. in fine Cabed. dec. 105. in princ. par. 2. Caſſan. p. 5. conſid. 55. Antunez. d. cap. 6. n. 60. & 61.* vbi dicit hodie in Luſitania adeſſe tres Vi-
64 cecomites. Eſt regalis hæc dignitas, & iudicatur pro vt de Ducatu, Marchionatu, & Comitatu *Iacob. de S. Georg. in ſua inueſtit.* in verb. *Dux. col. 4. Maſtrill. d. lib. cap. 9.* De dignitatibus his attulimus DD. *in obſ. ad conſ. 14. lib. 1. R. Rouiti.*

65 Barones ſecundum *Cornel. Kbelian. in dictionar Theutonicolatino* verb. *Bander.* eſt qui inter nobiles opibus, & potẽtia antecellit, homo generoſu, & inſignis, merum, mixtumq; imperium in aliquo Caſtro, aut oppido conſenſu Principis habens &c. Eius origo eſt antiquiſſima *Frecc. tit. quis dicatur baro nu. 8.* per *tex. in cap. 1. de controu. feud. inter patrem Fontanell. de pactis clauſ. 4. gl. 10. p. 1. nu. 10. Maſtrill. d. lib. 4. cap. 2. nu. 53. & 54.*

66 Dicitur Baro à Barya, quod eſt nomen græcũ, & latine ſignificat idem quod grauis, & fortis, ex eo quod talis baro debet eſſe poſt *Luc. de Penna Aff. Curt. iun. Alciat. Fontanell. d. gl. 10. nu. 3. & 4.* licet alij dicant eſſe nomen hæbraicum, latinè filius *Cabed. dec. 104. nu. 2. Fontanell. d. gl. 10. p. 1. nu. 5.*

Digitized by Google

num.5.nam à principio barones fuerunt filij Regum, & cum Reges non poſſent facere omnes filios Reges, donabant filijs ampla Caſtella, & Caſtra cum Iuriſdictione,& imperio,& iſti vocabantur Barones *Cabed.d.dec.104.nu.1.Fontanell.d.gl.10.nu.2.Pacian.de probat.lib.2.cap.37.nu.8.Affl.in cap.1.qui feud.dar.poſſ.nu.3.* quidquid aliter dicat *Koeping.de iure inſign.c.22.nu.178.*

67 Baro in noſtro Regno Neap. Sicilia, Catalonia,Gallia,& Luſitania,& Mediolani,eſt ille,qui habet Caſtra à Rege conceſſa cum iuriſdictione in titulum baroniæ,vt ſcribunt *Pal.in d.cap.innotuit nu.18.Curt.iun.conſ.212.Cabed.d.dec.104.nu.3.Fontanell.d.gl.10.nu.6.Caſſan.in catal.p.8.conſid.39.Menoch.conſ.1110.nu.7.Maſtrill.lib.4.cap.1.nu.10.& ſeqq.P.de Gregor.de conceſſ.feud.p.2.qu.3.Reg.Ponte de poteſt.Proreg.tit.7.de aſſenſu reg.nu.4.& ſeqq.Giurba de feud.§.1.gl.4.num.6.* etiam ſi vnum tantum ſit Caſtrum inueſtitum *DD.ſup.citati Tuſc.lit.D.concluſ.27.num.2.& 4.Rond.vor.reſol.cap.44.nu.39.Maſtrill.d.cap.1.nu.9.Cabed.d.dec.104.nu.3.Antunez d.cap.6.nu.65.*

68 Differentia eſt inter conceſſionem feudi factã ſimpliciter, & in titulum baroniæ, nam prima conceſſio differt à ſecunda, vt dicit *Maſtrill.d.c.1.nu.14.* nec ſufficit conceſſio feudi,niſi concedatur in Baroniam *Socc.conſ.165.vol.2.Ponte de poteſt.Proreg.tit.7.de aſſenſu reg.nu.6.P.de Gregor.de conceſſ.feud.qu.3.num.9.par.2.Giurba d.§.1.gl.4.nu.10.*nam baronia non fit, niſi ex Regis deſtinatione ex *tex.in l.quod in rerum §.1.l.plane ad fin.ff.de leg.1.Anun conſ.44.nu.8.Giurb.d.§.1.gl.4.nu.14.*quidquid dicat *Bouadill.d.cap.16.nu.22.*

69 An baronia ſit dignitas res controuerſa eſt, nam quod non ſit,dicit *Pacian.de probat.d.c.37.nu.1.* vbi dicit baroniam non eſſe feudum titulatum licet nobile ſit *num.6.& 7.*& ſic regalem dignitatem annexam non habere dicendum eſt *Affl.in cap.1.quis dicatur Dux num.9.Caſſan.5.p.conſid.vl.Pacian.nu.6.*

70 Quod ſit dignitas,alij tenent, ea ratione quia vt dignitas ſit Regalis ſufficit quod à Rege concedatur *Frecc.de origin.baron.num.42.& 43.* & hanc opinionem tenent *Bal.in cap.innotuit ſub nu.18.de elect.D.Gregor.de conceſſ.feud.p.2.qu.3.Schrader.conſ.13.nu.159.& 171.Sixtin.de regal.lib.1.cap.2.nu.25.& cap.4.nu.39.Cabed.dec.104.nu.4.Maſtrill.d.lib.4.cap.2.nu.38.& ſeqq.Giurb.d.§.1.gl.4.nu.1.& 2.* vbi bene dicit Baronum dignitatem proximam eſſe poſt Comites quamuis illis inferior *Caſſ.p.5.conſid.56.& par.8.conſid.5.Surd.conſ.453.nu.35.ad fin.Pacian.d.c.37.nu.6.* Et Barones præferuntur alijs nobilibus, qui non ſunt Comites *d.cap.fundamenta ad fin.de elect.in 6.Cabed.d.dec.104.nu.4.Giurb.d.§.1.gl.4.num.1.* Et licet *Maſtrill.d.lib.4.cap.2.nu.40.& 44.Giurb.d.gl.4.nu.4.* æquiparent Comites,& barones, loquuntur ſecundum *conſtitutiones* noſtri Regni, quo iure ſunt idem quo ad feuda, ſic etiam *Sixtin.lib.1.cap.4.nu.51.* loquitur de more Germanorum,vt aduertit *Giurb.d.gl.4.nu.4.* diximus ad *Rouit.conſ.8.lib.3.*

71 Ex quibus liquet,quod Baro non ſedet coram Rege,neq;ſtat capite cooperto, niſi in Comitijs generalibus, in quibus Baro ſedet poſt Comites, & poſt baronem ſedent domini Vaſſallorum, quibus baro præfertur,quia titulatus *Maſtrill.lib.4.cap.2.nu.38.48.& 60.& dec.18.Paſcal.de vir.patr.poteſt.p.4.cap.2.nu.42.* Secundum *Purpurat.in l.1.nu.24.ff.de offic.eius* dicuntur illuſtres,quod intelligendum eſſe dicit quando regalia iura in baronia poſſiderent. Verum dici *ſpectabiles* fundat *Maſtrill.nu.57.*

72 In Regno noſtro Neap. habemus plures Barones habentes feuda in Baroniam, inter quos eſt *D.Princeps Squillacy*,qui habet quędam feudũ in baroniam, & in Luſitania eſt Baro de Aluito inſignitus dignitate Comitatus de Oriola *Antunez d.cap.6.nu.70.* De Titulatis agit benè *D.D.Io:Baptiſta Spinellus in lib.de conſcrib.Epiſtolis.*

73 Illuſtres ſunt Cardinales per *tex.in l.1.C.de propoſit.labor.lib.12.* ibi *quos lateris noſtri comitatus illuſtrat.Themud.dec.70.nu.3.* quamuis hodie per *Bullam* S.P.*Vrban.8.* habeant titulum *Eminentiſſimi*,de quorum authoritate,&dignitate nouiſſimi tractat *D.Diana in operibus Moralibus,& Cohel.in Tract.de Cardinalibus Tuſc.*verb.*Cardinales.*

74 Illuſtres ſunt Epiſcopi, ſeu illuſtribus ſimiles *c.fin.de re iudic.in 6.can.vl.3.qu.3.cap.omnes,& cap.ſolitæ de maiorat.& obedient.l.quoties in fin.C.de dignit.lib.12.Bal.in l.ad ſimilitudinem C.de decur.Brunnem.in l.penul.& auth.ſeq.C.de procur.Farinac.qu.99.nu.117.Cephal.conſ.1.nu.34.& conſ.2.nu.13.Simanc.de dignit.Epiſc.cap.14.num.15.Themud.dec.70.*

75 Imò reſpectu ordinis Epiſcopalis eſt ſuper omnes illuſtres, etiam ſuper Imperatorem *can.Valentinianus 63.diſt.Spec.in tit.de lega verſ.17.* & dicitur frater Papæ *c.quam graui de crim.falſi* cui Epiſcopi ſunt æquales in ordine cum ſucceſſerint loco Apoſtolorum *can.in nouo 25.diſt.* Et ſunt maiores etiam Cardinalibus non Epiſcopis *Barbat.conſ.1.col.1.Loffred.in Parafr.feud.tit.ſi de feud.def.mil.fuer.contr.cap.omnes* verſ. & *inhærendo Surg.de Neap.illuſtr.lib.1.cap.27.nu.29.& 31.* Vel *Clariſſimi Barbat.de præſt.Card.par.1.qu.1.baſilica nu.42.Iacobat.de concil.lib.1.art.3.num.9.Alzed.de præcell.dignit.Epiſcop.cap.10.nu.49.Valenz.conſ.82.nu.63.lib.1.*

76 Illuſtres etiam ſunt Priores magnæ Crucis hieroſolimitani,cum comparentur Epiſcopis, tã ratione iuriſdictionis,quam Prouinciæ ſibi commiſſæ *Surg.d.cap.27.nu.29.*

77 Illuſtres etiam ſunt Procuratores,quos ſibi in aliqua Prouincia generales conſtituere ſolent Reges ad aliquid ſpecialiter agendum ſub tit. Agentis generalis,de quibus *tot.tit.C.de Agent.in reb.Surg.de Neap.illuſtr.cap.23.in fine* verſ. *ſunt etiam illuſtres.*

78 Illuſtres ſunt Adelantati in hiſpanijs R.*Valenz.d.conſ.82.per totum* præcipuè *nu.24.*

79 In caſibus,in quibus requiritur celeritas conſtitui debet procurator *Berou.conſ.18.nu.94.lib.3 Odd.de reſtitut.in integr.qu.30.art.10.num.57.& art.18.*ſequitur *Actius de infirm.par.1.cap.31.nu.11.& 12.* Abſens cogitur per procuratorem cõ-
80 parere *l.non ſolum* verſ.*an ergo ff.eodem* quæ concluſio procedit etiam ſi eſſet abſens ex cauſa probabili *Bar.in l.fin.ff.de reſtit.in integr.*quod ſi procuratorem non conſtituerit non reſtituitur, ſe-

qui-

quitur *Mauris.de reſtit. in integr. cap.340. Sforz. Odd.qu.5.6.& 7.* Maxime quando ipſe data opera ſe abſentaret, ne ei acta intimarentur, vel non eſſet notus, nec domum certam haberet in Ciuitate, quia poteſt cogi per Iudicem vt relinquat procuratorem, de quo latè per *Muſcatell.in praxi S.C.p.3.gl.comparentis nu.9.& 10.* vbi dicit, quod contrà eum accuſantur contumaciæ *Sforz. Odd. de reſtit.q.6.& 7.*

Limitatur hæc concluſio. Primo quando quis eſſet abſens ex cauſa neceſſaria, & iuſta *Bar.in l.2. §.ſi quis in iudicio ff. ſi quis caut. nu.2. Myſing. obſ.58.cent.4.*

81 2. In Cauſis grauibus, & arduis, in quibus procurator non debet conſtitui, vel mitti per abſentem *DD.in cap.2.de proc.Pal. in cap.querelam nu.2.tit.codem Bar.in l.1.ff.de diuerſ.& temp præſcrip. Afflit.dec.50.nu.3. Capic.dec.123. Pariſ. conſ.102. nu.3.5.6.& 7.vol.4.Gratian.dec.107. num.2.* vbi *ex Afflit.vbi ſup. nu.5.* tradit hoc etiam procedere ſi Cauſa ſit ſuper intereſſe, quod quando eſt magnum, & adeſt graue præiudicium, facit, vt dicatur cauſa grauis, *Soar. de Pace in pract.p.1. tom.1. temp.5.nu.55.Barboſ.in cap.2.de procur. num.3.* & quæ dicatur cauſa grauis remittit ſe ad *Hoſtienſ. in 2.col.2.*verb.*cogi de procurat.Menoch.de arbitr. iud.lib.2.cent.1.cap.72.*

82 Quæ ſint cauſæ arduæ eſt *Theſ.dec.61. nu.3.& 4.* quod arbitrio iudicis relinquatur quæ nam dicantur cauſæ arduæ ex *Bal. in cap. ex ratione de appell.Boniſ.*Ruger.*conſ.2. nu.49. Gratian.diſcept. 145.nu.36.cum ſeqq. Bellug.in ſpec. Princip.rub.4. num.3.* vbi habetur quod licet in arduis cauſis quis non cogatur procuratorem conſtituere, vt in *d.cap.querelam de procur.*vbi *Barboſ.*tamen poteſt ſi vult, & ibi *addit.Camill. Borrelli lit.A.* Ratio quare in cauſis grauibus non debeat abſens conſtringi ad faciendum procuratorem ea eſt, nam non eſt veriſimile, procuratorem poſſe tractare cauſas graues cum ea diligentia, qua poſſet dominus abſens *l.1.§.fin.verſ. vero ff.de carb.edicto Gratian.cap.245.nu.32.*

83 3. Limitatur quando quis eſt impeditus comparere propter odia, & partialitates, nam tunc non tenetur mittere procuratorem *Ang.in d.l.2. §.quod diximus ff.ſi quis caut. Pereira in tract. de renouat.emph.qu.7.nu.4.Pratt.de citat.art.5.q.28. à princ.*poſt alios *Barb.in cap.2. nu.6.de procurat.* vbi dicit legitimè impeditum non compelli conſtituere procuratorem ad cauſam *Afflit.dec.29.nu. 4.*& quando adeſt iuſtum impedimentum comparendi, & iudex hoc ſcit, & procedit ad vlteriora proceſſus eſt nullus, ſecus ſi neſcit, nam tunc reſtituitur impeditus *Afflit.ibid.*vbi deciſum refert & quando impeditus teneatur mittere procuratorem ſuum *Iaſ. in l. ſi quis Iudicem ff. ſi quis caution.Odd.de reſtit.in integr.quæſt.30.art.40. Thom. Act.de infirm.p.1.cap.31.à nu.3.cum ſeqq.*

84 Ex his infertur quod ſi citatus timeat ſibi inferri vim, non ſolum perſonæ, ſed etiam cauſæ, non tenetur comparere per procuratorem *Hyppol. ſing.311.tex.in cap.1. de iudic. in 6.* & ibi aliqui caſus, in quibus quis perſonaliter comparere debeat ſi Iudex præcipiat.

85 4. Limitatur In abſente ex cauſa reip. vel Principis *gl.not.in cap.1.* verb. *abſentia quo temp.Mil. inueſt.pot.deb.*& ibi *Afflit.nu.8.Iſern.nu.5.Menoch. conſ.304 nu.40 & conſ.305.num.23. lib.4.* vbi ſi contra hos abſentes ageretur, eis reſtitutio in integrum competeret *tex. eſt in l.1 §.item alij, & l. iudianus §.eum quoque ff.ex quib.cauſ.maior ex Bar. & Iaſ.*ſequitur *Gratian.diſcept.868.nu.14.& ſeqq.* vbi alios recentiores affert *Golin. de procurat.p.1. cap.3.nu.12.& 13.Reg.Marcian. diſp.19. nu.12. Velaſc.de priuil.pauper. qu.30. nu.4.* diximus in *obſ.ad conſ.42 nu.4.& ſeqq.lib.3.Scip.Rouiti.*

86 Genera abſentiarum ſunt quinq; Prima probabilis, & neceſſaria, vt militiæ, 2. probabilis tantum, vt ſtudiorum, 3. neceſſaria tantum, vt relegationis 4. voluntaria, vt mercaturæ, vel alia ſine contumacia 5. Per contumaciam. In prima ſi quis fuerit legitimè defenſus reſtituitur ad appellandum *l.vlt.ff de reſtit.in integr.*Si non defenſus reſtituitur ad totam cauſam *l.qui abſente C.de procur.l.ſi prætor ff.de iudic.* In 2. legitime defenſus ad nihil reſtituitur *l.nec non ff.ex quibus cauſ. maior.* niſi quando relinquere non potuit procuratorem, vel ſi procurator obijt *d. l. nec non Sforz. Odd.de reſtit.in integr.qu.5.* In 3. cauſa cognita ſuccurritur, vt ſi procuratorem non potuit relinquere, vel ſi reliquit, & mortuus eſt *l.ſed etſi §.1. in fin.ff.ex quib.cauſ.maior. d.l. nec non Golin.de procurat.p.1.cap.3.nu.17.* diximus ad *Reg. Rouit. conſ.42.nu.13.lib.3.* In 4. non reſtituitur, quia, lædi per ſententiam poteſt *l.de vno quoque ff. de re iudic.* Niſi abſentia ſit voluntaria, ſed demum ſuperueniat cauſa neceſſaria, veluti ſi a prædonibus, vel potentiore, vi oppreſſus, non potuit reuerti vt fundat *D.de Meſa var.reſol. lib.3.cap.44. nu.24.*vbi deciſum refert per S. C. iunctis aulis. In 5. ſi eſt ficte contumax auditur appellans, ſi verè nequaquam *Bened. de iure protb. §. verum ſi infrà nu.45.fol.57.Scacc.de appell.q.17.lim.3.*

87 Carceratus dicitur habere iuſtam cauſam impedimenti *Afflit.dec.182.nu.4.& 7.* & habet reſtitutionem ſiue ſit carceratus pro delicto, ſiue pro priuata cauſa *Odd. de reſtitut. p.1. qu.7. ar.5.per tex.in l.ſuccurritur ff.de in integr.reſtitut.l.vinculorum, & l.verum ff.de verb.obligat. l.2. C.ex quib. cauſ.maior.Gig.de penſion.qu.35.num.4.* deciſum per S.C.refert *Thor. in comp. p.3.ſect.3.* verb. *reſtitutio.* Magna tamen eſt differentia inter vnum, & alterum abſentiæ genus ad concedendam reſtitutionem, vt diximus *in obſ.ad d.conſ.42.Reg. Rouit.lib.3.*ad dictum locum remictimus *DD.Lectores.* De omnibus ſpeciebus abſentiæ bene more ſolito diſcurrit *Sforz. Odd.de reſtitut. in integr. qu.5.6.& 7.*cum etiam videant *DD.Lectores.*

88 3. Vniuerſitas tenetur procuratorem conſtituere *l.1.§.quibus autem ff. quod quiſq; vniuerſ.l.item eorum §.actor ff. eodem c.quia in cauſis 7.* vbi *gloſ.* verb. *de iure communi de procur.* de Iure noſtro Neap. eſt ſtatutum per *conſtitut.* incip. *generalia iura* vbi *Afflit.& R.Tap.*

89 4. Mulier etiam coniugata, etiam in cauſis criminalibus, & capitalibus tenetur comparere de *Iure Neapolitano*, tam actiuè, quam paſſiue per maritum, ſeu procuratorem per *d.conſtitut.* incip. *generalia iura* vbi *Afflit.*etiam *& R.Tap.*

90 4. Excommunicatus tenetur per procuratorē com-

comparere, ac reſpondere c. intelleximus de iudic.
diximus ſup.qu.16.
91 5.Epiſcopus tenetur comparere per procura-
torem cap.quia Epiſcpus 5.q.3. Alberic. in l.procu-
rator nu.3.ff.eodem de proc.niſi ſit pauper, vt per
gl.in d.cap.quia Epiſcopus,ea ratione quia non ex-
pedit miniſtros Dei eſſe litigioſos c.vnic. de ſyn-
dic.cap.ſicut 2.q.6.Nec dicatur quod ſicut tutor,
vel curator non poſſunt ante litem conteſtatam
conſtituere procuratorem l.neque C.de proc.ita
& Epiſcopus,ſecundum gl.in l.1.ff.eodem. Nam
illa gl.communiter reijcitur,vt per Alberic.ibi n.3
92 Nam nulla inter eos cadit comparatio,nam
tutor eſt ad tempus, Epiſcopus verò perpetuus,
tutor non vtitur bonis pupilli, Epiſcopus vtitur
bonis Eccleſiæ, imò poteſt beneficia ſuis cogna-
tis conferre gl.in cap.1.ver. Clericorum ſi de inue-
ſtit.inter dom.& agnat.vaſſall. Clar. §.feudum qu.
13.ver.octauo vlterius quæro.
93 Imo non deeſt qui dicat teneri Epiſcopum
bona inter pauperes conſanguineos diſpenſare
Ang.in l.centum C.de annon.ciuil.lib.10.per tex.in
94 l.ciuili C.de Epiſcop.& cleric. Et Caual. qu.275.
nu.4.dicit meritorium eſſe, beneficia conferre
conſanguineis, cæteris paribus ex Abb. in cap.1.
de cohabit.cleric.& mulier
95 Quæ facere non poteſt tutor, vel Curator,qui
non ſolum alij, ſed neq;ſibimet ipſi bona pupilli
dare poteſt l.præſes C.de tranſact.Rom.conſ.28.nu.
3.Dec.conſ.254.Alba conſ.97.Gratian.diſcept.91.
num.6.
96 Imo non poteſt pupillo authoritatem præſta-
re,vt ipſimet tutori donet, vel renunciet l.1. in
princ.& l.pupillus ff.de auth.tutor l.fin. §.cum autē
vbi etiam Bal.C.ſi maior fact. Caſtill.dec.149. nu.
4.cum ſeqq.p.2.Staib.reſol. Item tutela eſt onus §.
item tria Inſtit. de tutel. Prælatura vero eſt honor
gl.in cap.quia Epiſcopus 5.q.3.Specul. in tit. de pro-
cur.§.ratione nu.4.
97 6.Indiſcretæ perſonæ tenentur factum ſuum
per procuratorem proponere, ſicut etiam mino-
res cap. ex ratione de ætat. & qualit. cap.paſtoralis
de iudic.perſonæ indiſcretæ ſunt illæ,quæ incon-
ſideratè loquuntur arg.l.1.in fin. C.de priuil. eorū
qui in Sacro Palat. milit. lib.12. & l.1.ff. de poſtul.
vbi de Calphurnia ſit mentio Theſ.dec.210. Me-
98 retrix etiam dicitur perſona indiſcreta, vt per
Boer. conſ.1. poſt Biturig. conſuet. verb. & mulier
99 dicitur. Poteſt diei indiſcreta perſona ille qui
eſt indoctus,& ignorans §. ſi quis autem defunctus
Auth.quib.us modis nat.eff.ſui.
100 7.Furioſi, & prodigi debent per procuratorē,
ſeu Curatorem a Iudice datum comparere l. &
mulieri ff.de Curat.furioſ.Golin.de proc. p.1. cap.3.
num.62.
101 8.Abbatiſſa debet conſtituere procuratorem
ad agendum Golin.de procur.p.1.cap.3.nu.64.Sed
An ipſa ſola abſq; maiori parte monialium poſ-
ſit illum conſtituere? & reſolutiue dicimus poſſe,
vt deciſum refert per Rotam Rom.Put.dec.235.
lib.3.meminit Vtu.dec.314.nu.8. Golin.de procur.
p.1.cap.3. nu.64. Imò quod ſola ipſa poteſt con-
ſtituere procuratorem ſuper hæreditate monia-
lis, ſucceſſione ad Monaſteriū deuoluta Put.ibid.
ſequitur Ariſm.Tepnt.var.iur.ſeut.tit.88.c.4.

SVMMARIVM.

1 An,& quando mulier poſſit eſſe in iudicio? Vbi quæ bona poſſit habere mulier? & quid de Iure romano quid Longobardo, quid de Iure, & conſuetudine Pictauiæ,& alys Europæ locis,& à nu.2.ad n.69.

An, & quando mulier poſſit eſſe in iudicio?

QVÆSTIO XIX.

1 VIdebimus quando mulier poſſit eſſe in
iudicio. Pro cuius rei intelligentia,
& diffinitione eſt præſciendum, mu-
lierem poſſe habere tria genera bono-
rum. Alia dicuntur bona dotalia. Alia bona pa-
raſrenalia.Alia ſunt bona,quæ ſunt ſibi relicta,
aut donata in conſtantia matrimonij,& dicuntur
bona aduentitia. Bonorum dotalium, durante
matrimonio,dominium eſt penes maritum,ſicut,
& adminiſtratio, & fructus l.doce ancillam C.de
rei vendic. Bonorum paraſrenalium maritus eſt
legitimus adminiſtrator,& procurator,& pro eis
in iudicio ille poteſt comparere abſque cau-
tione rati per tex. in l.maritus vbi omnes DD. C.
de procur.& in l.fin.vbi Bar.Bal.& Salyc.C.de pactis
conuent. Canoniſtæ in cap. conſtitutis de procurat.
Golin.de procurat.p.3.cap.1.nu.21.& ſeqq.D.Man-
zi controu.133. lib.2. Berlich. pract.concluſ.tom.2.
concluſ.17.
2 Iſta bona mulier poteſt ad libitum, à poſſe ma-
riti quandocunq;ad ſe auocare,& à manibus ma-
riti auellere, ſecundum Bal.in l.vbi adhuc C.de
iure dotium,& in l.fin.C.de pactis conuent.Iaſ.conſ.
197.vol.2.
3 Et de fructibus conſumptis iſtorum bonorum
in communem vſum,non tenetur maritus,ſed eos
lucratur Bal.conſ.464.lib.5.Vrſill.ad Afſl.dec.44.
nu.9. quando maritus teneatur ad reſtitutionem
horum fructuum eſt Theſ.dec.187. Cauagnol. dec.
24.R.Ponte conſ.88.nu.2.vol.2. Fuſc.ſing.148. &
153.lit.F.Laurent.dec.Auenion.18. nu.113. Surd.
de alim.tit.1.q.33.Minad.conſ.5.nu.13.
4 Mulier non maritata, vel eſt filiafam.& illa
an poſſit eſſe in iudicio, diximus dum egimus de
filiofam.Vel ſui iuris, & tunc in proprijs cauſis
in iudicio agere,comparere, & ſe defendere non
prohibetur ex tex.l.qui abſente 4. verſ. niſi in rem
ſuam C.de Procurat. Vant.hic nu.134.Bal. in l.licet
24.C.de procurat.nu.5.poſt med.Coler.dec.67.nu.9.
& ſeqq.p.1.Zanger.de except.par.2.cap.8.num.95.
Dec.in l.fœminæ 2.ff. de reg. iuris nu.9. qui Coler.
& Zang. ibi limitant de iure Saxonico vbi mu-
lier,nec pro ſe,nec pro alijs in iudicio compare-
re poteſt, & agere, niſi ad inſtar pupilli,vel mi-
noris curatorem ad litem habeat Berlich. tom.2.
concluſ.17.& 18.& tom.1.concluſ.15.
5 Quod procedit non ſolum in muliere actrice,
ſed etiam in rea conuenta. Nam quamuis de fœ-
mina conuenta, & reæ partis obtinente olim in
foro ſaxonico magna fuerat controuerſia an etiā
illa

illa curatorem habere debeat, nam *tex. conſtitut. lib.1.d.44 & 46.& lib.2.cap.63.* ſolummodo loquuntur de fœmina actrice, & ſic aliud dicendũ eſſet de fœmina conuenta,& rea, & ſic deciſum refert *C·ler.dec.67.nu.21. & ſeqq.* & ità pronunciatum in Curia Principum dicit *Chil. Rerg. in ſuo proceſſ.cap.8.nu.1.*

6 Alij verò tenent tum mulieri reæ eſſe dandum Curatorem ad litem quando ab actore peteretur, alias actore non petente,Iudex ex officio ſupplere,& mulieri Curatorem dare non tenetur, nec iudicium vitiatur, ſed optimè ſubſtinetur *Conſult.conſtit.Saxon.tom.1.p.3.qu.13. nu.6.* vbi deciſum refert,& *tom.2.p.3.q.17.*

7 Sed è contrà alij indiſtinctè dicunt,quod fœmina etiam rea ſine Curatore in iudicio comparere,& ſuã cauſam defendere non poſſit *Vnſ.nl ec in com.ff.de ſeſul.nu.4.Zeuger.de except.p.2. c.8. nu.10.in princ.* quorum opinionem approbarunt Electores Saxoniæ Auguſtus, & Io: Georgius, cum hac extenſione, vt Iudex etiam ex officio mulieribus ſiue agant, ſiue ſe defendant curatores etſi non petatur dare teneatur, alias iudicium non valet per *conſtit.* quam allegat *Berlich. concl. 15.n.10. tom.1.* vbi ampliat ſiue mulier ſit virgo, ſiue vidua,imò etiam ſi illę ſint maritatæ,nam nil in iudicio facere poſſunt niſi per ſuos Curatores, ſiuè illi fuerint extranei, ſiue etiam proprij mariti,vel per eorum actores, & eorum mariti,nomine illarum nihil facere poſſunt, niſi ſpecialiter illis Curatores fuerint conſtituti, & ità curatoria ſua exhibeant,vel de rato caueant.

8 Quibus præcognitis, dum quærimus, An mulier,& quando poſſit in iudicio per ſe ſtare, Diſtinguendum eſt loquendo in cauſa ciuili. Aut loquimur de iure communi Romanorum, aut de Iure communi Longobardorum. De iure communi Romanorum,concludimus, Mulierem,vbi agitur de bonis aduentitijs, & paraſernalibus, poſſe in iudicio per ſe comparere,quia eo iure nõ reperitur prohibita,& regula eſt, vt quilibet admittatur in iudicio, qui expreſſe non reperitur prohibitus ità *Petr.de Gregor.Syntagm.iur.vniuerſ. p.3.lib.43.cap.2.Oſaſc.h.dec.62.nu.14.*

Vbi agitur de bonis dotalibus, non poſſunt Mulieres in iudicio ſtare abſq; virorum interuẽtu,& authoritate,vt notat *Maſuer. in praxi tit.de contumac.§.item,*& idem eſt in vxore, & *§.ſeq. Petr.de Gregor.vbi ſup.nu.8.*vbi loquitur, vt mulier non poſſit comparere cum tertio, ſine viro in controuerſia rerum dotalium *Oſaſc.h.dec.62.n.13* Ea ratione,quia maritus bonorum dotalium matrimonio conſtante eſt dominus,& poſſeſſor,meritò citari debet iuxta *tex. in l.meminerint C.vn. de vi.*

Et quia in reliquis bonis vxoris, maritus non habet dominium neq;poſſeſſionem, ideò poſſunt abſq,viro in bonis aduentitijs,& paraſernalibus, quoſcumque contractus facere,& illa alienare, vt colligitur ex *tex. in l.Velles* vbi *DD. omnes C. de reuocat.donat. Bal. conſ.130. lib.4. Angel.conſ. 364.*Facit etiam *tex.in l.ſi vxor C. de pignor. Tiraquell de legib.connubial.gl.8.nu.5.*

Et iure communi Romanorum in his bonis,vt diximus non ſolum poſſeſſionem, ſed nec communionem habent mariti *Luc. de Penna in l. quicumq;C.de re milit. lib.12.* per *tex. in l. hac lege C. de pactis conuentis.*

Quo iure mulier eſt in poteſtate patris,& non tranſit in poteſtatem viri, niſi quo ad debitum carnis *l.ſi ut.ff.de oper.libertor.l.ſi vxor. C. de condit.inſert.l.1.in fin.& l.ſeqq. ff de liber.exhib. l.2. §.quod ſi in patris,& l.quoties ff.ſolut.matr.l.1.§.1. ff.de liber.agnoſc.l.1.§.vl.*& ibi *gl.& Bar. & l.eum qui §.ſi nupta ff.de Iniur.*poſt plures DD.*Tiraq.de legib.connubial.l.5. nu.1. & ſeq.* vbi dicit ex conſuetudine Franciæ vxorem tranſire in poteſtatem viri,quãuis etiã remaneat in patris poteſtate. Sic de iure Longobardorum,& legibus Hebræorum.

9 Ideo vxor magis dicitur ſubeſſe viri affectui, quam poteſtati *l. 1. §. ſiue autem* in verb.*ſpectat enim ff. de iniur. & in auth. de æqualit. dot.§.ſeu.* verſ.*ſin autem ſub poteſtate.*

10 Ità poteſt pro bonis prædictis mulier in iudicio comparere,etiam inſcio,& inuito marito, nã in iudicijs quaſi contrahitur, vt docet *tex.in l.3. §.idem ſcribit,& in l.depoſiti §.1. ff. de peçul. Specul.tit.de actor.*verſ.*quid ſi iurant Caſteral. de Iudic.tom.2.diſp.1.Oſaſc.h.dec.62.nu.15.* Et qui poteſt de perſe contrahere, poteſt quaſi contrahere *Oſaſc.h.d.dec.62.nu.13.* Cũm valeat argumentum de contractibus ad quaſi contractus, & ſic ad iudicia *gl.in auth. Sacramenta*, & ibi *Bar.& Bal. C.ſi aduerſus vendit.Euerard. in locis legal.cap.18. in fin.Tiraq.de legibus Connubial.in* verb.*contrater nu.169.Catiunc.in 8.ſpecie loci à ſimili Argel.de legit.contradict.qu.7. num.30. Vaz.in axiomat.in* verb.*argumentum nu.361.& Barboſ.in d.loco.*

11 Et in dotalibus ſicut non poſſunt in iudicio ſtare, ità non poſſunt contrahere ſine interuentu viri *Oſaſc.ibid.Berlich. tom.2. concl.28.* etiam ſuper tertia, quæ de *iure* Siculo comperit mulieri *Giurba ſuper conſuet.Meſſan.gl.15.c.1.p.1.*

12 De conſuetudine Pictauiæ in *tit.15* incip.*Deſce, que homme*, non licet fœminis quicquam agere ſine authoritate virorum, vt per *Tiraquell. in comment.d.conſuet.in tract.de legibus Connubial.* ſignanter *gl. 8.* Simile ſtatutum eſt Florentiæ,vt dicit *Bal. in l.Velles ante fin. C.de reuoc. donat.& Ang. in l. quamuis in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. & conſ.191. col.1. Dec. conſ.502. & conſ. ſeq. Rum. conſ.145.lib.1.*Eſt Papiæ vt refert idem *Bal.conſ. 488.in princ. lib.5. & conſ.394. lib.5. Roſb. Co. conſ.176.* Eſt Mediolani, vt refert *Signo.l imo. conſ.164.in princ.*Eſt Cortonæ, vt dicit *Fr. aret. conſ.54.in princ.Corn.conſ.147.lib.2.* Et Aſſiſij,vt patet ex caſu qui ponitur ante *conſ.Bal.208. lib. 4.& conſ.eiuſdem 139. lib.5.* Eſt in Terra Caſtri, vt dicit *Bened.Capra conſ.144. in princ.* Eſt Spoleti vt refert ipſe *Bal.conſ.23. lib.5.* Eſt in Marchia vt teſtatur *Ang.conſ.88.*Eſt in Hiſpanijs per *l.8.tit.11. lib.1.fori* à contrario ſenſu, vt dicit *Montalu.ibi in gl.1.* Et ſi agat ſine licentia mariti, quod agit eſt ipſo iure nullum iuxtà diſpoſitionem *tex.in l.55.Tauri*, quæ hodie eſt *l.2.tit.3. lib.5.noue recopil.* quod procedit in quibuſcunq; bonis ſiue dotalibus,ſiuè paraſernalibus,vel aliũde obuenientibus vt dicit *Gomez.in d.l.55. Tauri nu.1.*ſiue in ciuilibus, ſiuè Criminalibus *Caſtill. in eadem l.55.gl.1.* cum dicta *lex* generaliter lo-

qua-

quatur late *Rodrig.de modo vid. proceſſ.cap.2. de actore,& reo nu.54.fol.mihi 26.ar.*

13 In terminis talium ſtatutorum ſi maritus abeſt à patria, poterit vxor contrahere ſine eius conſenſu *Bal.* loquens in caſu conſuetudinis Pictauiæ *d.conſ.488.lib.1.& conſ.394.lib.5.* vbi id intelligit ſi vir ſit in longinquis partibus, & neſcitur vbi ſit,ſecus ſi eſſet in loco propinquo,nam tunc debet eius præſentia expectari *cap.ſecundum 1.in fin.titu.de conſuet.rec.feud.* comprobatur per ea quæ dicit *Bal.in l.tranſactionem in fine*, & ibi quoq; *Alciat. C. de tranſact.* vbi in caſu ſtatuti requirentis conſenſum propinquorum in contractibus mulierum,& minorum *Corn. conſ.241.col. 5.vol.2.& conſ.151.lib.4. Hippol, Marſil.in l.1.§. præterea col.antep.ff.de quæſtion.Vin.commun.opin. opin.796. nu.16. Fenzon. ad ſtat. Vrbis cap. 151. nu.19.fol.300.Tiraq.de legibus Connubial.gl.8. nu. 7.& ſeqq.* vbi id comprobat multis exemplis ſimilibus,vbi *nu.19.& ſeqq.* conſulit,vt loco interuentus mariti, adhibeatur Iudicis authoritas, quod eſſe de conſilio, non de neceſſitate firmat *Tuſc.lit.N. concluſ.19. num.47. & 51.& concluſ. 595.nu.14.lit.S.Rodrig.de modo vid.proceſſ.cap.2. nu.44.* Et *nu.32.* dicit idem eſſe ſi maritus ſit furioſus, & *num.35.* idem eſſe dicit ſi ſit bannitus *Vin.commun.opin.796.nu.12.13.*

14 Sed ſi Vxor reperiatur egiſſe ſine authoritate mariti, & dubium ſit an maritus tempore iudicij fuerit abſens nec nè,dicente eo, qui eum muliere iudicium fecit,cum abſentem fuiſſe, vt proinde valeat iudicium,contrarium dicente marito,an in dubio præſumatur abſentia,vel preſentia ipſius diximus de hoc puncto *q.7.n.70.*

15 Quid dicendum ſi maritus ſit minor? & *Bal.in l.in coniunctione in fin.C.de nuptijs* dicit, in terminis ſtatuti iubentis mulierem non poſſe contrahere ſine conſenſu duorum conſanguineorum, poſſe contrahere cum conſenſu duorum conſanguineorum minorum prudentum tamen, & capacium conſilij, ſi non adſint conſanguinei maiores, & eſſe ſatisfactum ſtatuto, cum non dixtinguat circa ætatem *Alciat.in l.tranſactionem C.de traſact.Bal.* in ſimili *in l.ſi ut proponis C.de ſer.pign. dat.manu.*

16 Verum *Tiraquell.in d.tract.de legib.Connubial. d.gl.8.nu.41.& ſeqq.* refert plures opiniones pro, contra,& dixtinguientes,deinde *num.48.* reſoluit quæſtionem, vt dictus maritus minor non poſſit conſentire ſi authoritas mariti requiratur ad integrandam perſonam vxoris,aut ob id,quod in eo vertitur commodum,vel incommodum mariti administratoris bonorum vxoris, & quorum fructus facit ſuos, ea ratione quia quo ad primū quomodo poteſt authoritatem alteri præſtare, qui ipſe authoritate indiget *l. vl. C.de legit.tutel. l.filium ff. ad Maced.* quo ad ſecundum maritus minor non poteſt ſine decreto in rebus immobilibus contrahere *tot.tit.C.de præd.minor. & ff.de reb.eorum.* Eadem ratione mulier minor 25.annis nec poteſt agere cum conſenſu mariti maioris, nam tale ſtatutum intelligitur de muliere maiore,vt non poſſit contrahere, & agere ſine authoritate mariti,igitur multo magis non poteſt agere minor.

17 Si vero ſtatutum dicat ſimpliciter, quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu mariti, an comprehendat mulierem non nuptam? Et reſolutiue dicimus illam non comprehendere,nam cum non poſſit ſtatutum debet ſeruari ius commune ſicut in ſtatuto requirente conſilium proximiorum in contractibus mulierum, vel minorum, vt ſcil. ſi non habeant proximos poſſint libere contrahere *Bal.Ang.Raph.& Alex.in l.turpia §.ſi Titiæ ff.de leg.1.Corn.conſ.241.lib.2. & conſ. 151.lib.4.& conſ.242.lib.4. Barba conſ.20. col.4. lib.3.& conſ.61.eodem lib.3.& conſ.72. col.2. lib. 4.Alex.conſ.206. col.vl. lib.6.* poſt hos, & alios *Tiraqu.d.gl.8.nu.50.& ſeqq.*

18 Sic etiam mulier non obſtante tali ſtatuto,vel ſimili, quod non poſſit agere ſine conſenſu propinquorum,ſi agat,& iudicium ſit in vtilitatem ipſius mulieris,licet *Bal.conſ.417.in fin. lib.2.* teneat quod non valeat, quia videtur deficere forma,quæ dat eſſe rei, & quia inhabilis, & nullus æquiparantur *l.1.§.pen.ff.quod quiſq; vniuerſ.l.cū hi §.ſi prætor.ff.de tranſact.* Tamen in contrarium eſt veritas ex *tex. in d.l.cum hi §.eam tranſactionē ff.de tranſact.* vbi habetur, quod licet tranſactio ſuper alimentis futuris ſine authoritate prætoris, non valeat, valet ſi ex illa ſit facta melior eius conditio poſt hanc, & alias rationes *Tiraq. late d.gl.8. num.92.& ſeqq.* diximus *in rub.4.quæſt.1. Altograd. controu.10. Vin. d. opin.796. num.15. Matienſ.* loquens in terminis *ſup.citatæ l.hiſpan.e in l.2.tit.3.lib.5.recopil.Gutier.lib.2. pract.qu.22. n.11.* poſt alios *Rodrig.d.c.2. de modo vid.proceſſ. nu.44.* Vbi *Tiraq.n.91.& ſeqq.* eadē ratione,probat,contractum, & ſic iudicium factum per mulierem ſine conſenſu mariti, eo mortuo, ſi velit mulier ipſa valere, & altera pars impugnet tamquam nullum ex defectu conſenſus mariti, omninò valere ipſa volente,nam nullitas eſt ſi ipſa velit, vt diximus *d.rub.4.quæſt.1.* niſi tamen lex reſiſteret ipſi contractui, vt ſimiliter diximus *dict.qu.1.*

19 Sed an ſoluto matrimonio mulier, quæ contraxit, & egit viuo marito ſine illius conſenſu, poſſit cogi ſtare dicto contractui, & iudicio per ipſam agitato DD.nec ſunt concordes,vt videre eſt apud *Tiraq.d.gl.8.nu.99.& ſeqq.* ſed tamen ipſe dixtinctione reſoluit, vt non valeat ſi tale ſtatutum velit adhiberi conſenſum mariti ad ſollemnitatem, & fauorem mulieris propter ſexus fragilitatem,ſecus ſi ad fauorem mariti, & ſic deciſum per Senatum Pariſienſem refert.

20 Sic pariter an iudicium factum per mulierem cum marito valeat? & ſimiliter *Tiraq. d.gl.8. nu. 10.& ſeqq.* diſſerit pro, & contra, & tandem reſoluit eſſe validum tale iudicium, ſi ſtatutum requirat conſenſum mariti, ad ipſius mariti commodum *Rodrigu.d.cap.2.num.41.* ſecus ad reintegrandam perſonam ipſius mulieris vbi *num.122.* dicit vtile eſſe ad euitandas lites adhibere iudicis decretum,& authoritatem *Vin. commun. opin. 796.nu.8.*

21 In terminis talis ſtatuti maritus ſi conſenſiat in principio litis non poteſt deinde ſuum conſenſum reuocare in præiudicium partis aduerſę *Paulus de Caſtr.* in ſimili *in l.ſi cum dotem §. eo autē*

tempore verſ. 2. ff. ſolut. matr. Bal. in l. vl. §. neceſſitate col. 1. verſ. quaro an pater C. de bonis, quæ liber. Tiraq. qui latè comprobat *d. gl. 8. nu. 125. & 126.*

22 Et quid ſi nolit Vir ab initio conſentire vxori vtiliter forſan agenti? tunc iudex examinare debet ſi contradictio ſit legitima, vel non, nam ſi eſt legitima iudicium non valet, ſecus ſi illegitima *Bal. in l. ſi tuam dotem §. eo autem ff. ſolut. matr. Corn. conſ. 167. col. 1. ad fin. lib. 2.* Quod eſt declarandum niſi eſſet periculum in mora ſi eſpectaretur iudicis decretum, quia tunc eo non expectato conſanguineis iniuſtè contradicentibus poterit mulier libere agere ſine ſollemnitate *Pan. in cap. cum in veteri col. penul.* verſ. *ſed dubium eſt de elect.*

23 Declarandum 2. vt ſi conſanguineus recuſet conſentire ſine iuſta cauſa, tunc iudex in eius locum debet ponere alium conſanguineum remotiorem qui conſentiat, ſi habeat alium *Bal. in l. vidua* per illum *tex. C. de nupt.* poſt alios *Tiraq. d. gl. 8. nu. 132. Viu. commun. opin. opin. 796. num. 7.* vel ipſe Index cauſa cognita vtili, præſtare authoritatem *Rodrig. d. cap. 2. nu. 44.*

24 Declarandum 3. vt etiam procedat, niſi ſtatutum requireret conſenſum conſanguineorum, & etiam decretum iudicis, quia tunc ſi conſanguinei recuſarent ſine iuſta cauſa ſolus iudex ſupplere poſſet, plene *Tiraq. ibid. nu. 133. & 134.*

25 Facit etiam ad materiam quid dicendum, ſi mulier maritata ſine conſenſu mariti contrahat cum extraneo, cui ſe doloſè iureiurando interpoſito aſſeret ſe innuptam, & ità liberam ad contrahendum, & ad intereſſendum iudicio? Et videtur valere contractum, & iudicium per *tex. in l. 2. & 3. C. ſi minor ſe maiorem*, vbi valet contractus factus à minore, qui ſe maiorem aſſeruit, nec iuuatur is beneficio reſtitutionis in integrum, & ſimiliter quod habetur in *l. ſi decipiendi in princ.* & ibi *not. ff. ad Velle. l. fœminis C. eodem* vbi ſi mulier pro alio intercedens voluit decipere creditorem, vt quia induit veſtem virilem, qua vir, non fœmina crederetur, valet huiuſmodi interceſſio, nec ſe tueri poteſt mulier ex Senatu Conſulto Velleiano, id quod ſimiliter diſponitur in *l. ſi ſine C. eodem l. 1. C. ad S. C. Maced. & l. eum qui ff. eodem l. qui cum ſe ff. de re iudic. l. ſed ſi ex parte §. 1. ff. quod cum eo.* Probatur etiam ex dictis per *Bal. in l. vl. §. neceſſitate col. 3.* verſ. *& ideo C. de bonis quæ liber.* qui dicit, quod ſi filiusfam. amentitus de morte patris præceptum guarentigiæ paſſus ſit, valet præceptum huiuſmodi, quod alias non valeret, vtpote cum habeat vim iudicij, in quo non poteſt filiusfam. agere, nec conueniri ſine conſenſu patris *Fulgoſ. conſ. 219. col. 4.* verſ. *rurſum.* vbi dicit, quod ſtante ſtatuto quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu duorum propinquorũ, ſi contrahat cum conſenſu duorum non proximorum, quos proximores aſſerat, valet contractus, quia deceptæ non decipienti ſuccurrendum eſt *l. 2. §. hæc verba* verſ. *ſed ità demum, & ſeq. ff. ad Vellei. & l. ſi ſine C. eodem.*

26 Contrarium tamen tenent alij dicentes, leges allatas in contrarium loqui, vt non competat reſtitutio in integrum propter eius mendacium, ſecus ſi diceretur contractus nullus ex *l. quod enim iuncta l. praeced. in fin. ff. de dolo,* vt videre eſt apud *Iacob. Bell. in ſua diſputatione* incip. *lege Peruſino Aud. ad Spec. tit. de ſentent. prol. §. vt autem col. 2. in add.* quæ incipit: *ad hæc Petr. Anchar. in cap. 1. in 14. qu. princ.* verſ. *iuxtà prædicta de conſtitut. Ro. conſ. 12. col. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 175. dub. 3. lib. 2. Socc. conſ. 23. nu. 14. lib. 4.* vbi dicit, quod ſi aliter eſſet fieret fraus ſtatuto, ſi videl. ex ſola aſſertione filij dicentis ſe eſſe emancipatum, contractus robur acciperet, nam qua facilitate filius inducitur ad contrahendum, eadem, & ad ita aſſerendũ *l. doli clauſula ff. de nouat. Caſtr. conſ. 342. col. 1. lib. 1.* vbi dicit, quod ſi minor habens Curatorem aſſerat ſe non habere Curatorem, nulliter ſine illo contrahit, cum ex huiuſmodi aſſertione non immutetur veritas *l. aſſumptio in princ. ff. ad municip. & l. filio quem pater ff. de liber. & poſth. cum concord. Viu. d. opin. 796. nu. 25. 26.*

27 Sed *Alex. conſ. 222. lib. 6.* reſidet cum prima opinione, & reſpondet *tex. d. l. quid enim.* Quæ opinio prima tamquam communior eſt ſequenda, limitanda tamen, vt valeat ità factus in præiudicium mulieris, quæ eam fraudem, aut dolum fecit, & ità loquuntur iura *in prin.* adducta, cum fraus, aut dolus nemini debeat patrocinari *l. ità demum ff. de arb. & l. verum §. tempus ff. de pro ſoc. cap. ad noſtram de empt. & vendit.* Verum ſi id redundaret in præiudicium mariti, qui forte faceret fructus Vxoris ſuos, ſecus dicendum eſſet, nam nemo alterius dolo, aut fraude grauari debet *c. nemo debet de reg. iur. in 6. cum concord.*

28 Limitanda 2. niſi is, cum quo contrahit mulier quæ ſe dicit innuptam veriſimiliter ſciat eam nuptam eſſe, vel quia vicinus, aut conſanguineus vxoris *l. de tutela C. de integr. reſtit.* vbi ſi minor ſe dicens maiorem, liberauerit auunculum ipſius tutorem ab ipſius tutelæ redditione, non valet huiuſmodi liberatio ipſo iure, cum auunculus ignorare veriſimiliter non poterat ætatem minoris.

29 Faciunt ad hanc materiam aliæ plures quæſtiones de quibus per *Tiraq. d. gl. 8. n. 144. & ſeqq.* an ſcil. valeat contractus, & iudicium factus à muliere communiter exiſtimata carere marito? & ipſe tenet ſic, niſi contrahens, cum tali muliere ſciat illam habere maritum. An contractus factus cum Eccleſia, & fiſco ſine tali conſenſu mariti valeat, & *nu. 162. & ſeqq.* tenet quod non. An
30 contractus, & iudicium factum per mulierem Neapolitanam vbi v. g. adeſt tale ſtatutum, extrà Neapolim ſine conſenſu mariti valeat, & *nu. 216 & ſeqq.* tenet non valere quamuis melius contra teneat poſt *Caputaq. dec. 283. p. 1. & 206. p. 3. Seraph. dec. 1170. & Rot. dec. 153. nu. 5. diuerſ. p. 1. in recent.* An valeat contractus, vel iudicium factum per mulierem exteram ſine conſenſu mariti in Ciuitate vbi adeſt tale ſtatutum? Et *num. 225. & ſeqq.* tenet non valere, ea ratione quia
31 tale ſtatutum reſpicit ſolemnitatem contractus *Fenzon. ſtat. Vrbis cap. 151. nu. 8. fol. 299.*

32 An extendatur tale ſtatutum ad bona exiſtentia extra Ciuitatem vbi adeſt tale ſtatutum, & refert pro, & contra, tandem ſe remictit ad diſputata per ipſum *in Tract. de primog. qu. 46. & Calder. conſ. 17. tit. de conſtit. & conſ. 34. tit. de teſtament.*

33 An

Google

33 An tale ſtatutum ſit ſeruanduoi à muliere ma-
ritata in loco ſtatuti,ſi illa ſit origioaria loci vbi
non eſt tale ſtatutum,& è contra ſi mulier ſit ori-
ginaria loci ſtatuti, & ſit nupta marito alterius
loci vbi non adeſt ſimile ſtatutum, & *nu.227. & ſeqq.* dicit in primo caſu teneri ſequi ſtatutum
mariti,in ſecundo tenet idem,licet relinquat co-
gitandum.

34 Si mulier, quæ non poteſt contrahere,& age-
re in loco ſtatuti ſine couſenſu mariti ciuis illius
Ciuitatis, conſtituet procuratorem ad contrahē-
dum,& agendum in alieno territorio, an ſi ille
procurator contrahat,vel agat ſioe conſenſu ma-
riti an contractus,& iudicium ſit nullum, & eſſe
35 validum fundat *nu.232.* An contractus,& iudi-
cium factom cum marito præſenti dum primus
maritus reputatus mortuus viuat, an ſit validum
& *nu.233.*dicit ex *Bal.coaſ.132. lib.4.* non vale-
re. Et quid ſi contrahat,& agat cum conſenſu vi-
ri putatiui,an validè agat,& contrahat? & *num.
234.& ſeqq.*refert pro,& contra.

36 An valeat contractus, & iudicium factum à
muliere ſioe conſenſu viri, ſi conferatur in tem-
pus ſoluti matrimonij, & *nu.291.& ſeqq.* dicit
valere ſi conſenſus mariti deſeruiat ad euitandū
mariti præiudicium, ſecus ſi ad reintegrandam
perſonam mulieris.

37 An talis conſenſus debeat eſſe expreſſus, vel
ſufficiat tacitus habitus ex præſentia, & tacitur-
nitate mariti? *Rodrig.d.cap.2.num.36.& ſeqq.*ar-
guit pro,& contrà taodem concludit,ſufficere ta-
citum,ea ratione, quia conſenſus mariti requiri-
tur pro intereſſe ipſius mariti, & ſic tam ſufficit
expreſſus,quam tacitus.

38 Et in caſu,quo per ſtatutum requireretur in
contractibus,& quaſi mulierum,interuentus duo-
rum conſanguineorum, tunc ſi conſanguinei non
interueniant contractus, & iudicium eſt nullum
*Rot.penes Fen.dec.18.num.2.eadem Rota dec.177.
nu.10.par.1. recent. Pic.ad ſtatut. Vrbis lib.1.cap.
151.gloſ.11.& 12. & 14.* & ibi *Fenzon.Mauent.
dec.7.nu.49.*Nam ſtatutum aliquam ſollemnitatē
præter ius commune inducens formam actui tri-
buit *Anchar.conſ.36.nu.2.3.4.Surd. dec.268.nu.
10.Boccacc.ſuper conſtit.March.gl.6. nu.163. Rot.
coram Pen.d.dec.38.nu.17.Pic.vbi ſup gl.11.nu.1
& gl.14. nu.0.* Sed nulla eſſet difficultas in caſu,
quo in ſtatuto vlterius eſt appoſitum decretum
annullatiuum *Rolan.conſ.57.nu.46.& ſeqq. lib.3.
Burſat.conſ.158.nu.20.& 21. Pic. ad ſtatut. Vrbis
d.cap.151.gl.11.nu.6.* & ibi *Fenzon.* quæ ſollem-
nitas per æquipollens adimpleri non poteſt *Bur-
ſat.d.conſ.158.nu.21.Tiraq.de legib. Connubial.gl.
6.nu.26. Pic.d.cap.151.nu.16.Thomas tract.de tu-
tor tract.8.tit.19.ampl.40.ſubampl.8.fol.820.* Nec
ipſe iudex illam remittere poteſt *Pic. d.cap.151.
gl.7.nu.326.& ſeq.* Nec vnus ex duobus conſan-
guineis requiſitis,ſufficit *Anchar.d. conſ.56.num.
3.Pic.d.cap.151.gl.12.Viu.opin.796.nu.9.* Et cō-
ſenſus talium conſanguineorum in ipſo met acto
celebrationis contractus interuenire debet, nec
ſufficit ſi anteà,vel ex poſt accedat *Pic. d. c.151.
gl.14.nu.10.& 11.*ante eum *Tiraq.gl.6. num.38.
de legib. connubial.*poſt alios *Altograd. contr.7.nu.
45.& ſeqq.* late *Berlich.lib.2. concluſ.18. Viu.d.
opin.796.nu.17.18.* Quod talis conſenſus requi-
ratur tam in cootractibus quam io iudicijs ex
eadem ratione dicit *Pic.vbi ſup. nu.122. & 123.
Burat.dec.301.nu.9.Fenzon.vbi ſup. nu.8.fo.346.*
licet non deſint contrarium tenentes *Gratian. di-
ſcept.961.nu.22.Rot.dec.512.nu.5.p.1.diuerſ.*

39 In terminis talis ſtatuti mulier nec compro-
miſſum facere poteſt ſine conſenſu conſangui-
neorum *Angel.in l.fin. §.neceſſitate C.de bonis quæ
liberis Lanfranc.de arbitr.§.iuſta q.4. Viu. d.opin.
796.num.20.*

40 Poteſt tamen contrahere alieno nomine, puta
tutorio,curatoriue nomine *Caſtr. in l.quicunq;§.
ſi ab alio ff.de inſtit. Alex. in l.quæ filium col.2. ff.
de in ius voc.Viu.ibid.nu.28.*

41 Et licet *Viu.d.opin.796.num.29.* dicat poſſe
mulierem ſine conſenſu talium propinquorum
cootrahere,& agere per ſuum procuratorem, ſeu
ſuum procuratorem pro ea, Tamen ſalua illius
pace neſcio quomodo id poſſit procedere, dum
agens procurator agit ipſa cum ille ſit organum,
& pica mulieris principalis *l.licet ff. de conſtit.
pecun.l. quod meo §. procurator ff.de acquir. poſſeſſ.
gl.in clem.religioſus* verb.*ſubſtituere de procur. Reg.
Ponte conſ.54.nu.7.lib.1.* Et vices domini ſubſti-
net *l.certe §.1. ff. de precar. Borrell. ad Belleng.in
ſpec.Princip.rub.4.nu.2.lit.D. Corn.conſ.61. vol.1.
n.7.*Et per illum repræſentatur perſona Domini
*Corn.ibid.l.oſſa ff.de relig.& ſumpt.funer.*Et quod
quis poteſt per ſe, poteſt per procuratorem *l.fi-
liusfam.ff.de procurat. l.ſeruum quoq; ff.eodem Bar.
in l.mutus §.is,qui ff.eodem.* Igitur ſi per ſe mulier
noo poteſt comparere, quomodo poteſt compa-
rere eius procurator eius nomine? cum actus ipſi
conſtituenti tribuatur nō ipſi Procuratori *Mozz.
de contractib.tit.de mandat.col.4. num.11.fol. mihi
589.* Quando mulier poſſit agere ſine conſenſu
conſanguineorum, vel alterius per ſtatutum de-
putati, & quando non,vltra *Tiraqu. Viu.& alios
ſup.citatos* eſt videndus *Berlich. d.concluſ.18. tom.
2.pract. concluſ. & Michael. Ciſuentes in commen-
tar.ſuper leg. Tauri in l.55. per totam Pic. & Fen-
zon.ad ſtatut.Vrbis cap.151.*& ibi *dec.addita.*

42 Et quoties conſenſus mariti requiritur pro in-
tereſſe ipſius mariti, ille poteſt præſtari per pro-
curatorem,nuncium,vel epiſtolam,& poteſt ſub-
ſequi contractum,vel iudicium,vt diximus *ſup.*in
quæſt.de filiofam.agente, vel conuento,& poſt
alios benè contrarijs reſpondendo fundat *Rodrig.
de modo vid.Proceſſ.cap.2.nu.45.& ſeqq.*

43 De iure Longobardorum mulier ſiuè marita-
ta,ſiuè non maritata, non poteſt ſine mundualdo
contractus facere, vt colligitur *ex conſtit. regni*
incip.*obſcuritatem tit.de in integr.reſtitut.mulier.*

44 Nec teſtari, aut codicillari poteſt ſine mun-
dualdo, ratione fragilitatis, vt deciſum refert
*Afflict.dec.260.Maranta in ſpec.p.3.num.125. Mol-
feſ.ſuper conſuet.Neap.tit.de renunciat.qu.19.num.
11.Viu. dec.245.& opin.329. Capriol. de ſucceſſ.
fol.63.nu.329.& gl.in l.ſi qua mulier in Longobar-
da de ſanctimonialibus* verb.*ceterum, & gl.in l.1.
qualiter mulieri alienare permiſſum ſit Viſcont.con-
cluſ.iuris* verb.*mulier.*Et licet contra teneat *Ma-*
45 *xill.ad conſuet.Barenſ.fol.237.it.nu.27.& ſeqq.*&
conetur reſpondere rationibus allatis per *Afflict.d.*

*dec.*260. Tamen reſponſiones non ſatisfaciunt, vt legenti patet, & *Aff.* ſequuntur *Grauin. in rit.* 164. *decl.* 18. *nu.* 85. *Vrſill. ibid. poſt nu.* 2. verſ. *ſed quod valeat Treutaring. conſ.* 7. *vol.* 2. vbi deciſum refert

46 Sed mulier virgo. vel vidua ex diſpoſitione *d. l. ſi qua mulier*, poteſt vſq; ad tertiam abſq; mundualdo pro anima diſponere.

47. Eadem ratione mulier non poteſt in iudicio comparere ſine interuentu mundualdi, nam ſicut ſtante ſtatuto, quod mulier maritata non poſſit contrahere ſine interuentu mariti, non poſſet etiã in iudicio comparere ſine interuentu mariti, ex quo in iudicio quaſi contrahitur, vt tenuerunt *Caſſan. in conſuet. burg. tit. des droitz et appartenances a gens maieres* in *tex.* ibi *Neſſire ingemeni* §. 1. *Betr. in conſuet. Bituricens* §. 4. *in conſuet. ſtatus*, & *iure perſonarum Petr. de Gregor. lib.* 49. *cap.* 2. *nu.* 8. *ſintagm. iuris vniuerſi*, poſt alios *Intrigl. ſing.* 290. *lib.* 1. in terminis *Virgil. de legit. perſ. cap.* 24. *n.* 28.

48 Quis dicatur mundualdus? *Aff. d. dec.* 260. *in fine* ſe remittit ad *Luc. de Penn. in l. quicumq; militum C. de re milit. lib.* 12. qui dicit quod primus mundualdus eſt pater, in cuius defectu eſt frater, & illius defectu eſt maritus, notat etiam *Giurba ſuper conſuet. Meſſan. cap.* 1. *gl.* 9. *p.* 1. *nu.* 27. Verũ ille non habet mulierem in poteſtate, ſed ſolum mundium mulieris, & habet quandam authoritatem ad iſtar Curatoris *Maxill. ad conſuet. Barenſes* §. *mulieri null. licere num.* 33. *fol.* 239. *at. Troiſ. ſuper rit.* 291. *nu.* 5.

49 Quod diximus, quod mulier non poſſit contrahere abſq; mundualdo, fallit in multis caſibus etiam de *iure longobardo*. Primo vbi contractus eſſet fauore, & vtilis mulieri, quia tunc valet etiã ſine interuentu mundualdi, nè quod fauore introductum eſt, retorqueatur in odium *Vrſil. ad Aff. dec.* 260. *num.* 9. *DD. citati per Giurba vbi ſup. nu.* 28. *Troiſ. ſuper rit.* 291. *nu.* 9. *poſt Socc. conſ.* 80. *nu.* 9. *lib.* 4. 2. Quando in contractu adeſſet iura-
50 mentum, nam per illud ſuppletur præſentia propinquorum *Iaſ. in l. ſi vnus* §. *pactus ne peteret ff. de pactis Luc. de Penna in l. Curiales C. de præd. Curial. lib.* 10. *nu.* 14. *Vrſill. d. dec.* 260. *nu.* 9. *Troiſ. ſuper rit.* 291. *nu.* 6. 3. Quando mulier ageret nomi-
51 ne alieno, non ſuo *Specul. nu.* 134. *fol.* 12. *Vrſill. ad Aff. d. dec.* 260. *nu.* 10. 4. Si mulier fuerit illu-
52 ſtris, nam non requiritur mundualdus *Capibl. in pragm.* 3. *de baronib. nu.* 110. 5. Si contraheret fauore piæ cauſæ *Corn. conſ.* 256. *num.* 6. *lib.* 4. *Troiſ. vbi ſup. nu.* 6. vbi *num.* 10. dicit quid dicendum ſi
53 mulier contrahat per procuratorem, & an in conſtitutione procuratoris requiratur conſenſus mundualdi? citat videndum *Socc. conſ.* 112. *col.* 8. & *conſ.* 132. *col. penul. lib.* 1. Quid ſi adeat hæreditatem citat *Soccin. d. conſ.* 112. *col.* 7. 172. *col.* 6.

54 Conſenſus mundualdi debet eſſe in ipſo actu, non ſufficit ſuperuenire poſt actum factum *Alex. in l.* 1. §. *fuit quæſitum ff. ad Trebell. in l. cum dotem* §. *eodem autem tempore ff. ſolut. matr. Vrſill. ad Aff. d. dec.* 260. *num.* 11. vbi *nu.* 12. dicit quod ſi mundualdus nolit conſentire Iudex interponit partes ſuas, ad materiam conſenſus mundualdi, vel Curatoris in contractu mulieris eſt *Tiraq. de legib. Connubial. q.* 7. *Berlic. lib.* 2. *concl. concluſ.* 18.

55 Ius Longobardorum fuit conditum ab aliquibus Regibus Apuliæ, qui primo venerunt de Germania in Sardiniam, & de Sardinia in Apuliã, circà annum ſalutis 568. vt teſtatur *Alex. in l. pro hærede* §. *fin. ff. de acquir. hæred.* & regnarunt vſq; ad annum 1102. vt teſtatur *Reg. Capic. Latr. conſult.* 3. *num.* 3. & *ſeqq.* poſt *Freċ. lib.* 1. *de origin. feud. nu.* 56. & *de antiq. ſtatu Regni num.* 16. & 18.

56 Et erant pro vt dicit *Alex.* quidam reges habentes longam barbam, & ideò fuit appellatum *ius Longobardum* idem etiam tenet *Odofr.* quem ibi refert *Bal. in auth. dos data C. de donat. ante nupt.*

57 Fuit compilatus dictus liber longobardorum, à quodam Carolo vt ſentit *gloſ. in cap.* 1. 33. *qu.* 1. & dicit *Alex. in d. l. pro hærede* §. *fin.* Vnde appellatur Capitularium Caroli, ſecundum *gloſ. in cap. quicumq;* 12. *qu.* 2. & declarat *Aluar. in prælud. feudor. col.* 5. 4. *qu. princ.*

58 In Regno Siciliæ tam infrà, quam vltra farum viuitur iure Romano, & non Longobardo, & ius Romanorum eſt in viridi obſeruantia, & hoc iure præſumitur quis viuere, & alleganti contrariũ incumbit onus probandi, vt pluribus rationibus reſpondendo contrarijs fundat *Marantam in Spec. p.* 3. *nu.* 94. & *diſp.* 2. *Aff. in conſtit. incip. Fu-ritatem nu.* 9. *Luc. de Penna in l.* 1. *C. de conduc.* & *procurat. lib.* 11. & *in l. quæcumq. C. de re mil. lib.* 12. vbi ſubdit quod leges Longobardæ non merentur dici leges, ſed fæces *Odofred. in auth. dos data C. de donation. ante nupt.* vbi dicit quod lex Longobarda non eſt lex, nec ratio, & quod receſſit ab aula *Iſern. in cap.* 1. §. *fin. de natur. feud.* dicit, quod ius Longobardorum eſt ius aſininum, & caret ratione. Et quod ſeruetur ius Romanorum tenet, & probat *Intrigl. de feud. cent.* 1. *qu.* 6. *nu.* 25 & 26. *Maxill. ad conſuet. Barenſ. in probem. nu.* 224. & *ſeqq. Caran. in rit.* 292. *nu.* Et *Maxill. ibidem nu.* 228. dicit ius hoc ſeruari ſolum in aliquibus partibus, ſequitur *Reg. Capic. Latr. conſult.* 3. *num.* 3. & *ſeqq.* & *nu.* 30. & 36. *D. Prot. diſcept.* 37. *nu.* 21. & *ſeqq. lib.* 1. *Marant. diſp.* 2. *Anna conſ.* 28. quidquid etiam dicat *Troiſ. ſuper rit.* 291. *nu.* 2. quem ſequitur inaduertenter ſua pace dictum ſit *D. Rota de priuil. mulier cap.* 1.

59 Et licet *Pern. conſ.* 1. velit quod in Regno Siciliæ vltrà farum, viuatur iure Longobardorum, contrarium tenent prædicti, & *Cannet. in rattaneg. Si aliquem cap. ſed præſtat quærere fol.* 271.

60 De *Iure* noſtro Neapolitano contento in *conſtitut. Regni* incip. *Mulieres ſub tit. de tracta termini conſtitutis*, habentur hæc verba: *mulieres ad Curiam noſtram, vel alicuius officialis noſtri præſentiam venientes, nullatenus admittantur, ſed in ipſarum pœnam, quod præſentari ſe conſpectibus publicis non verentur, expediri eas priuſquam ad propria redeant, prohibemus; niſi tanta perſonarum, vel rerum inopia prægrauentur, quod in aliorum defectum ipſas oporteat perſonaliter laborare.* Et ſic ex hac conſtitutione colligitur, quod fœminæ non debent venire coram officialibus Regijs, etſi veniunt in eorum pœnam denegatur audientia, niſi eſſent paupereulæ, quæ ſolent perſonaliter laborare, Ratio poteſt eſſe, quia non conuenit fœminas vagare, & ſe miſcere cum hominum cœtibus *cap. mulieres de iudic. in* 6. *l. maritus C. de procurat.*

61 De *Iure* conſuetudinario *Vrbis Panormi* 12. mu-

Digitized by Google

mulieres Panormitanæ virgines, coniugatæ viduæ ad Curiam venire non coguntur, ſed poſſunt agere, & ſe defendere per propinquos, vel procuratores eorum, & dicit conſuetudo, quod non coguntur venire, ſi tamen venerint non deberent repelli.

62 In Criminalibus, mulieres maritatæ de *Iure* Neapolitano per *conſtitut.* incip. *Generalis ſub tit. Vt Vniuerſitas accuſata*. Etiam accuſatæ de crimine capitali, poſſunt comparere per ſuum maritum, vel per alium ſuum procuratorem ſufficiēter inſtructum, qui habeat ſpeciale mandatum, ſiuè ipſæ mulieres accuſentur ab alio, ſiuè alios accuſent ſuam iniuriam proſequendo. Et ſic infertur, quod Iudex non poteſt dicere: *veniat mulier perſonaliter ad reſpondendum Cauſæ capitali Afſl.* & *Top.* ibi & *Vin.dec.112.nu.4.* quod priuilegium habent mulieres maritatæ propter pudorem, & verecundiam *Afſl.ibidem*. Sed ſententia

63 diffinitiua debet proferri contrà ipſas principales præſentes vt habetur in *d. conſtit. generalis*

64 vbi *Afſl.* Etiam Viduæ habent hoc priuilegium maritatarum, cum donec ſit vidua dicatur permanere in matrimonio *l.fin.C.de bonis maternis Afſl. vbi ſup.nu.18.Vin.d.dec.112.nu.4.*

65 Poteſt mulier conſtante matrimonio habere litem cum viro, ex cauſa aſſecurationis ſuæ dotis ſi vir vergeat ad inopiam ad *tex.in l.ſi conſtāte ff.ſolut.matrim.* & *in l.vbi adhuc C.de iure dotiū* de qua materia ſunt videndi poſt repetentes *Afflict.dec.199.Rolan.conſ.9.lib.1. Giurba deciſ.16. Aſin.de execut.§.3.cap.112. Maſtrill. deciſ.142. Virgil.de legit.perſon.cap.24.nu.33.* & *ſeqq.Marotta diſcept.14.* & *15.*

66 Verum cum mulier viro reuerentiam debeat exhibere *l.1.§.cum autem C. de rei uxor act.l.alia cauſa §.vl.ff.ſolut.matr.* Et ille, qui reuerentia debetur in ius vocari non poteſt ſine illius venia *l.generaliter ff.de in ius voc.* Debet mulier petere

67 veniam à viro dum illum in ius vocare vult *Dec.in l.vl.paulo ante fin. Cod.eodem tit.* quamuis contra teneat *Alex.in d.l.generaliter in fin. ff.eodē Tiraq.de legib.Connubial.l.1.nu.41.*

68 Mulier etiam minor ex cauſa dotis poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris *Boer.dec.130.n.7. Palat.in repet.cap.per veſtras de donat. inter notab. 2.num.20.21.Card.de tacit.lib.12. tit.9.nu.13.* & *Barboſ.in l.1.ff.ſolut.matr.p.1.n.44.* & *45.* & *Aug. Barboſ.in c.fin.nu.11.de iudic. in 6.* Prout poteſt

69 in iudicio poſſeſſorio etiam procuratorem conſtituere abſque ſollemnitatibus ſtatutarijs *Boccat. ad Conſtit.Egid.gl.8.nu.17.Poſt obſ.67.nu.7.*

SVMMARIVM.

1 *Poteſt quandocunq; opponi de exceptione illegitimæ poteſtatis comparentis, vſq; ad mille annos & num.2.*

3 *Tam ex parte actoris, quam rei eſt magnus defectus, & nu.4.5.*

6 *Mandatum non præſumitur, etiam per mille annos & nu.18.19.*

7 *Procurator comparens ad agendum, defendendum, aut contrahendum debet edere mandatum, alias acta ſunt nulla, & nu.8. Quod eſt ſtatutum de iure hiſpano, Mantuano, Neapol. Cathalano, & aliarum locorum, & nu.9.10.11.12.13.14,15.16. 17.20*

21 *Quis ſit procurator?*

22 *Quomodo probetur quem non eſſe procuratorem? & nu.23.24.*

25 *Quid ſi fuerit admiſſus, & non ſit? & nu.26.*

27 *Defectus mandati eſt inſanabilis, & nu.28.*

29 *Iudex ex officio repellit ſine mandato comparentē & nu.30.31.32.33.34.*

35 *Comparens, vt procurator cum non eſt tenetur ad expenſas, & nu.38. & tanquam falſus punitur, & nu.36.39. Sic doctorem ſe appellans cum non ſit & nu.37.*

40 *Sententia lata, & actus facti cum procuratore reuocato ſunt nulli & à nu.41.ad nu.61.*

62 *Exempla, quibus ſententia poteſt eſſe nulla, & à nu. 63.ad 78.*

An & quando iudicium ſit nullum ex defectu mandati? & alia circa hanc materiam.

QVÆSTIO XX.

1 DIximus quando iudicium ſit per ipſos met Principales, Dicemus quando Iudicium non per ipſos met litigatores, ſed per alios eorum nomine agitatum reperitur. Circa hoc ſummopere erit animaduertendum, nunquid appareat de legitima poteſtate comparentis, quia ſi de hoc non conſtiterit talis exceptio reddeos iudicium retro nullum, ad inualidandum proceſſum, quandocumq; poterit opponi *l.licet C.de procur.cap.in noſtra, in fin.eodem tit.cap.licet de appell. in 6. l.licet ff.de iudic.Guid.Pap.conſ.2.nu.2. in fine Golin. de procurat.par.3.cap.3.nu.14. Rot. dec.18.* poſt *Poſtium de manut.* & *ibid. dec.297. num.13.* poſt alios *Poſtius d.tract.obſ.87.nu.4.* Cum mandatum ſit de ſubſtantialibus iudicij, ſeu proceſſus *Innoc.in c. cum in iure 10. de offic. deleg. Rol.à Valle conſ.46. nu.4.vol.2.Berlich.tom.1. concluſ.14. num.1.* & *2. Barboſ.in cap.4.nu.3.de procurat.* Et poteſt opponi

2 vſq; ad mille annos poſt alios *Ant. Gabriel.lib.2. commun.concluſ.tit.de procur. num.1.* & *ſeqq.Alex. conſ.1.nu.18.* & *19.lib.4.* & *conſ.191. nu.5.* & *6. vol.6.* & *conſ.35.num.4.* & *9.lib.7. Dec.conſ.215. nu.2.Vant.hic nu.59.Boer.dec.281. nu.15.* & *17. Caualc.dec.13.nu.8.* & *ſeqq.p.1. Berlich.d.concluſ. 14.nu.14.Ceuall.qu.400.num.6.Ruin.in rubr.de procur.num.33.*

3 Tam ex parte Actoris, quam rei, iſte eſt magnus defectus, cum per eum deficiat voluntas, & conſenſus principalium, qui de iure naturali exiſtit, vt docet *gl. in l.falſi col.2. verſ.factum vero C. de furtis Chartar.dec.gen.86.nu.6.Golin. de procurat.p.3.cap.3.nu.1.* eſt bonus *tex.in l.ex cauſa §.1. ff.de procur.* & *cap.1. de ſponſal. in 6.* vbi defectus conſenſus tanquam inſanabilis, ab alijs defectibus ibi enarratis, excipitur, qui etiam per ipſum Principem ſuppleri non poteſt, quaſi à iure proueniens naturali per *clem.paſtoralis §.cæterum* vbi *Card.Peth.de Anchar.* & *alij de re iudic.Io:Andr.* in noſtris.

Digitized by Google

noſtris terminis in cap. per venerabilem, qui filij ſint legit. Staſil. de litteris gratiæ fol. 146. diximus in princ. huius rub.

4 Nam nullus alieno facto, & ſine eius voluntate onerandus eſt d. l. in cauſa §. 1. & l. 4. ff. ſolut. matr. l. id quod noſtrum ff. de reg. iur. cum alijs relatis per Dec. conſ. 437. in princ. Et talis defectus

5 poteſtatis includit, & continet in ſe defectum citationis quoad ipſos principales dominos, quia proceſſus cum falſo procuratore factus non vocato principali, etiam ex defectu citationis poteſt impugnari. Et ſic nullitas hæc vocatur inſanabilis Staſil. de litter. gratiæ fol. 145. Saturn. in comment. regular. in comp. vtriuſq; ſignaturæ fol. 185. Peſt. obſ. 86.

6 Regula trita, & vulgatis admodum eſt in iure conſtituta, quod mandatum non præſumitur tam quo ad lites, quam ad negotia DD. in l. ſciendum per tex. ibi ff. de verb. obligat. Ea ratione præcipua, quia mandatum cum ſit quid facti, non præſumitur l. in bello §. facta ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſ. Bal. in l. 1. nu. 1. C. de reb. alien. non alien. & ibi Salyc. nu. fin. Capell. conſ. 56. num. 6. in ciuil. Dec. conſ. 437. nu. 2. Socr. iun. conſ. 56. num. 5. & ſeqq. lib. 3. Mandell. conſ. 67. nu. 10. Caphal. conſ. 65. num. 16. Menoch. conſ. 1. nu. 79. & conſ. 148. nu. 34. & conſ. 181. nu. 22. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 14. defin. 30. n. 3. & defin. 63. nu. 4. Mantica de tacit. lib. 7. tit. 4. nu. 1. Giurba conſ. 91. nu. 17. Barboſ. in cap. 1. de procur. nu. 2. Maſcard. de prob. concluſ. 1007. nu. 8. Rig. Capic. Latr. conſult. 90. nu. 1. Reg. Rouit. conſ. 91. nu. 6. lib. 1. Reg. Merlin. contr. 78. nu. 1. lib. 1. D. Fodiern. contr. 43. num 10. poſt alios D. Scopp. ad Gratian. dec. 105. nu. 17. Hoping. de iure inſignium cap. 6. nu. 145. Parexa de inſtr. edit. tit. 5. reſol. 10. nu. 3. Rota apud Rub. dec. 69. nu. 11. tom. 7.

7 Hinc prouenit quod procurator in iudicio, aut extrà illud comparens ad agendum, ſiue ad defendendum, aut contrahendum, omninò, mandatum, quo eius perſona legitima fiat, tenetur edere l. ſi quis inficiatur 13. ff. de poſiti Alex. conſ. 6. nu. 4. lib. 4. Mantica de tacit. lib. 2. tit. 4. nu. 2. cũ ſeqq. Paz. in praxi tom. 1. annot. 4. ex nu. 7. Gſauld. ad Donell. lib. 18. comment. cap. 13. lit. X. Maſcard. de probat. concluſ. 1007. ex nu. 60. Decian. reſp. 121 nu. 5. lib. 3. Vrſill. in praxi lib. 4. cap. 5. vbi add. ex nu. 24. Carleual. de iudic. tom. 2. tit. 2. diſp. 4. nu. 27. Berlich. tom. 1. concluſ. 14. nu. 16. & 26.

8 Aliàs acta ſunt nulla Bal. in l. ſi procuratorem 65. in princ. ff. de procur. Boer. dec. 281. nu. 11. Gratian. diſcept. 170. Amat. reſol. 78. num. 4. vol. 3. Maſcard. nu. 5. D. Petra in tit. 77. nu. 2. 3. Nig. de execut. rei iudic. cap. 6. §. 4. num. 1. & ſeqq. Bonden. collect. 49. num. 16. Parexa de inſtr. edit. tit. 5. reſol. 10. num. 34.

9 Quod eſt ſtatutum de iure Liſſ ano per l. 2. tit. 24. lib. 2. l. 55. tit. 1. lib. 3. & l. 3. tit. 2. lib. 4. Recopil. vbi Azeued. nu. 3. Nouirol. alleg. 10. n. 137. & ſeqq. vbi alios laudat Barboſ. in d. c. 1. de procur. num. 1. Parexa de inſtrum. edit. tit. 5. reſol. 10. num. 4. & 11. vbi dicit praxim eſſe, quod præſentato mandato per procuratorem, aduocatus à tergo dicti mandati, teſtetur de ſufficientia cum ſubſcriptione ſui nominis, vt ſi poſtmodum inualidum ſit, adeò vt nullitate mandati, proceſſus annullandus veniat, aduocatus de proprio tenetur ſoluere expẽſas in lite factas, de dicta praxi teſtatur etiam Paz. d. annot. 4. nu. 7. in fin. Azeued. in d. l. 3. nu. 6. Carleual. de iudic. tom. 2. tit. 2. diſp. 4. nu. 27.

10 De Iure Mantuano idem eſt ſtatutum, vt aliter non præſentato mandato acta non valeant, vbi procurator actoris tenetur in primo actu fidem facere de mandanto valido, procurator rei in primo actu ad comparendum, & reſpondendum ſed in ſecunda hora iuris, tenetur fidem facere de mandato, aliàs omnia acta ſunt nulla, vt teſtatur Caſ. Manent. dec. Mant. 44. nu. 56.

11 Idem eſt ſtatutum per ius noſtrum Neap. in cauſis vertentibus in S. R. C. per pragm. 79. §. 5. de offic. S. R. C. Vt expedita ſupplicatione, & commiſſione cauſæ, non poſſit fieri actus aliquis, nec etiam contra ſupplicata, niſi prius legitimata perſona actoris cum mandato legitimo, etſi ſit minor, aut pupillus cum debitis ſollemnitatibus à lege requiſitis, ſub pœna nullitatis, & in Magna Curia per prag. 30. de offic. Magiſtr. iuſtit. vbi imponitur pœna procuratori comparenti ſine mandato, ſed non nullitas actus Carleual. de iudic. tom. 2. tit. 2. diſput. 4. nu. 27. vbi meminit d. pragm. 79. §. 5. de offic. S. R. C.

12 Idem de Iure Catbalano eſt ſtatutum, vt dicit Cancer. var. reſ. 2. p. cap. 14. poſt num. 66. meminit D. Scopp. ad Gratian. deciſ. 105. num. 7. Idem de

13 Iure Florentiæ Monac. dec. Flor. 58. nu. 7. Idem de Iure Ferrariæ Faſtib. conſ. 194. ſub nu. 20. Cremonæ Menoch. conſ. 246. nu. 54. Cyriac. contr. 275. nu. 22. Melius obſ. 6. nu. 11. vbi dicunt in terminis talium ſtatutorum omnia acta eſſe nulla, etiam parte non opponente, nec poſſe ratificari.

14 Idem de Iure Saxonico nam non admittitur procurator etiam ſi cautionem de rato offerat vt dicit Berlich. tom. 1. concl. 14. nu. 17. & 18. quo Iure procurator ſine mandato agens, & comparens pro prima vice mulcta quinque, pro ſecunda vice decem thalerorum, & ſic deinceps punitur, quam mulctam de ſuo ſoluere debet, & non poteſt à clientulo repetere l. qui proprio §. procurator verſ pœnam ff. de procurat. Berlich. ibid. nu. 24 vbi nu. 25. dicit quod aduocati mandata exhibere debent in prima poſitione, aliàs ſi exhibeãt in ſecunda, vel tertia mulctam non euitabunt. Et
15 vltra talem mulctam debet etiam pars ipſa aduerſario in expenſis condemnari, vt indicatum refert per ſuum Senatum Berlich. d. concluſ. 14. nu.
16 27. Et dicta mulcta locum habet etiã ſi vtriuſq; partis aduocatus ſine mandato iura ſui clientuli deduxerit, nec datur locus compenſationi Boer. dec. 281. nu. 12. & ſeqq. Berlich. nu 28.

17 Sic ſub comminatione eiuſdem pœnæ etiam aduocati in limine ſuæ primæ poſitionis ſuorum clientulorum nomina, & cognomina, item Caſtra & habitationes, de quibus ſe ſcribunt, & originẽ habent exprimere, & apponere tenentur per legem municipalem, ad euitandam incertitudinem dicit ſtatutum Berlich. nu. 29. & ſeqq.

18 Quod diximus, quod mandatum non præſumatur, procedit vt non præſumatur etiam per mille annos Bal. in l. 2. C. ſi ex falſis inſtrum. & in l. 1. C. de reb. alien. non alien. & conſ. 85. Salyc. d. l. 1 nu. 1. Alex. in l. qui aliena nu. 21. ff. de acquir. hæred. & in

Digitized by Google

*& in l.ſciendum num.20. ff.de verb.obligat.idem conſ.1.nu.19.lib 4.& conſ.191.nu.4.lib.6.& conſ. 35.nu.4.lib.7.Capoll.conſ.ciuil.26. nu.6. Afflict.dec. 345.nu.7.*vbi *Vrſill.nu.2.& dec.368.nu.9.Grammat.dec.103.nu.83.Crauetta conſ.266.num.9.Caphal.conſ.65.nu.16.Gabriel.conſ.36. nu.39. lib.1. Menoch.lib.2.præſumpt.33. nu.14. Mantica de tacitis lib.7.tit.4.nu.13.Paz.in praxi annot:4.nu.12 Barboſ.in cap.1.de proc.nu.2.Reg.Reuert. dec.274. nu.2.in fine.Idem Barboſ.in repert.* verb. *mandatū Flor.de Mena qu.23.num.66. D.Merlin.contr.78. nu.1.cent.1.*

19 Ratio,inter alias eſt,quia quaſi obligatio,quę in iudicio contrahitur per procuratorem litem alienam ſuſcipientem , propter mandatum vires accipit , quo deficiente diuturnitas temporis nihil operari poteſt quo ad inducendam obligationem erga mandantem , nam tempus non eſt modus tollendæ , aut inducendæ obligationis *l. obligationum ferè §. placet ff. de action. & obligat.* vbi ſcribentes omnes *Menoch.d.præſ.33.num.15. Barboſ.d.cap.1.de procur.nu.6.*

20 Et tale mandatum debet edi etiam per procuratorem minoris viginti quinque annis, nam ob hanc cauſam à prædicta editione non poteſt excuſari,iuxtà *tex.*ſic intelligendum *in l. non eo minus 14.C.de procurat.* quem ſic interpretatur *Gabriel.conſ.25.ex nu.18.lib.2.*vbi dicit, quod quoties procurator falſus, & qui mandatum non habet in iudicio comparuit pro minore , & eius litem ſuſcipere intenderit,acta , & ſententia ex illis prolata erunt nulla, ſiue in fauorem minoris, ſiue aduerſus eum fuerint , quod optimè probat ex *dec.Rotæ diuerſ.163.*& alijs , quæ apud ipſum videri poterunt, ſequuntur *Mantica d.tit.7. num. 10.Barboſ.d.cap.1.nu.1.Parexa d.reſol.10. nu.40.* Cætera dicemus *infra* .

21 Procurator dicitur , ſecundum veram ſententiam , qui aliena negotia mandato domini in iudicio adminiſtrat ad *tex. in l.1.ff.de procur. gl.in cap. ſ.pite* verb. *procurator de cenſibus gloſ.in cap. vnic.* verb.*procuratores de oblig. ad ratiocin. ordin. gl. in l.ſi procurator ff. de dolo malo Surd. conſ.99. nu.23.Vant.hic nu.173.Gratian.diſcept.853.n.62 Reg.Ponte conſ.6.nu.18. vol.2. Reg.Rouit.in rubr. de proc.nu.10.Camill.Borrell.in ſumma dec.p.1.tit. 66.nu.2.Gôlin.de proc.p.1.cap.1.nu.9. & ſeqq.* vbi hanc deſcriptionem explicat,& confirmat .

22 Opponitur ex iſto capite contra proceſſus, & Sententias, quod qui in iudicio alieno nomine comparuit , non fuit talis,qualem ſe geſſit . Et quod non fuerit talis , altero ex quinque modis contingere,& oſtendi conſueuit. Primò oſtenditur,quando contrarium ex proceſſu non conſtat, ſcil.ipſum comparentem fuiſſe talem , nam tunc ex iiſdem actis eo ipſo cenſetur probata negatiua,ſcil.talem non fuiſſe, quia quod ibi non apparet , dicitur non eſſe *l.fin. C.de reb.credit.* vbi *DD.*per illum *tex.& in l.in lege ff.de contrah.empt. c. cum ad ſedem de reſtit.ſpoliat.cap.ſollemnitates, in fin.de conſecrat.diſtinct.1.Rota recent. dec.145.nu. 2.par.4.*& hæc probantur per inſpectionem acto-
23 rum *Bar.in l.2.C.de error.aduoc. Vant.hic nu.62. Dec.conſ.424.nu.19.& conſ.467. nu.12. & conſ. 483.nu.4.Golin.de procur.p.3.cap.3.nu.58.& ſeqq Maſcard.de probat.concluſ.1007.nu.14.15.*

24 Prout ad probandum aliquem non eſſe procuratorem examinatum, & matriculatum (nam omnes , qui volunt admitti ad officium procuratorum debent examinari coram Præſidente S.R. C.& capi prius informatio de eorum idoneitate, vt diſponitur per *noſtram pragm.22. de offic.S.R. C. & pragm. ſeptuageſima octaua eodem titulo §.ſi procuratori*) ſufficit in libro matriculatorum , qui ſerbatur penès Secretarium dicti S.R.C.non eſſe deſcriptum,& è contra,quem eſſe matriculatum probatur,illum eſſe deſcriptum in libro matriculatorum per *tex. in l.matricula C. de agent.in reb.Ricc.collect.1829.Maſcard. de probat. concluſ. 1037.Calvi de modo articul.gl.vnic. §.2. nu.1172. Fab.Anna conſ.94.nu.1.& ſeqq.vol.2.Decian.reſp. 119.nu.7.vol.3.ex Bar.in l.Titiæ ff. de leg.1.in 2. notab.*& deciſum refert per S. C. *Golin.de procurat.p.3.cap.3.nu.61.*

25 Verum tamen eſt quod licet ante litis conteſtationem contrà procuratorem non fuerit exceptum,ſed cum eo tanquam tali fundatum iudicium,ad ipſum repellendum , vel extorquendum ab eo cautionem de rato, ſeu vt ipſe probet ſe procuratorem,vlterius opponi non poſſit,ex quo cum pro tali aduerſarius ſemel acceptauit,& illi modo aſſerenti contrarium incumbat onus probandi, vt notat *gl.& DD. in l.Pomponius §.rati ff. de procur. Alex.conſ.102.lib.5.*dicemus *qu.23.*

26 Tamen ad inualidandum acta,& proceſſum , illud poterit indiſtinctè opponi , & ſaltem per modum abnegationis ex proceſſu probari,nam hoc caſu etiam quod quis tamquam procurator in iudicio de facto admiſſus fuerit, tamen ad detegendam nullitatem geſtorum, quod non fuerit procurator is,qui iudicio interfuit valide, & rectè,quomodocunque excipi poterit , vt declarat *Bal.in d.l.licet,in princ.C.de procur.Alex.conſ.147 lib.6.& conſ.72.lib.7.Muſcatell.in praxi S. C.p.2. gl.veniens nu.26. Hippol. in l.ſi quis nè quæſtio nu. 102.* Vbi dicit,quod licet ego ſciam te falſum procuratorem,& tu litiges vti procurator, tamē niſi ſit cognitum de mandato, & ſuper eo pronūciatum non impedior quandocunq; opponere , quod tu non habes mandatum, ità vt non præſumatur mandatum ad ſaluandam nullitatem proceſſus ex defectu illius , etiam ex temporis diuturnitate *Alex.in l.ſciendum ff.de verb. obligat.& in conſ.1.num.20.vol.4.& conſ.191.num.4.vol.6. Dec.conſ.486.nu.11.Feliu.in cap.ſicut nu.31.de re iudic. Rip. in tit.de interdictis reſp.18. num.12. Idem Hippol.ſing.323.Gram.dec.103. nu.83. Affl. dec.345.nu.7.Oſaſch.dec.175.nu.4. Menoch.conſ. 1.nu.79.*dicemus de hac re *infra.*

27 Et mandati defectus eſt inſanabilis,vt dixerunt *Menoch.conſ.409.nu.17.vol.5. Amat. dec.March. 58.nu.1.Cortar.dec.gen.86. nu.6. Gomez in comp. ſignat.nu.72.* vbi affirmat Papam in Signatura non ſolere talem defectum ſanare,& Rotam cenſere talem nullitatem inſanabilem etiam refectis expenſis, quia prouenit à conſenſu , qui non poteſt à Principe ſuppleri *Nig. de execut.rei iud. cap.6.§.4.n.2.*Et in facto conſiſtit *Dec.conſ.437.*
28 *nu.2.Mandell.conſ.67. num.10. Caphal. conſ.65. nu.16.Mantica de tacitis lib.7.tit.4. num.1.* poſt

Angel.

*Angel.conſ.26.Dec. in auth,ſi quis in aliquo col.1. C.de edend.& conſ.522.nu.5.Barbat. conſ.58. vol. col.1.*vbi citat *tex.in l.1.§.ſi quis in duobus ff.de bonor.poſſ.ſecund.tabul.*

29 Imò Iudex etiam ex officio ſuo,in cauſa appellationis ad nullitatem proceſſus cauſæ principalis,ad perſonam procuratoris nunquid ſit legitima,aduertere poteſt *Paul.de Caſtr.in l.ita demum C.de procurat.Capic.dec.1. nu.32.per tex.in l.quos prohibet ff. de poſtul.* Vel vt caueat de rato ſi de illo dubitatur *gloſ.in cap.1.* verſ.*abbatiæ,de electi.in 6.Abb.in c.cum dilecti de reſcript. Gratian. deciſ.March.106. in princ. Duen. reg.264. in fin. Vant.hic nu.63.& rub.quis poſſit &c.nu.45. Marta in ff.nouiſſ.p.1. tit.procurator cap.81. Muſcatell.in praxi S.C.p.3.gl.comparentis à nu.22. ad nu.33.& ſeqq.Gratian.diſcept.201. nu.75.* Ea ratione quia hoc reſpicit vtilitatem publicam , vt ſit litium finis *cap. finem litibus de dolo , & contumacia* , & quoties officium iudicis tendit ad bonum publicum,poteſt impartiri irrequiſitus,bene *Idem Gratian.dec.106.*vbi *D.Scepp.*alios citat .

30 Et licet *Iaſ.in d. l.quos prohibet* dicat id eſſe verum , dummodo id faciat intrà tempus intrà quod pars facere poteſt . Tamen id non videtur

31 verum,cum indiſtinctè poſſit iudex hoc facere quandocunq; infrà latam ſententiam , vt refert *Capic.d.dec.1.nu.32.*ſequitur *Gelin.p.3.cap.3.nu. 65.& ſeqq.*Et id tenetur facere etiam in prima

32 inſtantia Iudex illius , contrà opinionem *Imol. in cap.in iure peritus de offic.deleg.& Feliu.in cap. cauſam 8.nu.1.de iudic.Ant.Meneſ in l.vbi pactum C.de tranſact.num.12.Fragoſ.de reg. reip.p.1.lib.5. diſput.12.§.8.nu.256. Rodrig. de mod.vid.proceſſ. cap.3.nu.18.Parexa de inſtr.edit.tit.5.reſol.10.nu. 5.Gratian.d.dec.106.*vbi *D.Scoppa* diximus *q.1.*

33 Quæ concluſio procedit etiam ſi procurator aſſertus ſub cautione de rato admiſſus fuiſſet , quoniam rati cautio legitimat perſonam procuratoris quandiu dubium eſt de mandato,ſed cum de hoc opponitur, & probatur ſaltem per modũ abnegationis,vel ex actis, talis cautio nihil operatur,quia non dicitur amplius dubium , vt declarat *Cyn.Bar.& Bal.in d. l.licet col.2. Gelin.de procur.p.4.cap.2.nu.34.Berlich. tom.1. conclus.14. num.18.* Quod maximè procederet quando talis

34 exceptio opponeretur ex parte eiuſdem domini pro quo litigatum fuit,ex quo acta, & proceſſus inter falſos comparentes facti ſibi non præiudicant,vt per ſcribentes in *d. l.licet Alex. conſ.186. col.3.*verſ.*Tertia eſt dubitatio.*

35 Imo debet ille , qui comparet vt procurator alicuius , aliquem in iudicio vexando, cum verè non ſit,ſe talem fuiſſe oſtendere,alias erit obligatus ad refectionem expenſarum , damnorum, & intereſſe ipſius vexati *l.eum qui temere ff.de iudic. l.1.*& ibi *Iac.Butr. & Bar.C.cred. euict.pign.non deb.*poſt alios *Mil.in repert.*verb.*procurator ſi non docet Alex.conſ.136. col.1. & conſ.32. col.2.lib.6. Vrſill.ad Afflſt.dec.273.nu.5.Fab. in C.tit.8. defin. 18.in princ.Gelin.par.3.cap.3.num.69.Guttier.de tutel.p.2.cap.13.nu.14.15.& 19. Siluan. conſ.35. nu.40.in fin.Gratian.diſcept.985.nu.22.Maſcard. concluſ.1007.nu.6.Berlich.tom.1.conclus.14.num. 20.Barboſ.in cap.4.num.5.de procurat.Parexa de inſtr.edit.tit.5.reſol.10.num.22.*

36 Et etiam tamquam falſarius puniendus eſt,ex quo non tantum ſe nominauit,ſed actus procuratori congruentes , in alterius præiudicium fallaciter geſſit *ad tex.* & ibi dicta per *DD. in l.ſi procuratori falſo ff.de condit. cauſ.dat. cauſ.non ſecut.& in l.ſi falſus procurator C. de furtis Rot. Rom. in antiq.incip.Non procurator Ånan.conſ 96 Tuſc. lit.P.concluſ.830.Reg.Marinis lib.1.reſol.294.nu. Boſſ.in praxi tit.de falſ.nu.173. Farinac. de falſit. qu.150.nu.89.& ſeqq.Natta conſ.588.nu.10.Gratian.diſcept.985.nu.32.Parexa de inſtr. edit. tit.5. reſol.10.nu.26.Maſcard.concluſ.1007. nu.7. Sperell.dec.25.nu.2.Berlich.d.concluſ.14. nu.21. Barbol.in cap.4.de procurat.nu.5.* quod eſt in noſtra M.C.V.per *pragm.30.de offic.magiſtr.iuſtit.* Eodẽ

37 modo pœna falſi tenetur ille,qui cum talis non ſit,doctor ſe nominat *Bar. in l.quiſquis C.de aqueduct.lib.11.Vant.hic nu.69. Menoch.de arbitr.caſ. 218.nu.23.Ricc.dec.330.p.3.*

38 Quod procedit etiam in ciuilibus, nam ſi quis contraxit cum Titio tamquam procurator Caij, cum verè non fuerit,tenetur in fauorem Titij ad omne id quod Titij intereſt,licet contractus non teneat *tex.eſt in l.ſi tuo anno 17. §.1.bienniũ;*verſ. *planè ff.locati* vbi *Paul.de Caſtr. & Alex.in addit. ad Bar.Bal.in l.1.nu.2.C.credit. euiction.pign.non deb.*vbi dicit notabiliter,quod vbi quis rem alienam tamquam procurator vendiderit , ſe procuratorem eſſe docere debet, aliàs de euictione tenebitur,quamuis in contractu dixerit , quod ſe obligare non intendebat , ſed dominum ſuum.eũ hęc intelligenda ſit proteſtatio dummodò de mãdato conſtet idem dicit *Natta conſ.262.num.11. vol.2.*vbi dicit,quod licet falſi procuratoris contractus reſpectu domini nullius ſit momenti , reſpectu tamen ipſius procuratoris,qui ex eo ad intereſſe tenetur, omnino ſubſtinetur,placet etiam *Tepat.var.ſentent.tit.de procur.ad negot.cap.8.*verſ *procuratoris falſi Perus.conſ.199.lib.1. Tuſc.lit.D. concluſ.830.nu.6.& concluſ.823.nu.18.* vbi dicũt generale eſſe,vt in omnibus caſibus,in quibus ſe obligat quis vti miniſter alterius, debet conſtare quod ſit talis , alias de ſuo tenetur *Reg.Marinis lib.1.d.reſol.294.Molin.de pign.r.lib.2. tit.1.qu. 18.num.21.Mangol.de euict.q.186.n.4.*

39 Amplia dictam concluſionem, vt etiam falſus ſit procurator,& Proceſſus nullus ſit , ſi cum habeat generale mandatum admittatur in caſibus, in quibus ſpeciale mandatum requiritur, iuxta not.in *l.ſi ſiac §. quod procurator* verſ. *nullo reſp. rem ratam hab.* poſt alios *Gaill. obſ.47. lib.1.Reg. Tap.dec.4.nu.7.Ital.Senat.Vant.hic nu.91.Menoch. de contract.tit.de mandat.ord.4.nu.52. Carauit.rit. 107.nu.6.& 9.Caſſan. in conſuet. burg.rubr.4.§.5.* verſ.*ſans procuration. nu.5.* Vbi quod falſus dicitur procurator , qui habet mandatum generale , & agit ſeiunctim in cauſa quæ ſpeciale requirit ex *Iaſ.in l.licet nu.4. C.de procurat.Mut.dec. Sicil.4. nu.14.Maſtrill.dec.179.nu.9.Mareſcott. var.lib.1. cap.92.nu.5.Sperell.dec.25.nu.2.*

40 Et adeò potens eſt nullitas ex defectu mandati,quod lata inſtante procuratore , qui fuit reuocatus,eſt nulla, prout ſi feratur contrà eum citato procuratore,quem reuocauerat *cap.ex inſinuatione de*

Digitized by Google

ac de procur.cap.in noſtra eodem tit. l.cum quis §.1. *& l.ſi cum Cornelius ff.de ſolut. Tuſc.lit.P. concluſ.* 862.*Capra reg.*58.*nu.*1.*& ſeqq.Borr. dec.*374. *nu.* 6.concludens cum dici falſum procuratorem, cuius mandatum apparet fuiſſe legitimè reuocatum *Nig.de carcer.rei iuuic.cap.*6.§.5. *nu.*1. *&* 2. *Barboſ.in cap.*3.*de procurat.nu.*1.

41 Quod procedit etiam ſi reuocatio ſit tacita quæ pluribus contingit modis. Primo ſi moriatur conſtituens, etiam quod mors ſit ignota illi iudici,& parti,nam non valent geſta cum procuratore illo *l.mandatum C. de procur.* 2. ſi mutetur

42 ſtatus perſonæ mandantis *Socin.conſ.*112.*lib.*1. *nu.*12.*Decian.conſ.*68.*vol.*3. *nu.*18. veluti ſi conſtituens fiat Monacus,rebellis, exul.*Vant.hic nu.* 168.*&* 175 *Nig.d.cap.*5.*nu.*7.3. per mutationem

43 ſtatus procuratoris *Vant. hic nu.*168. *Stracca de mercat.c.de adiecto p.*3.*num.*110.*& ſeqq.Nig.nu.*8.

44 4. Si alius conſtituatur procurator non facta proteſtatione circa reuocationē alterius *l.ſi quis* §.*fin.ff.de procur.Rota dec.*20.*nu.*3.*de proc.in nou. Natta conſ.*55.*nu.*9.*c.non iniuſte de proc. Nig.u.*9. *Tuſc.lit.M.concluſ.*94.*& concluſ.*860. *num.*13. *& ſeqq.Lit.P.*vbi dicit hoc eſſe ſi ſecundus conſtituatur in cauſa, in qua erat conſtitutus primus: nec per ſecundum conſtitutum ad negotia eſt reuocatus primus conſtitutus ad iudicia *Borell. in ſumma dec.tit.de procur.nu.*275. latè *Monter. dec.*43. *num.*43.*& ſeqq.*5. Si ipſe conſtituens compareat

45 in iudicio actum vnicum iudicialem tantum agédo, vel excipiendo, ſine proteſtatione,quod ſolet ideo reuocaſſe procuratorem *cap. ſi quem de proc. in* 6.*Rot.dec.*20.*num.*1. *& dec.*25. *de proc. in nou.*

46 6.Si deficiat cauſa mandati *Roman. conſ.*374.*nu.* 1.*Nig.d.cap.*5.*num.*14.7. Si labatur tempus, vbi

47 fuerat datus ad tempus, quamuis fuerit effectus dominus litis,& pars aduerſa quieſcat *Bar.in l.*1. §.*fin.ff.de proc.nu.*4.*Tiraq.de retract.conuent.* §.1. *gl.*2.*nu.*47.*Gonzal.ad reg.*8.*Cancell.gl.*54. *nu.*22. *in fine Tuſc.lit.P.concluſ.*861.*nu.*31. 8. Si lata ſit ſententia in cauſa,in qua quis fuit conſtitutus *gl. in l.inuitus verb.extendere de proc. l.ſi actor.C.de*

48 *appellat.& conſult.Rota dec.*1124. *p.*3. Niſi conſtitutus ſit ad litem proſequendam in quacumq; inſtantia,& procurator ſine exceptione, ſeu proteſtatione acceptauit mandatum *Rota dec.*2. *de proc.in nou.Nig.d.c.*5.*nu.*16. 9. Si qui procurato-

49 rem conſtituit cedat liti *Clem.fin.de proc.Caſſad. dec.*2.*nu.*2. *de appell.* maximè ſi fiat apud acta quia eſt notum iudici *Nig.d.c.*5.*nu.*17.

50 Eo fortius ſi reuocatio ſit facta expreſſè, quæ fit per conſtitutionem ſecundi cum expreſſa reuocatione primi *Vant.hic nu.*158.*Monter.dec.*43

51 *nu.*43.*& ſeqq.* Beneuerum eſt eſſe efficaciorem reuocationem tacitam factam à lege quam ſit expreſſa, quia illa non eſt denuncianda parti, vel iudici,vel procuratori, iſta ſecus *Caſſad. dec.*2.*de appell.nu.*10.*in fine, & nu.*11. *Tuſc.lit.P. concluſ.* 861.*nu.*30 poſt *Io:de Amic.conſ.*55.*in fine.*

52 Amplia 2.concluſionem poſitam *in princ.nu.* 41.*verſ.quod procedit*,vt illa procedat licet reuocatio deueniat ad notitiam iudicis, vel partis aliunde, quem per viam intimationis *Capra reg.* 58.*nu.*5.*& ſeqq.*

53 Amplia 3. præſertim ſi ſententia fuit lata ad fauorem eius,qui procuratorem reuocauit, etiam in caſu,quo erat neceſſe denunciare reuocationē ipſi procuratori reuocato *Caſtr. in l.ſi procuratorē ff.de proc.col.*2.*Felin.in cap.ex parte* 33.*de reſcript nu.*18.*Capra reg.*59.*nu.*7.*Monter.dec.*43.*num.*22. *& ſeqq.*vbi reſpondet contrarijs.

54 Amplia 4. Vbi fuit mandatum morte mandātis reuocatum *l.penul.ff.de ſent.ſine appell.reſcind. Capra d.reg.*59.*nu.*15.*& ſeqq. Tuſc. lit.P. concluſ.* 861.*nu.*35.*& ſeqq.*

55 Amplia 5. Vbi Iudex eſſet certus de reuocatione *Capra d.reg.*59.*nu.*35.*& ſeqq. Nig. d.cap.*6. §.5.*nu.*35.

56 Amplia 6. Vbi procurator nihil ante reuocationem fecerat *l.ſi dictum ff.de euiction.Capra reg.* 58.*nu.*13.

57 Amplia 7.Si ſententia ſit lata cum procuratore,qui interuenit vt nuncius, quamuis illi,vel iudici,vel parti non ſit intimata reuocatio *l.ſi pater ff.de manumiſſ.vindict.Capra reg.*58.*nu.*20. *Signorol.conſ.*59.*col.fin.Io:de Anan.conſ.*35.*nu.*9.*Tuſc. lit.P.concluſ.*861.*nu.*32.vbi *num.*33.dicit idem dicendum ſi habuiſſet mandatum tanquam procurator,& tanquam nuncius, & vſus fuiſſet mandato tanquam nuntius *Felin. in cap.ex parte de reſcript.nu.*18.verſ.*fallit.*6.

58 Amplia 8. Si de defectu mandati fuit exceptū antè ſententiam,adeo vt neq; à domino ratificari poſſit, quatenus eſſet illi fauorabilis *Caſtr.in l.ſi procuratorem ff.de procur.Gaill.obſ.*47. *nu.*3. *lib.*1. *Monter.dec.*43.*nu.*23.*& ſeqq.Barboſ.in cap.*4.*n.*7. *de procurat.*

59 Amplia 9.In Cauſa criminali etiam ſi reuocatio non ſit intimata iudici, vel procuratori, nec parti *Tuſc.lit.P.concluſ.*861.*nu.*25.

60 Amplia 10.præſertim ſi procurator reuocatus fuit contumax nunquam comparendo *Anan.conſ.* 25.vbi *Io:Bologn.*addendo etiam, quod reuocatio non fuerit intimata iudici,nec procuratori *Tuſc. lit.P.concluſ.*861.*nu.*27.

61 Amplia 11. vt in tantum ſit nulla ſententia lata cum procuratore reuocato, quod non poſſit ratificari ab eo, pro quo fuit lata *Caſſad. dec.*40. *ſuper reg.Cancell.Gaill.obſ.*47.*lib.*1. *nu.*4. *Monter. dec.*43.*nu.*14.*&* 27.*Trentacinq. var.de procur.reſol.*2.*nu.*2.*&* 8.*Cephal. conſ.*441. *nu.*83. dicemus *infra* agendo quando poſſit ratificari factum per procuratorem falſum, vel minus idoneum.

62 Extende Primo concluſionem poſitam *in princ.nu.*40. verſ. *& adeo* etiam vbi quis eſt procurator ex duplici mandato, quorum alterum ſit ſufficiens, alterum ſecus, & procurator ſit vſus mandato inſufficienti,nam ſententia corruit, nec ſubſtinetur ex mandato ſufficienti quo procurator non eſt vſus *Socc.in l.multum intereſt.col.penul ff.de condit.& demonſtrat.Put.deciſ.*373. *lib.*2.*Roman.conſ.*496.*Tuſc.lit.M.concluſ.*62.*num.*57. vbi addit hoc procedere etiam ſi comparendo ex minus ſufficienti, addat clauſulam: & alias omni modo meliori *Theodoſ.Rub.ad Put. dec.*298. alias 297.*lib.*3.*Monter.deciſ.*41.*in princ.&* 74.*circa med.&* 75.*& ſeqq.Veſtr.in praxi lib.*4.*c.*5.

63 Extende 2. etiam vbi non probatur procuratorem,qui cauſæ interuenit acceptaſſe mandatum *Rot.dec.*7.*de proc.in* 6.*Monter.dec.*41.*nu.*71.*Add.*

ad Ludouiſ.dec.110.& 430.nu.7.Tuſc.lit.M. concluſ.62.nu.16.& ſeqq.& concluſ.533 lit.P.

64 Acceptatio mandati ſit expreſsè, & tacitè, ſeu verbis, & factis, nempe ſi quis præſens conſtituatur, & conſtitutus mandatum acceptet, vel conſtitutus cum facultate ſubſtituendi ſubſtituat poſt receptum mandatum, ſecus ſi ante receptionem ſubſtituat *Rota diuerſ.in recent.dec.451.p.2.*

65 Extende 3. vbi ſententia fertur contra illum Procuratorem, qui non ſit conſtitutus in illa cauſa, puta ſit conſtitutus contrà Titium, & agat cōtrà Sempronium, vel ille conueniatur ab alio quam à Titio *l.diligenter ff. mandati Nig. de execut.rei iudic.cap.6.§.4.nu.23.& ſeqq.*

66 Extende 4. ſi ſit lata ſententia cum procuratore habente generale mandatum, dum cauſa illa requirebat ſpeciale mandatum *Vant.hic num.91. Nig.d.cap.4.nu.27.*

67 Extende 5. Vbi ſententia lata fuit cum procuratore qui alium ſubſtituerat virtute mandati dati acceptati, & recepti, cum eo caſu per ſubſtitutionem non remanſerit procurator *Vant. hic nu.104.& ſeqq.Veſtr.in praxi lib.4.c.5.n.4.& ſeqq.*

68 Extende 6. vbi ſententia lata ſit contra illum, qui minus ſollemne habebat mandatum, cum paria ſint non habere, ac habere inſufficiens *l.non putauit §.non quænis ff. de bonor.poſſ. contra tabul. l.2.ff.de auth.tutor.l.3.ff.de teſtam.tut.Affl.dec.366 nu.10.& de Iure protbomiſ.§.tota hac lex nu.74.in fine Euerard.conſ.39.nu.17.& conſ.58. nu.13. & ſeqq.D.Scippa ad Gratian.dec.105.nu.9.*

69 Extende 7. ſi ſententia ſit lata pro Eccleſia *c. cauſam 9.de re iudic.*vbi *Felin.nu.6.& 7.*

70 Extende 8. etiam ſi in termino citationis ad ſententiam inſtante falſo, ſeu non legitimo Procuratore, quis ſit proteſtatus, terminum proferēdi ſententiam diffundi pro vtraque parte *Mantica dec.254.nu.9.* quia non ideo dicitur tacitè, vel expreſſe approbatus pro procuratore.

71 Etende 9. etiam ſi fuerit obtempta ſentenſentia à Domino pro ſuis ſubditis *Mantica dec. 328.num.1.*

72 Extende 10. Vt oppoſita exceptione defectus mandati in tantum corruant geſta à falſo procuratore, vt nec ſint valida, etiam quod ſubſequatur illorum ratificatio *Iaſ.in l.licet C. de proc. in fine Sim.de Prat.conſ.177.Ferret.conſ.321. nu.1. Crauett.conſ.108.& 387.nu.3.& 5.Menoch.conſ.100 nu.38.Barboſ.in cap.4.nu.7.de procur. Tuſc. lit.M. concluſ.72.nu.51. & ſeqq.* vbi refert diſſentientes Et hæc extenſio non haberet difficultatem vbi extaret ſtatutum quod in primo actu deberet præſentari mandatum, vt eſt Florentiæ, & hic Neap.& alibi *Tuſc.ibid.nu.60.& ſeqq.* ſed de hac re dicemus *infra*.

73 Extende 11. vbi intereſſet procurator, qui nō poteſt eſſe procurator vt eſt minor *Sanchez de matr.lib.3. diſp.41. num.*8. & exempla poſuimus *alibi hic*.

74 Limita tamen pluribus modis. Primo in omnibus caſibus, in quibus quilibet auditur ſine mādato *Marſil in l.ſi quis ff. de quaſt. nu. 100. cum ſeqq.Tuſc.lit.M. concluſ.63. & lit.P. concluſ.828.* vbi ponit tales caſus, & poſuimus nos *alibi hic*.

75 Lim.2. Parte non excipiente *Marſil. de bannit.§.ſententia 4.nu.51.in fine*.

76 Lim.3. Vbi quis appellat à ſententia lata ad fauorem falſi procuratoris *Natta conſ.142.nu.19* ea ratione quia cum appellatio præſupponat tantum ſententiam eſſe iniuſtam *l.1.ff.de appell.* appellans fatetur ſententiam validam ſeu renunciare dicitur nullitati *Natta conſ.142. nu.19. Cald. conſ.11.num.17.* aſſerens de hoc eſſe *tex.in l.3.§. falſus ff.rem rat hab.*

77 Lim.4. vbi probari poteſt tacitè quem conſēſiſſe, quod quis ſuo nomine ageret, vel illum defenderet *Cald.conſ.10.nu.15.& ſeqq.*

78 Verum expreſſa, & tacita ratificatio debet fieri vel per Dominum, vel per procuratorem habentem ſpeciale mandatum cum ſit poſita in pura voluntate eius, contra quem iudicialia acta fuerunt facta *l.2.C.de Iure emphyt.l.filium §.ſtipulatio ff.de bon.collat.Guid.Pap.dec.24.nu.5.& ſeqq Mantica dec.73.in fine de Graſſ.de except. except. 32.nu.135.& ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Mandatum an neceſſario debeat probari per inſtrumentum, vel ſi ſufficiat probari per teſtes? & à nu.2.ad nu.19.*

20 *An, & quando ſufficiat ſigilli appoſitio in mandato? & à nu.21.ad nu.39.*

An & quando mandatum ad lites, & negotia probetur per teſtes, ſigilla, vel alias probationes?

QVÆSTIO XXI.

1 VIdetur dicendum mandatum debere probari per inſtrumentum, & non per teſtes, ex *tex.in cap.ex inſinuatione de procur. Cala de modo articul. gloſ.vnic. §.2.nu.1556.Vrſill.ad Affl.dec.398. nu.5. Iacob. gentil.de ordine iudic.verſ.ſi interuenerit in 3.tom. Tract.p.1.fol.41.Petr.de bellapert.Fulgoſ. & Caſtr. in l.1.C.de procurat.Paz.in praxi in 4.annot.n.11. de procurat.Didac.Perez in l.1.tit.4.lib.3.ordinam gl.in l.maritus* verſ. *preſcripſerit C. de procur. Cauall.qu.400. num.3.* qui dicit eſſe receptam hanc opinionem ex *legibus Hiſp.l.3.tit.2. lib.4. recopil.* poſt alios *Parexa de inſtr.edit.tit.5.reſol.10. nu.7. Amad.Rodrig.de modo vid.proceſſ. cap.3. ex nu.19. cum ſeqq.Borrell.in ſumma decſ.tit.66.num.255.& ſeqq.tom.1.Cancer.var.lib.2.cap.14.num.193.Olea de Ceſſ.Iur.tit.1.q.5.n.5.Cala de modo art.& prob. nu.1556.fol.mihi 497.*

2 Quod mandatum poſſit probari per teſtes, dicunt *Accurſ.in l.maritus*, & ibi notant *Bar.Bal.Salyc.& Fulgoſ.C.de procur.gl.in cap.1.* & ibi *Ab. eodem tit.Spec.§.ratione autem forma*, verſ.*porro vbi quis eodem tit. Bar.& Aug. in l.non ſolum §.alieno ff.de procur.Raine Fr.Tigr.in l.1.C.eodem* vbi etiā *Iacob.de S.Georg.& Alb.& Iaſ.* qui dicit communem *Ang.conſ.192.col.1.Boer.decſ.281. in princ. Maſcard.de probat. concluſ.1013. Cauall. qu.400. nu.7.Gratian.dec.105.& diſcept.337. nu.1.& diſcept.*

ſcrpt.506.nu.45.Noguerol.alleg.20.nu.31. Oſuald. ad Donell.lib.18.cap.13.lit.I.Cancer.var.lib.2.cap. 14.nu.192.Mantica de tacit.lib.7. tit.3. num.29. Barboſ.in cap.1.de procurat.num.6. D. Vela differt. 38.nu.49.Rota Rom.coram Arguelles deciſ.97.nu. 37.& ſeqq.

3 Alij dixtingunt varijs dixtinctionibus. Nam Iac.& Salyc.in d.l.1. admittunt teſtes paratos iudicio,& omni exceptione maiores Boer. dec.281. nu.1.Item Gulielm.Ang. admittit in procuratorio facto ruri. Et Bal. admittit teſtes cum ſatiſdatione.

4 Mihi vero ſemper placuit ſecunda opinio.Nã probatio per teſtes in hoc caſu nullibi eſt prohibita,igitur cur fieri prohibetur? ad tex.in l.præcipimus C.de appell. Imò vbi lex voluit prohibuit,
5 vt eſt in mandato Principis, quod probandum eſt per inſtrumentum ad tex. in l.1. C. de mand. Princip.Alex.conſ.107.n.8.lib.7.Roman.ſing.643. Ioſ.Ludouic.dec.Peruſ.110.nu.1. Mozz. de mand. col.4.nu.35.Golin.de procur.p.3.cap.3.nu.84.Maſcard.de probat.concluſ.1013.nu.8.Cancer.var.lib. 2.cap.14. nu.194. ergo adeſt regula in contrariũ
6 & quoties ad probationem tantum ſcriptura requiritur alia tunc probatio non excluditur l.teſtium in fine C.de teſtibus Vela d.differt.38. Amaya in l.1.C.de apoc.publ.nu.26. late Olea de ceſſione Iur.tit.1.qu.5.nu.20.& 21.Quæ verior ſecunda
7 opinio ampliatur procedere etiam in probando mandato ad matrimonium addit.ad Alex.in d.l.1. adducens Angel. conſ.192. Vela differt.38. 2. Vt
8 poſſit probari etiam ratificatio Dec. conſ.298. 3.
9 etiam reuocatio mandati,quæ poteſt probari per vnum teſtem cum delatione proprij iuramenti, vt teſtatur Io:Andr. poſt Hoſtienſ. in cap. cum pro cauſa de procur.Corſet.in ſing.verb.mandatum.
10 Prima opinio procedit in mandato ad ſolutionem recipiendam,& exigendam Bal.in l.falſus col.pen.verſ.ſctas C. de furtis Crem. ſing.138. Iaſ. d.l.1.Boer.d.dec.281.Cotta verſ.mandatum Rebuff. ſuper conſtit.reg.tit.de lit.dilat.annal.art.3.gl.vnic. nu.8.Gratian.d.diſcept.337.nu.1.& 505.à nu.41. Cauall.qu.400.nu.9.Cancer.var.lib.2. cap.14.nu. 192.Mantica de tacit.lib.7.tit.3.nu.26.Et ſic debitor non poteſt cogi ſoluere probanti mandatũ per teſtes Suar.in l.poſt rem iudicatam qu.3. §.quia ſup.à nu.13.vbi de intellectu §.cos Auth.de collat. coll.9.Golin.de procur.p.2.cap.5. nu.216.Vela tom. 2.differt.38.nu.49. & in cap.fin. de procur in 6.p. vl.nu.44.Viſcont.concluſ.iur.lit.M. verb.mandatũ procuratoris Olea de ceſſ. Iur.tit.1. qu.5. num.3.D. Scopp.ad Gratian.dec.105.nu.25.
11 In mandato Principis,vt diximus ſup.per l.1. C.de mandat.Princ.Golin.de procur.p.3. cap.3. nu. 84.Cala de modo articul.& prob.fol.mihi 497. num. 1560.qui id intelligit in mandato Principis cõtinente gratiam,ſecus iuſtitiam,quia tunc per teſtes probari poſſet ex Afflit.in dec.398.nu.7.
12 3.In Oeconomo Eccleſiaſtico, qui debet ipſe etiam probare mandatum per inſtrumentum publicum Bal. in l.prohibitam C. de Iure fiſci lib.10. Iaſ.d.l.1.nu.9.Scoppa ad Gratian.dec.105.n.28.
13 4.In procuratore ad proteſtandum,nam de eo debet facere fidem per inſtrumentum publicum Bal.in rub.de procur.Iaſ.in d.l.1.nu.9.de proc.Maſcard.de prob.concluſ.1033.nu.12. Golin.de procurat.p.2. cap.5. num.202. Franc. de proteſt. conſid. 4.num.9.
14 5.In procuratore ad lites proſequendas Cancer. var.lib.2.cap.14. nu.193. vbi etiam meminit de Caſtellæ conſuetudine Golin.de procur.p.3.c.3. nu.82.Thor.tom.comp.verb.mandatum procuratoriũ an probetur Belencin.de charitat.ſubſid.qu.111.
15 Quod nullam habet difficultatem de Iure hiſpaniarum per l.3. tit.2. lib. 4. recopil. poſt Greg. Lopez Paz.Didac.Perez Cauall.d. qu.400. Cordeſ. in praxi verb.procurator num.8. Vela d.differt.38. Parexa de inſtr.edit.tit.5.reſ.10.nu.6.& 7.
16 Nec ſufficit ſi Notarius de eo det fidem, & ſe referat ad mandatum, etiam à ſe confectum Guttier.conſ.23.nu.10.Intrigl.conſ.1. à num.98. Maſcard.verb.mandatum concluſ.1008. Caualc.deciſ. 13.nu.8.& dec.45.nu.1.p.2.Seſſ.dec.375.Salgad. de reg.protect.4.p.cap.1. à nu.58. Golin. de procur. p.3.cap.3.à nu.21.Parexa vbi ſup.nu.9.& 20.Barboſ.voto 97.nu.48.lib.3. Rodrig. de modo vid.proceſſ.cap.3.nu.21. Idem Barboſ. in cap.cauſam 9.de iudic.Vela d.differt. 38. nu.47. in fine vbi nu.48. limitat quando inſtrumentum mandati enunciatur ab ipſo mandante, qui poterat conſtituere procuratorem.
17 Vel ſi fuerit præſentatum in actis, & ab illis fuerit ſubtractum, & de hoc fidem faciat actuarius cauſæ Alex. conſ.6. lib.4. Maximè ſi ille, ſit vir bonus, vt non præſumatur mentiri Dec. conſ. 36.nu.8.benè Larrea alleg.87.nu.8.
18 Et ſecunda opinio procedit ad probandum mandatum, quando fuit iam admiſſus procurator in iudicio,nam tunc probari poteſt mandatũ per teſtes vt dicit Io:Andr.ad Specul.tit.de procur. §.1.nu.32.Golin.d.p.3.cap.3.nu.83.Vant.hic num.70. Cancer.d.cap.14.num.193.verſ. vbi vero Gratian. dec.105.nu.4.vbi D.Scoppa nu.29. Non tamen
19 procedit ſecunda opinio intellecta ſimpliciter in locis vbi per ſtatuta conſtitutum eſt, mandata debere præſentari in principio litis,vt eſt Neap. & alijs locis,de quibus ſup. diximus Vela differt. 38.num.49. vbi teſtatur de legibus municipalibus hiſpaniæ.
20 Sufficiet etiam hoc caſu procuratio, etiam ſine ſubſcriptione notarij,& abſq;teſtibus, dummodo ſigillo alicuius Iudicis ordinarij ſignata foret,vt decisum refert Rot. dec.188. in antiq. & dec.162.in nouiſ.Maſcard.de probat.concluſ.1009 num.1.Menoch.de arbitr.iud.lib.2.cent.2. caſ.213.
21 nu.6.Quæ concluſio procedit quando ſigillum eſt authenticum, & publicum,& notum eis,quibus præſentantur litteræ cap.2. de fide inſtrum. c. 2.de offic.ordin.in 6.cum concord.Rot.dec.162.in nou.Felin.in cap.poſt ceſſionem nu.17.de probat. vbi dicit in litteris requiri,vt dicatur eſſe appoſitum ſigillum,& à quo,& cuius ſit, & quod ſit conſuetum,& deſtinatum ſimili materiæ Menoch. d.caſ. 113.nu.3. & quod quando ſigillum eſt authenticum abſolutè fidem faciat abſq; recognitione,cũ notum ſit eſſe ſigillum authenticum alicuius Magiſtratus docet Menoch.nu.8.
22 Ad validitatem mandati, an ſufficiat nuda ſigilli oppoſitio,vel ſubſcriptio, vel vtrunq;requiratur? Quod nuda ſigilli appoſitio non ſufficiat,

ſed inſuper etiam ſubſcriptio domini mandantis
requiratur dicit Berlich. dec. 54. p. 1. Bertachin. in
repert. verb. mandatum Bonacoſſ. de præſumpt. verb.
mandatum.
23 Sed quod nuda ſubſcriptio abſq; ſigilli appo-
ſitione ſufficiat dicit Bal. in l. ſi procuratorem 65.
ff. de procurat. nu. 5. & ſeqq. nam ſubſcriptio ad cō-
ſenſum præſtandum facta plenè probat Paul. de
Caſtr. conſ. 216. lib. 1. Pariſ. conſ. 19. nu. 108. lib. 2.
Alex. conſ. 147. nu. 3. & ſeqq. lib. 3. & ſubſcriptio
24 præſupponit omnia præſcripta vera eſſe, & de
voluntate ſubſcribentis ſcripta Bal. conſ. 175. nu.
2. & ſeqq. lib. 1. Tuſc. lit. S. concluſ. 761. nu. 1. & ſeqq.
Hoping. de iure ſigill. cap. 15. nu. 140. & ſeqq. Rota
apud Rub. dec. 186. p. 1.
25 Sic etiam quod nuda ſigilli appoſitio ſufficiat
dicunt Roman. conſ. 303. nu. 2. Burſat. conſ. 39. num.
26. lib. 1. Vueſſenbec. conſ. 38. num. 67. in prac.
Schurpf. conſ. 17. nu. 13. Menoch. conſ. 1. num. 332.
& de arbitr. caſ. 113. nu. 10. de præſumpt. lib. 2. præ-
ſumpt. 57. nu. 33. Borrell. in ſumma dec. tom. 2. tit. 2.
nu. 104. Burat. dec. 190. nu. 1. & ſeqq. vbi etiā add.
26 Sed quod vtrumq; requiratur ſigillum, & ſub-
ſcriptio dicunt Bar. in proem. ff. nu. 5. & 7. Spec. lib.
2. tit. de inſtr. edit. §. inſtrumentum ergo publicum
9. nu. 19. Guid. Pap. dec. 481. nu. 1. & ſeqq. Franc.
Marc. dec. 990. Paul. de Caſtr. in l. ſi procuratorem
65. ff. de procur. num. 5. vt in Curijs Electoralibus
lipſenſi, & Vittenbergenſi receptum, & ab Aug.
Elect. Saxon. poſt viſitationem anno 1576. ordi-
natum fuiſſe, refert Berlich. tom. 1. concluſ. 14. num.
76. & 77. Zanger. de except. p. 2. cap. 8. num. 26. &
27. Hoping. de iure ſigill. cap. 7. nu. 26.
27 Ideo ſi quis ſcribere ignoret, non ſufficit ſi
præter ſigillum ſuum, etiam crucem manu ſua
apponat, vel litteras ſaltem initiales ſui nominis,
& cognominis aſcribat, vt dicit poſt Spelaucan.
in ſuo formular. inſtr. Tuſc. lit. S. concluſ. 760. nu. 7.
28 Sed eſt neceſſe vt mandatum, vel per Notarium
ſubſcribatur Bar. in l. in l. ſi procuratorem 65. ff. de
procur. nu. 2. & ſeqq. Alex. conſ. 41. nu. 2. lib. 1. Vant.
hic nu. 138. Quamuis non ſufficere huiuſmodi at-
teſtationem Notarij de mandato, ſeu procurato-
rio conſtituto, & in Parlamento Delfinali anno
1447. deciſum referat Franciſc. Marc. deciſ. 993.
29 Vel ſpecialiter per iudicem, vel magiſtrum acto
rum conficiatur Rot. Rom. deciſ. 162. in nou. Guid.
Pap. dec. 175. Vant. hic nu. 70. & 139.
30 Idem eſt ſi procurator apud acta fuerit con-
ſtitutus Iaſ. in l. cautio C. de procurat. num. 3. Boer.
dec. 281. nu. 12. & ſeqq. Felin. in cap. quoniam de
probat. nu. 12. Vult. lib. 2. iuriſprud. Rom. cap. 30. nu.
27. & ſeqq. Dummodo illud ad acta fuerit redа-
ctum, & regiſtratum, alioquin ſi dominus cum
aliquo, quem ſuum procuratorem aſſerit, in iudi-
cio comparet, per hoc eum procuratorem in cau-
ſa illa conſtituiſſe nō cenſeatur, niſi de alio pro-
curatorio, vel mandato apud acta conſtet Salyc.
in l. non dominus C. de proc. Guid. Pap. dec. 40. vbi
teſtatur de praxi Curiæ Parlamenti Delphin.
31 Mihi placet opinio quod ſufficiat ſola ſigilli
appoſitio ex DD. pro hac opinione ſup. citatis, &
ſubſcriptio etiam requiritur in caſu quo pro for-
ma requireretur ſubſcriptio Hoping. de iure ſigill.
cap. 11. nu. 47. Seu cum quis ſigillat cum alieno
ſigillo Franc. Marc. dec. 991. Siue ſi adſit conſue-
tudo, aut ſtylus ſigillandi, & ſubſcribendi Hoping.
nu. 107. & 108. Couar. pract. cap. 22. nu. 9. D. Scopp.
ad Gratian. dec. 143.
32 Omnia quæ diximus non habent difficultatē
in mandatis Regum, Principum, Epiſcoporum,
Abbatum, vel alterius magni Magiſtratus, vel
Capituli, in quibus ſola ſigilli appoſitio, ſine ſub-
ſcriptione ſufficit Bal. in l. ſi procuratorem 65. ff. de
procurat. nu. 5. verſ. quod ſi ſigillum Paul. de Caſtr.
ibid. nu. 5. Rot. Roman. in nou. tit. de procur. dec. 12.
& in antiqu. dec. 32. & 39. eodem tit. Oltrad. conſ.
100. nu. 6. & ſeqq. Franc. Marc. dec. 990. Guid. Pap.
dec. dec. 175. Crauett. conſ. 46. nu. 5. Zanger. de ex-
cept. p. 2. cap. 8. nu. 123. & 125. Menoc. lib. 2. de ar-
bitr. iudic. cent. 2. caſ. 113. nu. 6. & lib. 2. præſumpt.
57. Addit. ad Spec. lib. 2. p. 2. tit. de inſtr. edit. §. nunc
dicendum reſtat. 6. nu. 4. lit. E. verb. ſi neceſſe eſt col.
4. verſ. ſecundum, Martin. Mager. de Aduocat. Ar-
mat. cap. 14. nu. 83. 87. Hoping. de iure ſigillor. cap.
15. nu. 135. Reg. Philipp. differt. fiſcal. 27.
33 Extendit etiam ad mandata Comitum, Ciui-
tatum, & Vniuerſitatum Bart. in l. ſi procuratorem
65. ff. de procur. nu. 2. quem ſequuntur Conſult. con-
ſtitut. Saxon. vbi concluſum in iudicio Curiali
lipſenſi teſtatur tom. 3. p. 3. qu. 15. in fine. Quod nō
ſeruari in Curijs parlamenti Delphin. & Cæteris
tam ſpiritualibus, quam temporalibus dicit Guid.
Pap. vbi deciſum refert dec. 175. & 481. vt ſcil.
requiratur vtrumq, tam ſigillatio, quam ſubſcri-
ptio Secretariorum, vel Notariorum Curiæ.
34 Prout eſt etiam ſtatutum de Iure Saxon. vt in
mandatis Comitum, & baronum præter ſigilla,
etiam ſubſcriptiones ſecretariorum, vel ſimilium
officialium adhiberi debeant ex ordinat. anni
1576. dicit Zanger. p. 2. cap. 8. num. 27. in med. de
exception. Berlich. tom. 1. concluſ. 14. nu. 86. vbi nu.
87. in mandatis Ciuitatum ſubſcriptiones Con-
ſulum ſufficere deciſum refert per ſuum Senatum
poſt Zanger. d. cap. 8. nu. 129. & alios Licet præ-
35 ter Conſulem, & Senatum etiam ſubſcriptionem
Tribunorum Plebis requiri dicat Miſing. cent. 1.
obſ. 76. vbi deciſum refert.
36 Et in caſibus, quibus diximus appoſitionem
ſigilli ſine ſubſcriptione, vel cum ſubſcriptione
Secretariorum valere, procedunt dicta, dummodo
ſigillum illud ſit ſolitum, & ad eiuſmodi negotia
deſtinatum, aliàs non probat cap. ſignificante de
appell. Ludouic. Roman. in l. admonendi 31. ff. de Iure
iur. nu. 55. & ibi Socc. nu. 51. Veſtr. in praxi lib. 6.
cap. 1. nu. 9. Felin. in cap. poſt ceſſionem de probat nu.
6. & 8. Franch. Marc. dec. 990. num. 7. & 9. Guid.
Pap. dec. 481. Menoch. de arbitr. caſ. 113. nu. 7. Zan-
ger. de except. p. 2. c. 8. nu. 125.
37 Et in caſu quo adſit ſolum ſigillum proprium,
ſi negetur per partem, debet comprobari per te-
ſtes deponentes ſe vidiſſe ſigillare Franc. Marc.
dec. 993. nu. 4. Imo pro tali recognitione ſigilli
debet fieri remiſſio in partibus Menoch. caſ. 113.
num. 10. Rota deciſ. 222. in nouiſ. Franc. Marc. dec.
993. num. 5. Maſcard. de probat. concluſ. 1009. &
1309. vbi late de materia probationis mandati
per ſigillum, de recognitione ſigillorum eſt Ho-
ping. de iure ſigill. cap. 11. per totum & cap. 13. per
totum.

38 Si

Digitized by Google

38 Si autem quis vellet tenere, quod ſola Sigilli appoſitio non ſufficiat ex DD.ſup. citatis, concluſio illa limitatur. Primo ſi conſuetudo ſit vt credatur tali ſigillo *Hoping. de iure ſigill. cap.6. nu.125.* qui *nu.127.* dicit hanc conſuetudinem non eſſe in Germania. Et *nu.146.* dicit nec eſſe neceſſariam cautionem de rato ſi adſit conſuetudo, vt Senis fuiſſe practicatum dicit ex *Domin. de S.Gemin. in cap. quamuis de proc. in 6.* Et *num.149.* dicit ſufficere ſolum ſigillum ſi illud ſit ſolum determinatum ad ſignanda procuratorum mandata poſt *Bal. Imol. Mantica Felin. & Gabriel.* 2. Vt ſufficit, Vt dando cautionem de rato admittatur ſi ſigillum habeat extraneus, non domeſticus poſt *Iannoc. & Io: Andr. in cap.2. de ſolution. Roman conſ.446. nu.12. & ſing.643. num.4. Rol. à Valle conſ.46. nu.8. vol.2. Hoping. dict. cap.6. num.135.* 3. Vbi adſit conuentio partium, vt venienti cum ſigillo credi debeat *Hoping. d. cap.6. num.150.* 4. Quoties agitur de leui præiudicio *Hoping. ibid. nu.151.* 5. Si ſigillans poſtea habuerit notitiam eorum, quæ in carta ſigillata ſunt ſcripta *Hoping. num.154.*

39 Ex tali ſigillo tacitum mandatum ſine dubitatione colligitur, late *Mantica de tacitis lib.7. tit.10. nu.1. Hoping. cap.12. nu.67. & 68. & cap.6. nu.50. & ſeqq.* Et ſufficit, licet plenè ſine ſcriptura non probetur, adhoc vt afferens ſigillum audiatur cum cautione de rato *Mantica ibid. Hoping. ibid. nu.69.* Et talis cautio non requiritur ſi adſit conſuetudo in contrarium, & ſi tale ſigillum ſit deſtinatum tantum ad ſigillanda mandata procuratorum *Hoping. ibid. num.70. D. Scopp. ad Gratian. dec.143. na.21. & ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Enunciatio mandati in aliqua ſcriptura an, & quando ſufficiat ad probationem mandati? & à nu.2. ad nu.13. & à nu. 86. ad nu.106.*

14 *Mandatum probatur coniecturis, & præſumptionibus, & quomodo præſumatur? & à nu.15. ad num. 73. & à nu.114. ad nu.120.*

74 *Mandatum quomodo probetur? & quomodo fiat? & à nu.75. ad nu.86.*

107 *An & quando credatur litteris credentiæ alicuius? et à nu.108. ad nu.113.*

121 *Subſtitutio mandati an debeat probari per ſcripturam?*

Mandatum, an, & quando probetur per verba enunciatiua, & præſumptiones & quomodo, & quando præſumatur, & producatur.

QVÆSTIO XXII.

1 QVod ſufficiat ſi enuncietur mandatum in aliqua ſcriptura præſertim publica videtur tenere *Gram. de Verbis enunciat. qu.15.* cum declarationibus, *Dec. conſ.36. Gozadin. conſ.96. nu.16. Aub. lib.3. conſ.18. Boer. dec.187. num.17. Curt. ſen. conſ.76. Larrea alleg.87. na.8.*

2 Quod non ſufficiat verior eſt concluſio, vt habetur in *tex. l. qui aeque ff. de reb. eorum Spec. in tit. de procur. §. ratione quoq; col. penul. verſ. illud quoq; attendam, & tit. de ſyndic. §.1.* verſ. *quod ſi Iudex Alex. conſ.147. & conſ.191. col.1. lib.6. & conſ.81. nu.10. lib.3. Rot. dec.272. in antiquis Vant. hic nu.71.* vbi dicit ſecus eſſe, ſi tenor totius inſtrumenti de verbo ad verbum eſſet inſertum, ſeu enunciatum, nam tunc probaretur mandatum *Bal. & Angel. in l. ſi donatio C. de donat. Boer. dec.281.* ſequitur *Gratian. dec.105. num.6.* vbi *addit. Roman. conſ.63.* & ſequitur *Cancer. var. lib.2. cap.14. num.193. Salgad. de regia protect. p.4. cap.1. na.58.* de qua re *infra*.

3 Quæ prima concluſio procedit etiam ſi Notarius Illam enunciet *Gerard. ſing.39. n.4. Maſtrill. deciſ.101. na.29. Alex. conſ.6. na.8. vol.4. Paz. in praxi tom.1. in initio annot.4. nu.13. Rodrig. de mod. vid. proceſſ. cap.3. nu.21. Parexa de inſtr. edit. tit.5. reſol.10. an.9.* & dicat ſe illam legiſſe factam per talẽ Notarium ſine vllo vitio, ſeu confeciſſe, nam nec illa præſumitur *Mantica de tacitis lib.7. tit.4. nu.1. Gerard. d. ſing.39. nu.4. Cauall. qu.400. nu.5. ex Alex. conſ.6. na.8. lib.4. Aviles in cap. prætor. cap.15 na.23. Queſad. qq. iur. cap.31. num.10. Gratian. diſcept. forenſ. cap.268. an.35. Molin. de primog. lib.3. cap.13. ex na.44. Tiber. Decian. reſp.24. ex nu.23. & reſp.180. vol.2. Caſtill. lib.2. contr.16. ex na.50. cum ſeqq. Paz in d. annot.4. na.13.* vbi teſtatur de communi *Parexa d. reſol.10. na.10. Maſcard. concluſ.1008. nu.8. & 11. Golin. de proc. par.3. cap.3. na.21. Maſtrill. dec.101. na.29. Virgil. cap.16. an.71. Scop. ad Grat. dec.105. num.18.* vbi *num.19.* id probat, etiam ſi mille Notarij reſtentur vidiſſe poſt *Caſtr. D. Petra in rit.176. num.4. & alios Poſt. de manut. obſ.55. nu.125. in fine.* Ratio eſt quia id nihil aliud eſt, quam reddere teſtimonium, & non mandatum authenticare, vt ex *Card: Florent. in cap. fin. de fide inſtrum. col. fin.* verſ. *vltimo pone, quod tabellio Gerard. d. ſing.39. Sard. dec.231. an.3 Parexa de inſtrum. edit. tit.1. reſol.3. §.3. nu.9. Golin. vbi ſup. na.22. Vela diſſert.38. num.47. in fine Baratt. dec.209. nu.11.* & ibi *add. num.15. & dec.64. in recent. nu.14. p.12.*

4 Amplia 2. vt neq; ſufficiat ſi Notarius dicat inſtrumentum mandati feciſſe, ſi illud non appareat *Bar. in l.1. § ſi quis in duobus* per *tex.* ibi *ff. de bonor. poſſ. ſecundum tabul. an.2. Caſtr. in auth. ſi quis in aliquo nu.4. & 5. C. de edend. Maſcard. num.11. Chartar. dec. Genua 86. nu.8. Farinac. dec.135. nu.6. in recent. p.1.* qui dicunt idem eſſe, ſi præſentetur copia exemplificata ab eodem notario, qui illud confecit, non à ſuo protocollo, ſed ab alia copia exemplata à protocollo, vt probat poſt alios *Scacc. de iudic. lib.2. cap.11. an.396. & ſeqq. Rota Rom. apud Rub. dec.353. na.89. tom.1. & dec.187. na.1.* Secus tamen eſſet ſi preſentaretur copia facta ab eodem notario, qui confecit protocollum, extracta ab eodem protocollo, ad quod
5 ſe refert, nam tunc probaret, & fidem faceret, poſt alios, illos explicando, & concordando *Parexa de inſtrum. edit. tit.1. reſol.3. §.3. n.24. & ſeqq.* etiam ſi protocollum illius anni non reperiatur, adſint tamen protocolla aliorum annorum *Fonta-*

tanell.de pactis nuptial. tom.2. clauſ.13. gl.vnica nu.13.Gratian.diſcept.468.nu.41. Reg.Marin.lib. 1.reſol.186.nu.6.& ſeqq.Grammat.conſil. ciuil.70.

4 Secus etiam eſſet ſi magiſter actorum teſtaretur ſe rogatum de mandato,nam probat licet non reperiatur quia ſubtractum *Iaſ. in l.1. C. de procur. Fulgoſ.conſ.195.Maſcard.d. concluſ.1008. nu.12. Alex.conſ.6.lib.4.Larrea alleg.87.nu.8.* & aliquido copia copiæ facit fidem concurrentibus adminiculis, vt deciſum refert *Rot. deciſ.396. apud Rub.tom.1.*

7 Amplia 3.quod concluſio procedit , etiam ſi in inſtrumento venditionis factæ per procuratorem , Notarius faciat mentionem de mandato, quod procurator habeat , & fuit oſtenſum teſtibus,& Notario, qui omnes legerunt,& viderunt prædictum inſtrumentum procurationis factæ ſub tali die,& anno,& continebat hoc , & hoc *Affl. dec.273.Soccin.conſ.120.vol.1.Caſtr.conſ.99.Golin.de procurat.p.3.c.3.nu.27.*

8 Amplia 4. Quod non ſufficit ſi notarius ſcripſerit in actis,quod talis produxit inſtrumentum procurationis , & quod erat procurator Titij , quod inſtrumentum eſt ſignatum per me per litteram A.& B. Nam nec ſufficit ad probandum de procuratione *Barbat.in cap.cum in iure nu.16. de offic.deleg.*

9 Amplia 5. licet Notarius enunciet procurationem in inſtrumento,& inſerat totum tenorem procurationis , nam adhuc debet exhiberi mandatum,alias non probat, etiam ſi plures Notarij hoc atteſtentur poſt *Bar. Soccin. Curt. & Decian. auth.ſi quis in aliquo num.39. C.de edendo Oſaſc.b. dec.166.nu.1.Rum.conſ.144.nu.9. & ſeqq. vol.4. Muta dec.67.nu.11.Surd.conſ.245.nu.22. & 23. lib.2.Manent.dec.Mant.61.nu.19. & 20.* Ea ratione quia relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus *vulg. l.aſſe toto ff.de hered. inſtit. l.ait prætor §.ſi iudex* vbi *Alex. & Iaſ.ff. de re iudic.Corn.conſ.243.vol.2. Maſcard. d.concl.1008. nu.8.*Qui tamen *num.3.* dicit contrarium ex aliquibus DD.& *nu.3.*dicit idem eſſe ſi ſit tenor inſertus in ſententia , aut alijs actibus iudiciarijs poſt *Boer.d.dec.281.num.6.&* 8. & dicit *Vant.hic nu.71.*& alij, quos retulimus *ſup. num.* verſ. *quod non ſufficiat in fine* licet ipſe *Vant.ibid.*verſ. *licet forſan* dubitet de hac opinione. Ità vt ſi non
10 reperiatur procuratio referens,nihil probat , ad notata per *Felin.in cap.ex parte nu.11.de reſcript. Lanar.conſ.41.nu.2.*

11 Nam relati virtus in referentem transfunditur,ità vt ſi ceſſet exemplar,ceſſet exemplatum *Lanar vbi ſup.num.4.* Nec ſufficit producere ſcri-
12 pturam referentem,niſi relata producatur , quia nihil probat , ſed dicitur productio imperfecta *Crau.conſ.271. num.6.* & eſt *tex. in §. & hoc il 2. Auth.vt ſponſal.largit.Magon.dec.Lucenſ.25.n.57.*

13 Limita tamen ſi enunciatio fiat à Principali contrahente,qui ipſe per ſe de enunciato, vtpote ex eius voluntate pendente, diſponere poteſt,ſiue mandatum denuo concedere,ac in eo ſibi præiudicare,diſponit quidem,& diſpoſitum,ſeu conceſſum anteà probat,maximè cum id neceſſarium eſt ad effectum principalis actus,in quo fit enunciatio per *tex.in l.21.ff.rem ratam hab.* poſt mille *D.Vela diſſert.38.nu.48.Vrceol.de tranſact. q.13. num.14.*

14 Eſt benè verum mandatum probari præſumptionibus,& coniecturis *Dec.conſ.36. poſt num.8. Caſſad.dec.3.nu.4.ante finem de procurat. Caſ.de Graſſ.dec.2.nu.3.& 6.de reb.Eccleſ.non alien.Rot. apud Seraphin.dec.1326.nu.2.Rota dec.55.num.1. dec.89.nu.1.2.dec.169.nu.4.p.2. in rec. & p.1.in recept.dec.475.num.8.& 10. Reg.Latr. conſult.90. Eadem Rota dec.380.*poſt *Poſtium de manut. nu.2. Reg.Merlin.contr.78.lib.1.*coram *Arguell.dec.97. à nu.57.cum ſeqq.*ſignanter *nu.58.& ſeqq.*& coram *Dunozet iun. dec.786.nu.7.* quod procedit etiam ſi adſit oppoſitio partis aduerſæ, neminem audiri niſi docto de legitimo mandato , nam non eſt neceſſe exhiberi mandatũ ſi ex præſumptionibus,& indicijs poteſt præſumi,de quibus *infra hic* dicemus *Add.ad Ludouiſ.dec.111.nu.7.& ad dec.330. Rot.dec.61.& 99.*poſt *Melium ad Caſtill. de alim. Rota apud Rub.dec.495.nu.3. tom.1.* Niſi eſſemus
15 in caſu, quo requireretur ſpeciale mandatũ poſt *Mantica de tacit.lib.7.tit.5.*probat *Reg.Latr. conſult.90.num.21. & ſeqq. Rota ibid. Reg.Merlin.d. contr.78. cent.1.* quamuis *Rot.coram Dunoz. vbi ſup.*contradicat.*nu.7.*

16 In quibus tamen caſibus mandatum præſumitur? Primo, Quando dominus ſciuiſſet procuratorem ſuo nomine agere, & non contradixiſſet , quia mandatum inducitur, & mandaſſe præſumitur *Innoc.in cap.ex parte decani*, vbi omnes eum ſequuntur *de reſcriptis in cap. cum in iure de offic. deleg.Barba conſ.45.& 46.vol.3. Bal.in l.Iulianus qu.5.ff.qui ſatiſd.cog.& in l.2. §. voluntate ff.ſolut. matrim.& in l.licet,in fine de procurat.Roman.conſ. 170.& in l.quæ dotis ff.ſolut.matr.Affl.dec.38.nu. 6.Abb.conſ.7.nu.4.vol.2.Gozadin.conſ.94.col.21. Tiraq.de præſcript.gl.4.§.1.verſ.31. Rot. dec.454. in nou.Caſſa.dec.3.nu.5.de procur.Golin.de procur. p.3.cap.3.num.44.* verſ.*hac itaq; Larrea alleg.87. nu.6.& ſeq. Ludouic.dec.Peruſ.110.nu.11.Muta in cap.22.Sicil.nu.59.tom.1.Menoch.de præſumpt. lib.2.præſ.33.nu.7. Reg.Rouit. in rub.de procur.ſuper pragm.nu.32.Ludouiſ.dec.44.nu.2. & ſeq.* vbi *Addit.Mantica de tacit.lib.7.tit.7. Reg.Latr. conſult.90.nu.6.Andreol.contr.183.nu.6. Antonell. de tempore legali lib.1.cap.30.num.6. Barboſ.de verbis iuris* verb.*mandatum Rot.dec.99.nu.4.* poſt *Meliũ ad Caſtill.de aliment.*

17 Sic ſi quis conſtituat procuratorem pro ſe , & alijs præſentibus , & non contradicentibus valet mandatum propter patientiam *Rot. deciſ.13. de*
18 *procurat. in antiq.* Sed contra in *ſup.* poſita concluſione tenet *Idẽ Innoc.*ſibi cõtrarius *in cap.quãuis de re iudic.Cyn. in l.ſi pecuniam C. de negot.geſtis Bar.in l.ſæpè de re iudic.Cuman.& Alex. in d.l.*
19 *ſæpe* Conciliari poſſunt hæ opiniones contrariæ ſecundum opinionem *Alex. in d. l. ſæpè ff. de re iudic.*

20 Sed ſi quis velit ſequi ſecundam opinionem . Illa non procedit quando qui litigauit nomine alicuius , habebat ab eo mandatum ſaltem generale,& exceſſit fines mandati ſciente , & patiente domino , nam tunc illa patientia extendit mandatum *cap. cum olim.1. de offic. deleg.* & ibi *DD.* communiter *Rum.conſ.101.nu.14.vol.1.Maſcard concluſ.1007.nu.22.*

21 2.Non

21 2. Non procedit quo ad præſumptionem, quia
licet ex eo non probetur mandatum, induceretur
tamen præſumptio mandati, adeo vt Domino in-
cumberet onus probandi mandatum non præceſ-
ſiſſe *Innoc.in d.cap.tum in cure Ruin. d. conſ.* 101.
*nu.*14. licet contra ſit *Alex.in d.l.ſæpè nu.*94. *Reg.*
*Late.d.conſult.*90.*nu.*19. vbi dicit hoc eſſe verum
reſpectu ipſius domini, ſecus tamen dicendum
eſſe, ait, reſpectu colligantia ex *Imol.in l.ſæpe ad*
*fin.verſ. de his ff.de re iudic. Ruin.conſ.*103.*nu.*19.
*lib.*1.*Mantica de tacit.lib.*7.*tit.*7.*nu.*8. *Ferrentill.*
*ad Eurat.dec.*209.*nu.*19.

22 3. Limita non procedere quando vltrà ſcien-
tiam interuenisset etiam præſentia, & patientia
*Bal.in l.*1.*ff.de neg. geſtis Alex. in d. l.ſæpè nu.*93.
*Golin.de proc.p.*3.*cap.*3.*num.*50. 54. poſt *Menoch.*
de præſ.præſ. 39.*num.*9.*lib.*4. *Graſſ.de effect. Cleric.*
*eff.*1.*nu.*442.*Ludouiſ.d.dec.*44.*nu.*2.3.

23 4. Non habere locum, quando dominus ſciuiſ-
ſet quem non ſolum comparere in iudicio nomi-
ne ſuo, ſed etiam quæſtionem pertractare, & ta-
men tacuiſſet *Bald. in l.falſus col.*12. *C. de falſis*.
Quod eſſe verum, quando dominus fuit citatus,
& receptis litteris citatorijs non contradixit
*Alex.conſ.*177.*&* 242.*nu.*7. *in d.l.ſæpè nu.*94. *Go-*
*lin.vbi ſup.nu.*57. *Afflict.dec.*308.*nu.*6.*&* 8. vbi *add.*
*R.Rouit.in pragm.rubr.de procur.nu.*32.

24 5. Idem procedere in Procuratore reuocato,
nam ſi poſt reuocationem fuiſſet in iudicio ſcien-
tie, & patientie domino, videtur ſibi renouatum
mandatum *Imo.in cap.cum olim, & in cap.ex parte*
*nu.*57. *Gemin.in cap.qui ad agendum Rom.conſ.*76.
*Alex.conſ.*128. *in fin. lib.*6. licet contra ſit *Alex.*
*d.l.ſæpe nu.*95. *Mantica de tacitis lib.*7. *tit.*22.*nu.*
2.*addit.ad Ludouiſ.d.dec.*44.

25 6. Quando ageretur omnino de commodo
principalis, alias ſecus, vbi eſſemus in dubio, an
eſſet fauorabile patienti *Alex.in d.l.ſæpè nu.*89.

26 7. In coniuncta perſona, quæ facit actum ſpe-
ctantem ad coniunctum eo ſciente, & patiente
Cyn. in l. inuitus C.de procur. Butr. d.cap.quamuis
*Ruin.conſ.*101.*vol.*1. quamuis contrà teneant *Bal.*
in d.l.licet, & Innoc.in d.c.quamuis. Item in val-
27 dè amico, & illis perſonis, quæ poſſunt agere
ſine mandato, pro alio *Anch. in clem.*1. *de proc.*
Bal.in d.l.licet dicemus *infra* latius.

28 8. In comparente pro actore, ſecus pro reo ad
eum defendendum, in quo ſcientia non operatur
mandatum, ſed obſeruandum eſt quod dicit *tex.*
in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oport.
vt executio primi fiat in defenſorem, 2. in ſubſi-
dium fiat in dominum ratione ſcientiæ, & patié-
tiæ *Bal.in d.l.licet, in fin. & in l. cauſa* §.1. vbi
Caſtr.ff.de procur.& in l.ſi tutor C.in quib.cauſ.ceſ-
ſat. in integr. non eſt neceſſ. Maſcard. d.concluſ.
1007.*num.*33.

29 9. Declaratur etiam procedere in eo, qui com-
paret pro actore lite iam conteſtata ab actore,
quia tunc cenſetur comparens vtiliter agere,
quoniam actor lite iam conteſtata tenebatur pro-
ſequi litem per *auth.qui ſemel C.quomod. & quid.*
*Iud.Butr.in clem.*1.*de procur.*

30 10. Sublimita procedere quando comparens
nullum habet mandatum, ſecus ſi eſſet dubium
de mandato, nam eo ipſo quod dominus patitur,
mandatum præſumitur *Butr. & Gemin. in cap. ex*
*parte nu.*3.*&* ibi *Felin.nu.*8.

31 Si verò quis velit ſequi primam opinionem,
quod ſcil.ſcientia, & patientia domini operetur
mandatum, illam ampliabis, vt vera ſit in procu-
ratore, qui patitur aliquem ſe gerere pro ſuo ſub-
ſtituto, & non contradicit *Abb.in d.cap.ex parte*
*nu.*9.*Rot. dec.*467. Quod intelligitur in actis iu-
32 dicialibus, ſecus in extraiudicialibus poſt alios
*Gabriel.lib.*2.*tit.de procur.concluſ.*1.*num.*12.*&* 13.
*Antonell.de tempore legal.lib.*1.*cap.*30.*num.*7. Sed
33 quod etiam in negotijs reſultet tacitum manda-
tum ex præſentia, & patientia eſt *tex.in l.*1.§.*ſci-*
tiam ff.de tribut.l.qui patitur, & l.ſi vero non §.*ſi*
34 *poſſint ff.mandati.* Quando agitur ad commodum
præſentis, & tacentis *Bar.in l.*1.*ff.de neg.geſtis* Vel
35 quando præceſſerat conceſſio adminiſtrationis,
vel mandatum generale, vt declarat *Alex.conſ.*80
*col.penult.& vl.vol.*4. Et concluſio, vt præſumatur
36 mandatum ex ſcientia, intelligitur in iudiciali-
bus, ſecus extraiudicialibus poſt *Gabriel. Caſtill.*
*deciſ.*168.

37 Redeamus ad concluſionem. Præſumitur 2.
mandatum in actu, ad quem verisimiliter quis nō
accederet ſine mandato, veluti ſi in eo inſit im-
penſa, vt ſi quis ſoluat penſionem nomine alieno,
nam præſumitur habere mandatum ab eo, cuius
intereſt propter generalem præſumptionem, quod
nemo præſumitur iactare ſuum *l. cum de indebito*
ff.de probat. Bar.in l.cum ſeruus & ibi *Alex. ff.de*
*verb.obligat. Abb.conſ.*54. *num.*7. *vol.*1. *Alex.in l.*
*ſtiendum col.*5. *de verb.obligat. & conſ.*191. *lib.*6.
*Dec.conſ.*36.*&* 42. *Bero q.*39. *Gig.de penſion.q.*48.
*nu.*1. *Capic.dec.*86.*nu.*16. *Loffred.conſ.*37. *num.*2.
per gloſ.in clem.fin.de reſcript. Golin. de procurat.p.
3.*cap.*3.*nu.*18.20.*&* 72.*& ſeqq. Rota dec.*61.*nu.*5.
poſt *Melium ad Caſtill.de aliment.* eadem *Rota*
*dec.*495.*nu.*2.*apud Rub.tom.*1.*Rot.* poſt *Cenc.de*
*cenſib.dec.*273. *Fontanell.de pactis nuptial.cl.*4.*gl.*
18.*p.*1.*nu.*38.*& ſeqq. Maur.de ſolut. ca.*13 *per tot.*
*Mantica de tacitis tit.*6.*lib.*7. *nu.*4. *p.*2. *Ludouiſ.*
*dec.*44.*nu.*5.*addit.ad eundem Ludouiſ.dec.*111.*nu.*
7.*&* 330. *Reg.Late.conſult.*90.*nu.*11.*&* 12. *Anto-*
*nell.d.cap.*30. *nu.*12. *Rota* poſt *Poſthum de manut.*
*dec.*380.*nu.*1.*& ſeqq.* Et procedit non ſolum in
antiquis, ſed etiam in factis recentibus, abſq; ali-
qua diuturnitate temporis, vt concludit *Crauetta*
*de antiq.tempor.p.*2.*ver. ex præmiſſis nu.*65. *Tiraq.*
de præſcript.§.1.*gl.*4.*verſ.*31. *Antonell.ibid. nu.*13.
38 Et tam ad effectum ſubſtinendi ſententiam la-
tam, quam ad effectum non retardandi ferendam
ſub termino tento ſignanter in vltimis Audien-
tijs *Rot.d.dec.*380. poſt *Poſthum nu.*4. Niſi præſu-
39 mendo mandatum propter impenſam, induceretur
tur probatio criminis *Grammat. voto vl. in fin.*
*Caſſan.conſ.*58.*col.*4.*in fine*.

40 Præſumitur 3. mandatum ob diuturnitatem
ſecundum aliquos ſcil. *Bal.conſ.*287.*col.pen.lib.*3.
*Iaſ.in l.ſtiendum col.*6.*ff.de verb.obligat.& in l.*1.
vbi *Dec.C.qui admitt. Idem Dec.conſ.*99.*in fin.conſ.*
297.*col.*2.*conſ.*486.*col.vl.conſ.*638. *Caſtr.conſ.*84
*lib.*1. *Gozad.conſ.*73. *Natta conſ.*341.*num.*3. *lib.*2.
*conſ.*526.*nu.*9.*conſ.*638.*num.*184. *lib.*4. *Bertran.*
*conſ.*56.*col.*3.*vol.*3. *Crauett.de antiq.tempor.par.*2.
*verb.ex præmiſſis nu.*59. *Boer. dec.*228. *Caber.dec.*
28.

Digitized by Google

28.*nu.*22.*Viu.opin.commun.*verb.*mandatum nu.*3.
*Rot.apud Caſſad.*r. *deciſ.*3. *de prot.* & *in alia anni*
1576.dicit *Maſcard.de probat. concluſ.*1007. *nu.*
41.*in fine*. Tempus diuturnum in præſumptione
41 ſollemnitatis extrinſecæ docet *Alex.in d.l.ſciendum nu.*19.eſſe decem annorum quando non tractatur de præiudicio tertij.Sed quando tractatur de præiudicio tertij eſſe 30. annorum tradit etiã *Felin.in cap.ſicut nu.*31.*de re iud. Add. ad Alex.in l.qui in aliena ff. de acquir. hered.* Nos autem diximus *ſupra num.*18.verſ.*quod diximus*, non præ-
42 ſumi per diuturnitatem temporis etiam nullo-
43 annorum. Nunc dicimus poſſe conciliari has opiniones contrarias,vt procedat contraria,quãdo alius quam principalis dominus oppoſuerit contrà,quia tunc propter dubitationem, an idem dominus dedisſet mandatum nec ne, poterit præſumi mandatum ex temporis diuturnitate: Poſterior autem locum habebit, quando dominus opponit,ita conciliat *Vant.hic in rubr. quibus modis ſentent.null.repar.num.*92. Vel, Vt noſtra opinio
44 procedat quando mandatum non enunciatur in actis,& contraria,quando enunciatur in aliqua parte proceſſus *Vant.vbi ſup.*verſ.*vel intelligere*, inſimili *D.Hodierna contr.*43.*num.*16.& 17. Vel
45 quando vltrà diuturnitatem concurrat alia coniectura,vel præſumptio *Gabriel. lib.*2. *tit.de procurat.concluſ.*1.*nu.*2.& 10.*Coauett. de antiquit.tempor.p.*2.*nu.*69.*Honded.conſ.*38.*nu.*14.*lib.*1. *Antonell.de tempore legali lib.*1.*cap.*30. *nu.*1. *Vrceol.de tranſact.qu.*13.

46 Sed tenendo contrariam opinionem, vt mandatum præſumatur per diuturnitatem temporis; Illa ampliatur habere locũ etiam in mandato de cuſtodiendo, vt dicit *Alex.ad Bar. in l.ſi vxor* §.*ſi quis vxorem ff.ad l.Iul. de adulter. Affl. deciſ.*345. *num.*8. *Coauett. de antiq.tempor.*2.*par.*verſ.*ex præmiſſis nu.*66.*Mantica de tacit. lib.*7. *tit.*12. *num.*1. *Antonell.d.cap.*30.*nu.*19.

47 Ampliatur 2. Vt præſumatur etiam ratificatio ex antiquitate temporis *Dec.conſ.*299. *col.*2.*Gozad.conſ.*11.*col.*2.*Socc.iun.conſ.*139. & 146. *vol.*
3.Quod procedit quando agitur de modico præ-
48 iudicio,aliàs ſecus quando agitur de magno *Iaſ. conſ.*140.*vol* 4.*Crau.d.ver.ex præmiſſis n.*66. Nec
49 eſt omnis dura hæc opinio, cum in modicis præſumatur mandatum,etiam attenta opinione quod mandatum non præſumitur *Gozad.conſ.*94.*col.*10. *conſ.*96.*col.pen.Gigaſ.de penſion.q.*48.

50 Et procedit, Cum aliquis actus ſubſequutus patientiam, & obſeruantiam illius actus oſtendit *Menoch.conſ.*1.*nu.*28.dicens ità ſentire *Alciat. de præſumpt.reg.*2. *præſ.*13. vbi quis Syndicus Vniuerſitatis præſumitur, quando arbitramentum emologatum per ipſum tanquam ſyndicum ſortitum fuerit ſuum effectum longo ſpatio temporis, Vniuerſitate ſciente,& patiente.

51 Ampliatur 3. Vt ex diuturnitate temporis nõ ſolum præſumatur mandatum, verum etiam qua-
52 litates,& circumſtantiæ ipſius mandati *Dec.conſ.*293.*nu.*4.Cum facilius præſumatur qualitas, & probetur,quam rei ſubſtantia *Bar.*& *alij in l.certi condictio* §. *quoniam ff. ſi certum petat. Caphal. conſ.*292.*nu.*11.2.*p.Mantica de tacit.lib.*7.*tit.*12 *nu.*5.& *ſeqq.Gratian.diſcept.*577.*num.*20. & *ſeqq.* vbi dicit, quod in qualitate probanda ſufficiunt leuiores probationes, imo etiam coniecturæ,& præſumptiones iuxtà *tex. in cap. per tuas de prob.*

53 Sed retenta noſtra opinione tanquam veriori, & communiori,Vt non præſumatur mandatum illa habet aliquas limitationes.Prima eſt vt præſumatur mandatum, concurrente poſſeſſione, & diuturna patientia *Alex.conſ.*1.*col.pen.lib.*4.*Crau.d.p.*2.*ver.ex præmiſſis nu.*67.*Natta conſ.*526.*n.*13.*lib.*1.*Menoch.d.conſ.*1.*nu.*81.*Gelin.p.*3. *cap.*3.*nu.*54.*Antonell.de tempore legali lib.*1.*cap.*30.*nu.*14.
54 2.Si perſona,quæ geſſit actum ſit talis, pro qua præſumatur,vt in ijs, qui admittuntur ſine mandato *Ruin.conſ.*35.*nu.*2.*vol.*1. *Gabriel. concluſ.*1. *de proc.num.*24.

55 Sic qualitas perſonæ facit præſumere mandatum, vt ſi nobilis aſſerat ſe mandatum habere à Principe.Nam creditur illi abſq; alia probatione per *tex.in can.nobiliſſimus* 97.*diſt. Tiraquell. de nobilit.cap.*20. *nu.*39. *Luc.de Penna in l.mulieres col.*5.verſ.10.*generaliter C.de dignit.lib.*12. Licet
56 regula ſit in contrarium vt alleganti habere mãdatum à Principe, incumbat onus illud probandi *l.*1.*C.de mandat.Princ.*& diximus *ſup.*

57 Præſumitur 4. mandatum ex iuſtum domini productione *Bar.in l.vulgò in fine ff. de adminiſtr. tutor.Roman.conſ.*486.*ſub nu.*11. *Aymon. conſ.*80. *nu.*5.*Caſſad.dec.*3.*poſt nu.*5. *de procurat.Capitiq. dec.*183.*nu.*3.*p.*2.*Accoramb.dec.*23.*lib.*1. *Rot.dec.*185.*nu.*3.*p.*2.*in recent.Ludouiſ.dec.*44. *nu.*3. *Antonell.de tempore legali lib.*1. *cap.*30. *Rot. dec.*99. *nu.*1.poſt *Molinum ad Caſtill.de aliment.eadem* Rota *dec.*495.*nu.*1.*apud Rub.tom.*1. Niſi producens
58 eſſet perſona domeſtica, quia tunc hæc præſumptio non eſt valdè vrgens, quia potuit ſubripuiſſe iura *Veral.dec.*185.*nu.*2.*p.*2.*Alciat.de præſumpt. reg.*5.*præſumpt.*33.*num.*6.*Add.ad Ludouiſ. d.deciſ.*44.*num.*10.

59 Præſumitur 5. mandatum in contractibus ex qualitate perſonæ emptoris,& venditoris,vt poſt *Gabriel.*& *Ruin.* probat *Menoch. præſumpt.*53.*nu.*12.& quando emptio habuit effectum ſuum *Reg. Late.conſult.*90. *nu.*7. Vt in caſu relato per *Fabr. in C.lib.*4.*tit.*14. *de probat.*& *præſumpt. defin.*67. Vbi dicit non eſſe probabile principem contractum feciſſe cum eo, qui ſemel mandatum habere diceret,niſi viſo mandato,ſequitur *Genuẽ de verbis enunciat. lib.*2. *qu.*17. *num.*17. *D.Hodiern. ad Surd.dec.*231. *Vrceol. de tranſact. qu.*13.*num.*16.

60 Ex diuturnitate temporis non præſumitur facta reuocatio procuratoris, etiam ſi per multos annos nihil geſſerit, ideo expreſsè conſtare debet de mutatione voluntatis, alias mandatum non extinguitur, niſi forte superueniat iuſta cauſa reuocationis, vt quia procurator effectus ſit inimicus Domini,quia tunc cenſetur reuocatum mandatum *Iaſ.in l.ſancimus* 27.*nu.*4. vbi etiam *Caſtr. n.*3.*C.de teſtam.Alex.conſ.*189.*in fin.lib.*7.*Anchar. conſ.*63.*in fin.Rota apud Gratian.diſcept.*22. *nu.*5. & *ſeqq.Antonell.de tempore legali lib.*1. *cap.*30.*nu.*23.& 24.*Gelin.de procurat.p.*3. *cap.*5. *num.*31.& *ſeqq.Coſta de remed.ſubſid.remed.*48.*illat.*1.*nu.*10 *Barboſ.in repert.*verb.*mandatum non cenſetur.*

61 Producitur mandatum pluribus modis ſcil. vel producendo originale dimiſſo in actis,vel

per

per inſertionem tenoris in eiſdem actis, quod eſt
inſinuare,nec non ſi producatur cum deſcriptio-
ne principij,& finis, & clauſulis ſubſtantialibus,
vt habetur per Boer.dec.281. nu.9. & 10. & Ca-
ber.dec.1,nu.38.
62 Ex hac productione data copia parti, cum
termino ad opponendum, leuabitur procurator
onere probandi mandatum etiam ante litem cō-
teſtatam, licet in actis non fuerit mandatum re-
giſtratum,& hoc propter partis patientiam, quæ
non contradixit,nec oppoſuit Felin.in cap.cum
in iure adfin.de offic.deleg. poſt alios Boer. d.deciſ.
281.nu.20.& 21. Imo ſufficere copiam legitimā
& autheuticam mandati dicit Muta dec.81. n.2.
63 Suppoſito quod præſentato inſtrumento in
actis, poteſt illud reſtitui præſentanti relicta co-
pia authentica in actis, quæ copia debet fieri,&
confrontari cum originali vocata,vel citata par-
te aduerſa, vt dicunt Guid. Pap.deciſ.771. Couar.
pract.qq.cap.2.nu.4.Quod eſt expreſſè ſtatutum
per noſtrum ius municipale Neapolitanum cum
clauſula irritanti per pragm.26.de offic. S.R.C. &
dicit R.Gaieut.reſponſo fiſcal.20.
64 Tamen quo ad mandatum præſentandum an
ſufficiat relinqui copia, vel debeat neceſſario
præſentari originale, DD.non conueniunt,nam
aliqui tenent debere neceſſario præſentari ori-
ginale Spec.tit.de inſtr.edit. §.non dubitamus, in
fin.& in tit. de procur. §.publicatis ver.3. ſequitur
Bal.in l. inſtrumenta C. de fideicommiſ. Foller. ad
Maranta in praxi p 6.att.8.nu.33. quod declara-
65 tur habere locum in inſtrumento mandati ſim-
plici,& ſpeciali ad illam cauſam tantum, ſecus ſi
eſſet inſtrumentum mandati continens plura ca-
pita,& mandata ad plures cauſas,nam tunc reſti-
tuitur originale, & regiſtratur apud acta pars
mandati facientis ad cauſam, vt loquitur Spec.in
dictis locis.Et hoc regiſtrum probat etiam amiſſo
originali,vt dicunt ſcribentes in l.vl. C.de fid.in-
66 ſtr. Quod credimus verum quando hoc regiſtrū
eſt factum citata parte,alias ſecus Guid. Pap.dec.
771.Couar.pract.cap.2.nu.4.E per dictam noſtram
pragm.26.de offic.S.R.C.
67 Alij vero tenent,quod ſufficiat exemplum pro-
curatorij,ſiuè generalis,ſiuè ſpecialis remanere
apud acta, & originale eidem procuratori reſti-
tui, ſequutus eſt Luc. de Penna in l.hac ſanctione
verſ.ſed quid in procur.C.de diuerſ.offic.lib.11.Boer.
dec.281.nu.6.Anchar.conſ.42.
68 Hanc opinionem exiſtimo veriorem ſi colla-
tio fiat citata parte,vt ſup.diximus & ſic ſeruatur
in praxi noſtrorum Tribunalium Neap.vt deci-
ſum refert per S.C. & confirmatum in gradu re-
clamationis D.Petra in rit.185.ſub nu.2.& in rit.
176.Thor.in comp.deciſ.p.1. verb.ſcriptura §.3. P.
Moiſeſ.ſuper conſuet.Neap.in proæm. qu.20. nu.11.
tom.2.D.Scopp.ad Gratian.dec.105. nu.22. quam-
uis contra deciſum referat per S. C. Golin.par.3.
cap.3.in fin.
69 Mandatum alio modo producitur ſcil. Quan-
do quis conſtituitur procurator apud acta ad-
uerſario præſente l.vnic.C.de ſatiſd.§.ſin autem
inſtit.eodem l.ſiuè apud acta C.de tranſact.
70 Ex hac conſtitutione,procurator leuatur one-
re probandi mandatum, & contra illud nihil op-
puni poteſt. Aret.in d. §.ſin autem, Vbi declarat
illud dici factum apud acta,quod fit coram Iudi-
ce ſedente pro Tribunali,præſente parte aduerſa
vt ſentiunt Bar. & alij in d. l.vnic. C.de ſatiſd.Ba-
ner.in §.nihil num.26.Inſtit. de teſtam. Nec debet
71 cauere Bar.in l.nec ſatiſdatio, in fin.ff.rem ratam
Fab. Caſtr. conſ.159. in princ.in antiqu.incip.Pro
euidentia Boer.d.dec.281.nu.12.
72 Verum quia de mandato poteſt conſtare non
plenè,& plenè.Si conſtat plene,aliud non requi-
ritur,ſed ſi conſtet non plene, tunc requiritur, vt
procurator præſtet cautionem de rato l.1. C. de
procur.vbi omnes DD.l.Pomponius §.ſed,& ſi ff.de
procur.Golin.de procur.p.4.c.2.nu.34.Si vero cla-
73 re conſtet non adeſſe mandatum,non admittitur
quis etiam cum clauſula rati Bar. in d. l.1. C.de
procur.Tepat.var.tit.88.ca.3.verſ.Vel nrn. Bellam.
dec.682.Marta in ff.nouiſſ.p.1. tit. procurator cap.
22.Golin.p.3.c.3.nu.76.& p.4.c.2.nu.34.
74 Mandatum poteſt probari pluribus modis.
Primo per inſtrumentum procuratorij factum
per publicum Tabellionem, vt docet Spec.tit.de
procur.§.4. de formis proc. §.vt autem, quo caſu ſi
habeat ſollemnia requiſita,dicitur clare conſtare
de mandato, nec aliqua cautio rati exigitur l.ſi ſo-
lutum §.qui alieno ff.de procur.& in l.1.vbi Bar.&
alij C.eodem, & dicitur tunc teſtimonium habere
75 publicum, vt dicit Bar. in l.ſi procuratorem ff.rodē
Parexa de inſtr.edit.tit.5.reſol.10. Imo actiuè po-
teſt fieri mandatum procuræ per ipſummet No-
tarium in cauſa propria, ſecus paſſiuè latè Guid.
Pap.vbi add.dec.318.
76 Sollemnitates eſſentiales,& formales,ſunt,pu-
tà quis,quem,in qua cauſa,contrà quem, & corā
quo iudice conſtituit procuratorem Vant.hic nu.
140.Spec.lib.1.p.3.de procurat. §.ratione autem 3.
nu.20.& tit.de ſynd.col.pen.nu.21. Vult. lib.2.In-
riſprud.Rom.cap.30.nu.29.& ſeqq. Myſing.cent.4.
obſ.99.Vueſenb.in com.ff.de procurat.n.7.in princ.
Paul.de Caſtr. in l.ſi procuratorem ff. de procurat.
num.3.
77 Et licet aliqui teneant requiri clauſulam: do-
minum ratum habiturum Spec.d.§.3.num.20.Vant.
hic nu.140.poſt princ.Chil.Romig.in proceſſ.cap.12
nu.23.Myſing.d.obſ.99.verſ.& quod,Vurmeſ.lib.1.
tit.7.obſ.18.& tit.10.obſ.2.Vueſenbec. in comment.
ff.de procur.nu.7.& ſeqq. Tamen in contrarium
78 alij tenent gl.in l.ſi procuratorem 65. ff. de procu-
rat.verb.ratum Panorm.in cap.primo de procur. nu.
2.Paul.de Caſtr. in l.procurator, cui generaliter ff.
eodem nu.5.& in l.ſi procuratorem 65.ff. eodem nu.
4.P.Anchar.qu.64.nu.10. lib.2. poſt alios Couar.
lib.1.var.cap.6.num.4. Alex.conſ.41.num.5.lib.3.&
Rutg.Ruland.in addit.ad proceſſ. Io: Ferrar.Mon-
tan.p.2.lib.1. cap.9. Andr. Rauch. qu.2.num.2.&
ſeqq.p.1.vbi ità refert reſponſum fuiſſe à I. C.C.
Vittenbergenſibus anno 1580. Debet continere
79 clauſulam ſatiſdatoriam, ſeu obligationem bo-
norum,vt dicit Berlich.dec.80.p.1.
80 De iure noſtro municipali Neapolitano in-
ſtrumentum mandati debet fieri per Notarium
non Vaſſallum alicuius baronis, ſi illud ſit con-
tra,vel ad fauorem baronis per Capit.regni incip.
Ladislaus diximus late de d. capit. in obſ.ad conſ.
Reg.Rou. 1.66.lib.2.

Digitized by Google

81 Et debet fieri per Notarium regium, & non per Notarium Apoſtolicum, alias nullius roboris eſt *Andr.in conſtit.incip. inſtrumentorum robur.* vbi etiam *Affl.* & per *pragm.2. de contract.* vbi *R. Reuit. & Nouar.* qui ſecus eſſe dicunt ſi fiat inter perſonas Eccleſiaſticas *Danza de pugna DD. lib. 1.tit.de inſtrum.cap.2. Gait.de credit. cap.3. tit.1. nu.483.Reg.Marin.lib.2.reſol.223.*

82 Ampliatur hæc concluſio. Vt etiam probetur mandatum per copiam inſtrumenti procuratorij factam à Notario, ſeu actorum magiſtro, cum inſtrumentum procuratorium in iudicio exhibitū, alias non reperiatur, vt conſuluit *Auclar.conſ.41 Add.ad Specul.tit.de probat.§.videndum Muta dec. 81.num.2.* quod eſt intelligendum ſi exemplatio ſit facta citata parte, vt dicunt *DD. in auth.ſi quis in aliquo C.de edendo*, & nos diximus *ſup. n.63.*

83 Si vero copia eſſet facta ab eodem Notario, qui fecit originale, fidem faceret, vt dicunt omnes in *d.auth.ſi quis in aliquo* quæ opinio communis eſt, & recepta *Iaſ.ibi nu.3.* & tunc non requiruntur, quæ debent interuenire in exemplatione, vt dicit *Spec.de inſtrum.edit.§.poſt quam nu.1. Bar. in l.ſi quis ex argentarijs §.prætor ait nu.1.ff. de ed. Roman.conſ.105.3.dub.Card.conſ.72.* Et hoc caſu

48 iudicio,aliàs ſecus quando agitur de magno Iaſ.
conſ.140.vol 4.Cran.d.ver.ex præmiſſis n.66. Nec
49 eſt nimis dura hæc opinio, cum in modicis præ-
ſumatur mandatum,etiam attenta opinione quod
mandatum non præſumitur Gozad.conſ.94.col.20.
conſ.96.col.pen.Gigaſ.de penſion.q.48.

50 Et procedit, Cum aliquis actur ſubſequutus
patientiam, & obſeruantiam illius actus oſtendit
Menoch.conſ.1.nu.28.dicens ità ſentire Alciat. de
præſumpt.reg.2. præſ.13. vbi quis Syndicus Vni-
uerſitatis præſumitur, quando arbitramentum
emologatum per ipſum tanquam ſyndicum ſorti-
tum fuerit ſuum effectum longo ſpatio temporis,
Vniuerſitate ſciente,& patiente.

51 Ampliatur 3. Vt ex diuturnitate temporis nõ
ſolum præſumatur mandatum, verum etiam qua-
52 litates,& circumſtantiæ ipſius mandati Dec.conſ.
293.nu.4.Cum facilius præſumatur qualitas, &
probetur,quam rei ſubſtantia Bar.& alij in l.cer-
ti condictio §. quoniam ff. ſi certum petat. Cephal.
conſ.292.nu.11.2.p.Mantica de tacit.lib.7.tit.12
nu.5.& ſeqq.Gratian.diſcept.577.num.20. & ſeqq.
vbi dicit, quod in qualitate probanda ſufficiunt
leuiores probationes, imo etiam coniecturæ,&
præſumptiones iuxtà tex. in cap. per tuas de prob.

53 Sed retenta noſtra opinione tanquam veriori,
& communiori,Vt non præſumatur mandatum
illa habet aliquas limitationes.Prima eſt vt præ-
ſumatur mandatum, concurrente poſſeſſione, &
diuturna patientia Alex.conſ.1.col.pen.lib.4. Cran.
d.p.2.ver.ex præmiſſis nu.67.Ratta conſ.526.n.23.
lib.1.Menoch.d.conſ.1.nu.81.Gelin.p.3. cap.3.nu.
54.Antonell.de tempore legali lib.1.cap.30.nu.14.
54 2.Si perſona,quæ geſſit actum ſit talis, pro qua
præſumatur,vt in ijs, qui admittuntur ſine man-
dato Ruin.conſ.35.nu.2.vol.1. Gabriel. concluſ.1.
de proc.num.24.

55 Sic qualitas perſonæ facit præſumere manda-
tum, vt ſi nobilis aſſerat ſe mandatum habere à
Principe.Nam creditur illi abſq; alia probatio-
ne per tex.in can.nobiliſſimus 97.diſt. Tiraquell. de
nobilit.cap.20. nu.39. Luc.de Penna in l.mulieres
col.5.verſ.10.generaliter C.de dignit.lib.12. Licet
56 regula ſit in contrarium vt alleganti habere mã-
datum à Principe, incumbat onus illud proban-
di l.1.C.de mandat.Princ.& diximus ſup.

57 Præſumitur 4. mandatum ex iurium domini
productione Bar.in l.vulgò in fine ff. de adminiſtr.
tutor.Roman.conſ.486.ſub nu.11. Aymon. conſ.80.
nu.5.Caſſad.dec.3.poſt nu.5. de procurat.Capitaq.
dec.183.nu.3.p.2.Accoramb.dec.23.lib.1. Rot.dec.
285.nu.3.p.2.in recent.Ludouiſ.dec.44. nu.3.An-
tonell.de tempore legali lib.1. cap.30. Rot. dec.99.
nu.1.poſt Melium ad Caſtill.de aliment eadem Ro-
ta dec.495.nu.1.apud Rub.tom.1. Niſi producens
58 eſſet perſona domeſtica, quia tunc hac præſum-
ptio non eſt valdè vrgens, quia potuit ſubripuiſ-
ſe iura Veral.dec.185.nu.2.p.2.Alciat.de præſump.
reg.1.præſumpt.33.num.6.Add.ad Ludouiſ. d.deciſ.
44.num.10.

59 Præſumitur 5. mandatum in contractibus ex
qualitate perſonæ emptoris,& venditoris,vt poſt
Gabriel.& Ruin. probat Menoch. præſumpt.53.nu.
12.& quando emptio habuit effectum ſuum Reg.
Lanc.conſult.90. nu.7. Vt in caſu relato per Fabr.
in C.lib.4.tit.14. de probat.& præſumpt. defin.67.
Vbi dicit non eſſe probabile principem contra-
ctum feciſſe cum eo, qui ſemel mandatum habere
diceret,niſi viſo mandato,ſequitur Genuẽ de ver-
bis enunciat. lib.2. qu.17. num.17. D.Hodiern. ad
Surd.dec.231. Vrceol. de tranſact. qu.13.num.16.
60 Ex diuturnitate temporis non præſumitur facta
reuocatio procuratoris, etiam ſi per multos an-
nos nihil geſſerit, ideo expreſsè conſtare debet
de mutatione voluntatis, alias mandatum non
extinguitur, niſi forte ſuperueniat iuſta cauſa re-
uocationis, vt quia procurator effectus ſit inimi-
cus Domini,quia tunc cenſetur reuocatum man-
datum Iaſ.in l.ſancimus 27.nu.4. vbi etiam Caſtr.
n.3.C.de teſtam.Alex.conſ.189.in fin.lib.7.Ancharr.
conſ.63.in fin.Rota apud Gratian.diſcept.22. nu.6.
& ſeqq.Antonell.de tempore legali lib.1. cap.30.nu.
23.& 24.Gelin.de procurat.p.3. cap.5. num.31.&
ſeqq.Coſta de remed.ſubſid.remed.48.illat.1.nu.10
Barboſ.in repert.verb.mandatum non cenſetur.
61 Producitur mandatum pluribus modis ſcil.
vel producendo originale dimiſſo in actis,vel
per

per inſertionem tenoris in eiſdem actis, quod eſt
inſinuare, nec non ſi producatur cum deſcriptio-
ne principij, & finis, & clauſulis ſubſtantialibus,
vt habetur per *Boer.dec.281. nu.9. & 10. & Ca-
ber.dec.1.nu.38.*
62 Ex hac productione data copia parti, cum
termino ad opponendum, leuabitur procurator
onere probandi mandatum etiam ante litem cō-
teſtatam, licet in actis non fuerit mandatum re-
giſtratum, & hoc propter partis patientiam, quæ
non contradixit, nec oppoſuit *Felin.in cap.cum
in iure ad fin.de offic.deleg.* poſt alios *Boer. d.deciſ.
281.nu.20.& 21.* Imo ſufficere copiam legitimā
& authenticam mandati dicit *Muta dec.81. n.2.*
63 Suppoſito quod præſentato inſtrumento in
actis, poteſt illud reſtitui præſentanti relicta co-
pia authentica in actis, quæ copia debet fieri, &
confrontari cum originali vocata, vel citata par-
te aduerſa, vt dicunt *Guid. Pap.deciſ.771. Couar.
pract.qq.cap.2.nu.4.* Quod eſt expreſſè ſtatutum
per noſtrum *ius* municipale Neapolitanum cum
clauſula irritanti per *pragm.26.de offic. S.R.C.* &
dicit *R.Gaitot.reſponſo fiſcal.30.*
64 Tamen quo ad mandatum præſentandum an
ſufficiat relinqui copia, vel debeat neceſſario
præſentari originale, DD.non conueniunt, nam
aliqui tenent debere neceſſario præſentari ori-
ginale *Spec.tit.de inſtr.edit. §.non dubitamus, in
fin.& in tit. de procur. §.publicatis ver.3.* ſequitur
*Bal.in l. inſtrumenta C. de fideicommiſ. Feller. ad
Maranta in praxi p.6.act.8.nu.33.* quod declara-
65 tur habere locum in inſtrumento mandati ſim-
plici, & ſpeciali ad illam cauſam tantum, ſecus ſi
eſſet inſtrumentum mandati continens plura ca-
pita, & mandata ad plures cauſas, nam tunc reſti-
tuitur originale, & regiſtratur apud acta pars
mandati facientis ad cauſam, vt loquitur *Spec.in
dictis locis.* Et hoc regiſtrum probat etiam amiſſo
originali, vt dicunt *ſcribentes in l.vl. C.de fid.in-
66 ſtr.* Quod credimus verum quando hoc regiſtrū
eſt factum citata parte, alias ſecus *Guid. Pap.dec.
771.Couar.pract.cap.2.nu.4.* E per dictam *noſtram
pragm.26.de offic.S.R.C.*
67 Alij vero tenent, quod ſufficiat exemplum pro-
curatorij, ſiuè generalis, ſiuè ſpecialis remanere
apud acta, & originale eidem procuratori reſti-
tui, ſequutus eſt *Luc. de Penna in l.hac ſanctione
verſ.ſed quid in procur.C.de diuerſ.offic.lib.12.Boer.
dec.281.nu.6.Anchar.conſ.42.*
68 Hanc opinionem exiſtimo veriorem ſi colla-
tio fiat citata parte, vt *ſup.* diximus & ſic ſeruatur
in praxi noſtrorum Tribunalium Neap.vt deci-
ſum refert per S.C. & confirmatum in gradu re-
clamationis *D.Petra in rit.185.ſub nu.2.& in rit.
176.Thor.in comp.deciſ.p.1.* verb.*ſcriptura §.3. P.
Moleſ.ſuper conſuet.Neap.in proem. qu.20. nu.11.
tom.2.D.Scopp.ad Grattan.dec.105. nu.22.* quam-
uis contra deciſum referat per S. C. *Golin.par.3.
cap.3.in fin.*
69 Mandatum alio modo producitur ſcil. Quan-
do quis conſtituitur procurator apud acta ad-
uerſario præſente *l.vnic.C.de ſatiſd.§.ſin autem
inſtit.eodem l.ſiue apud acta C.de tranſact.*
70 Ex hac conſtitutione, procurator leuatur one-
re probandi mandatum, & contra illud nihil op-
poni poteſt. *Aret.in d. §. ſin autem,* Vbi declarat
illud dici factum apud acta, quod fit coram Iudi-
ce ſedente pro Tribunali, præſente parte aduerſa
vt ſentiunt *Bar. & alij in d. l.vnic. C.de ſatiſd.Ba-
ner.in §.nihil num.26.Inſtit. de teſtam.* Nec debet
71 cauere *Bar.in l.nec ſatiſdatio, in fin.ff.rem ratam
hab. Caſtr. conſ.159. in princ.in antiqu.* incip. *Pro
euidentia Boer.d.dec.281.nu.12.*
72 Verum quia de mandato poteſt conſtare non
plenè, & plenè. Si conſtat plenè, aliud non requi-
ritur, ſed ſi conſtet non plenè, tunc requiritur, vt
procurator præſtet cautionem de rato *l.1. C.de
procur.* vbi *omnes DD.l.Pomponius §.ſed,& is ff.de
procur.Golin.de procur.p.4.c.2.nu.34.* Si vero cla-
73 re conſtet non adeſſe mandatum, non admittitur
quis etiam cum clauſula *rati Bar. in d. l.1. C.de
procur.Tepat.var.tit.88.c.3.* verſ.*Vel non. Bellam.
dec.682.Marta in ff.nouiſſ.p.1. tit. procurator cap.
22.Golin.p.3.c.3.nu.76.& p.4.c.2.nu.34.*
74 Mandatum poteſt probari pluribus modis.
Primo per inſtrumentum procuratorij factum
per publicum Tabellionem, vt docet *Spec.tit.de
procur.§.4. de formis proc. §.vt autem,* quo caſu ſi
habeat ſollemnia requiſita, dicitur clarè conſtare
de mandato, nec aliqua cautio rati exigitur *l.non
ſolum §.qui alieno ff.de procur.& in l.1.* vbi *Bar.&
alij C.eodem,* & dicitur tunc teſtimonium habere
75 publicum, vt dicit *Bar. in l.ſi procuratorem ff.eod.
Parexa de inſtr.edit.tit.5.reſol.10.* Imo actiuè po-
teſt fieri mandatum procuræ per ipſummet No-
tarium in cauſa propria, ſecus paſſiuè latè *Guid.
Pap.* vbi *add.dec.318.*
76 Sollemnitates eſſentiales, & formales, ſunt, pu-
tà quis, quem, in qua cauſa, contrà quem, & corā
quo iudice conſtituit procuratorem *Vant.hic nu.
140.Spec.lib.1.p.3.de procurat. §.ratione autem 3.
nu.20.& tit.de ſynd.vel.pen.nu.11. Vult. lib.2.Iu-
riſprud.Rom.cap.30.nu.29.& ſeqq. Myſing.cent.4.
obſ.99.Vueſenb.in com.ff.de procurat.n.7.in princ.
Paul.de Caſtr. in l.ſi procuratorem ff. de procurat.
num.3.*
77 Et licet aliqui teneant requiri clauſulam: *do-
minum ratum habiturum Spec.d.§.3.num.20.Vant.
hic nu.140.poſt princ.Chil.Romig.in proceſſ.cap.12
nu.23.Myſing.d.obſ.99.* verſ.*& quod, Vurmeſ.lib.1.
tit.7.obſ.18.& tit.10.obſ.2.Vuſenbec. in comment.
ff.de procur.nu.7.& ſeqq.* Tamen in contrarium
78 alij tenent *gl.in l.ſi procuratorem 65. ff. de procu-
rat.* verb.*ratum Panorm.in cap.petitio de procur. nu.
2.Paul.de Caſtr. in l.procurator, cui generaliter ff.
eodem nu.5.& in l.ſi procuratorem 65. ff. eodem nu.
4.P.Anchar.qu.64. nu.10. lib.2.* poſt alios *Couar.
lib.1.var.cap.6.num.4. Alex.conſ.41.num.5.lib.3.
Ring.* Ruland.*in addit.ad proceſſ. Io: Ferrar.Mon-
tan.p.2.lib.1. cap.9. Andr.* Rauch. *qu.2.num.2.&
ſeqq.p.1.* vbi ità refert reſponſum fuiſſe à I. C.C.
Vittenbergenſibus anno 1580. Debet continere
79 clauſulam ſatiſdatoriam, ſeu obligationem bo-
norum, vt dicit *Berlich.dec.80.p.1.*
80 De iure noſtro municipali Neapolitano in-
ſtrumentum mandati debet fieri per Notarium
non Vaſſallum alicuius baronis, ſi illud ſit con-
tra, vel ad fauorem baronis per *Capit.regni* incip.
Ladislau. diximus late de *d. capit. in obſ.ad conſ.
Reg.Rov c.66.lib.2.*

Digitized by Google

81 Et debet fieri per Notarium regium, & non per Notarium Apoſtolicum, alias nullius roboris eſt *Andr. in conſtit. incip. inſtrumentorum robur.* vbi etiam *Affl.* & per *pragm. 2. de contract.* vbi *R. Reuit. & Nouar.* qui ſecus eſſe dicunt ſi fiat inter perſonas Eccleſiaſticas *Danza de pugna DD. lib. 1. tit. de inſtrum. cap. 2. Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. nu. 483. Reg. Marin. lib. 2. reſol. 228.*

82 Ampliatur hæc concluſio. Vt etiam probetur mandatum per copiam inſtrumenti procuratorij factam à Notario, ſeu actorum magiſtro, cum inſtrumentum procuratorium in iudicio exhibitũ, alias non reperiatur, vt conſuluit *Ancl ar. conſ. 41 Add. ad Specul. tit. de probat. §. videndum Muta dec. 81. num. 2.* quod eſt intelligendum ſi exemplatio ſit facta citata parte, vt dicunt *DD. in auth. ſi quis in aliq. C. de edendo,* & nos diximus *ſup. n. 63.*

83 Si vero copia eſſet facta ab eodem Notario, qui fecit originale, fidem faceret, vt dicunt omnes in *d. auth. ſi quis in aliquo* quæ opinio communis eſt, & recepta *Iaſ. ibi nu. 3.* & tunc non requiruntur, quæ debent interuenire in exemplatione, vt dicit *Spec. de inſtrum. edit. §. poſt quam nu. 1. Bar. in l. ſi quis ex argentarijs §. prætor ait nu. 1. ff. de ed. Roman. conſ. 105. 3. dub. Card. conſ. 72.* Et hoc caſu
84 non ſolum dicitur exemplum, ſed originale, vt dicit *Lap. alleg. 73. nu. 3. Innoc. Abb. & 1 clin. in c. Albericus de teſtibus Grammat. conſ. ciuil. 70.* diximus *ſup. hic & qu. 22.*

85 Difficultas eſt ſi Titius notificatus in partibus replicet in calce ſcripturæ ei notificatæ: inſtat notificari Meuium ſuum procuratorem, vel Meuium, quem in hac cauſa conſtituit procuratorẽ, an teneatur pars aduerſa notificare illum ſub pœna nullitatis? quo ad primum caſum concluſiue dicimus debere illum notificare, ea ratione quia per verba enunciatiue poſita in libello oblato Principi, vel iudici probatur mandatum *l. ne ſatiſdatio ff. rem ratam hab.* vbi *gl. verb. poteſt Bou. dec. 281. nu. 1. Maſcard. conclus. 1008. Mantica de tacitis lib. 7. tit. 1. nu. 2. & tit. 3.* cum mandatum ſolo conſenſu conſtituatur *l. 1. ff. mandati,* & ſic deciſum ter refert per S. C. anno 1619. 1625. & 1628. *Thor. in comp. dec. verb. mandatum p. 3.* Idem eſt ſi procurator conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi notificatus ſubſtituat alium, nam ille debet notificari *Thor. p. 1. verb. mandatum.* Sed de Iure noſtri Regni Neap. per *prag. 79. §. 5. de offi. S. R. C.* eſt ſtatutum, vt ſi reus citatus in partibus in actu intimationis inſtet intimari ſuum Procuratorem, quem conſtituit in alijs cauſis, quas tenet in eadem Banca, & ſpecificet cauſam, debet Magiſter actorum recognoſcere illum Proceſsũ, & ſi reperierit eſſe verum adeſſe procuratorem, faciet fidem ſua propria manu apud acta cauſæ nouiter intentatæ, & cum dicto Procuratore procedetur, & ſi non reperierit hoc eſſe verum, fidem de hoc faciet in nouo proceſſu, & procedet incõtumaciam. Quo ad ſecundum caſum, ſemper mihi viſum fuit debere notificari talem procuratorem ſub pœna nullitatis ea ratione quia etiam nutu poteſt procurator conſtitui *l. nutus in princ. ff. de proc. Golin. de proc. p. 3. cap. 5. nu. 81.* & per epiſtolam *l. 1. in princ. ff. de proc. R. Reuit. in rub. de proc. nu. 51. Genua de ſcript. priuata lib. 3. qu. 14. Golin. de proc. p. 2. cap. 3. nu. 2. & ſeq.* & tali caſu mandatum perficitur per acceptationem ipſius epiſtolæ *Golin. ibid. nu. 4.* & ſecundum noſtram opinionem deciſum fuit per S. C. referente D. Ramirez in Cauſa Cornelij Lunngo cum Matteo Riſpoli in Banca Litti, aliam deciſionem refert *Thor. d. p. 3. verb. mandatum D. Petra in tit. 28.*

86 Diximus *ſup. nu. 3. verſ. qua concluſio* per verba enunciatiua, ſiuè narratiua inſtrumenti, non probari mandatum. Nunc dicimus id non procedere, concurrente diuturnitate temporis, quæ facit præſumere mandatum in inſtrumento, vel in Proceſſu enunciatum *Bald. conſ. 112. poſt medium lib. 2. Dec. conſ. 30. col. 5. Caſſad. dec. 3. de procurat. Gozadin. conſ. 11. col. 4. Veronenſ. conſ. 26. Ruin. conſ. 107. Crauett. de antiq. tempor. verſ. ex præmiſſis 2. p. nu. 61. Cagn. in l. velle ff. de reg. iur. Vin. opin. commun. verb. mandatum num. 7. Genua de verbis enunciat. qu. 15. Vrceol. de tranſact. qu. 13. nu. 7. & ſeqq. & nu. 13. & ſeqq.*

87 Quod declaratur quando agitur inter eaſdem perſonas contrahentes, aut habentes cauſam ab eis, ſecus contra tertium *Menoch. conſ. 1. num. 80. Crauett. vbi ſup. Suarez in l. poſt rem iudicatam lim. 2. nu. 2. in fin. ff. de re iudic. Golin. de proc. p. 3. cap. 3. nu. 24.* Et inter eaſdẽ perſonas, quę interfuerũt inſtrumento, & inter quas eſt confectum inſtrumentũ probatur mandatum enunciatum in contractu facto à Notario dicente illud vidiſſe, & legiſſe quamuis de illo non conſtet, ſecus quo ad alios *Alex. conſ. 191. col. 1. & 2. vol. 2. Maſcard. de probat. concl. 1008. nu. 10. Vrceol. ibid.*

88 Dicimus 2. non procedere in verbis narratiuis Papæ. Vt ſi S. Pontifex appellet quem procuratorem in ſuis litteris, vt dicit *Felin. in cap. cum in iure col. vl. de offic. delegati Dec. conſ. 445. nu. 69. Ruin. conſ. 277. nu. 6. vol. 1. & conſ. 148. num. 22. vol. 4. & conſ. 103. nu. 2. vol. 5.* Siuè narratiua ſint,
89 ſiue enunciatiua, ſiue aſſertiua, transfertur onus probandi in aduerſarium præcipuè ſi agatur de modico præiudicio *Bouer. d. dec. 281. ad finem.*

90 Declaratur tamen hæc concluſio non procedere quando Dominus, cuius nomine actus eſt geſtus, negaret mandatum, nam tunc non probaret contra negantem, Nam Domino de facto proprio magis eſt credendum, quã Principi de alieno *Ruin. conſ. 41. nu. 10. vol. 1. Gabriel. lib. 1. de probat. conclus. 2. nu. 6. in commun. concluſ.* Sic mul-
91 tò minus præſumitur mandatum ſi Iudex in Sẽtentia diceret aliquem eſſe procuratorem *Caſtr. conſ. 99. Aff. ſ. dec. 273. Golin. de procur. par. 3. c. 3. nu. 23. & 27.*

92 Verum enunciatio mandati, in caſibus in quibus diximus non ſufficere ad validitatem actorũ, ſufficeret ad excuſandum procuratorem, illum à pœna falſi, ac iuxtam cauſam credulitatis eidem comparenti præberet, cum quælibet cauſa excuſet à dolo *l. dolum C. de dolo Dec. conſ. 418. in fine Alex. conſ. 212. col. 3. lib. 2. Maſcard. concluſ. 1008. nu. 17. Vant. Lic n. 71. Golin. de procurat. p. 3. cap. 3. Maſtrill. dec. 179. nu. 24. & ſeqq.*

93 Præſumitur mandatum enunciatum in contractu, ſi illa enunciatio fiat præſente, & conſentiente domino, vel non contradicente per *tex. in l. ne ſatiſdatio ff. rem ratam hab. Ferrentill. ad deciſ. 209.*

Burat.

Burat. nu. 26. Vrceol. de tranſact. q. 13. nu. 13.

94 Sic etiam vbi dominus ſit vſus inſtrumento, in quo mandatum enunciatur, illud in iudicio producendo *Gratian. diſcept. 505. Ferrentill. vbi ſup. nu. 17.* ſequitur *Vrceol. ibid. nu. 14.*

95 Vel vbi mandatum enunciatur in inſtrumento antiquo, quia tunc pro eo præſumitur ex lapſu 30. annorum *Ciriac. contr. 320. nu. 14. contr. 624. nu. 49. Merlin. dec. 870. n. 9. Ferrentill. ad Burat. d. dec. 209. num. 18. Hodiern. ad Surd. dec. 231. nu. 1. Vrceol. d. q. 13. nu. 15.*

96 Sic quamuis enunciatio notarij vidiſſe, & legiſſe mandatum, non probet plenè mandatum, tamen facit aliquam præſumptionem pro mandato, & probat ſi incidenter de illo dubitari contingerit *Gratian. diſcept. 737. nu. 20. & ſeqq. Rota coram Burat. dec. 13. num. 3.* vbi *addit ſub lit. B. & ad deciſ. 209. nu. 20. Vrceol. dict. q. 13. nu. 7. & 8.*

97 Si verò ex aliquo actu poteſt probari mandatum, ſed illud poteſt eſſe tam ſpeciale, quam generale, in dubio non præſumitur ſpeciale, quia interpratatur contrà dominum, vt non ſufficiat ad id, de quo quæritur *Manent dec. 61. num. 20. & ſeqq. Vrceol. ibid. nu. 21.*

98 Id quod diximus *ſuprà* mandatum probari per inſtrumentum publicum, non procedit quando negaretur, illum, qui fecit inſtrumentum, fuiſſe notarium, vel qui nominaretur in inſtrumento eſſe illum, qui producit inſtrumentum, quo caſu ſit dubium de mandato, vt tenet *Angel. in l. 1. C. de procur. & ibi Alex. num. 8.*

99 Ideò inuentæ ſunt litteræ teſtimoniales Iudicis loci teſtificantes, illũ qui recipit inſtrumentũ, fuiſſe Notarium, vt per *Capoll. caut. 54.* & ſubſcriptio trium Tabellionum, vt per *Angel. in auth.*
100 *de Tabell. col. 2. coll. 4.* Quæ recognoſci debent *Veſtr. in praxi lib. 6. num. 8. 9. Barboſ. in c. 1. nu. 4. de procurat. Azeued. l. 1. num. 138. tit. 21. lib. 4. nouæ recopil. Parladoe. lib. 2. rerum quotid. c. fin. §. 11. num. 17.* dicemus latè *infrà Petra in tit. 188.*

101 Hæc omnia non procedunt quando quis è longinquis oris conferret ſe ad Vrbem, & peteret centum tanquam procurator Titij, & exhiberet mandatum. Nam quamuis aduerſarius negaret eum eſſe, de quo in mandato, præſumeretur tamen ex quo affert mandatum, & aliàs deficit facultas probationis, & recognitionis faciendæ, teſtibus *Cyn. & Bal. in l. ſi quis per calumniam, C. de epiſc. & cleric. Abb. in c. coram de offic. deleg. Cepol. conſ. 11. col. 3. Ang. in l. comparationes C. de fide inſtrum. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſ. 33.* qui dicit hanc præſumptionem transferre onus probandi in aduerſarium, & quod præſumatur talia *Franc. Marc. q. 69. p. 1. num. 9. Ludouic. dec. peruſ. 110. num. 4. Colin. de procur. p. 3. c. 3. num. 35. 36. Barboſ. in repert. verb. mandatum.* Etiam ſi eſſent plu-
102 res eiuſdem nominis, & cognominis ex *Boer. d. c. 154.* deducit *Anna ſing. 690.*

103 Idem eſt, ſi negetur Notarius, & afferatur ex longinquis partibus, & appareat expeditũ in forma ſolita, nec eſt aliqua digna cauſa ſuſpitionis vt voluerit *Azo in auth. de inſtr. caut. & fid. Franc. Marc. q. 511. n. 9.* & ſufficit recognitio aliorum tabellionum, poſt *Farlador. & Azeued. d. verb. mandatum Barboſ.*

104 Præſertim ſi perſona producẽs ſit probatæ fidei, & bene audiat, & iuret inſtrumentum eſſe verum *Caſtr. in auth. & ſi contractus col. vl. ver. ſed ſi non eſt poſſibile Cod. de fid. inſtrum. Veſtr. vbi ſup. Boer. dec. 154.*

105 Nec procedit concluſio, mandatum probari per inſtrumentum publicum, ſi inſtrumentum publicum ſit ſcriptum manu procuratoris. *Bal. in l. Iudices, in fin. C. de fid. inſtr. Muſcard. d. concluſ. 1008. nu. 20.*

106 Probatur vlterius mandatum per litteras priuatas domini miſſas ad Iudicem, vel aduerſarium *Accurſ.* quem ſequuntur ibi *Salyc. & alij in l. vnic. C. de ſatiſd. Maſcard. concluſ. 1009. num. 3.* alia ad hanc materiam dicemus *infra.*

107 Sed quæſtio eſt an litteris credentiæ credatur, illis ſcil. quæ mittuntur per mercatores alteri abſque alio mandato? Et reſolutiue dicimus non eſſe eis credendum ex *Bar. in l. Lucius Titius, ff. de fideicommiſſ. Bal. & Salyc. in l. vl. C. quod cum eo, & in l. ſi verò non remunerandi, §. cum quidam ff. mandati Bal. conſ. 426. vol. 2. &* in rubr. *de confiſt. pec. in Codice Boer. dec. 282. Marſil. in rubr. C. de probat. num. 289.* Nam ſunt illæ litteræ valdè generales, & magis commendatiuæ, & incertum continent v.g. *Mæuio qui tibi has meas tradet plenã fidem habebis,* vel *Mæuio omnibus in rebus, quæ tibi meo nomine dicet fidem habebis plenam,* & ideò propter nimiam obſcuritatem non inducunt mãdatum *Bor. conſ. 47. num. 80. vol. 1. Genua de ſcript. priuat. lib. 3. tit. de litteris credentibus Treutacinq. var. lib. 3. tit. de ſolution. reſ. 18.* verſ. *prima eſt,* quid quid dicat *Rutgerus Rulant de commiſſion. lib. 5. cap. 14. num. 20. Conſ. Rocc. de litteris camby nu. 121. Maſcard. de probat. concluſ. 1009. num. 16.* vbi *num. 10.* dicit hoc non eſſe verum, ſi miſſus eſſet inſtitutor alicuius negotiationis, pro qua mitteretur cum tali clauſula, *Genua vbi ſup. num. 10. Treutacinq. d. reſol. 18.* verſ. *hæc concluſio Vital. de Camban de clauſ. fol. 399. n. 2.*

108 Quod procedit licet litteræ eſſent magis ſpeciales v.g. Mæuio, cui animum meum, & conſilia mea credidi, ſeu quem meam voluntatem plenè docui ſuper tali negotio, plenam fidem habebis. Nam ex litteris, licet magis ſpecialibus, non mandatur, vt aliquis contractus celebretur, ſed tantum mandatur, vt credatur in his, quæ refert. *Bar. & cæteri ſcribentes in d. l. Lucius Titius.*

109 Eſt benè verum, quod licet non teneatur immediatè ex tali contractu, veluti ſi expreſſè ſcripſiſſet, cum latore præſentium contrahere, tenetur tamen ſi damnum, occaſione credulitatis is, qui litteras accepit, paſſus eſt ex relata verborũ formula, ità docet *Bar. in d. l. Lucius Titius. Stracc. de aſſecurat. gl. 11. nu. 37.*

110 Sed id quod diximus *n. 107.* verſ. *ſed quæſtio eſt* limitatur quando in litteris fuiſſet ſcriptum, quod fides adhiberetur meo periculo, veluti *ſopra di me, à mio riſico, ponete à mio conto. Boer. dec. 289. num. 2. Foller. in add. ad Marant. in ſpec. p. 6. act. 6. nu. 55. Maſcard. concluſ. 629. n. 7. & 1009. num. 20. Vital de Camban. vbi ſup.* verſ. *item fallit Treutacinq. d. reſol. 18.* verſ. *2. non procedit. Genua d. loco num. 15. Rocc. de litteris, & camby n. 122.*

111 Secundo limitatur ſi litteræ cõcederent gene-

Digitized by Google

tale arbitrium latori litterarum, vt ſi ſcribatur, *latori præſentium mandaui, vt meo nomine faciat quidquid voluerit*, iuxta ſententiam *Bal. in l. vlt. C. quod cum eo*. In quo tamen arbitrio non comprehenditur donatio, vt refert *Stracc. d. gl. 11. nu. 36.* vbi late *de litteris credentia Genua vbi ſupr. n. 16.* vbi *num. 17.* dicit non comprehendi caſum ſpecialiter prohibitum, veluti donationem poſt *Bertaxol. conſ. ciuil. 75. num. 43. & 44. Maſcard. concluſ. 1009. n. vlt.*

112 3. Si litteræ credentiales ſint magis ſpeciales veluti ſi dicatur Mæuio præſentium latori, cui animum, atque conſilia credidi, ſeu quem intentionem meam plenè docui ſuper tali negotio plenam fidem adhibebis, nam hoc caſu contrà ipſum mittentem ex ipſis oritur probatio *Bar. in l. Lucius ver. quandoque Genua loc. cit. num. 18. & 19. Maſcard. d. concluſ. 629. num. 2. & 8. concluſ. 1009. num. 17. P. Fuſc. in ſuis ſingul.* verb. *litteræ credentiæ*.

113 Quæ concluſio multo magis procedit quando ipſæmet litteræ conſcriptæ ſunt à Principe, ac ſuo ſigillo authentico roboratæ, nam tunc plenè probant *Kopen dec. 46. num. 53.* latius de hac materia diſſerunt *Card. Tuſc. litt. I. concluſ. 366. Gomez var. reſol. lib. 2. c. 13. num. 5. Trentacinq. d. reſol. 18.*

114 Probatur præterea mandatum per traditionē inſtrumentorum, & iurium ad cauſam facientiū, quæ facta à domino probat plenè mandatum, nec eſt opus cauere de rato. *Bal. & Imol. in c. coram* vbi *Felin. num. 9. de offic. deleg.* per *tex. in l. vlt. C. de pac. Roman. conſ. 446. in fin. & ſing. 537. Cagnol. in l. velle ff. de reg. iur. Caſſad. dec. 3. de procur. Barboſ. in repert.* verb. *mandatum, in fine Ctarlin. con. 49. num. 74. tom. 1. Capon. de pactis q. 12. nu. 10. Trentacinq. var. lib. 2. tit. de proc. reſol. 11. Cyriac. contr. 84. nu. 23. & 34. Parez. de inſtr. edit. tit. 5. reſol. 10. num. 58. Guid Pap. deciſ. 13. nu. vl.*

115 Sed eſt neceſſe, vt probetur traditio facta à domino, alioquin per ſolam oſtentionem inſtrumentorum non plenè probaretur de mandato, ſed tantum præſumptiuè, & ſic requireretur cautio rati *d. c. coram* vbi *Inn. & omnes Bar. in l. vulgo in fin. ff. de adminiſtr. tutor. & in l. 3. §. cauſæ ff. de Carbon. edict. Caſtr. & Alex. in l. 1. C. de procur. Crau. conſ. 80. col. 3.* ver. *nec conſtat Boer. dec. 154. Golin. de proc. p. 3. c. 3. nu. 75. & ſeqq.*

116 Verum ſi eſſet perſona domeſtica, nec probaretur traditio domini, nec præſumptiuè probaretur mandatum, nam tunc eſſet ſuſpicio quod potuerit ſurripere, & ſic nullo modo admitteretur *Roman. ſing. 637. & d. conſ. 446. in fin. per tex. in l. 1. §. ille autem C. de latin. libert. toll.* latè *Maſcard. d. concluſ. 1010. per tot.* quidquid dicat *Bonacoſſ. de præſumpt.* verſ. *mandatum f. 206. at.* quem ſequitur *Golin. d. p. 3. c. 3. num. 81. Olea de Ceſſione Iurium tit. 1. q. 3. nu. 19. & ſeqq.* vbi latè explicat.

117 Probatur etiam mandatum ex confeſſione, cum nulla ſit maior probatio ad *tex. in l. 1. C. de confeſſ.* Et etiam ex confeſſione partis aſſerentis quem ſuum conſtituiſſe procuratorem, etiam ſi confeſſio huiuſmodi eſſet incidenter facta, & per verba enunciatiua, vt ſi quis ſupplicando diceret talem procuratorem ſuum, vel ſi procurator ſe procuratorem confiteretur, vel alibi ità faſſus eſſet *Roman. conſ. 63. Felin. in cap. cum in iure nu. 14. de offic. deleg. Capell. Tholoſ. 366. in fin. per tex. in l. nec ſatisdatio ff. rem ratam hab.*

118 Quæ concluſio procedit etiam ſi eſſet materia requirens ſpeciale mandatum *Ant. in c. nonnulli §. ſunt, & alij col. pen. de reſcript.* & ibi *Gemin. & Felin. in d. c. cum in iure.*

119 Procedit etiam in tacita confeſſione, quæ emergeret ex vſu actus geſti ab aliquo tamquam procuratore, nam ſi vtor actu geſto ab aliquo procuratore meo, videor illum confiteri procuratorem. *Rom. conſ. 331. Felin. in c. cum inter n. 11. de exce.* Sic ſi cœptam cauſam dominus eſſet proſequutus, ſic ſi cum procuratorem ad eam cauſam cœptam ſimpliciter conſtituiſſet, ſi non mandatū, tacita ſaltem domini ratificatio colligitur. *Vant. in rubr. vlt. num. 103. Maſcard. de probat. concluſ. 1011. & 1261. n. 23. & ſeqq.*

120 Intellige quo ad præiudicium cōfitentis tantum, ſecus tertij *Spec. de proc. §. rectè* verſ. *illud Boer. dec. 281. num. 1. Maſcard. d. concluſ. 1011. num. 9.*

121 Sed an ſubſtitutio mandati debeat probari per ſcripturam, ſicut mandatum principale, diſſerit *Thor. in p. 1. comp. dec.* verb. *mandatum procuratorium.*

SVMMARIVM.

1 *An & quando procurator poſt litem conteſtatam debeat edere mandatum? & à num. 1. ad num. 8. & à nu. 26. ad nu. 40.*

9 *In quibus iudicijs debeat edi mandatum? & an requiratur proteſtatio mandati ad inducendam nullitatem actus? & à nu. 10. ad nu. 25.*

An & quando procurator poſt litem conteſtatam teneatur exhibere mandatum, ſi illud negetur? & vſq; ad quod tempus poſſit produci?

QVÆSTIO XXIII.

1 QVod debeat edi dicunt *Bar. in d. l. licet num. 6. C. de procur. Abb. Panormit. in cap. quoniam contrà num. 35.* verſ. *idem tamen de probat. Mantica tit. 7. nu. 15. de tacit.*

2 Contrariam ſententiam tenent alij, quod ſcil. procurator poſt litem ab eo conteſtatam, non teneatur docere de mandato, ſed qui opponit probare debeat eum non eſſe legitimum procuratorem *gl. in d. l. licet C. de procur. & in l. Pomponius §. ratihabitionis ff. de neg. geſtis, & in c. 1. in* verb. *abſentia de elect. in 6. Bal. in d. l. licet num. 4. Salyc. Fulgoſ. & Caſtr. ibidem Gozadin. conſ. 96. num. 15. Crauetta de antiq. tempor. p. 2. num. 60.* Ea ratione quia cum procurator fuerit admiſſus ad conteſtandum litem, videtur ab aduerſario approbatus & poſitus in quaſi poſſeſſione officij, quæ in eum transfert onus probandi contrarium *Alex. in d. l.*

licet

Digitized by Google

licet num.5. & Felin. in cap. cum in iure num.16. de offic. deleg. Natta conſ.126. in fin. Surd. dec. 104. à num.6. ad num.14. & dec.108. nu.12. & 13. Gratian. diſcept. 855. num.7. vol.5. & diſcept.201. nu. 74. Maſcard. concluſ.1007. num.12. 13. Eſtque alia ratio, quia in iudicijs quaſi contrahitur, vt diximus, & contrahens cum alio tamquam procuratore approbat illum cum qualitate procuratoris Alex. in d. l. licet verſ. inueniatur C. de procurat. Natta conſ. 267. num.7. Felin. in c. quoniam contra de probat. col. pen. Gratian. diſcept.524. nu. 4. vol.3. Parexa tit.5. q.10. num.18. Surd. dec. 104. num.12. Rot. dec. 169. num.3. p.2. in recent. Beltramin. ad Ludouis dec. 280. num. 11. vbi pluries deciſum refert. Maſcard. concluſ.1012. Coccin. dec. 61. num.3. Leoncill. deciſ. Ferrar. 92. num.9. Melius obſ.131. n.1.

3 Sic è contra ſi ab eo procuratore fuerit citatus, & non ſe proteſtetur, videtur eum tamquam verum procuratorem approbare, Card. Seraphin. dec. Rot. 933. num.3. Ideo cautela eſt, quæ paſſim

4 ſeruatur à cautis procuratoribus, quod in citatione non citetur quis ſimpliciter, vti procurator, ſed cum clauſola aſſertus ſeu prætenſus. Nenizan. conſ.17. num.8. Maſcard. concluſ.1012. num.5. Beltramin. ad Ludouiſ. dec.280. Barboſ. in cap.4. num. 5. de procurat. de hac tamen re dicemus infra nu. 30. verſ. & licet.

5 Quæ omnia limitantur, ſcil. quod citans aliquẽ vti procuratorem, cum verè non appareat, quod videatur illum approbare vti talem, vt non procedant quando in actis appareret de minus ſufficienti mandato, nam tunc non obſtante prætenſa approbatione, poſſet opponi de defectu mandati, ita deciſum refert in vna Verulana ſupplementi legitimæ 18. Martij 1588. coram Card. Blanchetto. Beltram. ad Ludouiſ. dec.280. num.11. poſt alios Berit. b. tom.1. concluſ.14. n.10. Rota Rom. poſt Mely obſ. Forenſ. dec.163. num.9. addit. ad Burat. dec. 409. num.14. Barboſ. in c.4. num.5. in fine de pro-

6 curat. Item limitatur quando eſt facta à procuratore, nam non præiudicat Domino, vt deciſum fuit in d. deciſ. facta coram Blanchetto per deciſ. Biſignetti 6. de procur. Maſcard. de probat. concluſ. 1007. num.16. & ſeq. & concluſ.1014.

7 Idem eſt quo ad dominum, vt ſcil. tam antequam poſt litem conteſtatam poſſit dominus dicere illum, qui pro ſe comparuit, non eſſe ſuum procuratorem, & à ſe non habere mandatum. Maſcard. de probat. concluſ.1007. num.16. Verum

8 ſemper Iudex ex officio poteſt ipſum compellere ad exibendũ mandatum vel cauendum de rato nè proceſſus ſit nullus gl. in c.1. de elect. in 6. Bal. & Alex. in l. licet C. de procurat. Vant. hic ex num. 63. Parexa de inſtr. edit. tit. 5. reſol. 10. num. 19. Gratian. diſcept.701. num. 75. & dec.106.

9 Tale mandatum per procuratorem edi debet non ſolum in iudicio ordinario, verum etiam in cauſis ſummarijs, & executiuis in quibus etiam eſt neceſſaria legitimatio perſonarum, vt tradit Bar. in l.2. in fin. C. de edict. D. Adr. toll. & in extrauag. ad reprimendum, ſub verb. figura n. 6. Rot. penes Farinac. dec.18. num.3. & dec.142. num.2. p. 1. in recent. Quo ad executiuas tradit Rot. dec.76. num. 6. inter impreſſas penes Zacchia de obligat. cameral. & dec.28. num.4. p.2. recent. Ludouiſ. dec. 264. num.2. vbi addit. num. 5. Azeued. in l.3. tit.21 lib.4. recopil. num.5. Tuſc. lit. C. concluſ.224. Parexa de inſtrum. edit. tit.5. reſol. 10. num. 20. & nos diximus in princ. huius rubr. addimus Ciriac. cotr. 384. Rot. Rom. dec.18. ſub n.2. dec.307. n.7. p.1. dec. 28. n.4. & dec.183. n.2. p.2. recent. ex penes Cenc. de cẽſibus dec.263. n.5. eadẽ Rota dec.234. n.18. p. 5. recent. apud Merlin. dec. 410. Bonden. collect.1. n.91. collect.39. ex n.119. Cenſal. dec. Lucenſ.12. n. 7. dec. 48. num.9. dec.61. ex num. 11. Melius obſ.1. num.13. & obſer.37. n.30. & alleg.37. n.28. lib. 3.

10 Et ſi non edatur per procuratorem, contrà ipſius Dominum poteſt procedi tamquam contrà abſentem, & contumacem, vt tradit Bart. in l. in fin. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. Rebuff. tom.1. ad conſtit. gall. tit. de litt. & lator. act.3. gl. vnic. num.7. cum ſeqq. Azeued. in l.2. tit.2. lib.4. recopil. num.3.

11 Et omnia acta ſunt nulla de Iure communi parte opponente Coſta de retentioni. cap.8. caſ.28. nu. 4. Aſin. in praxi § 28. num.1. c.1. de mandat. Bocr. dec.281. ſub num.31. Bonden. collect.49. num.16. Melius alleg.2. num.10. vol.1. & obſ.1. num.11.

12 Quæ diximus procedunt, quando defectus mãdati ab aliquo ex litigatoribus opponitur, & nullitas exinde proueniens Iudici proteſtatur, nam ſi iudicium inceptum cum eo, qui mandatum non produxit, aut minus legitimum, proſequatur, procuratoris perſona approbata remanet, adeo, vt de nullitate actorum opponi non poſſit per eum, qui illum tamquam procuratorem ad iudicium, & actus iudiciales proſequendos tolerauit, dummodo de ratihabitione Domini appareat antequam ius aduerſario quæratur l. licet 56. vbi ſcribentes omnes ff. de iudic. gl. in l.1. in verb. filium C. quor. bonor. Bal. in l. non ignorat num.2. C. de his qui accuſ. non poſſ. Iaſ. in rubr. C. qui admitti num. 4. Aretin. in § præiudiciales num. 3. Inſtit. de action. Boer. dec.271. nu.19. Cranett. conſ.108. n.1. Paz in praxi d. annot.4. n.39. Vant. hic n.116. & ſeqq. Tuſc. lit. P. concl.828. ex n.4. & concl.827. per totã Menoch. conſ.1295. n.13. & ſeqq. Cõcordat lex hiſpana in l.20. tit.5. p. 3. recopil. vbi Gregor. gl.1. & 2.

13 Secundum hanc opinionem pluries per Rotã Rom. deciſum fuit, vt eſt dec.19. de procur. in antiq. Put. dec.383. num.8. lib.2. Farinac. dec.307. nu. 7. p.1. in recentioribus Ludouiſ. dec.88. nu.1. & dec. 264. vbi add. num.6. Coccin. dec.54. num.3. & dec. 62. num.2. dec.79. num.8. vbi dicit quod mandatum procuræ, dum non fuit oppoſitum, poteſt quandocumque produci ad effugiendam nullitatem. Petra in rit.77. n.3.

14 Et hoc adeo verum eſt, vt non ſufficiat proteſtatio generalis in vno actu iudicij facta: Videlicet: Neminem audiri niſi prius doceatur de legitimo mandato, nam ſi poſtea cauſa proſequatur in quolibet actu proteſtatio repetenda eſt, aliàs procurator cenſetur approbatus, & acta firma manebunt ſecundum doctrinam Bar. in d. l. licet num. 3. C. de procur. & in l. inter quos § alseno ff. de damno infect. Azeued. in l.3. tit.2. lib.4. Recopil. num.8. Mohed. dec.2. de iudic. Ludouiſ. dec. 44. num.8. Coccin. conſ. 28. num.2. dec.54. num.4. & dec. 169. nu. 11. dec.280. nu.5. vbi teſtatur ſæpius per Rotam hanc opinionem receptam, & ſic debet fieri in quo-

15 quolibet actu, ne videatur ab ea receſſum *Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 92. num. 1.* vbi ſic pluries deciſum refert, diximus *q. 1.*

16 Alij aliter diſtingunt; Quando per intermiſſionem proteſtationis cenſeatur receſſum à proteſtatione; Aut procurator ab initio habebat mãdatũ, licet illud nõ produxerit, & tūc proteſtatio debet repeti in quolibet actu, alias eſſet in poteſtate Principalis iudicium reddere eluſorium ex *Put. dec. 383. lib. 2. tradit Mareſcot. lib. 1. var. reſol.*
17 *cap. 92.* Vel quando ſumus in caſu, in quo iudicium poteſt claudicare, putà ſi litigaretur cum minore, nam imputet ſibi aduerſarius, qui legitimationem procuratoris non curauit, ſed cum tamquam verum procuratorem citando approbauit *Anan. conſ. 93. col. 2.* non repetendo proteſtationem, vt ſuprà eſt dictum, in quolibet actu, neque hoc caſu poterit litigans vlterius legitimationem perſonæ opponere, cum illum tamquam procuratorem citauerit, vt *ſupra* diximus *num. 2. verſ. contrariam ſententiam.*

18 Aut verò procurator nullum habet mandatũ, vel ſumus in caſu, quo iudicium non poteſt claudicare, & tunc licet proteſtatio fuerit intermiſſa iudicium eſt nullum, & ità deciſum per *Rotam Romanam* in vna Verulanum coram Blanchetto anno 1588. 18. Martij tradit *Mareſcott. vbi ſup.*

19 Vndè ad tollendas has ambiguitates praxis ſeruat, vt in termino probatario opponatur exceptio legitimationis perſonæ, vt non poſſit ad vlteriora procedi, niſi præſentato mandato procuratoris, vt admonet *R. Rouit. in rubr. de procur. num. 26. in fine Cancer. var. tom. 2. cap. 14. poſt num. 66.*

20 De *Iure hiſpano* videntur hæc non procedere, per *tex. in l. 2. tit. 24. lib. 2. Recopil.* vbi prohibetur, ad iudiciales actus accedere, niſi docto de mandato legitimo, & pro tali ab Aduocato ſubſcripto, & *in l. 55. tit. 1. lib. 3. Recopil.* quatenus expreſsè prohibet tabelliones, aut actuarios Tribunalium vulgò *Eſcriuanos de Camerá* libellum, aut quid aliud à procuratore nomine alieno cõparente, recipere, niſi prius mandatum in ſcriptis redactum, & in publica forma cõfectum, apud ipſos productum fuerit, & in *l. 3. tit. 2. lib. 4. Recopil.* vbi iubetur, acta proceſſus à procuratore contracta niſi legitimum mandatum prius ediderit nulla, & inualida eſſe. Ex quibus duo colligi in hac materia videtur, primum quod procurator adſtrictus eſt neceſſariò mandatum exhibere, priuſquam ad actus iudiciales perueniat, ſecundum quod hac editione omiſſa acta proceſſus ab ipſo fabricata erunt nulla, & ſic deciſionem *textus in d. l. 26. tit. 5. p. 3.* & communem DD. traditionem corrigi attento *iure hiſpano* nouiori.

21 Maximè cum ſit formalis, & forma ab illis tradita non ſeruata, actum corruere cenſendum ſit ex *Bal. in cap. 1. num. 2. de milit. vaſſall. qui contumax eſt, & in l. 2. C. quomod. & quand. Iud. Alex. conſ. 42. num. 16. lib. 5. Surd. conſ. 318. num. 10. lib. 3. Molin. de primog. lib. 2. cap. 9. nu. 27. Idem Surd. conſ. 369. num. 37. & conſ. 312. nu. 75. & conſ. 371. num. 70. Matienſ. in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopil. gl. 4. num. 20. & ſeqq. Parexa de inſtr. edit. tit. 5. reſol. 8. num. 41. & ſeqq.*

22 Sed ſupra poſita etiam de *Iure hiſpano* procedere, & dictam legem partitarum, & DD. communem opinionem nullatenus eſſe correctã cum correctio legum ſit vitanda omninò, ad *tex. in l. ſi quando C. de inoffic. teſtam. l. 1. C. de inoffic. dot. l. præcipimus in fin. C. de appell. c. 1. de non. oper. nunciat. cap. cum expediat de elect. in 6.* & fundat *Parexa de inſtrum. edit. tit. 5. reſol. 10. num. 36. & ſeqq.* Qui inter alias rationes ponit, quod *in d. l. 3. tit. 2. lib. 4. Recopil.* acta à procuratore geſta, mandato procuratorio non exhibito, nõ ſubiacent nullitati ipſo iure, ſed potius per ſententiam, vt ex eius verbis apparet, vnde manifeſtè conuincitur, quod interim dum nulla declarantur, firma remaneant, cum pendeat declaratio nullitatis ab oppoſitione per partem aduerſam facienda petendo quod procurator à iudicio repellatur, quia detectum eſt, illum ſine mandato agere, aut defendere cauſam. Et pendeat etiam à ratificatione Domini, qui hunc nullitatis defectum ratihabitione poteſt ſanare, vt optimè ex *tex. in d. l. licet ff. de iudic. l. fin. C. ad Maced. & l. donationes la 2. in fin. C. de donat. inter l. ſi fundus §. 2. ff. de pignor. cap. ſi quis de ſent. excommunic. lib. 6. cap. ratihabitionem de regul. iuris* deducit noſter *Vant. in rubr. quibus modis ſent. null. repar. poſſ. num. 501. Menoch. conſ. 1265. nu. 13. & ſeqq. Simoncell. de decreto lib. 3. tit. 9. nu. 8. & 14.*

23 Nec obſtat quod deciſio *d. l. 3.* ſit formalis, & ideo ad vnguem ſit obſeruanda, quia forma introducta à lege cenſetur ſubſtantialis, nam vt expreſsè cauetur in *l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil.* licet ſubſtantialia iudicij omittantur, non redditur iudicium verò nullum, niſi expreſsè per partem aduerſam opponatur, vt optimè in propoſito decit *Azeued. in d. l. 3. num. 9. verſ. Sic. & ex d. l. 10.*

24 Nec etiam obſtant huic concluſioni quæ diximus *ſuprà num. 7.* verſ. Verum, vbi diximus Iudicem ex officio poſſe repellere procuratorem agentem ſine mandato. Nam huic oppoſitioni facilis eſt reſponſio authoritate *Antonij Maneſij in l. vbi pactum num. 24. C. de tranſaction.* dicentis, poſſe Iudicem hæc facere, ſed non teneri, ità vt ſi non faciat, non teneatur in ſyndicatu, ex *Paul. de Caſtr. in d. l. vbi pactum*, vbi etiam *Curt. ex Alex. num. 7. Niconit. alleg. 33. nu. 43.*

25 Vnde cum in mera voluntate Iudicis poſitum appareat interloquendo, aut diffiniendo, procuratori ſine mandato legitimo comparenti, interdicere ne ad iudiciales actus, procedat, ſequitur quod dum non prohibet, acta hoc modo geſta firma remanebunt, nam quod non eſt vetitum, ſtare non prohibetur *l. præcipimus C. de appell. l. ſancimus C. de teſtam. Surd. dec. 195. nu. 6. Barboſ. axiomat. 60. num. 6.*

26 Quibus digeſtis redeundo ad materiam, mandati exhibitio debet peti ante quam lata ſit ſententia, aut tranſitum fecerit in rem iudicatam, aut antè quam actus ſit geſtus à procuratore mandatum ſe habere aſſerente, nam ſi in iudicio ſententia lata ſit, aut extrà illud negotium geſtum, procurator, qui alterius nomine geſſit, nullatenus compelli poſt ad editionem mandati. Quod ex pluribus probatur. Primo nam regula trita eſt
27 in iure, quia cauetur, quod ſententia ſemper præ-

ſu-

ſumitur quod ſit validè pronunciata,& præcedentibus ſubſtantialibus iudicij per *tex.in c.bonæ e l.2.de elect.cap.cum inter de re iudic. Menoch.lib.2.præſ.67.num.1.& ſeqq.*maximè quando agitur de præſumptione ſententiæ reſpectu actorum ſubſtantialium *Menoch.præſumpt.68.num.11.*

28 Secundo quia eadem præſumptio exiſtit pro quolibet actu,tam nomine proprio, quam alieno geſto, adeo vt dicendum ſit, quod potius valeat, quam pereat *l.3.ff.de teſtam.milit.l.quoties ff.de verb.obligat.Menoch.præſ.4.nu.1.* & nos diximus

29 *hic in princ.*Quibus præſumptionibus exiſtentibus pro validitate ſententiæ,aut actus geſti à procuratore nomine alieno,conſequens eſt,quod ille qui ſententiam, aut actum impugnare deſiderat, cauſam ſuæ impugnationis demonſtrare tenetur, ex *vulgatur.*& ſic in propoſito noſtro tenet *gl. in d.licet 24.C.de procur.*

30 Et licet aliqui *DD.* putent ex ſpecie huius *gloſſæ*, probari quod per litis conteſtationem factam abſque oppoſitione exceptionis: *tu non habes mandatum*,procurator efficitur dominus litis, & in exercitio procurationis conſtituitur, adeo vt lite conteſtata onus probandi transferat in adverſarium, vt videre eſt penes *Bal. Iacob. de S. Georg.& alios.*Tamen verior, & receptior eſt opinio, quod ſimilis præſumptio mandati non extat pro procuratore, niſi poſt ſententiam latam, vt optimè contrarijs ſatisfaciens tradit *Salyc.ibidem ex num.3.vſq.ad num.5.*vbi nullo in caſu onerati probatione mandati non exiſtentis, niſi poſt ſententiam,latè *Farexa d.tit.5.reſol.10.nu.55.& 56.* vbi rationem ponit.

31 Datur aliquis caſus, in quo mandatum formale exiberi non debet, & eſt, quando quis exhibet nomina debitorum ſibi à creditore tradita ad exigendum debitum,& hæc traditio per ceſſionē conſpicitur facta à creditore, licet mandatum ad agendum, & ipſa non percipiatur, nam tunc conceſſo conſequenti, antecedens conceſſum videtur per quod peruenitur ad illud, vt optimè tradit *tex.in l.ad rem mobilem 56.ff.de procur.l.debitorum* vbi *Curt.Sen.nu.11.& 12.C.de pactis Decian.conſ.68.& ſeqq.lib.3.Coccin.dec.470.num.3. Olea de ceſſ.Iurium tit.1.q.6.*

32 Sic etiam ſi quis ediderit Chirografum, in quo ab aliquo ſcriptum eſt, quod tradenti ſoluatur quantitas in illo contenta aliud mandatum edere non tenebitur tam ad agendum, quam percipiendum,vt in puncto tenent *Decian.d.conſ.68.num.12.& ſeqq.Mantica de tacitis lib.7.tit.9.nu.6.& 7.*

33 Quæ diximus, quod defectus mandati annullat actus,non procedunt contrà ipſoſmet procuratores non habentes mandatum, nam in eorum præiudicium proceſſus,& ſententiæ erunt validæ & poterunt contra eos ſaltem reſpectu expenſarum executioni mandari *per tex. in l.ſi ſe non obtulit in princ.*vbi *Roman. alex. & Iaſ.ff. de re iudic.& in l.Plautius ff.de procurat.* Quia reſpectu eorundem falsò comparentium ſententia non eſt nulla,vt eſt *gl.in l.ſi expreſſim ff.de appell.Ang.conſ.*

34 *29.* Nec ſcientia ipſius aduerſarij, videlicet, quod cognouerit talem non eſſe procuratorem, & tacuerit aliquid in præiudicium domini operabitur,ſeu geſta conualidabit,cum talis defectus ab eo non pendeat,nec poſſit eum,qui non eſt, alterius procuratorem facere, vt concludunt *Bar. Bal. Alex. & Iaſ.in d.l.licet. Alex.conſ.72. lib. 4. Vant.hic num.72. & 73.*

35 Sed difficultas eſt vſque ad quod tempus poſſit mandatum produci, ad hoc vt acta ſint valida? Cum diſtinctione communiter reſoluitur hæc quæſtio. Aut pars oppoſuit nihil fieri, niſi docto de mandato,& tunc non ſufficit mandatum adeſſe rei veritate, ſed debet in actis præſentari, alias acta facta poſt oppoſitionem ſunt nulla, late *Caualcan.dec.23.num.17.p.1.* Vbi ait, quod ſi in fine produxerit mandatum, acta non conualidantur,imo, & ſi conualidentur, tenetur tamen ad expenſas parti ex aduerſo. *Rot.diuerſ.p.4. dec.1. num.1. & in recent.p.2.dec.346. num.2. & coram Merlin.dec.24.num.3.Poſt de manut.obſ.86.n.2.3.*

36 Aut nihil pars oppoſuit, & eo caſu ſufficit quandocumque de mandato docere *Bal.in l.1.in 2.lect.num.3.ff.de procur.& conſ.122.num.1.lib.3. Alex.conſ. 146.lib.5.Crauett. conſ. 108. Seraphin. dec.933.num.13.R.Ruin. in rubr.de proc. nu.23.* vbi hanc diſtinctionem probat *Cancer. var. lib.3. cap.12.num.62. & ſeqq.* vbi ex *Montero dec. 40. num.67.* tradit, mandatum ſi non ſit oppoſitum à parte vel à Iudice,ſemper poſſe produci *Coſta in tract.de retrotract.caſ.28. c. S.Gratian.dec.105. & in addit.ad dec.111.nu.7. & diſcept.330.n.13. Salgad.in labyr.credit.p.2.c.23.n.30.Gulin.de procur.p.3.c.3.n.3.& ſeqq.Schrad.de feu.tom.2.p.10. ſect.18.n.149.& ſeqq.*poſt alios *Scopp.ad Gratian. d.dec.105.n.1. & 2. Barboſ.in c.4.n.7.de procur.*

37 Imo poſſe procuratorem etiam poſt tres ſententias mandatum producere,eum opponitur,tradit *Marta in ff.nouiſſ.p.1. cap.78. ex Achill. de Graſſ.dec.6.de proc.Gratian.dec.105.* vbi deciſum refert *Cenc.dec.255.num.3.poſt tract.de cenſib.*vbi dicit pluries ità fuiſſe reſolutum in Rot. Romana. Et ibi etiam tradit mandatum parte opponente,non releuare,niſi producatur, ac exhibeatur in acta parte citata, ſequitur *Mareſcott. var. reſol.lib.1.c.92.n.1.*

38 Si autem procuratori opponatur de mandato, & Iudex pronunciet,quod habeat mandatum legitimum, illa interlocutio quo ad partes tranſit in rem iudicatam, ac pro veritate habetur *cap. cum ceſſante de appellat. c. cum dilectus* vbi *gl. fin. de elect. Alex.conſ.101.col.pen. vol.5. Maſcard.de probat.concluſ.1014.num.1.* Et hoc caſu pars non

39 poteſt amplius opponere,quod non ſit legitimus procurator *Bar. & alij in l. licet C. de procur. & in l.Pomponius §.tatt.ff.eodem Gulin.de procur.p.3. cap.3.nu.70.& 71.* Quod procedit reſpectu pro-

40 curatoris, vel partis præſentis, ſecus reſpectu partis abſentis non citatæ, nam tunc reſpectu illius nihil facit hæc pronunciatio *Leus inſt.ff. de colluſ.deteg.alex.conſ.61.col.penul.vol.5. Gulin. de proc.p.3.cap.3.nu.13. Maſcard. de probat.concluſ. 1007.num.17.& concluſ.1014. nu.2. Berlich.tom. 1.concluſ.14.num.15.*diximus *alibi hic.*

SVMMARIVM.

1 *Idem eſt non habere mandatum,ac habere,ſed non ſufficiens.* 2 *Di-*

Digitized by Google

2 *Diligenter ſunt cuſtodiendi fines mandati, & num. 3. 4. 5. 6. 7.*
8 *Forma mandati.*
9 *Conſtituens procuratorem vt rector, non cenſetur conſtituere ad alias cauſas, & n. 10.*
11 *Duo procuratores conſtituti, an, & quando poſſint comparere non coniunctim? & à nu. 12. ad n. 46.*
47 *Quid in duobus ſyndicis?*
48 *Quid in duobus tutoribus, & curatoribus? & num. 49. 50. 51.*
52 *An & quando plures conuenti debeant conſtituere vnum procuratorem? & à n. 53. ad n. 59.*
60 *Procurator conſtitutus ad agendum an poſſit defendere? & n. 61. 62. 70.*
63 *Qui poteſt comparere, vt vna perſona, & vtiliter, ſi compareat, vt alia, inutiliter compareret, vbi exempla, & n. 64. 65. 66. 67. 68. 69.*
72 *Conſtitutus ad cauſam contra Sempronium, an poſſit ineſſe contra alium? num. 72. 73.*
74 *Effectus mandati cum libera, & n. 75. 76. 77.*
78 *Clauſula:* ad omnes alias cauſas, *quas cauſas comprehendat? & num. 79. 80.*

Ad quæ extendatur mandatum, & quæ ſint clauſulæ ſolitæ apponi in illo, & de illarum efficacia; & robore.

QVÆSTIO XXIV.

1 Oſtenditur, comparentem in iudicio alieno nomine, non eſſe talem, qualem ſe geſſit, ſi conſtiterit de mandato comparentis, ſed non ſufficienti, neque ad id, quod in iudicio deductum eſt ſe extendente, nam tunc perinde erit, quo ad nullitatem geſtorum, ac ſi nullum haberet, cum in effectu ad id nullum mandatum habuiſſe dici poſſit, vt docet *Bal.* quē cæteri ſequuntur *in d. l. licet, in princ. & in l. falſus, in princ. C. de falſiſ. Canoniſtæ in cap. ex parte decan. de reſcri. & in c. conſtitutis* vbi hoc notat *Abb. de proc. & in clem. 1.* vbi *gl. in* verb. *debito modo eodem tit. Spec. in princ. de procur. §. ratione formæ, & in fin. Gələn. de procurat. p. 3. cap. 3. num. 1. & ſeqq. Card. Tuſc. lit. M. concluſ. 33. Maſcard. de probat. concluſ.* 1013.

2 Ideò diligenter debent talia mandata, & poteſtates conſiderari, nam illa ſępè numero reperiũtur ad cauſam deductam impertinentia, vnde verba illorum ponderanda erunt *l. diligenter ff. mandati Angel. in §. præterea col. 24. inſtit. de excep. Affl. dec. 91. col. 2. Alex. conſ. 6. n. 3. lib. 4. Dec. conſ. 493. n. 8. Vaz. axiomat. iur. lit. M. n. 35. Tuſc. lit. M. conc. 39. 40. & ſeqq. Mantic. de tac. it. lib. 7. tit. 12.*

3 Nam ſi forma non tradatur in mandato, putà vt ſit generale, particulare, vel cum libera, vel ſimiliter, non valet mandatum *Vant. hic num. 75. Mozz. de contract. tit. de mand. col. 3. num. 4. Gəlen. de proc. p. 3. c. 3. n. 38.*

4 Et conſtitutus in cauſa poſſeſſorij non eſt legitimus in cauſa petitorij *Bal. in l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. D. Theodor. alleg. 66. n. 23.*

5 Bene verum eſt, quod ſi procurator excedit fines mandati domino ſciente, & non contradicente tunc dominus obligatur *Felin. in cap. 1. nu. 22. in fine, vt lite non conteſtata Dec. conſ. 437. nu. 1. Rota dec. 13.* aliàs 423. *num. 3. de conceſſ. præb. in nou. Matt. Brun. conſ. 16. num. 21.* per *tex. in cap. cum olim l. 1. iuncta gl. verb. protinus de offic. deleg. & cap. fin. de iure iur. in 6.* Quod eſt verum vbi
6 dominus id ſciat tempore, quo actus geritur per procuratorem, quia tunc tacendo, & non contradicendo, cenſetur factum procuratoris ratum habere *Abb. in cap. nonne num. 4. de præſumpt. Alex. in l. ſi q. e num. 87.* per *gl. in l. Cauius ff. de re iudic. Felin. in d. c. cum olim num. 7. in fin.* Secus ſi Principalis
7 ſciret exceſſum procuratoris re iam perfecta quia tunc licet taceret, & ſic non contradiceret, non cenſeretur approbare factum procuratoris *Burgnin. dec. 31. num. 582. p. 2.* latè *Cancer. var. p. 2. c. 14. num. 13. & ſeqq.*

8 Pro maiori horum declaratione ponamus cum *Vantio hic num. 76.* Quod Titius rector alicuius Eccleſiæ conſtituerit Caium, & Mæuium procuratores ſuos, ad agendum, &c. contrà Semproniũ in cauſa (putà) domus ſuæ, quam idem conſtituens habiturus eſt cum dicto Sempronio. Nec non ad omnes alias eius cauſas ad Romanam Curiam legitime deuolutas, ac ſuper illis coram quocũq; iudice comparendum, &c. libellandum, &c. litem conteſtandum, &c. Et ad omnia alia, & ſingula faciendum, quæ eiſdem procuratoribus vtilia, & opportuna fore videbuntur. Dans illis in præmiſſis generalem, & liberam adminiſtrationem, &c. ac cum poteſtate ſubſtituendi, &c. promittens ratum habiturum quicquid per dictos procuratores legitimè factum fuerit. Releuando eoſdem &c. ac ſe obligando in forma, &c. etiam cum ſolito iuramento.

9 Primò erit animaduertendum, quod vigore iſtius mandati procuratores conſtituti non poterant pro dicto conſtituente agere, dempta cauſa in qua ſpecialiter conſtituuntur, neque comparere, niſi dumtaxat in cauſis, quarum exercitium competierit ipſi Titio conſtituenti vti illius Eccleſiæ Rectori, non autem in patrimonialibus, & ſibi tamquam Titio, vel prætextu alterius officij, aut dignitatis competentibus, nam talis procuratio licèt videatur generalis, tamen comprehendit ſolum cauſas illas, quarum exercitium competit conſtituenti eo iure, quo conſtituit, non autem iure diuerſo. Idcircò, verbum illud in principio mandati appoſitum, videlicet *Rector talis Eccleſiæ &c.* limitat, & reſtringit totam poteſtatem, (vt prima facie videbatur) indiſtinctè conceſſam pro vt probatur *in l. tutorem, ff. de his, quibus vt indign. l. 2. ff. quod cuiuſq; vniuerſitatis. c. ſicequis in fin.* vbi *Io: Andr. de reſti. ſpoliat. lib. 6. Ægid. concluſ. 5. & 545.*

10 Quamuis ſi conſtituens eſſet putà monachus, vel alias talis, qui non poſſent niſi vno iure conſtituere, ſimpliciter conſtituendo videretur eo nomine conſtituere, quo poſſet, videlicet nomine officij, ſeu adminiſtrationis, quam haberet, vt de Monacho ponit *Ægid. in loco ſup. cit. & concluſ.* 423. *Dec. conſ. 77. col. 2.* verſ. *ſed tamen his lib. 1. Spad. conſ. 144. num. 3. tom. 3.* vbi per totum ſuſtinet, ſententiam latam contrà aliquam Religionem ſuſtineri, quamuis procurator, qui compa-

ruit

Digitized by Google

ruit non haberet mandatum ab ipſa Religione
ſeu à Priore, ſed ab Adminiſtratore Monaſterij
de cuius intereſſe agitur.
11 5. Erit animaduertendum, quia procuratores huiuſmodi non poterunt etiam vnus ſine alio cauſas in eodem mandato comprehenſas in iudicio deducere, ex quo exercitium poteſtatis non competit illis, niſi pro rata, non autem inſolidum, cum illud in mandato non fuerit ſpecificatum, vt eſt *tex. in cap. ſi duo, in princ. de procurat. in 6. gl. in l. ſi pluribus ff. eodem gl. & DD. in cap. non iniuſtè eodem tit. Alex. conſ. 92. lib. 7. Marta in comp. ff. nouiſſ. tit. procurator c. 26. & 28. Maſcard. de probat. concluſ. 1308. num. 3. & ſeqq. Ricc. collect. 1444. Gratian. diſcept. 201. num. 3. & ſeqq. Mantica de tacit. lib. 7. tit. 16. n. 1. Idē Maſcard. de probat. concluſ. 1314. num. 3. Manzius de procurat. nu. 118. Myſing. cent. 1. obſ. 47. Virgil. de legit. perſ. cap. 16. num. 54. Dom. Petra in tit. 105. num. 8. Parexa de inſtr. edit. tit. 5. reſol. 10. num. 70.* quid quid dicat. *Golin. de proc. p. 1. c. 4. n. 93.* Prout diximus
12 de pluribus Iudicibus abſque clauſula (*quod ſi non omnes, &c.*) datis; quia vnus non poteſt quicquam ſine alio *cap. cauſam de offic. deleg. l. ſi duo ff. de re iudic. Gratian. diſcept. 201. num. 4.* diximus *in*
13 *rubr. 9. q. vl.* Et ſic requiritur clauſula *inſolidum DD. ſup. citati l. creditor §. duo C. mandati. Gratian. diſcept. 201. num. 1. in fine R. Ponte conſ. 6. num. 1. lib. 2. Virgil. vbi ſup.*
14 Quæ concluſio ampliatur procedere, etiam ſi plures procuratores eſſent conſtituti cum clauſula (*cum libera*) nam non intelligerentur conſtituti *inſolidum Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 9. q. 3. num. 24. Mantica de tacit. lib. 7. tit. 17. num. 8. & 9.* vbi reprobat *Bal.* contrarium tenentem, & deciſum refert, ſubdens hoc etiam habere locum, quamuis vtrique fuerit datum mandatum, quia id factum intelligitur, vt quilibet ſciat ſe procuratorem fuiſſe conſtitutum, non autem, vt quilibet poſſit in iudicio experiri. *Gratian. diſcept. 201. n. 31. & 32. Beltram. ad Ludouiſ. dec. 280. num. 9. Parexa de inſtrum. edit. tit. 5. reſol. 10. num. 70. Barboſ. in collect. ad tex. in cap. ſi duo num. 1. & 2. de procur. in 6. Fragoſ. de regim. reip. Chriſt. 1. p. lib. 5. diſp. 12. §. 8. num. 665. Stefan. Gratian. diſcept. 201. num. 30.*
15 Limita tamen noſtram concluſionem principalem pluribus modis, Primo ſi mandatum ſit datum duobus cum clauſula; *abſentes &c.* quæ iuxta formularium Curiæ Romanæ extenditur ad abſentes tamquam præſentes, & quemlibet eorũ inſolidum *Ludouiſ. dec. 280. nu. 4. Gratian. diſcep. 201. num. 69. & ſeq.*
16 2. Si adſit clauſula *Promittens, &c.* quæ iuxtà idem formularium Curiæ Romanæ, & extenditur: *promittens habere ratum, & gratum quid quid ab eis ſiue altero eorum geſtum erit.* quæ declarat mentem conſtituentis fuiſſe, vt eſſent procuratores inſolidum. *Put. dec. 98. lib. 3. Pariſ. d. lib. 9. q. 3. nu. 22. & 23. Marta de clauſ. p. 2. clauſ. 127.* vbi refert deciſionem Rotæ, *Beltramin. & Ludouiſ. dec. 280. Gratian. diſcept. 201. num. 6. Virgil. d. cap. 16. num. 55. Parexa d. reſol. 10. n. 70.*
17 3. Si pars aduerſa aliquem ex eis ſolum pluribus vicibus citando, illum habuit, declarauit, & approbauit pro procuratore inſolidum *ad gl. & DD. in l. Pomponius §. rati ff. de procur. & in cap. cum in iure de offic. deleg. Natta conſ. 262. num. 7. Ludouiſ. d. dec. 280. num. 9.* Et licet contra hanc
18 limitationem poſſit opponi deciſio Rotæ Rom. facta coram Blanchetto in Verulana Supplementi legitimæ anni 1588. dicens quod cenſetur quis citatus talis qualis eſt, & vt citanti minus præiudicium cenſeatur per *conſilium Dec. 268.* Tamen hanc limitationem tamquam veriorem ſequuta eſt eadem Rota in Toletana decimarum de Capilla 6. Aprilis 1615. coram Andrea, vt refert *Beltram. in d. dec. Ludouiſ. 280. in fine Gratian. diſcept. 201. num. 71. & ſeq.*
19 4. Vbi in mandato eſſet clauſula: *Vnicuique ipſorum, aut cuilibet ipſorũ,* vel ſaltim clauſula *cuilibet ex Natta conſ. 342. num. 1. vol. 2. Rot. dec. 174. in antiquiſ. Fragoſ. de regim. reip. 1. p. lib. 5. diſp. 12. §. 8. num. 665. Grat. diſcept. 201. num. 12. 13.* vel *vtrumque ipſorum Grat. d. diſcept. 201. num. 9. & ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ. 1314. num. 5. 6. Manzius de procurat. num. 118. Virg. d. cap. 16. num. 55. Myſing. obſ. 47. cent. 1. Dom. Petra in tit. 105. n. 5. Moccia in ſylua caſ. Forenſ. cap. 40. Ricc. reſol. 38. lib. 4. praxis bullæ Clem. 8. circa nullit. Parexa d. reſol. 10. num. 70.* Vel *alterum ipſorum procuratorem conſtituo,* nam intelligitur vnus ex duobus, *Aret. in l. 3. §. vbi duo num. 13. &* ibi *Roncag. ff. de duob. reis Rebuff. in l. 38. col. vl. ff. de verb. ſignif. Gratian. d. diſcept. 201. n. 14.*
20 5. Quando licet duo procuratores ſint conſtituti ſimpliciter, tamen in ratihabitione ſit adiecta clauſula; *per alterum ex eis,* quia licet clauſula ſit executiua, tamen declarat *Achill. de Graſſ. dec. 1. de procur. Barboſ. in tom. 6. in cap. ſi duo 6. de procur. lib. 1. num. 1. Gratian. d. diſcept. 201. n. 8.* & latius *num. 88. & ſeqq. D. Petr. in tit. 105. num. 6. Parexa d. reſol. 10. n. 70.*
21 6. Quando vnum ex procuratoribus Iudex admiſit parte conſentiente *l. quod ſi nolit §. in factum ff. de ædilit. edict.* Nam dato quod vnus ſine altero non poſſit exercere, & quod geſtum cum vno fuiſſet rationabiliter impugnari, tamen hoc habet locum in eo, qui conſtituit illum procuratorem, in cuius fauore hoc videtur inductum, vt vnus ſine altero non admittatur, quaſi de vno tantum non fuerit confiſus *l. 1. §. plures ff. de exercit. l. ſed ſi pupillus 12. §. item ſi plures ff. de inſtit. action. Innoc. & Hoſt. in c. in noſtra de procur.* Quod non eſt in caſu, quo vnus tantum procurator admiſſus eſt parte conſentiente, cum in eo ceſſet cauſa dicti fauoris, ideo aliud ſtatuendum eſt, & imputet ſibi pars quæ admiſſioni vnius non contradixerit, & in ſpecie ità concludit *Olrad. conſ. 130. col. 3. ad med. nu. 9. verſ. quid ſi Iudex Gratian. d. diſcept. 201. n. 18. 19.*
22 7. In Procuratoribus habentibus mandatum ad faciendum aliquid certum, & determinatum, nam tunc vnus ex pluribus poteſt ſolus exequi, & quod ipſe fecit valebit, ac ſi omnes conſenſiſſent *Butrig. in l. 1. vbi Salyc. q. 7. in fin. C. de Epiſc. & cleric.* vbi quod quando factum eſt incertum, & arbitrarium, tunc vnus non poſſet ſine altero, ſed vbi ſumus in re certa, & non arbitraria, & certæ perſonæ facienda, tunc licet malè

Dd fa-

faciat,ſi ſocios non requirat,tamen factum tenet,
cum ipſi compellerentur ſic facere Io: Andr. in c.
vl.§.ſanè num. 6.de teſtam.in 6.Capr.de execut.vl-
tim.volunt.membr.6.num.185. Micha. Graſſ.eodem
tract.q.4.in fin. num.7.Iaſ.conſ.110.in fin.Rimin.
conſ.435.num.6.& 7.lib.3.Franch.dec.622.num.
23 3.p.4. Et licet DD. prædicti loquantur in exe-
cutoribus teſtamentarijs, non in procuratoribus,
tamen quia in vtriſque militat eadem ratio, eadē
debet ſeruari diſpoſitio , eo magis quia executo-
res, & procuratores æquiparantur, latè Gratian.
d.diſcept.201.num.20. & ſeqq.
24 8. Quandò in mandato eſt dictum , vt depo-
ſitum reſtituetur Titio, aut Seio,videtur cuilibet
commiſſum officium procurationis inſolidum,
nam illi cenſentur eſſe loco procuratorum l. ſi
cui cum Corneius, ff.de ſolut.Et ex mente loquen-
tium ſufficit , vt vnus ſine altero recipere poſſit
ſolutionem , vt in punctò explicat Bal.in l.vl.col.
2.ad med.num.5. C.de verb.ſignific. Gratian.d.di-
ſcept.201.nu.33.& ſeqq.Et licet conſtitutio pro-
25 curatoris ab initio debeat eſſe certa l. 2. ff. de
proc. Tamen verius eſt valere mandatum quam-
uis fiat procurator alternatiuè Titius, vel Seius,
quaſi tunc illa dictio vel licet diſiunctiua,reſolua-
tur tamen in coniunctiuam l.fin.C.de verb.ſigni-
fic.latè Gratian.vbi ſup.nu.41.& ſeqq.
26 9.In Cauſis Spiritualibus procuratores viden-
tur inſolidum conſtituti, vt in electionibus , po-
ſtulationibus, & ſimilibus , in quibus Iudex po-
teſt magis idoneum eligere, & ille ſolummo-
dò ſequeretur , & quid quid cum eo geſtum
fuerit valebit , ob rationem celeritatis,quæ in
huiuſmodi cauſis requiritur cap. fin. de elect. in
6. & cap. ſi duo , §. ſane de procurat. in
6. Nè propter concurſum plurium, cauſæ impli-
centur , & retardentur c. ſua de ordine cognit.
Cum in hoc adſit fauor ſpecialis , vt plures pro-
curatores repellantur,quamuis velint concorda-
re, quidquid alias admitteretur. Dec.in c.pruden-
tiam de offic.deleg.Monac.in cap.ſi duo in princ.de
procur.in 6.& ibi Gemin. in §.ſanè in princ. Et in
cauſa beneficiali ſi ſint conſtituti plures procura-
tores ſimpliciter , & non in ſolidum , & in vno
tantum fuerit proceſſum,alijs ſe non opponenti-
bus, valebit proceſſus, quaſi Iudex videatur illū
elegiſſe,cū quo fuit actitatum,Rot.dec.107. alias
3.de procur.in nouiſ. & ità ſeruari teſtatur Man-
tica de tacit.lib.7.tit.17.in fine Vergil.d.c.16. nu.
56.Barboſ.in cap.ſi duo num.3. & 7. de proc. in 6.
vbi dicit etiam ex d. tex.cap.ſi duo §.ſane colligi
per DD. quod vnus ex executoribus ſine altero
litigare poteſt in iudicio ad pias cauſas ſi inter-
ueniat authoritas iudicis ex Gregor. Lopez.l. 6.gl.
vl.in fin.tit.10.p.6.
27 Quæ concluſio procedit quamuis conſtituens
prohiberet nè vnus ſine alio ageret,nam non ob-
ſtante tali prohibitione Iudex poteſt cum vno
ex illis procedere , cum talis prohibitio contrà
ius non valeat,arg.cap.penul.de elect.in 6. Vnde
hoc caſu nullus procurator ità datus admittetur,
& poſſet procedi contrà Dominum , tamquam
contrà contumacem Gemin.in cap.ſi duo §.ſanè de
proc.in 6.& ibi Franc.in fin.n.3.Intelliguntur ta-
28 men prædicta quando plures procuratores ſim-
pliciter ſunt ab vno conſtituti,ſecus ſi à diuerſis,
quia tunc omnes admitterentur , quamuis ſimus
in cauſis ſpiritualibus arg.cap.exhibita 19. de iu-
dic.Franc.in cap.ſi duo §.ſane num.3.de proc.in 6.
& ibi Dom.in fin. Gratian.diſcept.201.n.
29 10. Si duo procuratores dati ſint inſolidum,
& ambo ſimul conteſtentur litem,poterit tamen
vnus poſtea ſolus proſequi litem , ſecundum Io:
Andr.poſt Innoc.in cap.præſentium verb.oblata de
teſtibus Franc.in cap.ſi duo in princ.num.6.de proc.
30 in 6. Quamuis Iudex non debeat admittere ad
conteſtandum litē niſi alterum , vt euitetur pro-
lixitas gl.in d. cap.ſi duo in verb. inſolidum in vl.
reſp. Manzini de procurat.num.120.
31 Addimus quod ſi in aliqua cauſa fuerint con-
ſtituti plures procuratores inſolidum cum clau-
ſula , quod occupantis conditio melior non ſit,ſi per
vnum fuerit lis conteſtata alius teſtes produce-
re non poteſt aduerſario contradicente Roman.
ſing.246.num.1.Golin.de procurat.p.1.cap.4. num.
95. & 96.
32 Verum exiſtente tali clauſula,altero qui præ-
occupauerit non proſequente , nec alium ſubſti-
tuente, alter admittitur , & ſi ceſſet impedimen-
tum primi,primus non poteſt iterum ſe intromit-
tere,niſi ſecundus ſit impeditus c. ſi duo §.cæterum
de procur.in 6.vbi Barboſ.n.1.
33 11.Et procuratoribus pluribus conſtitutis cū
clauſula inſolidū, quilibet ſe partim admittitur,
& melior eſt conditio occupantis dummodo ali-
ter non ſit expreſſum quod iſta melior conditio
non fiat occupantis cap.ſi duo in princ.de proc. in
6.Bald.in l.pluribus ff.eodem Alex. conſ.92. in fin.
lib.1. & ſeruari in Rota dicit Mantica de tacitis
lib.7.tit.17.num.2.Manzius de procurat.n.119.
34 Et quamuis aliqui teneant vltrà dictionem
inſolidum requiri etiam dictionem : & quemlibet
ipſorum, Tamen verius eſt ſufficere clauſulam in-
ſolidum,vt notatat Lambert.de iure patr.art.5.q.4.
p.1.lib.2.num.3.poſt alios Gratian.d.c.201. num.
60.ſeqq.D.Petra in tit.105.n.5.
35 Et non exiſtente clauſula inſolidum, aut ſimili,
ſicut quilibet non poteſt inſolidum agere,ità nec
conueniri inſolidū Far. in l.ſi plures ff. de Curat.
bon.dand.Barboſ.de clauſ.clauſ. 72. Secus quando
36 ſunt conſtituti cum d.clauſula, nam quilibet in-
ſolidum,& agit, & conuenitur d. l.ſi plures Conſ.
Petra in Rit. 105. num.4. Barboſ.ibid. Verum te-
37 netur inſolidum,etiam de his,quæ ſeparatim fa-
ciunt , & conſiderantur in hoc tamquam duo rei
l.creditor §.duobus ff.mandat.poſt alios D.Rocc.de
mandat.ſeu complement.not.78.tom.1:
38 Inducitur præoccupatio inter eos per litis cū-
teſtationem cap.ſi duo de proc.in 6. Tiraquel. de
retract. lignag.§.11. gl.10.num.2.Gonz. ad reg. 8.
Cancella. §.3. proem. num.15. Barboſ. in d. cap.ſi
duo num. 5.Et hoc habet locum in cauſis , in qui-
bus lis conteſtatur,in alijs procurator intelligi-
tur factus dominus litis cum primum cœperit
tractare de meritis cauſæ , & negotium princi-
pale diſcutitur poſt Bar. Bal. Caſtr. Alex. Rom. &
alios Mantica dec.204.Barboſ.in cap.1. num.7. de
proc.in 6.Golin.de procur.p.1.cap. 4. num.97.
39 Et in hoc differunt à Iudicibus, in quibus per
alios actos inducitur præoccupatio gl.in cap.cum

plu-

Digitized by Google

plures §.verb.*incoante de offic.deleg. in 6.*Sed in
40 procuratoribus ad negotia datis eodem modo inducitur etiam præoccupatio per quamlibet actum *Io:Andr.in cap.penul.de elect.in 6.*

41 Quod procedit etiam ſi talis actus de Iure non habuerit effectum, & in hoc etiam differunt à Iudicibus, in quibus per actum inualidum non inducitur præoccupatio iuriſdictionis *cap.penul. de foro compet. Franc. in cap.ſi duo in princ. col.1. ad med.de procur. in 6.*Vbi ex hoc infert, quod ſi ſint duo procuratores inſolidum dati ad præſentandum, & vnus præſentauit, & præſentatus renunciet, non poterit alter procurator præſentare, ex quo primus præoccupauit *Lap. alleg.22.* vbi *add.Lambert.de iure patron.q.4.p.1.lib.2.art.*

42 5.Nec facit, quod melior conditio præoccupãtis fiat per litis conteſtationem, quia procedit in Iudicijs, aliud in procuratore ad negotia, in quo res deſinet eſſe integra ſtatim quod aliud per eum factum fuerit *l.1.§.cepiſſe ff. de polli-cit. Franc. in cap. ſi quem. §. in princ. num.3. de procur. in 6. Mandoſ. ad Lap. alleg.22.*verb.*occupantis.*

43 12. Procuratores plures quando ſunt conſtituti *inſolidum*, occupatio vnius excludit alium *cit.cap.ſi duo de procur.in 6.l. pluribus 32. eodem tit.Bellam.conſ.12.num.15.* Ideò ſi vnus cauſam
44 ſuſcipiat reliqui ſine nouo procuratorio non admittuntur, & eſt opus noua citatione ad reaſſumendum. Nam plurium procuratorum conſtitutio ab initio operatur, vt ſi vnus cauſam ſuſcipere nolit, alteri id ſit integrum. Et ſic quam primũ vnus ſe intromitit, reliquorum mandata expirãt niſi forte vnus alteri in caſum mortis ſit ſubſtitutus, & ità ſeruari teſtatur *Herring. de fideiuſſor. cap.20. §. 37. num. 5. & 7.* Et hoc ne quis in
45 plures aduerſarios diſtinguatur. *Socc. conſ. 28. col.5. in fin. num.15. lib.1. Grattan. diſcept.201. num.87.*

46 13. Procuratores mercatorum conſtituti etiã ſine clauſula *inſolidum* cenſentur conſtituti *inſolidum* ex ſtilo Mercantili, quaſi verba à mercatoribus prolata ſint declaranda pro vt ab eis intelliguntur *Corn.conſ.319.lib.3.*& non ſicut iuriſtæ accipiunt *l.ſi cum ante C.de donat. ante nupt.* nota.*Bal.in cap.1.in princ.num.6.de ſucceſſ.feud. Alex.conſ.102. num.12. lib.6. & conſ.9. col.3. & 9. lib. 1.* vbi tamen requirit probationem huiuſmodi communis vſus loquendi, multaque alia adducit *Euerard.in loca ab opinione vulgi 12. num.2.*

47 13. Plures ſyndici alicuius Ciuitatis ſimpliciter electi, cenſentur electi inſolidum *per tex.in l.11.12.& 13.ff.ad Municipal.Mantius de Syndicis num.51.& ſeqq.V'Ant.hic num.80. Gratian. diſcept.86.num.10. & ſeqq.Barboſ.in d. cap.ſi duo de procur.in 6.num.4.*

48 14. Tutores, & Curatores plures ſiue teſtamentarij, ſiue datiui, ſiue legitimi, cenſentur dati inſolidum, licet ſint dati ſimpliciter, ad *tex.in l.veterem fin.C.de autb.præſtanda.l.2.de diuid. tutel.& l.diui Seuerus,& Antoninus l.decreta §.fin.l.Lucius §.1.d.tutores §.curatores ff.de adminiſtr.tutel. quod ſi forte, §.ſed & ab futuro,ff.de ſalut.Galter. in praxi tutel. gl.Vel.acceptãs ſolemnia adimpleat. p.1.num. 34.l.5.C.ſi ex pluribus tutor.V'ant.hic num.80.* diximus *q.* *Gratian.d.diſcept.86.nu.10.& ſeqq. & 194.num.5.& ſeqq.& diſcept.812.num.28.* vbi *num.26.& ſeqq.*dicit aliter eſſe ſi ſit dictum, quod vnus non poſſit adminiſtrare ſine alio, nam tunc morte vnius finitur mandatum omnium, vel in caſu, quo viuo contutore non poterat ſine eo aliquid de iure explicari nam tunc opus eſt, vt iſte viuus expectet donec alius contutor ſubrogetur *l. fin. C. de autor. præſt.* Et *num.29.* dixit quod in caſu quo adſit clauſula, quod vnus non poſſit adminiſtrare ſine alio, ſi vnus moriatur tutela non perueniat ad alios ſuperſtites nominatos in teſtamento ſed ad matrem tutricem legitimam.

49 Et licet dati eſſent cum clauſula *coniunctim, & indiuiſim*, id operatur, vt tutores non poſſint inter ſe adminiſtrationem diuidere, quod ſecluſa ea clauſula vtique facere poſſent *l.ſi plures §.quãtis, & §.fin.ff.de adminiſtrat.tutor.* Sed non facit, vt vnus ſine alio adminiſtrare non poſſit, nam ſola dicta clauſula; *coniunctim, & non diuiſim* non tollit adminiſtrationem inſolidum, *Caſtill. dec. 118. num. 3. & ſeqq. Buratt. dec. 289. num.2. & ſeqq.* vbi affert *Aretin. conſ. 26. num.4. & dec. 344. num.10.* vbi affert *tex. in d. l. decreto, §. fin. ff. de adminiſtrat. tutor.* Quod ma-
50 ximè locum habet vbi alius tutor fuerit impeditus, nam tunc non obſtante clauſula; *coniunctim*, qui non fuerit impeditus, inſolidum adminiſtrare poterit ad *tex.in cap.fin.de teſtam. in 6.*vbi *gl.*verb.*expreſſerit, &* verb. *adimplere lit. M. Anchar.num.3. Io:Andr. num.4. Gemin. num.19.* poſt alios *Gratian. diſcept.522.num.2.*late *Conſ.Roſa conſult.38.num.32. & ſeqq.*vt de duobus adminiſtratoribus alicuius Montis relictis, vt duo coniunctim adminiſtrent ſi vnus eſt minor alter maior ſolus poteſt adminiſtrare *Moccia in Sylua caſuum forenſ. caſ.69.* vbi deciſum refert.

51 Et vbi ſint plures tutores ſufficit in iudicio citare vnum, ad hoc, vt actus, & iudicium valeat *d.l.fin. C. de autb. præſt.* quod intelligitur quando citatus venit ad iudicium, & cauſam pupilli defendit, nam illo non comparente, alij ſunt citandi *gl.in l. 2.*verb.*bis tantum C.ſi ex plur. tutor.* aliàs acta ſunt nulla, & non excuſatur actor ex ignorantia exiſtentiæ alterius. *Gratian. diſcept.194.num.2.V'bert.de citat.cap.54. num.352.* Et *nu.356.*ſic eſſe intelligendam *Rotam dec. 40. p.2.*poſt *Conſil. Farinac.* indiſtinctè volentem omnes citandos eſſe, de pluribus executoribus teſtamentarijs dicemus *infrà.*

52 Diximus *ſup.num.28.*quod plures procuratores conſtituti à pluribus omnes admittuntur, hic eſt examinanda hæc concluſio, & licet ſit vera, per *tex.in l.ſi quis cum procuratorio §.vnius ff.de procurat.* ibi *vnius litis plurium perſonarum plures dari procuratores non eſt prohibitum gl.Bar. & Bal. in d. §. vnius Maſtrill. dec.508.* Tamen quando plures ſunt conſtituti in eadem cauſa à pluribus, adſtringi principales poterunt ad deputandos vnum, vel duos procuratores ex *tex. in l.non ſolum, §.penul.ff.de pecul.l.4. §.creditoribus ff.de fi-*

 dei-

deicommiſſ. libert. Rom. in l. 1. §. ſeruum ff. ad Tre-
bell. Anna ſing. 387. l. iam tamen §. ſi tamen ff. iudic.
ſolu. Ea ratione ne lis fiat immortalis, ſi eſſent in-
timandi omnes procuratores, & ad euitadas ex-
penſas pro dicta notificatione, *Franch. dec. 309.*
Fontanell. de pactis nuptial. clauſ. 4. gl. 50. num. 27.
qui ait ità defendiſſe pro Abbate Monaſterij
Villæ Balneolorũ contrà particulares dictæ Ab-
batiæ, & *Franch. loco cit.* loquitur in caſu, quo Ill.
Archiepiſcopus Neap. conuenit plures quam
centum ad relaxandum quoddam territorium.
Idem Fontanell. dec. 4. num. 6. Maſtrill. d. dec. 108.
Leo dec. Valent. 203. num. 8. Golin. de procur. p. 1. c.
4. num. 89. Felic. de Societ. cap. 3. num. 19. vbi ponit
rationẽ quia cũ iſti plures inſimul conuenti ſint,
reputantur ſocij, & in litis ſubſtentatione con-
iuncti cum ſint, vna perſona reputantur.

53 Quod nullam habet difficultatem, caſu, quo
quis fuit citatus in iudicio, & deinde mortuus
ſit, & reliquerit plures hæredes *per tex. in l. ſi fa-*
milia ff. famil. ercisc. vbi *gl.* ponit rationem, quia
hæredes cohæredis decedentis ſunt loco vnius
perſonæ *per tex. d. l. iam tamen §. ita tamen, Me-*
noch. lib. 3. præſ. 537. Anna ſing. 109. in add. de Leo
d. deciſ. Valent. 203. D. Luca ad Franch. d. dec. 309.
num. 3.

54 Difficultas eſt ſi plures ſint hæredes defuncti
non aliter ipſo defuncto citato, ſed cauſa initium
habeat in pluribus, an tunc poſſint dari plures
procuratores, & videtur affirmandum ex *d. dec.*
Franch. 309. & ex *tex. l. 1. §. vl. cum l. ſeq. ff. de*
exercit. action. eo magis quod coheredes ſunt ſocij
& vti tales pro vna perſona cenſentur *Felic. vbi*
ſup. & ſic deciſum refere *Thor. in comp. dec. verb.*
arbitri eligendi, in fine, Contra tamen tenet *Ma-*
ſtrill. d. dec. 108. num. 25. & ſeqq. dicens poſſe ſub-
ſtineri *deciſ. 309. Franchi* Quando iudicium in-
cipit ab vna perſona, & poſteà diuiditur in plu-
res, ſecus quando incipit à pluribus, ſequitur
Gratian. dec. 107. R. Rota in prag. 1. de proc. n. 5. Eo
magis ſi illi plures velle͂t per ſe ſe defendere *Ma-*
ſtrill. ibid. Vel ſi petitio eſſet diuidua, puta debe-
retur quantitas, quo caſu litis exercitatio eſt di-
uidua *Gratian. diſcept. 229. num. 14.* Eò maximè ſi
ageretur contrà heredes contrà quemlibet pro
ſua parte *Guzman. de euiction. q. 5.*

55 Plures actores non tenentur conſtituere vnũ
procuratorem, *gl. in l. ſi quis cum procuratorio, §.*
vnius ff. de proc. Et in hoc ſunt magis priuilegiati
actores, quam rei, qui illi non ſolent differre iu-
dicium, ſicut rei, quorum proprium eſt fugere
Bal. in cap. non iniuſte, num. 1. de procurat. Golin.
de proc. p. 1. cap. 4. num. 96. Idem dicendum eſt in
iudicijs duplicibus *l. licet §. plures ff. de proc.* Ve-
56 rum quando agitur redhibitoria actione, vel
quanto minoris per plures hæredes emptoris
hoc caſu omnes ad redhibendum conſentire de-
bent, & dare vnum procuratorem *l. quod ſi nolit.*
§. plures ff. de ædilit. edicto Bar. in l. 4. C. de ædilit.
edict. De Leo d. dec. 203. Sic etiam quando plures
57 tenentur de euictione inſolidũ, omnes coguntur
vnum conſtituere procuratorem *l. iam tamen §. ſi*
tamen, ff. iud. ſolu. Leo vbi ſup. Idem eſt ſi cauen-
58 dum eſt pluribus creditoribus *l. 4. §. creditoribus*
ff. de fideicommiſſ. libert. Idem eſt in iudicio con-
59 curſus creditorum, & graduationis, nam ſtylus
eſt dato Curatore patrimonio cogere creditores
ad conſtituendum vnum, vel duos procuratores.
Idem eſt ſi hæredes cum beneficio inuentarij cõ-
uenerit creditores ad accipiendum bona inſolutũ,
nam poſſunt cogi ad conſtituendum vnum, vel
duos procuratores *De Leo d. dec. 203.* ſignanter
num. 9. Niſi in concurſu creditorum aliquis ex
creditoribus haberet intereſſe particulare, & li-
tem cum alijs creditoribus, nam tunc ille poſſet
comparere per ſuum procuratorem, vt fuit deci-
ſum per S. C. ad relationem D. Præſidentis Igna-
tij Prouenſale Senatoris digniſſimi, & integerri-
mi, tunc Regij Conſiliarij Commiſſarij in cauſa
D. Caroli de Capua creditoris, cohæredisque D.
Principis Roccæ Romanæ, cum creditoribus il-
lius in banca Figlinlæ, & vidi ſeruatum millies
in alijs concurſibus creditorum.

60 3. Erit aduertendum ad illa verba in formula
procurationis *ſup.* poſita ibi, *Ad agendum contra*
Sempronium, &c. Nam videtur quod procurato-
res huiuſmodi non ſunt idonei ad eundem conſti-
tuentem (puta in cauſa reconuentionis) defen-
dendum, prout videtur *tex. in cap. conſtitutus extra*
eodem l. defuncti §. fin. ff. eodem. Quod intellige ex
61 parte rei, qui ſi conſtituit procuratorem ad agẽ-
dum ſimpliciter, talis non videtur idoneus pro-
curator, nec rectè conſtitutus, cum reus conſti-
tuens non agat, ſed contrà eum agatur; & ipſe
defendat ſe ſolum contrà agentem; idcircò ſi ta-
lis procurator in cauſa huiuſmodi, vbi dictus ſu-
us principalis conuenitur aliquid faceret, illud
quo ad domini præiudicium non valeret, cum ad
hoc non fuerit conſtitutus, ità procedit *tex. in d.*
cap. conſtitutus. Sentire videtur *Io: Andr. in §. ra-*
tione formæ ſuper verb. §. pœna de procurat. Roman.
ſing. 115. per d. tex. cap. conſtitutis dicemus *infrà* in
caſibus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum.
q. 26. Poſſet tamen taliter conſtitutus defen-
52 dere abſentem, ſi vellet, præſtita cautione de
ſoluendo iudicatum. Cum quilibet hoc caſu ad
defenſionem abſentis etiam ſine mandato autho-
ritate legis admittatur *l. ſolutionis ff. de ſolution. l.*
Pautius ff. de procurat. Alex. conſ. 147. col. fin. lib. 6.

63 Erit tamen aduertendum quo nomine, & qua
authoritate idem comparens in iudicio vſus fue-
rit, quoniam ſi tamquam procurator, & quaſi vi-
gòre poteſtatis ſibi ab homine attributæ compa-
ruerit, non poterit poſteà tamquam defenſor, ſeu
coniuncta perſona, & quaſi authoritate legis, qua
vſus non fuit, ſubſtinere proceſſum *l. maritus l.*
exigendi vbi *Iaſ. col. 3.* ver. 6. *fallit Bal. & Salyc. in*
l. 1. C. de procurat. gl. in l. filius, in fin. ff. qui ſatiſdat.
cog. procedendo in hoc regula. Quod potuit no-
luit, quod voluit adimplere nequiuit. *l. multum*
intereſt C. ſi quis alteri, vel ſibi, & c. l. ſi genere C. de
Iur. dot. l. ſi miles ff. de milit. teſtam. cap. tum. ſuper
vbi *gl. & DD. de offic. deleg.* Hanc concluſionem
in terminis ſubſtinent *Rom. conſ. 496. Reg. Galeot.*
contr. 29. num. 33 & ſeqq. lib. 2. Fontanell. de pactis
nuptial. cl. 6. gl. 2. p. 7. num. 61. & ſeqq. Epiſc. Aſſ.
contr. 2. n. 7. Golin. de procurat. p. 3. c. 5. n. 39.

64 Exemplum eſt in marito, qui ſi agit vti pro-
curator vxoris dum non eſt ea lis, & non vti ad-
miniſtrator in caſu, quo poteſt, iudiciũ eſt nullum

Iaſ.

Iaſ. in d.l.exigendi verb. 6. fallit C. de procurat. Fontanell, vbi ſup. num.60. Nouar.qq.forenſ. lib. 2. q.13.num.14. Scacc.de commerc.§. 1.q.7. p.8.limit. 7.num.7. Rodcer.ad Marin.lib.1.reſol. 7. num.12. R.Galtes.contr.29.nu.40.lib.2. Imò quamuis po-
65 ſteà compareat vti adminiſtrator, non conualidat iudicium nullum. *Caſal.conſ. 745. num.8. & ſeqq.vol.1.Caualc.dec.24.p.1.de iudic.Grattan.diſcept.699.num.30.vol.4. & diſcept.573. num.48. & ſeqq.Golin.de procurat p.3.cap.1.n.31. & ſeqq.*

66 Secundum exemplum eſt in coniuncto, qui cũ poſſet comparere in iudicio vti coniunctus ſine mandato, comparuit vti procurator, cum mandatum non haberet, & ſic iudicium, & proceſſus tanquam fabricatus à perſona non legitima, non valet; nec tenet vti agitatus à coniuncta perſona *Rip.in l.1.§.ſi quis ità num.31. ff. de verb.obligat. Anna alleg.27.num.2. Fantanell. vbi ſup. num.60. Scacc.vbi ſup.num.6.Golin. p.3. cap.1. num.40.& ſeqq.& cap.2.num.38.Grattan.diſcept.573. nu.49. Marcian.conſ.1.num.58. vol.1.* Limitarẽ ego has
67 concluſiones ſi maritus, & coniunctus comparet, cum clauſula; *tam vti procurator, quam omni alio modo meliori quo poſſum comparere, & inſtare.* & dicit *Anna d.alleg.27.n.4.*

68 Tertium exemplum eſt in procuratore cum mandato inſufficienti, quia Iudicium, & acta, ab eo facta non valent, licet alias ſufficientiſſimum haberet à Domino, mandatum. *Mohed. dec. 7. de offic. proc. Honded. conſ.55.a num.70.vol.1. Fontanell.vbi ſup.num.61.Nouar.q.3. num.14. Scacc. vbi ſup.num.6.Maria in ff.nouiſſ. tom.1.tit.procur. cap. 77.in fin. in fin. Golin.p. 3. cap.1. num.37. Magon.dec.Flor.51.num.16.Mantica de tacit. lib. 7.tit.12.num.13.Grattan.dec.49.& in addit.num. 6.& 7.& diſcept.337.nu.27.Rimin.iun. conſ.561. num.11.lib.5.* Prout diximus in caſu, quo quis poteſt citare facere quoſcumque intrà Ciuitatẽ
69 Neap. per nuncios, ſeu Portarios deputatos ſinè interuentu teſtium, vt *in rubr. de citationibus* dicemus, ſi tamẽ in citatione velit adhibere teſtes, verum adhibeat vnum tantum teſtem ex duobus qui requiruntur in citationibus faciendis extra ciuitatem, citatio eſt nulla, vt dicit *Franch. dec.* 560. quidquid alias figuret caſum *Rodoerius ad Marinis d.cap.7 num.11.*

70 Ex parte verò actoris procurator ad agendum tenetur etiam in conſequentiam in eodem iudicio defendere conſtituentem; quia ad hoc mandatum authoritate legis extenditur, dummodo talis poteſtas non fuerit ab homine limitata; puta quod eſſet dictum: *ad agendum dumtaxat*, vel per ſimilia verba taxatiua, vt declarat *Bar.in l. ſeruus §.ait prator, & per gl. in l.defuncti §. fin.& l.mutus §. pœna ff.de proc.* poſt alios *Vant.hic nu. 84.Barboſ.in cap.conſtitutis de proc.* dicemus *infrà* in caſibus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum *q.26.*

71 4. Erit aduertendum, quia per illa verba: *contra Sempronium, &c.* tales procuratores excluſi videntur, & agere prohibiti contrà alias perſonas; quoniam talia mandata ſunt ſtricti iuris, nec extenduntur ad cauſas, ſeu perſonas in eiſdem principaliter, vel ſaltem in conſequentiam non expreſſas, vt probatur *in clem.non poteſt de procur.c. qui ad agendum eodem tit.in 6.* Nam mutata perſona videtur mutata cauſa *l.cum à te l.quæritur cum l.ſeq.ff.de except.rei iudic. cap.veniens cap. cum in tua de teſtibus cap. cum ſuper, & in cap.fin. de re iudic. Guid. Pap. q. 21. Ludouic. dec. peruſ. 37.*
72 *num.5.& 6.* Et ſic procurator conſtitutus ad certam cauſam contrà vnum, non poteſt eandem proſequi contrà aliũ *Ægid.concluſ.314. & 468. Rot.dec.271.& dec.456. in nouiſ. Golin.de procurat. p.3.cap.5.num.88.90.& p.5.cap.3.num.4. &*
73 *ſeqq.& & per totum.* Sic etiam conſtitutus procurator contra Titium, & generaliter in omni alio caſu reſtringitur, & limitatur contrà Titiũ non contrà alios *Roman. ſing.156.* vbi teſtatur deciſum, *Felin.in cap.ſedes apoſtolica de reſcript.nu. 3.ad fin. Iaſ.in l.ſi vnus 27.in princ.num.10.ff.de pactis Pax. in praxi in princ.annot.4.num.22.Natta conſ.197.num.4.lib.1.Noguerol.alleg.9.n.89.*

74 5. Erit aduertendum quod per illa verba; *In cauſa quam habiturus eſt, &c.* etiam quod ſequatur clauſula; *dans illis in præmiſſis liberã poteſtatem, & adminiſtrationem:* cuius clauſulæ vigore dici ſolet quod procurator etiam de negotio principali tranſigere poteſt, & alia facere, de quibus *in l. procurator cum libera, & l.procurator totorum. & l. mandato ff.de procur.* Nam mandatum generale
75 *cum libera* ſufficit regulariter etiam in caſibus ſpeciale mandatum requirentibus *Bal. in l. illud §. ſi talis, ff. de minor. Iaſ.in l.ſi procurator col.2. verſ.tertio nota C.de proc.Dec.conſ.404. num.6.& conſ.493.in princ.* poſt *Alex.conſ.27. col.penul.lib. 1.Gemin.conſ.123.num.4. & ſeqq.Magon. dec.51. num.7.Golin.de procur. p.2.cap.4.nu.15. Andreol. contr.183. num.4. Parexa de inſtr. edit.tit.5.reſol. 10.D.Prat.ad Paſcal.de iur.pat. poteſt. p.1. cap.2.*
76 *ad num.21.* Niſi dicta clauſula: *cum libera*, eſſet appoſita ex ſtylo Notarij, nam tunc mandatum cum illa non extenditur ad cauſas requirentes ſpeciale mandatum, *Burg.de Pace conſ.28.nu.19. conſ.2.num. 71.Mari ad Grammat.dec. 103. num. 43.Parexa ſup.& nos* dicemus *infrà.*

77 Tamen quia illa verba *cauſam quam habiturus eſt, &c.* referuntur ſolum ad inſtantiam non autẽ adius municipale, quia cauſa, & ius ſunt de præſenti, inſtantia verò eſt de futuro, propterea talis procurator circà principale negotium non ſe intromittet, prout notanter declarat *Bar.in l.qui Romæ §.calimacus, in fin.de verb.obligat.Angel.in d.§.præterea col.23* Secus ſi fuiſſet dictum: *in cauſa, quam de præſenti habet, &c.* vt *ibi per eos Vant. hic num.88.*

78 6. Erit aduertendum, propter illa verba: *nec non ad omnes alias eius cauſas, &c.* Nam & ſi clauſula hæc generalis ex ſe ſit apta comprehendere omnes cauſas, *vt l.Iulianus ff.de leg.3.l. omnium bonorum, & l.1.ff.de vſur.c.ſolitæ de maior.& obedient.* vbi *DD.* omnes *ſignanter Barboſ.n.9.* Tamen in
79 generalitate huiuſmodi non veniunt ea, in quibus ſpecialitate opus erat *l.illud §. fin. ff. de minor.l. non ſolum §.vl.& l.Pomponius,in princ.ff.de procurat.c. ad agendum* & ibi *Io.Andr.& DD.eodem tit. in 6.Ægid.concluſ.5.incip.generale Didac.Perez in l.1.tit.4.lib.5.ordinam.Cauall.q.803.num.47. Stuar.de Pace annot.4.num.17. & ſeqq. Narbon. de appell.de Vicario ad Epiſcop.p.1. num.253. Sbroz.*

de

de offic. vicar. lib. 1. q. 65. num. 12. poſt alios *Parexa de inſtr. edit. tit. 5. reſol. 10. num. 75.*

80 Ideo ſi daretur generalis commiſſio procuratori; intelligitur de ſolitis fieri ordinariè per ipſum conſtituentem, non autem de inſolitis, aut extraordinarijs, quia talia indigent ſpecificatione. *Bar. in l. ſcio §. medico, in fin. ff. de ann. legatis, & l. ſed & ſi quis, §. quæſitum ff. ſi quis caut. Dec. conſ. 430. num. 8. & conſ. 441. col. fin. Vant. hic n. 89. Parexa vbi ſup.* An extendatur mandatum generale ad cauſas feudales dicemus *infra q. 26.* dum ponemus caſus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Idem eſt non habere mandatum, ac habere ſed non habere ſpeciale ad illam cauſam.*

2 *Falſus dicitur procurator habens generale, & agit in cauſa, in qua requiritur ſpeciale, & interpretatur mandatum ſecundum mentem mandantis, & num. 3.*

4 *Procuratorum aliqui habent adminiſtrationem à lege. Et alij authoritate legitima n. 5. vbi exempla num. 6. Alij datiui n. 8. 9. Alij habeat poteſtatem ab homine n. 10.*

7 *Procuratores legitimi poſſunt ſine mandato comparere.*

11 *Quæ verba operentur mandatum* cum libera, *& à num. 14. ad n. 21.*

22 *Habens poteſtatem exigendi fructus maturandos ex aliquo arrendamento an poſſit illos exigere anticipate, & alteri cedere? vbi deciſio S. R. C. & num. 23. 24. 25.*

26 *In mandato generali non venit vt poſſit contra venire factis per dominum.*

27 *Habens mandatum ad aliquid faciendum poteſt omnia facere, quæ ad illam rem conferunt, vbi exempla, à nu. 28. ad n. 39.*

40 *Clauſula: promiſit habere ratum, & firmum quid quid per procuratorem geſtum fuerit, inducit mandatum* cum libera, *& 41.*

42 *Mandatum cum libera factum procuratori ad lites quid importet? & n. 43. 44.*

45 *Quid ſit mandatum generaliſſimum? & num. 46. 47. 48.*

49 *Quid ſit ſpeciale, & n. 50. 51.*

52 *Quando habens generale mandatum poſſit facere, quæ ſpeciale mandatum requirunt? & à num. 53. ad num. 55.*

56 *In mandato generali an veniant cauſæ beneficiales, & num. 57. 58.*

59 *Charta alba à parte ſubſcripta, an ſit ſufficiens ad ſpeciale mandatum inducendum? & à nu. 60. ad num. 71.*

72 *An clauſula:* Alter ego, *vel* Alter nos? *& n. 73.*

Quid ſit ſpeciale mandatum, & mandatum cum libera, & quomodo conſtituatur, & an conſtituatur per chartam albam?

QVÆSTIO XXV.

1 Eſt videndum in quibus cauſis requiratur ſpeciale mandatum, & in quibus ſufficiat *generale*, vel *cum libera.* Nam veriſſimum eſt, idem eſſe non habere mandatum, ac habere non ſpeciale ad illam cauſam. *Bal. in cap. non nulli in 1. col. & in cap. ex parte decani. de reſcriptis. Iaſ. in d. l. licet col. 1. C. de procur. Vant. hic num. 91. l. ſi ſine, §. quod procurator.* verſ. *nulla res ff. rem ratam hab. Gaill. obſ. 47. lib. 1. R. Tap. dec. Senat. Ital. 4. num. 2. Mozz. de contract. tit. de mandat. ord. 9. num. 52. Carauit. rit. 107. num. 6. & 9. Caſſan. in conſuet. burg. rubr. 4. §. 5. num. 5.* verſ. *quia hic. Anna alleg. 119. num. 1. & alleg. 141. num. 17. Gratian. diſcept. 233. num. 12. Iadouic. dec. Peruſ. 117. num. 20. vol. 2. Muta dec. Sicil. 4. num. 14. Sperell. dec. 25. num. 2. Parexa de inſtr. edit. tit. 5. reſol. 10. n. 67.*

2 Imò falſus dicitur procurator, qui habens mandatum generale, agit ſcienter in cauſa, quæ ſpeciale requirit. *Muta dec. Sicil. 4. num. 14. Maſtrill. dec. 179. num. 9. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 92. n. 5. Golin. de procur. p. 2. c. 4. n. 49. & ſeqq. Nigr. de execut. rei iudic. c. 7. in princ. n. 21. Sperell. ibid.*

3 Et in dubio facultas mandati ſemper fauore mandantis, & ſecundum illius mentem interpretari debet *l. ſi quis intentione ambigua, ff. de iudic. Caſſad. dec. 1. num. 1. de procurat. Rot. dec. 8. num. 3. p. 2. diuerſ. & dec. 287. num. 10. p. 7. recent. Larrea dec. 19. num. 10. Ciriac. contr. 278. num. 36. Rota Rom.* poſt *Melij obſ. dec. 147. n. 14.*

4 Procuratorũ aliqui habent adminiſtrationem
à lege, vt ſunt tutores, Curatores, Oeconomi, &
Prælati, de quibus per *Iaſ. in l. properandum C. de tran-*
ſact. l. 2. §. obſeruari vbi *gl.* verb. *perſona C. de iur.*
iur. propt. calum. d. l. neque tutores C. de procur. Sicut
& procurator Cæſaris *l. ad fiſcum C. vbi cauſ. fi-*
ſcal. Larrea alleg. 1. num. 24. Pereira de reuiſ. c. 11.
num. 2. Alij habent adminiſtrationem authorita-
te legitima *l. orphanotrophos C. de epiſc. & cler.* de
quibus etiam *in cap. edoceri, de reſcript.* vbi *Bar-*
boſ. & cæteri, vbi habetur, quod Abbas tenetur
reſpondere *in* cauſa Monaſterij, vbi negotia Ab-
batis, & Conuentus non ſunt ſeparata, etiam ſi in
reſcriptis non fiat mentio de Conuentu Exem-
plum eſt in patre, qui filij bonorum eſt legitimus
6 adminiſtrator *gl. in d. §. obſeruari* vbi *Bar. nu. 10.*
& 15. & in d. l. neque tutores num. 3. Paſcal. de vir.
patr. poteſt. p. 1. c. 2. Iſti procuratores legitimi poſ-
7 ſunt abſque mandato comparere tam in actiuis,
quam in paſſiuis *l. exigendi C. de proc. Caſtill. dec.*
fic. 37. num. 9. Et *nos* dicemus *infrà.* Eo quia ha-
bent generale mandatum *l. pater bonorũ* vbi *Bar.*
ff. de adminiſt. tutor. Mozz. de contract. tit. de mand
ordine 4 num. 63. Et prælatus poteſt agere ſine
conſenſu ſui conuentus, poſito, quod bona non
ſint diuiſa, neque diſtincta *d. c. edoceri* & ibi *Inn.*
Cappell. Tholoſ. dec. 79. vbi *addit.* limitat in arduis,
in quibus prælatus non debet aliquid agere ſine
conſenſu Capituli, & ſic procedit ſecundum
eundem *Innoc. cap. 1. de proc.* Verum ſi id faciat
in arduis etiam ſine conſenſu tenet, licet Capitu-
lum poſſit contradicere *Rot. dec. 469.* poſt alios
Barboſ. in d. c. edoceri n. 2. & 3.

8 Alij

8 Alij dicuntur adminiſtratores datiui,vel à Iu-
dice,vel ab homine)cum factum Iudicis repute-
tur factum partis,*l.ſi ob cauſam C.de euict.l.1.* vbi
Bal. & Bar.C.ſi cauſ.Iud.)& iſti numquam dicũ-
tur habere mandatum generale cum libera pote-
ſtate , niſi expreſsè *eis* concedatur *Bal.in l. praeſes*
n.4.C.de tranſact. l.ſi libertam C. quod cũ eo l.quam
9 *Tuberonis* §. *alia ff.de pecul.* Cum ſolus Princeps
poſſit adminiſtrationem generalem minoribus
concedere, non autem Iudex inferior hoc facere
poteſt,qui ſolum in ſingulis actibus, ſingulas au-
thoritates præſtare poteſt , *l.ſi infanti C. de Iure*
delib.l.bonorum C. qui admitti Bar. in l. denique ff.
de minor.25. annis Aret.in l.pupillus ff. de acquir.
hered.

10 Habentes poteſtatem ab homine,de quibus *in*
l.1.ff.de procur. ſunt duplicis ſpeciei . Nam alij
habent mandatum generale *cum libera* qui con-
ſtituuntur per hæc verba: *Do tibi poteſtatem agen-*
di,adminiſtrandi meum patrimonium , vt facere poſ-
*ſis,quæ ego facere poſſem,*de quo *in l.procurator cum*
libera vbi *gl.ff.de procur.Alex. conſ.44. num.1.lib.*
*2.*per *tex.in l.creditor.* §. *Lucius ff.mandati Marta*
de clauſ.clauſ.115. dicens:*clauſulā quod procurator*
poſſit omnia importare mandatũ *cum libera*,ac ſpe-
ciale mandatum per eam cenſeri datum.*Bertazol.*
de clauſ.cl.5.gl.2.num.4.& 5.Gratian.diſcept.738.
nu.24.Abrux.in lect.pract.fol.mihi 131. num.113.
Maſtrill.dec.204.nu.2.Monter.dec. Aragon.38.n.
33.Guttierez de Iur.confirm. p.1. cap.50. num.11.
Crauett.conſ.748.nu.20.D.Vargas Machucha dec.
10.num.1.& 2.D.Staiban.reſol.200.in obſ. nu.87.
ſi non eſt illatiua,& conſecutiua ad mandatum
ſpeciale antecedenter conceſſum *Faria ad Couar.*
lib.1.var.cap.6.nu.33.Rota apud Merlin.dec.463.
Vrceol.de tranſact.q.13.n.22.Rota recent.dec.462.
nu.3.p.4.Dom.Prat. ad Paſcal.de vir.patr.poteſt.p.
*1.cap.2.ad nu.21.*verſ.*Inducitur.*

11 Item operantur mandatum generale *cum libe-*
ra hæc verba *ad omnia,& ſingula,quæ ipſemet con-*
ſtituens,etiam ſi talia eſſent,quæ mandatum ſpeciale
exigunt,facere poſſet cum libera.cap.qui ad agendum
*de procur.in 6.Rut.Rom.deciſ.186.nu.2.*poſt *tract.*
de Cenſib.Cency Ruin.conſ.93.nu.5.vol.5. Franc.
Mar.dec.693.n.4.5.Magon.dec.Luc.51.nu.7. poſt
Bal.in l. illud ff. de minor. Dec. conſ.404. num.6.
conſ.493.num.2. Afſl.dec.305.nu.4. & ibi *Veſill.*
num.5.Muta in prag.Sicil.de offic.Proreg.tit.1. nu.
50.cum ſeqq.tom.1.Surd.conſ.1.nu.36. Caſtill. dec.
74.nu.32. Staib.ſen.conſ.37. num.8. & ibi *Conſil.*
Staib.iun.in add.num.14.Griuell. dec. Dolan.112.
*num.6.*vbi dicit , huiuſmodi procuratorem poſſe
facere inueſtituram , & domino præiudicare ex
Iaſ.conſ.108.num.2.vol.1. Dec.conſ.407. Natta
conſ.428.num.7.9.Gratian.diſcept.738. num.26.
*Rota dec.43.num.10.*poſt *Olea de ceſſ.Iur.Prat.ad*
Paſcal.de viribus patr.poteſt.p.1.cap.2.ad num.21.
verſ.*inducitur.*

12 Sic etiam ſi Procurator ſpecialiter, vel gene-
raliter cum libera adminiſtratione expreſsè con-
ſtituatur *l.quam Tuberonis* §.*alia cauſa ff.de pecul.*
Conſ.Marttan.conſ.54.num.3. Crauett. conſ. 122.
num.5. Abrux.in lect.practicabil.fol.mihi 131.num.
*113.*vbi idem dicit eſſe , ſi procuratori ſit data
plena adminiſtratio.

13 Eſt tamen verum , quod licèt per clauſulam
cum libera,poſſit procurator expedire omnia,quę
mandatũ ſpeciale exigunt *gl.in d.l.procurator cum*
libera.Gemin.conſ.123.nu.4.& ſeqq. Bal.in l.illud
ff.de minor.Magon.dec.Lucenſ.51.nu.7. Alex.conſ.
44.& conſ.133.nu.3.& ſeqq.lib.6.Soz.dec. 36.n.
3.Fran.Marc.dec.618.nu.8.9.Seraphin. dec.238.
num.3.& ſeqq.Pariſ.conſ.78.nu.29.lib.1.Gratian.
*cap. 738.nu.25.*per *tex.in l.mandato* vbi *Bar.ff.de*
procur. l. procurator cum libera.ff. eodem Maſcard.
conclnſ.1308.nu.9.cum ſeqq.Caſtill.dec.74.nu.31.
Gratian.diſcept. 95.num.9. Sperell. dec.25.nu.16.
*Gregor.Lopez.l.19.*verb.*quando tit.5. p.5. Suar.de*
Pace in pract.tom.1.in init.annot.4.nu.17. Barboſ.
de clauſ.clauſ.35.num.10.& in cap.4.num.7. 8.de
proc.in 6.Parexa de inſtr.edit.tit.5.reſol.10.nu.66.
Et poſſit facere id quod veriſimiliter principalis
geſſiſſet,ſi de eo cogitaſſet.*Caſſan.in Conſuet.burg.*
rubr.4.§.*5.*verſ.*procuration. num.4.* Maximè in
14 rebus parui præiudicij *Farin.ad Couar.lib.1.var.*
cap.6.n.39.

15 Et ſic cum mandatum,generale comprehendat
omnia,quæ ſolita ſunt fieri in ſimilibus , vt per
Bar. in l.ſi fraudator.ff.de his quæ, in fraud.credit.
Bal.in l.1.C.ſi propter publ.penſit.per tex. in l. nuſſi
opinatores C.de exactor.trib.lib.10.Ruin.conſ.93.n.
1.vol.5.Decian.reſp.61.nu.5.6.lib.2.& reſp.73.n.
5.eodem lib.2.

16 Tamen ad inſolita non extenditur per *tex. in*
l.vniuerſorum ff.de pignor.act.l.qui ſemiſſes §. *fin.ff.*
17 *de vſuris* nec grauiora expreſſis *Faria ad Couar.*
*lib.1.cap.6.nu.32.*Nec ad præiudicialia, maximè
18 propter abuſum Notariorum , qui ſolent appo-
nere hanc clauſulam in inſtrumentis *Aret. in* §.
præterea il 2.num.35.de except.Cotta.in ſuis memor.
verb. *procurator generalis Matheſ.ſing. 30. Phil.*
Franc.in cap.qui ad agendum in princ.de proc. in
6.Anna alleg.118.num.9. vbi loquitur de procu-
ratore generali,& non cum libera *Goliu. p. 2. c.*
4.nu.28.58.& *nos* diximus *ſup Medic. de reg.iur.*
reg.1.num.65.Suar.de Pace annot.4.num.18.Mat-
tienz.in l.7.gl.14.num.6.tit.11.lib.5.noue recopil.
Barboſ.clauſ.35.num.1.Parexa de inſtr. edit. tit.5.
reſol.10.num.68.

19 Nec quoties dicta clauſula eſt reſtricta *circa*
præmiſſa, & expreſſa, nam tunc non compræhen-
dit ea , quæ requirunt ſpeciale mandatum *Bar.*
quem omnes ſequuntur *in l. qui Romæ* §. *callima-*
chus in fin & ibi *Alex.nu.6.ff.de verb.obligat. Za-*
barell.conſ.39.in princ.Dec.conſ.404.num.6. Idem
Alex.conſ.22.num.10.lib.1.Ruin.conſ.59.num.3.
lib.5.Marta de clauſ.p.1.cl.26.n.1.& 3.Seraphin.
dec.331.num.5.Barz. dec.125. Cum ſit generalis
20 regula , vt clauſulę generales , per illa ſubſe-
quentia,*in præmiſſis , & circa ea* reſtringantur ad
expreſſa,& nihil vltrà ea operentur *Alex.d. conſ.*
22.num.10.in fin.Ruin.d.num.3.Burgnin. dec.31.
num.45.& ſeq.p.1.Rot.dec.576.num.2. p.1. in re-
centior.Sperell.d.deciſ.25. num.18. Et dicta clau-
21 ſula *cum libera* poſita , inter clauſulas exe-
cutiuas mandati, & non inter diſpoſitiuas , in
quibus nulla adeſt virtus ampliandi diſpoſitio-
nem , nihil operatur *Clem.1.de præb. Iaſ.in l.iure*
ciuile nu.8.ff.de iuſtit.& Iure Oſaſch.dec.164.n.2.
Franch.dec.6.num.6.Fariuac.dec.111.num. 4.rec.
*3.p.*poſt

2.p.poſt alios *Parexa de inſtr. edit. tit.5. reſol.10. num.59.*

22 Sic habens poteſtatem exigendi fructus maturandos ab aliquo Arrendamento, non poteſt
cedere dictos fructus maturandos per aliquid tẽpus recepta pecunia,& valore illorum, ſi talem
valorẽ conuertat nõ in vſum Domini,ſed ſui vel alterius,licet habeat etiam mandatum generale
cum libera poteſtate ad omnes,& quaſcumque poteſtates pro tempore occurrendas nulla penitus exclusa,tamquam *alter ego*, & vulgariter dicendo *à carta bianca*. Ea ratione quia ad cedendum,& alienandum requiritur ſpeciale mandatũ, nec ſufficit mandatum cum libera, *l. procurator 16.C.de proc.Nouar.in rub.de proc. nu.53.in prag.*
23 dicemus *q.ſeq.* Imo mandatum illud *cum libera* conceſſum poſt datam poteſtatem exigendi, non
excedit poteſtatem circa alia faciendi vltra conceſſionem exigendi, ſed tantum ampliat dictam conceſſionem exigendi *Mantica de tacit.lib.7.tit. 16.num.36.& ſeqq.Theſ.qq.Forenſ.lib.4.q.1.num. 10. & ſeqq.ex l.58.ff.de proc.*

24 Nec eſt facienda vis in clauſula *à carta bianca*, nã illa nihil operatur vltra expreſſa,vt dicemus verſ. *Sed an charta.* Nec in clauſula *alter ego* quæ neque extenditur vltra ſolita, & expreſſa, vt etiam dicemus verſ.*an clauſula.*

25 Et quamuis ex dictis clauſulis poſſit quis alienare,& exigere anticipatè *Grat. diſcept. 127.nu.*
*33.*tamen nulliter alienat, ſi cum dolo, & non ad Principalis commodum alienat *l. creditor 60. §.Lucius ff.mandati Rota Rom.*poſt *Cenc. dec.190.* Imo habens liberam bonorum adminiſtrationem quamuis poſſit dici,quod habeat alienandi poteſtatem, *l procurator, cui 58.ff.de procurat.* Tamen id intelligitur quatenus exigit vtilitas illius, cuius ſunt negotia,nam procuratores cum libera adminiſtratione non in hoc dantur, vt patrimonium minuatur,ſed vt augeatur, minuitur tamen per alienationes, ſola excepta permutatione, quæ facit, vt nihil videatur abeſſe domino, qui vice permutati dominij tantundem accepit *l. ſ.d quod 71. ff.de leg.2.*vt loquitur *tex.in d.l.procurator,cui* ſunt verba *Ant.Fabri in Rational.ſuper Pandect.in l.procurator totorum 63.ff.de procurat.* Quæ omnia fuerunt habita pro vera in noſtro S.R.C. in cauſa verrente inter DD.Troianum Marulo hodie Ducem Ciuitatis Aſculi cum Ioſepho Amodeo,& Franciſco Guerriero relata per Dominum Iudicem Meritiſſimum *D. Carolum Brancaccium* omnibus numeris abſolutiſſimum, in dicto S.C.in Aula *D. Scipionis de Martino* cum interuentu incõparabilis D.Præſidentis illius Tribunalis, nam cũ fuiſſet facta venditio,& ceſſio à procuratore cum talibus poteſtatibus fuit habita pro inualida dicta ceſſio,& fuit factum ſequeſtrum die 8. Iunij 1679. quamuis per M. C. V. fuiſſet datus terminus in cauſa, & ordinatum præſtari cautionem reſpectu prætenſorum per dictum D.Troianum conſtituentem, & impugnantẽ dictam ceſſionem ex defectu poteſtatis, patrocinia præſtante pro dicto D.Troiano *D. Laurentio Sandalario* Aduocato nemini ſecundo, & meo domino ſingulari.Proceſſus eſt in M.C.V.in banca Caſtaldi.

26 Et ſic in huiuſmodi mandato generali non venit, vt quis poſſit contrauenire factis per dominum,nec rumpere fidem *Crau.conſ.54.Mendoſ. de inhibit.q.61.num.5.*

27 Bene tamen procurator habens mandatum ad aliquid faciendum, poteſt etiam ea facere, quæ ſpeciale mandatum requirunt, & ſunt neceſſaria ad eius expeditionem ex *tex. in l. non cogendum, §.ſi procuratori ff.de procur.Seyſſell.in l.2.col.2. in fin.ff.de iuriſd.omnium iudic.Bar.& Alex.in l.cum procurator,in princ.ff.de noui oper. nunciat.D. Vargas Machuca dec.10. num.5.* Cum in mandato
28 veniant connexa, & contigua mandato *l.ad rem mobilem* vbi *DD. omnes ff.de proc. Vrſill. ad Afflic. dec.285.num.13. & 19.Conſ.Theodor.alleg.96.n. 15.Maſtrill.dec.204.num.3. & ſeqq.* Et conſuetà
29 *l.pignore §.ſi creditor ff.de pignor.act. Mut.in cap. Sicil.cap.57.num.181.col.3.Vrſill.ad Afflic.vbi ſup. Ruin.conſ.108.nu.9.vol.4. Theod. vbi ſup.per tex. in l.vel vniuerſorum ff.de pignor.act.Sard.dec.213. num.4.Ruger.conſ.39.nu.15. 24.* poſt alios *Golin. p.2.cap.4.num.32.37.& p.2.cap.5.n.21.*

30 Veluti procurator conſtitutus ad vendendum, poteſt pretium recipere,vel,ſi ei videbitur,fidem de pretio habere *l.iam tamen §. fin.ff.iud.ſol.*de qua re late diximus *in obſ.ad conſ.41. nu.11. 31. ſeqq.lib.3.R.Rouiti,* & dicemus *q. 26.* Vel conſti-
31 tutus *ad tranſigendum,remittendum,&c.*poſſet in inſtrumento tranſactionis, & ceſſionis apponi facere omnia pacta etiam poenalia, licet ſuper hoc,ſpeciale mandatum non habeat. *Ang.in l.bene a Zenone col.1.C.de quadr.præſcript.Curt. iun. conſ.147.num.16.Gratian.diſcept.950.nu.13.* per *tex.in l.ſi fundus venierit ff.de euict. Euerard. in topic.in loco ab vſitato.*

32 Quę dicantur connexa explicat *Mant.dialog. 6.Papienſ.in form.inquiſit.gl. ac ab eis dependentibus Mox.de mandat.col.4.num.14.*Sic procurator
33 habens mandatum ad producendum teſtes, habet facultatem vtique ad publicari faciendum *Bal.in rubr.C.de ſentent.ex breu. recit. Caualc.de brachio regio* verb *procurator. in repert.*

34 Pariter procurator ſpecialiter conſtitutus à perſona priuilegiata ad eligendum forum,poteſt etiam iurare per horreſcentiam ad terminos noſtræ *conſtit.ſtatuimus Carauit.rit.228. nu.20. Maſcard.de probat.conclus.1165.num.13.* vbi etiam dicit quod procurator excedens mandatum non obligat ſuum principalem, niſi id quod exceſſit, eſſet conſequutiuum mandati, aliàs excedendo mandatum,procurator dicitur falſus, ac præuaricator,vt diximus *ſup.& nu.13.& ſeqq.*ponit plures caſus,in quibus valent geſta per falſum procuratorem.

35 Sic etiam procurator habens mandatum ad actum extraiudicialem, intelligitur habere mandatum ad comparendum in iudicio pro tali actu, & hoc ratione connexitatis per *tex.* notabilem *in l.non cogendum §.fin.ff.de procur. Golin. p. 2.c. 4.num.36.& 38.*poſt *Spec.tit.de proc.§.1.ver.pen. num.38.Bouer.ſing.26.*verſ *procurator num.25. per not.tex.in cap.generaliter 5.de proc.in 6.Ruger.coſ. 2.n.135.Bar.in l.ſi vnius §. procuratorẽ ff.de iniur.*
36 Et habens procurationẽ omnium bonorũ, habet poteſtatem deducendi rem in iudicio, & agendũ

per

per tex.notab.vbi *Bar.in l.ſed ſi vnius §. procuratorem ff.de iniur.& l.nam & nocere ff.de pactis.* Et
37 hoc ſicet rem in iudicio deducere ſit alienare *l.ait prator ff. de iure deliber.* vbi hoc tradit *gl.* in
verb. *actiones.* Et alienare nullo pacto poſſit pro-
38 curator *Bal.in l.procuratorem C.de procur. Sebaſt. Medic.de reg. Iur.reg.1.nu.65.ver.5.*
39 Procurator ad fideiubendum, & ſimiliter, poteſt renunciare beneficijs ſuo principali comparentibus, deciſum refert *De Angel ad Gizzarel. dec.74.num.16 Menoch.conſ.203.num.29.& ſeqq. Salazar. de conſuet.num.8.& ſeqq.Nig.de laud.lib. 1.q.41.Gallerat.de renunciat.lib.3.cap.5.num.11. verſ.quare Noguerol.al.eg.2. num.67.Olea de Ceſſ. Iur.tit.5.q.4.num.17. & ſeqq.* diximus ad *R.Rouit. conſ.41.nu.35.lib.3.* vbi *nu.36.* ſecus eſſe diximus ſi tales renunciationes ſint inſolitæ poſt *Gallerat. de renunciat.lib.3.cap.5.nu.11.R.Latr.conſult.92. nu.25.*

Et conſtitutus *cum libera* ad capiendum mutuũ poteſt illud capere cum cambijs, ea ratione quia pecuniæ gratis non reperiuntur, & ſolent capi ad cambia, ideo procurator poteſt contrahere iuxtà mores regionis poſt *Rom. Barb. Felin Bal. Ruin.Tuſc.& alios Maſtrill.dec.204.nu.7.R.Ponte conſ.53. num.17.18.* diximus ad *R.Rouit.d.conſ. 41.num.37.*
40 Clauſula: *promiſit habere ratum, & firmum quid quid per procuratorem geſtum fuerit* non eſt potens inducere mandatum cum libera *gl.in l.ſi procuratorem ff.de procur.Barboſ. clauſ.35.nu. Seraphin. dec.218.num.4.Cyriac.contr.178.nu.57.Valeron. de tranſact.tit.4.q.5.nu.41.Abruz.in lect.practicab. fol.mihi 132. num.126.* vbi dicit ubi non videri tutam opinionem *Maſtrill.dec.204.num.1.* dicentis haberi mandatum cum libera, ex quo conſtituens voluit procuratorem poſſe obligare omnia eius bona, nam illa clauſula vti acceſſoria ad mandatum non mutat naturam mandati, ſed potius ſequitur naturam ſui principalis, quidquid dicat *D.Machucha dec.10.n.4.* tenens per dictam clauſulam induci mandatum cum libera, *Far.ad Couar.lib.1.cap.6.nu.34.* Et ex prægnantia clau-
41 ſularum mandati, non reſultat mandatum cum libera, vt contra *Bar.in l.procurator, qui pro euictione num.3.ex Beruo q.25.num.5.* deciſum refert *Seraphin.dec.1124.nu.3.*
42 Mandatum cum libera factum procuratori ad lites, reſtringitur ſolum ad gubernationem litis, & inſtantiæ, & non cauſæ, & poterit facere talis procurator cum libera, vtilia pro domino, vt latè probat *Maſcard.de probat.conclu.1314. nu.9. Grat.an.diſcept.196.* Sed nõ poteſt tranſigere, liue-
43 rare, remittere cedere, donare, aut quid ſimile facere in præiudicium domini *Bar.in l. qui Roma §. callimachus num.2. l.filius fam. §. videmus ff. de donat. Eſcob.de ratiocin.cap.19. num.28. Gratian. diſcept.396.num.14.Muta in cap.Sic.cap.66.num. 26.lib.3.Coſta in praxi conuent. p.2. clauſ.61.Gelin.de procur.p.2.cap.4.num.25.Fab.in C.lib.4.tit. 28.diffin.5. D. Staiban. reſol.153. D. Piet. in tit. 205.nu.24.Abruz.in lect.fol.233.nu.121.* de qua re dicemus *infra q. ſeq.* Et ſic ſi confiteatur habuiſſe pecuniam, quam non recepit, domino non præiudicat, ex quo talis confeſſio donationis na-
turam ſapit *Tiraq.de retractu.conuent. §.4. gl.6. num.11.& ſeqq.Caual.de tut.& curat.n.324. Maſcar.de probat.concluſ.361.nu.7.Rot.apud Merlin. dec.7.nu.7.* & ità deciſum refert *Abruz. ibid.* vbi *num.223.* limitat ſi donaret, putà renunciando vſuras in fauorem animæ conſtituentis *l.filius famil.verſ. quid ergò ff.de donat.* vbi *Roman.* ea ratione quia talis non eſt propriè donatio nec eſt perdere in caſu poſito, ſed lucrari, & *num.ſeqq.* alia *Abruz.* ponit.
44 Niſi etiam ſit conſtitutus ad tranſigendum, remittendum, &c. *Mon.de contract.tit.de mand. ordin.4.num.35.* dicemus *q.ſeq.*
45 Alij habent mandatum generaliſſimum, & eſt quando fuit procurator conſtitutus cum clauſula *Quod illud poſſit extendi à quocumque Notario*, &
46 eſt ac ſi adeſſet clauſula: *pro expreſſis Card. Mantica de tacit.lib.7.tit.16.num.28.Conſ.Staib.iun.in additi.ad conſ.Staiban ſenioris 37.num.2.* R.*Rouit. in pragm.in rubr.de procur.num.63.Gratian.diſcep. 274.num.8.* Et ità practicari in hac Ciuitate
47 Neap. ab his, qui recedunt ab ipſa Ciuitate relicto procuratore generali, quem procuratorem Notarij Neapolitani vocant *mandatum generaliſſimum ad omnia, & cætera*, ſub qua dictione comprehendi omnes poteſtates tradit *R. Rouit. vbi ſup. d.n.63. Seſſe dec.81.* meminet *Golin. de proc.p.2. cap.4. num.39.* Praxis extendendi eſt,
48 quod procurator ad Notarium accedit, & illi dat poteſtatem extendendi poteſtatem, qua caret & opus habet, & deinde idem Notarius fidem facit de tali poteſtate, vt vidi millies practicatum.
49 Alij demum habent ſpeciale mandatum, & eſt illud quod reſtringitur ad vnum, vt tradit *Rimin. in §. 1. Inſtit. quibus alien.licet vel non. num.19.*
50 quando ſcil.caſus mandati, & poteſtatis datæ à principali conſtituente ipſi procuratori, exprimitur in mandato, putà ad comparendum, iurandum, tranſigendum, alienandum, permutandum, &c. *Mozz.de contract.tit.de mandat.ordin. 4. nu. 7.l.1.* vbi *Caſtr. num.4.* poſt *gl.ibi verſ.omnium rerum ff.de procur. l.ſi procurator ad vnam ſpeciem C.eodem l.ſi quis aliquem §. ſtipulationum ff iudic. ſolu.Cauall.q.134.nu.2.Olibon de action.lib.1.p.2. cap.16.num.11.* Verum ſi dicatur. *ad alienandum*
51 *talem rem*, vel *ad tranſigendum cum tali perſona, pro tali quantitate, & talibus pactis* tunc dicitur mandatum ſingulare, vt dicit *Vant.hic nu.96.* quẽ ſequitur *Golin.p.2.c.4.n.40.*
52 Diximus *ſup.* habentem generale mandatum, non poſſe facere rem requirentem ſpeciale mandatum. Nunc limitamus, ſi in mandato generali ſit expreſſus aliquis caſus, qui requirit ſpeciale mandatum, nam eo caſu veniunt omnia alia requirentia ſpeciale mandatum *Anchar.in rubr.de reg.iur.in 6.q.4.Beratacbin. in repert. verb.procurator conſtitutus num.26.Alex.in l.fin.nu.4.ff. quod quiſque iur.Ruin.conſ.60.num.7.8. vol.4.Lupus, & alij in cap.qui ad agendum §.1.de proc. in 6. Surd. conſ.294.num.2.& ſeqq.lib.2.Oliban.de action.lib. 1.p.2.cap.16.num.19. Staib. iun. ad ſeniorem conſ. 37.num.16.Couar.lib.2.var.cap.5.num.8.* nam ſat eſt in mandato aliqua exprimi, quæ mandatum exigũt ſpeciale, adiecta clauſula generali in hunc

modum, & ad omnia alia requirentia mandatum ſpeciale, vt per *Couar. lib. 1. var. cap. 6. nu. 2. verſ. quartò*, vbi *Faria num. 21.*

53 Exemplum eſt in procuratore conſtituto ad negotia, *præterquam ad iurandum*, nam cenſetur conſtitutus ad omnia alia requirentia ſpeciale mandatum. *Felin. in cap. qui nam frequenter nu. 2. cum ſeqq. Vt lite non conteſt. Euerard. in topic. in loco ab exceptione ad reg. a nu. 2. cum ſeqq. Cagnol. in l. 1. num. 34. ff. de reg. iur. Mantica de tacitis lib. 7. tit. 16. num. 29. cum ſeqq. & num. 33. Mil. in repert. verb. procurator expreſſe*; cum alias ea reſeruatio nihil operari poſſet, & inutilis redderetur. *Fontanell. de pactis nuptial. clauſ. 4. gl. 21. p. 2. nu. 37. lib. 1.*

54 Contrà tamen in hoc tenent alij, vt ſcil. ſi quis ſit conſtitutus procurator ad faciendum omnia, præter quam ad iurandum, vel petendum reſtitutionem in integrum (quorum vtrumque requirit ſpeciale mandatum) tunc non cenſetur conſtitutus ad alia requirentia ſpeciale mandatum. *Petr. Anchar.* poſt *Laſ. in cap. qui ad agendum col. 1. verſ. 3. nota de proc. in 6.* & *in cap. 2. col. 2. verſ. quæro Epiſcopus de offic. Vic. in 6.* vbi dicit quod ſi Epiſcopus conceſſit Vicario, vt poſſit omnia quæ ipſe Epiſcopus, facere, excepta collatione beneficiorum, non poteſt tamen alia facere quæ ſunt reſeruata Epiſcopo, niſi fuerint expreſsè de mandata *Aret. conſ. 8. in fine*, vbi id dicit procedere ſiue ea exceptio non compræhendatur ex proprietate ſermonis, ſiue ex mente legis reſtringentis verba ipſius legis, vel ſtatuti, & iterum *conſ. 147. col. 2. Socc. conſ. 47. col. 2. lib. 2. verſ. ſed hanc Gozadin conſ. 26. num. 48. Rebuff. in tract. exceptiva. num. 24.* Nam exceptio venit ad diminutionem regulæ, ideo non debet operari augumentum *l. legata inutiliter ff. de leg. 1.* nec igitur debet includere caſus, qui alias in ea non includuntur, quia licet exceptio firmet regulam non tamen eam extendit vltrà naturam ipſius *l. generali §. uxori*, & ibi *Bar. & Alberic. ff. de uſufr. leg.*

55 Mihi tamen pro reſolutione videtur dicendũ, rationem illam procedere cum facta fuit exceptio eius quod in regula continetur, nam tunc ea exceptio ſatis operatur, dum reſtringit regulam in eo, quod excipit, vt in caſu *d. §. uxori*, qui velut baſis eſt alterius ſententiæ. Verum ſi ea facta fuerit rei cuius piam, quæ in regula non continetur, tunc ne ea ſit inutilis, & ſuperflua debet intelligi, vt ampliet regulam ſecundam qualitatem ipſius exceptionis arg. *l. ſi quando ff. de leg. 1. & cap. ſi papa de privil. in 6. cum ſimil.* Et ideo in caſu noſtro excipiendo vnum caſum, in quo mandatum ſpeciale requiritur, declaratur regula, & ampliatur, vt omnia alia requirentia mandatum ſpeciale includatur, vt poſt ipſum quoque *Lapum* nuncupatim voluit *Dominic. in d. cap. qui ad agendum c. 1. verſ. ſed quæro de proc. in 7. Alex. conſ. 36. col. 1. lib. 6. Franc. Aret. conſ. 30. col. 4. verſ. ſed tamen Dec. in cap. conſultationibus ad fin.* per illum tex. *de offic. deleg. & in l. 1. col. 6. ff. de reg. iuris Lud. Gozadin. conſ. 26. num. 49.* latè *Tiraq. de retract. lignag. ad finem titul. num. 94. & ſeqq.* ad materiam *Faria ad Couar. lib. 1. var. c. 6. nu. 22.*

56 In mandato generali vigore clauſulæ *vt ſuppoſitæ, & ad omnes alias eius cauſas, &c.* comprehenduntur cauſe beneficiales, quia aliqua ſpecialitate non egent, vt per *Ægid. dec. 5. Rot. dec. 375. in nou. Mil. in rep. in verb.* procurator *poteſt eſſe laicus Lap. alleg. 69. Vant. hic num 93.* quidquid dicat *Rot. dec. 789. in antiq.* Et licet aliqui teneant
57 contrarium, vt ſcil. in cauſis ſpiritualibus, beneficialibus, & matrimonialibus non ſufficiat generale mandatum, ſed requiratur ſpeciale, *Lap. alleg. 70. num. 6. Rom. in ſing. 619. num. 1. Alb. & Felin. in cap. cum ad de offic. Iud. deleg. Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 2. q. 44. num. 6. Ioann. in . . . cap. 21. num. 94. lib. 3. Canil. inter . . . verſ. conſ. 20. nu. 1. lib. 1. Rot. dec. 35. de procur. in antiq.* Ta-
58 men illa opinio non eſt tuta, nec vera, nam hoc in iure non reperitur cautum, & contrarium ex profeſſo deciſum fuit per *Rot. dec. 25. de proc. in nou.* vbi articulo plenè diſcuſſo, dictum fuit ſufficere mandatum *ad omnes cauſas motas, & mouendas*, cum etiam iſta ſit cauſa, & proinde ſub tali mandato comprehendatur, & ibi *Add.* inquit non obſtare *dec. 35. de proc. in antiq.* quia ibi nihil allegatur, & idem tenuit *Beltram. dec. 5. num. 1. Mandoſ. ad d. alleg. Lap. in verb. beneficialis*, vbi ait ita vidiſſe ſeruari, & iterum in *Reg. Concellar. 31. q. 4. num. 18. Rot. in Rom. Cappellaniæ 16. Maij 1626. coram Pirotto Lotter. de benefic. lib. 2. qu. 20. à nu. 229. cum ſeqq.* vbi dicit, *Rotam* ſemper amplexam fuiſſe hanc opinionem late *Sperell. dec. 95. nu. 14. Grauian. diſcept. 738. n. 26.*

59 Sed an charta alba, & vacua a parte ſubſignata, & ſubſcripta, ſed non conſcripta, loco mãdati ſufficiat, difficultas non parua eſt. Nam quod non ſufficiat tenent *Caſſan. ad conſuet. Burg. tit. de Iuribus maritatis pert. §. 5. col. 3. num. 8. Boer. dec. 274. num. 3. Franc. Marc. dec. 990. num. 3. & 4.* vbi notandum dicit contrà Principes, & Prælatos, qui ſæpe dant tales ſchedulas ſigillatas eorum nuncijs, & procuratoribus, vt ſcribant in eis ſecundum terrarum, temporum, & locorum indigentiam, quod etiam approbauit Chriſtin. 2. Elector Saxoniæ per *conſtitutionem*, vt dicit *Berlich. concluſ. 14. num. 92. tom. 1.* Et eſt adeò vera hæc
60 concluſio, vt illa procedat, etiam ſi quis verbis expreſſis in ſubſcriptione ſua ſubiecerit, hoc eſſe mandatum in tali, vel tali cauſa, nam & in hoc ſuſpicio falſitatis militat. *Franc. Marc. d. dec. 990. num. 3. ſub fin.* Et tales chartæ vacuæ ſunt res periculoſæ, pernicioſiſſimæ, & mali exempli ſuſpicione non carentes *Nicol. Fonthem. lib. 4. de arte Notariat cap. 11. num. 70. Martin. Mager. de Aduocat. Armata cap. 9. num. 86. & ſeqq. Eoer. dec. 88. Kirchner. lib. de offic. & dignit. Cancellar. cap. 4. nu. 30. & lib. 4. cap. 2. num. 75. Heping. de Iure Sigill. cap. 6. §. 2. nu. 68. & ſeqq.* vbi concluſionem illam veriſſimam cum politicis, & hiſtoricis, firmat.

61 Et quod ſcripta in charta alba non probent nec quicquam in præiudicium ſcribentis operentur, nec ſubſcribentem obligent, dicunt *Innoc. in c. 1. de fide inſtrum. Bal. in auth. ſi quis in aliquo C. de edend. num. 13. Iaſ. in l. 47. §. Lucius ff. de pactis nu. 4. & in l. ſi iſta §. Chryſogonus ff. de verb. obligat. num. 13. Caroc. dec. 5. num. 10. & Keppen. dec. 46. num. 27. Oler. de proceſſ. execut. p. 3. cap. 1. nu. 129. & ſeqq.*

& ſeqq.Rocc.dec.274.num.3.Herring.de fideiuſſ.cap. *11.num.103.Maſcard.de probat.concluſ.1348.nu.* *16.& ſeqq.Ruin.conſ.22.num.5.vol.2. Rebuff.de chirograph.& ſchedul.recognit.in præfat. num.101.* *Menoch.lib.3.præſ.66.nu.7. Azeued.in l.5.tit.21.* *num.8.& 9.lib.5.recopil. Gait. de credit.c.2. tit.6.* *num.1156.Gratian.diſcept.162.num.1.& ſeqq.*vbi dicit, per ſubſcriptionẽ in charta vacua antequã daretur laudum non fieri præiudicium ſubſcribẽti,nec cenſeri approbatum laudum *Anna ſing.27.* vbi *addit.*Et ratione, quia non præſumitur quis habuiſſe noticiam ſcribendorum in ea, niſi probatum fuerit, vel ex præſumptionibus conſtet ſubſcribentem eiuſmodi notitiã habuiſſe *Caball.* *conſ.11.num.2.7.8.Gonzal.ad reg.8.Cecell.gl.60.* *num.17.Rot.apud Seraphin.dec.973.alia dec.* *Rota* relata,& ſequuta per *Merlin. de pignor. lib. 1.tit.* *3.q.33.num.6.* Nec videtur iactare ſuum ad *tex.* *in l.cum.de indebito in princ.ff.de probat.*poſt mille dicit *Hoping. vbi ſup.nu.108.& ſeqq.Golin.de procurat.p.2.cap.5.nu.225.& ſeqq. Rota dec.308.* *p.13.rec.Vela diſſert.25.nu.36.Add.ad Burat. dec.* *419.Merlin.dec.90.num.7.*

62 Nam licet ſubſcribens obligetur, ac ſi manu propria omnia ſcripſerit *Angel. in l.ita ſtipulatus* *§.Chriſogonus ff.de verb.oblig.Stracca de merc.tract.* *de adiect.d. num.4.Cancer.var.tit.de compſer.c.22.* *Rot.Genu.dec. 65. num.1. Genua de ſcript. priuat.* *lib.1.num.130.*& eſt *tex.in l.fideiuſſor. §. pater ff.* *de pignor.l.ſicut §.non videtur ff.quib.modis pignus* *vel hypot.ſolu.l.ſi ego §.dotis ff.de Iur.dot.D.Ioſeph.* *Nigno de albar.ſeu chyrograph.Mercator. in præfat.* *num.9.& 10.Cald.de empt.& vendit.c.6.*

63 Cum præſumatur habuiſſe notitiam contentorum in ſcriptura *Bar. in l.1. §.ſi quis neget ff.* *quemadmodum teſtam. aperiant Carpan. ad ſtatut.* *Mediol.tom.1.cap.42.num.37.& cap.45.num.32.* *Menoch.conſ.123.num.9.tom.1. & conſ.456.num.* *1. & conſ.260.num.32.& conſ.639.num.10.& de* *præſumpt.lib.3.præſ.66.Sim.de præt. conſ. 26.num.* *8.tent.1.lib.1.Cancer.var.lib.1.cap.22. num.2.&* *3. Scacc.de Iudic.cap.31.num.1203. Franch.dec.* *305.nu.5.Gait.de credit.cap.2. tit.8. num. 2793.* *Auendan.de metu cap.8. nu.163. lib.1.* Cum ſub-

64 ſcribere idem ſit ac ſcribere quo ad conſenſum inducendum *Cald. d.c.6.num.15.Cancer.var.d.c.* *22.Genua de ſcript.priuat.nu.139. lib.2. Menoch.* *d.præſ.66.nu.23.& ſeqq.* vbi aliquas limitationes adducit ex *tex. in l.pluribus ff.de verb.obligat.*

65 Tamen ſecus eſt in ſubſcribente cedulam vacuã, vt diximus,nam tunc debet eſſe ſubſcribens certioratus de ijs,quæ in ſchedula ſubſcripta eſſent ſubſcribenda *Azeued. in l.16.tit.10.n.12.lib.* *5.recopil.* Vnde ipſe *in l.13.tit.25.lib.4.recopil.*dicit fuiſſe mãdatum, quod Tabelliones prius partibus ſcripturam legant, quam partes eas firment *Auend.de metu cap. 8. num.163. in fin.* adducens *Oltrad.conſ.329.col.vl.& Ceraſc.conſ.197.nu.14.* Et ſic recognoſcens ſubſcriptionem factam in folio albo,non ſe præiudicat in contentis in dicta ſcriptura *Gait.de credit.c.2.tit.8.n.2626.*

66 Idem eſt etiam ſi folijs albis ſit appoſitum ſigillum *Bal.in l.2.per illum tex.C.de reb.alien.non* *alien. Menoch.d.conſ.113.num. 4.& ſeqq. Maſcard.* *concluſ.1302.num.49.Auendan.d.cap.8. nu.164.* poſt hos, & alios *D. Prat. obſ.21.*

67 Benè tamen ignorantia ſcriptorum in charta alba non præſumitur,ideo aſſerentem ſcripturam vacuam à ſe conſignatam,illud probare debere *Coſta de facti ſcient. & ignor. diſt.45. num 2.* poſt *Gabriel.& Maſcard.de probat.concluſ.1341.n.17.* *& ſeqq.Hoping.d.cap.6.num.114. & 115. & ſeqq.* *Gait.de credit.c.2.tit.8.n.2628.*

68 Limitatur tamen *ſup.*poſita concluſio, ſi quis folio albo ad alium finem,putà ad pecuniam accipiendam,& obligationem deſuper faciendam clam, & inſcio creditore, vſus fuerit, nam tunc dominus ex illo tenetur, & ſibi imputare debet, quod tam incautus fuerit,& folium album alicui crediderit, vt pulchrè conſuluit *Ang.de Vbald.* *conſ.370.num.1. & ſeqq.*

69 Sic etiam ſi mandatarius ad eiuſmodi folij albi executionem impetrauerit, vel alium actum etiam aduerſario præiudicialem in iudicio exercuerit,& poſteà ſciente, & conſentiente domino illud folium album compleuerit, & integrum mandatum cum ſuis clauſulis in eo ſcripſerit, aduerſarius illum actum ex defectu mandati, vel capite nullitatis impugnare nequit,ſed proceſſus valet,nam ab initio folium illud album ad mandatum eſt datum,& radix mandati nõ deficit, ſed ſubſiſtit,merito valet *Angel.de Vbald.d.conſ.370.* *num.1.poſt med.verſ.ſed vbi tradit.* Sic etiam ratihabitio Domini ex poſt facto ſubſecuta ſufficit, & mandato æquiparatur *l.vl. C. ad S. C. Maced.* quanto magis in hoc caſu, quo à principio per ſubſcriptionem chartæ vacuæ mandatum fuit datum, & ſic deciſum refert per ſuum Senatum *Beelsch.d. concluſ.14.n.96.*

70 Limitatur etiam ſi ſubſcribens folium album, recipiat, deinde illud ſcriptum, & penes ſe retineat aliquandiù,nam tunc videtur inſpexiſſe, & approbaſſe *l.non eſt ſecundus ff.de tranſact. l. 2. §.* *inſpectio ff.quemadm.teſtam. aper. l.ſi filius 2. ff.ad* *Maced.Hoping.d.c.6.n.116.*

71 Si etiam ſecus eſt ſi probetur, ſubſcribentem notitiam habuiſſe eorum, quæ ſcribenda erant, vel aliter ex præſumptionibus, & facti circumſtantijs id deprehendi poſſit.*addit. ad Burat. dec.* *419.num.4.*

72 An clauſula *Alter nos* vel *Alter ego* poſita in mãdato aliquid operetur? Et videtur dicendum operari,vt omnia poſſit quæ poteſt ipſe conſtituens, nam per dictam clauſulam conſtitutus eſt eadem perſona ac conſtituens, vt de Prorege *Ramirez* *de lege reg.§.11.num.3.Beuat.in ſpec.viſit.c.9. n.1.* *& 2.Ripol.de regal.cap.11.num.27.Fontanell.dec.* *433.nu.18.Solorz.de Iure indiar.tom.2.lib.4. cap.* *9.nu.6.7.*poſt alios *Cortiad.dec.10.n.3.& ſeqq.*

73 Tamen in contrarium eſt veritas, vt ſcil.non poſſit facere aliqua, quę ſunt conſtituenti reſeruata,& ſunt grauia, & inſolita concedi in mandato,ideò appoſita à D.Rege in litteris Patentibus officij Proregis non operatur, vt poſſit Prorex facere ea,quæ ſpectant ſolum ad Regem,nam licet ipſe poſſit facere,quæ poteſt Rex *Milanenſ.* *dec.56.num.72. & ſeqq.Maſtrill.de Magiſtr.lib.3.* *cap.10.num.12.*Tamen illa clauſula magis ad decorem, quam ad exercitium dicitur appoſita, & ſic ex tali clauſula non poſſe viſitare Officiales

perpetuos, nam talis poteſtas eſt de reſeruatis Regi, & de ijs, quæ in generali conceſſione non veniunt, *cap. quod translationem* vbi *DD. de offic. legati Bal. in l. placet la 1. num. 14. C. de ped. iudic. Menoch. conſ. 604. nu. 8. Surg. de Neap. illuſtr. lib. 1. cap. 22. nu. 6.* vbi *Mut. frater in addit. fol. 369.* & ita fuit declaratum per D. Regem Philippum II. immortalis memoriæ, vt refert *D. R. Tap. dec. 3. Senat. Ital. num. 20. & ſeqq. & dec. 23. nu. 51.* De prerogatiua Proregum eſt *Certiad. d. dec. 10. lib. 2. D. Vuloſa differt. 3. num. 61. & ſeqq.* vbi infinitos DD. allegant.

SVMMARIVM.

1 *In committendo, vel vbi procurator vult facere actum, per quem dominus incidat in poenam, requiritur ſpeciale mandatum.*
2 *Procurator non poteſt præſentare inſtrumentum.*
3 *Ad faciendas nominationes extra regnum requiritur ſpeciale mandatum.*
4 *Quomodo probetur mandatum ſpecificum? & nu. 5.*
6 *In emittendo procurator poteſt præiudicare domino.*
7 *Ad contrahendum matrimonium requiritur ſpeciale mandatum, & à n. 8. ad n. 16.*
17 *In acceptatione beneficij, & n. 18. 19.*
20 *In cauſa ſuſpecti tutoris, & 21.*
21 *Ad petendam reſtitutionem in integrum, & à nu. 22. ad n. 31.*
32 *Ad prorogandam Iuriſdictionem alicuius iudicis, & a n. 33. ad n. 37.*
38 *Ad exigendum, à n. 39. ad n. 42.*
43 *Ad compromittendum, & à n. 44. ad n. 49.*
50 *Ad iurandum, & n. 51. ad n. 75.*
76 *Ad petendum abſolutionem ab excommunicatione, & n. 77.*
78 *In renunciatione beneficij, & n. 79. 80.*
81 *In ſpiritualibus quid?*
82 *In cedendo liti, & num. 83.*
84 *In præſtando fidelitatis iuramento.*
85 *Ad petendum aliquem incurriſſe caducitatem, & n. 86. 87.*
88 *Ad remittendum caducitatem, & à num. 89. ad num. 93.*
94 *Ad declarandum libellum obſcurum 95.*
96 *Ad tranſigendum, & a nu. 97. ad nu. 99.*
100 *Ad contrahendam cognationem ſpiritualem, & à n. 101. ad n. 103.*
104 *Ad adheundam hæreditatem, & 105. 106. 107. 108.*
109 *Ad petendam reſtitutionem fideicommiſſi.*
110 *Ad faciendam delarationem circa vſum teſtium, & ſcripturarum.*
111 *Ad petendam reductionem ad arbitrium boni viri, & 112, & 113.*
114 *Ad perficiendum inuentarium.*
Enumerantur caſus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum à n. 115. ad n. 392.

In quibus caſibus requiratur ſpeciale mandatum? & an ad dicendum de nullitate requiratur ſpeciale mandatum?

QVÆSTIO XXVI.

DIximus *ſup.* mandatum generale *cum libera* regulariter non extendi ad ea, quæ ſpeciale mandatum requirunt, & videmus maiorem partem proceſſuum, & ſententiarum annullari propter nullitatem prouenientem ex defectu mandati ſpecialis requiſiti in lite, & cauſa, Ideo congruum exiſtimauimus referre hic caſus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum, & diſputabimus: Si in proponendo nullitatis remedio, ſpeciale mandatum requiratur, vel
1 ſufficiat generale. Primo ſpeciale mandatum requiritur in committendo, ſcil. quotieſcumque procurator vult facere actum, per quem dominus ſeu Principalis poſſet incidere in poenam *l. ſi procurator ff. de condit. indeb.* vbi *Iaſ. & DD. in l. 3. §. ſi procurator, ff. quod quiſque iuris,* & ibi *Bar. n. 3. Rol. à Valle conſ. 71. num. 42. vol. 1. Surd. dec. 181. Menz. de contract. tit. de mandat. in 4. ordinat. nu. 47. Gratian. diſcept. 957. num. 2. & diſcept. 81. nu. 21. Menoch. de arbitr. caſ. 315. nu. 24. Cattar. dec. Gen. 54. nu. 7. Conſ. de Georg. alleg. 49. nu. 79. Magon. dec. Lucenſ. 51. num. 18. R. Rouit. in prag. 2. de arbitrie n. 22. Muſcatell. in praxi p. 2. gl. gradum n. 21. Mareſcott. var. lib. 2. c. 35. Barboſ. de diction. & clauſ. clauſ. 35. nu. 32. 43.* per *tex. in l. ſi creditor §. lu. ius ff. mandati Surd. de alim. tit. 9. q. 26. num. 112. Staib. iun. ad ſenterem conſ. 37. n. 19. Reg. de Ponte conſ. 131. num. 99. vol. 2.* vbi etiam tradit, nunquam mandatum extendi ad poenalia, & prohibita, niſi in mandato exprimantur *Fontanell. de pactis nuptial. cl. 4. gl. 15. nu. 31. cum ſeqq. lib. 1. Cancer. var. p. 2. cap. 14. de procur. nu. 5. & 7. Capic. dec. 67. nu. 2. Nig. de execut. rei iudic. cap. 7. §. 7. nu. 1. Barboſ. in repert.* verb. *mandatum Caſtill. dec. 168. Roſental. ad feudis cap. 10. concluſ. 4. num. 3. Pereira in Tractat. de reuiſ. cap. 11. num. 3.*

2 Sic procurator non poſſet præſentare inſtrumentum, quia faceret cadere dominum in poenã *Frecc. de liquid. Inſtrum. p. 11. q. 3. nu. 6.* quod credimus eſſe ex alia cauſa, nempè quia inſtrumentum non eſt ſtipulatum, & iuramentum præſtitũ de facie ad faciem per *rit. M. C. V. 166.* dicemus *infra.*

3 Sic requiritur ſpeciale mandatum ad faciendas nominationes vltrà marinas teſtium in terminis probatorijs, ad petendas reſtitutiones in integrum, quas in noſtro regno primum, & ſecundum beneficium vocamus, & petendum alias dilationes, alias ſi procurator petierit ſinè ſpeciali mandato, ſi per dilationem, punietur poena duc. 12. per *prag. 31. de offic. S. R. C.* quæ poena *per pragm. 8. de dilation.* eſt aucta ad duplum.

4 Quomodo probetur mandatum ſpecificum, & neceſſarium, vt procurator faciat cadere dominũ in poenam, ponit *Fontanell. vbi ſup. cl. 4. gl. 15. nu. 34. Ioſ. Ludouic. dec. Peruſ. 31. n. 3. Fontanell.* dicit, inter alios modos probandi huiuſmodi mandatũ, eſſe vnum ſi probetur dominum inſtrumenta tradidiſſe procuratori, quibus contrà alium iniquè egit, & in caſu non permiſſo, vt probat ex *Cancer.*

Digitized by Google

ten. vbi ſup. cap. 14. de proc. nu. 16. qui allegat *tex. à* contrario ſenſu in *l. in illa ſtipulatione 50. ff. de verb. oblig. n. 1.* ſed ipſe *Fontanell.* allegat *Bal. in cap. 1. nu. 16. vt lite non conteſt.* allegantem *tex. in c. 1. tit. vt lite non conteſt.* Quod limitatur quando in generali mandato datur procuratori facultas ad gerendum aliquid, vnde poſſit conſtituens in æqualem, vel maiorem poenam, incidere, nam tunc ex præſumpta domini voluntate benè potuerit agere talis procurator *Paz in praxi p. 3. cap. vnic. num. 8. Fereira de reuiſ. cap. 11. nu. 6.* Non ta-
5 men requiritur, vt procurator habeat ſpeciale mandatum ad faciendum cadere dominum in poenam, ſed ſufficere, ſi habeat mandatum ad illũ actum, abſque eo quod in ſpecie dicatur, vt poſſit facere cadere dominum in poenam, *Beaenten. dec. Bonon. 94. Caribar. dec. Gen. 54. n. 13.*

6 In omittendo tamen procurator poteſt præiudicare domino *Gratian. diſcept. 957. num. 2. Surd. dec. 181. nu. 3. De Georg. alleg. 49. nu. 79.* vbi aſſignat rationẽ, quia non debebat dominus eum negligentem eligere poſt *Felin. in cap. cum olim nu. 23. & 24.* vbi *Abb. de offic. deleg. Reg. Tng. dec. 5. C. 40. num. 20.*

7 2. Speciale mandatũ requiritur ad contrahendum matrimonium *gl. in cap. ad agendum* verb. *paciſci in med. cap procurator 9. de proc. in 6. Gratian. diſcept. 738. nu. 23. lib. 4. l. generali in prin. ff. de ritu nuptiar. Rot. Rom. in nouiſ. dec. 375. Sanchez de Matr. lib. 2. diſp. 11. nu. 3. Conink de eſſentia matr. dub 4. n. 67. Molin. de ritu nuptiar. lib. 1. comparat. 25. n. 6. 7.* qui dicit, neque ſpeciale ſufficere, ſed exprimendam perſonam, cum qua matrimonium contrahi debet. *Relan. conſ. 26. nu. 4. & 21. vol. 2. Virgil. de legit. perſon. cap. 16. n. 21. Caualc. q. 406. nu. 6. Ceued. collect. iur. can. p. 3. cap. 3. nu. 1. & ſeq. Barboſ. de clauſ. clauſ. 35. nu. 23. & in cap. 4. & vlt.*
8 *de proc. in 6.* cum in cauſis arduis, & grauibus ſpecialiſſima requiratur expreſſio *Clem. non poteſt c. de procuratore de elect. in 6. Caroc. in tit. de ſublocat. q. 32. nu. 15. Crau. conſ. 297. col. 5.*

9 Imò requiri mandatum indiuiduum, ſeu ſingulariſſimum dixerunt *Olibran. de action. p. 2. lib. 1. c. 16. num. 12. Mantica de tacitis lib. 7. tit. 2. nu. 25.* hoc eſt, vt dicatur in mandato: ad contrahendum matrimonium cum Berta, & non ſufficit mandatum generale ad contrahendum cum quacumque *Couarr. de ſponſal. p. 2. cap. 4. à nu. 8. Molin. vbi ſup.* vbi *à num. 24.* ſubdit hodie nouo Iure *S. Concilij Trid. ſeſſ. 24. de reformat. matr. c. 1.* ſublata nõ fuiſſe matrimonia per procuratorem.

10 Verba procuratoris debent concipi: *Titius te accipit in vxorem, me mediante, ex Hoſtienſ. in ſumma tit. de ſponſ. §. qualiter* verſ. *hoc tamen DD. in c. fin. de proc. in 6. Alex. conſ. 149. col. 1. vol. 5. Bonacin. de Sacram. Matr. q. 2. puncto 5. num. 11. tom. 1. Gregor. l. 5. verb. con mandado tit. 2. p. 4. Sanch. diſp. 11. nu. 6. Rebell. de oblig. inſt. p. 2. lib. 2. q. 5. num. 16.* Et tale matrimonium per procuratorem contractum eſſe ſacramentum, & conferre gratiam dicunt *Couar. d. p. 2. cap. 5. §. vnic. nu. 5. Sanch. d. diſp. 11. nu. 27. Rebell. d. q. 5. nu. 3. Molin. d. comp. 25. nu.*
11 *61.* Et etiam in ſponſalibus mandatum ſpeciale requiritur *Spec. tit. de proc. §. ratione col. 7.* verſ. *decimo quarto Mozz. de contract. tit. de mandato n. 52.*

12 Et iſte procurator non poteſt ſubſtituere *d. c. vl. de proc. in 6. Mozz. de contract. tit. mandati §. venio ad 4. nu. 11. Sanch. de matr. lib. 2. diſp. 11. nu. 5. Rebell. d. q. 5. nu. 1.* cum in arduis, & grauibus cauſis, eius induſtria cenſeatur electa, *Menoch. præſ. 38. nu. 1. & ſeqq. lib. 2. Molin. de rit. nuptiar. lib. 1. compar. 25. nu. 60.* Niſi hoc in mandato ex-
13 preſſim ſit dictum *Reg. Conſtant. in l. nullus 60. nu. 36. C. de decur. lib. 10. DD. ſup. citati Barboſ. in cap. vl. de proc. in 6. n. 6.*

14 Huiuſmodi procurator ad contrahendum matrimonium, non poteſt tractare cauſam dotis, *Lap. in cap. per veſtras notab. 3. nu. 21.* Sed quod
15 in cauſis matrimonialibus ſufficiat generale mãdatum, ad omnes cauſas, diximus *q. præced. n. 58.*

16 Et requiritur quod tempore contractus non ſit mandatum reuocatum, nam ſi reuocatum fuerit, quamuis ignorante procuratore, non contrahuntur ſponſalia valida, & matrimonium *c. vl. de procur. in 6.* vbi *Barboſ. Felin. in cap. ex parte decani nu. 9. cum ſeqq. de reſcript. Sanch. de matr. lib. 7. diſp. 11. nu. 6. & ſeqq. Mozz. de contract. tit. de matr. §. de naturalibus matr. nu. 32. Couar. de ſponſal. p. 2. cap. 4. nu. 9. Burg. de Pace conſ. 6. n. 8. Ceued. collect. 3. ad ſextum n. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gl. 63. nu. 37. & ſeqq. Franch. Molin. de ritu nuptiar. lib. 1. compar. 25. à n. 13.* Quod eſt ſpeciale in matrimonio cõtrà iuris regulam, quæ dictat, procuratorem conſtitutum ad negotia certiorem faciendum eſſe de reuocatione, vt ea probat *Clem. vnic. de renunciat. cap. ex parte de reſcript. l. ſi mandaſſem ff. mandati l. 1. §. fin. ff. de contrah. empt. Fla. de reſign. benefic. lib. 9. q. 25. n. 12. Gonzal.* vbi *ſup. nu. 51. Gratian. diſcept. 189. nu. 37. & diſcept. 191. nu. vl. Bertell. in ſumma deciſ. tit. 66. à n. 379.* ratio ſpecialitatis eſt, quia in cæteris contractibus poteſt ius ſupplere conſenſum contrahentium, quod non eſt in matrimonio, cum ex reuocatione colligatur deficere conſenſum conſtituentis, ſine quo matrimonium non poteſt conſiſtere. *c. gemma cap. cum locum de ſponſal.* late *Rebell. de obligat. iuſtit. p. 2. lib. 2. q. 5. num. 1. Molin. vbi ſup. nu. 16. & ſeqq. & nu. 19.* vbi ponit aliam rationem.

17 3. Speciale mandatum requiritur in acceptatione beneficij Eccleſiaſtici, *arg. cap. accedens, extra de prebend. & cap. ſi tibi abſenti eodem titul. in 6. Cardin. in clem. 1. q. 6. de procurat. Rebuff. in concord. tit. de electionis derogatione* in verb. *ſpeciale* verſ. *ſecundus caſus, & in tract. nomin. q. 14. n. 159. Barboſ. d. clauſ. 35. nu. 41. Rot. Rom. coram Cantuccio dec. 14. n. 5. p. 2. vol. 2. Couar. var. lib. 3. cap. 16. n. 4. Tramacinq. variis de procur. reſol. 13. num. 6. lib. 2. Cald. q. 6. n. 22. & ſeqq.* dicens non ſufficere mandatum *cum libera. Virgil. de legit. perſon. c. 16. n. 22.* qui dicit poſſe eſſe procuratorem laicum, vel clericum, ſed tutius eſt, eſſe clericum poſt *Io. de Selua tract. de benefic. p. 3. q. 55. & alios* Coniunctus ta-
18 men, licet namq; poſſit acceptare pro coniuncto *Cald. d. q. 6. nu. 25. & ſeqq.* Tamen poteſt cum cau-
19 tione rati. *Monetæ in tract. de optione canonic. c. 4. nu. 63. & ſeqq.* licet ipſe *nu. 62.* dicat poſſe acceptari, & impetrari beneficium pro alio ſine mandato, & ſic practicari dicat in Romana Curia *Nig. de execut. rei iud. c. 7. §. 2. nu. 10. & ſeqq.* vbi alia dicit *Barboſ. in repertor.* verb. *mandatum* vbi

di-

dicit ſufficere mandatum generale.

20 4. Speciale requiritur mandatum in cauſa ſuſpecti tutoris *Accurſ. in d. §. fin. verb. neque certis Inſtit. per quos agere poſſum. Angel. in l. non ſolum §. item ait, & §. ſed non facile ff. de procur.*

Quod eſt intelligendum non quo ad accuſationem ſuſpecti tutoris, quia cum ſuſpecti tutoris cognitio, quaſi publica omnibus pateat *l. 1. §. conſequens ff. de ſuſp. tuto. §. conſequens inſtit. eod. Vinc. Mancin. de tutel. & cura q. 8. princ. num. 7. Montan. de Iure tutel. cap. 36. reg. 7. n. 1. cum ſeqq.* Ideo non eſt dubium quemlibet poſſe interuenire *Beroius conſ. 151. n. 19. vol. 1.* Sed eſt intelligendum in tutore accuſato ex capite ſuſpicionis famoſæ ſi fuerit criminale iudicium intentatum non ſolum ad ipſum à tutela remouendum, ſed ad puniendũ, ità vt tractetur de illius famæ offenſione, nam eo caſu ad proponendas ſuſpicionis cauſas ſpeciale mandatum procuratorem habere concludendum: & ita intelligi debet *tex. in d. l. non ſolum §. ſed non ſolum facile* ibi: *quos ſuſpectus accuſabitur*, bene *Virgil. d. c. 16. num. 22. verſ. Quod ego.*

21 5. Ad petendam reſtitutionem in integrum requiritur ſpeciale mandatum, & ſecundum aliquo opus eſt, vt exprimatur in illo, cauſa, & perſona, cum qua lis eſt *l. illud 26. §. fin.* vbi *Bar. & alij ff. de minor. Accurſ. in d. §. fin. l. 1. C. etiam per procur. cauſ. in integ. reſtit. agi poſſ. Taſſon. de anteſ. verſ. 13. obſ. 1. nu. 48.* poſt alios *Couar. lib. 1. reſol. cap. 6. Maurit. de reſtitutione in integrum cap. 13. Cappel. Tholoſ. dec. 53. Bellamor. dec. 32. num. 2. Mſinger. obſ. 26. cent. 2. Sfor. Odd. de reſtit. in integrum qu. 32. art. 13. num. 48. & ſeqq. p. 2. Roman. ſing. 213. & 225. Hier. Treutler. diſput. Select. p. 1. diſp. 9. theſ. 8. Mantica deciſ. 11. num. 1. & 2. Decian. reſp. 18. num. 233. lib. 1. Golin. de procurat. p. 2. cap. 5. num. 16. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 1. tit. 66. num. 170.* ea ratione Cum non liceat procuratori factum domini impugnare abſque ſpeciali mandato *l. ſi hominem 30. ff. mandati Taſſon. de anteſ. verſ. 13. obſ. 1. nu. 48. Tuſc. lit. S. concluſ. 279. Menoch. conſ. 100. num. 293. & ſeqq. Virgil. de legit. perſ. cap. 16. num. 23. & cap. 2. num. 12. Barboſ. de clauſ. clauſ. 35. nu. 31. in cap. 4. nu. 9. de proc. in 6. Faria ad Couar. var. lib. 1. cap. 6. n. 3.* Nec etiam coniunctus ſine ſpeciali mandato petit reſtitutionem *Faria ibid. nu. 36.* vbi limitat in patre, coniunctoq; cui intereſt *D. Merlin. contr. 73. num. 10. lib. 1.*

22 Niſi reſtitutio in integrum non principaliter, ſed incidenter peteretur, quia tunc ſufficeret mandatum generale. *gl. in cap. ſuſcitata de in integrũ reſtit. Specul. de reſtit. in integr. §. 1. nu. 23. Aſſlict. in conſtit. beneficium num. 2. Bellamor. dec. 32. num. 2. Laurent. Chercu. commun. opin. concluſ. 36. Cent. 3. Couar.* vbi *ſup. nu. 2. Caſſador. dec. 2. num. 2. tit. de procurat. Fulgin. de Iure emphyt. tit. de ſolut. Canon. q. 3. num. 195. Add. ad Burat. dec. 190. Capell. Tholoſ. dec. 53. Mſing. obſer. 26. cent. 2. Anfrer. ad Capell. Tholoſ. d. dec. 53. Montan. de appellat. lib. 4. cap. 7. nu. 70. Maurit. de reſtit. in integrum cap. 25. Sforz. Odd. d. q. 32. art. 13. ſub nu. 69. Kalb. dec. 248. Tonnut. de præuent. p. 2. cap. 20. num. 9. & ſeqq. Cyriac. contr. 380. nu. 21. Steph. Gratian. diſcept. 337. n. 24. lib. 2. Golin.* vbi *ſup. nu. 17. Borrell.* vbi *ſup. num. 170. Vurmeſ. tit. 5. obſ. 9. nu. 2. Cald. de reſtit. in integr. verb. implorandum nu. 11. Virgil.* vbi *ſup. Faria ad Couar. var. lib. 1. cap. 6. num. 8.* vbi ponit rationem.

23 Cum tunc veniat in conſequentiam generalis mandati per *tex. in l. quoties C. de Iudic. Gratian. dec. Marck. 196. nu. 4. diſcept. 105. nu. 25. Mſing. obſ. 26. Barboſ. clauſ. 35. nu. 22. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 66. nu. 170. p. 1.*

24 Dicitur peti incidenter reſtitutio in integrum quando illa petitur infrà terminum appellationis *gl. & Abb. in cap. ſuſcitata* verb. *poſtulauit de in integr. reſtit. Couar. pract. lib. 5. cap. 6. num. 1. Grimald. ad Torregl. in praxi M. C. V. cap. 6. Golin. d. cap. 5. num. 22.*

25 Dicitur etiam peti incidenter reſtitutio, quãdo illa petitur aduerſus ſententiam latam pro actore, nam tunc procurator principalis non indiget ſpeciali mandato; Sed illud eſt neceſſarium quando reſtitutio in integrum petitur ab actore, qui ſuccubuit *l. illud §. 1. ff. de minor.* Ratio diuerſitatis eſt quia reſtitutio contra ſententiam latam pro actore venit quodammodo incidenter ex illis, quæ prius acta ſunt, in quibus incidentibus non requiritur ſpeciale mandatum *gl. in cap. ſuſcitata de reſtit. in integr. Caſſador. dec. 2. de procur. Mohed. dec. 2. eodem tit.* poſt alios *Mantica de tacit. lib. 7. tit. 22. nu. 25. Gratian. diſcept. 337. nu. 23. & ſeqq.* ſequitur *Golin de proc. p. 2. cap. 5. num. 27.*

26 Et poteſt peti per viam exceptionis, etiam poſt ſententiam per procuratorem generalem. *Faria ad Couar. lib. 1. var. cap. 6. n. 10. & ſeqq.*

27 Limita 2. vt ad petendam reſtitutionem ſufficiat habere mandatum ad agendum, defendendũ, & ſupplicandum, *Caſſador. deciſ. 1. de procur. Couar. pract. lib. 5. cap. 6. verſ. Tertio* vbi *Faria nu. 29. Canall. commun. contr. commun. q. 134. Golin. d. c. 5. nu. 22. Rolan. conſ. 26. in princ. lib. 2.* & ſufficere ad faciendũ omnia, quæ poteſt ipſe principalis *Taſſon. de anteſ. verſ. 13. obſ. 1. n. 48.*

28 Et ſufficit habere mandatum ad petendam reſtitutionem in integrum, quoties opus fuerit, licet non ſit in tali cauſa *Couar. d. cap. 5. nu. 2. Canall. q. 134. Cald. de reſtit. in integr. §. implorandum num. 6. & ſeqq. Faria ad Couar. ibi n. 13.*

29 Et nota, quod licet in petenda reſtitutione requiratur ſpeciale mandatum, vt *ſup.* diximus tamen non requiritur ad defendendum in cauſa reſtitutionis in integrum, vt ex *Caſtr. in l. quis proprio §. item quæritur de procur.* tradit *Menz. tract. de mandat. verſ. venio ad quartum nu. 23. & a nu. 12. ad 22. Golin. d. cap 5. num. 22. in fine Kig de execut. rei iudic. cap. 7. §. 6. nu. 104. Faria ad Couar. lib. 1. var. q. 6. nu. 60.*

30 Sic etiam Prælatus, tutor, curator, & aliȩ huiuſmodi perſonæ poſſunt ſine ſpeciali mandato petere reſtitutionem in integrum *Faria ſup. nu. 58.* Sic etiam procurator Principis, vel Reip. tãquam habens poteſtatem à lege poſt *Barboſ. Surd. Merlin. & Odd. Faria n. 31.* Et vbi dubitaretur de

31 validitate mandati, admittitur procurator cum cautione de rato *Faria ad Couar. d. cap. 6. n. 35.*

32 6. Ad prorogandam iuriſdictionem alicuius Iudicis, requiritur ſpeciale mandatum, cum ſit

tes

Digitized by Google

res magni momenti *cap. olim Abbaſ.extra de offic.* & *poteſt Iudic.delegat.l. reſcriptum §.fin.ff. de pactis l. procurator cui ff. de procurat. Pappon. arreſt. 16.lib. 7.tit.7. & arreſt. 17.18. & 19.Guid.Pap. dec.462.n.2.dec.285.n.2.Noſter.Vant.ibi n.102. Borrell. in ſumma deciſ.tom.1. tit. 66.n.171.Amat. deciſ.March.9.nu.57. Balb.deciſ.66. Tepat.tit.88. cap 7.col. 2. in fin. & 3. in princ. Laurent. de Iudice ſuſpect.cap.13.nu.139.Palma in diuerſ.Iur. ciuil.gl.23 num. 48.Golin.de procur. p.2.cap.5.nu.* 54. poſt alios *Conſ.Carleual. de iudic. lib.1. tit.1. diſp.2.q. 8. ſect.3.nu.1143.Guazin. defenſ.1.cap. 7.num.14.Scialoya de foro compet. cap.12.nu.122.* poſt alios *Nig.de executione rei iudic.cap. 7.§.6. nu.30. Virgil.de legit.perſon.cap.16.num.24.Fontanell. dec.376.num.11.tom.2.Caſtill.dec.6.num. 12. Cyriac.contr.383.nu.27. Rota dec. 27.nu.14.* poſt *Melium ad Caſtill.de alim.Tuſc.lit.P.concluſ. 932.Cancer.var.tit.de proc. num.31.R.Marin.lib. 1. reſol. cap. 66.num.7.* Vbi dicit procuratorem abſque ſpeciali mandato non poſſe permittere, vt Iudex procedat in cauſa non dato termino,ſi ſit neceſſarius , quia eſſet protogare eius iuriſdictionem.

33 Cum declaratione , quod ſi mandatum contineat clauſulam,vt procurator poſſit comparere coram quocumque iudice , tunc ſecus dicendum eſt. *Vant. ibidem nu.102. Borrel. vbi ſup.nu.172.*

34 *Virgil. vbi ſup.*Quod mihi non placet, nam per talem clauſulam intelligitur vt procurator poſſit comparere cotam Iudice idoneo,& competente, & non ſuſpecto *Golin. de procurat.p.2. cap. 5.nu. 99.Carleual. de iudic. tom.1.diſp.2.n.1143. Queſad. contr.37.nu. 61.*

35 Vel ſi eſſet procurator cum libera *Iacob. de Laurent.de Iudic.ſuſpect.cap. 54.nu.142. ex Vant. vbi ſup.n.87.Rota* poſt *Melium ad Caſtill.de alim. dec. 27.num.15.Cancer.d. tit. de proc. n.32.*quod non admittit *Carleual. d. ſect.3.num.1143.*dicens eſſe neceſſarium mandatum ſpeciale, non ſufficere *cum libera.*

36 2. Verum eſt poſſe procuratorem prorogare iuriſdictionem de re ad rem, de loco ad locum & de tempore ad tempus , ſecus de perſona ad perſonam.*Guid. Pap.ſing.962. Borrell. vbi ſup.nu. 172.Carleual.ibid.*

37 Eſt tamen verum,quod poteſt procurator prorogare iuriſdictionem abſq;mandato quãdo principalis notitiam habuit , & non contradixit , ex quo conſentire videtur,vt tradit *Pariſ.conſ.45.n. 25.vol. 1. Golin.de procur. p.2.cap.5.num.56.* vbi alia ponit *Scialoya d. cap. 12.n.122.*

38 7. Ad exigendum requiritur ſpeciale mandatum, cum non ſufficiat generale , quia ſolutio eſt ſpecies alienationis.*arg.l.qui hominem §.ſi nullo. §.ſi gener.in fin.ff. de ſolution. Guid.Pap. deciſ. 526 in fin. Capic. dec. 16. n.10. Franc. Marcuſ. dec.204. n.3. & 4. & dec.571.vol.2. Vrall.dec. 435.n.2.lib.2.Bart.in l.ſed ſi tantũ n.1.ff.de pactis,* vbi dicit ſolutionẽ nõ poſſe fieri procuratori dato ad agendum,ſiuè ad lites , ſed debere talem procuratorem petere debere quod debitor ſoluat domino: *Angel. Aretin.in §.1. ſub num.2. Inſtit. de his per quos agere poſſ.Ballon. deciſ. Genua 123. num.4.Virgil.d.cap.16.nu.25.Barboſ.d. clauſ.35. num. 16. Nouar.ad Franch.dec.699.* verſ.& *licet* diximus *ad Rouit. lib.3. conſ.41. nu. 22.* E contra conſtitutus ad recipiendum non poteſt agere in iudicio *Cald.de empt.cap.15.*

39 Sic conſtitutus ad exigendum fructus cenſus, nõ poteſt retrouendere ex natura cenſus,*Golin.de proc.p.2.c.5.n.214.Roman.conſ.446. n.7.Rota dec. 295 n.2.& ſeqq.p.4.diuerſ.& deciſ.373.nu.6.7.p. 1.recẽt.* Nec ſufficit mandatũ quantumuis ampliſſimis verbis conceptũ *Larrea dec.19.n.8. Giurb. obſ.69.num.7.Ciac. de cenſib. q.109. num.51. & ſeqq.* & poſt *Tract.dec. 186.num.1.Surd.dec.229. num.27.*Nec reducere cenſum ad minorem quãtitatem,puta à 10.ad 8.*Ludouiſ.dec.311.Merlin. dec.463.n.3.4.Rot.dec.147.*poſt *obſeruat.81.Mely Idem Melius obſ.106.num.3.*Ex eadem ratione ex natura rei conſtitutus ad locandum poteſt exigere penſionem , vt deciſum per S. C. refert *Franch.dec.699.* cuius meminit *Viſcont. concluſ. Iuris,*verb.*procuratoris Cancer.var.tit.de proc. num. 87.*contra dicta per *Roman.conſ.461.n.1.& ſing. 23.*Sed an conſtitutus ad penſionem recipiendam poſſit locare , dixtinguit *Cancer.ibid. num.97.& ſeqq.*vt ſi adſit alius qui locet vel adſit præsẽs dominus,& nõ poteſt,aut non adeſt alius qui locet, & dominus ſit abſens,& poteſt,diximus *ad Rouit. d.conſ.41.n.28.*Idẽ in conſtituto ad exigendũ vt poſſit exigere à ſpõte dãte ſi nõ adſit alius cõſtitutus ad recipiẽdũ,alias ſecus,diximus *ib.n.38.39.*

40 Et ſi quis hebeat mandatum ſufficiens ad exigendum, non poteſt vnum pro alio recipere v.g. debitum erat in pecunia , non poteſt exigere in frumento , aut alia re ſine conſenſu domini,cum aliud pro alio inuito creditore ſolui non poſſit *l. 2.ff.ſi cert. petat. l.4.§.1.ff.de re iudic. l. item liberatur §. qui peratur ff.quib.mod.pign. vel hypotec. ſolu.* concluſio probatur per *tex. in l.ſi debitorem, ff.de nouat. l.non abſtulit.C.eodem Rebuff.in l.ſolutionis 146.ff.de verb.ſignific.*latè *Nig.de execut.rei iudic.c.7.§.2.n.38.*Nec poteſt dilatare,ſeu prorogare terminũ,diximus *ad Rouit.conſ.41.n.26.lib.3.*

41 Si quis eſſet procurator ſimpliciter ad exigẽdum , & quietandum non poſſet exigere anticipatè à debitore antè aduentum diei , proinde procuratore ipſo effecto non ſoluendo debitor poſſet moleſtari , ſecus ſi quis eſſet procurator habens liberam,& generalem adminiſtrationem, quo caſu omnia poſſet ſicut dominus,vnde etiam debita ante diem recipere *l. quod in diem 70. ff. de ſolut. l. 1.C.de condict. ex die,ex l.quod in diem de acceptilation. Gomez de qualit. contract. nu. 22.Munnoz. de ratiocin.cap.23.a num.49.ad nu. 58.Gratian.diſcept.127.num.33.*contra videndus *Merenda contr.26.nu.20.lib.24.*

Et ſi quis ſit conſtitutus ad exigendum, & gubernandum,atque alia adimplemendum regendum quæ circa prǽfata erunt neceſſaria , & opportuna , & ſit conſtitutus procurator , & agens in illo loco, cenſetur etiam conſtitutus ad agendẽ in iudicio,latè probat *Dom.Ponte cõſ.91.lib.1.*

42 Sic etiam ſpeciale mandatum requiritur , vt procurator poſſit ſoluere debita domini, vel ſaltim ſpeciale mandatum cum libera , ſcil. ad faciendum,gerendum , tractandum nomine ipſius conſtituentis omnia negotia, tamquam eius perſona

ſona propria l. procurator, cum ff. de procur. Se-
pin. deciſ. 1124. num. 9. Golin. p. 2. cap. 5. num.
219.
43 9. Ad compromittendum ſpeciale mandatum
requiritur, eum habens generale, compromittere
non poſſit cap. per tuas de arbitris cap. qui ad agē-
dum verſ. paciſci de procur. in 6. l. mandato genera-
li ff. de procurat. Socc. ſen. conſ. 18. col. 12. verſ. Et
quamuis quidam alij Borrell. de compromiſſ. §. 2. gl.
3. num. 25. & 26. & in ſumma deciſ. lib. 2. tit. de
arbitr. & arbitratoe. num. 320. & tit. de procurator.
tit. 66. num. 176. Engen. conſ. 1. num. 47. vol. 1. Ca-
ſar. Barz. deciſ. Bonon. 49. num. 34. Boer. dec. 283.
num. 16. Petr. Cened. Collect. iur. Canonic. p. 2. coll.
176. num. 1. Petr. Gregor. Syntagm. iur. vniuerſ. lib.
47. cap. 39. num. 13. Pariſ. conſ. 45. num. 41. vol. 1.
Benintend. deciſ. Bon. 21. D. Reg. Ronit. ſup. pragm.
Odia num. 7. de compromiſſ. Golin. de procur. p. 2. cap.
5. num. 156. Nig. de execut. rei iudi. cap. 7. §. 7. n.
8. Virgil. de legit. perſon. cap. 16. num. 26. Barboſ. de
clauſ. clauſ. 35. num. 27. & in cap. 4. num. 14. de
proc. in 6. & lib. 1. tit. 43. cap. 9. num. 2. Reg. Marin.
lib. 1. reſol. 66. num. 7. Valeron. de tranſact. tit. 4. q. 5.
num. 43. Melins obſ. 132. num. 1.
44 Limita tamen dictam concluſionem, vt ſuffi-
ciat generale mandatum, quando adeſſet ſtatu-
Gaill. obſ. 139. num. 9. lib. 1. Tam ab interloquutoria, quam diffinitiua, alias tenetur ad intereſſe Bonaten. dec. Bon. 26. num. 6. Gratian. diſcept. 364. num. 24. quidquid contra deciſum referat Thor. p. 2. comp. verb. procurator in fine, & ſecundum veriorem opinionem non tenetur proſequi appellationem Scacc. d. q. 5. nu. 12. verſ. contra hanc Surd. dec. 147. num. 3. Gratian. diſcept. 56. num. 25. etiam ſi promiſerit patrocinium in cauſa principali præſtare Idem Gratian. diſcept. 155. num. 46. Campanil. in diverſ. iuris canon. rubr. 11. cap. 13. num. 322. vbi dicit non teneri proſequi appellationẽ, etiam ſi acceptauit mandatum ad appellandum, & proſequendum. Et licet talis procurator poſſit proſequi ſi velit, ſecundum Spec. tit. de appell. §. 1. ſub num. 2. lib. 2. Gemin. in cap. 1. §. poſt hoc nu. 12. de appell. in 6. Golin. de proc. p. 2. cap. 5. num. 114. Ant. Fab. in C. tit. de proc. defin. 17.

167 Tamen ſecundum communem opinionem talis procurator non poteſt, etiam ſi velit, vt latè fundat Scacc. d. q. 5. num. 12. verſ. extende eam, iuncto verſ. non recedas. In his tamen caſibus tenetur proſequi.

168 Primo in appellatione ab interloquutoria, in qua tenetur procurator appellare, & appellationem proſequi Bal. in l. 17. num. 6. Salyc. num. 9. C. de proc. Cappell. Tholoſ. dec. 155. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 66. de proc. n. 338. Azeued. in l. 20. nu. 2. tit. 16. lib. 1. recopil. Ferrar. de appell. lib. 2. cap. 1. n. 114. Scacc. d. q. 5. num. 12. verſ. primus caſus, vbi limitat ſi cauſa appellationis ſit tractanda in loco adeo remoto, vt procurator ad illum accedere non poſſit quin dimittat ſua negotia, & familiam. Cappell. Tholoſ. d. dec. 155. Theſ. d. q. 75. num. 2. Borrell. d. tit. 66. num. 339.

169 2. Quando procurator fuit conſtitutus generaliter ad agendum, petendum, & defendendum, quia iſto caſu procurator poteſt proſequi appellationem, etiam à diffinitiua ſententia Bal. in d. l. inuitus q. 3. num. 6. Vel ad lites præſentes, vel futuras Paul. Caſtr. ibid. nu. 5. Aret. in l. vl. nu. 3. ff. an per alium cauſ. appell. Muſcatell. in praxi appell. p. 3. gl. inſtantia nu. 14. Virgil. de leg. perſona cap. 16. num. 52. Borrell. d. tit. 66. n. 348. Gratian. diſcep. 56. num. 28. vbi num. 30. idem dicit de procuratore effecto domino litis ſi adſit clauſula relruans, &c. Noguerol. alleg. 36. num. 4. & 6. poſt addit. ad Ludouiſ. dec. 548. num. 12. Coccin. dec. 319. num. 2. & ſequent. Poſt. de manut. obſ. 86. nu. 13. & alios, quamuis contrà teneat in proſequutione Cancer. var. lib. 2. tit. 14. n. 47.

170 3. Quando procurator eſt generalis conſtitutus ad negotia, quia tunc poterit exercere iudicia præſentia, & futura quouſque durat mandatum, & ſic tenetur proſequi appellationem gl. 1. in 2. ſolut. in l. vl. ff. an per alium cauſ. appell. quam refert Angel. Aret. num. 3. Toloſ. de appell. lib. 5. c. 1. nu. 13. verſ. quæritur.

171 4. Quando procurator habet ſpeciale mandatum ad cauſam appellationis, quia tunc ſine dubio tenetur eam proſequi, ſi mandatum acceptauit gl. 1. in 2. ſolut. in l. vl. ff. an per alium cauſ. appell. quam ibi refert Aret. num. 3. Et tenetur non ſolum ad primam, ſed etiam ad ſecundam proſequutionem Salyc. in l. 17. ſub nu. 12. C. de proc. Gratian. diſcept. 56. nu. 28.

172 5. Quando procurator ſua culpa ſuccubuit, quia tunc ſe ipſum adſtrinxit ad culpam purgandam, quod non poteſt fieri, niſi per proſequutionem appellationis Ferrar. de appell. lib. 2. cap. 1. num. 115.

173 Limitatur tamen concluſio duobus modis, primo vt procurator rei licet non habeat mandatũ ad cauſam appellationis, tamen præſtita legitima ſatiſdatione, admittatur Salyc. in d. l. inuitus 17. ſub num. 10. C. de proc. Ang. Aret. in l. vl. ſub n. 5. ff. an per alium cauſ. appell.

174 2. In procuratore actoris qui ſi ſit coniuncta perſona admittitur ad proſequendum cauſam appellationis cum cautione de rato, licet non habeat mandatum ad cauſam appellationis Salyc. & Aret. vbi ſup.

175 Declara tamen noſtram concluſionem, quod licet procurator non teneatur proſequi appellationem, tamen in illis caſibus, quibus non tenetur proſequi tenetur denunciare domino, appellationem fuiſſe anteppoſitam cap. penul. de proc. & l. inuitus 17. C. eodem Spec. de appell. §. 1. ſub nu. 2. verſ. breuiter lib. 2. Gaill. obſ. 139. Lanell. de attent. p. 2. cap. 12. tit. 50. nu. 104. Barboſ. in cap. penul. nu. 10. de appellat.

176 Declara 2. vt non teneatur appellare ſi dominus ceſſit liti Rebuff. de appell. art. 1. gl. 2. num. 6. Imo non admittitur appellatio Caſſad. dec. 2. nu. 1. & 8. de appell.

177 Et ſi quis procurator habeat mandatum ad conteſtandam litem poteſt appellare, quia dicitur ſufficiens habere mandatum Franc. in l. nicolao 64. num. 16. & Card. Alex. num. 11. de appell.

178 Sic etiam ſi procurator litem conteſtatus fuerit, poſſit alium procuratorem conſtituere ad appellandam Spec. tit. de appell. §. 1. ſub num. 1. in fin. lib. 2. Ferrar. de appell. lib. 2. cap. 1. num. 118. non tamen ad proſequendum Achill. de Groſſ. dec. 4. alias 230. num. 3. de appell.

179 Et procurator miſſus cum ſimplici mandato ad Curiam ad expediendam cauſam appellationis interpoſitam ab aliqua interloquutoria, dicitur habere ſufficiens mandatum etiam ad ipſam cauſam principalem Franc. in d. cap. Nicolao nu. 10. verſ. ſexto de appell.

180 Intantum procurator tenetur appellare, quod ſi non appellet tenetur domino actione mandati l. liberto, §. fin. ff. de negot. geſtis Spec. tit. de appell. §. 1. num. 2. Scacc. de appell. q. 12. num. 124. & ad intereſſe l. licet §. ea obligatio ff. de proc. Futanell. dec. 196. num. 3. & dec. 199. Velaſc. conſult. 144. nu. 9. Fab. in C. lib. 2. tit. 8. defin. 17. Niſi procurator la-
181 boret inopia, quia tunc ipſe excuſatur gl. in d. l. inuitus 17. verb. extendere & Salyc. num. 5. oppoſ. 9. C. de proc. debet tamen hoc caſu domino denũciare Spec. tit. de appell. §. 1. num. 2. verſ. breuiter

182 Vel niſi cognoſceret cauillosam appellationẽ, nam tunc non tenetur appellare Alex. in d. l. inuitus num. 4. Io: Ferrar. de appell. lib. 2. cap. 1. ſub n. 112. Natta conſ. 208. ſub n. 1. lib. 1.

183 Et procurator conſtitutus ad agendum, defendendum, & appellandum videtur conſtitutus ad appellandum non ſolum à prima ſententia, ſed etiam à ſecunda Bal. in d. l. inuitus num. 8. Io: Ferrar. de appell. lib. 2. cap. 1. ſub num. 113. Rot. diverſ.

Digitized by Google

uerſ. dec. 867. *num.* 2. 3. *p.* 3. *lib.* 3.
184 Si verò procurator haberet mandatum ad
audiendam ſententiam tantum,tunc non poſſet
appellare *Franc.in d.cap.Nicolao nu.*15.*& Card.*
*d.Alex.num.*10.*de appell.*
185 Sic procurator miſſus ad Curiam ad impe-
trandum Iudicē in partibus,vel ad cōtradicendū
impetrationi alterius partis, non dicitur habere
mandatem ſufficiens ad proſequendam appella-
tionem in Curia Romana, & ideo appellans re-
putatur contumax,& veniet condemnandus in
expenſis ſi cauſa eſſet tractanda in Curia, ſecus
ſi in partibus *Scacc.d.q.*5.*nu.*27. *verſ. reſtringe* 3.
186 38.An ad dicendū de nullitate ſententiæ, tam
interloquutoriæ,quam diffinitiuæ ſufficiat gene-
rale mandatum ad cauſam, vel ad appellandum,
vel requiratur ſpeciale ad dicendum de nullita-
te generaliter,vel ſpecialiter? Reſolutiue dicimus
de nullitate poſſe dici,vel principaliter,vel inci-
denter, & per viam exceptionis,aut actionis, vt
diximus in *rubr.*1.*q.*3. Si dicatur de nullitate
incidenter,& per viam exceptionis, tunc ſufficit
mandatum ad cauſam ſimpliciter, vel ſi dicatur
ad appellationem, quamuis non dicatur ad dicē-
dum de nullitate,ea ratione quia nullitas eo ca-
ſu eſt de proſequutionæ primæ inſtantiæ, vt de
appellatione *ſup.*diximus verſ.*extende* 2.Et venit
in conſequentiam generalis mandati, vt de reſti-
tutione in integrum incidenter oppoſita dicit
*Gratian.dec.*196.*num.*4.*& diſcept.* 105. *num.*25.
*Borrell.in ſummu deciſ.tit.*66.*n.*170. *lib.*1. Et ap-
pellatio inſit nullitati, & nullitas appellationi,
vt diximus *in rub.*4.*q.*19.*nu.*30.*& ſeqq. & rubr.*
3.*q.*14.*num.*18.& pendente nullitate non dicitur
finitum iudicium, vt dicemus *infra*, in terminis
nullitatis *Golin.de procurat.p.*2.*cap.*5. *nu.*125.
187 Verum caſus hic ratò poteſt accidere in ter-
minis *pragmaticarum* noſtri Regni Neapolis,vbi
ad dicendum de nullitate requiritur depoſitum,
quod depoſitum debet facere principalis, vnde
iam videtur datum mandatum,faciendo depoſitū
vel præſtando pecuniam pro depoſito. In vno
tantum caſu poſſet eſſe quæſtio, ſi procurator il-
le faciat depoſitum de ſua pecunia, & diſcuſſis
nullitatibus remaneat victus, & perdat depoſitū,
& principalis dicit non dediſſe mandatum, hoc
caſu ſufficit generale mandatum ex rationibus
poſitis *hic* verſ.*extende,vt.*
188 Si dicatur de nullitate principaliter, & per
viam actionis,vt tunc quia dici de nullitate non
poteſt,niſi executa ſententia, vt diximus *in rub.*
189 6.*q.*2.& poteſt dici de nullitate vſque ad annos
30.de Iure communi, & vſque ad annos decem
de Iure noſtro municipali, & vſque ad aliud
tempus per alia Iura municipalia aliorum lo-
corū,vt diximus *in rub.*8.*q.*3.adeò dictus procu-
190 rator,vel debet habere mandatum ſpeciale ad
dicendum de nullitate talis ſententiæ iam execu-
tæ. Vel mandatum cum libera poteſtate ex iis,
quæ diximus *ſup. q. antecedenti.* Cum non ſuffi-
ciat mandatum ad appellandum, nam aliud eſt
dicere de nullitate,aliud appellare,& ſint reme-
dia diſtincta, vt diximus *in rubr.*3.*q.*14. *nu.*49.
191 Bene tamen ſi adſit idem procurator, qui erat
conſtitutus in prima inſtantia ad cauſam illam,
poteſt ille eſſe procurator in cauſa nullitatis,pro
vt diximus in cauſa appellationis,nam pendente
nullitate lis non dicitur finita, vt ex *Giurba de-*
*ciſ.*49.*num.*11.*& aliis* diximus *in rubr.*3.*q.*17.*nu.*
5.*& ſeqq.*
192 39.Procurator non poteſt expreſſe renuncia-
re appellationi ſine ſpeciali mandato *Seraph.dec.*
857.*num.*2.*Franch.dec.*579.*Amat.dec.March.*59.
*num.*9.poſt *Marſil.ſing.*186.290.*&* 287.*Cancer.*
*var.cap.*15.*nu.*326.*p.*3.vbi deciſum refert.*Mart.*
*in ſ.nouiſ.tom.*1.verſ.*procurator cap.*42.*ex Mohed.*
*dec.*3.*Nig.de execut.rei iud.cap.*7.§.6.*num.*13. *&*
ſeqq.& 22. *& ſeqq.Giurb.dec.*8. *num.*45. *Gratian.*
*dec.March.*79.vbi quod licet expreſſe non poſſit
renunciare,tamen tacitè poteſt, non appellando,
ſeu non proſequendo appellationem coram Iu-
dice,à quo *Amat.d.dec.*59.*nu.*10.*Petr. cit.*260.*n.*
56.*Gallerat.de renunciat.lib.*3.*cap.*5.*nu.*7.*& ſeqq.*
*Grat.vbi ſup.n.*3.vbi concludit,quod etiam ſi ha-
beret mandatum *cum libera*,& cum clauſulis præ-
gnātiſſimis, non poſſet appellationi renunciare,
facit etiam ad hoc *gl. in l.ſi procuratorem* §.*igitur*
verſ.*prouocandi ſſ.mandati Berou.q.*33.*Ariſmin.Te-*
*pat.var.ſentent.tit.*88.*cap.*25. *Maſcard. de probat.*
*concluſ.*1314.*num.*14.*&* 15.poſt *Alex.conſ.*22.*n.*
19.*vol.*1.*Nig.d.*§.6.*nu.*26.*Galleint. de renunciat.*
*lib.*3.*cap.*7. *Fontanell. dec.*199. *num.*10. *Rot. ad*
*Franch.dec.*579.*Golin.de procurat. p.*2. *cap.*5. *nu.*
117.*Gizz.ad Capic.Latr.dec.*59. *nu.*9. vbi *nu.*11.
deciſum refert per S.C. procuratorem non poſſe
renunciare expreſsè nominationem teſtium fa-
ctam, & ſic poſſe Principalem examinare teſtes
non obſtante dicta renunciatione facta per pro-
curatorem.
193 Verum hoc caſu dominus poteſt appellare,
& tempus illi non currit, niſi à die, quo ſciuit
ſententiam latam *Guill.obſ.*45. *lib.*1. *Coſta de re-*
*med.ſubſid.remed.*48.*illat.*1.*num.*3. *Aſſi.dec.*344.
vbi deciſum refert *Fontanell.dec.*197.*n.*10.
194 Verum ſi fuerit ſententia notificata procura-
tori, & non appellauit,poteſt dominus per reſti-
tutionem in integrum appellare, ſi procurator
eſt non ſoluendo, ſecus ſi eſt ſoluendo, *gl. in cap.*
2.verſ.*negligentiu*, *&* verſ. *reſtituimus de reſtit.in*
*integr.Guill.lib.*1.*obſ.*45.*num.*6.*Tuſſon. de antefat.*
*verſ.*13.*obſ.*1.*alleg.*27.*in fin. Petr.tit.*206.*nu.*15.
*Nig.d.cap.*7.§.11.*nu.*3.*&* §.11.*Virgil. d. cap.*16.
*num.*53.*Beninten.dec.* 26. *Fontanell. dec.*196. *&*
ſeqq.
195 Eo magis quia dominus præſumitur ignorare
factum procuratoris *gl. in l.ſi aliquem* verſ. *igno-*
rans & ibi *Bar. ſſ.de acquir.poſſeſſ.Rambaur. in c.*
ſi quis per 30.*num.*90.*fol.*45.*Sard.conſ.*28.*n.*102.
*Gratian.diſcept.*752.*n.*19.*Muſcatell. in praxi ap-*
*pell.p.*1.*gl.poteſt. à num.*21. Imo additur vnum,
196 quod eſt plus,quod procurator abſque ſpeciali
mandato, poteſt ſubſtituere ad appelladum *Rom.*
*ſing.*508.per *tex.in l. ab executore* §. *ſi procurator*
197 *ſſ.de appell.*Et quod etiam falſus procurator, &
ſpeciale mandatum non habens, poſſit appellare,
dummodo Dominus ratum habeat infrà decem
dies,tradit *Bar.in l.bonorum,ſſ.rem rat. hab. Spec.*
tit.de appell.§.1.ver.*porro Guid.Pap.dec.* 13. *nu.*2.
Io;Graſſ.in tract.de ſubſtant. procurat. verſ. *& in*
*cauſis appellationis proſequendis nu.*3. *in Tract.ma-*
gnis.

198 Sed difficultas eſt ſi procurator generaliter
conſtitutus ſit,& poſteà conſtitutus fuerit ad vnam
ſolam litem mediante ſpeciali mandato, an lata
ſententia in hac cauſa, in qua fuerat ſpecialiter
conſtitutus poſſit vigore generalis mandati pro-
ſequi cauſam appellationis? Et videtur dicendū
quod non, quia per ſpeciale mandatum videtur
derogatum generali *l. ſi quis tum procurator §. idē
Iulianus C. de proc.* & ſucceſſiuè primo mandato
vti reuocato, vti non poſſe, in contrarium deciſum
199 refert *Theſ. dec. 107.* Si verò ſit conſtitutus in
prima inſtantia vſque ad diffinitiuam ſententiam,
tunc inuitus non tenetur comparere in cauſa
appellationis, cum ſit functus officio ſuo, cum
mandatum ſe reſtringat ad primam inſtantiam,
& coram illo iudice, coram quo prius cauſa
tractabatur. *Mohed. dec. 126. num. 2. Put. dec. 345.
num. 3. lib. 1.* quidquid dicat *Boer. dec. 285. nu. 10.*
& ſecundum primam opinionem deciſum refert
per ſuum ſenatum *Theſ. iun. ad Patr. dec. 107.* vbi
fuit declarata nulla ſententia lata contrà conſti-
tuentem propter defectum mandati, quod erat
intelligendum durare tantum in prima inſtantia
coram illo iudice, non coram alio, quia diuerſa
eſt cauſa appellationis ab illa primæ inſtantiæ.
DD. in l. nutitur vbi *Caſtr. num. 5. & Salic. nu. 15.
C. de procurat.*

200 40. In appellando à decreto de exequendo,
ſpeciale mandatum requiritur *Angel. in l. ab exe-
cutore ff. de appellat. Felin. in cap. quod ad conſulta-
tionem num. 21. de re iudic. Magon. deciſ. Lucenſ. 18.
num. 22. Berou. conſ. 25. num. 10. vol. 3. Contard. de
moment. poſſeſſ. 19. limit. num. 36.* qui *num. 32.* dicit
hoc limitari de Iure canonico, quo iure eſt ſubla-
ta poena in quam incideret dominus ſi ſuccum-
beret in appellatione, quem ſequitur *Mozz. de
mandat. ord. 4. verſ. 78. Ann. a ſing. 409.* poſt *Iaſ. in
l. nutitur nu. 5. C. de procur. & in l. ſi procurator, ff. de
condit. indeb.* & tractatum refert per S.C. *Natta
conſ. 445. num. 4. Rolan. conſ. 43. num. 11. lib. 1.* affe-
rens rationem, quia agitur, vt mandans incidat
in poenam, ſi ſuccumbat in gradu appellationis,
*Cappell. Tholoſ. dec. 476. Nig. de execut. rei iudic.
cap. 7. §. 6.* Nec ſufficit generale mandatum ad li-
201 tes, & cauſas. *Rebuff. de ſent. execut. art. 7. gl. 13.
nu. 9. Nig. vbi ſup.* Neque ſi adeſſet clauſula, & ad
202 appellandum à quacunq; ſententia *Su. d. conſ.
358. nu. 7. & ſeqq. addit. ad Cappel. Tholoſ. vbi ſup.
Nig. vbi ſup. num. 33.* Nec etiam ſi data eſſet facul-
tas appellandi tam à diffinitiua, quam interlo-
203 cutoria, & ad alia mandatum ſpeciale requi-
rentia *Berou. d. conſ. 25. num. 10. lib. 3.* Sed ſufficere
204 generale mandatum ad lites præſentes, & fu-
turas. Verior eſt opinio, vt fundat *Galea de obli-
gat. Camerali q. 43. nu. 9.* Contraria tamen opinio
205 poſſet habere locum ſolum in caſu, quo per ta-
lem appellationem dominus incideret in aliquā
poenam, nam tunc opus eſſet adeſſe ſpeciale ma-
datum *Rol. à Valle conſ. 26. num. 23. lib. 2. Scacc.
de appell. q. 5. num. 28. verſ. quarto.*

206 41. Ad remittendum debitum, ſpeciale man-
datum requiritur *l. non abſoluit C. de donation. Bel-
lon. deciſ. Genuenſ. 200. ſub num. 4. Alex. conſ. 22.
vol. 1. Barboſ. clauſ. 35. nu. 17.* Et remiſſio debiti eſt
207 donatio, ad quam faciendam requiritur ſpecia-
le mandatum, *Bar. in l. filius fam. num. 8. ff. de do-
nat. Gratian. diſcept. 216. num. 15. lib. 2. Mozz. de
mandato ordin. 4. num. 36. Ruger. conſ. 37. num. 66.
R. Galeot. contr. 29. n. 2. lib. 2. Vrceol. de tranſ. q. 12.
Barboſ. d. clauſ. 35. num. 33. Merlin. de pignor. lib. 4.*
208 *q. 110. num. 88.* Et donatio eſt perditio, ſeu dila-
pidatio *l. cum de indebito ff. de probation. Staib. ſen.
conſ. 7. Lanar. conſ. 19. n. 4.* Et dilapidatio non
209 continetur in generali mandato *l. 1. §. 1. ff. de
offic. proc. Caſar l. contra, §. filius ff. de pactis l. man-*
210 *dato generali ff. de procur.* Et non ſufficit etiam
mandatum generaliſſimum, *l. ignorantis 49.* vbi
*gl. ff. de procur. Maſcard. de probat. concluſ. 2308.
num. 10. Lanar. conſ. 19. num. 4. Gratian. deciſ. 79.
num. 6. Natta conſ. 641. num. 6. lib. 3. Honded. conſ.
66. num. 84. lib. 1. Golin. d. c. 5. n. 45.* Nec etiam
211 cum libera *Ruger. conſ. 37. nu. 66. Nig. de execut.
re. iud. c. 7. §. 11.*

212 Limita tamen in donatione remuneratoria,
cum ſufficiat generale mandatum, *Muta in cap.
Sicil. cap. 66. num. 18. p. 3. Crual. q. 135. num. 5.* Et
213 licet aliqui teneant requiri quod in mandato
exprimatur quod, quantum, cui, & quomodo ſit
donandum *Bar. in l. filius fam. ff. de donat. num. 8.
Socc. iun. conſ. 59. nu. 8. in fin. lib. 1. Berou. conſ. 130.
nu. 45. lib. 3. Rot. recent. dec. 28. p. 2. n. 6.* Tamen
214 verior eſt concluſio quod ſufficiat mandatum
ſimplex ad donandum cum expreſſa perſona
donatarij, ita tenent relati à *Rol. à Valle conſ. 26.
num. 14. lib. 2. Cald. de reſtit. §. implorandum nu. 6.
verſ. facit tertio.*

215 Adminiſtratores tamen Vniuerſitatis poſſunt
donare *Trentacinq. var. lib. 2. de proc. reſol. 1. num.
20. & ſeqq.* vbi explicat qui ſint tales adminiſtra-
tores. Et *D. Galeot. contr. 29. num. 2. tom. 2.* decla-
rat procedere in adminiſtratoribus perpetuis
aliud in temporalibus, & Vniuerſitate non reco-
gnoſcente Superiorem *Gratian. diſcept. 106. nu.
12. & ſeqq.*

216 42. Eadem ratione requiritur ſpeciale man-
datum ad renunciandum bona, vel iura ſua *l. con-
trà iuris §. ſi filius ff. de pactis Surd. conſ. 359. num.
8. & conſ. 129. num. 50 lib. 1. Honded. conſ. 66. nu.
81. & ſeqq. lib. 1.* late *Gallerat. de renunciat. lib. 3.
cap. 5. per tot. Nig de execut. rei iud. cap. 7. §. 4. num.
63. & ſeqq.* vbi ampliat, & limitat, vt diximus in
217 donatione, Sic non poteſt renunciare excep-
tionibus peremptorijs, ſecus dilatorijs, *Barboſ.
clauſ. 35. num. 35. Honded. conſ. 66. num. 82. & ſeqq.*
218 *lib. 1.* Etiam ſi eſſet procurator cum libera
Gallerat. de renunciat. lib. 3. cap. 3. num. 5. & ſeqq.
219 poteſt tamen procurator tacitè renunciare di-
ctis dilationibus, illas non opponendo *Alex. conſ.
22. num. 9. lib. 1.* quod procedit in quocumque
220 adminiſtratore bonorum, & iurium alterius
D. R. Galeot. contr. 29. nu. 1. lib. 2.

221 43. Speciale mandatum requiritur ad hoc, vt
quis de euictione poſſit condemnari, ideo non
poteſt citari procurator generalis, ſed debet ci-
tari ipſe dominus *cap. fin. vt lite non conteſtat. Re-
buff. in concord. tit. de elect. derogat.* verb. *ſpeciale*
verſ. *vigeſimus, Mozz. de mandat. num. 51. verſ. 58.*
222 44. Sic etiam ad defendendum aliquē in iudi-
cio euictionis *cap. fin. vt lite non conteſt. Rebuff.
vbi ſup. verſ. 37. Nig. d. §. 6. n. 130.*

Digitized by Google

223 45.Ad recuſandum Iudicem, ſpeciale manda-
tum requiritur, *Simon de Pratis conſ.17. cent.3.
Apicell.de ſuſpici. official.num.73.& 87.*per *tex.in
l.non ſolum,§ fin.ff.de proc.l.3.§.ſi procurator.* vbi
Iaſ.& Bar.ff.quod quiſque iuris, ea ratione quia
eſt incidens ardunm *Rol. a Valle conſ.19. num.1.
vol.1.Marcheſ.lib.commiſſ.vtriuſque ſignat.2.p.c.1.
à num.28.Ripoll.var.cap.2.num.265. Canalc. dec.
28.num.108.p.2.Ludouiſ.dec.368. nu.1. Gratian.
diſcept.100.num.44.*R.*Valenz.conſ.170.num.16.
D. Petr.vit.265.num.23. & 24. Nig.de execut.rei
iudic.cap.2.§.6.num.4.Virgil.de legit. perſon.cap.
16.num.28.Guazzin. defenſ.1. cap.19. num.265.
Farinac. in fragm.crim.p.2.*verb.*iudicis ſuſpecti re-
cuſatio num.704.*alia ratione quia propter ſuſpi-
cionem non probatam, punitur propter iuriam
Iudici illatam *c.cauſam extra de elect. DD.ſup.ci-
tatis,Vaſq.contr.vſufr.cap.18. Golin. de proc. p.2.c.
5.num.98.Vrſell.concluſ.iur.cap.128.num.533.* &
in Regno noſtro Neap.allegans ſuſpicionem, &
non probans punitur poena pecuniaria, vt in
pragm.11.de ſuſpec.official. late *Queſad. contr.37.*
224 *num.60.* Eo magis ſi recuſandus ſit Supremus
Senator,nam propter eius dignitatem requiritur
ſpeciale mandatum nec ſufficit generale *Morla
in empor.iur.tit.2.in princ.nu.179. Larrea dec.48.
num.12.*
225 Quod intelligitur etiam ſi quis habeat ſpecia-
le mandatum ad comparendum coram quocum-
que iudice,nam intelligitur de idoneo, & non
de ſuſpecto *Pariſ.conſ.31.num.112.cum ſeqq.*poſt
*Bar.in l.1.§.2. col.1.ff. de liber. agnoſc. & in l.fi-
lius fam.col.2.ff.de donat. Alex. conſ. 88. lib.5. &
conſ.133.nu.19.lib.6.Laurent.de Iud.ſuſpect.c.14.
num.140.Caſtill.dec.6.num.12. Aufrer.de recuſat.
nu.47.*per *tex.in l.litigatoris in princ.ff. de arbitr.
Canalc.dec.28.nu.108. p.7.Roman.conſ.220.n.7.*
verſ.ego autem, Queſad.d.contr.37.nu.61.
226 Cum declaratione, quod ſi procurator ſit ge-
neralis,& caueat de rato pro principali abſente,
vel petat terminum ad petendum ſpeciale man-
datum, admittitur interim ad allegandam ſuſpi-
cionem ex *Rebuff.docet R. Ramt. in pragm.1. de
ſuſpicion.num.75.*declarat *Fontanell.dec.4.nu. nu.
8.Petr.d.vit.265.num.25.Cortiad.dec.18.num.78.
Golin.vbi ſup. num.103.* deciſum refert *Queſad.
controu.38.num.64.*vbi & *num.67.* dicit ratifica-
tionem debere ſubſequi tempore ſtatuto, alias
non dari purgationem moræ poſt *Gratian.diſcep.
275.n.13.& 14.*
227 Et ſicut requiritur ſpeciale mandatū,ſic etiam
requiritur ſpeciale mandatum ad renunciandum
ſuſpicioni propoſitæ *Pariſ.conſ.31.num.54.vol.1.*
228 Eſt mandatum ſpeciale iſto caſu ſi ponatur
clauſula; *ad Iudices,& notarios recuſandum,*vt de-
ciſum per Rot. Rom. refert *Beltram. ad Ludouiſ.
dec.368.num.8.in fin. Fontanell.d.deciſ.4.nu.15.
Beltram.ad Clar.§.fin. q.43.nu.8.Merlin.dec.201.
n.8.Queſad.vbi ſup.n.66.*
229 46.Requiritur ſpeciale mandatum ad peten-
dum executionem, & capturam perſonalem de-
bitoris vigore ſtatuti,vel obligationis, *Ludouic.
Roman.in l.1.ff.de hared.inſtit. & ſing.392. Socc.
ſen.conſ.120.vol.3.*verſ.*poſtremò vol.1. Cartar.dec.
Gen.54. num.10. & 11.Bertaus de Iure pſcndi*
*cap.46.num.5.Soccin.iun.conſ.92.nu.4.vol.3.Rol.
à Valle conſ.43.vol.3.Canalc.dec.10.num.33.p.1.
Mozz.de mandat.ord.4. verſ.63. & num.48. verſ.
44.caſus Mauſcn.de cauſ.execut.ampl.4. Golin. de
procur.d.c.5.n.149.& ſeqq.& n.198.*
230 Quod non eſt è contra, nam ad petendum
aliquem excarcerari ſufficit mandatum generale
cum libera *Socc.conſ.235.ſed 255. vol.2. Roman.
conſ.241.num.14. Alex.conſ.133. num.11. vol.1.
Ancharr.q.3.num.18.p.2.Canalc. dec.1. num.47.p.
1.Cartar.dec.54.num.54.*qui dicit quemlibet ad-
mitti ad petendum aliquem excarcerari,Et quā-
231 uis *Bar.in conſ.84.lib.1.* teneat requiri ſpecia-
le mandatum per *tex.in l.Pomponius in princ.ff.de
proc.*quem ſequitur *Soccin. conſ.120. col.3. lib.1.*
232 Contrarium verius puto,ea ratione quia con-
iunctus pro coniuncto non admittitur in cauſis
requirentibus ſpeciale mandatum,*gl.in l.exigen-
di C.de procur.Surd.dec.215.*vbi *Hodiern. Gratian.
diſcep.401.* Et nihilominus poteſt petere, vt quis
à carceribus eximatur,*l.3.§ ſed & ſi ff.de lib.hom.
exhib.*ergo ſpeciale nō requiritur,alias hoc face-
re non poſſet coniunctus. Ad *tex. d. l. Pomponius
reſpondetur,*loqui in exceptione eius perſonæ quæ
eſt ſub patris poteſtate,vt dicit.*Rom.conſ.241.*
233 47.Sic etiam ſpeciale mandatum exigitur in
relaxatione capturæ,vel executionis,quia eſſet
factam executionem impedire,per quod incide-
re faceret dominum in poenam,quod facere non
poteſt, *clem.non poteſt de procur. l. ſi procurator ff.
de condit.indebit.l.3. §.ſi proc ff. quod quiſque iur.
l.pater ff.de his quæ in fraud.credit. Bar. in l.filius
fam.in fine ff.de donation.Specul.tit de procurat. §.
1.verſ.ſed nunquid Fulgoſ.conſ 120 Verall. deciſ.
329.num 2.lib.2.dec.184.num.3.eod lib.2. Benin-
ten dec.Bonon.94.Natta conſ 445.num.2.Lapus al-
leg.127.num 5.Bellamera dec. 550. Lancellot. de
attent. p.1.c.1 n.12.Magon. dec Lucenſ.51, nu.2.
& 4.Cartar.dec.Gen.54.num.13.Capell. Toloſ.dec.
477.Roman.conſ.60.num.2. Alex. conſ.18 num.3.
vol.6. Rim.ſenior. conſ.33.num.38.vol.1.Rol. conſ.
21. num.42.vol.1.*Rot.*in nouiſ.deciſ.81.*
234 48.Ad declarandam regreſſus caducitatem
requiritur ſpeciale mandatum *Verall.dec.8.nu.3.
lib.3.Rebuff.in ſumma deciſ. tom.1. tit. de beneſic.
regreſſ.n.5.*
235 49.Ad attentandum, putà ad capiendam poſ-
ſeſſionem lite pendente requiritur ſpeciale man-
datum *l.ſi procurator ff.de condit.indebit.* Rot. *in
nouiſ.dec.81.Veral.dec.184.lib.2 Alex. Raudenſ.
deciſ.Piſan.13.ſub num.141. Lancellot.de attent p.
1.cap.1.p.part.num.6.& ſeqq.* vbi ita latè probat,
& deciſum refert coram Oradino. Ratio eſt quia
cum attentare ſit delictum, vt notat *Franc.in
cap.bone de appellat.num.14.& 39.*& ſonet in ma-
lam partem *Bellam.dec.18.Lancellott. de attent.in
præfat.num.102.& 123.* Nam attentando offen-
ditur maieſtas iudicantis,& lęditur ius collitiga-
tis, & ius ipſum *Lancellot.in præf.n.69.cum ſeqq.*
Et attentatorum materia dicatur poenalis,& ma-
gis odioſus eſt attentans,quem ſpoliator,& con-
cludit *Lancellot.ibid. nu.103. & 105.*
236 Verum ad reuocandum attentata, quia agitur
de fauore eius,qui illa eſt paſſus, ſufficit procu-
ratorem habere generale mandatum, vt conclu-

die *Laucellot. de attent. p. 3. cap. 22. num 8, & ſeqq.*
237 50. Ad vendendum, & alienandum exigitur ſpeciale mandatum arg. *l. ſi quis mãcipijs in princ.* vbi *gl. ff. de inſtitutor. action. l. procuratorem ff. de procur. Bal. conſ. 338. lib. 5. nu. 3. Menoch. conſ. 798. num. 41. in fin. Seraphin. dec. 831. num. 1. Franc. Marc. dec. 606. p. 1. num. 1. Aldouin. conſ. 50. num. 29. Fab. de Monte de empt. & vendit. q. 3. num. 22. Cald. de reſtit. in integr. §. implorandum num. 6.* verſ. *conſtituo el. 1. & 2.* vbi dicit, mandatum ſpeciale hoc caſu dici, ſi dicatur: *Conſtituo N. ad alienandum,* non expreſſo corpore aliquo *Barboſ. clauſ. 35. num. 18.* licet ſufficere mandatum cum libera
238 dicant *Mozz. de empt. §. de perſon. quæ poſſ. exerce. num. 28. & ſeqq. Mantica de tacitis lib. 7. tit. 2. num. 15.*
239 Amplia hanc concluſionem pluribus modis primo ad vendendum habita fide de pretio. *Bal. in l. & ſi inſtrumenta C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſcal. lib. 10. num. 2. Seraphin. d. dec. 831. nu. 4.* licet in mandato cum libera contradicat per *tex. in l. cuicumque §. fin. ff. de inſtit. Bar. in l. d. diuo pio §. ſed ſi emptor ff. de rei vendic. Alex. conſ. 41. num. 1. & ſeqq. p. 1. Mantica de tacit. lib. 4. tit. 21. num. 1. & ſeqq. Nig. de execut. rei iudic. cap. 7. §. 10. nu. 9. Cancer. var. lib. 2. tit. 14. num. 47. D. Theodor. alleg. 96. num. 3. Golin. de proc. p. 2. cap. 1. num. 20. in fine Bellon. dec. Rota Gen. 202. num. 3.* Quamuis contrà dicant *Theodor. ibid. num. 10. R. Latr. conſ. 108. nu. 6. & ſeqq. Vrſill. ad Aff. dec. 285. num. 19.* Maximè ſi eſt ſolitum, puta in mercibus vendendis *Rocc. reſp. 25. num. 8. lib. 1. De Angelis in C. l. 16. num. 4. de proc.* ſed melius eſt dixtinguere cum *D. Arias de Meſa lib. 1. cap. 50. num. 11* diximus ad *R. Rouit. conſ. 41. num. 13. & ſeqq. lib. 3.*
240 2. Ad vendendũ res Eccleſiæ, Ciuitatis, & pupillorum nam debent exprimi qualitates, & corpora bonorum alienandorum, nec ſufficit mandatum ad alienandum *Seraph. in d. dec. 831. num. 4. Franc. Marc. dec. 606. p. 1. nu. 1. poſt princ. Cornac. dec. 1. nu. 12. Mozz. de contract. de empt. & vendit. §. de perſonis, quæ poſſ. exerc. num. 28. & ſeqq. Fab. de Monte de empt. & vendit. q. 3. num. 29. Caroc. de locat. cap. de procur. q. 2. Caualc. dec. 45. num. 22. p. 1. Maſtrill. dec. 77. num. 1. Borrell. in ſumma dec. tit. de reb. Eccleſ. non alien. num. 31. & tit. 66. num. 237.* Et non poſſunt hebere fidem de pretio, *Mantica vbi ſup. Nig. vbi ſup.* de procuratore Cęſaris bona fiſcalia vendente, eſt *R. Reuert. dec. 484. R. Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 6. à num. 7. Mantica de tacit. lib. 4. tit. 21. n. 4.*
241 3. Vt mandatum debeat eſſe validum, puta factum à minore vel muliere, vel Vniuerſitate, vt debeat fieri cum ſollemnitatibus requiſitis in alienandis rebus eorum *Corbul. de cauſ. priuat. ob alien. dimiſ. 22. num. 3. & ſeqq. infrà n. 251.*
242 Limitatur tamen prima concluſio, vbi venduntur res, quæ pereunt, niſi vendantur *l. procuratorem* vbi *gl. & DD. C. de procur. l. procurator tutor. & l. procurator, cui generaliter ff. eodem Mozz. de empt. & vendit. cap. de perſ. quæ emer. poſſ. num. 28. Rebuff. ad concord. de elect. derog.* verb. *ſpeciale verſ. 36.*
243 2. Vbi alienantur ſolita alienari *l. vel vniuerſorum ff. de pignor. act. Rebuff. ad concord. de elect. derog. verb. ſpeciale verſ. 36.*
244 Declara quod conſtitutus ad vendendum, poteſt apponere pacta poenalia pro obſeruantia contractus, etiam quod in mandato non ſit procuratori data talis facultas *Menoch. conſ. 103. nu. 29. Noguerol. alleg. 2. n. 68.* Et omnia alia pacta,
245 & obligationes apponi ſolita in contractu venditionis, ſignanter annexa, vt *ſup.* diximus addimus *Salazar. de conſuet. num. 8. & ſeqq. Mangil. de euict. q. 186. num. 28. Guzman. eodem tract. q. 5. nu. 82. Valeron. de tranſact. q. 5. tit. 4. nu. 95.* diximus *ad Rouit. lib. 3. conſ. 41. n. 33.*
246 Declara 2. quod conſtitutus ad vendendum non poteſt recipere pretium rei venditæ *l. 1. §. igitur propoſitio ff. de exercit. act. Roman. ſing. 23.*
247 Sed contrarium verius eſſe diximus *in obſ. ad conſ. 41. num. 31. R. Rouit. lib. 3.* vbi diximus contrariam opinionem eſſe intelligendam ſi ille habeat mandatum ad vendẽdum tantum, poſt *Canc. ibid.* ita loquente *tex. d. l. 1. §. igitur propoſitio,* ibi *vel ſi ad locandum tantum non ad exigendum.*
248 51. Ad deputationem Economi requiritur ſpeciale mandatum *Bellamer. deciſ. 198. Rot. Rom. apud Tholom. deciſ. Nouiſſ. 865. num. 2. p. 3. vol. 3. & deciſ. 1030. lib. 3.*
249 52. Ad concordandum, & componendum inter partes requiritur ſpeciale mandatum. *Paleot. deciſ. nouiſſ. Roman. 421. num. 1. p. 3. vol. 3. Ludouic. Rom. ſing. 460. Rebuff. in concord. de elect. derogat.* verb. *ſpeciale* verſ. *vigeſimus Ludouic. concluſ. 30. verſ. 70. Vulpell. de pace, & indic. q. 4. nu. 1. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 1. tit. 66. num. 208. & 209. adduce tex. in l. illud §. ſi talis ff. de minor. Mozz. de mandato ord. 4. num. 39. Golin. de proc. p. 2. cap. 5. n. 199. Nig. loco infrà cit. Barboſ. clauſ. 35. num. 32.*
250 Prout etiam in remittenda iniuria *Alex. conſ. 26. num. 13. lib. 6. Clar. §. fin. q. 58. num. 23. & ſeqq.* vbi *Add. Nig. de execut. rei iud. cap. 7. §. 5. num. 3. ſeqq. Capibl. de baron. prag. 6. num. 74. Carauit. in rit. 275. num. 7. Maſtrill. de indult. cap. 24. num. 65. & ſeqq.*
251 Nec ſufficit generale mandatum, etiam cum libera adminiſtratione *Nell. de bannit. 3. p. 2. tempor. num. 37. Maſtrill. d. cap. 24. num. 65. & ſeqq. Foller. in prag. ſeriudicatis num. 30.* licet non deſint dicentes remiſſionem non poſſe fieri per procuratorem ſpeciale mandatum habentem *Carau. d. rit. 275.* poſt *num. 8. Paſcal. de patr. poteſt. p. 2. c. 2.* poſt *num. 115. Nouar. qq. forenſ. lib. 1. q. 68. n. 4.* vbi ſic ſeruari dicit in hoc Regno, ſic etiam teſtatur *Maſtrill. d. cap. 24. Donna de pugna DI. tit. de remiſſ. part. cap. 1. n. 14. & ſeqq.* Nobis placet prima opinio, dummodo in dicto mandato adſit præſentia Iudicis requiſita *per prag. 6. de compoſit.* ad faciendam remiſſionem, *Scialoya de ſeriudic. cap. 24. num. 57.* vbi dicit quot per dictam pręſentiam ceſſat ratio adducta incontrarium per *Carauit. vbi ſup.* Cum ſit verum ſufficere ſollemnitates requiſitas in contractu, fuiſſe adhibitas in conſtitutione procuratoris ad illũ cõtractum faciendum. *Altograd. conſ. 26. n. 2. 3. lib. 1.* poſt alios *Meltus obſ. 1. n. 6.* & eędem ſollemnitates requiſitę in contractu faciendo requiruntur in conſtitutione procuratoris ad illum ſtipulandum. *Olea de ceſſ. Iur. tit. 2. q. 1. num. 5. Meleus* poſt alios *obſ. 108. n. 4.*

252 Ad

Digitized by Google

252 Ad nouandum,ſpeciale requiritur mandatum *l.procurator, cui 58.l.procurator totorum 63.ff. de procurat.l.nouare.ff.de nouat.l.non abſtulit,C.eodem Burſat.conſ.395.num.18.vol.4.Surd.dec.181, nu. 12.Franc.Marc.deciſ.304.num.3.vol.2. Borrell.in ſumma dec. tom.1. tit. de procuratoribus num.215.* Ea ratione quia per nouationem ſequitur præcedentis debiti liberatio *Zabarell, conſ.59. in princ.Nig.de execut.rei iudic.cap.7. §.2. num.43. & ſeqq.& §.5.num.1.& ſeqq.*& ad liberandum requiritur ſpeciale mandatum,vt *ſup.*diximus.

253 53.Ad denunciandum, & interpellandum, vt quis poſſit conſtitui in mora requiritur ſpeciale mandatum, *Accurſ.in l.1.§.permittitur, & §. meriti ff.de liber.agnoſcend.Surd.dec.215.num.2.& 3. Coſta de factis ſcient.& ignorant.inſpect.63. num.4. Afſl.dec.316.num.3.Magon.dec.Flor.103.num.6. Golin.d.p.2.cap.5.nu.50.in fine* per *tex.in l.coten.* §.1.vbi *Bar.& Imol ff.de public.& num.202.Virgil.cap.16.num.34.Crot.conſ.213.*Rip.*in cap.cum M.Ferrantenſis ſub num.136.de conſtitut.Rota Lanuenſ.dec.6.num.14.Maneut. deciſ. Mantuan.61. num.4.Conſ.Hodiern.ad Surd.d.dec.215.num.5.& dec.341.num.2.Barboſ.in cap.5. num.2. de proc.in 6.Noguerol.alleg.10.num.138.* Item vt poſſit pro-
254 curator proteſtari pro Domino per *tex. in l.ſi quis infitiatus ff.depoſiti.Munente dec.Mant. 44. n.41.Golin.de proc.p.2.c.5.n.201.*

255 55.Speciale mandatum requiritur ad reaſſumendum omnes vices ſuas, in alium tranſlatas *Rot.in nouiſ.dec.184. Bernard. Cardinal. Biſinet. dec.11.tit.de procurat.Borrell.vbi ſup.n.231.*

256 56.Ad faciendum extraiudicialem appellationem vt deuoluatur requiritur ſpeciale mandatum, *Peregr.Fab.deciſ.nouiſſ.Rot.Rom.23. lib.2. vol.3.Borrell.ibid.n.233.*

257 57. Ad accipiendam poſſeſſionem requiritur ſpeciale mandatum *l.1. §.per procuratorem ff. de acquir.poſſeſſ.*vbi *Bar.l.poſſeſſio & & ſi poſſeſſio ff.de acquir.poſſeſſ.Ludouic.dec.peruſ.29. nu.24. Barboſ. clauſ.35.num.28.Surd.conſ.160.num.23.Nig.de execut.rei iudic.cap.7.§.2.num.14.& ſeqq. Ludouiſ. dec.50.num.3. Menoch. conſ.1002. num.6. Mediolanenſ.dec.2.num.18.lib.1.Bart.dec.46.num.9.Rota diuerſ.dec.802.ſub num.8.p.1. & dec.627.in princ.dec.681.ſub num.1.p.4.Coccin. dec.478.num. n.4.Rota* poſt *Poſt.de manut.dec.156.n.6.Rota Recent.dec.279.num.3.p.3.Burat.dec.263. Poſtius de manut.obſ.55.n.114.& 121.*Etiam ſi immiſſio ſit authoritate Iudicis *Rota Bonon.14. nu.12.* Ratio eſt quia ad illam acquirendam requiritur animus, *l.3.ff.de acquir.poſſeſſ.Surd.conſ.260. nu.23. vol.2.Corn.conſ.91.num.21.vol.4. Poſt. de manut. obſ.55.n.120.Nig.vbi ſup.n.2.*

258 Et in his quæ animi concernunt declarationem opus eſt ſpeciali mandato. *Bar.in l.inter ſtipulantem,§.1.ff.de verb.obligat. Alex. conſ.78. num.11. vol.2.Natta conſ.230.num.8.Gratian.diſcept.224. num.39.vol.2.Anna alleg.89. nu.16. Crauett.conſ. 697.num.21.Ciriac.contr.244.num.67.Rota apud Farinac.dec.673.num.4.tom.1. in poſth. Noguerol. alleg.10.num.138.*

259 Verum contrà dicit *Souſa deciſ.36.*vt Scil.nō ſolum ſufficiat mandatum cum libera, & generali adminiſtratione,ex *Iaſ.in d.§. per procuratorem num.1.*ea ratione quia *tex.* ibi æquiparat procuratorem,de quo ibi,tutori,& curatori, qui quidē cum libera adminiſtratione habet mandatum *gl.* exercendis *in l.mandato 60. ff. de procurat.* diximus *alibi hic.*Sed etiam ſufficiat mandatum generale *per tex.in l.ſi rem 41.ff.de vſucapion.*ibi,*quamuis per procuratorem poſſeſſionem adipiſci nos iam fere conueniat,* vbi aduertit *Bar.*de procuratore generali fore neceſſariò intelligendum, & eſſe *textum,*qui decidit hāc quæſtionem,hanc opinionem tenent vltrà *Bar.& Iaſ.locis citatis idem Bar. in l.qui mihi 13.§.5.*verſ.*ſed quidquid ff. de donat. Cuman.& Roman.in d.l.1.§. item acquirimus Aretin.Soccin,& Alex.in eadum l.1.§.per procuratorem* & ità deciſum refert per Senatum Luſitanum *Sanſa in d.dec.36.*

260 Mihi placet prima opinio per rationes ibi poſitas,quæ ampliatur procedere,vt non ſufficiat mandatum ad lites *Rota 120. nu.7.* poſt *tract.Poſty de manut.& ibid.dec.352.num.1.Rota dec.21.* aliàs 290.*n.1.de proc.in nou.Rota Bonon. dec.86. num.10.* Nec ſufficit mandatum cum clauſula: *Transferens Rota d.dec.352.num.7.* Nec *cum libera Rot.dec.120.num.8.* poſt *tract. Poſty de manut.*

261 Nec ſufficit quod ſit coniunctus , vel Amicus vel ſimilis,nam licet hi poſſint defendere , & recuperare poſſeſſionem ad amici, & coniuncti fauorem,non tamen poſſunt illam acquirere ratione,qua ſuprà *Rota poſt Poſtiū,de manut. dec.369. num.2.*vbi etiam de patre, & fratre , & *dec.612. n.3.add.ad Burat.dec.59.lit.A.*

Sufficeret tamen mandatum cum clauſula generali ad capiendum poſſeſſiones *Rot.recent. dec. 649.num.2.p.2. Rota* poſt *tract. Poſtij de manut. dec.120.num.7.& 150.num.7.Rota Bonon.dec.65. n.7.8.& dec.86.n.9.*

262 Et ſic in acceptatione beneficij poſſeſſionis, etiam ſpeciale mandatum requiritur *Capell.Tholoſ.dec.486. gl. in cap. cum noſtris de conceſſ.præbend.Mozz.de contract.tit. de mandat. ord.4.* verſ. *ſexageſimus octauus,& num.41.Rot. dec.587. num.* 4.poſt *Poſtium de manut.obſ.55.n.123.*

263 58.Ad pignorandum , ſpeciale mandatum requiritur *l.ſolutum §.fin.ff.de pignor. Neguſ. de pignor.fol.mihi 59.col.1.Rolan.conſ.26.num.12.vol. 2.Azor.inſtit.Moral.p.3.lib.7.c.5.lit.F.tom.4.Caualli q.135.num.3.Golin.d p.2.cap.5.nu.205.Cald. de reſtit.§.implorandum num.6.*verſ.*facit 5.Nig.de execut.rei iudic.c.7.§.4.nu.106.Merlin.de pignor. lib.2.q.102.*Sed habens mandatum ſpeciale , vel generale ab homine ſolito pignorare,poteſt agere pignoratitia actione *l. ſolutum §.fin. cum l.ſeq. ff.de pignor.act.*

264 59.Ad mutuum dandum , ſpeciale mandatum requiritur *Filucc.de contract.tract.24. cap.10.nu. 221.Azor.vbi ſup.c.7.lit.C.Mil.in repert. §. proc. habens fol.387.it.Merlin.d.lib.2. q.104.* Et licet
265 ad accipiendum,etiam ſpeciale mandatum requiratur diximus *ad R.Rouit.conſ.41. nu.7.lib.3.*

266 Tamen ſi procurator abſque mandato accipiat mutuum à Caio, & ei det pignus, ſi pecunia verſa ſit in vtilitatem domini , dabitur Caio retentio pignoris, donec ei pecunia reddatur *ex gl. in l.1.C.ſi aliena res pignor.data ſit* tradit *Petr.Martin.Aretin.de ſolution.tit.de retentione , & quando*

ipſa

Digitized by Google

ipſa vti liceat n.53.poſt tract. de fideiuſſor. f.138.

267 Verum habens mandatum ad accipiendum mutuum, poteſt etiam accipere ad cambium, & recambium, quando ita ſe habet conſuetudo. *Roman. conſ. 94. num. 9. in fin. & in l. 3. §. iurari ff. de Iureiur. Mantica de tacit. tit. 9. num. 63. lib. 3.* Etiã ſi in mandato ſit appoſita dictio taxatiua, vt puta decem tantum *Rota d. conſ. 93. n. 9. lib. 5. Mantica loc. cit. Merlin. de pignor. lib. 2. q. 104. n. 4. & 5.*

268 60. Speciale mandatum requiritur ad diuidendum, imò illud continere debet poteſtatem ad diuidendum, nec ſufficiat ad petendum diuiſionẽ, vt ex *Rebuff.* qui ita iudicatum refert, tenet *Mornius de contract. tit. de mandat. ordin. 4. verſ. 69. Nig. de execut. rei iudic. cap. 7. §. 4. num. 50. & §. 6. num. 136.*

269 61. In eligendo, præſentando, ſeu nominando aliquem, requiritur ſpeciale mandatum, *C. quia propter, §. illud de electione, c. ſi quis §. porrò eo de elect. in 6. Rota in nouiſ. deciſ. 375. Rebuff. in concord. gall. de elect. derogat. verb. ſpeciale verſ. quinter Baron conſ. 25. nu. 70. lib. 1. Cald. de Iure emphyt. q. 6. num. 22. in fin. Nig. de execut. rei iudic. cap. 7. §. 2. num. 26.* qui ex *Rota d. conſ. 25. num. 70. & Franc. in cap. qui ad agendum §. fin. de procur. in 6. verſ. 38.* dicit neque ſufficere mandatum cum libera, *& §. 7. n. 15. in fine.* Et in hoc eſt aduer-

270 tendum, quod ſi procurator conſtitutus ad eligendum, poſſit ipſemet eligere ex perſona ſua tanquam vnus de eligentibus, non poteſt eligere vnum nomine Domini conſtituentis, & alium nomine proprio, & ſi electio ſit facta, non valet per *tex. in d. cap. ſi quis §. porrò de elect. in 6.* Ratio eſt ſecundum *Abb. in cap. conſtitutis il 2. num. 8. & in cap. quamuis* vbi etiam *Felin. de offic. deleg.* Quia eadem conſcientia, qua tenetur eligere meliorem etiam iure proprio, debet eligere tanquam procurator, & quod non poſſit huiuſmodi procurator diuidere ſuffragia pro duobus, cum hæ duæ voces ſint inſeparabiles *Franch. dec. 69. num. 11. Addit. ad Roman. ſing. 27. Borellus Felliz. in Spec. Princ. rubr. 45. lit. C. &c. verſ. vt. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 5. cap. 15. num. 47. & 48. Gratian. diſcept. 231. n. 21.*

271 Aliam rationem meliorem ponit *Molin. de primog. lib. 2. cap. 5. num. 51. & 52.* Quod ſi duo eligerentur ab huiuſmodi procuratore, incerta eſſet electio, dum non conſtaret vter ex duobus ſit idoneior ad officium, & certum eſt, quod electio debet eſſe certa, & præciſa, nec valet ſi ſit dubia, vel incerta ad *tex. in cap. in electionibus de elect. in 6.*

272 Fallit tamen, quando duo concurrunt in electione, & vterque eſt dignus, maxime ſi Dominus habeat vnum magis acceptum, quam alterũ. Vel quando Dominus declarauit quem vellet, nam tunc eligeret dominus non procurator. *Bertachin. de Epiſcop. lib. 1. p. 4. q. 14. Golin. p. 2. cap. 5. num. 106.*

273 62. Ad petendum demanium dum venditur aliqua Terra, ſpeciale requiritur mandatum, ex eo quia dicitur cauſa ardua, ex qua poſſet Vniuerſitas illud petens per procuratorem, obligari ad multa, nimirum ad ſolutionem pretij, & intereſſe; vt poſt *Tiraquell. & Caſſaneu.* tradit *R. Ponte conſ. 104. n. 6. vol. 2.*

274 63. In reſpondendo poſitionibus, quo caſu non ſufficit mandatum generale ad agendum, & defendendum, nec mandatum generale ad lites actiuas, & paſſiuas, motas, & mouendas cum poteſtate ad iurandum, & deponendum, vt principalis in genere *Socc. ſen. conſ. 55. lib. 1. Barbeſ. de claus. clauſ. 35. num. 30. Vrſill. ad Affl. dec. 148. num. 7. Golin. de proc. p. 2. c. 5. num. 177. Michaler. de poſition. c. 65. num. 12. Nig. de execut. rei iud. cap. 7. §. 6. num. 16. Borell. in ſumma deciſ. lib. 1. tit. 66. num. 210. Thom. opin. 429.* Sed requiritur mandatum

275 ſpecialiſſimum ad ſic, & ſic reſpondendum, & deſcribendo ſingula capita poſitionum aduerſarij eum ſingulis reſponſionibus ad ſingula capita ipſorum poſitionum *Reutz. conſ. 7. n. 13. Menoch. conſ. 80. num. 64. Surdi. ſing. 76. nu. 67. lib. 3. Rot. Rom. dec. 779. num. 3. & ſeqq.* apud *Farinac. tom. 2. lib. 2. Indiuiſ. dec. 282. R. Rouit. dec. 34.* vbi hoc probat etiam de iure noſtri Regni Neapolitani in terminis *rit. M. C. V. 70. 79. & 93.* & deciſum refert per S. C. in Collat. Conſilio. *Mechaler. d. c. 65. num. 14. & ſeq. nu.* vbi *n. 19.* hoc dicit eſſe verum in locis vbi datur copia poſitionum, aliàs non poſſet verificari, quo caſu facta tali depoſitione per talem procuratorem, non poteſt aduerſarius petere, vt principalis tamquam melius informatus, & inſtructus etiam deponat, nam depoſitio ipſa facta per procuratorem tali modo eſt ac ſi ſit facta per ipſum Principalem *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 7. num. 550.* Vbi verè ratio dicit, quod hoc caſu videtur procurator conſtitutus non ad reſpondendum, ſed potius ad exibendum depoſitionem à Principali factam. Sequitur *R. Rouit. d. dec. 34. num. 19. Gratian. diſcept. 772. num. 24. & ſeqq. Farinac. in praxi q. 81. num. 61. in fine Mechaler. d. cap. 65. num. 17.* vbi *num. 18.* id eſſe verum dicit contra *Oſaſch. dec. 113.* etiam ſi adſiſtaturum, vt principalis perſonaliter reſpondeat.

276 Nec Principalis poteſt reuocare confeſſionẽ factam à tali procuratore, cũ cenſeatur facta ab ipſomet, & quamuis ipſe poſſet ſuam confeſſionẽ reuocare, poſſet *incontinenti, Mechaler. de poſition. cap. 64.* vbi dicit quando dicatur *incontinenti*, quod non procedit in illa facta per procuratorem, nam ſi voluiſſet reuocare ſuam depoſitionem, nõ debebat expectare depoſitionem faciendam à procuratore, ſed debebat tunc incontinẽti ipſemet reuocare mandatum, & vbi non reuocauit incontinenti non poteſt vlterius reuocare *R. Rouit. d. dec. 34. num. 39. Mechaler. de poſit. cap. 64. n. 35.*

277 Sufficeret tamen mandatum ad iurandum, & deponendum datum procuratori conſtituto in aliqua certa lite, & non in genere in omnibus cauſis, *Scacc. d. cap. 7. num. 563. ex Poſthium de manut. de prae. §. an quod teneatur ſub. nu. 13. & Gratian. de poſit. §. 10. num. 4.*

278 Verum ſi aduerſarius non contentus de depoſitione facta per procuratorem petat depoſitionem ipſius Principalis, tamquam legalioris, & melius ſcientis veritatem, hoc caſu principalis ipſe tenetur deponere non obſtante depoſitione facta per procuratorem habentem ſupradictam poteſtatem *Andr. in cap. ſi in poſ. num. 2. verſ. in reſponſionibus de iuram. calumnia in 6. Rouit. d. deciſ. 34. num. 15.*

279 Sufficeret etiam mandatum generale, cum

li-

Digitized by Google

libera poteſtate,&c. & cum poteſtate faciendi,quę
poſſet ipſe principalis, ſi depoſitio petita appa-
reat petita per calumniam à principali , vt deci-
ſum refert per S.C.*D.Prat.lib.3.diſcept.12.*& de-
ciſum retulimus *in obſ.ad d.deciſ.34.R.Romt.* ver-
ſic. *Idem dic.* ſecus crederem ex dictis,ſi illa pete-
retur non per calumniam , ſed ad ſciendam veri-
tatem à principali melius informato de re ipſa,
280 64.Speciale mandatum requiritur ad præſen-
tandum in iure patronatus , probat *Faber in §.
procuratori. Inſtit.de his, per quos ager. poſſ. Barboſ.
clauſ.35.n.40.*
281 Sed an valeat mandatum ad præſentandum in
iure patronatus , ſuccedente vacatione? diſtin-
guendum eſt. Aut patronus dedit mandatum
ad præſentandum certam perſonam,& non valet;
nec præſentatio ſubſtinetur, nam contineret vo-
tum captandæ mortis *c.2. & fin.de conceſſ. preb.
in 6.Maſtrill.de magiſtrat.lib.3.c.25.*
282 Aut dedit mandatum ad præſentandum perſo-
nam idoneam,quę non fuit expreſſa , & manda-
tum valet,& ſubſtinetur præſentatio. *Mareſcott.
var.cap.33.num.1.& 2.lib.2.* vbi ita deciſum re-
fert per Rot.Rom.vbi tenet quod ſi concedatur
beneficium viuentis , quem mandans credebat
mortuum , conceſſio habet effectum ſuccedente
vacatione, *Maſtrill.vbi ſup.*diximus latè *ſup.*
283 65.Ad petendum ſequeſtrum,vt tradit *Suar.in
l.poſt rem iudicatam à num.1. ad num.7. cum ſeqq.
ff.de re iudic.Golin.de procur. p.2. cap.5. nu.204.*
284 Sed quæſtio hic eſt,Titius conſtituit procura-
torem in cauſa quam habet cum Sempronio ſuo
debitore in vna banca , Si Caius debitor Sem-
pronij faciat depoſitum in alia banca , an huiuſ-
modi procurator poſſit virtute illius mandati fa-
cti in illa cauſa tantum,petere ſequeſtrum, & il-
lud liberari ſuo principali? Videtur dicendum
quod non,ex quo procuratoris conſtitutio ſtri-
ctè eſt intelligenda, vt ex pluribus Rotæ deciſio-
nibus refert *Gratian.diſcept.337.n.20.* Contrariũ
285 tamen nobis videtur verius,ex quo mandatum
vt diximus extenditur ad conſequentia *l. ad rem
mobilem l.ad legatum.ff.de procur.* Et ad connexa
286 & dependentia,diximus etiam *ſup.Golinide pro-
cur.p.2.cap.4.num.21.& p.3.cap.5.num.93. & p.
2.cap.5.num.204.in fine.*
287 66.Ad petendum ius congrui,ſeu retractus, vt
poſt alios tradit *Gratian.diſcept.958. nu.17.tom.
5.Caual.q.135.num.4.* Ea ratione quia alias non
poſſet iurare in animam Domini , vt tradit *Ben-
dell.de Iure prothemis,in rubr.num.70. Golin.p.2.c.
5.num.206.Nig.de Laudemio lib.1.q.31. num.18.
& ſeqq. Poſt. de ſubl.aſt. inſpect.32. num.42. Dom.
Prat.diſcept.forenſ.cap.7.num.32. Barboſ.clauſ.35.
num.52.* Alia eſt ratio, quia agitur de paciſcendo
& obligando eum , cuius nomine agitur. *Caſſan.
ad conſuet.burgun.rubr.10.de retract. §.1.* verſ. *le-
peut.recater num.5.Tiraquell.de retract.lignag.§.1.
gl.10.nu.97.Mattienſ.in recopil.leg.hiſp. lib.5.tit.
11.l.8.gl.14.num.2.* Qui ampliant etiam,ſi perſo-
na petens ſit coniuncta,& promittat de rato. Itē
288 ad renunciãdum dicto retractui *Viu. opin.330.
num.20.& ſeqq.*
289 Nec ſufficit mandatum ad retrahendum , ſed
opus eſt exprimere perſonam,à qua ſit retrahen-
dum,& addere cauſã retractus , & rem retrahen-
290 dam, *Caſſaneus vbi ſup.* Neque ſufficit *cum libe-
ra Mattienſ.d.gl.14. num.3. & ſeqq.* licet contrà
291 teneat *Tiraq.de retract.lignag.§.1.gl.10. n.101.
in fine.*
292 Limita tamen hanc concluſionem,vbi conſan-
guineus agit ad retractum pro conſanguineo pu-
pillo,minore,vel prodigo *Tiraq. d.gl.10. nu.98.
293 in fine.* 2.vbi principalis ratum haberet infra
tempus datum ad retrahendum. *Tiraq. num.99.
& ſeqq.Mattienſ.vbi ſup.num.14.& ſeqq.* 3.In cõ-
294 3.ſanguineis aſcendentibus, & deſcendentibus
*Tiraq.num.101.Nig.d.cap.7.§.2.num.53. & ſeqq.
& 5.11.* qui *num.65.* dicit interpellationem ſpro
retractu eſſe faciendam procuratori habenti ſpe-
ciale mandatum.
295 67.Item Ad hoc vt procurator poſſit conſti-
tui ad fideiubendum pro Domino. *Pirr. Maur.
Aretin.de fideiuſſor.2.p.principal.ſect.4.cap.25.nu.
5.Tiraquell.de conſtit.p.3.limit.30.nu.23.Hering.
de fideiuſſor.cap.11.num.90.R.Galeot. contr.29.n.
1.& 2.lib.2.* cum generale etiam cum libera non
ſufficiat , ex quo fideiubendo male gerere nego-
tia domini dicitur. *Maur. d. tract.2. p. principal.
ſect.2.cap.1.num.13.Golin.p.2.cap.5.n.212.*
296 68.Ad petendam feudi inueſtituram requiri-
tur ſpeciale mandatum, *Bal.in cap.1.§.fin.per quos
fiat inueſt.Anna alleg.118.num.10. Moz.de con-
tract.tit.de mandato ord.4.verſ.49.Coraſ.Roſent.&
alij* ab ipſo relati. *de feud. cap.3. concluſ.9. nu.1.
& 2.Menoch.conſ.1.num.78.Nig.cap.7.§.7.n.36.
de execut.rei iud.Virgil.d.cap.16.num.32.verſ.15.
Trentacin.var.lib.3.cap.4.n.8.& ſeqq. R.Merlin.
297 contr.78.num.7.cent.1.* Sic etiam ad dandam
inueſtituram, etiam mandatum ſpeciale requiri-
tur,alias datio nihil operatur *cap.1.§.ſed vtrum
per quos fiat inueſtit.* vbi *Aluarot.num.2.* Ea ratio-
298 ne quia feudum eſt beneficium. *Roſent. cap.1.
299 concl.2. num.1. & ſeqq.* & ſapit donationem
Roſent.cap.4.concluſ.10.num.5. Ideò ſicut aliena
300 non poſſunt donari vt diximus, Ita nec in feu-
dum dari. *Roſental.d.concluſ.2. num.4. & 9. Nig.
de execut.rei iud.c.7.§.2.n.35.& ſeqq.*
301 Quamuis aliqui teneant in cauſis feudalibus
requiri etiam ſpeciale mandatum , *Afſl.in cap.1.
§ in generali Schrader.de feudis p.10.ſect.18.à nu.
118.& ſeqq.R.Valenz.conſ.3.num.51.lib.1.R.La-
tr.conſult.90.num.26.Virgil.d.cap.16.nu.32. An-
na alleg.118. & 119.* licet contra deciſum refe-
rat *Tiraq.de retract.conſang.§.1.gl.3.nu.7. in fin.
Capic.in inueſtit.feud.§.feuda bonorum appellatione
col.4.verſ.mandatum.* imò ſpecialiſſimum. *Bamba-
car. de feudis tit.ſi de feud.defuncti milit.q.3. à n.
62.Schrader.d.ſect.18.num.131.in 12.concluſione*
302 Maximè vbi agitur de trãsferendo dominio
feudi,cum feudum non poſſit in alium transferri
abſque ſpeciali mandato. *Afſl.in cap.1. §. ſed ve-
rum per quos fiat inueſtitura R.Latr. d.conſult.90.
num.28.*
303 Sufficere tamen mandatum ad omnes cauſas
actiuas,& paſſiuas motas , & mouendas deciſum
ait *Afſl.in d.cap. in generali ſub num.9. tit. ſi de
feud.fuer.contr.inter Dom.&c.Anna ſing.328. &
& in repetit.cap.1.num.38.de vaſſall.decrepit.ęta-
tis,Ceſt ad Capic. dec.186. Gizzarell. dec.8d. nu.*
9.Ber-

Digitized by Google

9.Borrell.in ſumma deciſ.tom.1.tit.56.num.190.R. Matini ad Reuert.dec.574.num.7. pariter deciſum refert per S.C.iunctis aulis anno 1589.Gallup.in meth.feud.p.vl.vol.2. & in praxi p.2. cap.8. num.16.

304 69.Mandat ũſpeciale requiritur ad recognoſcendum rem aliquam in emphyteuſim Rip.ll. var.de iure emphy.cap.7.num.456. quem ſequitur Nig.d.§.7.num.26.

305 70.Ad nunciandum nouum opus,nam mandatum ad lites non ſufficit. Alex. conſ.78. num.14. vol.5.D.Prat.diſcept.45.lib.2.

306 71.Ad conueniendum Iudicem poſt finitum officium, ſpeciale mandatum requiritur l.1. in fin.C.vt omnes iudices tam ciuil.quam criminal.

307 72.Iudex accuſatus poſt officium depoſitum non debet diſcedere abſque procuratore habente ſpeciale mandatum per tex.in l.vnic.verſ.quod intra C.Vt omnes iud.tã ciuil.quam crimin. Mozz. de contr.tit. de mandat.ordin.4.verſ.quinquageſimo nono, & vigeſimo nono.

308 73.Speciale mandatum requiritur ad confitendum. Bar.in l.2.§.fin.num.6. ff. ſi certum petat Caſtr.in conſ.337.num.11.vol.1.Butr.in cap.ſi cautio de fide inſtrum.Facbin.contr.56. verſ. altera eſt Capic. dec.16. num.7. Seraphin. dec.986. num.5. Ferdin.Ramir.de clauſ.inſtrum.lib.1.cap.36. nu.6.

309 Sic conſtitutus ad recipiendum mutuum non poteſt confiteri recepiſſe,diximus ad Reg. Reuit. conſ. 41.num.7.lib.3.vbi num.8.diximus, quamlibet confeſſionem de recepto non præiudicare domino, non conſtito de reali numeratione D. Staiban.reſol.38.num.34.D.Petr.in eit.105.n. 24.Epiſc. Aff.contr.30.n 36.

310 Nec ſufficit mandatum cum libera adminiſtratione, & poteſtate, nam eaquæ ex mandantis animo, atque voluntate dependent, in generali mãdato non veniunt licet ipſe poſſit facere multa, quæ in generali mandato non continentur. Ant.Fab.in C.lib.2.tit.8.defin.1.num.5. diximus q.anteced.contrà tamen in hoc tenent Capic. dec. 16.num.9.10.Surd.dec.229.n.25.26.

311 Et procurator conſtitutus ad ſolutionem recipiendam, non præiudicat Domino confitendo ſe ſolutionem recepiſſe per tex.in l.1.§.ſi mutuum ff.ſi quid.in fraud.patr.l.2.§.cred tum ff.ſi certum pet.Guttier.alleg.1.num.29. & ex Tiraq. extendit ad tutores,curatores,executores, & alios adminiſtratores,& eſt bonus tex.in l.non abſtulit, C.de nouat. Ratio eſt quia procuratoris confeſſio non probat numerationem d.l.1.§. ſi mutuum, cum aliud ſit numeratio,aliud confeſſio. l.ſi ex cautione C.de non num. pec. Cancer. var.lib.2.cap.14. num.77. & ſeqq. Qui num. 80. idem eſſe dicit ſi adſit clauſula ad recipiendum, & liberandum. Et ſine difficultate confeſſio tutoris, curatoris, executoris, ſyndici, & patris legitimi adminiſtratoris, non nocet non apparente vera ſolutione R.Marin.ad Reuert.dec.410.n.2.

312. Sic procurator non poteſt confiteri recepiſſe ſolutionem, etiam ſi adſit in mandato clauſula (ad confitendum) niſi conſtet de vera ſolutione, Bar.in l.ſi debitorem, ff.de nouat.Surd.dec.229.nu. 28.Conſ.de Roſa conſult.55.num.11.Seraphin. dec. 987.num.5.poſt alios Nig.de execut.rei iudic.cap. 7.§.2.num.40.& ſeq.& cap.7.§.5.n.31.Maſcard. de probat.conclul.360.num.9.Thor. in ſuppl. verb. procurator fol.506. vbi deciſum refert per S. C.

313 Et talis confeſſio numquam nocet Domino, ſi conſtet de fraude procuratoris. Mareſcott. var. cap. 93.nu.4. & 5.lib.2. R.Marin.ad Reuert.dec. 410.num.1.in fine.

314 Verum quod ſi in mandato adſit clauſula: ad recepiſſe confitendum quod procuratoris talis cõfeſſio præiudicet domino verius eſt tenẽdum per tex.in d.l.2.§.creditum, vbi Soco. & Iaſ. de communi teſtantur, idem firmat Felin. in cap.ſi cautio num.87.de fide inſtr. & in cap. cum olim 2. nu.3.de offic.deleg.Guttier.d.alleg.1. nu.30. Ea ratione quia alias dicta clauſula nihil operaretur contra tex.l.ſi quando de leg.1. Cancer. var. lib.2. cap.14.num.81 R.Reuert. dec.410. vbi deciſum refert Tuſc.lit.P.concluſ.847.

315 Aliqui idem tenent eſſe quando in mandato principalis iuraſſet habere rata, grata, & firma omnia, & quæcumque geſta fuerint per ipſum procuratorem, quod ſcil.tunc dominus ex confeſſione procuratoris obligatur Grat. conſ.159. num.21.col.2.Paul.de Caſtr.conſ.410.nu.2. vol.1. Maſcard.d.concluſ.369. num.12. Quod mihi non placet,nam dicta clauſula etiam cum iuramento eſt intelligenda quod iurans habebit ratũ, quod fiat per procuratorem ſuper actu ei commiſſo, nempè ſuper receptione pecuniæ, & ſic talis clauſula nihil operatur gl. in verb. eatum l.ſi procuratorem abſentem ff.de proc. Couar. lib.1.reſol.c. 6.n.4.Cancer.d.c.14.n.83.

316 74.Speciale mandatum requiritur ad recognoſcendam ſchedulam,ſeu apocham, ſi eſt manu principalis ſcripta, vel ſubſcripta, vt tradunt pod Rebuff.Nicol.Mozz.de contract.tit. de mandat.ordin.4.verſ.ſexageſimo quinto.Nig.d.§.6. num.134.

317 75.Ad agendum contrà Vniuerſitatem,& Collegium non ſufficit mandatum ad agendum generaliter,etiam ſi ſit dictum ad agendum contra Caium, & Titium, & contrà omnes alias perſonas, nam appellatione perſonæ venit perſona vera non ficta, vt eſt Vniuerſitas, & Collegium Felin.in cap.eam te num. 15.de reſcript. Vbi etiã dicit,quod reſcriptum,quo poſſit agi contra homines de Vniuerſitate,& Collegio non comprehendit,quod poſſit agi contra ipſam Vniuerſitatem,& Collegium. Bal.in rubr.C.ad Trebell.& in auth.item quicumque, C.de Epiſc. & Cleric. & ibi Paul.de Caſtr.Caſſan.conſ.1. in 5. dub. deciſum fuit per Rotam Romanam teſte Gomez. in reg.de idiomate q.2. deciſum refert Vin. dec.112. nu.7. Gratian.diſcept.337. num.19. Mantica de tacitis lib.7.tit.14.num.1. Et procurator conſtitutus ab vniuerſitate non eſt idoneus in cauſis ſingulorũ

318 Dec.conſ.61.num.3.& in cap.eam te num.2. de reſcript.Ant.Gabriel.commun.concluſ.tit.quod cuiuſque Vniuerſit. nom.concluſ.1.num.7. Ægid. Bellamer.dec.10. Cancer. var. lib.2. cap.14.de procur. num.2.

319 76.Quæſtio eſt,an ad locandum ſpeciale mãdatum requiratur,vel ſufficiat mandatum generale? Et videtur dicendum, ſufficere generale mandatum, ea ratione quia prohibitus alienare, non

non prohibetur locare *gl.in l.tsdicillis, §.inſtituto ff.de legat.3.Rot.dec.543.num.2.& dec.692.n.3.in fin.p.1.in recentior.* Niſi eſſet locatio ad lon-
320 gum tempus, ex quo tunc locatio ſapit naturam alienationis *d.§.inſtitute Aſſl. dec.305.in 1. dub.Franch.dec.123.num.4.* vbi dicit prohabita alienatione, cenſeri prohibitam etiam locationem ad longum tempus, cum ex ea acquiratur vtile dominium, & poſſeſſio, & ſic licet poſſit locari feudum ſine aſſenſu *Frecc. in conſtit. conſtit. diuæ memoriæ. lim. 2. Reg. Marin. lib. 2. cap. 31.* impugnans, *Medic. conſ.147.* tamen non poteſt locari ſine aſſenſu ad longum tempus, cum ex illa conſtituatur ius in re *l. antiquitas C. de vſufr.* poſt *Iſern.D.Conſil.de Georg.in repetit. frud.lib.2.cap.10.nu.13.& cap.9. R.Marin. lib.3.*
321 *allegat.* poſſet tamen fieri locatio feudi indefinite, nam ratione incertitudinis valet locatio, *d.§.inſtituto*, quia poſſet ſtatim mori *l.1. ff.de condit.& demonſtrat.D.Georg.d.cap.10.nu.14.* Sed
322 ſine ſpeciali mandato non poteſt recipere penſionem *l.1.§.ſed ſi propoſito,* verſ. *ad locandum, ff. de exercit.* vbi *Ang.Roman. ſing.23. 339. & 461. R.Rouit.conſ.41.lib.2.* contrà *ibi nos* diximus, & *ſup.* addimus *D.Staiban.reſol.& obſ.78.n.4.*
323 Sed contra quod ad locandum requiratur ſpeciale mandatum verior eſt opinio *gl.in l.1.in fin. verb. & per litteras ff. de action. & obligat.* ea ratione, quia in locationibus fiunt multę pactiones quæ dependent ab animo domini *Caroc. de locat. tit.de locat.per procurat. q.2. nu.40. & 72. & 73. Bergn.dec.45.num.12.p.1.Gratian.diſcept.752. n. 11.Pacion.de locato, & conduct.*
324 77.Ad incuſandam obligationem ſtipulatam penes acta requiritur ſpeciale mandatum, nec ſufficit generale, ex quo agitur de cauſa criminali per periurium, in qua cauſa, & in cauſa famoſa requiritur ſpeciale mandatum *Bal. in l.ub ſolum, §.item ait ff.de procur.Carauit.rit.286. in fine Franch.dec.158.num.4.Conſ. Marcian. conſ. 54.num.3. vol. 1.* vbi ponit formam talis mandati.
325 78.Speciale mandatum ad petendam executionem ſententiæ abtemptæ ad fauorem Domini an acquiritur vel ſufficiat illud, quod procurator habebat ad litem. Et videtur dicendum requiri nouum mandatum cum illud primum per ſententiam interpoſitam ſit finitum, cum lis ſit finita per ſententiam *l.1.ff.de re iudic. Anna ſing.409. Nig.de execut.rei iud.§.7.in princ.& §.6.n.142. & cap.22.per tot.* vbi ampliat, & limitat *Vigil. d. c.16.n.44.*
326 Sed quod poſſit petere abſque alio mandato verius eſt quod fundat *Put.dec.366.num.4. lib.1. in 2.edit.Rot.apud.Fariaac.dec.692.nu.2. ad fin. p.2.in recent.Mantica de tacit.lib.7. tit.22. num. 28.Salgad.de retent.bull.2.p.cap.18.num.17.* ea ratione quia per ſententiam non eſtinguitur lis donec eſt mandata executioni, vt dicit *Io: Fab. in l.1.C.de litigioſ.Bar.in l.2.C.eadem, Duran.in dec.430.num.6.Golin.de proc.p.2.cap.5.n.185.& ſeqq.* & executio eſt de appendicibus ſententiæ, & mandatum extenditur ad annexa, & dependentia, vt diximus. *Marta in ff.nouiſſ. tit. de proc. cap.6.* Niſi procurator ille executionem peteret coram alio Iudice, in alia Prouincia, nam tunc requiritur nouum mandatum *Put.d. dec.366.nu. 4.& ſeqq.Mantica d.tit.22.n.27.& 28.*
327 Vel niſi eſſet procurator ad agendum tantum, nam tunc non poſſet petere exequi ſententiam, nec ei poſſet ſolui *l.ſed ſi tantum, ff. de pactis l.hoc iure, ff.de ſolut.Bar.in l.ſi procurator 28. ff. de proc. num.2.Rom.ſing.639.Rebuff.tom.1.ad conſtit. gall. tit.de ſent.execut.art.7.gl.13.nu.8.* poſt hos *Add. ad Anna ſing.409.*
328 Sed etiam data opinione contraria pro vera, quod requiratur ſpeciale mandatum, illa non procederet quoties eſſet procurator generalis ad omnes, & ſingulas cauſas etiam futuras, nam tunc ſine dubio poſſet petere executionem ſententiæ poſt *Bar. in l.ſi procurator ff. de procur. & l.hoc iure ff.de ſolut.* dicit *Anna d.ſing.409.Suar.in l.poſt rem iudicatam ff.de re iudic.§. quia ſuprà viſum eſt num.8.in fin.& num.9.Virgil.d.cap.16.nu. 48.Noguerol.alleg.36.num.9. & 10.* Idem ſi eſſet procurator generaliter ad cauſas, vel indefinitè, nam cum extendatur ad cauſas futuras per conſequens eſt procurator ad cauſam executionis, vt putę futuram poſt *Virgil.cap.12. nu.3. Noguerol.d.nu.50.in fine.* 2.Non procederet ſi procurator eſſet conſtitutus procurator in rem ſuam, *Suarez. in l.poſt rem iudicatam ff.de re iud.per tex. in l.ſi procurator ff.de procur.Virgil.d.cap.16.num. 15.* 3.Vbi generalis procurator ad lites feciſſet expenſas pro domino, qui repertus eſt non ſoluendo, nam poteſt petere executionem ſententię contrà condemnatum quo ad ſit illi ſatisfactum de expenſis litis *Suar. vbi ſup. Roman. ſing.645.*
331 *Virgil. num.46.* 4. Si vltra mandatum ad lites haberet mandatum ad exigendum *Bal. & Angel. in l.ſi procurator ff.de proc. l.non abſtulit C. de nouat.l.indictum C.de ſolut.l.fideicommiſſa §. ſi rem ff.de leg.3.* vbi verbum *exigere* ſonat quod *ab inuito extorquere, Nig.d.cap.7.nu.17. Virgil. n.47.*
332 5.In procuratore conſtituto in cauſa habente paratam executionem. *Suar.vbi ſup.§.quia ſup.n. 9.in fine.*
333 6.In procuratore conſtituto tempore quo cõſtituẽs nullam aliam litem habebat, quam petendi executionem *Suar. in d. l.poſt rem iudicatam ff.de re iudic.num.9. circà med. Nig.vbi ſup.n.16.*
334 7.Si procuratorium eſſet limitatum ad vnam litem, vel cauſam, nam eo caſu poteſt procurator interuenire in executione ſententiæ, cum executio ſit pars litis principalis, & appendix illius, & ſic donec fiat executio ſententiæ non dicitur lis finita ſed adhuc pendens, & in his terminis loquuntur *DD.hic ſup.* verſ. *ſed quod poſſit n. citati Noguerol.d.alleg.36.n.11.*
335 79.Mandatum ſpeciale requiritur ad petendum exemplationem inſtrumenti *Cardoſ.in praxi iudic. & aduocat.* verb. *procurator num.35.Barboſ. de clauſ.clauſ.35. num.22.& in cap.4.num.13.de proc.in 6.*
336 78.Procurator cum ſpeciali mandato conſtitutus ad defendendum, an ſine nouo mandato, poſſit intentare remedium *l.diffamari C. de ingen. & manumiſſ.* In hoc DD.non conueniunt. Nam *gl.in d. l. diffamari* dicit intentantem hoc remedium quodadmodo ſe defendere, & ſic poſſe.

337 Contrariam opinionem, quod ſcil.non poſſit huiuſmodi procurator committere cauſam ſuper moleſtationibus tenet *ex gl.in cap. conſtitutis, & per tex.in cap. accedens de procurat.Fut. dec.423. p.1.* Vbi dicit, quod ex quo verba propriè in mandato ſunt intelligenda, & defendere propriè dicatur qui ad iudicia prouocatus venit ex *Caſtr. in l.de pupillo §. qui commiſſionem, ff. de non. oper.nunciat. & in l.libertus patrono, ff. de iniuſt. rupt.* vbi dicit,quod qui non poteſt agere, non poteſt intentare remedium *d.l.diffamari*, bene *Marta in ff.nouiſſ.tom.1.tit.de procur.c.107.*

338 79.Procurator conſtitutus à debitore,vt loco eius citetur, non poteſt tamquam procurator ad totam cauſam declinare forum,& allegare omnia quæ poterat debitor principalis, nam ad hæc faciendum requiritur ſpeciale mandatum, cum ſolum ad illum actum citationis videatur conſtitutus per *tex.in l.ſi procurator ad vnam ſpeciem C. de procur.Fab.in C.lib.2. tit.8. defin.28. in alleg. num.1.Valaſc.conſult.144.num.4.& 5.*vbi dat rationem,quia caſus declaratus non extenditur ad omiſſum *l.commodiſſimè ff.de liber. & poſth.* nam dominus non videtur fidem eius ſequutus, niſi in illa re, quam ei mandauit *l.rogatus 33. in fin. ff. mandati Fab.loco cit.*Et talis procurator non po-
339 teſt conueniri coram Iudice incompetente reſpectu principalis debitoris,licet ſit competẽs reſpectu procuratoris, vt probat *Valaſc.conſult. 144.n.11.tom.1.*

340 Sed an dominus dicatur ibi inueniri, vbi eſt eius procurator, dixtinguendum eſt cum *Fal. conſ.167.vol.3.in antiq.* Quod aut procurator ad illum locum, & cauſam eſt conſtitutus, & hoc caſu ex iuris fictione dicitur inueniri, & poſſe ibi citari, & conueniri *Franch.dec.177.n.5.*

341 Aut eſt ſimpliciter conſtitutus,& hoc caſu nõ videtur habere mandatum, vt reſpondeat in eo foro, in quo dominus abſens conueniri non poteſt,etiam ſi procurator conſentiret, nam non poteſt iuriſdictionem non ſui iudicis prorogare, cum mandatum ad lites, & cauſas debeat intelligi coram Iudice competenti,nam verba indefinitè prolata,reſtringuntur ad ius *l.ſi duo §.1.ff.de conſtitut.pec.* & ibi tradit *Bal.* vſum procuratorũ eſſe introductum in fauorẽ conſtituentium,non in eorum odium, ſequitur *Muta dec.32. n.32.*

342 Imo quamuis adeſſet pactum de conueniendo debitore *vbi libet*, intelligeretur de loco idoneo ſcil.ratione domicilij *gl.in l.eum, qui ver.quocũque loco ff.de Iud.gl.in l.ſi duo §.1.verſ.ſed & certò ff.de condit. indeb. Mart. vot. 96. num.2. & 3. De Petris conſ.25.Thor.voto 84.num.155.Io: Maria Nouar. in pragm.de Inſtr. liquid.num.4. Chartar.dec.6.R.Marin.lib.2.cap.108. Caelcual. de iudicijs, tom.1.diſp.2.n.1029. & ſeqq.*

343 80.Speciale mandatum requiritur quando tutor vult recuſare officium per procuratorem,ſicut in alio officio,etiam requiritur *Marc. de contract. tit.de mandato ordin. 4.verſ.61.& 62. ex gl. in l. excuſare ff.de excuſ.tutor.*

344 81.Diximus *ſup.* ſpeciale mandatum requiri ad incuſandam obligationem,an requiratur ſpeciale ad petendam executionem inſtrumenti cenſualis ? Et ſufficere mandatum generale ad lites, dicit *Foller.in tract.de cenſib.verſ. tamquam n.52. & verſ.vt vides nu.9.* Secus ad liquidandum in-
345 ſtrumentum via *Ritus M.C.V.166.* in quo actu nullus procurator poteſt liquidare, ſed debet interuenire ipſemet principalis, vt habetur *in d. rit.166.* in illis verbis. *ſimili modo comparere debeant perſonalitèr creditores*, dicunt *Afff. dec. 64. & ibi Vrſill. Foller.vbi ſup.ver.tamquam num.52. & in addit. ad Marant.in ſpec.p.6.de inſtrum. product.num.5. Frecc.de præſent.inſtrum.p.11.q.3.nu. 1. & ſeqq.*

346 Quod intelligitur,niſi eſſet facta promiſſio de ſoluendo Domino,vel procuratori, vel Notario inſolidum,nam tunc poterit tam ipſe procurator quam Notarius, quam ipſe principalis inſtrumentum via ritus liquidare. *Vrſill.loco cit. Tartagl.in praxi ciuil. nu.36. Carauit. d. rit. 166.num. 16.Ber.Pand.in rit. 164. p.2. declar.24. nu.104. Add.ad Muſcatell. in praxi S.C.p.2.gl.veniens in lit.C.in fine Galter.in praxi liquid.1.p. 2.p.rubr.1. num.30.R.Marin.lib.1.reſol.187.nu.2.Conſ.Rocc. reſp.90.num.1.lib.1.Thor. voto 84. num.187.p.1. D. Petr.in rit.166.num.126.& ſeqq.*

347 Et non ſolum creditor, ſed debitor etiam debet perſonaliter comparere, nec admittitur procurator etiam cum ſpecialiſſimo mandato *Frecc. vbi ſup.p.6. in princ.* vbi teſtatur de viridi obſeruantia *Pand.vbi ſup.nu.95.& 98.*Niſi debitor eſſet abſens à Ciuitate, & infirmus, nam tunc cũ ſpeciali mandato ad comparendum in M. C.illa pro Tribunali ſedente poteſt audiri per *pragm.7. de inſtr.liquid.*qui procurator præſentando fidem infirmitatis valet inſimul omnes præſẽtare ſcripturas,& cunctas exceptiones allegare quas principalis poſſet,& per *ritum 267.* Et ſufficit ſi tale mandatum ſit generale ad comparendum in M. C.pro Tribunali ſedente, vt citatus ad inſtantiã quorumcumque creditorum,& non eſt neceſſe, vt dicatur,quod ſit citatus ad inſtantiam talis, & ſufficit ſi mandatum ſit confectum per multum tempus ante citationem, vt millies deciſum refert *Reg.Marinus lib.1.reſol.186.num.17. & ſeqq.* verum hodie per *pram.8. §.8.eodem tit.* mandatũ debet continere ſpecialiſſimam expreſſionem cauſę, & perſonæ,de qua agitur *D. Reg. Merlin. contr.73.lib.1.* Admittitur tamen procurator cũ ſpeciali mandato in expedienda citatione ſuper tenore inſtrumenti, & ſic in præparatorijs *Pand. ibid.nu.99.cum ſeqq.*

348 Sed ſi in inſtrumento adeſſe clauſula: *quod poſſit procurator nomine creditoris liquidare*, tunc poterit liquidari inſtrumentum per procuratorem non obſtante *d rit.166.*ità tradit *incertus Author in tract.de præſent.inſtrum.ad formam rit. limit.14. fol.600.verſ. procuratores* poſt *Frecc. & alios in tract.de liquid.inſtrum.Idem Author incertus f.609. verſ.per procuratorem*, & *verſ.ſi eſt pactum* vbi ex *Caccialup.de debit.fugit.* tenet valere pactum, vt inſtrumentum poſſit per procuratorem præſentari, & prius *fol.604.verſ. vltrà decem* limitat concluſionem principalem,vt debitor citatus non poſſit comparere per procuratorem, quod poſſit quando qui accuſantur eſſent plures vltrà decẽ, quia poſſunt facere procuratorem,ex quo tantus numerus facit populum ex *Bal.in l. quidem col.7.*

C.de

C.de accuſat.Golin.de proc.p.2. cap.5. num.197.

349 Et dictus *Author incertus fol.602.* etiam limitat in muliere maritata, vt poſſit comparere per procuratorem,quod etiam in vidua procedit, cũ illa adhuc dicatur durare in matrimonio.

350 81.Ad declarandum an quis velit eſſe hæres ſpeciale requiritur mandatum *Surd.conſ.281.nu.31.Seraphin. dec.1100. num.7.* ea ratione quia ex hoc poteſt ſequi magnum damnum principali,quid quid dicat *Cappell.Tholoſ.dec.392.Gallup. in praxi S.C.p.2.cap.20.nu.45. & ſeqq.*

351 82.Requiritur ſpeciale ad petendum, & exigendum laudemium, *Nig. de laudem. lib.1. q.31. Barboſ. clauſ.35. num.51.* ea ratione quia ex tali exactione cenſetur approbata venditio facta per emphyteutam rei emphyteuticæ, dum dominus poterat agere ad caducitatem *Nig. de execut. rei iudic.cap.7.§.4.*

352 83.Riquiritur ad proteſtandum *gl. in l.1.§.1. ff. de liber. agnoſc.Bal.in l.ſi hominem 30.ff.mandati Iranc. de proteſt. conſid.4.Barboſ.in cap.5.nu.2. de proc. in 6.* Alias nihil operatur proteſtatio *Cancer.var.p.2.cap.14.nu.132.* Ratio eſt quia per procuratorem ius proteſtātis conſeruatur *l.ſi debitor §.1 ff. quibus modis pign. vel hypotecã ſoluit Dec. in l. vinum num.5.ff.ſi certum petat. Rot.dec.3.de fide inſtrum. in non.Iaſ.in l.non ſolum §.morte num.48.ff. de nou. oper. nunciat. Cappell. Tholoſ.dec.50.*vbi *Aufrer.*

353 Et proteſtatio eſt mentis proteſtantis declaratio *l.item veniunt 20.§.petita ff. de hered. petit. cap. perlatum de his quæ metus Bar. in l. non ſolum §.mortem ff.de nou. oper. nunciat. num.11. & Iaſ.num.11. & 12.Tuſc.lit. P. concluſ. 936.nu.1.*

354 Et voluntatis declaratio eſt perſonaliſſima *l.vnic.§.nec autẽ C.de caduc. toll.Marta de ſucceſſ. p.4.q.13. art. 2. num.2. Noal.de tranſmiſſ.caſ.16.* Et ad illam faciendam requiritur ſpeciale mandatum *l.1. §.ff. de liber. agnoſc. Gratian. diſcept. 442. num.17.Conſ. Hodiern.ad Surd. dec.215.n.9. Barboſ. in clem. cauſam de elect. num.4. Golin. de proc.p.2.cap.5.nu.201.*

355 Et licet in hac concluſione contrarium teneãt *Bar. & Bal. in l. actione 66. §. renunciare ff. pro ſocio* Tamen prima opinio eſt verior, quam ſequitur nouiſſime *Franc.de proteſt.conſid. 4.*

356 Quę concluſio vera exiſtent ampliatur præſertim vbi proteſtatio fit de ijs, quæ pendent ab animo eius, cuius nomine fit proteſtatio *Surd. conſ.143. num.13. Garzia de nobil. diſp.gl.5. nu. 6.* vbi lãte agit,& plura cumulat *Alex. conſ.78. lib.5.n.7.& ſeqq.& n.15.*

357 Ampliatur 2. vbi proteſtatio contineret renunciationem iuris eius,cuius nomine fit proteſtatio *Bal.in l.emolius ff. de minor.n.31.*

358 3.Vt nec admittatur procurator ad proteſtandum,cum cautione de rato *Bal. in rub.de procur. col. 3. verſ. procurator ad proteſtandum Tiraq.de retract.lignag. §.1.gl.10. num.96.*vbi diſtinguit vt ſi illa tendat ad iudicium ſufficiat cautio de rato,ſecus ad dandum, vel ſoluendum.

359 4.Etiam ſi eſſet procurator generalis ad lites *Caſtren.l.de pupillo §. qui procuratorio ff. de nou. oper. nunciat. Tiraq. de retract.lignag. §.1.gl.10. num.97. circa fin.* Etiam ſi eſſet negotiorum geſtor. *l.cum ſatis §.fin.C. de agricol.& cenſitis Stat. lib.5.reſpon.3. num.10. tom.1. Franc.d. conſid. 4. num.8.*

360 5. Etiam ſi procurator ſit coniuncta perſona *Tiraq. vbi ſup.num.98.Surd.dec. 215.Ignat. Villar.in ſilua reſponſ. 2. num.59. Franc. d. conſid.4. num.7.*vbi *num.12.*limitat ſi conuenerit illum in iudicio,quod facere poteſt coniunctus pro coniuncto ſine ſpeciali mandato, & in conſequentiã tunc poterit aduerſarium in mora conſtituere ex *Surd.d. dec.215. num.4.* Et *num.13.* limitat etiam ſi proteſtetur pro coniuncto prodigo, furioſo, & minore.Et *n.14.* limitat etiam ſi fiat ad eum finem, ne quis faciat id quod alias facere prohibetur,quod à quocumque fieri poteſt.*Canc. var. lib.2.tit.14.n.133.*

361 6.Ampliatur in omni genere proteſtationis, nam cum vel ſit ſuſpenſiua,vel deliberatiua, vel refutatiua, *Vitalin. in clem.1. de procur.num.21.* cum vtrobiq; agatur de ijs, quæ in animo conſiſtunt, in quibus omnibus perficiendis opus eſt mandato *Vrſal. dec. 168. p.1.nu.2.* Vel de alieno iure refutando, opus eſt in omni genere proteſtationis ſpeciali mandato *Bar.in l. non ſolum §.morte ff.de non.oper.nunciat.nu.37.Alex.d.conſ.78. num.7. circã med.lib.5.*

362 7.Præſertim ad effectum, vt proteſtatione quis conſtituatur in mora *Gratian. diſcept.42.n.21. Mancin.dec.61. nu.1.& 2. Hodiern. ad Surd. d.dec. 215.nu.8.*alias ſine mandato ſpeciali nulliter fit *Canc. var.cap.14.n.132.p.2.*

363 8.Nec ſufficeret domini ratihabitio, quia cũ actus à principio ſit nullus,non poteſt ſubſequẽti ratihabitione ſuſtineri ſaltim in tertij præiudicium *Hodiern. vbi ſup.num.9. Larrea dec.92. num.8.Iranc.d.conſid.4.num.6.* Sufficeret tamen

364 ſi proteſtatio fieret à procuratore habente mandatum generale *cum libera l. de pupillo §.qui procuratorio 18.l.cum procurator 13.ff.de non.oper. nunciat l.procurator, & l.ſeq. ff.de procur.*per quæ iura concludit *Mart.Nigrin.de proteſt.§. de nun-*

365 *ciatio n.131.* Nec opus eſſet ſpeciali mandato quando proteſtatio fieret non exprimendo quare illa fiat. *Bal.in l.ſi hominem 30. ff. mandati nu.1.*

366 *in princ. & Bal.num.2.*Vel quando procurator generalis iuſta ex cauſa faceret proteſtationem. *Iaſ. in l. non ſolum §.morte ff.de nou.oper. nunciat. num.37.* vbi plura ponit.

367 Vel quando proteſtatio fieret circa res, quæ ad eiuſdem procuratoris adminiſtrationem pertineret *Petr.Gilkẽn.de vſucapion.2.p.membr.2.c.2.num.30. Iranc. de poteſt. conſid.4.num.5.in fine,& conſid. 5.*diſputat, quando proteſtatio debeat fieri principali,vel ſufficiat fieri procuratori habenti generale mandatum, vel requiratur ſpeciale, & latè explicat.

368 Ex quo ſunt quamplures perſonę, quę in ius vocari non poſſunt,non petita venia, de quibus *ſuprà q.7.* diximus, & ſunt *in ff. de in ius voc.* Ad illas vocandas in iudicium requiritur ſpeciale mandatum *Natta conſ.445.num.1.& ſeqq.Nig. de execut.rei iudic.cap.7.§.6.n.1.&* 2.

369 84. Speciale mandatum requiritur ad petendum a Principe,vt mandet Iudici ſummariè procedere. *Rot. dec.28.de reſcript.in nou.num.1.*Ea

ratione, quia, cum per eam clauſulam tollantur
ſubſtantialia plura iudicij, non poteſt procurator
ſine ſpeciali mandato in iis præiudicare ſuo
principali.
370 85. Ad petendum reſtitutionem natalium ali-
cuius, requiritur ſpeciale mandatum. *Ang. in §.*
fin. num.2. verſ. vigeſimus quintus Io: Baptiſt. Lup.
de illegit. & natural. comment. 3. §. 1. num. 9. Rum.
conſ. 73. in fin. lib. 3. Dec. conſ. 55. num. 6. Nig. d. §.
7. nu. 16. bene verum ſi exhibeatur priuilegium
in quo dicitur ſupplicatum pro parte Titij pro-
curatoris Seij; ad validandam gratiam, non eſt
opus docere de mandato Titij *Bal. in cap. 1. §. per-*
ſonam per quos fias inueſtit. Anna ſing. 404.
371 86. Ad allegandum locum, ad quem quis eſt
citatus, non eſſe tutum, ſpeciale requiritur man-
datum *Gabriel. commun. concluſ. tit. de citat. con-*
cluſ. 3.
372 87. Similiter ad dandum obiectus in perſonã
alicuius electi *c. procurator de elect. in 6. Bellam.*
dec. 32. Beron. conſ. 25. num. 5. & ſeqq. lib. 3. Suf-
373 ficeret tamen mandatum ad opponendum obie-
ctus, vel crimina, *Rol. à Valle conſil. 26. num. 17.*
lib. 2.
374 Sed an ſubſtineatur proceſſus, ſi doceatur de
mandato in indiuiduo, poſt quã dati fuere obie-
ctus, vel dicatur ſuperueniſſe ſcientiam alterius
defectus, qui nunc obijcitur? eſt *Tiraquell. de re-*
tract. lign. §. 1. gl. 10. n. 94. gl. penul. in c. cit. circa
elect. in 6.
375 88. Speciale mandatum requiritur ad accuſan-
dum, vel ad redarguendos teſtes de falſo, ſeu de
crimine *Beron. conſ. 25. lib. 3. num. 11. Barboſ. de*
376 *clauſ. clauſ. 35. num. 20.* Nec ſufficit mandatum
cum libera adminiſtratione *l. ſi pater ff. de ijs quæ*
in fraudem creditorum, cum hoc caſu dominus in-
cidere poſſit in poenam, ad quod faciendum re-
quiritur ſpeciale mandatum, vt diximus. *Nig. de*
execut. rei iudic. c. 7. §. 6. n. 60.
377 89. Eadem ratione ſpeciale mandatum requi-
ritur ad repulſandos teſtes examinatos *Clem. non*
poteſt de procur. Amad. Rodriq. de modo ord. proceſſ.
cap. 9. n. 43.
378 90. Speciali mandato opus eſt, vt per compa-
ritionem citati ſanetur nullitas citationis. Nam
quamuis ſanetur nullitas citationis, per compa-
ritionem citati *l. 1. ff. de ferijs, Marſil. in l. de*
vnoquoque ff. de re iudic. num. 55. cum alijs cumu-
latis per *Gaill. obſ. 48. num. 4. Ludouiſ. dec. 27.*
n. 3. 4. Ea ratione quia per comparitionem præ-
ſumitur ſcientia citationis *DD. ſup. cit. Rot. dec.*
81. nu. 4. dec. 95. nu. 1. dec. 99. num. 2. & dec. 336.
n. 1. p. 2. in recent. Et etiam intimatio nulla ſane-
tur. *Mantica dec. 172. nu. 1. verſ. neque Nuta-*
cuni. 18. n. 2. & ſeqq.
379 Et etiam ſi citatio ſit nulla ratione incertitu-
dinis loci, vbi citandus comparere deberet *Man-*
tica dec. 309. nu. 5. in fi. aſſerens idem dicendũ
de Capitulo illegitime citato. Et quamuis ſit
conſtitutus procurator tantum ad dicendum de
nullitate citationis *Seraphin. dec. 1441. num. 4.*
Lancellott. de attent. in præfat. p. 2. c. 4. n. 130.
380 Sufficit ſi longe poſt citationem ſit conſtitu-
tus procurator, vt deciſum per *Rot. Rom.* refert
381 *Addit. ad Ludouiſ. d. dec. 27. num. 12.* Secus ſi ſit
conſtitutus ante citationem, nam tunc non pur-
gatur defectus citationis *Lancellott. d. cap. 4. num.*
136. deciſum refert per *Rot. Addit. ad Ludouiſ. d.*
dec. 27. num. 12. in fine, Cum hac tamen aduer-
382 tentia, quod etiam ex comparitione procura-
toris conſtituti ante citationem purgatur defe-
ctus citationis, ſi cum eſſet generaliter conſtitu-
tus, comparuit poſt factã citationem, & deduxit
generalitatem ad ſpeciem reſpectu cauſæ, in
qua fuit citatus, vt deciſum refert *Add. vbi ſup.*
383 Et quod ſpeciale mandatum requiratur citati,
ad ſanandũ nullitatem citationis per compariti-
onem dixerunt *Seraphin. dec. 1366. num. 2. Rot.*
relata per *Add. ad Ludouiſ. d. dec. 27. nu. 14. Lan-*
cellott. de attent. p. 2. cap. 4. in præf. n. 135. Contrã
384 tamen quod ſufficiat generale tenet *Seraphin.*
dec. 54. num. 5. Rot. dec. 736. nu. 1. & alia Add. vbi
ſup. quam opinionem dicit veriorem, ea ratione
quia eo ipſo quod procurator generalis compa-
ruit poſt citationem, præſumitur habuiſſe noti-
tiam citationis.
385 91. Teſtis, vt probet debet deponere cum iu-
ramento *l. iuriſiurandi C. de teſtib.* Sic ſi teſtis ve-
lit per procuratorem iurare, neceſſe eſt, vt ille in
ſpecie det procuratori facultatem præſtandi iu-
ramentum de veritate dicenda *Io: Andr. in cap.*
fin. de iuram. calumn. in 6. Crot. de teſtibus p. 9. nu.
26. Roman. ſing. 8. vbi refert per Rot. deciſum,
Farinac. de teſtibus q. 74. num. 28. poſt med. Sed
386 quod talis examinandus non poſſit iurare per
procuratorem habentem ſpeciale mandatum eſt
tex. in cap. licet ex quadam verſ. *proprio de teſtib.* &
ibi idẽ *Canoniſta* notat *Bar. in l. ſed ſi vnius §. ſeru-*
us meus ff. de iur. iur. col. 2. & in l. qui bona §. ſi
alteru ff. de damn. infect. & *ibi* etiam *Alex. Crot.*
de teſtibus p. 9. num. 26. verſ. contrarium, & reſpon-
det obiectis relatis per *Farinac. d. q. 74. nu. 28.*
in princ. poſt alios *Nig. de execut. rei iudic. cap. 7.*
§. 8. num. 40. Etiam ſi teſtes ſint perſonæ egregiæ,
vel quouis modo impeditæ *Seraphin. de priuil.*
iuram. priu. 11. nu. 12. & ſeqq.
387 92. In cauſa criminali requiritur ſpeciale
mandatum *l. non ſolum §. fin. ff. de procur. Alex. in*
l. ſi quis §. ſi procurator ff. quod quiſque iur. num. 7.
Mantica dec. 11. num. 3. Gratian. diſcept. 97. n. 22.
Io: de Amic. conſ. 132. num. 5. Sed quando in cauſa
criminali poſſit interuenire procurator, dicemus
q. ſeq.
388 93. Ad conſentiendum prorogationi inſtantiæ
Soccin. conſ. 24. lib. 1. num. 32. ſubdendo tamen
ſufficere mandatum cum libera, *Nig. d. §. 6. n. 116.*
389 94. Ad accipiendum bona inſolutum per ad-
iudicationem, *l. non abſitulit C. de nouat. Nig. d. §.*
390 *6. num. 120.* Sic etiam ad dandum bona inſolu-
tum *Nig. §. 7. n. 21.* Vbi poſt *Aſin. de execut. §. 7.*
cap. 180. num. 2. & ſeqq. ampliat, etiam ſi detur à
coniuncta perſona.
391 95. Ad excuſandum tutorem à tutela *gl. in*
l. excuſare de excuſat. tutor. Rebuff. ad concord. de
elect. derog. verſ. 34. *Mozz. de mandat.* verſ. 56. *Nig.*
d. §. 6. n. 132.
392 96. Ad impetrandum veniam ætatis *l. 2. C. de*
his qui veniam ætat. Rebuff. vbi ſup. verſ. *ſpeciale*
verſ. 44. *Mozz. de mandat. verſ. 67.*
393 *An ſufficiat mandatum datum alicui ad accep-*
tan-

*tandum laudum,ſeu ſententiam proferendum,& pro-
ferendam,ad hoc,vt obliget conſtituentem,ſi ille ac-
ceptauerit, & reperiatur iniuſtum, ſeu iniuſta? &
num. 394.*

Diximus *ſup.nu.29.30. & 31.* ad acceptandũ
laudum, & ſententiam requiri ſpeciale mandatũ
& non ſufficere mandatum datum ad acceptan-
dum laudum proferendum, nunc difficultas eſt,
quid dicendum,ſi ille procurator cum tali man-
dato acceptet laudum nullum,ſeu iniuſtum, an
dominus conſtituens poſſit, tali acceptatione nõ
obſtante,appellare, petere reductionem ad arbi-
trium boni viri, ſeu de nullitate dicere dicti lau-
di, ſeu ſententiæ? Et videbatur dicendum, non
poſſe; nam illud fuit acceptatum à perſona legi-
tima, & ſic adeſt regula: quod ſemel placuit am-
plius diſplicere non debet. *l. quod ſemel 21. de
regulis Iuris in 6. §. ſemel cauſa inſtitut. quibus ex
cauſis manumittere non lice. Card. Tuſc.lit.Q. con-
cluſ.48.* Et approbatum ſemel nõ poteſt amplius
reprobari *l. pomponius ff. de negotijs geſtis Surd.
conſ.18. n.2.conſ.351.nu.41.dec.132.nu.4. Giur-
ba dec.24. n.29. Gratian.diſcept. 941.n.20.*

In contrarium eſt veritas, nam regulæ *ſup.*po-
ſitæ procedunt quando quis ſcienter approbat
aliquod laudum, ſeu ſententiam, vel actum,ſe-
cus eſt ſi neſcienter, vt in caſu propoſito, quo
quis facit mandatum ad acceptandum laudum,
quod credebat fuiſſe validum, & iuſtum,nam ſi
ſecus ſciuiſſet, vtique non feciſſet mandatum il-
lud, & ſic deficit conſenſus, & hic ſunt repeten-
da omnia,quæ diximus de folio albo ſubſcripto
à conſtituente,quam ſubſcriptionem diximus ni-
hil operari ad obligandum ſubſcribentem, antè
quam habeatur notitia eorum, quæ ibi fuerunt
ſubſcripta,& fuerint ratificata, *ſup.q.25.num.59.
& ſeqq.*

S V M M A R I V M.

*1 Enumerantur caſus, in quibus non iuuat manda-
tum,ſed requiritur præſentia mandantis, & à n.
2.ad n.31.*
32 Nullus cogitur perſonaliter comparere in iudicio.
*33 In cauſis criminalibus quis tenetur comparere per-
ſonaliter,& à n.34.ad n.63.*
64 Declaratur hæc materia, & à nu.65. ad nu.101.
*102 Caſus, in quibus admittitur procurator in cauſis
criminalibus, & à n.103.ad n.159.*

In quibus cauſis requiratur præſentia Principalis, & non ſufficiat mandatum? & an, & quando in criminalibus?

QVÆSTIO XXVII.

1 PLures ſunt caſus, in quibus requiritur
præſentia mandantis, & non iuuat mã-
datum. Pimus eſt,vbi ex conuentione,
vel à lege fuit electa induſtria perſonæ,
nam cum perſonalia non egrediantur perſonam,
& illam perpetuò ſequantur non aliter,ac vmbra
concomitatur corpus *l.idem Iulianus §. ſi quis ali-
cui, ff.de leg.1.l.ſi tibi decem, §. ſi quis paciſcatur
ff.de pactis* Præſertim ſi ſequatur alterius præiu-
dicium *Anton. Rub.in l.non ſolum,§. morte, ff.de
nou.oper.nunciat. nu.180, Herring.de fideiuſſ. cap.
11.nu.94.* Etiam quod procurator eſſet coniun-
cta perſona *Neg.d.c.7.§.13.n.1.& ſeqq.*
2 Vbi agitur de adeũda hæreditate *Bar.in l.89.ff.
de acquir.hæred.* Tamen contrarium diximus *ſup.
q. praced. n.106.* Verum vera exiſtente contra-
ria opinione, illa non procedit in pluribus Caſi-
3 bus. Primo vbi hæreditas eſt delata Collegio,
vel cuiuis alij vniuerſali corpori eccleſiaſtico,vel
ſeculari. *Goffred.in l.per procuratorem 89.nu.3.&
ſeqq. ff. de procur. Barbat. in rubr. C. qui admitti
num.131.*
4 2.In hæreditate delata infanti,vel muto,furio-
ſo,& ſimilibus,qui non intelligunt quid agant:nã
quãuis illorũ nomine conſtituatur procurator ad
adeũdum, non ideò hæreditas illis delata dicitur
adita, quia vt ego addo, non intelligentes illi,
quid ipſorum nomine agatur, non poteſt dici il-
los animo adijſſe hæreditatem *Roman. in l. per
procuratorem, ff.de acquir. hæred.nu.5. Barbat.in
rubr.C.qui admitti n.134.*
5 3.In hæreditate delata ei,qui vt validè adeat,
alterius eget authoritate,veluti ſi hæreditas ſit de-
lata pupillo, vel filio fam. maiori in poteſtate
patris exiſtenti, mulieri, quæ ex forma ſtatuti
non poteſt abſque marito contrahere, vel quaſi
*Bar.in l.per procuratorem 89.ff.de acquir. hæred.n.
1.*ibidem *Odofred.Barbat.in rubr.C.qui admitti nu.
131.* Qui *nu.134.*idem dicendum de hæreditate
delata monacho *Cuman. in d. l. per procuratorem
n.2.circa fin.& n.8.in fin.Narbona de ætate anno
14.q.15.* vbi agit, quæ nam ætas requiratur ad
adeundam hæreditatem.
6 4.Vbi hæreditas defertur Cæſari,ſeu fiſco, cuius
procurator,ſi locupletem acceptet hæreditatem,
facit Cæſarem hæredem *l.1.ff.de offic.proc. Cæſar.
Bar.in l.per procuratorem ff.de acquir.hæred. nu.2.*
ibidem *Goffred.n.2.in fine.*
7 5.Quoties cõſtituens procuratorem ad adeun-
dam hæreditatem eſt ignarus virium illius, ſeu eſt
multum remota à mandante *Cyn.in l.1.C.qui ad-
mitti col.1.verſ.præterea* Vbi *Bal. num.35.* ponit
exemplum,ſi conſtituatur procurator ad accep-
tandam hæreditatem, quatenus ſit ſoluendo *Ro-
man.in d.l.per procuratorem n.5.*
8 6.In fiſco,vel alio quocumq; qui ad acceptã-
dum hæreditatem ſibi delatam alterius eget ad-
miniculo *Bal.in l.1.C.qui admitti n.37.*
9 7.In petenda acquiſitione hæreditatis,quæ fiat
per fideicommiſſi reſtitutionem, nam illa fieri, &
peti poteſt per procuratorem habentem ſpeciale
mandatum *Barbat. in rubr. C. qui admitti n.126.
in princ.* & *nos* diximus *ſup.quæſt.præced.*
8.In petenda bonorum poſſeſſione *gl. in l.per pro-
curatorem 89.ff.de acquir.hæred.verſ.item ſecus,* &
diximus *ſup. quæſt.præced.*
10 Tertius caſus eſt,vbi agitur de confitendo de-
licto capitali,nam ad illud confitendum non ad-
mittitur, etiam cum ſpeciali mandato *Bal.in l.2.
C.quorum appell.Barbat.in cap.ſi clerici de iudic.n.
7.per tex.in cap. ex litteris de exceſſ. prælat.* poſt
alios

Digitized by Google

alios *Viu. opin.950. num.8.*
11 4. Vbi agitur de iuramento præſtando à teſte,
nam nemo poteſt mandare procuratori, vt pro
ipſo iuret *l.de minore §.tormenta ff.de quæſtion.Bal.*
*in rubr.ff.de iur.iur.*poſt *Bart.& Abb.Roman.ſing.*
8. in princ.Vin.opin.951. num.3. Crot. de teſtib.p.
9.num.26. Farinac.de teſtib.q.74.num.28. Mon-
ticell. de teſtib.cap.iurare debet teſtis per ſe, & non
per procuratorem Scacc.de Iudic.lib.2. c.3. n.384.
*Theſ. dec.47.num.16.*Contrarium tenet *Rota*, te-
ſte *Roman.ſing.7.n.2.& ſeqq. Curt.in l. admonen-*
*di ff.de iu re iur. n.359.*Diximus *q.26.n.386.*
12 5. Si agatur de peribendo teſtimonio, nam
cum Iudex debeat aduertere, qua voce, quo vul-
tu, qua trepidatione deponat teſtis *l.3.ff. de teſti-*
bus, iſta non poſſunt aduerti in procuratore te-
ſtis examinandi. *Boſſ.de oppoſit.contra teſtes n.87.*
Felin. in cap.de teſtibus 29.de teſtib.num.7. Fari-
nac.vbi ſup.
13 6. Vbi agitur de ſingulari certamine faciendo,
niſi ætas, vel infirmitas excuſet *gl. in cap.1. §.ſi*
iudex verſ. *an domino*, verſ. *ſed quæri. de pace te-*
nend.
14 7. Vbi agitur de reuerentia præſtanda, nam
qui illam debet, non ſatisfacit, ſi velit per alium
illam præſtare. *Caſtagna de benefic. deduct. q.7.*
fallit 1.n.4.in fine.
15 8. Vbi ad peragendum actum aliquem opus
eſt præſentia alicuius *gl.in clem. dudum* verb.*præ-*
ſentari de ſepult.Tiraquell. ad l.fin.connubial.gl.6.
verb.*conſentiment. n.31. Golin.de proc.p.1. cap.3.*
*num.66.& ſeqq.*Quæ concluſio limitatur, vbi lex,
16 vel ſtatutum requirit præſentiam Vniuerſitatis,
vel alicuius corporis, vt puta Capituli, Collegij,
vel ſimilium *Archidiac. in cap. cuiſ quis 15. q.7.*
Tiraq. in l.fin. connubial. gl.6. verſ. *conſentiment.*
17 *num.32.* 2. Concurrente legitimo impedimento
Ang.in l.pomponius ff.de proc. in princ. Tiraq. vbi
ſup.nu.34. 3. Vbi lex ſeu ſtatutum requirit præ-
18 ſentiam in materia, quæ ſuapte natura non exi-
git præſentiam corporalem *c.penult. de iuram. ca-*
lumn.Tiraq.n.36.
19 Nonus caſus vbi agitur de emittenda profeſ-
ſione in aliqua Religione *Bal. in cap. cum dile-*
ctus de ordin.cognit.nu.18. Sed hoc procedit quã-
do inſtituti regula hoc prohibet, ſecus ſi nõ pro-
hibeat, nam tunc poteſt fieri profeſſio per procu-
ratorem habentem ſpeciale mandatum ad profi-
tendum in certa religione non reuocatum etiam
quo ad actum internum poſt plures *Sanchez in*
ſumma lib.5.cap.3.num.7.3. Baſſans verb.*profeſſio*
num.23.
20 10. Ad confitendum Sacerdoti peccata in Deũ,
in proximum commiſſa *Syluester, & reliqui Sum-*
miſtæ, §.confeſſio 2.num.2.& ſeqq.& Syluest.vbi ſup.
num.26. dicit quando poſſit fieri ſcripto, adeſt
hodiè *Bulla Clementis Octaui* Summi Pontificis,
hoc vetans, vt confeſſio non poſſit fieri per litte-
ras, aut per nuncium, *eſt conſtit.87.* incip.*Sanctiſ-*
ſimus 10. Iunij 1602. *Barboſ. in ſumma bullarum*
verb.*confeſſio, & in c.2.qui matrim.accuſ.poſſ.& in*
*ſumma apoſtolic.deciſ.*verb.*confeſſus*, & verb. *con-*
feſſio.
21 11. Si agatur de libertate danda, nam ſi pro-
curator non ſit deſcendens mandantis, non poteſt
illa dari *l.nec mulierem C.commun. de manumiſſ.l.*
ſi conſentiente l.nepos ff.de manumiſſ.vindict.l.1.§
fin.ff.de manumiſſ.Ardizon.in ſumma de feud.lib.1.
*cap.50.Add.ad Mil.in repert.*verb.*curator f.391.*
22 Niſi ſit procurator in rem propriam, vt per *gl.in*
d.l.nec mulierem, quod exemplificatur quando
ſeruus donatur procuratori, nam tunc benè po-
teſt manumittere *Bologn.conſ.21.num.36.Golin.de*
proc.p.2.c.1.n.4.& ſeqq.
23 In caſu *l.1.& 2.C.de his qui veniam ætat.impetr.*
Ruin.conſ.118.nu.5. vol.5.Golin.de proc.p.1.c.3.
nu.66.& ſeqq.
24 In caſu quo quis citatur, vt perſonaliter com-
pareat, etiam ſi cauſa eſſet talis, in qua procura-
tor conſtitui poſſet *Ruin.d.conſ.118.nu.5. Golin.*
d. cap.3. num.70. Verũm poteſt Iudex dicere
25 procuratori, quod veniat principalis tamquam
melius informatus de veritate negotij *Capic.dec.*
143.n.4.7. & 8. & eo caſu tenetur Principalis
venire perſonaliter *Bar.in l.ſi actor ff.de proc. per*
*l.fin.*vbi *gl.C.eodem, Mell.l.4.ſemeſtr. cap.20. nu-*
num.4. Then as Marckelbach. inter conſil. Klokij
vol.2.conſ.18.nu.44.& in citatione hoc exprimi
debet *Socc.in.reg.302.Tiraq. de pœnis temperan.*
in præf.num.59.Barboſ.in d.l.vl.n.4.
26 Si verò dominus eſſet abſens, & non poſſet
venire, tunc procurator debet mitti facere ad
eum locum, vbi eſt, ad examinandum, vt princi-
palem ſecundum *Bar. in d. l.ſi actor* per *tex. in l.*
generalem §.Lis de præſentibus, C. de reb.credit.&
debet mitti expenſis ipſius abſentis, cum non
debeat eius abſentia nocere aduerſario, vt deci-
ſum refert *Afſl.dec.177.* & ibi *Vrſill.* refert aliàs
deciſum. *Anna ſing.405.* niſi pars potuiſſet face-
re examinare abſentem antè abſentiam, & non
feciſſet, *Vrſill.ibid.*quod intellige, quo ad expen-
ſas ſoluendas officiali accedenti ad examinandũ
principalem, ſecus quo ad expenſas neceſſarias
pro expeditione litterarum commiſſionalium, &
copiæ articulorum, nam has debet facere petens
Ricc.ad Afſl.d.dec.177.
27 Item ſi procurator ſit rixoſus, vel clamoroſus
nam Iudex poteſt dicere, vt compareat princi-
palis non admittendo procuratorem, etiam in
cauſa ciuili *l.fin.*vbi *DD.C.de proc.*
28 Non poteſt conſtitui procurator ad petendam
interpoſitionem decreti, ſuper alienatione rei
minoris ad *tex.in l.minorum 6. C. de præd. minor.*
& ibi *gl. in* verb. *libello* dat rationem cur in caſu
tex.l. illud §. ſi talis ff. de minor. poſſit conſtitui
procurator, & reſpondit, quod ibi ad fauorem
minoris tendebat ſcil. in recuperatione rerum
alienatarum, at in caſu *d.l.minorum*, conſtitutio
procuratoris tenderet in detrimentum minoris,
& ſic eſt ſpeciale in terminis *d. l. minorum* quod
non poſſit procurator conſtitui, vt tradit *Bar.in*
l.neque tutores in 2.lect.num.18.in fin.C.de procur.
*Roman.ſing.427.*vbi *addit l.Gratian. diſcept.644.*
num.19.
29 Abſens non poteſt adoptare, nec arrogare, nec
per alium eiuſmodi ſollemnitatem peragere po-
teſt *l.poſt mortem §. neque adoptare ff.de adopt.*vbi
Bar.in princ. Golin.de proc.p.2.c.2.nu.11.
30 Emancipatio per procuratorem fieri non po-
teſt *l.iubemus,& l.omnes C.de his qui ven.ætat. Ar-*
tin.

Digitized by Google

tit. in §.preterea 3.6. Inſtit. quibus modis ius patr. poteſt ſoluit. ponitur ratio,quia vtriuſque conſenſus requiritur ſcil.emancipati , & emancipantis *Azo in ſumma tit. de emancipat. lib. §. manumiſſi autem inſtit.de emancipat.liber.*In contrarium tamen facit,quia omnia quæ poteſt quis facere per ſe,poteſt per procuratorem *l.1. §.vſus ff. de proc.* & quamuis requiratur conſenſus emancipantis, tamen illius perſona per procuratorem , ſeu Nuncium repræſentatur , qui dicitur organum, & pica conſtituentis *l.& licet ff.de conſtit. pecun. Ang.Aretin.conſ.44.Cagnol.in l. actus legitimi nu. 5. ff.de reg.iuris Barbat. conſ.34. col.3. vol.2.Cavalc. in pragm.per excellentem §.12.nu.9. & 10.* vbi dicit , ex ſententia *Caſſanei ad conſuet. burg. tit.des infanſ.rubr.6.§.3.n.4.*quod ſi fiat, & nihil opponatur valet, & tenet,allegat. *Bar.in d.l.poſt mortem §.fin.Felin.in cap.2.& 3.de iudic.& vulg. tex. in l.fin.C.de annali except.*

31 An autem legitimatio poſſit fieri per procuratorem DD.non conueniunt. Nam quod non poſſit peti tenet *Ant.de Butr.in cap. per venerabilem,qui filij ſint legit.*Sed quod poſſit peti per procuratorem tam ex parte filij, quam patris , communior eſt concluſio quam ponit *Bar. in l.gallus §.foreſtan.ff.de liber.& poſth.& in l.excuſa.ff.de excuſ.tutor.*poſt alios *Ant. de Roſell. in tract. legit. q.58.Dec.conſ.55.num.6.Sachin.conſ.2.n.11. lib. 2.*vbi etiam addit,quod ità concludit in priuilegio Leon.X.Comes verò Palatinus debet ipſe legitimare,& alteri committere non poteſt hanc poteſtatem *Bal.in c. fin. circa fin. de offic. deleg. Dec.conſ.55. n.6.* verſ. *Ex parte Grattan. diſcept. 635.n.39.Galin.de proc.p.2.c.1.n.16.*

32 Licet nullus cogatur per ſe perſonaliter in iudicio comparere,vt in *l.fin.de proc.cap.1. de iud. lib.6.de iure hiſpan. l. 22. tit.5.p. 3.* vbi notat *Greg.gl. 1.*debet tamen in cauſis ciuilibus procuratorem ad iudicia conſtituere *l.1. §.vſus ff. eod. de iure hiſpan.l.12.tit.5.p.3.* quamuis ad id præcisè non compellatur. *c.querelam de procurat. Rodrig.de mod.vid. proceſſ.cap.3.de procurat. num.9.* niſi in perſonis illuſtribus , vt diximus *ſup.* In 33 cauſis verò criminalibus procurator non admittitur,vbi corporalis poena reo criminoſo infligitur *l pen.§.ad crimen ff.de publ.iudic. l.1.ff an per alium cauſ.appell.* hanc regulam ponunt *Clar. lib.5.ſent.§.fin.q.32. in princ. Menoch. de arbitr. iudic.lib.1. q.80.num.1.Gomez.var. reſol. tom.3.c. 1 vbi ad.tit.Ayll.nu.13* Reuſn.*dec.24.Arum.dec.7. Andr.Gaill. de pace publ. lib.1. cap.10. Scacc.de iud.lib.1.cap.102.num.44. Farinac. q.99. num.1. & conſ.17.num.22.conſ.85. num.62. & ſeqq.lib. 1 Tuſc.lit.C.concluſ.1026.1028. & lit.P. concluſ. 818.num.3.& ſeqq. Mar.Anton. reſol.3. nu.4. lib. 3. Carena de offic. S.Inquiſit.p.3. cap.12.num.50. Conciol.reſol.crimin.* verb. *procurator reſol.1. nu.1. Scialoya de foriudic. cap.8.num.1.& ſeqq. Cabl.Pereira q.forenſ.in comment.ad l.vnic.C.ex delict.defunct.p.2.d.nu.50.Barboſ.in cap.1.num.3.de iud. in 6.*poſt mille *Parcia de inſtr.edit.tom.2.tit.6.reſol.7.num.17.& ſeqq.Magon.dec.lucenſ.36.*

34 Ratio,poſt alias ab alijs allatas, meo iudicio illa eſt, ne iudicium eluſorium reddatur contrà *tex.in l.ſi prætor ff.de iudic.*Nam ſi reus putaret ſe condẽnari ſemper recederet,& per procuratorem reſponderet,& litem totam peragcret,atq;ità cõtrà reum ipſum abſentẽ ſententia ferri non poſſet *l.abſentem ff.de poenis l.abſentem C.de accuſat.*& dũ ipſe abſens condemnaretur contrà eum non poſſet fieri executio ſententię , ſi verò abſolueretur benè exequeretur contrà fiſcum , & ſic iudicia redderentur eluſoria, & delicta remanerent impunita, aduertunt *Menoch.dicta q.80.num.4.Gaill.de pace publ.lib.1.c.10.num.2.& ſeqq.Farinac. in praxi q. 99.nu.2.in fin.Scialoya vbi ſup.Rodrig. de mod.vidend.proceſſ.cap.3. de procurat. num.10. & ſeqq.*

35 Et de *Iure* noſtri Regni Neapol.Actuarius nõ poteſt recipere petitiones,in cauſis criminalibus, quæ ſapiunt defenſiones inquiſitorum , ab alijs quam à principalibus inquiſitis , quando principales ipſi tenentur perſonaliter comparere per *prag.6.§.11.de offic.iuſtitiarij,*& *prag.30. §item quod in cauſis criminalibus* qua cauetur procuratores non admitti in cauſis criminalibus,vbi imponitur poena mortis ciuilis, aut naturalis , aut membri abſciſſionis.

36 Etiam ſi reus abſens ſit minor *Farinac. d. q. 99.num.15.& ſeqq.* etiam ſi petat reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam *Scialoya de foriudic.c.8.n.22.*

37 Regula hæc poteſt habere plures caſus , Primus eſt in publicis criminibus , in quibus procurator rei loco in iudicium venire non poteſt, *ex d.l.penul.§.ad crimen ff.de publ.iudic. & l. tunc conuenit C.de accuſat.* Publica crimina ſunt quæ 38 enumerantur in *l.1.ff.de publ.iudic.* & in integr. *tit. Inſtit. de publ.iudic.* Vt crimen læſæ Maieſtatis,de Sicarijs,de veneficijs,de parricidijs,de falſis teſtamentis, de vi publica,de vi priuata , de ambitu,de repetundis,de annona,quibus accedit crimen prçuaricationis *l.3.ff de preuaricat.* Hic caſus ſine difficultate procedit in his criminibus publicis,cum corporalis poena infligitur. Si verò pecuniaria eſt dicemus *infra.*

39 2.Caſus eſt, in quo procurator pro reo interuenire non poteſt,cum crimen publicum eſt,& ſi poena ſit pecuniaria. *Ang. in d.§. ad crimen vbi Rub.num 44.*ſequitur *Menoch.d.q.* 80. *num.5. & ſeqq.*licet ipſe dicat contrariam opinionem eſſe receptiorem.

40 3.Caſus eſt,cum iudicium quaſi publicum mouetur , vt eo caſu quando tutor accuſatur ſuſpectus, ità quod ex iniqua adminiſtratione puniatur,ità omnes affirmant in *d.l.penul.§.ad crimen* vbi *Imol. col.6. Rebuff.num.*45. 158.159. *de publ.* 41 *iudic.*Secus ſi ſolum agatur , vt tamquam ſuſpectus à tutela amoueatur, vt dicemus *infra.*

42 4.Caſus eſt:Cum iudicia priuata quidem ſunt, ſed corporalis poena reo criminoſo infligenda venit *DD.omnes in d.§.ad crimen vbi Imol.& Rub. num.121.Signorol. conſ.169.nu.4.5.Robert.Iurisp. lib.2.ſentent.iur.cap.3.* probatur ex *tex. in l.1. ff.an per alium cauſ.appellat.l.non ſolum §.agere ff.de iniur.l.3. §.1.C.vbi Senat. vel Clariſſ. Gomez.var.tom.3.c.1.num.12.Farinac.q.99.num.20. Tuſc.lit.P. concluſ.818.num.4. Scialoya d. cap.8. num.15.*

43 5.Caſus eſt quando ſtatutum efficit , vt illud

quod

quod de Iure communi delictum eſt, in nouam
delicti ſpeciem transeat, ſeu nouum nomen, &
quod quidem nouum nomen, publicum iudicium
eſſe non facit, ideò ſi poena corporalis a ſtatuto
inducatur, procurator interuenire non poterit,
Socc. ſen. d. cap. venient col. 13. verſ. *quando verò ſtatutum, de accuſat.*

44 Sextus caſus eſt, quandò ſcil. ſtatutum alterat
poenam publici iudicij, remanente ipſo nomine
delicti ſecundũ ius commune, vt cum pro poena
homicidij indicitur à ſtatuto pœna pecuniaria, &
hoc caſu ſi eſt vera opinio *Menoch. relata ſup. in 2. caſu* certum eſt, non poſſe interuenire procura-
torem, ſecus ſi eſt vera contraria opinio *Menoch. d. q. 80. nu. 13. & ſeqq.* Vbi dicit hoc verum ſi per
impoſitionem alterius poenæ pecuniariæ ſit re-
ceſſum à poena antiqua.

45 7. Caſus eſt, quo procurator non admittitur,
quando ſtatutum poenam mixtam imponit, exẽ-
plum affert *Soccin. in d. c. venient col. 15.* verſ. *4. quaro,* Vt ſi ſtatuto ſancitum ſit, quod pro tali de-
licto manus amputetur, ſi pro illo condemnatus
intrà menſem certum non ſoluerit, prout adſunt
ſtatuta *Papia*, vt in *ſtatuto 23. in criminalibus ſub rubr. de poena accuſant. falsò, & ſtatuto 24. ſub r. de poena illius, qui in Deum, vel Sanctos Blaſphemand. &c.* & *alibi*. Et licet *Menoch. d. q. 80. num. 20.* exi-
ſtimet hanc non dici poenam mixtam, tamen di-
cit indiſtinctè non poſſe interuenire procurato-
rem, ob dubium euentum, ſi quidem fieri poteſt
vt condemnatus abeſſe velit ne ſoluat, vel ob de-
fectum pecuniæ, vel pluris faciens pecunias ipſa
poena corporali ex *Bal. in l. data opera num. 14. C. de ijs qui accuſ. non poſſ. Montcell. reg. 13. n. 8.*

46 Datur cautela, vt procurator admittatur, vt
præſtetur cautio de ſoluendo, caſu quo ſequatur
condemnatio *Clar. q. 32.* verſ. *vlterius quaro, de Angelis ad Folier. in pract.* verb. *audiantur excuſatores num. 1. verſ. 15. declaratio Scialoya de ſeruitute cap. 8. num. 47.* quamuis illam cautelam reijciat
Rebuff. in d. §. ad crimen n. 199. verſ. ſed illa.

47 8. Caſus quando ſtatutum copulatiuè poenam
corporalem, & pecuniariam indicit, quæ poena
propriè mixtà dicitur, cum de vtroque ſimplici
participet, quod eſt ſtatutum de *Iure Papienſi* per
ſtatutum 37. in crim. ſub rubr. de poena Notariorum, vel aliarum perſonarum. His caſibus procuratorẽ
48 interuenire non poſſe dicunt *Socc. in d. c. venient col. 17. verſ. quandoque verò imponitur, & Reb. d. §. ad crimen nu. 57. & 393. Bar. in l. quoties in princ. ff. ad l. Aquil.* Ea ratione, quia vbi duæ cauſæ, qua-
rum vna prodeſt, & alia nocet, concurrunt, illa
attenditur, quæ nocet *l. ſi quis in graui §. vl.* vbi
Bar. ff. ad S. C. Syllanian. & l. cum vir. ff. de vſucapion. ſeu vſurp. Petraſancta ſing. 42. Farinac. d. q. 99. num. 25. & ſeqq. & num. 39. vbi *32. & ſeqq.* idem
dicit eſſe vbi poena eſt, vt quis condemnetur ad
poenam pecuniariã, vel corporalem, Mihi placet
49 ea ratio, quam poſuimus *in principio*, nam ſtatu-
tum non conſequeretur ſuam executionem, ſi
procurator poſſet interuenire, nam licet is reus
poena pecuniaria puniri poſſet, non tamen cor-
porali.

50 9. Caſus eſt. Cum ſtatutum poenam pro cri-
mine graui, & atroci iudici arbitrariam indicit,
nam tunc ea ratione à iudicio procurator arceri
debet, quoniam fieri poteſt, vt Iudex arbitrium
ſuum declaret de poena corporali, atque ità eam
infligat. *Ruin. conſ. 81. num. 6. lib. 4. Caſtr. in l. ſeruum quoque §. publicè in fin. de procur. Menoch. d. q. 80. num. 28. Farinac. d. q. 99. num. 23. & ſeqq.* vbi
late explicat.

51 10. Caſus eſt non multum à præcedenti ſimi-
lis, quando ſtatutum indicit poenam æris, & per-
ſonæ, arbitrio tamen iudicis ſi velit punire in
vtroque vel in vno tantum *Menoch. d. q. 80. num. 29. & ſeqq.* Verum ſi Iudex iam reum pecuniari-
52 ter in contumaciam condemnaſſet, & is reus
appellaſſet, tunc in inſtantia appellationis ne-
ceſſe haberet admittere procuratorem, ità reſ-
pondit *Anchar. conſ. 272. col. 2. Plot. in l. ſi quandò num. 731. C. vndè vi.*

53 Vndecimus caſus eſt; quando poena eſt arbi-
traria, ſed arbitrio accuſatoris. Et hoc caſu dicen-
dum eſt cum *Soccin. in d. cap. veniens col. 18. ver. ſi verò Blanc. in practica criminal. in* verb. *Verum quia num. 506.* Eſſe inſpiciendam accuſatoris pe-
titionẽ, vt ex electione poenę, iudicemus cauſam,
an ſcil. inter capitales, vel pecuniarias enumerã-
da ſit. Ideo ſi alternatiue actor ille ageret, cogi
poſſet eligere, & interim declaratione adhuc nõ
facta, ob dubium euentum admittendus non eſt
procurator.

54 12. Caſus eſt, quando poena eſt arbitrio accu-
ſati, nam tunc dicimus cum *Soccin. in d. c. veniens col. 18. verſ. tu aduerte, & cum Blanc. in d.* verb.
Verum quia nu. 104. in illis caſibus, in quibus ac-
cuſatus poteſt eligere, corporalem, & illam eli-
git, non ei deindè licet petere procuratorem ad-
mitti. Quod intelligimus quando antè omnia
elegit poenam, ſecus ſi prius peteret procurato-
rem admitti, quoniam eo modo tacite videretur
eligere poenam pecuniariã. Sed vbi reus iſte ac-
cuſatus poenam corporalem eligere non poteſt,
tunc ſine dubio admittitur procurator. *Menoch. d. q. 80. n. 34.*

55 13. Caſus eſt cum poena arbitraria ex acci-
denti ſubrogatur loco poenæ corporalis, vt pu-
ta ſancitum eſt ex ſtatuto, quod falſario manus
amputetur, modo hic falſarius nullam habet ma-
num ità vt eſſe poſſit poenæ arbitrariæ, hoc caſu
procurator non admittitur, ea ratione quia ori-
ginaliter ſola poena corporalis indicenda erit,
ob id illa inſpecta, ſimilem poenam, hoc eſt cor-
poralem indicere debet Iudex *Socc. in d. cap. veniens col. 18. verſ. ſed hic inſurgit,* vbi dicit non
procedere quando alternatiuè ſtatutum loquere-
tur de poena corporali, vel pecuniaria, & is reus
eſſet inops, illoque membro careret, quia tunc
poena arbitraria declaranda potius eſt, vt ſit pe-
cuniaria, quam corporalis, atque ità procurator
recipietur, *Menoch. d. q. 80. n. 35.*

56 14. Caſus eſt. Quando ità à ſtatuto poena cor-
poralis indicitur: Puniatur poena manus, vel alia,
atque ità non declarat, quæ ſit alia, ſed in iudicis
arbitrio relinquit, hoc caſu non admittitur pro-
curator *Soccin. col. 18. verſ. Sed iuxta hoc Rub. in d. l. pen. §. ad crimen n. 53. ff. de publ. iudic.* Ea ra-
tione, quia hoc caſu Iudex arbitrium ſuum pro-
ferre debet de alia poena corporali ob illam di-

ctio-

ctionem *alia*, quæ ſimilitudinem ſignific at ex *gloſ. in l. ſi fugitiui C. de ſeru. fugit.*

57 15. Caſus eſt, quando pœna corporalis ab initio eſt incerta, ſed pendente iudicio certa redditur v.g. cum aliquis de illato vulnere ità accuſatur, vt ex ea accuſatione ferri ſententia poſſit ſuper homicidio; ſi pendente iudicio mors ſuperueniat, procurator non admittitur *Socc. in d. cap. veniens col. 20. in princ. de accuſat. Rub. in d. §. ad crimen nu. 51.* qui dicunt procuratorem hunc non admitti etiam ſuper conditione, vt habeatur pro non admiſſo, ſi contingat illum vulneratum mori *Menoch. d. qu. 80. nu. 38.*

58 16. Caſus èſt quando delictum commiſſum pœnam infamiæ principaliter meretur, de quo diximus 8. caſu, quo eaſh ea pœna punitur, vt mithra dehoneſtatus in publicum perducatur *gloſ. not. in l. non ſolum §. vl. in gl. pen. ff. de proc. Socc. in d. cap. veniens col. 20.* verſ. 8. *quæro Rub. in d. §. ad crimen nu. 54. Caſtr. in l. ſeruum quoq; §. publice nu.*
59 8. *de proc.* Ea ratione quia pœna infamiæ morti æquiparatur, & obid dicitur maior ipſa pœna relegationis *l. transfigere C. de tranſact. Farinac. qu. 99. nu. 21. & ſeqq.* Quod pœna mithræ ſit corporalis dicit *Zabarell. conſ. 94. Bernard. Diaz. in pract. Canonic. crim. cap. 135. nu. 4.*

60 17. Caſus eſt Cum pœna ſubiectionis in ſeruitutem perpetuam pœnæ cauſa indicitur, ne quod damnetur ſeruituti ad effodiendum metallum, hoc caſu non admittitur procurator *Socc. d. cap. veniens col. 20.* verſ. 9. *quæro de accuſat.* Ea ratione quia hæc pœna dicitur corporis afflictiua maior relegatione, & aliquando pluſquam perpetuus carcer *Menoc. d. qu. 80. nu. 42. Farinac. d. qu. 99. nu. 44. & ſeqq.*

61 18. Caſus eſt Cum pœna perpetui Carceris indicitur *Soccin. d. cap. veniens col. 26.* verſ. 11. *quæro de accuſat. Rub. d. §. penult. §. ad crimen num. 55. & 60. de publ. iudic.* Ea ratione quia eſt pœna corporis afflictiua *Menoch. d. qu. 80. nu. 44. Farinac. d. qu. 99. nu. 44. & ſeqq. Card. Tuſc. d. lit. P. concluſ. 818. nu. 6. Conciol. d. reſol. 1. nu. 3.*

62 19. Caſus eſt, cum ſtatuto cautum eſt, quod declinans iuriſdictionem poſſit impunè offendi, nã hoc in caſu dicitur pœna capitalis indicta ſecũdum *Bar. in l. 2. nu. 6. ff. de publ. iudic.* & ibi *Angel. col. 2.* verſ. *item dicas Socc. d. c. veniens col. 26.* verſ. 12. *quæro de accuſat.*

63 20. Caſus eſt Vt procurator non admittatur pro reo abſente citato, ad opponendum exceptionem rei iudicatæ, & ſic quod ipſe reus fuit alias liberatus pro eodem crimine, pro quo fuit citatus *Bar. in d. l. pen. §. ad crimen nu. 19.* & ibi *Alex. nu. 214. ff. de publ. iudic. Farinac. d. qu. 99. nu. 53. & ſeqq.* vbi *nu. 183. & ſeqq.* dicit quod procurator neque admittitur, reo contumace abſente, ad opponendum, quod teſtes contra principalem examinati ſint falſi.

64 Supradicti tamen caſus multipliciter declarãtur. Primo quando procurator cum ipſomet reo crimino ſo comparet, & illius nomine, qui fortè imprudens, & fatuus eſt, procurator interrogationibus à iudice factis reſpondere vult, hoc caſu dicitur legi ſatisfactum, & ceſſat ratio, per quam denegatur comparitio procuratoris pro reo *Socc. d. cap. veniens col. 2. Bal. in l. reos num. 21. C. de accuſ. Rub. d. §. ad crimen nu. 68. Clar. §. vl. qu. 32.* verſ. *item quæro Clar. & alij ſup. cit.* idem affirmant quando reus eſt captus, & carceratus. Quo
65 verò ad id quod diximus. An procurator pro reo poſſit reſpondere, dicimus hoc multum à Iudicis arbitrio pendere, nam is ex qualitate perſonæ, & facti iudicabit an procurator pro reo reſpondere debeat, vel non *Menoch. d. qu. 80. nu. 47.*

66 Declaratur 2. Quando procurator abſentis nomine interuenit, putà ſi quis iam abſens accuſatur, & qui verè accuſationem ignorat, & illius nomine procurator ad allegandum abſentiam comparet, eſt admittendus ſi modo abſentia talis eſt, quæ excuſationem meretur *Bar. in d. l. pen. §. ad crimen nu. 18.* & ibi poſt *Angel. & Imol.* tradit *Rub. nu. 111. de publ. iudic. Afflict. dec. 289. num. 9. Guid. Pap. dec. 338. Ruin. conſ. 118. nu. 8. lib. 5.* poſt alios *Farinac. q. 11. nu. 50. & ſeqq.* vbi refert cauſas, & impedimenta excuſantia reum ad comparendum, & latius *cit. qu. 99. nu. 276. & ſeqq.* & de hæreſ. *q. 185. nu. 101.* poſt mille *Barboſ. in cap. 1. nu. 4. de iudic. in 6. Pareia de inſtr. edit. tom. 2. tit. 6. reſol. 7. nu. 22. & ſeqq.* qui *num. 29. & ſeqq.* probat tali procuratori non eſſe edendam copiam actorum *Nouar. in prag. 30. nu. 2. de offic. magiſtr. Iuſtitiar. Molignan. altercat. 59. Guazin. defenſ. 12. cap. 1. nu. 6. Ciriac. contr. 488. nu. 27. & ſeqq. Carena de offic. S. Inquiſit. par. 3. tit. 9. num. 7. & ſeqq. & tit. 11. nu. 53. Golin. de proc. par. 2. cap. 1. nu. 31.*

67 Cauſæ tamen huius abſentiæ debent eſſe neceſſariæ, vt puta quod aliquo in loco is ſit infirmus, ità quod nec monitus ſi vellet venire, non poſſet, vel quod aliquo in loco ſit carceratus *Menoch. d. q. 80. nu. 48. & ſeqq.* latiſſimè *Farinac. d. q. 99. nu. 289. & ſeqq. Conciol. reſol. crim. §. procurator reſol. 2. per totam*, vbi ponunt ampliationes, & li-
68 mitationes. Quomodo practicetur in noſtro regno Neap. allegatio abſentiæ, dicemus *in rubr. ex ex defectu citationis*, videndus eſt modo *Scialoya de foriudic. cap. 8. nu. 87. & ſeqq. Reg. Sanfel. dec. 32. Franch. deciſ. 327. Gizzarell. dec. 19. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de abſent. cap. 2. Molingnan. d. altercat. 59.*

69 Ampliatio vnica ad noſtram materiam eſt, vt ſtante allegatione abſentiæ, ſeu alterius impedimẽti, Iudex debeat in cauſa ſuperſedere, & proceſſum, ac ſententiam differre aſſignando terminum competentem ad perquirendum, certiorandum, & præſentandum abſentem, præcipuè ſi petatur, alias proceſſus eſt nullus, vel ſaltim ope reſtitutionis reſcindendus *d. l. pen. §. ad crimen* vbi *Ang. Imol. Fulgoſ. Rub. Alex. & alij ff. de publ. iudic. Clar. qu. 34. nu. 1. & ſeqq.* vbi etiam *Baiard.* & ſi denegetur talis terminus competens conſangnineo, vel amico, poteſt ille appellare à tali denegatione, vt deciſum refert *Reg. Tap. deciſ. S. C. 17. Molingnan. d. altercat. 59. Farinac. qu. 11. nu. 52. & ſeqq. & q. 99. nu. 292. & ſeqq.* Et dicit dictum terminum eſſe aſſignandum longiorem, ſeu breuiorẽ Iudicis arbitrio, attenta diſtantia inquiſiti, & regulariter ad ratione 20. milliariorũ pro qualibet die, vt ibi per eum *Coſta de remed. ſubſid. remed. 97. nu. 6.* vbi dicit, quod ſi fuit allegatum impedimẽtum proceſſus eſt nullus, ſi verò non eſt allegatũ,

datur reſtitutio in integrum, vt ibi per eum *Guazz.d.defenſ.12.cap.1.nu.11.Farlad.lib.1. rerũ quotid.cap.20.nu.54.Cauall.q.237.nu.7.*

70 Quod intelligitur, quando cauſæ abſentiæ, & impedimenti ſunt iuſtæ, quia tunc oppoſitæ operantur dictum effectum nullitatis proceſſus, ſeu reſtitutionis in integrum, alias ſecus *Ant.de Cattar.de excuſat.p.2.nu.7.Maſcard. de probat.concl.8.nu.7.& ſeqq.lib.1.Farinac.qu.11.nu.50.& ſeqq. & qu.99.nu.295.& ſeqq.*

71 Quod diximus de ampliatione vnica, eſt intelligendum quando abſentia rei citati, ſeu aliud illius impedimentum fuit iudici allegatum, & deductum, ſeu illud erat notorium, quia tunc ſi Iudex eo non attento ad vlteriora procedat, proceſſus eſt nullus, ſecus tamen eſt, ſi illud non fuit allegatum, quia tunc Iudex de illo potuerit prætendere ignorantiam, proceſſus valebit, eum vt impedito ius ſaluum ſit, requiritur proteſtatio *Menoch.conſ.100.num.118. lib.1. Fant.ex defect. iuriſd.nu.161.& ſeqq.Clar.q.34.Farinac.conſ.17. nu.29.* vbi teſtatur de communi opinione *lib.1. Cartar.de execut.ſent capt.bann.cap.fin. num.266. & ſeqq.Ciriac.contr.214. nu.21.* Contrarium ta-
72 men tenet *Farinac.d.qu.11.nu.60.* quod etiam ſi non fuerit allegatum impedimentum, ſi reus ſit captus, conſtito de illo, ſit in executione ſententiæ ſuperſedendum, & reum reſtituendum ſaltem conſulto Principe *Guazz.defenſ.12.cap.1.nu.20.* & quod in impedimento prouenienſte aliter, quã ex perſona Iudicis, non ſit neceſſaria proteſtatio ex *Caſal.conſ.708.nu.51. lib.5.* tenet *Sperell.dec. 85.nu.22.p.1.*

73 Quid ſi reus ſit pro alio delicto bannitus, an debeat comparere ſi non ſit aſſecuratus pro primo delicto, diſputant *Scialoya de forjudic. cap.8. nu.54.Conciol.reſol.criminal.*verb.*ſaluus conductus reſol.3.* dicemus *in rub.ex defectu citationis.*

74 Declaratur 3. Vt non procedat, Cum procurator pro accuſato, vel inquiſito ſolum interuenit ad eius innocentiam allegandum, nam non poteſt negare Iudex recipere teſtes ad innocentiam probandam, per procuratorem productos *Bar.in l.1.§.ſi quis vltimò ff.de quæſtion. Caſtr.in l.ſeruum quoq; §.publicè num.1.de proc.Rub.in d.l. penult.§.ad crimen nu.102. Marſil. in prax.criminal.§.ſequitur nu.43.44.& conſ.39. nu.2. nu.29. 30.& conſ.43.nu.35.37.& conſ.90. nu.25.* alios refert *Clar.q.33.*verſ.*ſed quod plus eſt* (ipſe tamen aliter ſentit, & miratur horum interpretum opinionem) *Corrad.in pract.in tit.de comparit.inquiſit. num.6. limit.27.* vbi teſtatur de magis communi *Rolan.conſ.47.lib.3.Bertaz.conſ.303.nu.1.& ſeqq. lib.2.Vulpel.conſ.57.nu.2.Caual. qu.237. nu.1.& 6.& q.289.Farinac.conſ.Ayolæ 35.n.4.& 5.lib.1.* ibi *add.& q.99.nu.230.& ſeqq.* vbi alios adducit concordantes, & dicit hanc opinionem rationabilem, & magis communem eſſe, & quemlibet admitti etiam ſine mandato, & ſatiſdatione, hanc opinionem tenent etiam *Cartar. de execut. ſent. cap.bann.in præfat.nu.36. & ſeqq. Add.ad d.conſ. Ayolæ 35.lit.C.Ciriac.contr.488.nu.1. & ſeqq.Virmigl.conſ.26.nu.1.Gelin.de procurat.p.2.c.1.n.35.*

75 Sed quod non admittatur, nec defenſor, nec inſtructor innocentiæ, dicit *Clar.d.qu.32. num.2. ante fin.* vbi dicit contrariam opinionem receſſiſſe ab Aula, & quod Mediolani non ſeruatur *Blanc.in pract.*verb. *Verum quia nu.56. Monticel. reg.crimin.13.nu.42.& ſeqq. Scialoya de forjudic. cap.8.nu.6.in fine & 83.* diximus *in rub.4.q.9.*

76 Verum prima opinio eſt magis communis, vt patet, illa tamen limitatur in cauſa hæreſis, in qua nemo admittitur *Farinac. de hæreſ. qu.185. nu.99.Carena de offic.S.Inquiſit.p.3.tit.11.n.51.*

77 Et eſt adeò vera hæc opinio, Vt ſi excuſator vel inſtructor, ſeu defenſor ad aures Iudicis, ſeu in cedula nominauerit teſtes de facti veritate informatos ad rei abſentis innocentiam detegendã cum inſtructione, ſuper quibus illi examinandi ſint, Iudex debeat illos examinare, & rei veritatem perquirere, ad quod tenetur etiam ex officio *Azeued.in l.3.tit.10.lib.4.recopil. num.50. in gloſ.* verb. *Para que ſe vengn a ſaluar,* alias tenetur in ſyndicatu, niſi tamen adeſſet aliqua ſuſpicio fraudis, vel colluſionis inter comparentem, & citatũ vel eius affines, vt examinarentur teſtes ſuſpecti, quod Iudicis arbitrio remittitur, quia tunc excuſator eſſet reijciendus *Boſſ. in pract.d.tit.an in crim.iudic.nu.8.add.ad d.conſ.Ayolæ 35. lit.D.Farinac.d.q.99.nu.231.& ſeqq.* vbi dat concordantes, & præcipuè *nu.238.& ſeqq.Cyriac.contr.488 nu.10.& ſeqq.Conciol.reſol.1.nu.18.de procur.*

78 Declaratur 4. Vt locum non habeat hæc regula, Cum quis pro ſuo intereſſe loco accuſati interuenit, vt puta cum vir pró eius vxore comparet; ſiquidem viri intereſt ſuam tueri vxorem ratione proprij intereſſe, & è contra *gl.in d.cap. veniens,* & ibi *Socc. col.46. verſ.3.principaliter de accuſat.* qui alia exempla ponit, puta filius pro patre, & è contra, dominus pro ſeruo, Epiſcopus pro Clerico, Abbas pro Monacho, & ſimiliter, alia afferunt *Felin.in cap.meminimus num.12. de accuſat.Soccin.reg.322.fall.6.& 15. Ruin. conſ.9. nu.3.lib.5.Paris conſ.152. nu.27. lib.4. Blanc.vbi ſup.nu.58.62.Farinac.d.qu.99.num.154. & ſeqq. Cartar.de pœna innoc.art.7.Conciol.reſol.crim.§.legitima reſol.2.Ayllon.ad Gomez nu.16. tom.3.cap.1. Parexa de inſtr.edit.tom.2.tit.6.reſol.7.nu.36.Magon.dec.39.*

79 Exemplificatur etiam cum agitur de delicto, quod affert dedecus toti familiæ, vt ſi agatur de pingendo aliquem capite inuerſo ob fracturam pacis in loco publico, quia tunc non prohibentur conſanguinei, & alij de familia comparere, & pro abſente citato d. de cauſa exceptiones proponere, & illum tueri à d. pœna etiam ſtatuto contrarium mandante *Guazin. defenſ.33. cap.26. nu.7.* vbi dicit ità in Sacra Conſulta ſeruari *Bertazol.conſ.208. & 216. lib.2. Farinac. conſ.150. n.4.& 5.lib.2.* maximè quando exceptiones propoſitæ non requirunt altiorem indaginem *Conciol.reſol.crim.§.pax.reſol.16.*

80 Hæc declaratio pulchra eſt ad explicationem ſtatutorum prohibentium procuratorum interuentum, nam illa non comprehendunt hos interuenientes ratione proprij intereſſe, & commodi, cum procuratores propriè non dicantur exceptis tribus caſibus illius iudicij, hoc eſt tempore quo lis debet conteſtari, cum examinandus eſt reus cum tormentis, & cum proferenda eſt ſen-
ten-

Digitized by Google

tentia ità *Bal.in l.reos num.22. C.de accuſat. Me-
noch.d.qu.80.nu.60.& ſeqq.Farinac.d.q.99.n.139
Scacc.de iudic.lib.1.c.101.n.34.*
81 Niſi ſtatutum mandaret expreſsè inquiſitum
non audiri per extraneum comparentem . etiam
in caſibus à iure permiſſis . niſi reo in carceribus
conſtituto,cum tale ſtatutum ſit validum , & im-
pediat procuratorem admitti *Farinac. d. qu.99.
nu.261.* vbi dicit ſimilia ſtatuta adeſſe Ferrariæ,
Bononiæ,Florétiæ,in Statu Mediolani,in Regno
Franciæ,& Neapolis ; & Statu Eccleſiaſtico per
Bullam Iulij III. confirmatam per *Pium IV.* licet
admitti defenſorem , & inſtructorem innocentiæ
dicat poſt plures *Conciol.d.reſol.1.de procur.n.21.*
82 Declaratur 5. Vt non procedat quando pro-
curator interuenit ſuo adminiſtratorio nomine ,
vt puta in tutore, vel Curatore, qui pro pupillo,
vel minore,quorum tutela,& cura eis iam demã-
data eſt , nam ij poſſunt interuenire *Socc. d.c.ve-
niens col.48. verſ.4. principaliter Socc. fil.fallent.
322.fall.9.* quod intelligit *Bal.citatus à Soccin.* vt
tutor,vel Curator poſſit venire ad iudicium , ſed
authorizando potius,quam per ſe ſimpliciter , &
obid vna cum eo pupillus, vel minor tamquam
rei principales comparere debent *Menoch. d.qu.
80.nu.66.Bertazol.conſ.422.nu.11.lib.2.Farinac.
qu.99.nu.15.& ſeqq.*
83 Sic Vniuerſitatis nomine ſindicum ad Iudi-
cium venire poſſe , cum vniuerſitas infantes,pu-
pillos,furioſos, & ſimiles contineat *Bal. in l.reos
num.27.C.de accuſat. Socc.d.reg.322.fall.15. Mi-
ſing.obſ.76.cent.4.Rub.in d.§.ad crimen. num.91.
Blanc.vbi ſup.nu.90.Marſil.in praxi crim.§.ſequi-
tur nu.24.* dicemus *infrà* , quod eſt ſtatutum per
noſtrum *ius* municipale Neap. per *conſtit.* incip.
generalia iura Capic.dec.5.
84 Declaratur 6. Vt non habeat locum regula
hæc in litis conſortibus , Vt ſi plures eſſent de
eodem crimine accuſati, vnus pro altero compa-
rere poſſet *Alberic.in l.ſeruum quoq; §.publicè ff.de
procur.Rub.in d.l.pen.§.ad crimen.nu.106.* quam-
uis ipſe de veritate ambigat.Sed *Blanc.in d.pract.
crim.verb. Verum quia nu.95.* expreſsè ab Albe-
85 rico diſſentit quod facere videtur etiam *Socc. d.
cap.veniens col.54.verſ.35.fallit*,vbi dicit doctri-
nam hanc procedere forte poſſe cum delicta c[illegible]
nexa ſunt,vt adulterij,inceſtus , & his ſimilium .
86 Verum *Bal.in d.§.publicè col.pen. verſ. vnum hic
quæro,* ſentit hoc concedi poſſe lite conteſtata ,
& ſic ſentit,omnes reos prius ad iudicium perſo-
naliter venire debere,& accuſationi; vel inquiſi-
tioni reſpondere, & ſuper illis litem conteſtari .
87 Contra *Bal.* ſenſerunt plures relati *à Ripa in c.
cum Monaſterienſis num.54.de conſtit.*vbi impro-
bat relatam declarationem *Soccin.in d.c.veniens,*
& hodie in multis locis praxis eſt,vt ij conſortes
non admittantur,vbi pœna ſanguinis infligitur.
88 Declaratur 7. Vt noſtra regula non procedat
quando ipſemet offenſus procuratorio nomine
offenſoris,& inquiſiti vellet interuenire , nam
ipſe poteſt *Marſil.conſ.17.col.vlt.Rub. in d. §.ad
89 crimen num.103.*Hinc pro cautela ponitur,vt ſi
offenſor,pace inita cum offenſo,curet offenſum
ad iudicium venire , & illum offenſorem defen-
dere. Sed hoc mihi durum videtur nam non ob-
ſtante pace facta inter offenſum, & offenſorem
fiſcus agere poteſt partes ſuas .
90 Declaratur 8. Non procedere quando quis
tamquam aduocatus comparet nomine inquiſiti-
nam is verè poteſt *Socc. reg.322.fall.10.* quem
ſequitur *Blanc.in d.* verb. *Verum quia num.44. ex
tex.in l.2.in fin.C.de requir. reis* . Quod intelligi-
91 tur niſi alio Iure Aduocatus etiam prohibeatur
Menoch.d.qu.80.nu.73.
92 Declaratur 9. Vt locum non habeat regula
hæc cum reus inquiſitus procuratorem mittit ad
allegandum aliquam exceptionem , vt puta cum
vult opponere exceptionem dilatoriam *Bar. in
d.l.penul.§.ad crimen.nu.18.Caſtr. in l.ſeruum quo-
que §.publicè nu.10.de procur. Guid. Pap. qu.338.
Alex.conſ.138.nu.12.lib.6.Clar.d.qu.32.* verſ.*pa-
titur etiam*,qui idem dicunt de exceptione decli-
natoria *Nouar.ſuper pragm.30.num.4.de offic.ma-
giſtr.iuſtitiar.* peremptoria , & his ſimilibus,quæ
proceſſum impediunt , vel iam factum annullant
*Grammat.conſ.52.Reuſn. deciſ.14. lib.2. Magon.
dec.22.* Poteſt etiam deducere exceptionem ca-
lumnioſæ inquiſitionis *Marſil. d.§.ſequitur n.31.*
Niſi exceptio etiam cauſam delicti principalem
tangeret,vt declarat *Clar.vbi ſup.Farinac.d.q.99.
nu.214.& ſeqq.& 268.Card.Tuſc.dit.P.concl.518.
nu.65.& ſeqq.Barboſ.in cap.1.de iudic.in 6.nu.vl.
& Farinac.nu.268.* dicit poſſe admitti procura-
rem ad allegandam exceptionem incompetentiæ
iudicis *Mar.Eurg.de modo proced.ex abrupt.cent 1.
qu.33.nu.2.Magon.dec.Luc.22.nu.17.& dec.36.
93 nu.21.* Secus eſt de *Iure* noſtri regni Neapolit.
quo iure ad allegandam exceptionem incompe-
tentiæ iudicis non admittitur procurator, & de-
bet comparere perſonaliter , etiam ſi ſit alterius
fori per *ritum 235.Scialoya de foro compet.c.8. nu.
141.& de fortud.cap.8.nu.16.*
94 Declaratur 10.Non procedere,cum procura-
tor interuenit proceſſu iam perfecto , & lata ſen-
tentia,vt auxilium aliquod reo adferat,vt puta
cum venit ad appellandum à iam lata diffinitiua
*Soccin.d.reg.322.fall.vl.Blanc.d.*verb. *Verum quia
nu.57.*ſic intelligentes *tex. in l.non tantum ff.de
95 appell.* Sic etiam de nullitate ſententiæ procura-
tor iſte dicere poterit *Marſil. d. §.ſequitur nu. 6.*
poſt *Bal.in l.reos num.35.C.de accuſat.*qui *Marſil.
nu.5.* dicit procuratorem poſſe etiam petere re-
ſtitutionem in integrum fauore minoris contra
iam latam ſententiam *Ruſ.d.§.ad crimen.num.64.*
96 Sed vere *Bal.*contrarium ſentit,nempe procura-
torum non poſſe interuenire petendo latam ſen-
tentiam annullari Clarius *in l.ſeruum quoq;§. pu-
blicè nu.6.de procur.Clar.d.qu.32.verſ.quæro an
in cauſa,*Mihi verò in hoc articulo, An procura-
tor poſſit dicere de nullitate ſententiæ latæ in
contumaciam inquiſiti placet , quæ diximus *in
rubr.4.qu.10.*addimus ibi dictis,quod agnati , &
cognati,ſiue procurator citati,poſſunt compare-
re in iudicio reo non exiſtente carcerato , & di-
cere de nullitate citationis,& actorum,puta quia
citatio eſt circumducta , & ſimiliter *D. Franch.
dec.232. Reg.Tapia in conſtit. regni Edictorum Ca-
rauit.in rit.269.nu.18.Foller.in pract.rubr.forudi-
cantur nu.27.* & ibi *Angelus num.13. Leonard.in
pract.official.cap.13.nu.26.& nu.30. & ſeqq.Scia-*

loya poſt hos de ſoriudic. cap. 8. nu. 35. Nouar. poſt
alios ſuper pragm. 30. num. 4. de offic. Magiſtr. iu-
ſtitiarij.
98 Declaratur 11. Vt non procedat concluſio in
princ. poſita cum reus eſt carceribus mancipatus,
nam tunc poteſt comparere per procuratorem
Socc. reg. 322. lim. 11. Boſſ. in pract. tit. an in crimi-
nali iudicio &c. nu. 9. Clar. §. fin. q. 32. nu. 13. verſ.
Item quæro Menoch. de arbitr. caſ. 80. num. 46. Ga-
briel. commun. concluſ. lib. 7. concluſ. 9. ex nu. 16. Fa-
rinac. d. qu. 99. ex num. 134. ſubdubius Gomez var.
tom. 3. cap. 1. nu. 14. verſ. præterquam ſi etiam Carolus
Rota pract. concluſ. 9. num. 28. Porcxa de inſtr. edit.
tom. 2. tit. 6. reſol. 7. nu. 13. Scialoya de ſoriudic. c. 8.
nu. 37. Coler. dec. 107. Nouar. ſuper prag. 30. num. 6.
de offic. Magiſtr. iuſtitiae.
99 Niſi in actibus, in quibus Iudex indiget per-
ſona rei, veluti ad declarationem, torturam, &
alia Farinac. d. qu. 99. nu. 134. & ſeqq. & nu. 246.
Oſuald. ad Donell. lib. 18. cap. 10. Sic etiam ad ſen-
tentiam quæ non contra Procuratorem, ſed con-
tra Principalem profertur, ad conteſtationem
litis, ſeu alium actum, in quo reus interrogatus
per ſe reſpondere teneatur Azeued. in l. 9. tit. 13.
lib. 8. recopil. antè nu. 1. gl. No reciban procuratores
ni defenſores algunos Porcxa vbi ſup. d. nu. 13.
100 Declaratur 12. Nam agnati, & cognati poſsūt
allegare infirmitatem citati Guazzin. d. defenſ. 12.
cap. 1. nu. 22. Foller. in pract. rubr. audiantur excu-
ſat. nu. 27. vbi de Angelis Farinac. d. qu. 99. nu. 122.
& de iure noſtro eſt tex. in rit. 268. & 269. &
pragm. 30. §. 2. de offic. magiſtr. Iuſtitiar. latè decla-
rat dictos ritus Carauit. D. Petru & Scialoya d. c. 8.
de ſoriudic. nu. 60. & ſeqq. Et captiuitatem, & car-
cerationem ipſius citati Guazzin. d. defenſ. 12. c. 1.
nu. 46. Abb. in cap. veniens nu. 21. de accuſat. & de
iure noſtro eſt ritus 269. Scialoya ibid. num. 76. &
77. & ſeqq. Et dum eſt carceratus, procurator ad-
101 mittitur ad allegandam abſentiam tantum, &
carcerationem adhoc vt ſuperſedeatur, ſed non
defendatur Farinac. d. q. 99. à nu. 239. ad nu. 242.
& num. 167.
102 Plures etiam ſunt caſus, in quibus procurator
admittitur in cauſis criminalibus. Primus eſt cum
delictum eſt merè priuatum, & pro eo indicta
eſt pœna pecuniaria, tunc procurator ſine diffi-
cultate interuenire poteſt per tex. clarum in l. 1.
ff. an per alium cauſ. appell. omnes in d. l. ſen. §. ad
crimen vbi Rub. nu. 121. 122. de publ. iudic. Signo-
rol. conſ. 169. nu. 5. Ea ratione quia hoc caſu ceſ-
ſat ratio, de qua in concluſione contraria Scacc.
de iudic. lib. 1. cap. 101. num. 34. Farinac. d. qu. 99.
nu. 76. & ſeqq. & conſ. 133. lib. 2. Tuſc. lit. P. concluſ.
818. nu. 77. Vermigliol. conſ. 117. num. 7. Conciol. d.
reſol. 2. nu. 8. Rodrig. de modo vid. Proceſſ. cap. 3. de
procur. nu. 13. Scialoya de ſoriudic. cap. 8. num. 40.
Reg. Sanfel. dec. 237. vbi hoc ſubſtinet in citato ad
comparendum obſpretum mandatum Afſl. dec. 64.
Nouar. ſuper pragm. 30. num. 7. de Offic. Magiſtr.
iuſtitiar.
103 Secundus Caſus eſt, quando crimen eſt qui-
dem quaſi publicum, ſed agitur ſolum ad id, pro
quo pœna corporalis non eſt, vt cum tutor ſu-
ſpectus accuſatur adhoc tantum, vt à tutela re-
moueatur Imol. in d. §. ad crimen col. 6. Rub. nu. 45.
& 119. Felin. in cap. meminimus nu. 19. de accuſat.
104 Tertius Caſus eſt in quo procurator admitti-
tur, quando ſcil. pro illo crimine ſola pœna re-
legationis, vel infra relegationem indicta eſt Ce-
poll. conſ. 72. col. 2. Soccin. in d. cap. veniens col. 21.
verſ. Io quæro de accuſat. Rub. in d. §. ad crimen nu.
123. & 142. Clar. d. q. 32. verſ. bino eſt Gomez. var.
tom. 3. cap. 1. nu. 13. vbi Ayllon. in addit. nu. 14. Viu.
opin. 649. nu. 4. Farinac. qu. 99. nu. 66. & ſeqq. vbi
teſtatur de communi Tuſc. lit. P. concluſ. 818. n. 45.
Ciriac. contr. 488. nu. 47. quidquid dicant alij re-
lati per Farinac. nu. 63. Probatur hæc opinio per
105 tex. in l. abſentem ff. de pœnis iuncto tex. in l. ſer-
uum quoq. §. publice ff. de proc. l. 1. ff. an per alium
cauſ. appell. bene Menoch. d. qu. 80. nu. 86. & ſeqq.
vbi hoc firmat, & contrarijs reſpondet Clar. d. qu.
32. de iure noſtro eſt ritus M. C. V. 91. Angelis ad
Foller. in rub. audiantur excuſatores num. 1. Carolus
Rota in Florig. concluſ. 9. nu. 26. Tamen in Regno
106 noſtro ſecus eſt, nam in quibuſcumque cauſis,
& in delictis tam grauibus, quam leuibus, quia
non poteſt comparere per procuratorem ad ſe
defendendum ex rit. 269. vbi Carauita nu. 8. licet
ſecus ſit ſtatutum per pramg. 30. §. 2. de offic. Ma-
giſtr. inſtit. vt ſcil. reus non poſſit comparere per
procuratorē in delictis, in quibus venit imponē-
da pœna mortis, vel abſciſſionis membri. Tamen
opinio Carauit. ſeruatur in praxi quidquid dicat
Arnon. ſing. 75. & tale ſtatutum valet Farinac. d.
qu. 99. num. 261.
107 Quartus Caſus eſt cum de eo crimine agitur,
pro quo contra abſentem procedi, & ſententia
ferri poteſt, etiam ſi cauſa eſſet capitalis Socc. in
d. cap. veniens col. 30. verſ. contrarium Rub. in cot.
§. ad crimen nu. 98. Marſil. conſ. 60. num. 23. Viu.
opin. 649. nu. 3. Gaill. de pace publ. cap. 10. num. 15.
Fachin. contr. lib. 1. cap. 24. alij apud Farinac. d. q.
99. nu. 223. & 224. Ciriac. contr. 488. nu. 1. & ſeqq.
quem caſum intelligit quando quis inquiſitus eſt
merēs pœnam infrà relegationem Menoch. d. qu.
80. nu. 97. ex tex. in l. abſentem ff. de pœnis, & alijs
108 Sed quod procurator non admittatur, dicunt
communiter Gabriel. commun. concluſ. de malefic.
concluſ. 9. num. 34. & ſeqq. Alex. conſ. 116. num. 1. &
18. lib. 2. Clar. d. qu. 32. nu. 11. Scacc. de iudic. lib. 1.
cap. 101. nu. 44. Bertaz. conſ. 422. nu. 12. lib. 2. Fa-
rinac. d. q. 99. nu. 225. & ſeqq. Add. ad conſ. Ayela
ini. conſ. Farinae. conſ. 35. lit. A. lib. 1. verſ. contrarium
109 Quintus caſus eſt quando pœna pecuniaria
ex accidenti in corporalem conuerteretur, vt
puta cum condemnatus pœna pecuniaria, ſolue-
re non poteſt, & ob id debet luere in corpus l.
vl. ff. de in ius voc. hoc caſu procurator interueni-
re poteſt Socc. d. cap. veniens col. 10. verſ. nec conſi-
deratur de accuſat. poſt alios Menoch. d. qu. 80. nu.
103. & ſeqq.
110 Sextus caſus eſt Cum pœna pecuniaria pro
crimine priuato eo in caſu à ſtatuto indicitur, in
quo, & pecuniaria de iure communi, vel ſaltem
non corporalis indicta erat, tunc procurator ad-
mittitur Socc. d. cap. veniens col. 11. verſ. ſecundo
caſu Menoch. nu. 106.
111 Septimus caſus eſt. Quando pœna pecuniaria
eſt à ſtatuto indicta pro illo crimine, pro quo
pœna capitalis erat à iure communi impoſita
hæc

Digitized by Google

hęc eſt magis communis opinio, vt teſtantur Socc.d. cap.veniens col.11.verſ. aut per ius commune de accuſat. Felin.in cap.meminimus num.11. de accuſat.Rub.in d.§.ad crimen nu.183. de publ. iudic.Bald.in l.tranſigere nu.17. C.de tranſact.Capial.conſ.20.nu.15.lib.1.Clar. d.qu.32. verſ. dictū eſt Rationem ponunt quia hic pœna pecuniaria indicta eſt Menoch.d.qu.80. nu.107. vbi contrarijs reſpondet.

112 Octauus caſus eſt Quando pœna pecuniaria à ſtatuto ſancita eſt pro crimine publico, quod ius commune impunitum reliquit, vt puta ſi ſtatuto ſancitum ſit, nè mulieres iocalia, & ornamēta quędam ferre poſſint ſub pœna centum coronatorum, & amiſſionis ornamentorum, & quod liceat omnibus accuſare, quod lege Oppia à C.Oppio Trib.apud Romanos Q.Fabio, & T. Sempronio Coſſ. conſtitutum fuit authores ſunt Liuius lib.34.& Corn.Tacit.lib.3.licet has leges eſſe odioſas cenſuerit Soccin. d. cap.veniens col.13. in princ.de accuſat.à quo non diſſentit Tiraq. de leg.connubial.l.3.n.16. in regione Pedemontium ſic hodie ſeruatur. Item Veneti, & Genuenſes ſeruant.Hic Neap.adſunt regiæ pragm.ſub tit.de veſtium,& famulorum abuſu, ſed male ſeruantur.

113 Hoc in caſu admittitur procurator ſecundum Socc.vbi ſup. Alter Soccin. reg.322.fall.12. Ea ratione quia licet quo ad accuſationem crimen publicum dicatur, non tamen publicum eſt quo ad effectus pœnæ publici iudicij iuxta l.1.ff.de publ.iudic. ſcribit in ſpecie Bal.in rub.C.de his,qui accuſ.non poſſ.nu.12.in fine latè Menoch. d.qu.80. nu.111.& ſeqq.

114 Nonus caſus eſt, Cum ſtatutum dicit, quod pro primo furto ſit pœna centum, pro ſecundo pœna corporalis, modo aliquis in vno loco, vt puta hic Neapoli vnū cōmiſit, ſecundū verò furtum Capuæ, an ſi Capuæ accuſetur, ibi comparere poſſit per procuratorem? Poſſe comparere per procuratorem vera eſt opinio de qua eſt Bal.in l. ſeruum quoque §.publicè nu.8.de proc.ea ratione quia quoad ſtatutum Capuæ hoc furtum dicitur eſſe primum, ex quo ob furtum Neapoli commiſſum nulla cognitio Pretori Capuæ tribuitur, nec aliqua ab eo pœna indicitur Bal.& Capoll.in auth.ſed nouo iure C.de ſeru.fugit.

115 Decimus caſus eſt, Cum ſtatutum, vel ius cōmune pœnam arbitrariam pro delicto non atroci indicit, hoc caſu poteſt interuenire procurator per tex.in cap.ſuper his, ad finem de accuſat. cum Iudex non poſſit hoc caſu declarare pœnam corporalem, vt latè probat Menoch. de arbitr. iudic. qu.86. & ſic ceſſat ratio conſiderata pro non admiſſione procuratoris Menoch.d.qu.80.nu.118.

116 Vndecimus caſu eſt, Cum pœna ſtatuti arbitraria, etiam in caſu atroci, à conſuetudine, & ſtylo Curię iam recepit interpretationem, vt ſola pœna pecuniaria indicatur, nam hoc in caſu procurator admittitur Socc. d. cap. veniens col.17. verſ.hoc verum de accuſat. Signorol.conſ.169.n.53. Ea ratione quia hæc pœna non dicitur amplius arbitraria, ſed ordinaria, poſtquam arbitraria eſſe deſiuit propter ſtylum Curiæ vt dicit Menoch. qu.14. Ità è contrà ſi obſeruaſſet conſuetudo, vt arbitraria pœna declarata eſſet per corporalem, non interueniret procurator, idem probat Clar.d. q.32. verſ.ſed quæro, qui ſubijcit hoc non procedere cum pœna Principis arbitrio venit indicēda, nam tunc procurator non admittitur Menoc. d.qu.80.num.119.

117 Duodecimus caſus eſt, Vt cum delinquens nō dolo, ſed caſu, & fortuito deliquit Signorol.d.conſ. 169. nu.53. ea ratione quia hoc caſu ſola pœna pecuniaria indicenda eſt pro iudicis arbitrio Menoch.lib.2.de arbitr.caſ.285.

118 Tertius decimus caſus eſt Quando ſtatutum pro delicto pœnam pecuniariam expreſſam indiceret, & deinde ſubijceret, & alia pœna iudicis arbitrio Socc.d.cap.veniens col.19. verſ.ſi vero pecuniaria. Ea ratione, quia Iudex ſolum pœnam pecuniariam per ſuum arbitramentum declarare poteſt, id quod oſtendit illa dictio alia iuxta gl. in l.ſi fugitiui C. de ſeruis fugit. Menoch. d.qu.80. num.121.

119 Quartus decimus caſus eſt Quando pro illato vulnere pœna pecuniaria eſt indicta, & is reus accuſatur de vulnere, dubio pendente is vulneratur moriatur Socc.d.cap.veniens col.19. verſ.ſeptimo quæro Clar.cit.qu.32. verſ.ſed pone. ea ratione quia de vulnere accuſatus tamquam homicida condemnari non poteſt, & ſi pendente iudicio is vulneratus moriatur Soccin. ſen.conſ.273. col.5. in fine lib.2.Capoll.conſ.41.col.2.Menoch.d.qu.80. num.123.& ſeqq.

120 Decimus quintus caſus eſt, Cum pœna infamiæ in conſequētiam indicta eſt, vt puta quando agitur contra tutorem ſuſpectum, vt à tutela remoueatur gl.in l.non ſolum §.vl.ff. de procur. Socc. d.cap.veniens col.20.verſ.8. quæro de accuſat.Menoch.qu.80.nu.125.

121 16.Caſus eſt, Quando agit patronus contrà libertum ſuum, vt eum iuſtam ob cauſam in ſeruitutem redigat, tunc liberti nomine procurator interuenire poteſt Bar.in d.l.pen. §.ad crimen nu. 12.vbi Imo.& Rub.num.87.& 154. de publ.iudic. Soccin.in d.cap.veniens col.20.verſ.9.quæro de accuſat. Ea ratione, quia cauſa hæc corpus principaliter non affligit, ſed ſapit potius commodum pecuniarium actoris perſona inſpecta, quod probatur ex l.ſed & hæ §.2.ff.de procur.

122 17.Caſus eſt, Cū pœna à motionis, & depoſitionis ab ordine, & dignitate, indicitur Bar.in d. l.pen.§.ad crimen nu.3.ff.de publ.iudic.Socc.d.cap. veniens col.27.verſ.13. quæro de accuſat. Clar.d.q. 32.verſ.idem etiam. Ea ratione quia pœna hæc amotionis eſt minor relegatione Menoch.d.q.80. nu.127.& ſeqq.

123 18.Caſus eſt, Quando vir vxorem de adulterio accuſat, vt ab ea ſeparetur Socc. d.cap.veniens col.28.verſ.14. de accuſat. Ea ratione quia pœna corporis afflictiua non indicitur, vt ob eam neceſſe habeat mulier cauſam in vinculis dicere Menoch.poſt alios d.qu.80.nu.130.

124 19.Caſus eſt, Cum iam vita functus ità accuſatur, vt illius memoria damnetur, vt in crimine læſæ Maieſtatis l.vl.C.ad l.Iul.Maieſt.& in crimine hæreſis cap.cum ſecundum de hæret.in 6. his caſibus pro criminoſo procurator interuenire poteſt Menoch.poſt alios d.qu.80.nu.131.vbi rationem affert, quia ſi procurator non interueniret de-

defunctus indefenſus relinqueretur *Farinac. d. q. 99. nu. 210. de Angelis ad Foller. in pract. in rubr. audiantur excuſatores nu. 1. verſ. 14. declaratio.*

125 20. Caſus eſt quando bannitus ob pœnam pecuniariam offendi poteſt, vt puta cum ſtatuto eſt cautum, quod bannitus à centum libris ſupra offendi poſſit, nam hoc caſu procurator admittitur *Bal. in l. reos nu. 40. C. de accuſat. Decc. d. cap. veniens col. 27. verſ. ego arbitrer* ratio eſt quia hæc pœna non eſt Capitalis vt dicit *Menoch. d. quaſt. 80. num. 334.*

126 Vigeſimus primus caſus eſt, Cum is reus delictum impunibile commiſit, poſt alios *Marſil. in pract. §. ſequitur nu. 18. in fin. & nu. 23. Ruin. conſ. 9. nu. 5. & 6. lib. 5. Rub. in d. l. penul. §. ad crimen nu. 100. de publ. iudic. Pariſ. conſ. 154. in fin. lib. 4.*

127 Exemplum eſt quando reus accuſatur de homicidio commiſſo in perſonam banniti, nam poterit procurator interuenire pro illo homicida ad allegandum, occiſum illum tamquam bannitum, occidi potuiſſe *Bar. in l. vbi pactum nu. 10. C. de tranſact. Nell. de bannitis 2. p. 2. tempor. nu. 14. Vant. in rub. quis poſſit dicere de nullit. nu. 7. Clar. d. qu. 32. verſ. quero modo Gelin. de procurat. p. 2. c. 1. nu. 36.* quando de banno conſtat notoriè, alias ſecus dicit *Farinac. qu. 99. nu. 192. & ſeqq. Scialoya de foriudic. cap. 8. nu. 17.* quæ opinio Papiæ non ſeruatur ex diſpoſitione *ſtatuti in criminalibus 4. in rubr. qualiter in inquiſitionibus accuſationibus &c.* ratio ſtatuti poteſt eſſe, quia ſi ille non fuit rite occiſus, debet puniri. Sic etiam non ſeruatur in Statu Eccleſiaſtico, nam ſi aliquis bannitus petat ſibi cancellari bannum, quia occidit alium bannitum, debet perſonaliter comparere, & conſtitui in carceribus vigore *Bullæ Pij IV. Farinac. cit. q. 99. nu. 129. & ſeqq.* Secus etiam eſt de *Iure* regni Neapol. quo iure debet comparere perſonaliter inquiſitus. vt per *rit. 269.* docet ibi *Carau. nu. 3. & in prag. 1. de exulib. num. 160. & ſeqq. Caball. caſ. 23. Franch. dec. 324.* niſi notorie de banno conſtet *Franch. ibid. in fin.* vbi *Luca R. Marin. alleg. 111.*

128 Secundum exemplum eſt cum maritus vxorē in adulterio deprehenſam interficit, id quod lege ciuili non improbatur per *tex. in l. gracchus C. ad l. Iul. de adulter.* hic Neap. per *conſtit. ſi maritus* diximus *notem obſ. ad conſ. 1. lib. 3. R. Rouit.* In fortiori caſu conſuluit *Pariſ. conſ. 154. in fin. lib. 4.* dicens, quod inquiſiti ob id, quod aſſociauerint virum ad occidendum propriam vxorem in adulterio deprehenſam, poſſunt ad iudicium per procuratorem venire, na ſi marito licet eis quoque licere debet, cum ipſi puniantur eadem pœna mariti, *Caball. caſ. 300.* diximus in *d. obſeruat. num. 18.*

129 Tertium exemplum affert *Marſil. conſ. 24. nu. 94. & conſ. 43. nu. 39.* Quando interfectus reperitur vno ſolo vulnere confoſſus, & plures ad illum interficiendum affuerunt, non poteſt contra omnes, vt homicidas procedi, nec etiam pœna ordinaria illi puniri poſſunt *Menoch. lib. 2. de arbitr. caſ. 335.* quod eſt intelligendum ſi homicidiū ſit rixoſum, ſecus ſi appenſatum, nam tunc omnes tenentur pœna ordinaria homicidij *Grammat. conſ. crim. 5. num. 1. Caball. caſ. 192. Farinac. qu. 96. nu. 18. & 72. & ſeqq. Theſ. dec. 31. Clar. §. homicidiū verſ. alia etiam eſt* late *Scialoya de foriudic. cap. 3. nu. 56. 57. & cap. 10. nu. 9.* vbi dicit tamen non poſſe contra illos procedi cum abreuiatione termini, bene tamen ordinarie, & foriudicari elapſo anno *Conciol. verb. homicidium reſol. 6.*

130 Quartum exemplum eſt vt amicus rei poſſit comparere, & dicere prætenſum occiſum eſſe viuum *Ant. à Canar. in tract. de excuſat. p. 2. nu. 1. Farinac. d. qu. 99. nu. 60.*

131 Quintum exemplum afferri poteſt ex *Marſil. conſ. 90. num. 7. & 24.* quando quis ob Ciuitatis conſuetudinē permittentē certa ludorum genera, alterum interficit, excuſatur pœna homicidij *Roman. ſing. 29. Menoch. lib. 2. caſ. 315.* hoc caſu procurator poteſt interuenire *Marſil. vbi ſup.*

132 Quintum exemplum poteſt afferri in *ſtatuto Ferrariæ lib. 3. ſub rubr. de occid. vel vulnerante inuentum de nocte.*

133 Vigeſimus 2. caſus eſt in Vniuerſitate delinquente *Guazzin. ad defenſ. reorum defenſ. 12. cap. 1. poſt num. 29. Hippol. de Marſil. in pract. crim. §. ſequitur nu. 24.* Vel quando delinquunt plus decē hominum per *cap. noſtri Regni Neap. 204.* vel ſi ſint decem numero per *cap. 211. Foller. in pract. rubr. vel eis verbaliter nu. 15. & in pract. canon. p. 2. rub. repert. culpabiles nu. 34. Farinac. d. qu. 99. num. 149.* Dicitur delinquere Ciuitas, & vniuerſitas, quando omnes de Ciuitate communicato conſilio, & præcedente deliberatione delinquūt, alias ſecus *Catal. de indult. cap. 3. nu. 69. & ſeqq. Nig. in d. cap. 211. nu. 15. Farinac. qu. 24. nu. 129. & ſeqq.* late *Scialoya de foriud. cap. 8. nu. 25. & ſeqq.*

134 Vigeſimus 3. caſus eſt Cum Procurator comparet ad allegandum exceptiones crimen non tangentes, quia tunc venit admittendus procurator, ſecus ſi proponat exceptiones delictum tangentes, vt voluerunt *Zabar. Abb. & Socc. in d. c. veniens de accuſat. Boſſ. in pract. in tit. an in crimin. iud. nu. 16. Clar. d. qu. 32. verſ. pariter, etiam Gaill. de pace publ. lib. 1. cap. 10. nu. 16. Farinac. d. qu. 99 nu. 211. & ſeqq.* vbi ponit limitationes, & diximus *ſup. verſ. declaratur 9.*

135 Vigeſimus 4. caſus eſt de *iure* noſtro Neapol. in muliere, quæ ſiuè accuſet, ſiuè accuſetur poteſt comparere per procuratorem per *Conſtit. incip. generalia iura Carauit. in rit. 208. num. 2.* diximus *ſup. in hac rub. qu.* Sed hodie mulieres non poſſunt comparere per procuratores in omnibus cauſis criminalibus, ſed tenentur comparere perſonaliter *Carau. ibid. & in rit. 269. De Angelis ad Foller. Ad pract. crim.* rubr. *audiantur excuſatores num. 1.* de muliere prægnante quod non teneatur comparere etiam de iure communi dicit *Caball. caſ. 79.*

136 Vigeſimus quintus caſus eſt, vt citatus de aliquo crimine poſſit comparere per procuratorem, & allegare indultum *Farinac. d. qu. 99. nu. 129. & ſeqq.* vbi dicit ità ſeruari Romæ, & *q. 103. n. 178. Caball. caſ. 43. nu. 13. Maſtrill. de indult. cap. 23. nu. 31. & ſeqq. Capibl. de baron. tom. 2. cap. 31. num. 17. Scialoya de foriudic. cap. 8. num. 18.* vbi refert aliquos contrarios DD. de *iure* regni Neap. Item gratiam habitam ad Principe de ipſo delicto, de quo citatus fuit *Farinac. ibid. Angelis ad Foller.*

in

Digitized by Google

in pract.rubr.audiantur excuſatores nu.136. licet
contra de iure verius dicant Sola ſuper conſtit.Sa-
baud.tit.de indulgent.nu.14. & ſeqq. & in conſtit.
abuſiu nu.3.Foller.ibid. nu.180. & ſeruari Romæ
dicat Farinac.vbi ſup.nu.131.Item fuiſſe præſcri-
ptam actionem criminalem D. Campana reſol.25.
n.4.& quamnis non ſit oppoſitum de dicta exce-
ptione , ſi feratur ſententia foriudicationis eſt
nulla Campana ibid.num.5.Guazzin. defenſ.2.cap.
2.nu.14.15. licet debere inquiſitum comparere
perſonaliter dicat Farinac.d.qu.99. nu.57.Foller.
vbi ſup.nu.17.& 26.

137 Vigeſimus ſextus caſus eſt,vt admittatur pro-
curator reo abſente ad allegandum incapacita-
tem accuſatoris,& ſic ad declarari faciendum,
accuſatori non competere actionem accuſandi
Abb.per illum tex. in cap.venientes nu.8. de accuſat.
Bar.in d.§.ad crimen poſt nu.18.Farinac.d.qu.99
nu.221.Et quibus perſonis competat ius quære-
landi dicunt Farinac. qu.13.Paſcal. de virib.patr.
poteſt.par.2.c.1.

138 Vigeſimus ſeptimus Caſus eſt in Clerico, qui
in criminalibus poteſt comparere per procura-
torem ad ſe defendendum Soccin. reg.322. verb.
procurator nu.8.Graſſ.de effect.Cleric.eff.59.

139 Sic etiam ſenes octuagenarij Rota rom. deciſ.
226.in nouiſ. contrarium tamen ſeruatur in pra-
140 xi etiam in clerico Farinac. qu.99. nu.118. &
121.vbi nu.117. & 120. dicit idem eſſe in Epi-
ſcopo vt teneatur citatus in proceſſu criminali
perſonaliter comparere.

141 Vigeſimus octauus Caſus eſt vt licet banni-
tus pro cauſa criminali , non poſſit defendi per
procuratorẽ in cauſa ciuili de Iure noſtro Neap.
per ritum M.C.V.220.Franc.dec.271. nu.7. vbi
deciſum refert R.Sanfel.dec.364. nu.8. nec poſſit
agere per procuratorem Galter. de praſcnt. inſtru.
1.p.2.parte verſ.aduertat creditor nu.21.

142 Tamen dictus Ritus intelligitur pro vt loqui-
tur in bannito non in contumace tantum , vt di-
cit Caranitan d. rit.220. nu.3. Niſi ſit contumax
coram eodem iudice pro cauſa criminali, & aga-
tur coram eodem iudice , & inter eaſdem perſo-
nas pro cauſa ciuili,& ipſe contumax pro cauſa
criminali ſit actor in cauſa ciuili , quia tunc ipſi
denegatur audientia pro dicta cauſa ciuili,vt de-
ciſum refert R.Sanfel.dec.364.nu.11.& ſeqq.

143 Vigeſimus nonus Caſus eſt vbi quis eſt cita-
tus ad locum non tutum , nam non tenetur ibi
perſonaliter comparere clem.paſtoralis de re iudic.
Guazz.ad defenſam reorum diſcept.22.nu.90.lib.2.
qui locus non tutus poteſt eſſe ob malum aerem,
ob inimicitias,& ſimile Guazzin. defenſ.12. c.1.
nu.40.Farinac.qu.11.nu.55.Bazard.ad Clarum qu.
34.nu.31.Sanfel.dec.31.Et Bazard. ibi dicit,illos
de Prouincia Aprutij à menſe Iulij vſque ad mẽ-
ſem Septembris ex eadem cauſa excuſari ve-
nire ad M.C.V.quando ſunt citati ad comparẽ-
dum Scaglion.in rit.163.nu.27. Et quando iſta
144 exceptio loci non tuti non eſt admiſſa poteſt
appellari Guazzin.d.defenſ.12.cap.1. nu.41. Nig.
in cap.regni poſt commiſſum nu.14.& ſeqq. Sed Ca-
ranit.in d.rit.269.nu.7.per illum ritum dicit in
Regno non recipi exceptionem loci non tuti ,
verum ſi deinde citatus,qui fuit reputatus contu-
max,compareat, & verificet locum non tutum
excuſatur à contumacia , & etiam foriudicatio
eſt nulla Cuman.conſ.146.Boſſ.in pract. crimin.tit.
de banni nullit. nu.6. Imo quilibet admittitur ad
145 opponendum de loco non tuto,etiam abſque
mandato Guazzin.d.defenſ.12.cap.1. poſt nu.7.&
39.Farinac.d.qu.99.nu.280.& ſeqq.

146 Trigeſimus caſus eſt, Vt Princeps poſſit man-
dare vt reus audiatur per procuratorem , cum
clauſula,non obſtante Hippol. de Marſil. in pract.
crim.§.ſequitur nu.17.de Angelis ad Foller. in rub.
audiantur excuſatores num.1. verſ. nona declaratio
Theſ.dec.265.nu.17.Farinac.d.qu.99.nu.8.

147 Trigeſimus primus Caſus eſt vt admittatur
procurator pro reo ad probandum notorium
Franch.dec.314.nu.2. Et licet notorium non in-
digeat probatione Rouit.in pragm.1.nu.112. de
titul.abus Sperell.dec.132. nu.2. p.2. Tamen hoc
intelligitur ſi ſit notorium facti permanentis ſe-
cus tranſeuntis latè Scialoya poſt Sperell.d.cap.8.
de foriudic.nu.86.

148 Videbimus hic,An & quando procurator ac-
cuſatoris nomine poſſit in iudicio interuenire? Et
dicimus Procuratorem non admitti in publici
iudicij criminibus,pro accuſatore l.pen. §.ad cri-
men ff.de publ.iudic. l.tunc conuenit C.de accuſat.
l.de fide C.ad l. Cornel. de falſis ratio meo iudicio
eſt, quia ſi accuſator calumniari comperiretur ,
ſupplicij,hoc eſt talionis , pœna teneretur,& in
carcerem, vt & ipſe accuſatus detineretur l.1.ff.
ad S.C.Turpill.l.vl.C.de accuſat. quę quidem pœ-
na procuratori infligi non debet Bar. in d. §. ad
crimen.nu.1.vbi Rub.n.30.Franchis dec.470.nu.8
Gulin.de proc.par.2.cap.1 num.29.Rodrig.de modo
iud.proceſſ.cap.3.de procurat.nu.10.& 11. Verum
quia hęc pœna talionis non eſt in vſu quamuis
accuſator puniatur pœna extraordinaria Caball.
caſ. 166. Menoch. caſ.322. receſſit ab aula hæc
opinio Clar.d.qu.32.nu.23.Pax.5.par. cap.3. §.6.
num.13. Dom. Io:Vela de delictis in tract. de modo
proced.in cauſis criminal.cap.5.nu.13.Rodrig.ibid.
nu.14.Scialoya de foriudic.cap.8.nu.8.

149 2.Non admitti procuratorem in Iudicijs qua-
ſi publicis,vt in accuſatione ſuſpecti tutoris (nã
hoc iudicium quaſi publicum eſſe probat l.1. §.
conſequens ff.de ſuſpect.tutor) Bar.in d. §.ad crimen
nu.3.& ibi Rub.nu.45.Soccin.in d.cap.venientes col.
12.in princ. qui hoc intelligunt procedere cum
agitur contrà ſuſpectum , vt puniatur ſecus ſi ſo-
lum vt ab adminiſtratione amoueatur.

150 3.In criminibus priuatis,vt furti, iniuriarum,
ac cæteris his ſimilibus , in quibus criminaliter,
vt corporali pœna afficiatur , agitur, in his pro-
curator non admittitur l.1. ff. an per alium cauſ.
appell.Rub.dicens de communi in d. §. ad crimen
nu.11.15.& clarius 121.Quod locum non habet
151 in perſona illuſtri , qui iniuriarum accuſationẽ
per procuratorem inſtituere , & proſequi poteſt
l.2. §.vl.ff.de accuſat. Blanc.in pract. crim. verb.
Verum quia nu.83.poſt alios Farinac.qu.99.num.
115.& ſeqq. qui dicit hoc priuilegium receſſiſſe
ab aula,vt dicit etiam Cauall.qq. commun. contra
commun.qu.237.nu.2.Scialoya d.cap.8.nu.25.

152 Quem caſum ceſſare dicit Socc. d.cap. venientes
col. 13. verſic. primo caſu , quando lite iam
con-

conteſtata ſuper accuſatione procurator conſti-
tuitur, de quo dubitat *Menoch. qu. 79. nu. 15.*
153 4. Cum ſeruus contra dominum quæſtionem
mouet, vt ſe in libertatem vendicet. Nam tunc is
ſeruus procuratorem conſtituere non poteſt ex
l. 1. C. de aſſert. toll. ea ratione nè hoc modo ſerui
dominos vexent, & ad eorum detrimentum cum
malis hominibus colludant *Menoch. d. q. 79. n. 18.*
154 Et his caſibus etiam Delegatus hoc ſeruare
debet *Alex. ad Bar. in d. §. ad crimen nu. 1. in fin.*
verb. *detineri.* Sed *Ferrariæ* ius commune eſt cor-
155 rectū ex *ſtatuto illius Ciuitatis lib. 3. ſub rub. qua-
liter, & quando procurator interuenire poſſit in cauſis
criminalibus, in fin.*
156 In caſibus in quibus procurator pro reo cri-
minoſo recipitur, ità tamen recipitur, ſi mandatū
ſpeciale, imò ſpecialiſſimum habeat *Bal. in l. reos
nu. 30. C. de accuſat.* latè *Soccin. in d. cap. veniens
col. 30. de accuſat. Guid. Papa qu. 338. in fine.*
157 Sed in caſibus, in quibus non poteſt interueni-
re, ſi fuerit admiſſus, & cum eo proceſſum, quæſtio
eſt, an valeat proceſſus? Valere, dicit ex *Felin. in
cap. meminimus col. penul.* verb. *vltima concluſio de
accuſat. & alij Foller. in pract. crimin. canonic. p. 2.
cap. 10. nu. 65.* ſequitur *Golin. de procur. par. 2. cap. 2
nu. 42.* verſ. *Sed hic quæro gl. in cap. 1.* verb. *crimi-
nalis* verſ. *ſed quærebat de iudic. in 6.* vbi *Barboſ.
nu. 7. Vant. hic nu. 177. Nouar. in pragm. 30. num. 9.
de offic. magiſtr. iuſtitiar. Perez l. 1. tit. 4. lib. 3. ordin.
Clar. §. fin. qu. 32. n. 24. Mich. Graff. tom. 2. commun.
opin. lib. 9. tit. 1. nu. 36. Farinac. qu. 99. nu. 242. cum
ſeqq. Cald. de reſolut. emphy. cap. 17. nu. 10. & qq. fo-
renſ. in commeat. ad l. vnic. C. ex delict. defunct. p. 2.
nu. vl.* dicentes talem exceptionem tamquam di-
latoriam debere opponi ante litis conteſtationē
ad *tex. in l. ita demum C. de procurat. l. filiusfam. §.
veteranı ff. eodem l. exceptionem C. de probat.* Con-
158 trà tamen tenet *Gomez var. tom. 3. cap. 1. nu. 16.*
etiam non oppoſita exceptione *Menoch. in l. a vſufr.
cap. 2. nu. 5. lib. 2. Clar. §. fin. qu. 32. nu. 24.* alijque
relati *a Caual. qu. 237. nu. 3. Rodrig. de modo vid.
proceſſ. cap. 3. de procurat. nu. 15.* ponentes rationē
quia leges reſiſtant tali admiſſioni *Montell.
reg. 13. n. 9. Farinac. d. qu. 99. nu. 242. & ſeqq.* vbi
poſt *nu. 261.* dicit hanc opinionem eſſe confirma-
tam in ſtatu Eccleſiaſtico conſtitut. Iulij II. &
Pij IV. S. Pontificum. Sed verior eſt prima opi-
nio, quam defendunt *DD.* pro illa citati ex ra-
tione *ſup.* poſita, nec ratio adducta pro contraria
facit, quia leges reſiſtunt quatenus velit pars nō
recipi tales procuratores, & ſic requiritur oppo-
ſitio *Ginrba dec. 14.* addimus *eundem Caual. d. qu.
237. nu. 4. Morla in emporio tit. 2. nu. 55. Ayllon. ad
Gomez var. tom. 3. cap. 1. de delict. nu. 17. Vela in
repetit. cap. fin. de procurat. in 6. p. 1. nu. 9.* poſita
poſt *diſſertationes Iuris. Scialoya de foriudic. cap. 8.
num. 38.*

S V M M A R I V M.

1 *Alius pro alio in iudicio comparere non poteſt ſine
mandato, ſub pœna nullitatis, & nu. 2. & 3.*
4 *Maritus pro vxore, an, & quando poſſit comparere?
& quando vxor pro marito? & à nu. 5. ad n. 32.*
33 *Coniunctus pro coniuncto, an & quando admittatur
ſine mandato? & à nu. 34. ad nu. 47. & num. 76.
77. & à nu. 83. ad nu. 133.*
48 *An, & quando amicus agat pro amico? & à nu. 49.
ad num. 73.*
74 *An Clerici pro Eccleſia?*
75 *An libertus pro patrono?*
78 *An conſors litis pro conſorte? & à n. 78. ad n. 82.*
134 *Plures caſus, in quibus quis poteſt agere ſine man-
dato aliquo, & à nu. 135. ad nu. 157.*

An & quando alius pro alio in iudicio poſſit comparere? an coniunctus pro coniuncto, maritus pro vxore, vxor pro marito, Amicus pro amico libertus pro patrono, Clericus pro Eccleſia? Conſors litis pro conſorte?

QVÆSTIO XXVIII.

1 ALius pro alio regulariter in iudicio
comparere non poteſt ſine mandato,
per *tex. in l. ſi pupilli §. videamus ff. de
negotijs geſtis* in illis verbis ibi: *quam-
quam enim hoc ei imputari non poſſit cur alios debi-
tores non conuenerit, quoniam conueniendi eos iudi-
cio facultatem non habuit, qui nullā actionem inten-
dere poterit, & tex. in l. tutori C. de eodem l. exigen-
di C. de procurat. l. non ſolum ff. ſolut. matrim. l. ma-
nifeſtiſſimi §. fin. C. de furtis Golin. de procurat. par. 3
cap. 1. nu. 1. Virgil. de legit. perſon. cap. 19. nu. 1.* vn-
2 dè iudicium factum cum aliquo nomine alterius
ſine eius mandato nullum eſt, & de *iure* noſtro
3 Neapolitano quis non poteſt comparere in iu-
dicio pro alio abſque mandato, aliàs priuatur of-
ficio, & punitur pœna falſi per *pragm. 30. §. 3. &
9. de offic. magiſtr. Iuſtitiar.*
4 Multæ tamen ſunt perſonæ, quæ pro alio ſine
mandato comparere poſſunt, & iudicium cum
illis factum eſt validum. Prima eſt Maritus, qui
pro vxore comparere poteſt *l. maritus C. de pro-
curat.* poſt alios *Maſtrill. dec. 131. Caſtill. dec. 36.
nu. 6. p. 1. Rouded. conſ. 66. nu. 23. lib. 1. Roland. cōſ.
46. nu. 1. lib. 4.* tenetur tamen de rato cauere *Caſ-
ſan. in conſuet. burg. rubr. 4. §. 5. num. 9.* verſ. *ſed ad-
uerte Virgil. de legit. perſon. cap. 19. nu. 2. Golin. de
procur. par. 3. cap. 1. nu. 18. & 19. Berlich. tom. 1. co-
cluſ. 14. nu. 47. & concluſ. 17. num. 48. Nouar. qq. fo-
renſ. qu. 3. tom. 2. Scialoya de foro compet. cap. 33. nu.
430. Rouded. colluct. 49. Treatacinq; var. tit. de pro-
curat. reſol. 5. Manzi de procur. tit. 3. nu. 328.* Quod
5 procedit etiam ſi ſit maritus putatiuus *Alberic. in
d. l. maritus ff. de rit. nuptiar. & l. ſi vxor §. 1. ff. de
adulter,* cum matrimonium putatiuum in mulieris
commodum habeat priuilegia, quæ habet verum
*l. ſi cum dotem §. fin. ff. ſolut. matr. Chriſtof. de Pace
ad ll. filij l. 10. Schol. 1. nu. 3. Virgil. d. cap. 19. nu. 2.*
Contrà tamen tenet *Iaſ. in d. l. maritus,* cum ma-
trimonium putatiuum habeat eadem priuilegia,
ac verum reſpectu mulieris, & circa dotem, & nō
circa alia circà quæ non æquiparatur *l. ſi concu-
bina in princ.* & ibi *Bart. ff. rerum amotar. Imol. &*

aly

Digitized by Google

alij in l.diuortio §. impendia ff.ſolut. matrim. Trentacinq.d.reſol.5.nu.3.

6 Sic etiam habet locum in ſponſo de præſenti, ſecus de futuro Rol. de lucro dotis qu.15. nu.9. & 10.ex Tiraq.in tract.de retract. §.10. num.2. & 8. pluribus rationibus probat Trentacinq. ibidem nu.3.& 7.

Et habet locum in vero marito tempore actus geſti,de quo quæritur,& non in marito poſt celebratum actum,ea ratione quia dicta lex loquitur de marito,& ſic qualitas mariti debet eſſe, & cõſiderari ſecundum tempus verbi l. in delictu §.ſi extraneus ff.de noxal.& l.Tutius ff. de milit. teſtam. Trentacinq.ibid.nu.4.

7 Maritus eſt procurator vxoris in bonis dotalibus, & paraphernalibus vxoris, ſecus in bonis extrà doralibus, in quibus nullum dicitur mandatum habere ab vxore,vt dicit Alex.conſ.90.nu.5.lib.2.Virgil.d.cap.19.nu.3.Golin. de proc.par.3. cap.1.nu.21.& ſeqq.per tex.in l.vlt. C.de pact.conuent.licet rigoroſe loquendo non differre talia bona dicat Fontanell.de pactis nuptial. clauſ.6.gl. 2.p.7.nu.9.ex verbis d.l.vl. ibi ; hac lege decernimus, vt vir in his rebus, quæ extra dotem mulier habet, quas græce paraſernalia dicunt &c. maxime in bonis non traditis viro, nec verè, nec interpretatiuè,in quibus non poteſt agere,aut conueniri maritus ſinè mandato Trentacinq. var. d.reſol.5.nu.5.& 20.

8 In bonis dotalibus maritus habet actionem ſuo nomine,& non tenetur cauere de rato Iaſ.in d.l.maritus Alex.conſ.585.nu.7. vol.6. Barz.deciſ. bonon.43.num.24. & 25. Mynſinger.obſ.53. cent.3. Golin.de proc.p.3.cap.1.nu.22. Gaill.pract. obſ.lib. 1.obſ.133.nu.7.Trentacinq.d.reſol.5.nu.20.

9 In bonis paraphernalibus dictis à verbo græco paraferna, iuxtà ea, quę traduntur in l.ſi ego §. dotis autem cauſa data ff. de iure dotium. Aut loquimur de illis,quę tranſeunt in dominiũ viri, aut de illis, quæ tranſeunt ſolum in ipſius cuſtodiam d.l.ſi ego §.dotis, Aut in illis non traditis viro.Primo Caſu admittitur ad agendum abſque cautione de rato l.fin.C.de pactis conuent.Brunem in C.in l. maritus de proc.2. Caſu maritus non eſt
10 procurator, ſed agendo tenetur cauere de rato Bar.in d.l.maritus in 2.lect.Golin.d.p.3. cap.1. nu. 23.& ſeqq. Fontanell. de pactis nuptial. clauſ.6.gl. 2.par.7.nu 1.& ſeqq.& nu.54.& ſeqq.Trentacinq. d.reſol.5.nu.20.Et Bar. in d. l.maritus p.lectura di-
11 cit tex.in d.l.maritus, intelligi vt ſi vxor conſtituat maritum procuratorem in vna Cauſa tantũ, præſumitur eum non eſſe procuratorem in omnibus ſine vxoris licentia, vndè per hanc præſumptionem dicit repelli maritum,& non poteſt agere,vt maritus,& legitimus adminiſtrator Bal. ibidem ante num.2.Alex.nu.4.Alber. nu.3.in fine Caſtell.dec.37. nu.14.p.1.Honded. conſ.66.nu.86. Capibl.de baron.in pragm.1.nu.527. in fine Trentacinq.d.reſol.5.nu.21. Bruneman.ſup. d.l.maritus.

12 Et diſpoſitio d.tex. l.maritus procedit in fauorabilibus vxoris, putà ne vxor quotidiè conueniatur in iudicio, vt per Iaſ. in illa l.in princ.

13 Non autem in concernentibus præiudicium vxoris,nam eo caſu requiritur ſpeciale mandatũ l.mandato generali ff.de procurat. l.ſi conſenſit §.1. ff.quibus modis pignus,vel hypot.ſolu. in quibus non admittitur maritus vt coniuncta perſona ſine ſpeciali mandato gl.in d. l.exigendi Roman.conſ. 215.nu.13.Eugen.conſ.25.nu.7.cum ſeqq. Golin.d. par.3.cap.1.nu.26.

14 Sic etiam in alijs bonis vxoris penitus ſeparatis à rebus mariti, maritus admittitur, cum cautione de rato Bar.in d.l.maritus Caſſan.in conſuet.Burgun.rub 4.tit. Sans procuration. §.5.nu.10. Reg.de Ponte conſ.31.nu.12.p.1.Qui dicit in bonis extrà dotem,maritum admitti vti procuratorem,verum requiri ratificationem vxoris, & illã ſufficere etiam ſi ex poſt facto interueniat.Et nu. 13. dicit ſufficere quod maritus bona cum expreſſa, vel tacita vxoris voluntate adminiſtret, vt ea paraphernalia dicantur ex Afſl. dec.44. & Dec.conſ.521.

15 Ex quibus omnibus eruimus,maritum eſſe legitimum adminiſtratorem in bonis vxoris extrà dotalibus,in dotalibus dominum,& parephernalibus procuratorem Mantica de Tacitis,& ambig. lib.7.tit.5.nu.9.Idem de Ponte conſ.4.nu.32.lib.2. & ita intelligunt tex.d.l.maritus Bar.Bal.Salyc.Caſtr.& alij Aretin.in §. pen. Inſtit. de excuſat. tutor nu.1.cum ſeqq.Abb.in cap.conſtitutis nu.2. & 5.de procurat.Alex.conſ.90.nu.5.vol.2.Et ſic non bene loquutus fuit Myſing. cent.3.obſ.53.nu.3.dum dicit,ſi maritus indotalibus mandatum recipiat, amplius eum non poſſe ſine mandato agere, vt aduertit Hillig.ad Donell. lib.18. cap.12. lit.L. Et incautè loquutus fuit Trentacinq. tit. de proc. reſol.5.nu.10.dum dicit,maritum non cauere pro dotalibus,ſi ſuo,cauere autem, ſi vxoris nomine experiatur, quem ſequitur Barboſ. in d. l. maritus nu.9.vt aduertit Brunem.in d.l.maritus,quę omnia intelliguntur in iudicijs,ſecus in contrahendo,nã hic non poteſt eſſe ſine mandato vxoris Socc.iun. conſ.105.ſub nu.11.verſ.vel & tertio Cephal. conſ. 575.nu.17.Trentacinq.d.reſol.5.nu.6.

16 Vnde ſciendum eſt, quod ſi maritus agat vti procurator vxoris, cum non ſit, & non vti adminiſtrator,iudicium eſt nullum Iaſ. in d. l.maritus nu.8.Maranta in ſpecul.par.4.diſt.16.num.29. Rom. conſ.446. Iaſ. idem in l.exigendi verſ. ſextò fallit Nouar.qq.forenſ. tom.2.qu.3. nu.14. Scialoya de foro compet.cap.33. nu.435. Trentacinq. d.reſol. 5.nu.8.Idem eſt in patre legitimo adminiſtratore,nam debet agere,vt pater, & legitimus adminiſtrator Gratian. diſcept.forenſ. cap.365. num.5.

17 Quod adeò verum eſt,quod comparendo poſtea vt adminiſtrator non conualidat iudicium nullum,Cephal.conſ.745.nu.8.& 9.vol.2.Canalc.dec. 24.p.1.de iudic. Vbi dicit, quod licèt maritus poſſit comparere vti legitimus adminiſtrator, ſi tamen comparuit vt procurator vxoris,cum non ſit,non conualidabit iudicium, vti legitimus adminiſtrator,vel vti coniuncta perſona Bal. & Salic.in l.1.C.de procurat.l.filius ff.qui ſatiſdare cog. Amicis conſ.155.nu.9.& conſ.132. num.3.Roman. conſ.446. Barbat.in cap. nonnulli §.ſunt, & alij extra de procurat.Gratian. diſcept.forenſ. cap.699. nu.30.vol.4.& cap.573.nu.48.& 49.vol.3.Mangrell.ad tex.in d. l.exigendi Maranta in ſpecul. d. p.4.diſt.16.nu.14.Vbi dicit,quod ſi maritus agat tanquam procurator, non vti legitimus admini-

Kk ſtra-

ſtrator, ſi poſtea reperiatur falſus, iudicium eſt
nullum, ſicut in ſimili dicitur, quod ſi procurator
fecerit aliquid vt Nuncius, non ualet id, ac ſi fe-
ciſſet vt procurator *Bar. in l. tacentus ff. de conſtit.*
pecun. Roman. ſing. 697. Tepat. var. tit. 88. cap. 12.
Marta in cap. Sicil. cap. 30. nu. 6. tom. 3.
18 Sic etiam procurator qui vſus eſt mandato
malo, non iuuatur bono *Achill. de Graſſ. dec. Rot.*
Rom. de procurat. 7. Magon. dec. Flor. 51. num. 16.
Marta in ff. nouiſſ. tom. 1. tit. procurator cap. 77. in
19 *fine.* Et etiam in procuratore nulliter ſubſtituto
extendit idem *Marta cap. 45.* vbi dicit, quod ſi
huiuſmodi procurator nulliter ſubſtitutus agat,
vt talis, licèt bonum mandatum habeat, nihil agit
ex *Mohrdan. dec. 5. de procurat.* Et in his conclu-
ſionibus habet locum brocardicum illud, quod
potui nolui, quod volui adimplere nequiui, de
quo in *l. multum interſt C. ſi quis ſibi vel alteri l.*
ſi genero C. de Iure dotium l. quoties in princ. ff. de
hered. inſtit. cap. cum ſuper de offic. deleg. Hippol. ſing.
262. nu. 1. Surd. conſ. 260. num. 36. lib. 2. Vrſill. ad
Affl. dec. 2. nu. 9. Noſter Vantius hic nu. 83. Golin. de
proc. p. 3. cap. 1. nu. 39.
20 Ità etiam ſi coniunctus compareat vti procu-
rator abſq; mandato, non valet judicinm *gl. in l.*
filius ff. qui ſatiſdare cogantur Bal. & Salyc. in l. 1.
C. de procurat. Cauale. deciſ. 24. Caſſan. in conſuet.
burg. rub. 4. §. gl. 2. Maranta vbi ſup. nu. 29. Ea ra-
tione quia licet coniunctæ perſonæ permittatur
agere, hoc tamen eum procuratorem non facit
& agens, vt procurator videtur renunciare co-
niunctioni *Specul. in tit. de coniunct. perſon. nu. 1. in*
fin. lib. 1. Conſ. Marcian. conſ. 1. num. 58. vol. 1. Cre-
ſcent. dec. Rot. Rom. 7. alias 111. *num. 7.* qui dicit
quod agens vti procurator alterius cum non ſit,
non poteſt ſubſtinere actum, ex eo quod ſit con-
ſors litis, vel coniunctus ex *Bal. in cap. ex parte,*
& cap. nonnulli §. ſunt, & alijs extra de reſcriptis
Roman. conſ. 445. nu. 6. Io: de Amicis conſ. 115. nu.
9. Vrrall. dec. 347. Gratian. diſcept. 527. num. 48. &
49. & 699. nu. 30. Vin. dec. 31. nu. 13. Berlich. tom.
1. conclus. 14. nu. 65. Caualcan. dec. 24. n. 1. & ſeqq.
lib. 1. Prob. de inte ſiſtend. cap. 44. nu. 2. Scialoya de
foro compet. cap. 33. num. 435. poſt *Anna alleg 27.*
nu. 2. Cancer. var. lib. 2. tit. 14. nu. 141. & ſeqq. vbi
ponit quomodo debeat eſſe libellus.
21 De iure ſaxonico in paraphernalibus, & re-
ceptitijs maritus non poteſt agere ſine mandato,
vel Cautione *p. 2. conſt. Aug. 15. Carpzon. in nouiſ.*
Tract. de proceſſ. tit. 5. art. 6. nu. 31.
22 Sed An ſicut maritus admittitur pro vxore,
ità & è contra? Videbatur dicendum, quod ſic,
per *tex. in d. l. ſed & hæ ff. de procurat.* Nam licet
non ſit affinis, attamen eſt principium affinitatis,
& ità iudicatur de ipſo principio, ſicut de ipſo
fine, ſeu de ipſa affinitate *l. non ideò minus C. de*
hered. inſtit. Marſil. ſing. 636. nu. 2. & ſeqq. Berlich.
conclus. 14. nu. 48. tom. 1. licet ſecus eſſe dicat de
iure ſaxonico, quo Iure mulier non poteſt eſſe
in iudicio ſine Curatore, vt diximus *ſup.* Eo ma-
23 gis quod ſunt correlatiua, & ſic ad imparia
non diudicanda *l. fin. C. de indicta viduit. tollend.*
D. de Franch. dec. 578. nu. 3. Rolan. conſ. 9. nu. 8. cũ
ſeqq. lib. 1. Surd. de alimentis tit. 1. q. 46. per tot. Gra-
tian. diſcept. 920. num. 12. Et ſicut maritus dicitur
24 coniunctus reſpectu vxoris ità & è contrà *l. fin.*
§. cum autem verſ. *tam coniuncta perſona* vbi *Salyc.*
& Bal. C. de furtis Valaſc. conſul. 136. n. 12. tom. 2.
25 Et dicitur, pro coniunctis admitti mulieré, &
quod appellatione coniúctorũ venit vxor, & ma-
ritus *l. manifeſtiſſimi §. pen. C. de furtis Angel. in l.*
vnic. C. vnde vir. & uxor. cap. quos Deus 33. qu. 2.
Corn. conſ. 153. nu. 1. vol. 3. in terminis *Cancer. var.*
lib. 2. tit. 14. nu. 164
26 Sed in hac re ſemper mihi placuit contraria
Sententia, vt ſcilicet vxor non poſſit defendere
virum *per tex. in l. 1. §. fin. & l. 2. ff. de iniur. Specul.*
tit. de coniuncta perſona §. ſecundam num. 5. Caſtill.
dec. 36. nu. 10. Et vera eſt opinio, vt mulier co-
27 niuncta non admittatur pro coniuncto, vt ex *Io-*
ſeph Ludouic. dec. Peruſ. 49. tradit *Tepat. var. Sen-*
tentia tit. 89. cap. 2. verſ. *tertio limitatur.* Et *ibi ex*
Natta conſ. 146. ampliat etiam ſi eſſet mater per
tex. in l. alienam C. de procurat. ea ratione nè fœ-
minæ parcentes proprio pudori immiſceant ſe
iudicijs in Cetu virorum *d. l. alienam Virgil. de*
legit. perſon. cap. 19. num. 14. Golin. de procur. par. 3.
cap. 2. nu. 40. Cancer. var. lib. 2. tit. 14. n. 162. & 163
28 Reſpondetur ad rationes alterius opinionis,
quod ſcil. vir. & vxor ſint correlatiua, nam eſt ve-
rum, qnod diſpoſitum in vno correlatiuorum,
non habet locum in altero, quando diuerſa ſubeſt
ratio *Bal. in l. vl. C. de indict. viduit. tollend.* & ibi
omnes DD. Tiraquel. de retract. lignager §. 9. gloſ. 1.
n. 5. Var. axiomat. iuris lit. A. nu. 180. & lit. C. n. 20.
29 Nam ceſſat in fœmina qualitas illa procurato-
ris, quæ eſt in viro, qui eſt legitimus procurator
vxoris, vt *ſup.* nam pro patre tantum admittitur
non pro marito, vt late probat *Caſtill. d. dec. 36.*
num. 10.
30 Et in ſpecie quod maritus ſit legitimus pro-
curator vxoris, non è contrà diſſerit *Maſtrill.*
dec. 131. num. 14. p. 2. Datur tamen caſus, in quo
31 vxor poteſt procuratorem conſtituere ad agen-
dum, & defendendum, putà pro marito carcera-
to, ex duplici ratione Primo quia eſt coniuncta
perſona, vt per *Bal. in l. fin. §. fin. C. de furtis.* ſecũ-
32 do quia videtur ſuam iniuriam proſequi, vt te-
nent *Hippol. ſing. 636. nu. 2. Achill. de Graſſ. dec. Rot.*
Rom. de procur. in antiquis dec. 16. Marta in ff. no-
uiſſ. p. 1. verb. *procurat. cap. 4.*
33 2. Admittitur coniunctus pro coniuncto præ-
ſtando cautionem de rato ad agendum ſine man-
dato, vſq; ad decimum gradum, liberi verò, & pa-
rentes vſq; in infinitum *gl. & Scribentes in l. ſed hæ*
perſonæ ff. de procurat. Duen. regul. 123. Corn. conſ.
273. num. 7. vol. 3. vbi loquitur de fratre *Gratian.*
diſcept. forenſ. cap. 97. in princ. Berlich. tom. 1. concl.
14. nu. 34. & ſeqq. Scialoya de foro compet. cap. 33.
nu. 470. Bonden. collect. 49. Virgil. de legit. perſon.
cap. 19. nu. 10. Cancer. var. lib. 2. tit. 14. nu. 137. &
ſeqq. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 101. num. 48. & ſeqq.
Nouar. in pragm. 30. num. 10. de offic. magiſtr. Iuſtit.
Sichard. in l. 12. Barboſ. in l. 3. num. 10. ff. ſolut. matr.
34 Alij vero dicunt coniunctos eſſe illos, in hac
materia, qui ſunt coniuncti vſq; ad quartum gra-
dum *Alex. conſ. 4. nu. 9. lib. 2. Canar. var. reſ. cap. 6.*
nu. 5. lib. 1. Olitan. de action. p. 2. lib. 1. cap. 16. nu. 20
verſ. *ex quo etiam Mant. d. tract. de fideiuſſ. 1. part.*
principal. ſect. 2. cap. 9. nu. 33. Magon. dec. Lucenſ. 6.
nu.

nu.14.Cartar.dec.Gen.54.nu.4.Berlich.nu.38.Va-
laſc.de priuilg.pauper.qu.13.nu.1. Card.Tuſc.lit.C.
concluſ.735.Et vltra quartum gradum,remitti in
35 arbitrium iudicis, quis nam dicatur coniuncta
perſona dicit Menoch.de arbit.iudic.lib.2.caſ.246
36 Alij dicunt talem coniunctionem debere eſſe
per lineam aſcendentem,vel deſcendentem Mar-
ſil.ſingul.133.Petr.Garzia a Toleto dicto 139.Vſq;
ad quartum gradum de iure Saxonico Brunneman.
in d.l.maritus in fine C.de procurat.

37 Talis tamen cautio de rato debet ab aduerſa-
rio peti,alias niſi petatur iudicium , & acta ſub-
ſtinentur Alex.conſ.47.num.2. lib.7. & conſ.176.
eod.lib.Valaſc.d.qu.13.nu.3.Cancer.d.cap.14. nu.
165. vbi dicit ſufficere ſi opponatur per verba
generalia.

38 Affinia pro affine ſuo Chriſtof. de Pax in tract.
ſchol.ad ll.Stili l.10.nu.7.Alex.conſ.4.num.3.lib.2.
qui tenet quod tranſuerſales vſq;ad quartum gra-
dum admittuntur,Bar.in l.1.num.5.ff. de procurat
Rip.in cap.cum M.nu.60.extra de conſtitut.Ioſeph.
Ludouic.dec.49.num.1. lib.1. Bonden.d.collect.49.
39 tam in agendo quam in defendendo Caſtill.dec.
Sicil.36.nu.8.cum ſeqq.p.1.Surd.de alimentis tit.3.
qu.8.nu.11.Maſtrill.dec.131. num.16. Sic gener
40 pro ſocero Spec.lib.2.p.3. tit.de coniuncta perſona
in princ.verſ.affines item ſocerus pro genero Ber-
lich.d.concluſ.14.nu.49.& 50.qui poſt Bal. dicit
hoc eſſe verum durante affinitate vel coniunctio-
ne inter ſocerum,& generum, ſecus diſſoluta per
mortem vxoris.

41 Alij tamen,quos refert, & ſequuntur Daumba-
der.in ſua praxi Ciuil.cap.95.Hippol.ſing.228. nu.
2.Ioſeph Ludouic.dec.Lucenſ.41.nu.1.& 2.tenent
quod parentes.fratres,amici, propinqui, conſan-
guinei,cognati,patrueles,conſobrini,affines,cum
ſimilibus,poſſunt in iudicijs pro ſuis liberis, &
fratribus conſanguineis , propinquis; aut affini-
bus,quando pro ipſis agere, petere, aut defende-
re volunt,idque ſine vllo mandato, cum cautio-
ne tamen de rato , vel de iudicatum ſoluendo,
ideò non ſequuta ratificatione dominus litis nō
præiudicatur Hier. de Laurent.dec. Rot. Auen.24.
relata per Martam in ff.nouiſſ.tit.procurator. c.24.
per tex. in l.non ſolum §. qui alienum ff. de procur.
qui loquitur de cautione de rato, D. Petr. ſuper
rit.M.L.176.nu.5.Eadem Rot. in nouiſſ. dec.242.
Caſſador.dec.40.ſuper reg.Cancell.Ludouic.dec.Pe-
ruſ.110. Vin. dec.31. Quod eo magis procedit
42 vbi pars aduerſa peteret dictam cautionem Ro-
man.ſing.619.

43 Et ratificatio domini debet ſuperuenire infrà
decem dies Iaſ.in l.exigendi nu.10. limit.12. C.de
procurat.Ioſeph.Ludouic.dec.Peruſ.49. nu.4.Marta
vbi ſup.cap.25.Maur.de fideiuſſor.1.par.principal.
44 ſect.2. cap.9.n.24.Quod adeò verum eſt quod li-
cèt factum procuratoris regulariter præiudicet
domino,quando dominus ſciens,ſtatim non con-
tradixit ex Alex.conſ.84.vol.2.Dec.conſ.437.n.1.
45 Ex quo videtur factum approbare,& ratificare ,
hoc tamen non procèdit in Cautione rati,in qua
requiritur , quod interueniat expreſſa ratificatio
infrà decem dies,vt declarat Maur.loco cit.nu.26
& 27.

46 In iudicijs tamen ratificatio coniuncti debet
fieri ante ſententiam, ſecus poſt, niſi pendeat ap-
pellatio à ſententia; quæ appellatio reducit rem
ad terminos litis conteſtatæ l.1.§.fin.ff.de appell.
l.per hanc 1.C.de tempor.appell.tradit Fab.in C.lib.
2.tit.8.defin.10.nu.4.

47 Etiam in cauſis criminalibus coniunctus pro
coniuncto comparet cum cautione de rato Aru-
menti deciſ.7.Surd.de alimentis tit.2. qu.8.num.13.
Hippol.de Marſil.ſing.228. Nouar.ſuper pragm.in
pragm.30.nu.11.in fine de offic. Magiſtr. Iuſtitiar.
dicemus infra.

48 Sed ex quo Appellatione coniunctę perſonæ
veniunt Amici , nam magni ſunt effectus amici-
tiæ,vt per Cicer.de Amicitia latiſſimę Graſſ. de ef-
fect.amicit.num.1.& ſeqq.Tuſſon. de atteſtat.verſ.2.
obſ.3.nu.58.& ſeqq.

49 Amicitia eſt velut quædam fraternitas l. verū
in princ.iuncta gloſ.ff.pro ſoc.imo fraternitatem
ſuperat Alciat.præſumpt.27.nu.3. ex l.cum allegas
C.de pecul.lib.12.Tiraq.cauſ.22.num.10.Menoch.
præſumpt.124.nu.29.lib.3.& conſ.683. nu.24.lib.
7.Surd.de alim. tit.6.qu.21. num.4. Decian. tract.
crim.lib.3.cap.5.num.23. & conſ.51. nu.58.lib.4.
Gratian.diſcept.300. nu.12. Inde prouerb.cap.18.
dicitur Vir amabilis ad ſocietatem magis amicus
erit quam frater. Amicus eſt alter ego Ariſt. in
Ethica 9 cap.8.& Ouid.Triſtium lib.4.

Hi duo corporibus,mentibus vnus erat.

Et Orat.carmin.lib.1.ode 3. Et ſerues animæ di-
midium meæ.

Tuſc.lit.A.concluſ.326.nu.3.Graſſ. d.tract.num.
5.& 93.

50 Vnde quidquid diſponitur inter coniunctos,
habet locum etiam in amicis Iaſ. in l.exigendi
nu.4.8.& 15.C.de procur. & in l.quæ dotis nu.65.
ff.ſolut.matrim.Surd.de alimentis tit.6.qu.21.nu.4.
in fine Mantica de coniect.lib.6.tit.11. nu.25.Io-
ſeph.Ludouic.dec.Lucenſ.110.nu.12. cum ſeqq.p.2.
latiſſimè Carol.de Graſſ.de effect. amicitiæ nu.84.
cum ſeqq.poſt tractatum de effect. Clericat. Caraui.
ſuper tit.160.num.9. D.Praeſ. Merlin.contr.forenſ.
cent.2.contr.17.num.12. Ricc.in praxi Eccleſ.dec.
666.Golin.de procur.p.2.cap.5.nu.12.D.Petr.ſuper
rit.265.nu.143.Mantica de coniect. lib.6. tit.11.
num.25.

52 Amicitia vera ſimilis eſt conſanguinitati pro-
ximiori Couar.in cap.requiſiſti nu.7. de teſtam.Re-
buff.de priuil.ſchol.priuil.104.Azeued. ad l.34.nu.
3.tit.6.lib.3.nouæ reg.collect. Gratian.diſcept.200.
nu.4.Card.Tuſc.lit.A. concluſ.326. Mantica de ta-
cit.tom.2.lib.13.tit.20.nu.2. & ſeqq. Merla in ex-
perta p.1.tit.2.in prælud.nu.201.

52 Et magna amicitia idem operatur, ac ſangui-
nis coniunctio Hippol.ſing.351. Alex.in l.1. §.lex
falcidia ff.ad l.falcid.gloſ.in cap.2. de teſtam. in 6.
Abb.in cap.requiſiti col.fin.de teſtam.Caraui.in rit.
160.nu.9.vbi alios citat Maur.Aretin. de fideiuſſ.
2.par.principal.ſect.7.cap.2.nu.23. Graſſ.de effect.
amicitiæ nu.81.Vax.axiomat. Iuris lit.A. nu.247.

53 Talis Amicus venit appellatione Suorum gl.in
l.2.C.ex quibus cauſ.coll.cenſ.lib.11.Bal.in l.1.nu.
33. C.de his qui accuſ. non poſſ.Iaſ. in l. exigendi
nu.6.de procurat.Decian.tract.crim.lib.3.cap.5.nu.
13.& ſeqq.Cotta in memor.verb.Amor.Graſſ.d.trac.
nu.87.& 88.& de except.except.24.nu.49.

54 Et præfertur omni ſanguinis coniunctioni ex
Philoſ. & alijs firmat *Menoch. d. conſ. 683. nu. 23.*
lib. 7. Gratian. d. diſcept. 200. nu. 10. Uſuald. ad Do-
nell. lib. 18. cap. 12. lit. K. D. Thomas in opuſculo de
dilectione Dei & 2. 2. qu. 27.
55 Amicus habetur loco parentis, imo amicitia
ſuperat parentum affectionem *Surd. de alim. tit. 1.*
qu. 11. nu. 15. Borrell. de compromiſ. §. 1. gl. 3. nu. 89.
Imo filiorum excedit amorem *Seneca in Epiſtol.*
100. lib. 17. ibi: *Tam moleſte tuſers mortem filij?*
quid faceres ſi amicum perdidiſſes.
56 Difficultas eſt an amicus pro amico poſſit agere,
& defendere ſine mandato? Et quod poſſit age-
re videtur dicendum, ex quo amicitia æquipol-
let affinitati ad effectum agendi, vt tradit *Ruin.*
conſ. 100. in princ. vol. 4. cum promiſſione de rato
Bal. in l. 1. nu. 6. ff. de negotijs geſtis Bar. in l. exigen-
di nu. 13. C. de procurat. & in l. non ſolu. §. qui alie-
no nu. 1. ff. eodem Corn. conſ. 81. nu. 16. lib. 1. Rebuff.
in tract. de priuil. ſcholar. Dexian. in tract. crim. par. 1.
lib. 3. cap. 5. nu. 14. verſ. & licet, vbi teſtatur de
communi *Camill. Borrell. de compromiſſ. §. 1. gloſ. 3.*
nu. 91. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 89. nu.
66. Scacc. de Iudic. p. 1. cap. 101. nu. 48. vbi teſta-
tur de communi opinione *Bimius conſ. 108. nu. 64*
lib. 2. Rim. conſ. 10. num. 1. lib. 4. Medic. in reg. 8. tex
inter alios acta nu. 11. DD. apud Berlich. tom. 1. con-
cluſ. 14. nu. 41. verſ. licet.
57 Contrariam opinionem tenent *Abb. in cap.*
cum Sacerdos nu. 4. de poſtul. & in cap. coram nu. 6.
de off. & poteſt. iudic. delegat. vbi *Addentes Alex. in*
l. exigendi nu. 16. C. de procurat. & in l. tutori nu. 2.
C. de negotijs geſtis, & in l. 1. §. lex falcidia num. 6.
ff. ad l. falcid. Roman. ſing. 656. num. 2. Addentes ad
repet. Felin. verb. amicus vtrum Ferd. Vaſq. in con-
trou. vſufr. lib. 2. cap. 23. num. 7. Viu. commun. opin.
verb. *Amicus non poteſt,* vbi alios allegat, & teſta-
tur de communi opinione *Vincent. Carocc. in*
tract. de locato, & conduct. lib. 1. tit. de locat. num. 4.
nu. 2. vbi etiam teſtatur de magis communi opi-
nione *DD. apud Berlich. d. concluſ. 14. nu. 41.*
58 Sed cum dixtinctione ſemper mihi placuit
concordare has opiniones. Vt ſcil. prima opinio
procedat in amico coniuncto magnæ, & vehe-
mentis amicitiæ. Secunda in eo, qui eſt paruæ,
& leui amicitia aſtrictus, & ita tenent plures ex
ſup. allegatis pro vtraq; opinione ſignanter *Bar. in*
d. l. exigendi nu. 13. C. de procur. vbi etiam *Alex.*
nu. 16. Idem in l. tutori nu. 2. C. de negotijs geſtis, &
hanc dixtinctionem poſt omnes ſequitur *Graſſ.*
de effect. amicitiæ poſt tract. de effect. Cleric. nu. 67.
vbi impugnat *Vaſq. d. num. 7.* tenentem aliam di-
xtinctionem.
59 Sed quod amicus poſſit amicum defendere, &
excipere pro illo, cum cautione tamen de ratum
habendo, vel iudicatum ſoluendo, omnes affirmāt
Sal. in d. l. exigendi n. 1. C. de procur. & ibi *Iaſ. etiā*
nu. 1. Idem Iaſ. in l. 1. nu. 5. C. eodem tit. Alex. conſ.
147. nu. 9. in fin. lib. 6. Noſter Vant. de nullitatibus
tit. noſtro nu. 82. Iannin. in tract. de citat. reali lib. 3.
cap. 3. nu. 4. Scacc. de iudic. p. 1. cap. 101. nu. 51. Ea
ratione quia intereſt reip. reos defendi *Scacc. ibi-*
dem Rot. Rom. dec. 420. nu. 2. alias 35. tit. de procu-
rat. in nouiſ. Iaſ. d. nu. 1. Vergil. de legit. perſon. cap.
29. nu. 19. & ſeqq.

60 Quæ concluſio limitatur, vt ſcil. non teneatur
amicus defendens ſatiſdare de ratum habendo,
vel de iudicatum ſoluendo, quinque modis, vt di-
cit *Iaſ. in d. l. exigendi nu. 2. C. de procurat.* Primo.
Vbi amicus defenderet amicum in vno articulo
tantum, veluti ad allegandas abſentiæ cauſas *Vir-*
gil. de legit. perſ. cap. 19. nu. 21. poſt gl. in l. & quod
plus §. nemo ff. de re iudic. & in l. exigendi C. de
proc. Innoc. in cap. veniens de accuſat. vbi id intel-
ligit ſi cauſa abſentiæ ſit facti, puta morbus, ſe-
cus iuris, puta priuilegium, nam tunc requiritur
vel mandatum, vel ſatiſdatio. 2. quando vult de-
61 fendere reum conuentum ex actis cauſæ, & no-
lit producere nouos teſtes, neque inſtrumenta
Innoc. in cap. veniens de accuſat. Angel. in l. filius
num. 6. ff. qui ſatiſdare cogant Caſtr. in d. l. exigendi
nu. 4. & ibi *Iaſ. nu. 20.* Ea ratione quia tunc ſi ne-
mo defēderet, debet ipſe Iudex ex officio defen-
dere *Virgil. d. cap. 19. nu. 21.* deciſum refert *Anna*
ſing. 100. Rouit. in pragm. 1. de arbitr. nu. 9. 3. Præ-
62 latus in defendenda Eccleſia ſua *Innoc. in d. cap.*
cum inter de verb. ſignif. Ang. in d. l. filius num. fin.
63 Sic etiam dicimus in prouiſoribus Fabricæ,
Magiſtris hoſpitalium, executoribus teſtamento-
rum, & ſimilibus, vt poſt *Iodoch. in praxi titul. 1.*
95. nu. 5. probat *Virgil. d. cap. 19. num. 22.* 4. pater
64 qui iudicem adit pro defenſione filij tanquam
legitimus eius adminiſtrator *l. fin. §. vbi adhuc C.*
de bonis quæ liber. l. fin. §. defenſionem C. de admini-
ſtr. tutor. Iaſon. in d. l. exigendi nu. 2. C. de proc.
65 Libertus pro patrono, patronus pro liberto ſi-
ne mandato agit *d. l. ſed, & hæ perſonæ ff. de procu-*
rat. Virgil. d. cap. 19. nu. 11. cum cautione tamen
de rato, vel cum fideiuſſione, vel pignore de iudi-
catum ſoluendo poſt *Couarr. Dec. & Chriſt. Par.*
66 Et cum Amicus agit pro amico, etiam ſine
mandato, vicem procuratoris gerit *Tiraquel. in*
tract. de pœnis temper. aut remitt. cauſ. 22. num. 26.
adeo vt ſicut procurator, ità amicus agens pro
amico abſente tenetur iurare de calumnia *gl. in*
l. liberto §. item iudicium in verb. *aget poſt medium*
ff. de negotijs geſtis Ant. del Rè in tract. de Iuram.
calumniæ cap. 15. nu. 264. Quod iuramentum præ-
67 ſtabit amicus in ſuam animam, & non amici, vt
dicit *idem del Rè d. c. 15. nu. 265.* Nam ad iuran-
68 dum in animam alterius, requiritur ſpeciale
mandatum *Rot. Rom. dec. 1. nu. 3. tit. de iuram. calū-*
niæ in nouiſ. Paris conſ. 45. nu. 41. lib. 1. Mor. de
contract. tit. de mandat. nu. 33.
69 Procedunt omnia *ſupra* dicta etiam ſi is, pro
quo agitur, eſſet pupillus nam ex mandato legis,
etiam pro illo agi poteſt *Bertachin. in repertor.*
verb. *amicus pupilli Bar. in l. 1. nu. 8. C. ſi per vim,*
vel alio modo Iannin. in tract. de citat. reali lib. 3.
cap. 3. nu. 3.
70 Concluſio illa, quod Amicus pro amico age-
re poſſit etiam ſine mandato fallit pluribus in
caſibus poſitis per *Iaſ. in d. l. exigendi num. 9. &*
ſeqq. & per Scacc. de iudic. p. 1. cap. 101. n. 49. & 50.
71 In cauſis beneficialibus *Veſt. in pract. lib. 3.*
cap. 4. num. 1.
72 Poteſt amicus non tantum agere, ſed etiam
appellare ſine mandato à Sententia contra ami-
cum lata, dummodo ſequatur ratificatio princi-
palis infrà tempus habile *Maranta in praxi p. 6.*
act. 2.

Digitized by Google

art.2.verſ.Et quandoque appellatur nu.218. Scacc. de Iudic.p.1.cap.101.nu.52.Augaiſſol.conſ.47. nu. lib.3.Decian.in tract.crim.p.1.lib.3.cap.5.num.15. Item Scacc.de appell.qu.5.num.67. Graſſ.de effect. amicitit.nu.80. Menchacba controu. vſuſr.cap.23. nu.7.Oſuald.ad Donell.lib.18.cap.12.lit.K.

73 Et quia *ſuprà* diximus, amicum pro amico ad hoc vt agere poſſit, debere præſtare cautionem de rato habendo, intellige hanc fideiuſſionem, debere tria continere. Primum dolum malum ab eſſe 2. rem defendi. 3. iudicatum ſolui *de quibus tribus* habetur *gl. in §.ſed hac hodiè* verb. *ſatiſdationem Iſtitut.de ſatiſdat.Maranta par.6. membr.8. nu.11.in fine Cumia in rit.Sicil.cap.56.nu.4.Scac. d.cap.101.nu.54.* Qui dicit iſto caſu, non ſufficere iuratoriam cautionem, ſed fideiuſſionem requiri *Graſſ.d.tract.de effect.amicit.nu.78.*

74 Appellatione coniunctæ perſonæ, veniunt etiã Clerici, vel Canonici alicuius Eccleſiæ, nam illi poſſunt agere pro illa Eccleſia ſine mandato, cũ cautione de rato *c.coram* vbi *gl. extrà de offic. delegat.Henr.Bouer.ſing.26. num.18. cap.1. de poſtul. Chriſtofar.de Pax.ad ll.ſtyl.l.10.nu.14.Dec.conſ.9. Crauett.conſ.109.num.4.Vergil.de legit.perſon.cap. 19.nu.11.in fine.*

75 Item libertus qui poteſt agere pro patrono, & è contra, ſine mandato *d. l.ſed & hæ perſonæ ff. de procurat.Virgil.d.cap.19.nu.11.*

76 An poſſit appellare coniunctus pro coniuncto aliqua difficultas eſt. Nam *Anna ſing.* 100.

77 dicit non poſſe, Sed quod poſſit coniunctus pro coniuncto appellare ſi caueat de rato, & ratificatio coniuncti veniat infra tempus appellandi dicunt *Bar.in l.1.ff.de appellat. recipiend. Afſl.in conſtitut.appellationum tempora nu.34. Anna ſing. 100.Gaill.pract.obſ.lib.1.obſ.133.nu.1.& 2. Ragueell.de appellat.§.2.cap.1.nu.78.* verſ.*quando autẽ Scac.de appell.q.5.nu.66. Golia.de proc.p.3. cap.1. nu.51.* Et *Anna d.ſing.*100. loquitur, vt non poſſit proſequi appellationem ſi non ſequatur ratificatio.

78 Exemplum coniunctorum procedit etiam in conſortibus eiuſdem litis, & quidem poſt litem conteſtatam minus dubium eſt, quod ſine mandato, cum cautione rati admittantur per *tex.in l. commune verſ.poſt litem C.de conſort. eiuſd. lit.Bal. ibi Spec.p.3. lib.1.tit. de coniuncta perſona num.1. verſ. item conſors Nouar.de elect. fori tom.1. ſect.3. qu.1.poſt nu.23.Virgil.d.cap.19. num.11. Cancer. var.lib.2.tit.14.nu.170.Bacbou.diſp.9.theſ.7.lit.F* Sed ante litem conteſtatam eſt dubium maius, nam quod non admittatur dicunt *Bald. in d.l.commune nu.1.gl.ibi* verb.*ordinatam Spec.lib.1.par.2. tit.de actore §.1.nu.71.& p.3.tit.de coniuncta perſona nu.1.Franc.Rip. in c.cum M. Ferrar.de conſtit.nu.55.* Vſq; adeo etiam ſi lis non purè, ſed in euentum fuerit conteſtata, vt deciſum per Scabinos lipſenſes dicit *Hartm.Piſtor.obſ.145. nu.2. & ſeqq.Faria ad Couar.lib.1.var.cap.6. nu.51.*

79 Sed quod ante litem conteſtatam poſſit agere conſors etiam abſque cautione de rato, & poſt litem conteſtatam non niſi cautione præſtita eſt *tex.in l.ſi cum vno 4.ff.ſi ex noxal.cauſ.agat. Emeric.a Roſbach.in ſuo proceſſ.tit.de conſortib.17. n.4.*

80 Alij verò dicunt, quod indiſtinctè ſiue lis fuerit conteſtata ſiue non, conſortes cum cautione rati admittantur, ità vt illa verba *poſt litem legitimè ordinatam in d.l.2.C.de conſort.eiuſd.lit.* nõ de litis conteſtatione, ſed de legitima præparatione, & inſtitutione actionis, vel conſtitutione perſonarum puta actoris rei, & iudicis, accipiantur *Cuiac.in Comment.C.de conſort. Dec.in cap.cum M. Ferrarienſ.de conſtitut. Vult.lib.2. iuris prud. Rom.cap.30.nu.39.* & hanc opinionem approbauit Elector Saxoniæ vt dicit *Berlich.d.concluſ.14. nu.54.in fine.*

81 Conſortes autem litis vt ſint, & dicantur requiritur, vt habeant communem cauſam & litem, ideſt, quod ſimul in eodem libello, in eadem inſtantia, & coram eodem Iudice agant, vel conueniantur, deinde, vt habeant idem ius, ideſt quod eadem ſit cauſa agendi, vel defendendi *Rip. in d. cap.cum M.Ferrarienſ.de conſtitut.nu.52.* vbi etiã aliorum opiniones recenſet.

82 In pluribus tamen caſibus conſortes non admittuntur, quos refert *Rip.ibid.* puta ſi cauſa ſit criminalis *nu.54.* vel lis non dum conteſtata ſecundum opinionem contrariam *nu.55.* vel conſortes ſint præſentes *num.56.* vel contra dicant *nu.57.* vel ſpeciale mandatum requiratur *nu.58.* vel conſortes ſint inhabiles *nu.59.Felin.ibid.nu. 8.& ſeqq.*latiſſimè explicat *Trentacinq. var.tit.de proc.reſol.7. & reſol.8.* diſputat quid in Socijs, & concludit ſocium habere mandatum tacitum inter ſe à lege ex *gl.in l.nemo ex ſocijs ff.pro ſocio*, & reſpondet contrarium tenentibus, qui *nu.2.*intelligit id, quo ad ea, circa quæ eſt expreſsè contracta ſocietas, ſecus quo ad alia.

83 Regula, & concluſio illa, vt coniunctus pro coniuncto admittatur, limitatur pluribus modis. Primo minor non poteſt pro coniuncto agere *d.l. exigendi Spec.tit. de coniuncta perſona §.ſciendum nu.2.Bonden.collect.49.l.51.ff.de proc.*

84 2. Coniuncta perſona non poteſt recipere ſolutionem *l.qui homine §.gener.ff.de ſolution. Alex. in l.non ſolum nu.2.ff.ſolut.matrim. Abb. in cap.coram nu.8.de offic.delegat. Dec.in l.filiusfam. col.5. C.de pactis l.1. in princ. ff. vt legat vel fideicom. nom.caueat.cum l.ſeq.Roman. ſing.227.* & ibi *Addit.Duen.in reg.224.Alex.conſ.4.nu.3. vol.2.Gratian.diſcept.401.nu.4.Tiraq.de retract.conſanguin. §.1.gl.13.nu.34.Maranta conſ.15.nu.16. Cancer. var.lib.2.tit.14.nu.155.* Et debitor ſoluens ei, nõ liberatur *Natta conſ.543.Vin.dec.349.nu.4.* Neque eum cautione de rato poteſt hoc facere *Cancer.vbi ſup.nu.158.* Contra tenet *Barboſ. in l.3.& 4.nu.22.ff.ſolut.matrim.*

85 Poteſt tamen cogere debitores ad faciendum depoſitum de pecunia, quam debẽt *Vin. dec.349.*

86 3.Coniuncta perſona non admittitur pro cõtumace *Clar.in §.fin.pract.crim.qu.49.nu.6. cum ſeqq.Theſ.dec.265.n.6.* De iure noſtro neapol. per *pragm.12. de actuar.* habetur, magiſtros actorum non debere caſſare contumacias criminales, aut ciuiles niſi ipſis contumacibus perſonaliter, vel legitime comparentibus, vbi *Nouar.*dicit ex nouis *ordinibus*, contumaciam poſſe purgari per quemcumque etiam amicum inquiſiti, etiam illo abſente, vt etiam dicit *tom.1.de grauamin. Vaſſal. lor.grau.160.*vbi inſerit dictos *ordines*, & in *dicta pragm.*

pragm.dicit etiam coniunctum admitti ad purgãdam contumaciam coniuncti, Verum in dictis ordinibus mandatur, quod pœna contumaciæ tranſactæ per intermedias perſonas debeat ſolui infrà 20.dies,quibus elepſis ſi fuerit ſoluta dicta tranſactio, & ſe præſentauerit inquiſitus ad ſtandum iuri pro delicto compoſitio non valeat, & remaneat firma contumacia, tam reſpectu eius delicti,quam etiam pro pœna.

87 4.Non admittitur contra voluntatem coniuncti,pro quo vult agere per tex.in l.Pomponius §.in his autem perſonis ff. de procurat. Caſtr.in l.non ſolum §.qui alieno ff.eodem.

88 Etiam ſi de rato promittat d. l.Pomponius Additio ad Mattheſil.ſing.41.in fine Hippol.ſing.228 num.2.

89 Intelligitur tamẽ hæc concluſio ſi appareat de voluntate domini coniuncti, ſi autem ſit incertũ de contraria voluntate,& dubitetur, tunc coniũctus,de cuius voluntate dubitatur, ſi eſt in Ciuitate; vel loco propinquo, in quo de facili eius præſentia haberi poteſt, & declaratio voluntatis ſuæ, tunc non admittitur etiam cum cautione Hippol. d.ſing.228. Campanil. in diuerſor. rub. 11. cap.25.num.156.

90 Et de mandato dicitur eſſe dubium quando pars aduerſa negat Bar.in l.1.nu.1.C.de procurat. eſt ratio quia eo ipſo, quod quis vult gerere negotia alterius,illo inuito,eſt ſuſpectus tex.eſt in l. quę omnia §.nec ferendus ff. de procurat. l.vxori §. 1.ff.de falſis.Mantic.de tacitis, & ambig. lib.7.tit. 22.nu.7.Angel.conſ.22.& in l.Stichum §. vſufructum ff.de ſolut.Gozadin.conſ.68. nu.10. Bar.in l. quæ omnia §.ſed & ſi ff.de procurat.

91 Si verò coniunctus tractet non tantum de negotio coniuncti, ſed etiam de negotio ſuo propter proprium intereſſe,tunc admittitur etiam ſi is,pro quo agit,nolit gl.in l.patri pro filio vbi etiã Bar.ff.de minor.

92 Et ſi ſit par coniunctio Tepat. var.iur. Sententiar.tit.89.cap.2.verſ.quarto Bar.in l.ſi conſtante 25.nu.65.ff.ſolut.matr.

93 5. Coniunctus non defert iuramentum pro coniuncto, nec petit reſtitutionem in integrum, nec facit ea, quæ ſpeciale mandatum requirunt gl.in l.exigendi C.de procurat. Bar.in l.patri ff.de minor.Socc.conſ.524.vol.2.Cartar. dec.54.num.6. Burſat.conſ.21.nu.2.cum ſeqq.Rot.Roman.in nouiſ. de procurat.dec.6.Alex.conſ.118.nu.10.lib.2.Magon.dec.Lucenſ.6.n.13.Maur.Aretin. de fideiuſſor. 1.p.principal.ſect.2. cap.9. num.15.Surd.dec.215. Gratian.diſcept.forenſ. cap.401. Roman.ſing.613. Molin.diſp.573.nu.28.Nouar.ſuper pragm.30. nu. 11.de offic.magiſtr.iuſtitiarij Berlich.tem.1.concluſ. 14.nu.42.Virgil.d.cap.19.num.16.Surd.idem dec. 341.vbi D.Hodierna Sfortz.Odd. de reſtitut.qu.31. num.36.

94 Et Gratian d.cap.401.limitat in patre,qui poteſt facere etiam ea, quæ requirunt ſpeciale mãdatum Caſtr. in d.l.ſed, & hæ ff.de procurat.Rom. conſ.241.col.3.in fin.nu.13.Cotta in memorial.verb coniuncta perſona Chartar.vbi ſup. nu.18.Iaſ.in d.l. exigendi nu.9.Anton.de Amat.conſ.70.nu.18.Virgil. de legit.perſ.cap.19.nu.17.

95 6.Coniunctus non agit pro coniuncto in cauſa ſpirituali Specul.in tit.de coniuncta perſona verſ. item quod eſt cauſa Bellamer. Rot. Rom. deciſ. 682. Marta in ff.nouiſſ p.1.tit.procurator cap.22.Moz. de contract.tit.de mandat.ord.4.ſub nu.52.verſ. 17. Virgil.de legit.perſon.cap.19.nu 25.in fine Bonden collect.49.Valaſc.de priuil.pauper.p.2.qu.13.nu.4. & ſeqq.Golin. de proc.p.3. cap.2.nu.20. Nouar.ſuper pragm.30.nu.11.de offi.Magiſtr.Iuſtitiar.

96 Cum in ea ſpeciale mandatum requiratur Felin.in c.coram de offic.& poteſtat.iudic.delegati cõtra diximus quæſtione 25. & in ijs, quæ ſpeciale
97 mandatum requirunt non admittitur procurator generalis Faria ad Couar. lib. 1.var. c.6.n.36. vbi dicit ideo non poſſe petere reſtitutionem in integrum,niſi ſimus in patre Cartar. dec.54.num. 18.Et niſi coniuncto intereſſit Odd.de reſtitut.qu.31 art.9.nu.38.Faria ibid. diximus etiam ſup. aliam
98 rationem ponit Valaſc.vbi ſup.nu.6. & 7. quia cauſæ beneficiales,& ſpirituales æſtimationem non recipiunt Rot.dec.35.tit.de proc.nu.1.vbi addit.Surd.conſ.364. nu.9. Nec in his cauſis attenditur carnalis proximitas,ſeu coniunctio per tex. in c.ſi annum in fine verſ.in huiuſmodi de iudic.in 6.Vbi Valaſc.num.9.limitat hanc concluſionem pauperis fauore, vt ſcil. coniunctus admittatur pro coniuncto paupere in beneficialibus poſt Borrell.Ricc.& alios.Sed quod coniunctus in cauſis ſpiritualibus pro coniuncto agat, tenet Duen. reg.123 lim.4. add. ad Rom. ſing.619. Ricc. coll. 2461.verſ.limita 3.p.6.

99 7.Coniũctus nõ poteſt pro coniuncto antè litis cõteſtationẽ cõſtituere procuratorẽ Iaſ.in l. quod quis col.1.verſ.ſeptimo fallit C.de procurat. Roman. conſ.241.nu.10.Surd.dec.215.nu.8.Conſ.Hodiern. ad Surd.dec.341. nu.3. Ea ratione quia ſi habens mandatum ab homine non poteſt procuratorem ſubſtituere niſi poſt litem conteſtatam l. quiſquis C.de procur. cum concord. multo magis habens à lege Golin.de procurat.p.3.cap.2. num.23.Bonden. collect.49.Faria ad Couar.lib.1.var.cap.6. nu.55. quidquid dicat Trentacinq. var.lib.2. reſol.3.de proc.nu.16.Et Golin. ibi nu.26. limitat in patre Cancer.var.lib.2.tit.14.nu.168.

100 8. Coniunctus non poteſt abſque mandato debitorem coniuncti in mora conſtituere Tiraq. in tract.de retract.conſang.§.1.gl.10.nu.98.Burſat. conſ.235.nu.10.Cæſar.Manens.dec.61. num.5. eſt ratio quia ſpeciale mandatum requiritur ad proteſtandum,denunciandum,& interpellandum, & in mora conſtituendum gl.in l.1. vbi Bar.ff. de libero agnoſcendis Caſtr.in l.de pupillo §. qui procuratorio ff.de nou.oper. nunciat. Alex.conſ.78. nu.12 & ſeqq.vol.5.Surd.dec.215.& 341.Rota Ianuenſ. dec.6.nu.14.diximus ſup.q.26.

101 Quod adeò verum eſt, quod etiam ſi ſuperueniat ratificatio coniuncti, adhuc coniunctus id facere non poteſt, ea ratione quia ratihabitio tunc locum habet quando extrema, & media ſtionis ſunt habilia Bar.in l.ſi quis pro emptore de vſucapion.Coſta de retrotract.caſ.4. cap.8. & tunc dicitur,media, & extrema eſſe habilia vbi quod ratificatur non peccaret in ſubſtantialibus,& eſſentialibus,& ſic quando in eo ius non reſiſteret, & de tertij præiudicio hoc medio non ageretur Conſ.Hodiern.ad Surd.dec.70.nu.1 & 3.Golin.de proc.

proc.par.3.cap.2.num.31. & ſeq.

102 Sed ad aliquem in mora conſtituendum ſpeciale requiritur mandatum, vt diximus poſt *Surd.dec.215.Rot.Ianuenſ.dec.6. nu.14.Mantic.dec.61.nu.4. & alios q.26.* & eſt hoc pro forma illius actus, & ſic de ſubſtantia ipſius interpellationis, qua forma non ſeruata actus, actus omnino efficitur nullus, & ſic ſuperueniente ratihabitione ille non validatur arg. *tex. in l.quid ergo 13. in princ.ff de his qui not.infam.* in ſpecie *Bal. in l.executorem nu.15.C.de execut.rei iudic.Surd.dec.159.nu.3.4. & 16.* maxime ſi ageretur de præiudicio tertij *Bar. & Caſt.vbi ſup.Oſaſch.dec.119.Theſ.dec.7.nu.7.Hodiern.ad Surd.d.dec.70.*

103 Contra tamen facit *Theſ.d.dec.7.* vbi habetur quod ratificatio facta per principalem conualidat acta facta per falſum procuratorem, qui ſic refert fuiſſe deciſum, & in ratificatione vxoris executionis factæ per maritum contra eius debitorem, quod validet illam, quæ aliàs nulla eſſet dicit *Maſtrill.dec.131. Reg.Ponte conſ.31. nu.12. lib.1.* quod eſt intelligendum in bonis extrà dotalibus, quórum maritus non eſt procurator idem *Ponte ibid.Polid.Rip.obſ.123.*

104 Contra etiam eſt quod adhoc, vt quis in mala fide conſtituatur, non requiritur ſpeciale mandatum, ſed vt ſufficiat ſola denunciatio, vel notificatio à quocumque etiam negotiorum geſtore *Cancer.var.lib.2.cap.14.tit.de procurat. nu.144. Maſcard.de probat.concluſ.1003.nu.29.*

105 Sed tamen facilis eſt reſponſio, nam *Theſ.d.deciſ.7.* loquitur de caſu, in quo non requiritur mandatum de forma, in quo caſu ratificatio mandato æquiparatur *l. fin. C. ad Maced.* & efficit quod videatur negotium à ratificante geſtum *l.ſi pupilli §.item ſequitur ff.de negot.geſt.* Et illa locū habet re integra antequam à parte aduerſa ſit oppoſitam de nullitate actorum, prout ipſemet *Theſ.* declarat, & admittit etiam *Parlador. rer.quotid.lib.2.cap.fin.par.3. §.2.nu.10.* imo *in d.deciſ.Theſ.* extrema concurrebant, cum acta à principio valebant quo ad ipſum falſum procuratorem ex *gl.in l.ſi expreſſim 15.verb. præſcriptione circa fin. ff.de appell.* & ſic poſſunt ratificari *Hodier.ad Surd.d.dec.70.* licet opinio *Theſ.* ſecundum aliquos nō ſit omnino tuta, cum acta facta à falſo procuratore poſſint re integra à Domino ratificari antequam tamen quod deueniatur ad ſententiam, cum eo tempore incertum ſit, & non poſtea, vt tenet *Vant. in rub.vlt.nu.102.verſ.contrarium tamen,* niſi quatenus ſuum præiudicium concernat, ratificare poſſit, vt *ibi,* imo *Afſl. dec.262.* dicit quod ratificatio fieri debet per modum reintegrationis, ſcil. vnico contextu dicendo: *recipio libellum, conteſtor litem, recipio terminum,* & ſic omnia acta repetantur, per ea, quæ dicit *Bal.in l.1.col.2. C.de ſent.& interloq.*

106 Quoad 2. rationem illa eſt contra *clara iura* & communē DD. ſententiam dicentium, adhoc, vt quis conſtituatur in mora ob aliquam denunciationem, neceſſe eſt, vt ei trāſmictatur, vel oſtēdatur copia poteſtatis denunciantis, vel proteſtantis, alias denunciatio nullius roboris eſt, cū ſemper diceretur iuſtam ignorantiæ cauſam habere *l.ſi quis inficiatus ff. depoſ. clem. cauſam de elect. Afſl.dec.316.nu.3, Surd. dec.341.Fontanell. de pactis nuptial.cl.4.gl.17.nu.90. in fin.* vbi deciſum refert.

107 9. Coniunctus non admittitur ad reſpondendum poſitionibus, ſeu interrogationibus *Ioſ. Ludouic.dec.Lucenſ.41.* eſtque ratio, quia in reſpondendo poſitionibus ſpeciale mandatum requiritur vt diximus *ſup.q.26.* ex quo in hoc caſu tractatur de magno præiudicio, & ſic limitatur diſpoſitio *tex.d.l.exigendi Hippol.ſing.245.Golin.de proc.par.3.cap.2.nu.35.*

108 10. Licet aliqui teneant, coniunctum admitti pro coniuncto, contra pariter coniunctum *Bal.in cap.poſtremo extrà de appellat.* quem ſequitur *Iaſfred.Balb.concl.92. cent.1. inter commun. opiniones tom.3.Tepat.var.Sentent.tit.89.cap.2.verſ.2.limi-*
109 *tatur.* Tamen contraria opinio mihi verior videtur, quam ſequuntur *Bar. & Bal.in d.l.ſed & l.e ff.de procurat. Alex.in l.exigendi in 8.fallentia C. eodem Ioſeph.Ludouic.dec.Peruſ.49.nu.2. & 5.* vbi dicit fuiſſe deciſum, quod neque cum cautione de rato admittatur *Virgil.d.c.19.nu.13.Golin.nu.36. & 37.Surd.de alimentis tit.3.q.8.num.16.* ea ratione quia par ratio coniunctionis cum repellit *arg.l.non ſolum §.1.ff.de ritu nuptiar. Scialoya de foro compet.cap.33.nu.432.*

110 11. Coniunctus non admittitur, vbi interuenit procuratorio nomine non coniunctorio, abſque mandato, licèt caueat de rato *Salyc.& DD.in l.1.C.de procurat.Balb. concluſ.415. cent.5.* ex rationibus, quas attulimus *ſup.* poſt *Golin. de procurat.p.3.cap.1.num.31. Gratian. diſcept.forenſ.cap.573.nu.48.* Vbi habetur quod ſi coniunctus fecerit actum tanqoam procurator, non poterit ſe poſtea iuuare quod potuerit facere vti coniuncta perſona *Io:de Amicis conſ.115.num.9. Alex.in d.l.exigendi nu.14.de procurat.Rom.ſing.446. num.6. Cauale.dec.24.de iudic.Tepat.var.tit.89.cap.1.verſ.quintus Anna alleg.27.nu.2. Gratian.diſcept.699.nu.30.Viu.dec.31.n.13.* diximus *ſup.verſ.ita etiā.*

111 Cautela tamen in hoc caſu datur, vt in libello apponatur clauſula *omni modo meliori Anna d.alleg.27.nu.4.* diximus *ſup.*

112 12. Coniunctus pro coniuncto non admittitur vbi coniunctus, pro quo agitur, habet procuratorem *Bart. in l.Pomponius §. his ff.de procurat. Angel.in l.cum in princ.n.4.ff.de iudic.Petr.Maur. de fideiuſſor.1.par.principalis ſect.2.cap.9.num.14. Magon.dec.Lucenſ.6.num.11. Gratian. diſcept.94.nu.4.Addit. ad Ludouiſ.deciſ.548. Virgil. de legit.perſ.cap.19.n.12.Golin.de procurat. Sicard.& Bruneman. in l.exigendi C. de proc.* Vel alias perſonas
113 legitimas abſtrictiores *Felin. in cap. coram col.1.in med.verſ.2.fallit nu.3. de offic.delegat.Iaſ.in d.l.exigendi nu.9.fall.2.Duen.reg.123.Burſat.conſ.21.nu.5.lib.1.Flamin.Carthar.dec.Gen.54. nu.19. Virgil.de legit.perſ.cap.19. nu.15. Sichard. in d.l.exigendi nu.10.& ſeqq.& ibid. Bruneman.* Ea ra-
114 tione quia mandatum expreſſum facit ceſſare mandatum tacitum *Surd. de alimentis tit.3. qu.3.8.num.21.*

115 Quæ concluſio limitatur ſi procurator eſſet negligens *Put.dec.21.lib.2.Tepat.d.tit.89. cap.2. verb.Sextò Gratian.d.cap.97. nu.9. Paul.de Caſtr. in l.cum prætor ff.de iudic. Alex. & Iaſ.in d.l.exigen-*

gen-

Digitized by Google

gendi C. de procur. Virgil. de legit. perſon. d. cap. 19. nu. 12. Gelin. vbi ſup. n. 42. & ſeqq.

116 13. Ex quo in cauſis feudalibus requiritur ſpeciale mandatum, vt diximus *quæſt.* 26. Ideo in illis coniunctus pro coniuncto non agit *Affl. in cap. in generali ſi de feudo defunct. fuer. controu. inter Dom. & agnat.* vbi limitat hoc caſu *tex. d. l. exigendi*, & dicit fuiſſe deciſum in S. C. quod coniunctus non agat pro coniuncto interdicto recuperandæ poſſeſſionis ad Caſtrum, ex quo dicitur cauſa ardua reſpectu feudi, quod requirit ſpeciale mandatum *Gelin. de proc. par. 3. cap. 2. nu.* 48. 49. ſed non requiri ſpeciale mandatum ſecundũ veriorem opinionem diximus *d. qu.* 26.

117 14. Coniunctus non admittitur pro coniuncto abſq; mandato, quotieſcumq; is, pro quo agere intendit, eſt præſens *Imol. in cap. cum M. Ferrarienſis nu. 40. de conſtitut. Alex. in l. non ſolum ff. ſolut. matrim. Duen. regul.* 123. *lim.* 1. vbi ponit alias limitationes.

118 15. Coniunctus pro coniuncto non poteſt petere retractum *Caſſan. in Conſuet. burgund. tit. des retraictz. rub. 10. §. 1. verſ. pleut rechapter. Tiraquel. de retract. munic. §. 1. gl. 10. nu. 97. 99. Bennell. de iure protbomiſ. in rub. nu.* 70. qui *nu.* 71. limitat in marito, patre, tutore, & Curatore. Verum ſi quis tanquam procurator, & nomine conſanguinei venditoris offerat pretium emptori, petens ſe eo nomine ad retractum admitti cum mandatum non habeat, non ſatis eſt quod conſanguineus poſt annum ratificet, ſed debet ratificare infra annum datum á iure ad retrahendum, alias poſt annum non admittitur ex *Tiraq. vbi ſup. nu.* 85. dicit *Chartar. dec. Gen. 85. nu.* 21.

119 Coniunctus coniunctione ſpirituali non poteſt comparere pro coniuncto ſine mandato *Panor. in cap. cum M. Ferrar. col. 3. de conſtit. & in c. vlt. de poſtul. & in cap. cum dilectus de conſuet. Felin. in cap. coram 34. de offic. iudic. deleg. Berlich. tom. 1. concluſ. 14. nu.* 40. vbi *nu.* 44. ponit plures DD. tractantes in quibus alijs caſibus coniunctus pro coniuncto ſine mandato non comparet, etiã ſi cautionem de rato præſtare velit.

120 Eſt tamen in hac re notandum, differentiam eſſe, an pater agat tanquam coniuncta perſona, vel tamquam legitimus adminiſtrator, vt dicit *Bal. in cap. nuncius num. 25. de procurat.* per *tex. in d. l. maritus C. de procurat. & per tex. in l. filius ff. qui ſatiſdare cogantur*. Nam primo caſu tenetur ſatiſdare in 2. verò non. Et primo caſu dicit poſſe conſtituere procuratorem ante litis conteſtationem, primò verò non ex *tex. in l. 1. C. de bonis maternis Aſcan. Clement. de patr. poteſt. effect. 12. nu.* 4. verſ. infertur 3. *Paſcal. de vir. patr. poteſt. p. 2. cap. 2. num.* 28.

121 Sed velim obſerues hic, quod ad euitandam Iudicij nullitatem in hac materia, ſi coniunctus fuit condemnatus, victor non erit deſtitutus auxilio. Nam aut ille coniunctus produxit mandatum, & tunc fiet executio contra Dominum, aut non produxit, nec probauit mandatum, & tunc fiet executio contra eum, eiuſque fideiuſſores, & non contra Dominum, niſi doceret de rato per *tex. in l. 4. ff. de re iudic. Pract. Papienſ. in forma reſp. rei c. ſi mentitus nu. 2. Virgil. de legit. perſon. cap. 19. nu.* 18.

122 Et quod diximus de coniuncto eſt notandũ, quod etiam aduerſus defenſorem poteſt fieri executio iudicati per *tex. in l. Plautius ff. de procurat.* ibi: *procuratorem damnatum non debere conueniri, niſi ſi aut in rem ſuam datus eſſet, aut obtuliſſet ſe cum ſciret cautum non eſſe, omnibus placuit, item* (nota) *erit obſeruandum, & ſi defenſoris loco cum ſatiſdatione ſe liti obtulerit*, ex cuius verbis apparet id procedere ſi defenſor ſatiſdederit. Et eſt ratio quia defenſor facit litem ſuam adeò, vt ex cauſa iudicati conueniri poſſit, & ſententia contrà eum exequetur *l. ſi ſe non obtulit ff. de re iudic. l. eum qui ff. de procurat.* & in omnibus habetur
123 tãquam dominus, & omnia, quæ exequuntur in dominos exequuntur in defenſores.

124 Obſerua 2. quod non indiſtinctè omnis coniunctus in caſibus *ſup.* dictis cum cautione de rato admittitur, ſed proximus tantum *Bal. in l. ſed hæ nu. 1. ff. de procurat. Io: Andr. ad Specul. lib. 1. p. 3. tit. de coniuncta perſona nu. 2. lit. F. Alex. conſ. 26. nu. 8. vol. 1. Berlich. concluſ. 14. n. 45. tom. 1. Cartar. dec. 44. nu. 19. Virgil. d. c. 19. num.* 15. Et ſi plures
125 ſint in pari gradu, magis idoneus admittitur *Salyc. in l. exigendi 12. C. de procurat. Felin. in cap. coram de offic. Iudic. deleg. nu. 4. Berlich. nu.* 46.

126 Obſerua 3. hæc omnia, quæ diximus, quod coniunctus admittitur pro coniuncto ſine ſpeciali mandato, procedere in cauſis Ciuilibus, ſecus in Cauſis criminalibus, quia coniunctus ſine ſpeciali mandato, in cauſa in qua procurator admittitur, non poteſt in iudicio comparere, & coniunctũ defendere ſine ſpeciali mandato, vt notat *Andr. de Iſern. in rubr. conſtit. vt Vniuerſitas accuſata, & Affl. ibi nu.* 12. Ea ratione quia vbi procurator in cauſa criminali admittitur, debet habere ſpeciale mandatum, vt colligitur *in l. non ſolum §. fin.* vbi *gl. in* verb. *nominatim ff. de procurat. Alex. in l. exigendi C. eodem Cancer. var. lib. 2. tit. 14. nu.* 169.

127 Sed ſi vellet coniunctus allegare tantum cauſam abſentiæ etiam in cauſa criminali ſine mandato admitteretur *l. ſeruum §. publicè ff. de procurat. Alex. in l. exigendi C. eodem nu. 3. Virgil. d. cap. 19. nu.* 27.

128 4. Admitteretur ſinè mandato ad defendendum abſentem in cauſa criminali in caſibus, in quibus procedi poſſet contrà abſentem ad ſententiam diffinitiuam, vt puta ſi vellet comparere ad oſtendendam innocentiam apparentem ex actis vel ex euidentia facti *Alex. d. l. exigendi num. 17. C. de procurat. Virgil. d. cap. 19. nu.* 27.

129 5. In cauſis criminalibus, vbi de intereſſe tãtum pecuniario agitur, admittitur coniunctus defenſorio nomine coniuncti abſentis *Cancer. var. lib. 2. tit. 14. nu.* 107.

130 Sed ad defendendum, mandatum non requiritur in cauſis ciuilibus, nam quilibet extraneus poteſt reum conuentum abſentem defendere, & pro eo reſpondere *l. exigendi C. de procurat. l. ſolutionem ff. de ſolut.* ea ratione quia publice intereſt, vt dicit *Iaſ. in d. l. exigendi in princ.* quod procedit etiam actore inuito, & reclamente *Abb. in c. conſuetus nu. 7. de proc. Spec. tit. de defenſo n.* 2.

131 Dummodo is qui velit defendere promittat de rato, nam nemo alienæ litis defenſor fieri po-

teſt

teſt ſine ſatiſdatione *l.qui proprio §. qui alium, & in l. nec videtur de procurat.& in l.quod ſi de ſpeciali, ff.de minor.l.rectè de iudic.cum concord.Virgil.de legit.perſon.c.19.n.19. Cancer.var. lib.2.c. 14.n.171.172.*

In multis tamen caſibus talis ſatiſdatio non
132 requiritur diximus *ſup.hic num.60.& ſeqq.*
133 Agens tamquam coniunctus debet exprimere in libello. *Peto condemnare mihi tanquam coniunctæ perſonæ*, non tanquam procuratori talis *Bar.in l. vero procuratori nu.12. de ſolut. Bal.in l. 1.C.de procurat.* Nec debet dicere; *Peto condemnari ad dandum mihi coniunctæ perſonæ Bar.in d.l. vero procuratori. Gratian.diſcept.401.n.3.1.*

Plures etiam ſunt caſus, in quibus quis poteſt
134 agere ſine mandato aliquo. Primus eſt ſi cauſa ſit publica, ſeu popularis *Marſil.in l. ſi quis ff. de quæſtion. num.100.* Seu agatur de bono publico
135 *Marſil.ibidem num.127. Gaiganet.de Iure publ. lib.4.tit.49.* Niſi tamen ſit fœmina, vel pupillus
136 vel alius, qui diligenter cauſam publicam non ſit acturus, vel non poſſit eſſe in iudicio *Marſil. vbi ſup.129.* quamuis, quod fœmina, licet alias ſit inhabilis pro alio eſſe in iudicio, poſſit pro minore comparere, & opponere, & probare exceptiones pro illo *Duen.in regula fœmina* verſ.5.
137 *limita*. Vel offenſa eſt iuriſdictio iudicis, vel ſpretum illius præceptum, vel fracti fines *Marſil.num.118.* Cauſa popularis eſt defenſio Eccle-
138 ſiæ & bonorum illius, ne diſſipentur, non dum à laicis, ſed nec etiam eccleſiaſticis, in foro tamen eccleſiaſtico, ſiue actio ſit mota à clerico, ſiuè à laico. ex hoc ſunt emanatæ tot Conciliares Sanctiones de non diſſipandis bonis Eccleſiæ. *c.cum ſimus 3.q.3.c. diaconum. c.volumus c. in quibuſdam diſt.89.c.fin.de accuſ.* Item ſi quid à clerico ſit omiſſum, vel commiſſum, vel neglectum, quo lædatur ius eccleſiæ, & dignitas clericalis, *c.1.& ſeqq. 2.q.1.c.1.& ſeqq. de accuſat.c. 1.& ſeqq.de exceſſ. prælat.* late *Galgagnet. de Iure publ.lib.4.tit.49.* diximus *in rub.4.q.2.& 4.* Sic quilibet de populo poteſt agere pro relictis ad pias cauſas *§.ſi vero ſanctiſſimus* verſ. *ſi autem heres* vbi *Arg.Auth.de Eccleſ.tit.Roman.conſ.69. col. 1. Tiraquel.de priuil.piæ cauſæ priuil.151. Nouar. in tract.de priuil.miſerab.perſon.priuil.47.n.3.*
139 Secundus caſus eſt ſi ab aſſerto procuratore petantur remiſſoriales, vel compulſoriales ad effectū examinandi teſtes, vel exemplandi iura, ſi tamen caueat de rato *Rot. dec.fin. de teſtibus in antiq.Viſtr.in praxi.lib.5.c.fin.n.2.* verſ. *& vbi*
140 Quod limitatur ſi pars, contra quam ſit petitio, contradicat *Creſcent. dec.10.de procurat.*
141 3. Caſus Vbi quis appellat à ſententia data contra alquem in criminalibus *l. non tantum verſ. verum alij ff.de appell.* etiam quod condem-
142 natus nollet appellare, vt ſubdit *idem tex. Marſil.in l.ſi quis ne ff.de quæſtion.n.10.&.17.402. Heſin.in cauſis ſuperiis de iudic.n.2.& ſeqq. Scacc. de appellat q.5.num.4.& ſeqq.* diximus *in rub.4.q. 2.& 4.*
143 4. Vbi quis vult alium defendere *Theſ. qq.forenſ. lib.4.q.63.* diximus *in d.rub.4.*
144 5. Caſus eſt vbi quis eſt conſtitutus procurator à lege. *Nig.de laudem.lib.1. q.34. num.20.& ſeqq.* vbi dicit procedere etiam in caſu, quo ſpeciali opus eſſet mandato, exemplum eſt in patre, & quouis alio aſcendente in adminiſtratione bonorum aduentitiorum filij *Nig.d. lib.1. q.32.nu. 74.& ſeqq.* diximus *in d.rub.4.*
145 6. Eſt in denunciatione euangelica, ad quam conſtituendam quilibet admittitur *c.ſi peccauerit 11.q.1.c.nouit.de iudic.Marſil. in l.ſi quis ne ff.de queſtion.n 104.*
146 7. Ad accuſandum delinquentem, vbi quis ſuam, vel ſuorum proſequitur iniuriam; vel agitur de pœna applicanda fiſco, vel iniuria illata Doctori ſalariato ex publico, vel clerico. *Marſil. in d.l.ſi quis ne ff.de queſtion.n.103.107. 115.& ſeq.* de offenſa facta clerico quod quilibet de populo agat eſt poſt alios *Graſſ.de effect.cleric.eff.1. nu.589.* ad quod admittitur etiam amicus pro
147 amico. *Bal.in l.1.nu.49. C.qui accuſ.non poſſ.Alciat.reg.27.num.2.Placa in epit. delict.c.43.nu.7. Farinac.q.13.nu.31.& ſeqq.* vbi limitat, & decla-
148 rat. *Graſſ. de effect.amicitia nu.233.& 272.* Vel quod quis fregerit pacem *Marſil.num.123.* Vel
149 ſubtraxerit acta iudicum, vt veritas occultetur *Marſil.in d.l.ſi quis n.129.*
150 8. Ad opponendum in perſonam electi in Epiſcopum, vel parochum, nam quilibet de dioceſi, vel parochia auditur ſine mandato cæterorum *Marſil.n.111.*
151 9. Ad alienata, quæ ſunt Eccleſiæ, ſi alienatio ſit nulla, reuocanda *Marſil.num.113.& 114. tex.eſt in cap.quis presbiterorum 6.tit.de reb.Eccleſ. non alien.Gall.conſ.112.n.6.13. Bardellon.conſ.59. lib.1.Caſtill.tom.8.contr.64.nu.5. R.Marin.reſol.c. 8.* diximus *ad R.Ronit.conſ.53.n.6.tom.3.*
152 10. Vbi aliquis ex Canonicis petit abſolutionem à Cenſuris pro ſuo Capitulo *Marſil. num.116.*
153 11. Ad petendum ex humani vſurarium, qui non cauit de reſtituendis vſuris. *Marſil.n.117.*
154 12. Ad excipiendum, quod quis ſit excommunicatus *Marſil.n.121.*
155 13. Ad agendum, vt reſtauretur matrimonium male ſeparatum *Marſil.n.122.*
156 14. Ad defenſam pupilli. *Marſil. num.124. Duen.d. reg. fœmina* verſ. *quinto limita.* poſt *Bart. Alex.Dec.& alios.* & Eccleſiæ *c.ſi quis §.ſed etiam de reb. Eccleſ.non alienan. Genuenſ. in practic.ab. Eccleſ. q.282.* etiam ipſa inuita, & prælato contradicente *Genuenſ.ibid.& q.554. Velaſc. de priuil. miſerab.perſ.q.8.n.61.62.*
157 15. Ad acceptandam extraiudicialem confeſſionem ad fauorem abſentis factam *Marſil.vbi ſup.num.128.*

S V M M A R I V M.

1 *Clauſula in mandato*; ad omnes alias cauſas &c. *an comprehendat cauſas futuras? & à n.2. ad n.7.*
8 *Per verba*; ad cauſas ad Romanam Curiam legitimè deuolutas, *quid veniat? & num.9. 10. 11. 12.*
13 *Permiſſum ad tempus eſt prohibitum poſt illud.*
14 *Geſta contra formam mandati, & præter, citra, & vltra illud, ſunt nulla, & n.15.16.17.18.*
19 *Habens plures cauſas contra Caium, & conſtituens*

procuratorem ſimpliciter, in qua cauſa cenſeatur conſtitutus? & quid ſi etiam habeat etiam tutoria nomine? & n.20.

21 *Per clauſulam:* motas, & mouendas *quid veniat?* & nu.22.23.

24 *Per clauſulam:* Et ſuper illis coram quocumque Iudice comparendum *quid veniat?*

25 *Per clauſulam:* Cum poteſtate ſubſtituendi &c. *quid veniat?* & à n.26. ad n.30.

31 *Si procurator ſubſtituat, an remaneat procurator?* & à n.32. ad n.35.

36 *Quid ſi mutatur ſubſtitutus, an ex piret mandatũ ſubſtituti?* & à n.37. ad n.46.

47 *Verba:* & ad omnia alia faciendum, quæ vtilia, & opportuna videbuntur, *& ad illa* promittẽ ratum, & gratum habere quid quid per eoſdẽ procuratores legitimè factum fuerit &c. *quid importent?* & à nu.48. ad n.56.

57 *An, & quando poſſit dominus rata habere illa, quæ in iudicio peregit falſus procurator ſine mandato, ſi de falſo fuerit admiſſus?* & à n.58. ad n.89.

An & quando mandatum extendatur ad Cauſas futuras, quomodo interpretetur clauſula *cauſas motas, & mouendas*, quomodo clauſula: *Rati*, clauſula *ſubſtituendi*, & an per ratificationem Domini fiant valida facta per procuratorem falſum?

QVÆSTIO XXIX.

Per clauſulam illam apponi ſolitam in mandatis: *Ad omnes alias cauſas &c.* nõ comprehenduntur cauſæ futuræ, & oriundæ ex iure orto poſt datum mandati,
1 ſed ſolummodo veniunt præſentes, vt dicit *gl. Bar. & DD. in l. damni* §. *ſi is qui ædes ff. de damno infect. gl. Bar. & omnes in l. omnium ff. de procur. l. qui habentem in fin.* per illum *tex* (à ſpeciali) *ff. de tutor.* vbi hoc voluit *Dyn.* videlicet tale mandatum non extendi ad cauſas futuras non connexas, per illum *tex. & l. de his verbis ff. de auro, & arg. legat. Io. Andr. ad Specul. de proc.* §. *ratione formæ* in verb. *obtinuit Ang. in* §. *præterea* verſ. *quid autem ſi procurator. de except. Rota dec.563. in antiquis Guid. Pap. ſing.749. Ioffred. conſ.261n.6.* vbi dicit hanc opinionem eſſe communiorem *Gratian. diſcept. 145. num.13. Ludouic. dec.37. num.* t.p.t. *Seraphin. dec.1100. num.6. Roder. Suar. in l. poſt rem iudic.* §. *quia ſup. num.9. ff. de re iudic. Caual. q.135. nu.9. & ſeqq.* vbi probat mandatum ad exigendum ſimpliciter, non comprehendere debita futura non habentia originem de præterito, vbi deciſum refert. *Maſtrill. dec.301. n.103. & ſeqq. p.4.* vbi pluribus latè probat in ceſſione omnium iurium generaliter facta non comprehendi iuſde futuro, vel ſub conditione debitum *Higuerol. alleg.9. nu.90. & alleg.36. num.59. & 60. Hermoſill. ad Gregor. Lopez. fol. mihi 476. ſecundum impreſſ. Lugdun. num. 13.* poſt *Caual. vbi ſup. & Paccon in prax. in 4. annot. nu.24. Parexa de inſtr. edit. tit.5. reſol.10. n.76.*

Contrarium tenent alij, ſuppoſito, quod poſſit fieri mandatum generale, & comprehendere omnes lites *Theſ. dec.107. num.4. Vulg. lib.2. Iuriſprud. Roman. c.30. num.24. D. Criſpi obſer.108. nu. 13. Sanf. dec.37. num.6.* quod ſcil. extendatur ad cauſas futuras mandatum huiuſmodi, per *tex. in l. ſecunda* §. *quod ait prætor in fin. ff. quod quiſque iur. l. ſi ſeruitus ff. de ſeruit. vrban. præd. l. uxorem* §. *codicillis. ff. de leg.3. Spec. vbi ſupra Boniſac. de Vital. de maleſic. rubr. de proc.* verſ. *ſed quid ſi conſtitutus. Rot. dec.413. in nou.* quæ inter alia aſſerit, talia mandata in fauorem conſtituentium latè interpretari debere, & in hoc mandatum procuratoris diſtare à mandato iuriſdictionali, quod de ſua natura ad cauſas non dum exortas non extẽditur, idem concindit *dec.148. prope fin. eodem lib. Felin. in cap. relatum in* verb. *ſexta differentia, de offic. deleg. Theſaur. dec.59.* vbi id probat, & deciſum refert etiam in ſyndico Vniuerſitatis, generaliter conſtituto ad omnes, & ſingulas cauſas, etiam ſi non ſit dictum ad præſentes, & futuras, ſequitur *Berlich. tom.1. concluſ.14. num.98. & 99. Noguerol. d. alleg.36. num.4.* poſt *Scacc. de appell. q.5. n.12. & alios.*

2 Sed benè verum eſt, non venire maiora, vel grauiora in mandato expreſſis; cum in quibuſcumque diſpoſitionibus receptum ſit, clauſulam generalem recipere reſtrictionem ab his, quæ ſpetiatim præceſſerunt. *Barbat. in c. ſedes nu.158.* vbi *Felin.* verſ.5. *declara* poſt *Ant. de Butr. ibi de reſcript.* eſt *tex. in c.2. de proc. Alex. conſ.22. n.8. lib.1. Parexa d. reſol.10. n.75. Rodrig. de proceſſ. c.3. n.31.*

Adeſt dixtinctio, quo ad primam concluſionẽ quam facit *Guliel. de Cuneo in l. item ad litem ff.*
3 *de procur.* Quod aut tempore conſtitutionis conſtituens non habebat aliquas lites, & tunc vt conſtitutio aliquid operetur, extenditur ad futuras, & hoc modo procedit ſecunda opinio. Aut tunc habebat, & tunc comprehendit tantum præſentes, & ſic procedit prima opinio, hanc dixtinctionem refert *Rot. dec.19. in add. in nou. Parij conſ. 43. n.14. vol.1. Brun. de reb. dub.* verſ. *Vento num. 43. Ludouic. d. dec.37. nu.3. Gratian. diſcept. 146. num.29. Golin. de procur. p.2. c.3. nu.14. Parexa d. reſol.10. n.77.*

Et ſi procurator ſit conſtitutus indefinitè, ac ſimpliciter ad lites, intelligitur etiam de futuris
4 *Abb. in c. non iuſtè n.2. de procur. Gratian. diſcep. 65. num.28.29. & diſcept.274. num.22. Mantica de tacit. lib.7. tit.16. num.46. R. Ronit. in tub. de procur. n.61. Sebaſt. Medic. de regul. iur. reg.2. num. 96. Virgil. de legit. perſon. cap.14. num.2. Noguerol. alleg.36. num.5.*

5 Quod fallit in actore, ſeu Curatore dato ad lites, nam intelligitur ſolum de litibus tunc exiſtentibus *Bar. in l. qui habet ſi pupillus n.1. ff. de tutel. Gratian. diſcept.145. num.14.* quod in actore ideo procedit quia debet interuenire iudicis decretum, quod non trahitur ad futura *l. fin. de decret. ab ordin. fac. Add. ad Rom. ſing.156.* verſ. *ſed in actore.*

6 Sic ſimiliter intelligerẽtur *futura* quotieſcumque procurator haberet generale mandatum in omnibus, & ſingulis cauſis contra quaſcumque per-

perſonas, & coram quibuſcumque iudicibus, vt contrà *Bar.*tenet *Alex. in d.l.damni §.is qui* verſ. *futuras in fin. ff.de dam. infect.Add. ad Roman. ſing.156. Put.dec.37.p.3. Franc. Marc. dec.436. p.2. Marta ff.omiſſ.p.1.tit.procurator.c.65.Verall. dec.394.p.2.Ludouic.dec.Peruſ.37.num.2.*vbi tradit, quod quando in mandato adſunt aliqua verba prægnantia,ex quibus cognoſci poſſet, mentē conſtituentis fuiſſe, conſtituere ad omnes, & quaſcumque cauſas etiam futuras vg. ſi dixiſſet, *ad omnes,& quaſcumque lites, & cauſas* quia, niſi huiuſmodi cauſæ requirerēt ſpeciale mandatum, comprehenderentur etiam futuræ *Alex. ad Bar.in d.l.damni §.ſi quis* verſ.*futuras Golin.d.p.2.c.3.nu.*17.Ciuiles tamen non criminales *Mil.in repert.* verſ.*Procurator ſimpliciter.*

Sed quid dicendum in caſu, quo Titius cum eſſet filius fam.habens ſolum bona materna,quo-
7 rum vſus fructus ad patrem viuentem ſpectabat vigore *l.1.C.de bonis maternis*, dum erat in longinquas partes profecturus, mandatum generale reliquit in perſonam Caij, deinde mortuo patre,bona materna an ſint adminiſtranda per Curatorem dandum dictis bonis,vel per procuratorem illum Caium? Videtur dicendum eſſe adminiſtranda per Curatorem, ea ratione quia filius fam.ad ea ſolummodo poteſt procuratorem conſtituere, quæ ipſe gerere poteſt ſine patre *l. filius fam.8.ff.de procurat.*ſed ille,de quo agimus nulla habet bona per ſe ipſum adminiſtranda, cum in prouentis à matre pater vſumfructum habeat *l. 1.C.de bonis matern.* vbi *Pinell.p.2. à n.63.* & ſic ex defectu materiæ non potuit à principio ſubſiſtere mandatum,nec per tantum temporis mortuo patre poterat conualeſcere *l. quod ab initio, ff.de reg.iuris,*

In contrarium tamen eſt ipſa veritas, vt ſcil. exiſtentia illius procuratoris faciat ceſſare Curatorem, ea ratione,quia, vt diximus mandatum poteſt conſtitui ad futura,& ad præſentia, igitur ſi validum fuit mandatum conſtitutum per talē filium fam.quod habere non poterat effectum ex defectu materiæ,mortuo deinde patre, & ſic exiſtente deinde materia, rectè ſuper illa exerceri poteſt. latè *Sous. dec.37.* addimus nos aliam rationem,quod ſi conſtituens tempore conſtitutionis non habebat lites tunc,vt conſtitutio ſubſtineatur extenditur ad futuras,vt diximus *ſup.n. 4.*verſ. *adeſt diſtinctio.*

Per verbum in mandato poſitum, videlicet
8 *Cauſas ad Romanam Curiam legitimè deuolutas.* adeo limitatur ipſorum procuratorum poteſtas, quod ſi cauſa non fuerit ad Romanam Curiam *legitime*, putà ex natura cauſæ, vt quia eſſet ſpiritualis, vel eccleſiaſtica, aut per legitimam appellationem, vel ſpeciale Summi Pontificis reſcriptum,ſeu aliàs, deuoluta, huiuſmodi procuratores in non deuolutis procedere non poſſent, cum voluntas conſtituentis ſit ſeruanda *c.veniens de accuſat. c.querela c.conſtitutus* cum ibi *not.per Io. Andr. de procur. & c.ſi quem eodem tit.lib.6. Rot. d. concluſ.19. circa med. Rot. dec.580.in antiq.*

11 Et intelligitur de Cauſis tempore conſtitutionis deuolutis, etiam quod eſſet dictum *ad cauſas motas,& mouendas ad Romanam Curiam deuolutas,* quod eſt præteriti temporis,ſecundum *Aegid.deciſ.470.& 575.*licet contrarium teneat *Rot.deciſ. 19.in fin.in nou.Gratian.diſcept. 337.num.19. & ſeqq.*poſt *Mantica de tacit.lib.7.tit.16.n.45.*

12 Ratio primæ concluſionis eſt, quia procurator poteſt limitatè videlicet ad certam cauſam, & ſub certa conditione, & ex die, & vſque in diem conſtitui,quæ diligenter ſunt ſeruanda, vt habetur *in l.1. & l.item.ff.de procur. iuncta l.diligenter ff.mandat.cum ſimil.Virgil.de legit.perſ.cap. 26.num.14. Sous. dec.37.num.6.* quidquid dicat poſt *Mor.& alios Golin.p.3.c.5.num.94.* ſcil.non poſſe procuratorem conſtitui ad certam diem.

13 Quod permiſſum ad tempus,poſt tempus videtur prohibitum eſt *tex.in l.ſtata liberam §. ſtichum ff.de leg.2.l.ſi vnus §.1.ff.de pactis Mantica de tacitis lib.7.tit.22.num.30. Amic.conſ.67. num.7. Surd.conſ.8.num.7.Maſtrill. dec.15. num.17. vol. 2.* Vbi quod mandatum infrà certum tempus nō valet vltrà illud, quod poteſt exemplificari *in* procuratore conſtituto ad primam inſtantiam tā- tum, quod procedit etiam ſi pars contraria conſenſiat *Tiraq.de retract.conuent. §.1.gl.2.num.15. Guid.Pap.conſ.2.nu.2.Caſtr.conſ.104. n. 4.vol.1. per tex. in l.ſi mandauero tibi ff. mandat. Decian. reſp.34.num.15.vol.3.Caetar.dec.Genuæ 16. n.11.* bene tamen ſecundum mentem *Gattier.de tutore p.2.cap.19.nu.7.*procurator conſtitutus ad tempus poteſt finito tempore cauſam, & negotium inchoatum finire.

14 Et non ſolum corruunt geſta contrà formam mandati,ſed etiam præter,citrà,& vltrà *c.piſanis* vbi *Abb.in 6.notab.de reſtit. ſpoliat. Ludouic.dec. Peruſ.87.num.6.*vbi etiam quod geſta præter formam mandati,dicuntur ipſo iure nulla, & quod paria ſunt,non habere mandatum, & illud non ſeruare, & eius fines egredi ex *Bal. conſ.421.col. 2.lib.1.Borrell.conſ.47.num.29.tom.1. Golin. de proc.p.5.c.3.n.22.*Ratio eſt quia mandatum non
15 ſe extendens ad id,quod agitur,non dicitur mandatum *Vant.hic.n.74.Ludouic.dec. Peruſ.117.nu. 17.p.2.*Strictè, & ad vnguem eſt intelligendum
16 mandatum *Bellon.conſ.42.num.14. Seraphin.dec. 419.n.1.Golin.de procur.p.3.c.5.num.90. & alibi,* & diximus *ſup.*Sed melior ratio eſt, nam oratio affirmatiua limitata ad tempus, eo tranſacto negationem inducit, vt ex *Bal.in l.edita num.59.C. de edend.Mantica loco cit.*Sic à mandati forma
17 minimè eſt recedendum, ſiuè reſpiciat res, ſiuè perſonas,vt ex *Rolan.conſ.43.nu.36. vol.2. & ex alijs* tradit *Ioſ.Ludouic.dec.Peruſ.37.nu.5.*Et non
18 extenditur niſi ad perſonas, & cauſas in eo expreſſas,& latè dicit *Nicol.Mil.in repert.*verb.*procuratoris mandatum.Golin.de procur.p.5.c.3.n.5.*

19 Si verò conſtituens habeat plures cauſas contra Caium, & conſtituendo ſimpliciter diceret: *conſtituo te ad cauſam, quam habeo cum Caio,* aliter non expreſſa cauſa, in qua conſtituebat, licet poſſet dici,quod ex incertitudine conſtitutio vitiaretur *l.idem pomponius §. fin.ff. de rei vendic.l. duo ſunt Titij ff.de teſtam.tutela l.tutor incertus.ff. eodem Gratian.diſcept.640.num.29.682.n.7.715. num.7.8.736.num.62.742.num.15.Thom.de Thomaſſ. reg.145. Flamin.lib.9. de reſign. benefic.q.*

procuratorem ſimpliciter, in qua cauſa cenſeatur conſtitutus? & quid ſi unam habeat etiam tutoris nomine? & n. 20.

21 *Per clauſulam*: motas, & mouendas *quid veniat? &* nu. 22. 23.

24 *Per clauſulam*: Et ſuper illis coram quocumque Iudice comparendum *quid veniat?*

25 *Per clauſulam*: Cum poteſtate ſubſtituendi &c. *quid veniat? & à* n. 26. *ad* n. 30.

31 *Si procurator ſubſtituat, an remaneat procurator? & à* n. 32. *ad* n. 35.

36 *Quid ſi moriatur ſubſtituens, an expiret mandatũ ſubſtituti? & à* n. 37. *ad* n. 46.

47 *Verba*: & ad omnia alia faciendum, quæ vtilia, & opportuna videbuntur, *& ad illa* promittẽs ratum, & gratum habere quid quid per eoſdẽ procuratores legitimè factum fuerit &c. *quid importent? & à* nu. 48. *ad* n. 56.

57 *An, & quando poſſit dominus rata habere illa, quæ in iudicio peregit falſus procurator ſine mandato, ſi de facto fuerit admiſſus? & à* n. 58. *ad* n. 89.

An & quando mandatum extendatur ad Cauſas futuras, quomodo interpretetur clauſula *cauſas motas, & mouendas*, quomodo clauſula: *Rati*, clauſula *ſubſtituendi*, & an per ratificationem Domini fiant valida facta per procuratorem falſum?

QVÆSTIO XXIX.

PEr clauſulam illam apponi ſolitam in mandatis: *Ad omnes alias cauſas &c.* nõ comprehenduntur cauſæ futuræ, & oriundæ ex iure orto poſt datam mandati,
1 ſed ſolummodo ventuot præſentes, vt dicit *gl. Bar. & DD. in l. damni §. ſi ciſque ædes ff. de damno infect. gl. Bat. & omnes in l. omnes ff. de procur. l. qui habens, in fin.* per illum *tex* (à ſpeciali) *ff. de tutor.* vbi hoc voluit *Dyn.* videlicet tale mandatum non extendi ad cauſas futuras non connexas, per illum *tex. & l. de his verbis ff. de auro. & arg. legat. Io. Andr. ad Specul. de proc. §. ratione formæ in* verb. *obtinuit Ang. in §. præterea* verſ. *quid autem ſi procurator. de except. Rota dec. 563. in antiquis Guid. Pap. ſing. 749. Ioffred. conſ. 26. n. 6.* vbi dicit hanc opinionem eſſe communiorem *Gratian. diſcept. 145. num. 13. Ludouic. dec. 37. num. 1. p. 1. Seraphin. dec. 1100. num. 6. Roder. Suar. in l. poſt rem iudic. §. quia ſup. num. 9. ff. de re iudic. Canall. q. 135. nu. 9. & ſeqq.* vbi probat mandatum ad exigendum ſimpliciter, non comprehendere debita futura non habentia originem de præterito, vbi deciſum refert. *Maſtrill. dec. 301. n. 103. & ſeqq. p. 4.* vbi pluribus latè probat in ceſſione omnium iurium generaliter facta non comprehendi ius de futuro, vel ſub conditione debitum *Higuerol. alleg. 9. nu. 90. & alleg. 36. num. 59. & 60. Nermoſill. ad Gregor. Lopez. fol. mihi 476. ſecundum impreſſ. Lugdun. num. 13.* poſt *Caual. vbi ſup. & Paccon. in præſ. in 4. annot. nu. 24. Parexa de inſtr. edit. tit. 5. reſol. 19. n. 76.*

Contrarium tenent alij, ſuppoſito, quod poſſit fieri mandatum generale, & comprehendere omnes lites *Theſ. dec. 107. num. 4. Vald. lib. 2. Iuriſprud. Roman. c. 30. num. 24. D. Creſpi obſer. 108. nu. 13. Seraf. dec. 37. num. 6.* quod ſcil. extendatur ad cauſas futuras mandatum huiuſmodi, per *tex. in l. ſecunda §. quod ait prætor in fin. ff. quod. quiſq. iur. l. ſi ſeruitus ff. de ſeruit. vrban. præd. l. ex eo §. codicillis. ff. de leg. 3. Spec. vbi ſupra Boniſac. de Vital. de maleſic. rubr. de proc.* verſ. *ſed quid ſi conſtitutus. Rot. dec. 413. in nou.* quæ inter alia aſſeruit, iſta mandata in fauorem conſtituentium latè interpretati debere, & in hoc mandatum procuratoris diſtare à mandato iuriſdictionali, quod de ſua natura ad cauſas non dum exortas non extẽditur, idem concludit *dec. 148. propè fin. eodem lib. Felin. in cap. relatum in* verb. *ſexta differentia de offic. deleg. Theſaur. dec. 59.* vbi id probat, & deciſum refert etiam in ſyndico Vniuerſitatis generaliter conſtituto ad omnes, & ſingulas cauſas, etiam ſi non ſit dictum ad præſentes, & futuras, ſequitur *Berlich. tom. 1. concluſ. 14. num. 98. & 99. Noguerol. d. alleg. 36. num. 4.* poſt *Scacc. de appell. q. 5. n. 12. & alios.*

2 Sed benè verum eſt, non venire maiora, vel grauiora in mandato expreſſis; cum in quibuſcumque diſpoſitionibus receptum ſit, clauſulam generalem recipere reſtrictionem ab his, quæ ſpeciatim præceſſerunt. *Barbat. in c. ſedes nu. 158.* vbi *Felin.* verſ. *5. declara* poſt *Ant. de Butr. ibi de reſcript.* eſt *tex. in cl. 2. de proc. Alex. conſ. 22. n. 8. lib. 1. Parexa d. reſol. 10. n. 75. Rodeig. de proceſſ. c. 3. n. 31.*

Adeſt diſtinctio, quo ad primam concluſionẽ quam facit *Guliel. de Cuneo in l. item ad litem ff.*
3 *de procur.* Quod aut tempore conſtitutionis conſtituens non habebat aliquas lites, & tunc vt conſtitutio aliquid operetur, extenditur ad futuras, & hoc modo procedit ſecunda opinio. Aut tunc habebat, & tunc comprehendit tantum præſentes, & ſic procedit prima opinio, hanc diſtinctionem refert *Rot. dec. 19. in add. in nou. Parif. conſ. 43. n. 14. vol. 1. Brun. de reb. dub.* verſ. *Vento num. 43. Ludouic. d. dec. 37. nu. 3. Gratian. diſcept. 146. num. 29. Goſin. de procur. p. 2. c. 3. nu. 14. Parexa d. reſol. 19. n. 77.*

Et ſi procurator ſit conſtitutus indefinitè, ac ſimpliciter ad lites, intelligitur etiam de futuris
4 *Abb. in c. non intuſſe n. 2. de procur. Gratian. diſcep. 65. num. 28. 29. & diſcept. 274. num. 22. Mantica de tacit. lib. 7. tit. 26. num. 46. R. Rouit. in rub. de procur. n. 61. Sebaſt. Medic. de regul. iur. reg. 2. num. 96. Virgil. de legit. perſon. cap. 14. num. 2. Noguerol. alleg. 36. num. 5.*

5 Quod fallit in actore, ſeu Curatore dato ad lites, nam intelligitur ſolum de litibus tunc exiſtentibus *Bar. in l. qui tabes ſi pupillus n. 1. ff. de tutel. Gratian. diſcept. 145. num. 14.* quod in actore ideo procedit quia debet interuenire iudicis decretum, quod non trahitur ad futura *l. fin. de decret. ab ordin. fat. Add. ad Rom. ſing. 156.* verſ. *ſed in actore.*

6 Sic ſimiliter intelligerẽtur *futura* quotieſcumque procurator haberet generale mandatum in omnibus, & ſingulis cauſis contra quaſcumque per-

perſonas, & coram quibuſcumque iudicibus, vt contrà *Bar.* tenet *Alex. in d.l.damni* §.*is qui* verſ. *futuras in fin. ff.de damn. infect.Add. ad Roman. ſing.156. Put.dec.37.p.3. Franc. Marc. dec.436. p.2. Marta ff.nouiſſ.p.1.tit.procurator.c.65.Verall. dec.394.p.2.Ludouic.dec.Peruſ.37.num.2.* vbi tradit, quod quando in mandato adſunt aliqua verba prægnantia, ex quibus cognoſci poſſet, mentẽ conſtituentis fuiſſe, conſtituere ad omnes, & quaſcumque cauſas etiam futuras vg. ſi dixiſſet, *ad omnes, & quaſcumque lites, & cauſas* quia, niſi huiuſmodi cauſæ requireret ſpeciale mandatum, comprehenderentur etiam futuræ *Alex. ad Bar.in d.l.damni* §.*ſi quis* verſ.*futuras Golin.d.p.2.c.3.nu.17.* Ciuiles tamen non criminales *Mil.in repert.* verſ.*Procurator ſimpliciter.*

Sed quid dicendum in caſu, quo Titius cum eſſet filius fam.habens ſolum bona materna, quo-
7 rum vſus fructus ad patrem viuentem ſpectabat vigore *l.1.C.de bonis maternis*, dum erat in longinquas partes profecturus, mandatum generale reliquit in perſonam Caij, deinde mortuo patre, bona materna an ſint adminiſtranda per Curatorem dandum dictis bonis, vel per procuratorem illum Caium? Videtur dicendum eſſe adminiſtranda per Curatorem, ea ratione quia filius fam.ad ea ſolummodo poteſt procuratorem conſtituere, quæ ipſe gerere poteſt ſine patre *l. filius fam.8.ff.de procurat.* ſed ille, de quo agimus nulla habet bona per ſe ipſum adminiſtranda, cum in prouentis a matre pater vſumfructum habeat *l. 1.C.de bonis matern.* vbi *Pinell.p.2. à n.63.* & ſic ex defectu materiæ non potuit à principio ſubſiſtere mandatum, nec per tantum temporis mortuo patre poterat conualeſcere *l. quod ab initio, ff.de reg.iuris.*

In contrarium tamen eſt ipſa veritas, vt ſcil. exiſtentia illius procuratoris faciat ceſſare Curatorem, ea ratione, quia, vt diximus mandatum poteſt conſtitui ad futura, & ad præſentia, igitur ſi validum fuit mandatum conſtitutum per talẽ filium fam. quod habere non poterat effectum ex defectu materiæ, mortuo deinde patre, & ſic exiſtente deinde materia, rectè ſuper illa exerceri poteſt. latè *Souſ. dec.37.* addimus nos aliam rationem, quod ſi conſtituens tempore conſtitutionis non habebat lites tunc, vt conſtitutio ſubſtineatur extenditur ad futuras, vt diximus *ſup.n. 4.* verſ. *adeſt diſtinctio.*

Per verbum in mandato poſitum, videlicet
8 *Cauſas ad Romanam Curiam legitimè deuolutas*, adeo limitatur ipſorum procuratorum poteſtas, quod ſi cauſa non fuerit ad Romanam Curiam *legitimè*, purà ex natura cauſæ, vt quia eſſet ſpiritualis, vel eccleſiaſtica, aut per legitimam appellationem, vel ſpeciale Summi Pontificis reſcriptum, ſeu aliàs, deuoluta, huiuſmodi procuratores in non deuolutis procedere non poſſent, cum voluntas conſtituentis ſit ſeruanda *c.veniens de accuſat. c.querela c.conſtitutus* cum ibi *not.per Io. Andr. de procur. & c.ſi quem eodem tit.lib.6. Rot. d. concluſ.19. circa med. Rot. dec.580.in antiq.*

11 Et intelligitur de Cauſis tempore conſtitutionis deuolutis, etiam quod eſſet dictum *ad cauſas motas, & mouendas ad Romanam Curiam deuolutas*, quod eſt præteriti temporis, ſecundum *Aegid.deciſ.470.& 575.* licet contrarium teneat *Rot.deciſ. 19.in fin.in nou.Gratian.diſcept. 337.num.19. & ſeqq.* poſt *Mantica de tacit.lib.7.tit.16.n.45.*

12 Ratio primæ concluſionis eſt, quia procurator poteſt limitatè videlicet ad certam cauſam, & ſub certa conditione, & ex die, & vſque in diem conſtitui, quæ diligenter ſunt ſeruanda, vt habetur *in l.1. & l.item.ff.de procur. iuncta l.diligenter ff.mandat.cum ſimil.Virgil.de legit.perſ.cap. 16.num.14. Souſ. dec.37.num.6.* quidquid dicat poſt *Mor.& alios Golin.p.3.c.5.num.94.* ſcil.non poſſe procuratorem conſtitui ad certam diem.

13 Quod permiſſum ad tempus, poſt tempus videtur prohibitum eſt *tex.in l.ſtatu liberum* §. *ſtichum ff.de leg.2.l.ſi vnus* §.*1.ff.de pactis Mantica de tacitis lib.7.tit.22.num.30. Amic.conſ.67. num.7. Surd.conſ.8.num.7.Maſtrill. dec.15. num.17. vol. 2.* Vbi quod mandatum infrà certum tempus nõ valet vltrà illud, quod poteſt exemplificari in procuratore conſtituto ad primam inſtantiam tantum, quod procedit etiam ſi pars contraria conſentiat *Tiraq.de retract.conuent.* §.*1.gl.2.num.15. Guid.Pap.conſ.2.nu.2.Caſtr.conſ.104. n. 4.vol.1. per tex. in l.ſi mandauero tibi ff. mandat. Decian. reſp.34.num.15.vol.3.Cartar.dec.Genuæ 16. n.11.* bene tamen ſecundum mentem *Guttier.de tutore p.2.cap.19.nu.7.* procurator conſtitutus ad tempus poteſt finito tempore cauſam, & negotium inchoatum finire.

14 Et non ſolum corruunt geſta contrà formam mandati, ſed etiam præter, citrà, & vltrà *c.piſanis* vbi *Abb.in 6.notab.de reſtit. ſpoliat. Ludouic.dec. Peruſ.87.num.6.* vbi etiam quod geſta præter formam mandati, dicuntur ipſo iure nulla, & quod paria ſunt, non habere mandatum, & illud non ſeruare, & eius fines egredi ex *Bal. conſ.411.col. 2.lib.1.Borrell.conſ.47.num.29.tom.1. Golin. de proc.p.5.c.3.n.22.* Ratio eſt quia mandatum non
15 ſe extendens ad id, quod agitur, non dicitur mandatum *Vant.hic.n.74.Ludouic.dec. Peruſ.117.nu. 17.p.2.* Strictè, & ad vnguem eſt intelligendum
16 mandatum *Bellon.conſ.42.num.14. Seraphin.dec. 419.n.1.Golin.de procur.p.3.c.5.num.90. & alibi,* & diximus *ſup.* Sed melior ratio eſt, nam oratio affirmatiua limitata ad tempus, eo tranſacto negationem inducit, vt ex *Bal.in l.edita num.59.C. de edend.Mantica loco cit.* Sic à mandati forma
17 minimè eſt recedendum, ſiuè reſpiciat res, ſiuè perſonas, vt ex *Rolan.conſ 43.nu.36. vol.2. & ex alijs* tradit *Ioſ.Ludouic.dec.Peruſ.37.nu.5.* Et non
18 extenditur niſi ad perſonas, & cauſas in eo expreſſas, & latè dicit *Nicol.Mil.in repert.verb.procuratoris mandatum.Golin.de procur.p.5.c.3.n.5.*

19 Si verò conſtituens habeat plures cauſas contra Caium, & conſtituendo ſimpliciter diceret: *conſtituo te ad cauſam, quam habeo cum Caio*, aliter non expreſſa cauſa, in qua conſtituebat, licet poſſet dici, quod ex incertitudine conſtitutio vitiaretur *l.idem pomponius* §. *fin.ff. de rei vendic.l. duo ſunt Titij ff.de teſtam.tutela l.tutor incertus.ff. eodem Gratian.diſcept.640.num.29.682.n.7.725. num.7.8.736.num.61.742.num.15.Thom.de Thomaſſet. reg.146. Flamin.lib.9. de reſign. benefic.q.*

3a.*num.1.a.* Tamen ad euitandam hanc nullita-
tem cenſeretur in magis ardua, & graui, & ipſi
conſtituenti periculoſa, conſtitutus, vt dicit
Vant. hic poſt alios *num.97. Golin. de procurat. p. a.*
c.3. num.39. faciunt dicta per *Vax. in axiomat. In-*
cis lit. I. nu.36. & ſeqq.

20 Imo conſtituens procuratorem ad omnes cau-
ſas, non cenſetur conſtituere ad cauſas, quas con-
ſtituens tutorio, & non proprio nomine exerce-
re poteſt, deciſum refert *Ant. Fab. in C. lib.2. tit.*
de procurat. deſin.26. n.1. & ſeqq.

Per illam clauſulam: *motas, & mouendas*, man-
21 datum reſtringitur reſpectu ipſius Sempronij,
contrà quem fuit facta conſtitutio (ſi ex facie
ipſius mandati, aliud non colligatur.) Ideo virtu-
te talis mandati procuratores conſtituti non
poſſent interuenire in cauſa contrà aliam perſo-
nam, mota, ſeu mouenda, vt declarat *Bar. in l. quod*
dicitur. ff. de tutel. per illum *tex.* quia noua perſo-
na nunquam ſubintelligitur *l. ſi ita ſtipulatus §.*
griſoganus ff. de verb. obligat. Gozadin. conſ.58. nu.
17. Mil. in repert. verb. *procurator ſi eſt conſtituunt*
Roman. ſing.156. & ibi add. Natta conſ.197. nu.4.
Noguerol. alleg.9. nu.89. Surd. conſ.160. num.36.
vol.2. Muta ſuper Capit. Sicil. cap.72. num.5. vol.2.
Garz. de Tolet. dec.4. Ruin. conſ.108. num.5. vol.5.
dummodo non foret aliquod præambulum ne-
ceſſarium ad cauſam, in qua quis expreſsè con-
ſtitutus eſſet, vt declarat idem *Bar. in l. legatum ff.*
de procur. verb. *procurator ſi eſt conſtitutus contrà*
certam perſonam Ludouic. Roman. in l. damni. §. is
qui ff. de damn. infect. & ſing.155. Dec. conſ.502. col.
fin. verſ. *ſed ſolum lib.4. Marta in ff. nonſ. p.1. tit.*
procurator cap.74. Virgil. d.c.16. n.38. in fine.

22 Sic etiam ſi eſſet conſtitutus quis procurator
ad omnes lites, quas conſtituens habet, & ſperat
habere, nam ſolum comprehendit lites præſentes
& ex iure de preſenti ortas, non tamen lites fu-
turas, quæ ex iure de futuro poſt mandatum cõ-
ceſſum, oriuntur. *gl. in l. damni infecti §. ſi is qui*
ff. de damn. infect. eadẽ gl. in l. omnia ff. de proc. poſt
alios *Virgil. d.c.16. n.39. Rodr. de proceſſ. c.3. n.32.*

23 Item conſtitutus contrà Titium, & omnes
alias perſonas, non comprehendit Vniuerſitatem
Ciuitatem, vel Collegium, non poteſt litigare
cum illis ſi generaliter, vel ſpecialiter vniuerſitas,
ciuitas, vel collegium non exprimatur. *Archid. c.*
2. de reſcript. in 6. vbi *Io: Andr.* poſt alios *Virgil.*
ibid in fine. Parexa de inſtr. edit. tit.5. reſ.10. n.78.
Grat. diſcept.337. nu.19. & ſeqq. Rodrig ſup. n.33.

24 Per clauſulam: *& ſuper illis coram quocumque*
Iudice comparendum, poſſet dubitari numquid
virtute dictæ clauſulæ, iuriſdictio iudicis incum-
petentis foret prorogata, ſi procuratores huiuſ-
modi coram aliquo Iudice (in cauſa tamen in-
competenti) ſimpliciter comparuiſſent. Ex quo
ad protogandam iuriſdictionem requiritur ſpe-
ciale mandatum, vt notat *Innoc. in cap. cum olim*
el.1. vbi *Felin. col penul. de offic. deleg.* & nos di-
ximus. *ſup. q.26.*

25 Per clauſulam illam: *Cum poteſtate ſubſtituen-*
di &c. ſimpliciter in mandato poſitam. Eſt aduer-
tendum, quod vigore illius procurator conſtitu-
tus antequam recipiat mandatum, & illud tacitè,
vel expreſsè acceptet, non poterit ſubſtituere,
vt dixit *Rota dec.145 in nou. Trentacinq. var. tit.*
de procurat. reſol.2. n.8. verſ. *iſte procurator* Cum
26 ante receptionem, & acceptationem mandati
non dicatur procurator, nam ſecundum ius ciui-
le riquiritur expreſſa acceptatio *l. filius fam. §. in-*
uitus ff de procur. Sed ſecundum ius canonicum
27 ſatis eſt tacita, & præſumpta acceptatio, puta
recipiendo mandatum, & non contradicendo,
vt *in clem.1. de procur.* Rot. dec.202. *Mil. in reper.*
in verb. *procurator non dicitur verſ.1. Ægid. dec.*
576. in fin. vbi quod ſi non aſſumpſit onus non
poteſt tamquam talis habeai, diximus *ſup.* & ac-
cipiendo litteras mandati ſimpliciter ſinè prote-
ſtatione, videtur conſentire mandato *Barboſ. in*
l. quæ dotis num.158. ff. ſolut. matrim. & proinde
poteſt ſubſtituere ſi poteſtatem habent ſubſtituẽ-
di *Vant. hic n.103. Rota dec.451. n.2. apud Fari-*
nac. par.2. recẽt. Barboſ. in d. Clem.1. de proc. n.1.3.
& 4. Aliàs ſi non adſit poteſtas ſuſtituendi in
28 mandato, non poſſit ſubſtitui, ex *Gemin. in cap.1.*
§. licet num.5. de proc. in 6. Alex. conſ.17. nu.6. vol.
2. Roman. ſing.214. Gratian. dec.106. n.10. & di-
ſcept.201. n.89. Andreol. contr.233. n.4.

29 Quod adeo procedit, vt etiam ſi in releuatio-
ne procuratoris ab onere cautionis dicatur (*con-*
ſtituo Titium meum procuratorem, & quem ille fece-
rit) adhuc poteſtas ſubſtituendi non intelligitur
Franc. in c.1. §. licet num.7. de proc. in 6. Grat. d.c.
201. n.42. Anna ſing.411. vbi dicit, quod ſi pro-
curator eſt conſtitutus, & non habeat mandatũ
ad ſubſtituendum, licet dominus promiſerit ha-
bere ratum quidquid geſtum fuerit per procura-
torem, aut per ſubſtituendum, non tamen per
hæc verba videtur data poteſtas ſubſtituendi, &
eſt *deciſio Rotæ in antiqu.346.*

Cum conſtitutio procuratoris ſit ſtrictè intel-
30 ligenda, vt ex pluribus Rotæ *deciſionibus* tradit
Gratian. diſcept.337. num.20. diximus *ſup. hic* alia
diximus *ſup. q.26.*

Poſt quam procurator onus procurationis in
ſe aſſumpſerit, & alium loco ſui ſubſtituerit, cum
31 ſuo ſit functus officio, non remanet amplius pro-
curator, & propterea cum illo quicquam vlte-
rius fieri non poterit, ſi modo ex mandato aliud
non apparuerit, ac habilem, ac acceptantem ſub-
ſtituerit, vt declarat *Bar. in l. vero procuratori §.*
quod ergo, in fin ff. de ſolut. Bal. in l. quod quis col. 2.
in fin. C. de procur. Felin. in c. in litteris col.3. de of-
fic. deleg. Anna alleg.89. n.19. & 107. n.2. eſt *tex.*
in c. is qui de procurat. in 6. & *ibi gloſ. & Barboſ.*
num.4. D. Rocc. tom.1. reſponſor. in notab. de mandat.
num.183. Et niſi ſit procurator ad plures cauſas,
nam ſi ſubſtituat in vna remanet procurator in
alijs *d.c. is qui de proc. in 6.* vbi etiam *Barboſ. Tre-*
tacinq. var. tit. de procurat. reſol.3. n.5.

32 Et taliter ſubſtitutus ab ipſo domino Princi-
pali cenſebitur ſubſtitutus, & procurator datus
gl. ordinaria in cap.1. verſ. *ſubſtituendi de procur. in*
6. per tex. in l. item eorum. §. decuriones ff. quod cu-
iuſque vniuerſit. Rot. dec.146. in nou. Trentacinq. d.
reſol.3. d. n.5. verſ. *& tales.*

33 Vndè poſt quam mandatum ſemel ſubſtitutus
ſuſceperit, etiam quod eo non fuerit vſus, ab ipſo
procuratore ſimpliciter ſubſtituente ſine alio
ſpeciali mandato, reuocari non poterit, vt dicit
tex.

Digitized by Google

tex.in d.c.it qui eodem tit.lib.6.vbi etiam Barboſ. Rot.dec.11.de procur.in antiquis Anna alleg.507. num.2.Golin.de procur.p.2.c.5.n.58.

34 Secus ſi in mandato eſſet appoſita clauſula illa ſolita vti cum poteſtate ſubſtituendi, ac reuocandi, & totles quoties videbitur expedire, onus in ſe reaſſumendi, quia tunc poterit quomodocumque expreſſè,vel tacitè, vt putà reaſſumendo onus in ſe,ſubſtitutos reuocare R.a.dec.189.in nou.Tritacinq.d.reſ.3. n.6. & ſi moriatur ſubſtitutus deuoluitur poteſtas ad ipſum ſubſtituentem,non verò ad Dominum Franch.dec.465.Golin. de proc.p.2. cap.5.num.78.R.Marin.lib.1.reſol.265. num 6.7. & ſi ex aliqua re ſuperueniente non poſſit procedi cum ſubſtituto,puta non reperiatur, tunc poteſt agi cum ſubſtituente deciſum refert Reg. Reuert.dec.198.vbi R.Marin. nu.1. & dec.151. vbi etiam R. Marin.

35 Hinc etiam eſt,quod ſi idem ſubſtituens,antequam ſubſtitutus onus acceptaſſet,decederet: nihilominus taliter ſubſtitutus cauſam prædictam proſequi poſſet, ex quo cenſetur ab ipſo domino ſubſtitutus, vt diximus,Rot. dec.414. in nou. & adeſt dec.9.de proc.apud Biſſg.

36 In materia,ſi procurator aliquem ſubſtituat,& ſubſtituens moriatur an expiret mandatum ſubſtituti? Bellam.dec.6.tenet quod non, quod ſic tenent Papon. lib.6.tit.4.q.15.& Io:Gall.q.63. cap. Tholoſ.dec.369.Tepat.tit.88.cap.7.col.2.Ricc.collect.2321.Bertachin. in repert. verb.procuratorreuocatur num.46.

37 Mihi vero ſemper placuit dixtinguere: Aut quis eſt ſubſtitutus ab eo,vti domino litis, & tūc re integra expirat mandatum, & poteſtas ſubſtituti,Berlich.dec.274.num.11.Carpz.l.3.reſp.6.nu. 20.& ſeqq.Baccou.in Trentl.d.l.theſ.3.lit.A. Trentacinq.var.tit.de proc.reſol.3.n.7. aut eſt ſubſtitutus ab eo,ex quo habebat poteſtatem ſubſtituendi, & tunc quocumque tempore ſubſtituens decedat, ſubſtitutus rectè agit,benè Bertachin.loc. cit.num.34.

38 Quidquid alij dicant indiſtinctè, quod aut ſubſtitutus non eſt effectus dominus litis, & ſic res eſt integra, & eo caſu mandatum morte ſubſtituentis eſt extinctum, aut ſubſtituens deceſſit lite iam conteſtata per ſubſtitutum, & hoc caſu non extinguitur poſt Bellom.d.dec.6. de proc. in nou. Mantica de tacit.lib.7.tit.23.n.26. Golin.de proc. p.3.c.4.nu.31.

39 Non eſt ſic in caſu quo procurator ſit conſtitutus ad certum tempus,nam ſi interim ſubſtituat alium, eo tempore tranſacto non durat ſubſtitutio,ea ratione, quia nemo plus iuris in alium transfert quam ipſe habet vulgat.iuribus. & reſoluto Iure datoris reſoluitur ius acceptoris Bal. in l.2.C.de reſcind.vendit. Guid.Pap. conſ.2.nu.3. Boer.dec.182.num.4.in terminis Palma in diurrſon.gl.16.num.48.Gratian.diſcept.606.num.7. p.4. Golin.vbi ſup.n.32.33.

40 Si procurator ſit generalis faciendo ſubſtitutionem in vna cauſa non deſinit eſſe procurator, & virtute generalis mandati poteſt eandem cauſam reaſſumere, & ſubſtitutū reuocare Bal.& Salyc.in d.c.it,qui de proc.in 6.R.Reuert. dec.598. Reg.Rouit.in rubr.pragm.de proc.n.36.

41 Si eſſet data poteſtas procuratoribus ſubſtitutos reuocandi,poſſent non modo expreſsè,quinimò,& tacitè, puta procedendo ipſi ſimpliciter in cauſa, ſubſtitutos reuocare. Rot.dec.386.in nou.

42 Vel ſimpliciter alium ſubſtituendo in eadem cauſa;nam tunc primus cenſeretur reuocatus ſecundum Bar.gl.& DD. in l.antè litis ff.de procur.

Etiam quod procurator à principio proteſtatus fuiſſet per aliquam ſuam cōparitionem, ſub-
43 ſtitutum ab eo, nolle reuocare, quia aliud eſt comparere, & aliud alium ſubſtituere Rot.dec. 121.in nou. & facit deciſio 479. in antiq. & magis in terminis Ægid.concluſ.565, & 509.cum ſeqq.

44 Poteſt etiam procurator ſubſtitutum reuocare ſi adſit clauſula in mandato: cum poteſtate etiā reaſſumendi toties quoties videbitur Anna alleg. 519.num.13.Golin.p.2.c.5.num.73. poteſt etiam reuocare ſi in mandato adſit clauſula, donec, vel quod poſſit ſubſtituere,& etiam remaneat procurator Golin.n.88. Vel niſi ſubſtituiſſet cum clauſula; procuratorio in ſuo robore permanente, quia tunc licet in ſubſtitutum omnes ſuas vices tranſtulerit tamen poteſt cauſam reaſſumere Marta in ff. nouiſſ.p.1.tit.de proc.c.108.& 155.Golin.n.79.

45 Sic huiuſmodi ſubſtitutus poſt litis conteſtationem à ſe factam(cum dominus litis, & inſtantiæ effectus fuerit,) poterit alterum quaſi dominus inſtantiæ factus,ſubſtituere, ſeu conſtituere, vt vult Rot.dec.122.& 546.in nou.& 546.in antiqu.Biſſgn.dec.9.de procur. Berlich.d.dec.274.nu. 13.Trentl.d.theſ.3. lit.A. vbi notat hoc locum habere in eo caſu vbi conſtitutus eſt procurator in rem ſuam, vel à iudice translatum eſt iudiciū in ſubſtitutum.

46 Et ſi cauſa foret talis, in qua litis conteſtatio non fieret,puta ſummaria, vel executiua, aut per alterum lis foret conteſtata;poſt quam idem ſubſtitutus merita eiuſdem cauſæ tractare cœperit, efficietur inſtantiæ dominus,& propterea ſubſtituere poterit,vt Petr.Cyn.Bal.& communiter alij, (quidquid dicat ibi Bar.)Iaſ.in l.nihil & in l.nulla C.de procur.Bar.in l.poſt litem ff. eodem tit. Rot. deciſ.122.in addit.in nou.Alex. conſ.147. col.fin. lib.6.

47 Ad illa verba; Et ad omnia alia faciendum,quæ vtilia videbitur, & opportuna &c. & ad illa promittens ratum, & gratum habere quidquid per eoſdem procuratores legitimè factum fuerit &c.eſt valdè aduertendum,nam illa ſunt valdè captioſa, & deceptoria. Nam conſtituens debet ſimpliciter ſtare facto ſui procuratoris,ſiuè fiat legitimè, & vtiliter,ſiue non,aliàs ſemper poſſet opponere non fore ſibi vtile,vel non eſſe legitimè factū, & iudiciū redderetur illuſorium; ideò ſimilia mandata recipi non debent, veluti capatoria arg.l. captatorias cum ibi not.C.de milit.teſtam. gl.2.in c. relatio 21.q.1.Spec. de proc. §. ratione formæ col.2, gl.in ver.debito modo in clem.1.de proc. Bar. in l. quæ omnia §.planè ff.de proc.Bal.& Iaſ. in l.ſi procurator col.fin.C.de proc.Procurator debet taliter
48 conſtitui,vt per eius aduentum conditio aduerſarij deterior non fiat l.2.§.penul.ff.quib.ex cauſ. in poſſeſſ.Aduerſus huiuſmodi mandata captato-
49 ria debet opponi,nā tunc ope exceptionis erunt nul-

nullius momenti, aliàs, ſi non opponeretur, in
plerisque caſibus negligentiæ ipſius partis impu-
tari poſſet *Felin. in cap. cum olim el. 1. col. pen. verſ.
3. intellige de offic. deleg.* meminit *Hip. de Marſil.
in l. ſi quis* ver. *quæro ff. de quæſtion.*
50 Clauſula *rati* in mandato ſimpliciter appoſita,
non ampliat illud, vt per *gl. in l. ſi procurator abſen-
tem ff. de procur.* neque aliud ſpeciale induicit *Par.*
51 *in l. 1. col. fin. ff. de offic. proc. cæſar. Alex. conſ. 41.
col. 3. lib. 3. Dec. conſ. 500. col. pen. n. 2. lib. 4. Marta
clauſ. 103. num. 2. p. 1. & p. 4. clauſ. 21. n. 5. Theod.
Rub. in ſing. Rota Rom. tom. 2. p. 4. clauſ. 569. n. 15.
Card. Tuſc. lit. C. concluſ. 364. num. 23. Barboſ. clauſ.
104. num. 7.* maxime ſi ſit poſita in executiuis
Tuſc. ibid. n. 25.
52 Poſſet tamen clauſula *rati* importare manda-
tum, ſi quis diceret: *promitto habere ratum illud,
quod feceris*, nam perinde eſt, ac ſi dixiſſet, ſe pro-
curatorem conſtituo *Bal. in add. ad Specul. de proc.
in* verb. *clauſula rati* facit *tex. in cap. cum dilecti in
princ. ſuncta gl. 1. in fin. de dolo, & contumac.* Nec
53 appoſitio iuramenti in clauſula prædicta: *pro-
mitto habere ratum &c.* ampliat mandatum, ſed il-
lud iuramentum reſtringitur ad comprahenſa, &
ſpecificata, ex quo de natura iuriſiurandi eſt ſe
non extendere vltrà id, de quo fuit actum, & con-
ſenſum, ſed tantum geſta, & actum factum robo-
rare, vt probatur *in l. fin. C. de non num. pec.* cum
alijs, de quibus per *Bar. in l. ſi quis pro eo col. fin. ff.
de fideiuſſ. Angel. conſ. 315. col. 1. Dec. conſ. 193. col.
3. & conſ. 351.* poſt alios *Vant. hic num. 114.* dixi-
mus q. 25. & 26.

Et iuramentum appoſitum in contractu à iu-
re reprobato, non validat talem contractum,
54 quamuis iurans dictum ſuum iuramentum ſer-
uare teneatur *c. debitores 6. de iure iur. Conar. in c.
pactū de pact. in 6. p. 2. §. 4. n. 2. Rot. dec. 653. in an-
tiqu. Guttier. de Iuram. confirm. p. 1. c. 2. Suar. de reli-
gione tom. 2. tract. de iuram. cap. 9. n. 3. Samb. de
matr. lib. 1. diſp. 32. & in præcept. decalog. tom. 1. lib.
3. c. 11. num. 2. & ſeqq. Cened. ad decretal. coll. 78.*
55 Proinde debet bene obſeruari, & attendi for-
ma mandatorum, nam niſi fuerit ſeruata illorum
forma, in eo quod ſit exceſſum, proceſſus regu-
lariter non valet *l. eleganter ff. mandati* diximus
ſup.
56 Dantur tamen aliqui caſus, in quibus ſi pro-
curator extendat fines mandati, actus qui geritur
non eſt inualidus, de quibus *Card. Mantica de
tacit. lib. 7. tit. 12. Card. Tuſc. lit. M. concluſ. 39. &
40. & ſeqq.*
57 Sed an poſſit dominus rata habere illa, quæ in
iudicio peregit falſus procurator ſine mandato,
ſi de facto fuit admiſſus? Reſolutiue dicimus poſ-
ſe dominum talia rata habere ante ſententiam
latam ex *l. licet. 56. ff. de iudic. Myſing. cent. 1. obſ.
44. Guid. Pap. dec. 320. Theſ. dec. 7. propè finem Ro-
ta Genuæ dec. 179. num. 14. D. Rocc. reſp. 7. num. 11.
D. Petra in eit. 24. num. 12.* verſ. *quæ tamen Parexa
de inſtr. edit. tit. 5. reſol. 10. num. 30. & ſeqq.* vbi di-
cit concordare *legem hiſpanam l. 20. tit. 5. p. 3.
Tuſc. lit. P. concluſ. 827. & 828. D. Staib. reſol. 137.
num. 17. D. Rocc. reſp. 7. num. 11. tom. 1. D. Galeot.
contr. 6. num. 38. lib. 2. Maranta reſp. 63. num. 23.
tom. 4.* vbi ponunt rationem, quia mandatum pro-
curatoris dependet ex ſola voluntate Domini, &
independentibus ex animo ſufficit ratihabitio
Bal. per *tex. in l. 3. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr.
Berlich. tom. 1. concluſ. 14. n. 124.* etiam ſi in cauſa
iam fuerit concluſum *Guid. Pap. dec. 320.* vbi ita
in Curia Parlamenti Delphin. ſeruari dicit, Ni-
ſi aduerſarius ante opponat de falſitate *Theſ. dec.
7. ſub num. 1.* poſt mille *Barboſ. in cap. 4. num. 7. de
procurat. & in axiomat. iuris. axiom. 197. num. 17.
Vaz. axiom. 34. lit. B.*

Similiter in ſui præiudicium dominus poteſt
etiam poſt latam ſententiam ratificare geſta per
58 falſum procuratorem. *l. 3. §. falſus ff. rem ratam
hab.* quidquid quo ad primam concluſionem di-
cat contra *tex. d. l. licet ff. de iudic. Queſada contr.
45. num. 13. Nig. de execut. rei iudic. cap. 6. §. 6. nu.
16. Gaill. obſ. 47 lib. 1.*
59 Sed poſt ſententiam latam ad ſui fauorem ma-
ior eſt difficultas, nam affirmatiue concludit *Ia-
cob. de Arena in l. ſi mater §. hoc iure ff. de except.
rei iudic.* ea ratione, quia mandatum procurato-
ris dependet ex ſola voluntate domini, & inde-
pendentibus ex animo ſufficit ratihabitio *Bal. in
l. ſi tutor tuus C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. neceſſ.
&c. num. 2.* & quando aliquid eſt nullum ex de-
fectu conſenſus tantum, illud, conſenſu ſuper-
ueniente reconualidatur *l. fin. C. ad Macedon. l. ſi
fundus §. 1. ff. de pign. & hypotec. c. ratihabitio de re-
gul. iuris in 6. R. Rouit. in rubr. de proc. nu. 30. Rocc.
reſp. 7. n. 12. Gaill. lib. 1. obſ. c. 7. num. 5. Borrell. in
ſumma tom. 1. de proc. num. 316. D. Prat. ad Muſca-
tell. gl. concluſio D. Scop. ad Gratian. dec. 105. n. 12.
& ſeqq.* & ratificatio æquiparatur mandato *Pegna
dec. 578. num. 15. & 592. num. 5. & 100. tom. 1.
Rub. dec. 144. num. 8. tom. 1.* poſt *dec. 638. num. 13.
D. Prat. lib. 3. diſcept. 13. num. 12. Nig. de execut. c.
6. §. 6. num. 3.* etiam ſi requiratur ſpeciale manda-
tum *Barboſ. d. axiom. 197. n. 17. Trentacinq. var. re-
ſol. tit. de procurat. reſol. 2. num. 2. P. Barboſ. in l. alia
§. eleganter ff. ſolut. matrim.*
60 E contrà indiſtinctè negant *Innoc. in c. ex
parte de reſcript. Ant. Fab. in C. tit. de procurat. de-
fin. 10. n. 4.* vbi deciſum refert, & limitat ſi à ſen-
tentia fuerit appellatum, quia appellatio redu-
cit rem ad terminos litis conteſtatæ, ſequitur
Golin. de proc. p. 3. cap. 1. num. 52. Bilotta in elleg. 4.
poſt *tract. de abſolut. à iuramento Rot. Roman. dec.
13.* incip. *nota quod geſta, & dec. 149.* incip. *Nota
quod vbi in antiquis, & dec. 428.* incip. *ſi habeas, in
nonis. Caſſad. dec. 40. Nig. de execut. rei iud. cap. 6.
§. 6.* vbi hoc ponit pro regula.
61 Alij diſtinguunt, aut dominus ſciuit cauſam
agi per alium tamquàm procuratorem, & tunc
eo ipſo, quod non prohibuit videtur ratificare,
& ratificatio valet, ſecus ſi neſciuit *Bal. in d. l. ſi
tutor n. 2. Afſl. dec. 308. num. 5. Ludouic. dec. Peruſ.
119. num. 11. Muta in cap. 22. Sicil. num. 59. tom.
1. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 33. nu. 7. R. Rou.
in d. rubr. de proc. num. 32. D. Scop. ad Gratian. dec.
105. num. 16.*
62 Contra alij tenent directò ſcil. quod ratificatio
non valeat, quamuis dominus ſciuerit cauſam
ab alio agi *Alex. conſ. 72. num. 3. & ſeqq. lib. 4.*
63 Aliter dicit *Olrad. conſ. 130. nu. 12. Guil. Man-
ner. in l. ſæpe qui ff. de reg. iur. n. 11. Bal. in d. l. ſi tu-*

tor

tor num.2.verſ.& ſecundum qui dicunt tunc ratihabitionem admitti,ſi intrà paucos dies,putà dicendium à die ſcientiæ interueniat.

Aliter dixtinguit *Bal .in l.licet 24. C.de procurat.num.15.& in d.l.ſi tutor C.in quibus cauſ.in*
64 *integ. reſtit.num.2.* qui dicit quod ratificatio ex parte actoris non admittitur , ſed bene ex parte rei.

65 Aliam diſtinctionem ponunt *Bal. in l. falſus 19.C.de furtis,* quem ſequitur *Iaſ.in d.l. licet C.de procur.Gabriel.lib.3.commun.concluſ.tit. de procur. concluſ.4.num.1.verſ.contrarium tenet , & ſeqq.* dicentes; ſi quis fraudulenter re , & conſilio iudici ſine mandato obrepit , quod tunc non valeat ratihabitio,ſecus ſi bona fide,& tunc locum habeat ratihabitio etiam ſi in fauorem , & commodum domini ſiat.

66 Alij aliter dixtinguunt, aut ſententia eſt lata in fauorem domini , & tunc ratificatio in commodum eius tendẽs nõ admittitur. *Pract.Papienſ. in forma reſponſionis rei conuenti gl. Si moniti nu. 5.Guid.Pap.dec.320, Myſing.cent.1. obſ.44. Fachin.lib.8.contr.61.Vant.in rubr.vl.nu.102.* verſ. *contrarium tamen.*

Aut ſententia eſt lata contra dominum,& tũc in ſui præiudicium ratificatio admittitur. *gl.in d. l.licet C.de procurat.* verb. *ſolent Guid. Pap. d.dec. 320.num.3.Fachin.d.cap.61.Rener.Budel.in tract. de monet.* vbi limitat *lib.2.cap.26.nu.32. & ſeqq. Dec.in l.ſemper ff.de reg.iuris n.12.& ſeqq.*

67 His ex diametro oppugnat *Gaill.lib.1. obſ.47. n.4.* dicens ratificationem indixtinctè valere ſiuè ſententia lata ſit in domini fauorem ſiuè contra eum,tam intrà , quam poſt decendium,& ſiue dominus minor ſit,ſiue maior, & ita deciſum refert in Camera Imperiali ex doctrina *Iaſ.in d. l.licet num.10.C.de procurat. Zanger. de except.p. 2.cap.8.num.77. & ſeqq. Ranchin.ad Guid. Pap.d. dec.320.Theſ.dec.7.n.1.* vbi etiam deciſum refert *Guid.Pap.d.dec.320.num.3.verſ.ſed vidi* vbi dicit in Curia *Delph.* ità anteà tolerari dicit , idem dicit *Felin.in c.cauſam.q.de iudic. num.7. & ſeqq. Boer.dec.281.num.14.* Et ratificatio etiam tacita operatur conualidationem geſtorum,etiam in his quæ requirunt ſpeciale mandatum *Gemin.in c.qui ad agendum de proc.in 6.Trentacin.var.lib.3.c.4. num.12.Scrad.de feud. p.6.c.3.num.12. Graueti ad Gaill.lib.1. concluſ.47. num.13. D. Merlin.contr. 73.num.15.lib.1.*

68 Alijs placuit opinio,quod non poſſit retrotrahi ea ratione quia res adhuc non eſt integra,quo caſu ratihabitio locum non habet ex *tex.expreſſo in l.bonorum 24. ff.rem ratam habere Trentacinq. tit.de proc.reſol.9.num.7.Tuſc.lit. R.concluſ.21.n. 27.Rip.obſ.124.Barbóſ.axiom.197.nu.17.& Vaz. axiom. ratihabitio num.37.a.* quia ratificatio debent fieri re integra , & tempore congruo non autem poſtquam quæſitum aduerſario , nam non poteſt ſuperueniens cõſenſus vnius auferre alteri ius quæſitum per regulas vulgares *Giurba ſuper conſuet.Meſſan.cap.2.gl.8.num.53. & ſeqq. Vaz. axiomat.182.lit.I.Trentacinq.var.tit. de proc.reſol. 2.num.16.Nig.de execut.c.6.§.6.num.14.& lit.R. axiom.34.* eo maximè quia hæc ratihabitio malitia non caret , dum dominus euentum ſententiæ expectare,& ſi ea pro ſe fertur eam ratam habere,ſi verò contrà ſe eſt, reprobare poſſit *Bal. in d.l.ſi tutor C.in quib.cauſis in integr.reſtit. &c. Gaill. lib.1.obſ.47.nu.3.* probant ex his, & alijs *Fachin.contr.61.lib.8.controuerſiar.*

69 Maxime in locis vbi adeſt ſtatutum,prout eſt hic Neap. Mantuæ, & alijs locis,vt diximus *ſup.* quod mandatum debeat exhiberi in principio litis,nam tunc ratificatio tam de actis factis ante ſententiam,quam poſt nihil operatur *Iaſ.in l.licet C.de proc.Add.ad Cap. Tholoſ. dec.272. Rom.ſing. 686.Nig.d.c.6. num.15.* (licet contrà ſaltem de Iure hiſpano dicat *Parexa de inſtr.edit. tit.5.reſol.10.num.36.& ſeqq.*)*Trentacinq.var.tit. de procur. reſol.2.nu.6.& reſol.9.nu.9.*

Et de Iure Saxonico eſt diſpoſitũ per Io:Georgiũ Electorẽ *c.7.§.7.* quod ante ſententiam latã
70 in cauſa principali ratificatio indixtinctè admittatur ſiue aduerſa pars iam anteà contrà defectum mandati exceperit,ſiuè non. Poſt ſententiam verò definitiuam ratificatio, ſi aduerſa pars prius quam dominus ratificationem ſuam verbis, vel factis declarauit , contrà defectum mandati excipiat, non admittitur,vt dicit *Berlich.d.concl. 14.num.135.* qui *n.138.* dicit per dictam *legem Saxon.* non eſſe correcta *iura ſup.allegata,* poſſe ſcil.dominum ratificare ſententiam latam contra ſe audito eius falſo procuratore,& de *eodem Iure Saxon.c.7.§.vl.* dominus ſententiam ad ſui fauorem latam,antè quam aduerſarius contra geſta à falſo procuratore excipiat, ratam habere poteſt,vt dicit *Berlich.ibid.nu.140.*

71 Mihi vero ſemper placuit opinio illa , quod poſſit ratificari,etiam poſt ſententiam, per generalitatem *tex.d.l. licet ff.de Iudicijs.* cum non adſit differentia inter ratificationem ante ſententiã & poſt ſententiam,vt benè probat *Trentacinq.d. reſol.2.num.2. in fine,* & faciunt rationes poſitæ *ſup.num.59.* Nec facit aliquid ratio illa , quod re non integra non poteſt fieri ratificatio , & poſt ius parti quæſitum,nam hoc intelligitur quando pars oppoſuit de falſitate , vt dicemus *num.74.* Et circa ea quæ dicuntur de malitia partis,nihil etiam faciunt,nam cautus debet eſſe aduerſarius & opponere hanc exceptionem.

72 Sine difficultate minor ſententiam pro ſe latam ratificare poteſt *gl.in d.l. ſi tutor* verb. *non potuit C.in quibus cauſ.in integr.reſtit. Bar.ibid. num.3. Bal.ibid. num.2. Felin. in d.cap.cauſam de iudic.num.6.in fine Guid. Papa dec.320. nu.4. verſ. ſed an tutor.* licet contrà teneat *Gaill. lib.1. obſ.47.num.4.Auſt.ad Cappell.Tholoſ.dec.102.* extendens ad Eccleſiam,& fiſcum *Nig.de execut. rei iudic.cap.6.§.6.n.27.*

73 Et conſtitutio procuratoris facta ad cauſam iam motam,operatur ratificationem eorum , quæ geſta ſunt per eundem procuratorem antè quam mandatum ſuſciperet *Menchaca.vſufreq.c.15.nu. 9.Menoch.conſ.100. num.41.42. Gratian.diſcept. 216.num.40.* vbi *num.41.* intelligit habita ſcientia eorum,quæ geſta ſunt. *Gal.de procurat. p.3.c. 3.num.45.& ſeq.* poſt alios *Peſ.de munet. obſ.55. num.144.Rota* poſt *eundem Poſtium dec.79. n.18.*

74 Sed nullo modo poteſt fieri ratificatio geſtorum per falſum procuratorem,vel minus idoneus

Digitized by Google

ſi ante ratificationem ſit oppoſitum de nullitate
actorum factorum, nam tali caſu eſt ius quæſitum
ipſi parti, & ſic acta medio tempore fabricata
ſunt nulla, & per ratificationem reconualeſcere
non poſſunt in præiudicium Iuris tertio quæſiti
Coſta de retrotract. c. 8. nu. 11. Gratian. diſcept. 957.
num. 18. Trentacinq. d. reſol. 2. de proc. nu. 15. Cra-
uetta conſ. 108. num. 1. circa finem Rot. dec. 1. de
proc. in antiq. Caſſador. dec. 40. num. 2. ſuper regul.
Cancell. Pur. dec. 383. in fin. lib. 2. Coccin. dec. 255.
num. 3. 4. Pareia de inſtr. edit. tit. 5. reſol. 10. nu. 80.
Queſad. contr. 45. Nig. de execut. rei iudic. cap. 6. §.
6. num. 14. Themud. dec. 6. num. 7. diximus q. 2. *in*
fine vbi limitauimus cum *Olea de ceſſ. Iurium.*

75 Et licet *Vant. hic nu. 118.* quem ſequitur *Ro-*
drig. de modo vid. Proceſſ. cap. 3. num. 39. dicat ex
communi ſtylo, & praxi eſſe receptum, acta pro-
ceſſus valida eſſe, dummodo mandatum in iudi-
cio producatur, etiam poſt concluſum in cauſa,
dummodo tamen id fiat ante ſententiam, tamen
eorum dicta ſunt intelligenda procedere, niſi ex-
ceptio inhabilitatis, aut defectus mandati ab ad-
uerſa parte fuerit oppoſita *Pareia vbi ſup. nu. 81.*
Sic etiam, vt ratihabitio locum habeat eſt ne-
76 ceſſe, vt actus ſit factus nomine domini, alias nõ
poſſet operari *l. mater tua C. de rei vendic. c. ratum*
de reg. iuris in 6. Hermoſill. gl. 1. l. 43. tit. 5. num. 2.
& ead. gl. l. 54. tit. 5. num. 3. Marants reſp. 69. num.
9. tom. 4. Queſad. controuerſ. 45. num. 4. Tuſc. lit. R.
concluſ. 10. Trentacinq. var. tit. de proc. reſol. 9. num.
10. Barboſ. d. axiomat. Iur. 197. num. 18. vbi limi-
tat in præiudicium ratum habentis *Vat. axiom.*
ratum. num. 38.

77 Et quia ratio, quare, acta facta per procurato-
rem falſum, ſi ratificentur per dominum ante ſen-
tentiã, valeant ac ſi ab initio eſſent facta per ve-
rum procuratorem ſecundum diſpoſitionem *tex.*
in d. l. licet ff. de iudic. eſt quia dum collitigans vi-
det procuratorem illum in iudicio eſſe ſine man-
dato domini, videtur illius perſonam approba-
re, & ſic nil mirum ſi ratificans dominus conua-
lidet illa acta facta ſuo nomine, & ſibi debet im-
putari cur non oppoſuerit de exhibitione man-
dati. Ideo quia hoc non poteſt verificari in iudi-
cio moto per falſum procuratorem contra abſen-
tem, accuſata contra illum contumacia, quia ab-
ſens non poteſt conſentire, nec poteſt petere ex-
hibitionem mandati, ideo concluſio hæc non
poteſt adaptari huic caſui, & ſic iudicium à falſo
procuratore inſtitutum, non poteſt ratum haberi
ad conſtituendum aduerſarium in contumacia, &
dolo, vt benè dicit *Ant. Fab. in C. tit. 20. defin. 2.*
lib. 5. his verbis: *Inde fit, vt ſi falſus procurator pro*
te contra me iudicio ad fuerit, ego verò ab fuerim,
ne poſſit pro te ferri ſententia auctore in falſi procura-
toris factum ratum habueris, ſiue ante, ſiue poſt ſente-
tiam, ſi non in tempore ratihabitionis ſentio ex inte-
gro ſiam contumax. Et hæc fuit ratio deciſionis
Regiæ Audientiæ Sardoæ anno 1650. relatæ per
Queſad. contr. 45. per quam fuit deciſum, contu-
maciam incuſatam per falſum procuratorem,
non potuiſſe ratificari per principalem, cuius no-
mine incuſata fuit. *Nig. de execut. rei iudic. c. 6. §.*
6. num. 12. Trentacinq. d. reſol. 2. num. 10.
Nec habet locum poſita per nos concluſio, vl-
78 trà caſus *ſup.* hic poſitos, in ſequentibus caſibus.
Primò in caſibus quibus requiritur ſpeciale mã-
datum *Trentacinq. var. titulo procurat. reſol. 2. nu.*
4. quamuis contrà teneat *reſol. 9. nu. 2.*
2. In caſibus, in quibus iuſſus domini, vel con-
79 ſenſus requiritur certo tempore, ea ratione quia
ratificatio non æquiparatur mandato hoc caſu,
& ſic nihil operatur *Trentacinq. ibid. num. 5. &*
reſol. 9. num. 15. licet contrarium dicat *Barboſ.*
axiomat. 197. n. 17. quem citauimus *ſup. n. 59.*
80 3. Non procedit in conſiſtorio Principis
DD. citati per *Trentacinq. d. reſol. 2. num. 7.* licet
ipſe contrarium dicat per generalitatem *tex. in*
cit. l. licet ff. de iudic. & reſol. 12. in fine.
81 4. Vbi procurator fuiſſet reuocatus, & nihilo-
minus continuaſſet, nam tunc geſta per ipſum
non poſſunt ratificari *gl. in l. diſpenſatorem ff. de*
ſolut. & c. ex parte in fine de iudic. Inſ. in l. licet C.
de procurat. Spec. tit. de defenſ. §. 1. verſ. *Sed pone.*
Contrà tenet *Bar. in l. pomponius n. 11. ff. de negot.*
geſtis per *tex. in l. quo enim §. 1. ff. rem ratam hab. c.*
licet is de proc. in 6. quæ iura hoc non dicunt. Me-
lior opinio eſt diſtinguere cum *Bal. in l. falſus C.*
de furtis. Aut dominus reuocauit mandatum
ratione actus, & tunc non poteſt ratificare actum
quem ſemel impugnauit, Aut ratione perſonæ, &
tunc actuũ, & ſententiam in eius fauorem rati-
ficare poteſt. Aut dubitatur an mandatum reuo-
cauerit ratione actus, ſeu perſonæ, & tunc in du-
bio poteſt ratificare, quia non plus operatur re-
uocatio, niſi quia mandatum de medio tollit, ſed
ſi nunquam habuiſſet mandatum, poſſet ratificari,
ergo, & tunc poterit *Trentacinq. d. reſol. 2. n. 8.*
82 5. Vt non poſſit ratificari in præiudicium ter-
tij, ità vt in illius præiudicium retrotrahatur *l. ſi*
quis offerenti §. fin. l. cum decem §. 1. ff. de ſolut.
Trentacinq. n. 9. qui dicit hoc procedere ſi tertio
eſt ius quæſitum facto, vel negligentia ratificantis
l. fin. ff. rem ratam hab. et reſol. 9. n. 5.
83 6. Vbi Iudex pronunciat procuratorem non
habere mandatum, ea ratione quia ratificatio do-
mini poſt ſententiam non poteſt retrotrahi in
præiudicium iuris iam quæſiti parti aduerſæ
ex ſententia iudicis *l. talis ſcriptione ff. de leg. 1. l.*
fin. ff. rem rat. hab. Trentacinq. d. reſol. 2. n. 11.
84 7. Vbi procurator eſt admiſſus cum cautione
de rato, iuncta proteſtatione, quod ſi apparuerit
eum non habere mandatum, omnia habeantur
pro infectis *Bar.* per illum *tex. in l. inter quos*
§. ſi alieno in fine ff. de damn. infecto Veron. caut.
30. Roman. ſing. 679. Trentacinq. vbi ſup. num.
12. vbi hoc intelligit ſi procurator cauerit de
rato, aliàs ſecus.
85 8. Vt non poſſint ratificari geſta per falſum
nuncium. *Trentacin. ibid. nu. 13.*
86 9. Quando falſus procurator non potuit eſſe
procurator, ea ratione, quia ratificatio non po-
teſt ſupplere circa defectus ſubſtantiales. *Tren-*
tacinq. n. 14.
87 10. Quando mora domino imputari poteſt
circa ratihabitionem *Trentacinq. ibid. nu. 16.*
88 11. Quando officialis in ingreſſu ſui officij in-
ter alia edicta ederet hoc, vt nemo abſque man-
dato pro aliquo in iudicio compareat, aut litiget
nam tunc proceſſus dicitur nullus, & ratificari
non

Digitized by Google

non poteſt *Bal.in l. ſi uxorem C. de condit. inſert. Roman.ſing.679.Arnone ſolilog.39.*

69 12. Quando actus ille factus à procuratore poruerit fieri à Principali,aliàs ſecus *Trentacinq. reſol.6.num.6.*

S V M M A R I V M.

1 *Qui ignorat fuiſſe conſtitutum procuratorem, non poteſt exercere munus procuratoris, & à num.2. ad num.9.*

10 *Nullum mandatum,vel non rite, & rectè conſtitutum idem eſt.*

11 *Quis non poſſit conſtituere procuratorem? & num. 12.13.*

14 *An & quando prelatus,& Capitulum poſſit conſtituere procuratorem? & num.15.16,17.18,19, 20,21.*

22 *An & quando Priores,Antiani,& conſiliarij Ciuitatum, & Caſtrorum poſſint conſtituere procuratores?& nu.23.*

24 *An tutores,& Curatores?*

25 *An quis poſſit ante litis conteſtationem ſubſtituere? & n.26.27.& à n.28.ad n.42.*

An quis poſſit ſe gerere procuratorem antè quam recipiat mandatum? quid ſi mandatum ſit inualidum? quando ſit inualidum mandatum ex defectu conſtituentis?

QVÆSTIO XXX.

PRincipaliter quod alieno nomine comparens non fuerit talis oſtendi poteſt, Si conſtare poterit, quod ipſe comparens,
1 tempore comparitionis,ſe fuiſſe procuratorem conſtitutum,ac poteſtatem ſuam ignoraſſet, putà quod non dum recepiſſet inſtrumentum procuræ,nec de ipſo habuiſſet certam notitiam, nam tali caſu mandatum (quod oritur ex conſenſu vtriuſque *l.1.conſenſu*, & ibi *per gl.& DD. ff. de verb.oblig.* (non contrahitur,quia in ignorante non cadit conſenſus *l mater. ff. de inoffic.teſtam.l. qui cum tutoribus in princ.ff.de tranſact, Alex.conſ. 146.col.3.lib.5.Gratian.diſcept.877.num.15.Muſcatell.in praxi S.C.p.3.gl.comparentis num.42. & ſeqq.* quamuis contra dicat *p.2.gl.veniens nu.33.*
2 Vndè quoties abſens conſtituitur procurator, certificandus eſt de conſtitutione huiuſmodi per mandatum publicum,ſeu nuncium,vel epiſtolam, quibus veriſimiliter credere poſſet, & non per extraneam perſonam, ſeu aliàs minus legitimè, quià tunc ex parte conſtituti, neque obligatio, neque mandatum aliquod orietur, ex quo non poſſet dici certus de poteſtate ſua, Igitur antè veram notitiam mandati geſta à procuratore non valebunt, cum non acquiratur poteſtas, & exercitium mandati, niſi à die receptionis illius *gl.in clem.1. ver. receptis de procur.cap.is qui* vbi *DD. ſuper* verb. *ſuſcepium c. licet* vbi *gl.in* verb. *ſuſcipere eodem tit. in 6.l.quæro ff.de ea qui pro tut. Lap.alleg.81.Bar.conſ.73.*vbi reprobat *Dyn.*aliter tenentem *Boer.dec.274.*poſt alios *Vant.hic num. 115.Gratian.diſcep.877. num.15. & diſcep.639. num.11.Golin.de procur.p.2.c.3.num.10. Foller.ad Maranta in ſpec.in 2.membro iudic.num.25. Barboſ in cap.is qui de proc. in 6. num.3. Trentacinq. var tit.de proc.reſol.12.n.3,*verſ.*de Iure* qui affert *DD.*pro contraria opinione.

3 Quod adò verum eſt, quod antè quam procurator acceptet, non eſt neceſſe ad validitatem proceſſus eum citare, ſed procedi poteſt contrà principalem per edictum,ſeu in Romana Curia, per audientiam contradictarum, vt dicit *Ægid. concluſ.681.& 575.in fine.*Et apud nos in contumaciam,vt quotidie videmus practicari *Vant.hic num.115.& 116 Muſcatell.d. p. 3.gl. comparentis num.45.* Cum procurator officium procuratoris habere non dicatur antèquam perficiatur contractus mandati,ſcil.antè præſentationem *Cera. conſ.73.nu.9. vol.3. Manent.dec.Mant.22.n.24.* vbi quod procurator non dicitur facere actum procuratorio nomine, ſi adhuc mandatum non recepit,nec de eo notitiam habuit *Alex.conſ.58. n.2.lib.1.Ruin.conſ.123.n.6,vol.4.*

4 Benè tamen notitia talis mandati, & ſcientia contentorum in illo poteſt probari ex præſumptionibus, vt dicit *Bar.in d. conſ.73.lib.1.Alex. conſ.146.num.34.lib.5. Gratian.d. diſcept.877.n. 14.& diſcept.639.n.12.*

5 De ſtylo Palatij Romani,actus geſti per procuratorem,antè quam recipiat mandatum,valet, & ſatis eſt, quod illud antè ſententiam recipiat, & producatur,vt ſeruat *Rota. vt in deciſ.145. in fin.in addit.in nou. & deciſ.284.in antiqu. Felin. in cap.ſciſcitatus col. 8. de reſcript. Boer. dec.274.* refert *Trentacinq.var.tit.de proc. reſol.12. num.3. verſ.prima.*

Vel eſt intelligenda dicta *deciſio* 284. pro vt loquitur,videlic.quando exactis non apparet de
6 mandato comparentis,licet in veritate ſit procurator, putà quod conſtitutus poſt receptionem mandati,illud aut penes ſe retinuiſſet,vel in alia cauſa,cum illud eſſet generale, produxiſſet, nam illo caſu acta valebunt, idem tenet *Spec. in d. §. ratione igitur ſui.* verſ.*ſed quid ſi recept. Alex.conſ. 78.col.2.Lap.d.alleg.81.col.1.* Vbi videtur tenere indiſtinctè,actum non valere quando opponitur de mandato, & procurator non curat illud exhibere,& penes acta producere:ſecus forſan ſi pars in tempore non opponeret. Nam mandatum par-
7 te non opponente, vel Iudice illud non requirēte poteſt quandocumque produci, licet *Alex. conſ.101. col.fin. vol.5.* videatur velle poſt concluſionem in cauſa produci non poſſe,de quo per *DD.in c.is qui de proc.in 6.*contrarium ſentit idē *Alex.conſ.146.in fin. d. lib.5. & d.conſ.78.vol.5. eodem lib.5.*diximus latè *ſup.q...* Sed eſt verum,
8 quod ſi procurator non produceret mandatum apud acta,ſi interim contrà principalem tanquā contumacem per audientiam procedatur,licet ex poſt facto idem procurator exhibeat mandatum; proceſſus antea per audientiam factus,valeret, & teneret: ex quo idem eſt non eſſe, vel non apparere,& imputatur procuratori non producenti,

Digitized by Google

vt ponit *deciſ. Rot. 179. in nou. Ægid. 681. Lap. d. alleg. 81. in princ.*

9 Et dicta concluſio, quod geſta per eum qui nõ receperat mandatum, non teneant, limitatur dũmodo mandatum ſuperueniens non habeat in ſe clauſulam *rati*, quæ communiter hodie ſolet apponi. Nam tunc vigore talis clauſulæ, geſta per ſimilem procuratorem ante mandati receptionẽ in viſu ratihabitionis, quæ à voluntate conſtituentis pendet, & retrotrahitur, valerent, & ſuſtinerentur, pro vt videtur ſentire *Rota dec. 486. in antiqu. Mil. in repert. verb. procurator Alex. conſ. 146. lib. 1.* vbi etiam limitando dictam communem opinionem intelligit eam procedere parte requirente mandatum, & aliàs opponenteq; parte autem non opponente dicit, quod acta valerent, prout etiam tenet *Bal. in l. 1. C. de proc. Lap. alleg. 81. Trentacinq. var. d. reſol. 12. num. 7.* vbi *num. 9.* reprobat limitationẽ *Alex. d. conſ. 146. n. 33. verſ. præterea lib. 5. Tuſc. lit. C. concl. 364. n. 28. Barboſ. clauſ. 104. num. 9.* Nec procedit in beneficialibus *Curt. iun. conſ. 63. num. 11. Grauiat. ad Veſtr. in praxi c. 5. num. 29. lib. 4.*

10 Oſtendi poteſt principaliter quod is, qui comparuit, non erat effectualiter talis, ſi demonſtrabitur mandatum eiuſdem, aliqua ratione inualidum. Nam tunc erit perindè, ac ſi nullum habuiſſet, cum paria ſint aliquid non eſſe, vel eſſe, ſed nulliter, & minus canonicum *l. 2. ff. de auth. tutor. l. de ætate §. quod ait ff. de interrog. l. quoties ff. qui ſatiſd. cog. l. 1. §. & quidem ff. quod cuiuſque vniu. Andr. de Iſern. in cap. 1. §. præterea, quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. in vſib. feud. Tiraq. ad leg. connubial. gl. 1. p. 6. à nu. 12. Ginrb. ad conſuet. Meſſan. c. 8. gl. 7. nu. 4.* poſt mille *Vax in axiomat. Iur. lit. N. num. 60. & ſeq.* Et ſic quoties eſt proceſſum cum tali alieno nomine comparente, cuius poteſtas, & conſtitutio fuerit inualida, nunquam cenſetur eiuſdem perſona legitimata, quo minus ex defectu poteſtatis comparentis proceſſus, & ſententia impugnari poſſint, vt probatur *in l. 2. C. de eo qui pro tut. l. qui neque C. qui dari tutor. poſſ. l. non dubium C. de tutor. qui ſatiſd. non tenent. Bal. in dicta col. 1. C. eodem tit. & in l. falſus in 1. vol. C. de furtis Canoniſt. in c. ex parte de reſcript. Gutier. de tutel. p. 2. c. 19. num. 8.* Et exceptio nulliter, vel inutiliter dati tutoris in quacumque parte litis poteſt opponi *Montan. c. 32. reg. 9. n. 35.* Prout eſt exceptio falſi procuratoris, quæ etiam poſt litem conteſtatam opponi poteſt, vt millies diximus *ſup.* addimus *Zanger. de except. p. 2. cap. 8. nu. 26. Carpzou. de proceſſ. tit. 5. art. 1. n. 55.*

11 Quod mandatum fuerit, vel ſit nullum, & ineſficax, poteſt contingere ratione conſtituentis, aut conſtituti, vel formę ipſius conſtitutionis. Ratione Conſtituentis eſt ſi ipſe fuerit talis, cui nulla, vel ſaltem illius rei, in qua conſtituit, competat legitima adminiſtratio, prout ſunt hi, quos diximus ratione incapacitatis, & imbecillitatis intellectus, vel ratione ſubiectionis, à iudicio prohiberi. Nam ſicut tales per ſe ipſos ſimilia gerere non poſſunt, neque quo ad illorum præiudicium poterunt alteri, vt gerant, ex ſe ipſis, committere. Vnde ſi aliquis ex prænominatis abſque interuentu Iudicis competentis, aut Authoritate illorum, quorum auxilio reguntur, puta tutorum, ſeu curatorum, conſtitueret procuratorem, Conſtitutio (quatenus præiudicium conſtituentis reſpiceret) diximus *ſup.* ex *l. non eo minus C. de procurat.* addimus *Rodrig. de proceſſ. cap. 1. nu. 12.* non valeret, vt probatur *in l. neque §. pupillus, & d. l. non eo minus C. de procur. & l. ſi procuratorem habens, in fin. C. ſi aduerſ. rem iud. c. ſi annum de iudic. in 6. Spec. tit. de procur. §. ratione,* verſ. *item quod conſtituens erat minor.* Aliàs, ſi tanquàm legi-
12 tima perſona aliquo caſu per ſe in iudicio ſtare poſſet etiam procuratorem poſſet conſtituere, cum vſus procuratorum adhoc ſit inuentus *l. 1. §. vſus ff. de proc. l. planè ff. famil. erciſc. l. 4. §. 1. ff. rem ratam hab. Innoc. in c. intelleximus de iudic. & cap. cum I. & A. de re iudic. Felin. in c. poſt ceſſionem col. pen. de probat.*

13 Et ſic ſiuè ille qui conſtituit, pupillus, minor furioſus, mente captus, prodigus, mutus, ſurdus, filius fam. vel religioſus fuerit; Siue aliàs talis quod aliqua ratione vel cauſa adminiſtrationem illius rei, cuius ratione conſtituit reſpectu dominij, vel quaſi, aut ſaltem adminiſtrationis, ſibi inſolidum à lege, vel ab homine datã, nũ habuerit, cum nemo det alteri poteſtatem, quam ipſe non habet *l. quod traditur ff. de acquir. rer. domin. l. obſeruare §. proficiſci ff. de offic. proconſul.*

14 Sic etiam Prælati Eccleſiarum, quibus ad illorum vtilitatem, rerum ac bonorum ſuarum eccleſiarum competit adminiſtratio, ratione huiuſmodi adminiſtrationis, ſiuè bona cum capitulis, ſeu Canonicis earundem eccleſiarum ſint cõmunia, ſiue non, dummodo non ſint diuiſa, & diſcreta, poſſunt ipſi ſoli, abſque conſenſu Capituli agere, & defendere, ac procuratores conſtituere, vt concludunt communiter ſcribentes *in c. edoceri de reſcript.* vbi *Barboſ. & cap. cum deputati de Iudic. Lap. alleg. 49.* legiſtæ *in l. neque C. de proc. Spec. eodem tit. §. ratione rei* verſ. *nunquid Canonicus Rot. apud Ægid. concluſ. 592. Rot. dec. 466. in nou. Alex. conſ. 186. col. 3. vol. 2. Franc. Turzan. commun. opin. 7. fol. mihi 3. & à terg. & 4. Golin. de procur. p. 2. cap. 5. n. 109.*

15 Limitatur tamen dicta concluſio quando Prælatus vellet conſtituere procuratorem generalẽ, vel ad omnia negotia tam in iudicio, quam extrà. *Turzan. vbi ſup.* Vel quando negotia eſſent
16 grauia, nam tunc conſenſus Capituli etiam requiritur, poſt alios *Rendin. in promptuari. recept. ſentent. tom. 1. tit. 38. num. 21. Lap. allegat 48.* Si verò inter Epiſcopum, & Capitulum in cauſa Iu-
17 riſdictionis lis exiſtat ſolus Decanus poteſt conſtituere procuratorem *Achill. de graſſ. dec. 8. de procur. Marta in ff. nouiſſ. p. 1. tit. procurat. c. 2.*

Sed hic eſt notandum, quod quando Capitulum conſtituit procuratorem, non eſt neceſſe exprimi nomina omnium Canonicorum, vt probat *Henric. Bouer. ſing. 26. verſ. procurator n. 37.* quidquid aliter ſenſerit *Rot. Rom dec. 9. de procur. in*
18 *antiq.* relata per *Mart. in ff. nouiſſ. p. 1. tit. procurator cap. 60.* de hac re dicemus latius *infra.* Imò ſatis eſt ſi ſigillum Capituli apponatur, ad hoc
19 vt procurator conſtitutus cenſeatur à Capitulo *Achill. de graſſ. dec. 36. de procur. in antiq.* relata per *Mart. vbi ſup. c. 2. & 3.* & ſigillum Capituli appen-

Digitized by Google

20 penſum procuratorio ipſius Capituli plenè probat *Gutrad.conſ.100. circa finem Tuſc. tom.7. concluſ.258. num.1.Hoping.de Iure ſigillor.cap.4. nu.53.* Eſt notandum præterea quod mandatum à
21 Capitulo,ſeu Collegio abſentibus duobus valet licet non appareat, illos abſentes fuiſſe vocatos *Card.Creſcent.dec.Rot. Rom. 6.* aliàs 117. *num.3. Golin.d.p.2.c.5 nu.110.*

22 Aliud eſt in Prioribus,ſeu Antianis, & Conſiliarijs Ciuitatum,& Caſtrorum,nam ipſi ſoli,& ex eorum officio pro rebus Vniuerſitatis ad Iudicia procuratores, ſeu ſindicos conſtituere non poſſunt, ex quo ipſi de iure liberam adminiſtrationem non habent,vt per *Cyn.Bal. & Salyc.in l.1.C.etiam per procur.in integr.reſtit.per Bal. in l.illud §.1.ff.de minor.& in l. item Magiſtri ff. de pactis per gl.& DD.in l.nec Ciuitatis ff. de procur. & in l.item eorum §.decuriones ff. quod cuiuſque vniuerſit* Nam iſti Priores,ſeu Magiſtratus ſoli,non
23 poſſunt communitatem, ſeu eiuſdem bona obligare, vt voluit *gl in d.l. item magiſtri Alex.conſ.135.num.1.lib.7.& conſ.17.in princ.lib.6.Trentacinq.var.tit.de procurat. reſol.1.num.12.* vbi limitat in aliquibus caſibus,quo ad contractus.

24 Tutores,vel Curatores non poſſunt conſtituere procuratores,ſi non adimpleuerint adimplenda, puta niſi cauerint rem pupilli ſaluam fore quando non eſt teſtamentarius,vel ex inquiſitione datus,ex quo adminiſtratio rerum pupilli adhuc illis non competit, non poſſunt per ſe, neq; per procuratorem, aut actorem in cauſis pupilli comparere,& ſi ſecus fieret; proceſſus eſſet inualidus,vt probatur *in l.ſi tutor C. in quibus cauſ.in integr.reſtit. & l.3.in fin.C.de tutor. & curat.qui non ſatiſd.l.muto §.muto & §.hanc autem.ff. de tutel. l'ant.hic num.128.Berlich.lib.1.concluſ. 16. n.10.Guttier.de tut.p.2.cap.1.num.58.Herring.de fideiuſſ.cap.5.num.216,Brunnem.ſuper d.l.3.C.de tutor.& curat. qui non ſatiſd.* diximus etiam *ſup.* & *Brunnem. in fine* limitat ſi tutor ante adimplenda aliquid faciat pro pupillo,dum periculum eſt in mora.

25 Itaque defectu, & impotentia Conſtituentis mandatum nullius momenti reputabitur, & perinde erit,ac ſi talis illud non haberet. Ideircò contumacia perſona,quæ comparuit,ſi antequam per litis conteſtationem fieret dominus iuſtantiæ, vellet alterum in cauſa huiuſmodi facere procuratorem, cum non ſit dominus, vel quaſi, neque competat ipſi aliqua adminiſtratio, ſed quodam ſpeciali iure pro abſente comparere à lege ſibi permittatur,hoc facere non poterit, vt tenet *DD.in c.quod qui* vbi *Iaſ.col.2.* verſ.*7.fallit C.de procur.per tex.in l.3. §.1.ff. rem rat. hab. Rot.dec.677.l ant.hic num.129.Roman.conſ.241. Gol de procur.p.3.cap.2.num.23.& p.1.c.1.nu.27.* diximus *q. anteced.nu.99.*

26 Quæ concluſio limitatur in patre circa bona, aduententia filij, in quibus habet vſumfructum, nam in illis poteſt ante litem conteſtatam procuratorem ſubſtituere. *Bar.& DD.in l.1.C. de bonis matern,Sur.dec 215.num.8.Marta in ff.nouiſſ.p.1. tit procurator cap.9. Paſcal. de vir. patr. poteſt.p.1. c.2.n.28.*& quamuis contradixerit *gl. in d. l.1. verſ.procuratorem*, tamen contrà ipſam eſt communis opinio,de qua per *Tiraqu.in l.ſi unquam in princ.num.29.C.de reuoc.donat.*niſi eam intelligas quando pater eſt tutor, vel Curator filij emancipati. *Tiraq.d.n.29.& in tract. de retract.§.20.gl.1.num.23.*& quod pater poſſit ante litem conteſtatam ſubſtituere,tradit *Caual.q.330.n.3.*

27 Sic etiam Procurator ſimpliciter, & abſque ſubſtituendi poteſtate, datus, anteqnam per litis conteſtationem dominus litis efficiatur, alterum in cauſa non poteſt ſubſtituere, vt probatur *in l. quodqui s C.de procur.l.ſi procuratorem §.1.ff. mandati.l.ab executore.§. fin.* & ibi *DD. de appell.* facit *gl.ordinaria in l.cum eſſent ff.de ſeruit.ruſt.præd. tex.in cap.1.de proc.in 6.Roman.conſ.241. nu.10. Golin.de procur.p.3.cap.2.num.23.p.3.c.4. nu.38.* Ea ratione quia ſolum lite conteſtata cenſetur quaſi contractus celebratus inter partes *l.3. §.idẽ ſcribit ff. de peculio*, & ſic procurator ex dicto quaſi contractu efficiter dominus litis ex *l. neq; & l.nulla C. de proc.* & ſic quaſi in cauſa propria conſtituit procuratorem *Carp. de execut. teſtam. lib.1.cap.20.num.19.& ſeq. Borrell. in ſumma deciſ.tit.de procurat.num.31.Berlich.dec.274 Petr.de Gregor.ſyntagm.iuris vniuerſ.lib.49. cap.4. num.6. Gaill.lib 1.obſ.74.num.11.Treutler.diſp.ſelect. p.1. diſp.9.theſ.3.*

28 Quod eſt in omnibus alijs talia faciendi poteſtatem à iure, vel ab homine non habentibus, vt eſt etiam in tutore,cum ante litis conteſtationem non ſit verus Dominus, Ideò debet conſtituere actorem *l.neque tutores C.de procur.Mattheſ. ſing.190.num.1.Bendell. de Iure protbomiſ. §. licet num.7.Gratian.diſcept cap 644.nu 20. lib.4. Maranta in ſpec.p.4.diſt.16.num 54.Montan. de tutel. cap.31.eff.1.num.22.& ſeqq. Fragg.de tutor. q.15. num.44. & ſeqq. Creſpi obſ.108. num.13. Berlich. lib.1.concluſ.16.num.9.*quo caſu debet interuenire decretum Iudicis *§.fin.Inſtit. de Curat. Alex. conſ.86.vol.6.Cappell.Tholoſ.dec.45. Afflict. ad Aff.dec.262.num.6.Aret.conſ.29. vol.1. Montan.d. eff.1.c.31.num.22.& ſeqq.Berlich ibid. num.10.* vbi dicit hodie in praxi non ſeruari decretum iudicis,aliàs ſi huiuſmodi actor non fuerit conſtitutus cum decreto,& authoritate Iudicis, non valet conſtitutio actoris, & vitiatur proceſſus *gl.& Bar.in d.l.neq; & gl.in l.ſi actor C. de appell, Maranta in l.ſi actor num.3.ff.de proc.Creſcent.dec. 8.de re iudic.Ludouiſ.dec.373.* vbi deciſum refert per Rotam Rom.*Berlich.lib.1.concluſ.16. num.9.*

29 Talis actor poteſt litem proſequi,etiam mortuo tutore *Cap.Tholoſ.dec.43.*

30 Et Tutor non poteſt creare actorem, niſi ob imminentes cauſas, putà infirmitatis, dignitatis vel abſentiæ,& ſuo periculo conſtituitur à tutore actor *l.1.C.de act.tut.vel Cur.Beniuten. dec.Lonon.80.num.4.Gaill.lib.2.obſ.107.num.6.Mſing. cent.2.obſ.38.Carpz.de proceſſ.tit.5.art.5. num.26. Berlich.p.1.concluſ.16.n.8.*

31 Et antè litem conteſtatam debet ipſe tutor facere petere ab ipſo minore maiore tamen ſeptennio,actorem,& ipſe auctoretur ei præſenti *d. l.neque tutores Afflict. dec.262. num.4. cum ſeqq. Mſing. obſ.38.cent.2.Mandoſ. in tract. de ætate minor.q.9.num.2.Beron. conſ.23.nu.7. vol.3.Montalu. in l.ſeri,9. el neme de edad. lib.1. tit.10.* Sed

Digitized by Google

32 ſi eſt infans pupillus, Iudex ex officio dabit Curatorem ad lites, vt dicit *Vrſill. ad Afſl. d. dec. 262. nu. 5.* diximus *q. 2.*

33 Poſt tamen litem conteſtatam poteſt procuratorem conſtituere, quia tunc eſt dominus *l. nec ciuitatis 74. ff. de procurat. Treutler. diſput. ſelect. p. 1. diſp. 14. theſ. 2. Angel. in l. 2. ff. de procur.* ſequitur *Ant. Piagg. de tutor. & Curat. q. 15. num. 44. Carp. de execut. lib. 1. c. 20. num. 19. &* 20. quod non eſt de

34 Iure Saxonico, quo iure, nec poſt litem conteſtatam poteſt ſubſtituere *Carpz. proceſſ. tit. 5. art. 5. n. 4.* Sic nec etiam, ille qui ab habente poteſtatem ſubſtituendi, ſubſtitutus eſt, alium ſubſtituere poteſt *Carpz. d. tit. 5. num. 13. & ſeqq.* niſi facultas per mãdatum primũ data ſit, & ſolus tutor poteſt

35 talem procuratorem conſtitutum reuocare *Piag. d. q. 15. num. 50;* poſt *Alex. in d. l. neque tutores nu. 10.* vbi *Iaſ. num. 4. Goliu. de procur. p. 3. c. 4. nu. 35. & p. 2. c. 2. num. 30.*

36 De Iure Cathalano per *forum 13. de procurat* eſt correctum *ius* commune, & ſic tutor poteſt conſtituere procuratorem tam poſt litem conteſtatam, quem ante lites motas. *Creſpi obſ. 108. num. 13.*

37 Et poſt litem conteſtatam tutor non poteſt conſtituere procuratorem ad petendum interponi decretum ſuper alienatione rei pupilli facienda *Iaſ. in l. 2. num. 12. ver. adde* vbi etiam *Roman. & Socc. ff. de offic. eius Grammat. conſ. 137. num. 16. Roman. ſing. 427.* vbi *addit. Grattan.* poſt alios *diſcept. 644. in princ. & num. 2. &* 7. vbi etiam ponit rationem differentiæ, cur ipſe tutor poſſit petere interponi decretum, non autem poſſit conſtituere procuratorem ad id petendum, & dicit eſſe, quia requiritur cauſæ cognitio per *tex. in l. magis puto §. non paſſim ff. de reb. eorum cum concord.* Nam ſi procuratoré conſtituerit tutor, tunc ipſe authoritaret vendentem, & illa conſtitutio aliud nil eſſet, quam actui per procuratorem conſentire, in quo de facili poſſet occurrere deceptio; & ſic quod ipſe tutor debeat cognoſcere, non procurator, cuius fides non videtur electa, ſed tutoris. *Socc. in l. 1. §. item acquirimus num. 19. ff. de acquir. poſſeſſ. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des droictz, & appartenances §. 1. in tex. ibi, & authoritate num. 3.* per *tex. in l. minorum C. de præd. minor. Simonell. de decretis lib. 1. tit. 1. inſpect. 3. num. 80. Mancus dec. Mant. 64. num. 1. &* 2. vbi dicit, tutoris induſtriã cenſeri electam, & ideo non poſſe alteri vices ſuas demandare, niſi negotium agendum prius fuiſſet diſcuſſum coram Iudice, quia tunc poteſt, vt *num. 18.*

38 Extrà iudicia tutor indiſtinctè poteſt conſtituere procuratorem, præterquam in caſu ſpeciali, de quo *in l. minorum 6. C. de præd. minor.* Cum requiratur cauſa cognitio *l. ita demum §. ita geſſiſſe ff. de adminiſtr. tutor. l. ſi procuratorem ff. mandat. Gratian. diſcept. 644. num. 22. Goliu. de procur. p. 2. cap. 1. num. 8. & p. 2. c. 2. num. 34.* licet tutori incũ-

39 bat conſtituere procuratorem ad lites, vt probat *R. Galeot. cont. 60. n. 7. lib. 1.*

40 Id quod diximus, quod tutor non poſſit conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam pro pupillo, eſt intelligendum quando tutor ageret, vel conueniretur pro actionibus, ac bonis hæreditarijs, Secus verò in actionibus, bonis, & iuribus per tutorem, ſeu Curatorem pupillo quæſitis: quia illorum occaſione poteſt etiam antè litem conteſtatam procuratorem, abſque ſollemnitate, conſtituere. *Bar. in l. 2. in princ. verſ. vlterius quæro ff. de Curat. bonis dando. Golin. d. p. 2. c. 2. num. 34.* Et eſt intelligendum de tutore, non

41 autem de patre tutore legitimo *Bar. in d. l. neque tutores num. 3. C. de procurat.* ibique *Barboſ. nu. 8. Paſcal. de virib. patr. poteſt. p. 1. cap. 2. num. 28.* quamuis contrà dicat *Cauall. q. 330. num. 1. & 2.* diximus *ſup. hic num. 26.*

42 Sic etiam executor vltimæ voluntatis, ad inſtar tutoris, vel Curatoris, non poteſt conſtituere procuratorem antè litem conteſtatam. *Specul. tit. de inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua ver. ſed nunquid ante, Bouer. ſing. 26 num. 34. verb. procurator. Golin. d. c. 2. num. 35.* Contrà tamen, & melius tenet, & fundat rationibus apud eum *Carp. de execut. lib. 1. c. 19. nu. 21. & ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Seruus, religioſus, an & quando poſſint eſſe procuratores? & à num. 24. ad nu. 45. à num. 67. ad n. 69.*

2 *An pupillus, & minor? & à n. 3. ad n. 23.*

46 *An, & quando Clerici? & à n. 47. ad n. 66.*

70 *An, & quando mulier? & à n. 71. ad n. 89.*

90 *An mutus, & ſurdus, & cæcus? & n. 91. 92.*

93 *An infamis? & n. 94. 95. 96.*

97 *An potentiores? & qui ſint potentiores? & à n. 98. ad nu. 109.*

111 *Actuarij an poſſint eſſe procuratores.*

112 *Aduocatus fiſci an poſſit eſſe procurator priuatorum, & aduocatus pauperum an poſſit aduocare contra pauperes? & n. 113.*

114 *An & quando officiales poſſint conuenire, & conueniri, & à n. 115. ad n. 117.*

118 *Fiſcus, & Vniuerſitas an poſſit eſſe procurator? & num. 119.*

120 *Syndicus vniuerſitatis an poſſit eſſe procurator priuatorum? & n. 121.*

122 *Redentores litium an poſſint eſſe procuratores?*

123 *Inimicus an poſſit eſſe procurator? & à n. 124. ad num. 126.*

127 *Filius fam. an poſſit eſſe procurator? & à nu. 128. ad num. 133.*

134 *Excommunicatus, an, & quando poſſit eſſe procurator? & nu. 135. ad n. 152.*

153 *Prodigus an poſſit eſſe procurator? an Auarus? & nu. 154.*

155 *Inuitus an poſſit eſſe procurator, & aduocatus? & à n. 156. ad n. 185.*

186 *Curator ad lites an poſſit dari inuitus?*

187 *Inuitus ad ſtatu ſuo an poſſit eſſe procurator? & num. 188.*

189 *Milites an, & quando poſſint eſſe procuratores? & à n. 190. ad n. 196.*

197 *Abſens an poſſit eſſe procurator? & à num. 198. ad num. 202.*

203 *Vſufructuarius an ſit procurator proprietarij? & à n. 204. ad n. 208.*

209 *De Iure noſtro Neap. procurator debet eſſe examinatus, & non inquiſitus, alias. Quid de Iure Hiſpano, & n. 210.*

211

211 *Inquiſitus an poſſit eſſe procurator?*

An, & quando Iudicium ſit nullum ratione conſtituti procurationis, purà, quia ſit minor, religioſus, clericus, mulier, ſeruus, mutus, ſurdus, cæcus, infamis, potentior, redemtor litis, inimicus, fiſcus, Vniuerſitas, excommunicatus, Prodigus, inuitus, incertus de ſtatu ſuo, miles, abſens, vſufructuarius, de crimine accuſatus, & ſimiliter?

QVÆSTIO XXXI.

RAtione conſtituti mandatum ſiue poteſtas data poterit eſſe nullius momenti, ſi taliter conſtitutus fuerit perſona, cum qua iudicium valide
1 fundari non poſſit, pro vt ſunt hi, qui regulariter
nec per ſe, nec pro alijs poſſunt iudicio intereſſe, vt purà ſeruus, vel monachus, & religioſus, qui abſque authoritate Superiorum, regulariter inhabiles reputantur (*clem. ſi religioſus*, & ibi *gl. fin. & Scribentes de proc. c. 2. de poſtul. Io: Andr. in c. in noſtra ſuper gl. vl.* vbi *Abb. col. fin. eodem tit. Idem Io: Andr. in ſpec. §. ratione formæ col. fin.* verſ *vl. eodem tit.* hunc ſequitur *Abb. in c. non iniuſtè ſuper gl. 1. eodem tit. & Dec. conſ. 499. col. 3. lib. 4.* de qua re dixtiocħm dicemus *hic infrà*.
2 Idem dicimus de pupillo, & minore 25. annis, *de Iure communi*, & 18. *Iure regni* Neap. per *conſtit. minorum iura* & prout de Iure communi eſt de Iure Luſitano, & hiſpano, vt dicit *Caldas in l. ſi curatorem. verſ huc contractum num. 39. C. de in integr. reſtit.* qui regularites abſque authoritate tutoris, vel Curatoris non habent legitimam perſonam in iudicio ſtandi, ideircò ab alijs procuratores conſtitui non poterunt; aliàs ſi cum talibus procederetur, proceſſus eſſet ipſo iure nullus & poſſet de huiuſmodi exceptione proceſſum rectò nullum reddente, quandocumque opponi, ſecus eſt in negotijs, in quibus quis poteſt eſſe procurator poſt 16. annum, vel in pupillari ætate, vel illi proxima, vt voluit *Bar. in l. minor ff. de procur.* per *tex. in c. qui generaliter §. fin. de proc. in 6. Rot. dec. 801. in antiqu.* Quæ volt etiam, quod habilitatio iudicis, vel partis conſenſus, nihil operetur *Iaſ.* poſt alios teſtans de communi opinione, in *l. exigendi col. 6. C. de procur. Graff. de except. except. 4. num. 81. Intrigl. ſing. 42. lib. 1. Tepat. tit. de proc. ad limit. c. § 11. Virgil. de legit. perſon cap. 16. nu. 7.* quidquid dicat *Hoſtienſ. & Io: Andr. in cap. non iniuſtè de proc. Narbona de ætate anno 25. q. 34. nu. 7. & anno 17. q. 4. & ann. 25. q. 47. Tiraq. de iure maritit gl. 5. num. 179. Couar. in c. tua num. 4. de teſtam. Gutiter. de iuram. confirm. p. 3. cap. 11. Sanchez de matr. lib. 3. diſp. 41. num. 8. Fur. dec. 155.* aliàs 151. *in correctis lib. 1. Barboſ. in d. c. qui generaliter n. 9. Parixa de inſtr. edit. tit. 5. reſ. l. ro. n. 63. Gotin. de proc. p. 1. cap. 4. num. 16. & ſeqq. & p. 1. cap. 5. n. 57. Beluid. in deliberatis q. 10. Laiman tom. 3. de contract. ſect. 5. tract. 3. cap. 26. num. 7. Barboſ. in l. exigendi n. 11.* vbi concordat, leges *hiſpanas*.
3 Cum inhabilitas iſtorum, & incapacitas quaſi à iure naturæ proueniat, vel ciuili, funditus inhabilitante, & reſiſtente potentiæ, vt diximus de ſeruis, prout declarat *Bal. in rubr. C. qui accuſ. non poſſ. col. 3. Felin.* poſt alios *in cap. ſciſcitatus col. 3. de reſcript.*
4 Quod procedit etiam in cauſa dotis *gl. in auth. quod locum* vbi *Bal. num. 11. C. de collat. Virgil. ibid.* licet ſufficere ætatem annorum 17. completorum dicat *Cuiac. lib. 22. obſ. 16.* quem ſequitur
5 *Trentler diſput. ſelect. p. 1, diſp. 9. theſ. 5. Brunem. ſuper C. in l. exigendi C. de proc. in fine* licet prima opinio ſit verior, & communior, vt dicunt *DD. ſupracitati. Borrell. in ſumma dec. tit. de procurat. nu. 44. Baron de eff. minor. par. 1. eff. 26.*
Concluſio hæc habet plures limitationes, pri-
6 ma eſt in filio minore comparente pro ſuis aſcẽdentibus ad eos defendendum, quia poteſt quando contrà eos poſſet deueniri ad definitiuam, etiam ſine mandato comparere, nec cogitur ſatiſdare *gl. in l. exigenda in* verſ. *cogitur C. de proc. Franc. Marc. dec. 626. num. 6. p. 2. Bertachin.* verb. *minor procurator* verſ. *vlt. n. penult fol. 168. Narbona de ætate anno 25. q. 34. n. 21.*
7 Sed poteſt deueniri ad diffinitiuam, quando lis eſt conteſtata, & parens eſt contumax *gl. in l. ſi minor ff. eodem Angel. Alex. & Iaſ. in d. l. exigendi Trentacinq. var. tit. de proc. reſol. 3. nu. 37.* Idem
8 ſi compareret pro tranſuerſalibus vſque ad quartum gradum *Alex. & Iaſ. ibid.* Sic etiam minor po-
9 teſt admitti in iudicio abſque tutore, vel curatore, ſi rei defenſor fuerit, interueniente cautione de iudicatum ſoluendo *l. 1. C. de ſatiſd. l. exigendi C. de procur.* loquens in filio minore reſpectu patris, idem eſt ſi promittat cum iuramento habere ratum, nam neque reſtituitur *Borrell. in ſumma tit. de proc. num. 53. Franc. Marc. d. dec. 626. num. 6. p. 2 Narbon, d. q. 34. num. 22.* vbi *num. 9.* poſt *Caſſan. in conſuet. bur. rubr. 4. §. 5. num. 46.* dicit patrẽ minorem non poſſe eſſe in iudicio pro filio ſiue agendo, ſiue defendendo, nec minorem maritum pro vxore.
Difficultas eſt, minor in iudicio fuit admiſſus ad defendendum patrem, contrà quem erat lis
10 conteſtata finito proceſſu, an Iudex debeat proferre ſententiam contrà patrem, vel cõtrà ipſum filium? Quod debeat proferri contrà patrem, facit, quia quando lis eſt conteſtata cum domino, ſi poſteà compareat procurator, ſententia debet ferri contrà dominum, & non contra procuratorem *l. 1.* vbi *gl. C. de ſent. interloqut. omn. iudic.*
11 Incontrarium eſt veritas quod ferri debeat ſententia contrà ipſum filium, ex quo plenam defenſionem pro patre ſuſcepit, per *tex. in l. liberto §. fin. ff. de negot. geſtis Iaſ. in d. l. exigendi num. 22. Virgil. de legit. perſon. cap. 16. num. 9.* vbi *num. 10.* dicit, quod ſi ipſe minor condemnaretur, non poſſet petere reſtitutionem in integrum, quia tunc minor repræſentat maiorem, & non prodeſſet ſibi, ſed alij ex *gl. in d. l. exigendi*, quam ſequuntur *Paul. Bal. & Iaſ.* Secus ſi aliquo modo poſſet minor aliquid pati intereſſe, nam tunc ei competeret reſtitutio. *Alex. d. l. exigendi n. 25.*
12 Secunda limitatio eſt in Iudicio voluntario ſecundum *Bal. in d. c. qui generaliter*, & hôc modo po-

Digitized by Google

poteſt procedere opinio *Hoſtienſ, & Io: Andr.* ſecus in iudicio contentioſo ſecundum eum.

13 3. Quando dominus ita releuat procuratorem, quod procurator non poteſt lædi, nec pati executionem ſententiæ, nam tunc minor erit idoneus procurator *Iacob. de Arena cit. per Trentacinq. d. reſol. 3. num. 39.* licet ipſe, & bene contrarium teneat, ex rationibus per eum allatis.

4. In iudicio poſſeſſorio manutenendæ, vt *l. mo-*
14 *mentaneæ C. qui legit perſonam ſtando in iudic. hab.* ſecundum *Bal. in c. qui generaliter de procur. in 6. §. fin. Poſt de manut. obſ. 67. Barboſ. in d. c. qui generaliter. §. fin. n. 10. Trentacinq. d. reſol. 3. n. 40.*

5. Fallit in ſpiritualibus, puta matrimonio, be-
15 neficialibus, & ſimilibus, in quibus ipſe minor poteſt eſſe in iudicio pro ſe, vt in *c. ſi annum de iudic. in 6.* & *ſup.* diximus, & pro alijs *Io: Andr. & D. Nicol. in d. c. non iniuſtè*, & clarius *d. Io: Andr. in d. c. qui generaliter Barboſ. d. c. qui generaliter. §. fin. num. 10. Manzi de procurat. tit. 3. nu. 99. & 100.*

16 6. Quando iuraſſet non petere reſtitutionem ratione cuiuſcumque actus iudicialis, quia tunc iuramentum facit eum maiorem *auth. Sacramenta puberum C. ſi aduerſus vendit. Trentacinq. d. reſol. 3. num. 38.* vbi hoc declarat ſi iuramentum ſit de futuro, & ſi fuerit admiſſus, nam poteſt ab initio non admitti, nam eo ipſo quod vult iurare, & implicare ſe ipſum, decipitur.

17 7. Quando contra ipſum minorem non opponeretur, quod non poſſit eſſe in iudicio, & ità poteſt procedere opinio *Hoſtienſ.* qui vt *ſup.* tenuit *in d. c. non iniuſtè* quod minor 25. annis, & maior 17. de iure communi, poſſit eſſe procurator in iudicio ſecundum *Io: Andr. in eodem c. non iniuſtè*, qui ex hoc poſt *Hoſtienſ.* videtur velle, quod iudicium agitatum cum minore, vt procuratore alterius non ſit nullum, adhoc *gl. in d. l. exigendi* vbi *Bar.* videtur tenere idem, quod videtur velle *gloſ. in l. ità demum C. de procur.* & ibi *Bal.* poſt eã, & *in l. licet C. eodem Petr. de Ancharan. c. qui generaliter Bacchon. ad Vueſſembec. de procurat. num. 4. §. ſequitur.* Contrarium videtur velle *gl. & Bar. in l. minor. ff. de procur.* eo quia non habet perſonam legitimam ſtandi in iudicio, vndè videtur, quod iudicium ſit nullum, etiam ſi non fuerit oppoſita exceptio, & quod ipſa exceptio poſſit quandocumque opponi ad notata in *c. noſtra de proc.* idẽ tenuit in *eodem c. non iniuſtè.* Quod verius eſt ſecundum *Imol. ibid.* ea ratione quia ipſe minor nõ poteſt eſſe in iudicio regulariter pro ſe, vnde eo minus pro alio, vt notatur in *d. c. qui generaliter §. fin. de proc. in 6.* latè *Virgil. d. cap. 16. num. 13. Vant. hic num. 133.*

18 Inſuper perſona minoris eſt penitus inhabilis & ipſo iure illegitima ſtandi in iudicio *l. 3. C. qui legit. perſon. in iud. hab. Bellam. dec. 143. col. 2. in antiqu. Marta in ff. manuſſ. p. 1. tit. procurator c. 21.* Vbi quod minor non poteſt eſſe procurator neq; cum partis, conſenſu, vel iudicis authoritate per *tex. in l. exigendi C. de proc. l. minor ff. eod. c. qui generaliter. de proc. in 6.*

19 Sed an hoc dictum *ſ. arte* ſit verum, & an ſemper poſſit opponi de inhabilitate dicti procuratoris ità vt iudicium retrò nullum reddat? Et videbatur dicendum, quod licet minor poſſit iuſtè repelli ante litem conteſtatam ab officio procuratoris, tamen poſt litem conteſtatam non poteſt repelli *Franc. in d. c. qui generaliter num. 2. gl. in in d. l. exigendi* vbi etiam *Bar. num. 7. & 8.* dicit, quod exceptio minoris ætatis, non reddit iudiciũ retrò nullum, & ideo non poteſt ſemper opponi, ſicut etiam dicit de religioſo Ea ratione, quia perſona illegitimi procuratoris, per partis taciturnitatem legitimatur *Carauit. rit. 107. nu. 8.* &
20 perſona procuratoris debet inſpici in principio litis *Bal. in l. licet in princ. C. de proc. Bacbon ad Treutl. vol. 1. diſp. 8. theſ. 1. lit. C. Carpzou. in manuſſ. tract. de proceſſ. tit. 5. art. 1. nu. 29. & ſeqq. Frantz. exerc. 2. q. 1. Hellig. ad Donell. lib. 18. cap. 3. lit. T. Zanger. de except. p. 2. c. 8. num. 24. Barboſ. in d. l. exigendi num. 11.* vbi dicunt iudicium non eſſe nullum, bene poſſe minorem recuſari ob metum reſtitutionis in integrum minori aliàs competentis.

21 Contrà tamen tenet, & bene *Trentacinq. d. reſol. 3. num. 36.* verſ. *ſecunda eſt opinio. ver. & eum hac opinione*, ex rationibus *ſup.* poſitis *Manzi de procurat. tit. 3. n. 329.*

22 Si verò procuratores conſtituti eſſent inhabiles per exceptionem, putà ob aliquam qualitatẽ extrinſecam alicui adueniẽtem, veluti miles, clericus, fœmina, reus criminis, mutus, ſurdus, infamis, cæcus, prodigus, Potentiores, furioſus, inimicus, aut ſimiles, ſecus dicendum eſt, Nam cum tales ex ſe regulariter ſint capaces, ſi de huiuſmodi qualitate ſingulari iure inhabilitante, non excipiatur, iudicium tenebit, cum ſaltem per ſe in iudicio ſtare poſſint *l. filius fam. §. veterani.* & ibi *Bar. de procur. l. fœmina ff. eodem l. alienam C. eodem tit.* Hanc diſtinctionem poſuerunt *DD.* videl. *Bar. Bal. & cæteri in d. l. licet. Idem Bar. in l. Pomponius §. rati ff. eodem tit. & in l. ità demũ §. reum criminis C. de eodem*, & idem *in l. ſi pupilli §. penult. ff. de negot. geſtis* poſt alios *Vant. hic. num. 134. D. Mutill. in praxi fol. 37. num. 161. Rodrig. de modo vid. proceſſ. c. 3. n. 16. & ſeqq.* Et *Vant. n. 135.* dicit quod exceptio iſta, tunc non es procurator quandocumque admittitur, cum reddat iudicium retrò nullum, & quod non fuerit procurator, intelligitur quod nunquam fuerit conſtitutus, vel quod conſtitutio non valuerit ratione conſtituentis, aut conſtituti, qui omnino erant incapaces.

23 Ratio cur minor poſſit eſſe procurator ad negotia, non ad iudicia, eſt quia procurator ad iudicia obligatur ratione mandati, & condemnatur, quod non eſt in illo ad negotia *Franc. in c. qui generaliter §. 1. in princ. de procurat. Golia. de proc. p. 5. cap. 4.* Ideo ſi procurator ad negotia obligaretur, & damnum ſentiret aliquo modo, puta fideiubendo pro domino, aut de rato promittendo, tunc nulliter ſe obligaret, & ad nihil teneretur, vt poſt *Spec. lib. 1. p. 2. tit. de actore in princ. num. 10.* dicit *Simoncell. de decret. lib. 2. tit. 6. inſpect. 9. n. 91.* ſequitur *Narbon. de ætate anno 17. q. 4. num. 7.*

24 Quod religioſus non poſſit eſſe procurator nec ad iudicia, nec ad negotia ratione ſubtractionis à diuinis ex *tex. in cap. 5. ne cleric. vel monac. c. non diſcaris 12. q. 1. cap. 2. de poſtul.* tradunt

Card.

Digitized by Google

Car.Put.dec.286. lib.2. Marta in ff.nouiſſ.p.1.tit. procurator cap.17. Bouer. ſtag.26. verb. *procurator num.38. Bellug.in ſpec.Princip.rub.4. nu.7.* & dicuntur mortui mundo *Ab.Galeot. in marg. Iuris lib.1.cap.1 num.25.Iacob.de S.Georg.in l.ſeruus n. 3.C.de iudic.Graſſ. de effect. cleric. eff.11. num 5. Virgil.de legit.perſona cap.23. num.56. & ſeqq.* Et
25 non ſolum pars poteſt excipere de hac inhabilitate, ſed etiam iudex ex officio poteſt religioſum repellere *Lalian.c.2.nu.2.de poſtul.Virgil. de legit perſon.cap.23.n.63.*

26 Appellatione religioſi in hac materia includitur omnis profeſſus clauſtralis *gl.in clem. religioſus de proc.cap.2.de poſtul.* Cum non poſſit procurator eſſe abſque licentia Superioris, vt de mo-
27 nacho eſt *t.x.in clem religioſus de proc.* vbi *Barboſ. n.g.Roman.* 278.*Virgil.d.cap.23.nu.56. & ſeqq.* Et ante licentiam poteſt fieri procurator, ſed ipſe acceptare non poteſt, donec eam obtineat *Sanchez in precept.decal.num.2.lib.6.c.13.n.6.*

28 De nouitio eſt *tex.in cap.2.* vbi *gl.Paul.de Citadin. Phil.Franc.de proc.in 6.Sorrell. de compromiſſ. §.2.gl.4 num.110.Tiraq.de retract. lignag. §.1.gl. 8.num.23.Azor.lib 3.inſtit.moral.tit.1. n.95. Lel.Zech.de reb. Eccleſ.tit.de regular.cap.3. n.10.* Contrà tamen tenet *Virgil.d.cap.23.num.60.* ea ratione quia nouitij non ſunt religioſi verè. *gl. in clem.religioſus* verſ.*religioſus* vbi *Abb.n.1. Imol. num.10.Felin.in cap.cum 1.de ſent.& re iudic.n. 11.Sanch.de precept.lib.6.cap.13.num.2.Barboſ.in Clem religioſus num.8.de proc.*

29 De Canonico regulari eſt *gl.in l.1,§.2.verſ.nec virilibus ff.de poſtul.*

30 Nec etiam pro alio monaſterio non ſuæ religionis poteſt eſſe procurator, etiam de licentia ſui Superioris *Ancbar.conſ.52.Chriſtof. de Paz in ſcholijs ad leg. Regias l.6.ſcol.vnic. num.4.Virgil.d.c.23.num* 57. quamuis verius teneat *nu.59.* vt poſſit eſſe procurator ſæcularium, & aliorum quorumcumq; cum licentia ſui Superioris poſt *Farinac.dec 445.n.1.p.2.tom.3.*

31 Poteſt tamen eſſe procurator pro ſuo monaſterio *arg.l.pupil. ff.de poſtul.Bal.in d.l.1. §.ſecundo loco* vbi dicit eſſe notandum, quod monachus, vel Canonicus regularis non poſſunt eſſe aduocati, vel procuratores, etiam in foro Eccleſiaſtico, niſi in cauſis ſui monaſterij, vel miſerabilium perſonarum, vt latè probat *Sanchez in ſumma p.2. lib. 6.cap.13.num.23.cum ſeqq.*cum conſenſu, & mandato ſui Abbatis *c.arſuper de teſt. c.monachi n 2. 16.q.1.Ioan.Fab. in §.praterea num.2.* & ibi etiam *Aret.num.6.inſtit.de except.Graſſ. d.eff.11. num.9.* Et ſic duo copulatiuè requiruntur, conſenſus Superioris, & vtilitas monaſterij, & vno deficiente non poteſt *Tiraq.an. conſ.162. num.192. & 193. Sanch.ad precepta decalog.num.2 lib.6.c.13. Sayr. in clau.reg lib.12.cap.22.nu.3. Emanuel. qq.regul. tom.3.q.41.art.2. Barboſ. in l.ſi longius §.ſi filius fam.num.50.de iudic.Virgil.d c.23.num.58.*quamuis contra teneat *Rot.Rom.dec.445.nu.1. per Farinac.p.2.tom.3.*vt ſcilicet ſufficiat tantum licentia Superioris ſequitur *Barboſ. in clem.religioſus n.3. de proc.*Bene tamen non poteſt pars obijcere, non audiatur quia non tractatur de vtilitate monaſterij, quia ſua non intereſt *Sanch.d.cap.13. num.44.*

32 Abbates tamen, Priores, ac alij Superiorem religioſum non habentes, poſſunt eſſe procuratores *Hoſt.in cap.ſipsa de cenſib.Boich.in c. cum pro cauſa de proc.Iacob.in l. ſeruus num.3. C. de iudic.Graſſ.d.eff.11.num.8.Virgil.de legit.perſ.cap. 23.num.6.in fine.* Ea ratione, quia ſi ipſi poſſunt dare licentiam, ità, & ipſi poſſũt exercere *Azor. inſtit.moral.p.1.lib.12.c.11.q.9.Tiraq. conſ.162. num.176.& ſeqq.tom.1.Sanch.in precept. decalog. cap.13. num.18.* vbi intelligit dummodo adſit vtilitas monaſterij.

33 Sed factus procurator de licentia Superioris, intelligitur de prima vice, vt ex *Felin.& Bal.*tradit *Sebaſt.Medic.de reg.iur.reg.4.n.90.*

34 Et non poteſt ſubſtituere *Sayr.in claui reg. lib. 12.cap.22.num.3.& ſeqq.*ſequitur *Marta in ff.nouiſſ p.1.tit.procurator cap.18.gl. in clem. religioſus de procur.* Et ſi ſubſtituat ſine licentia Superioris habens poteſtatem ſubſtituendi, ſubſtitutio non tenet per *tex.in clem.religioſus de proc.* verſ.*ſubſtituere.*& ibi *gl.& Barboſ.Cald. de nominat. cap.6.q. 5.à nu.50.& ſeqq.Cardoſ.* verb. *regularis num.37.* & acta ſunt nulla, vt deciſum refert per ſuum Tribunal *Themud.dec.192.* Vbi poſt *Ruc. dec.6.* dicit reualidari acta per ſuperuenientiam conſenſus ſuperioris, Et vbi adeſt licentia ad acceptandum mandatum cum poteſtate ſubſtituendi, poteſt ſubſtituere ſine alia licentia Superioris, *Sanchez d.c.13.n.12.& 13.*

Et monachus derelinquens religionem ſtatim
35 perdit mandatum, & ideò alium ſubſtituere non poteſt ex *l.1.ff.de ſeru.ſign.Bal.in cap. nuncius n. 41.de procur.* Poteſt tamen eſſe procurator ad ca-
36 piendam poſſeſſionẽ Eccleſię Epiſcopalis *Franc. Marc.dec.1377.p.1.Virgil.d.c.23.num.58.in fine*
37 Pro conſorte ſuo in eadem lite, ſcil.in cauſa quam communem monaſterium cum laico habet ſine licentia Superioris *clem.3.de proc.*vbi *Barboſ. num.1.Ancold.de Iuriſd.p.2. tit.1.c.21. num.21.* qui *num.63.& 64.* poſt *Ancbaran.* dicit hoc procedere quando cauſa habet indiuiduam defenſionem.

38 Pro coniunctis tamen perſonis monachus poteſt eſſe procurator, ſi illæ ſint miſerabiles, vt probat ex *Imol.in clem.religioſus, & ex alijs Sanchez in ſumma lib.6.cap.13.nu.34.*Et d.litis conſorte *d.clem.religioſus de proc.*vbi *Barboſ. num.10. Sanch.d lib.6.c.13.n.15.*

39 Item monachus poteſt eſſe procurator illius, qui eſſet valdè amicus monaſterij, & monaſterii ex tali procuratione deſumit *Capell.conſ.21.n.7. lib.1.in ciuil.Graſſ.de eff.11.n.9.*

40 Et tales monaci nec etiam poſſunt eſſe aduocati, niſi adſit vtilitas monaſterij, & mandatum Abbatis, vel guardiani *Abb.in cap. ex parte de poſtul.Redoan.in tract.de ſpol.eccleſ.q.2. nu.27. Henric.Boich.in cap.1.nu.11.de poſtul.* qui addit quod nec pro perſonis coniunctis, nec pro miſerabilibus, & *num.15.*dicit, quod nec eos excuſaret contraria conſuetudo. *Graſſ.eff.21.n.42.*

41 Verum in caſibus, quibus poterit monachus ſtare in iudicio abſque Abbatis conſenſu, poteſt etiam procuratorem conſtituere abſque Abbatis conſenſu, vt ex *Bar.in l.ſeruus ff.de alim.& Cibar. legat* tradit *Lup.in c.per veſtros §.28. num.6, de donat.*

donat.inter. Imol.in clem.religioſus de proc.num.15. Card.num.3. Abb.num.7. Sanch.d.lib.6.cap.13.num. 32. Barboſ.in d.clem.religioſus num 12. & tunc libellus cum monacho eſt formãdus ſiuè agat ſiuè conueniatur, vt dicit *Sanch. in precept.decalog. lib.6.cap.12.n.32. Virgil.de legit.perſ. c.23.n.80.*

42 Et Patres Societatis Ieſu, vt poſſint eſſe procuratores, nullus Superior poteſt dare licentiam, niſi Generalis, vt habetur expreſsè in 6.*p.conſtit.cap.3.§.7.in comment.lit. D. Sanchez in precept.decalog.tom.2.lib.6. cap.13. num.*10. licet in alijs religioſis ſufficiat licentia Superioris immediati *Card.in clem.religioſus de proc.num.2.not.* 2.& ibi *Imol.nu.8.Sanchez d.c.13.n.8.*

43 Sed an iudicium factum cum monacho conſtituto procuratore ſine licentia Superioris, ſubſtineatur ſi non ſit oppoſitum? Et *Vant. hic num.* 132. videtur tenere, non ſubſtineri, etiam ſi non ſit oppoſitum, *Sanch.d.c.13.n.39.& ſeqq.* Contrarium tenent alij ſcil. eſſe validum ſi non ſit oppoſit. *Bar. in l. ita demum C. de procur. Felin.in c.2.de iudic. Pariſ.* de magis communi *conſ.* 16.*num.*100.*lib.2.Ferret.conſ.*213.*n.5. lib.1. Federic.de Senis conſ.*193. qui licet loquatur in executore, eius rationes concludunt in procuratore *Roman.ſing.*278. & *conſ.*409. & *ſing.*245. hanc opinionem veriorem, & magis communem dicit *Mareſcott.var.lib.1.cap.92. num.6. cum ſeqq.* vbi per *Rotam Rom.* deciſum refert *Dec. conſ.*494. & & 499. *Marta in ff.nouiſſ.tit.procurator d cap.18. Achill.de graff.dec.Rot.Rom.de proc.5.Cappell.Tholoſ.dec.*114.*Bellamer.dec.*143.*in princ. Virg.de legit.perſon.c.*31.*num.*11.*Gard. Tuſc lit.M. concluſ.*

44 318.*nu.*13. *Themud.dec.*192. ratio mihi videtur eſſe, quia ratio prohibitionis eſt intereſſe, & præiudicium monaſterij, & ſic ſi non opponatur ab illo, acta valent, quod probatur quia *ſup.* diximus acta conualidari per ratificationem Superioris, & poſſe eſſe procuratorem cum conſenſu illius.

45 Et hæc exceptio poteſt opponi etiam poſt litem conteſtatam *gl.in clem. religioſus de proc. Abb. & Card.* ibi *Abb. idem in cap.in noſtra de proc.* vbi *Imol.nu.17. Socr.conſ.499.n.11. & c.2. de iudic. Virgil.d.c.23.n.64. Sanchez in precept.decalog.lib. 6.c.13.n.43. Barboſ.in clem.religioſus n.11.de proc.*

46 Clerici non poſſunt eſſe procuratores laicorum *cap.perlatum* 88.*diſt.cap.1. & ul. de poſtul.l. placet C.de Epiſc.& cleric. gl.in cap.fin.5.q.3. Bal. in l.1.§.ſecundo loco num.1.ff.de poſtul. Rodriq.in ſumma caſuum conſcient.p.1.cap.1. num.1. Cauall. q.404.num.1. Iſid.Moſco.in tract. de maieſt. milit. eccl.lib.1.p.2.c.2.verſ.negotia ſecularia Carpan. ſuper ſtat.Mediol p.1.cap.65.Capr.reg.95.nu.1.Zecch.de priuil.eccleſ.priuil.115.num.2. Maiol. de irregul.lib.1.cap.5. num.14.* Ea ratione quia eſſet dedecus, & opprobrium clericalis dignitatis, ſi clerici ſe ingererent diſceptationibus forenſibus & negotijs ſecularibus iuxtà dictum *Apoſtoli ad Timoth.epiſt.2.cap.2.* & iuxtà notata in *l. repetita C.de Epiſc.& cleric. Fuſc.in ſing.lit.C.nu.91. Port. conſ.16.num.35.* latè *Graſſ de effect cleric. eff. 11. num.1.& 2. Golin de proc.p.1. cap.5. num.1. & 2. Mans.de aduoc.& proc.tit.3.num.78. Tepat. var. tit.de proc.cap.1.ver.quis eſſe non poteſt Borrell.in ſumma deciſ.tit.66.de proc.& defenſor.num.69. Velaſc. de priu.pauper.p.1.q.9.num.1.& ſeqq. Barboſ. de Iure Eccleſ.tit.de vita,& honeſt.cleric. num.83. Guazin.ad defenſ.reor.in præf. n.24.*

47 Pœna clericorũ recipientiũ procurationes generales ad iudicia eſt, vt poſſint deponi, & excommunicari *Iul. Zecch.in tract.de priuil.eccleſ.priuil.* 132.*num.10. Abb.in c.ſed nec n.1.2.5.& 6.ne clerici vel monac.* & etiam peccãt, quia agũt id, quod eſt ſibi interdictum *Zecch.priuil.115.num.3.* Nec

48 poſſunt eſſe procuratores generales ad lites alicuius magni viri, vel alicuius Ciuitatis, vel Vniuerſitatis *Io. Andr.in cap.ſed nec ne cleric. vel monac. Maiol.de irreg.lib.2.c.5.n.14.circa med.*

49 Beneuerum in cauſis proprijs clerici poſſunt eſſe procuratores *cap.1.de poſtul.prælat.cap. omnibus 4.q.6.cap.1.ne cleric.vel monac.Capr.reg.95.n. 2.Capell.conſ.11. num.1. lib. 1.Moſcon. de maieſt. milit.eccleſ.lib.1.p.2.c.2* verſ.*negotia ſecularia Vaſq.contr.illuſt.cap.31.num.29.Golin.de proc. d.c.5. n.5.Guazin.vbi ſup.*

50 Poſsũt etiam eſſe procuratores etiam generalis in cauſis, & iudicijs eccleſiaſticis, & ſpiritualibus *Abb. & Alex.de Neuo in cap. per venerabilẽ num.4. qui filij ſint legit. Idem Abb.in cap.in noſtra num.1.de proc.& in cap.cum eſſent num.1.de ſimon. Fuſc.ſing.lit.C.nu.91.Graſſ.de eff.11.n.14. R.Tap. in conſtit. regni* incip. *denique num.7. Guazin. vbi ſupra.*

51 Poſſunt eſſe cauſa neceſſitatis, vel charitatis, quia concluſio procedit tantum quando procurationem ſuſcipiunt pro lucrãda pecunia, & cauſa auaritiæ, & in dubio præſumitur facere ex dicta cauſa, non lucrandi cauſa, ad euitandum delictum *Graſſ.d. eff.11. num.15. Velaſc. d. q.7. num.7.& ſeqq.*

52 Poſſunt eſſe procuratores de licentia Epiſcopi, & ille poteſt ſuper hoc diſpenſare *Turrecrem. in cap.peruenit num.2.86.diſt.Innoc.in cap.1. de obligat.ad ratiocin. Socc.iun.in c. cum eſſent num.4. de ſimon.*

53 Poſſunt eſſe in cauſis miſerabilium perſonarum, ſimiliter orfanorum, & viduarum *cap. 1. de poſtul. prælat. cap.omnibus 4.q. 6.cap.1.ne cleric.vel monac.Maiol.de irreg.lib.2.cap.5. n.14. in fin.* poſt alios *Graſſ.d.eff.11.num.17.& eff.21. num.19.Benins in tract.de priuil.Iuris conſult. p.3. priuil.71.num.4.Velaſc.de priuil. pauper. p.1.q.9. num.6.Borrell.in ſumma deciſ.tom.1. tit. de proc.n. 70.Guazin.vbi ſup.*

54 In Curia Romana, in qua ex tolerantia Summi Pontificis omnes clerici exercent officium procurationis in ciuilibus tantum *Veſtr. in praxi lib.3.cap.4.Marchеſ.de commiſſ.p.2.c.2. quarti capituli principalis n.15.f.475.*

55 In cauſis amicorum ſtricta amicitia coniunctorum *Innoc.in cap.cum 1. & 2. de re iudic. Roman.ſing.274.Capol.conſ.21.num.7.lib.1. in ciuil.* qui dicit idẽ procedere in monacho *Graſſ.d. eff. 21.num.19.*

56 Pariter clerici in minoribus conſtituti, qui non ſunt beneficiati poſſunt eſſe procuratores generales in iudicijs tam in foro ſeculari, quam eccleſiaſtico *Bobac.in cap.cum pro cauſa num.5. & 6.de proc.Flam.Paris de conſid.benefic.q.9.nu.31.*

57 In cauſis Eccleſiarum, & cuiuſuis loci pij

Abb.

Digitized by Google

.Abb in cap.in noſtra num.1.de proc. Capell.conſ.21.num.1.lib.1.in ciuil. Maiol.de irreg.lib.3.cap.5.n.14.in fine Graſſ.d.eff.11.nu.21.Vaſq.contr. illuſtr.cap.31.num.29.Golin.d.cap.5. num.5. Borrell. vbi ſup.num.70.Guazin.vbi ſup.

58 In perſonis coniunctis c.fin.in princ. de poſtul. Capell.d.conſ.21.num.3.Graſſ.d.eff.21.n.22.vſq; ad quartum gradum dicit Borrell. in ſumma dec. tit.7.num.88.R.Tap.in conſtit. incip. denique n.7. Golin.d.p.2.c.5.n.6.

59 Clerici poſſunt eſſe procuratores in vno negotio tantum in cauſis ciuilibus,prohibentur ſolum eſſe procuratores generales Abb. in cap. noſtra num.1.de proc.& in c.1.n.4. de fideiuſſ.Claud. Tutius alleg.19.num.2.Capell.d.conſ.21. nu.6.Roman.conſ.130. & ſing.277. vbi addit. Diaz. in prat.crim.canon.c.52.num.3.Caſtill.dec.113. Cap. Tholoſ.dec.131.Borrell.vbi ſup.num.72. Golin. d.p.1.cap.5.num.7.Maceabrun. conſ.18. num.256. & 257.poſt alios Graſſ.d.eff.11.num.12. Ea ratione quia per procurationes generales abſtrahuntur à ſeruitio diuino,ſecus per vnam procurationem & ideo vno negotio expedito poſſet eſſe procurator in alio,dummodo non vigeat eodem tempore Dec.in cap.conſtitutus il 1. num.3. de appell. Barboſ.in cap.1.num.6.de poſtul.vbi loquitur de aduocatia Carp.de execut.lib.1.c.3.n.22.

60 Verum ſi negotium eſſet ità intricatum, & inuolutum,vt de facili poſſet detrahere clericum à diuinis, tunc nec illud vnicum procurare poterit Phil.Franc.in cap.2.num.4.de iud. Maiol. de irregul.lib.2.c.5.num.14. verſ. & ſi illud vnum Graſſ.d.eff.11.num.13. & ità poteſt intelligi Reg. Tap.in d.conſtit. denique num.6. 7. contrarium tenens.

61 Poſſet clericus in ſacris procurare, & aduocare coram iudice ſeculari pro laico, ſi non haberet vnde viuere Hoſt.in cap.1.num.3. & 8.Abb. num.4.Butr.nu.25.Gratian.diſcept.57. nam ſi poteſt pro miſerabilibus perſonis multo magis poteſt pro ſe ipſo ſubſtentando. Barboſ.in c.1.nu.5. de poſtul.Graſſ.eff.21.num.6.& eff.6. num.36. Golin.d.p.1.cap.5.num.4.

62 Et licet clerici non poſſint eſſe procuratores, ſi tamen reperiantur de facto, geſta per eos vti tales eſſent valida, ſi de hoc non opponatur Abb. in cap.Sacerdotibus nu.3.Ne cleric.vel monac.Dec. in cap.ad hæc.nu.12.de poſtul. Caual.q.404.Graſſ. d.eff.11.num.24.Cap.Tholoſ.dec.131.R.Tap.in d. conſtit.denique num.19.& 20.Vt de monaco dicit poſt mille Virgil.de legit.perſon. cap.31. num.11. Borrell.in ſumma deciſ.tom.1.de proc.n.75.

63 Et Cap.Tholoſ.d.dec.131.dicit hanc exceptionem, tu no es procurator non poſſe opponi poſt litem conteſtatam,ſecus antè,vbi addit.dicit hoc verum ſi aduerſarius ſciebat illum eſſe clericum, ſecus ſi neſciebat Golin.de proc.p.1. cap.4. nu.56.

64 An, & , quando clerici poſſint eſſe aduocati, diſſerit Gratt. de effect. cleric.eff.21.Barboſ.in cap. 1.& ſeqq.de poſtul.& de Iure Eccleſiaſt. tit.40.nu. 83.& ſeqq.Farinac.in fragm.crim. 1.p. lit.C.num. 186.& ſeqq.Gratian.diſcept.57.ex num.22. Villagut.in praxi Canonic.lib.9.tit. de aduoc. concluſ.6. poſt alios Velaſc.d.q.7. Galganet.de Iure publ.lib. 4.tit.vl.Villagudet.in pract.crim.lib.9.cap.1.concl. 1. & ſeqq. adſunt noſtræ leges municipales in conſtit.incip. aduocatos §. denique vbi Aff. & R. Tap.prag.2.de poſtul.& pragm.21. §.vl. de offic.S. R.C.R.Sanfelic.dec.12. adeſt nouiter littera ſuæ Catholicæ Maieſtatis annis proximè elapſis emanata,diſponens, quod clerici non poſſint patrocinari in Tribunalibus eccys.de Iure hiſpano adſunt leges. l.48.tit.6.p.1.vbi Greg.Lopez. & in l.2. tit.6.p.3.in l.6.tit.19.lib.2.Ordina l.12.tit.3.lib.1. & l.23.tit.15.d.l.2.Ordin.l.10.tit.3.lib.1.noua recopil.& l.15.tit.16.lib.2.

66 Et laicus licet nõ poſſit tractare negotia Eccleſiaſtica, vel ſpiritualia ſi nomine proprio id faciat ex Tiraq.de legib.connubial.gl.5.n.178.Tamẽ poteſt eſſe procurator ad agendum, & defendendum in cauſis ſpiritualibus ex cap.1.de proc.in 6. Pariſ. de reſignat.benefic.lib.9.q.13. n.14. & poteſt conſtitui procurator ad acceptandum beneficium, & poteſt miniſtraliter tractare negotia Pariſ.ibid.nu.19.& 20.Barboſ.in d.cap.1. de proc. in 6.Oliua de foro Eccleſ.p.1.q.8.n.69.

67 Non poteſt eſſe procurator Seruus arg. l.ſeruum 33.in princ.de proc.l.ſeruus 6.C.de iudicijs Vueſenb.num.4.& 11.tit.de proc.Specul.in tit. de proc. §.1.verſ.item quod eſt ſeruus. Bertachin. in repert. verb.proc.quis eſſe poſſit n.15. ea ratione quia legitimam perſonam ſtandi in iudicio non habet l.1. C. de precib. Imp. offer. d. l. ſeruus 6. Manz. de aduocat.& proc.tit.3.num.75.De Petris ſpſtuar. lect.lib.1.cap.9.num.1.& 2.Golin.de proc.p.1. c.5. num.14. & alibi. Et ſi comparuerit in iudicio,

68 etiam quod non fuerit oppoſita talis exceptio, ſententia lata,vel contra ſe,vel pro ſe, non valet Paul.de Caſtr.in l.2.§.1.ff. qui ſatisdare cogantur. Virg.de legit.perſ.c.22.n.7.

69 In extraiudicialibus tamen ſeruus poteſt eſſe procurator Vueſenbec.tit.de proc.nu.4. verſ.ſeruus Manzi de aduoc. & proc.vbi ſup.n.75. etiam ſi ſit minor annorum 17.l.ſed & ſi quis.§.2. cum l.ſeq. l.vnam & plerique ff.de inſtit.act.l.1.§.paruis ff. de exercit. l.3. §.4.ff. de negotijs geſtis Manzi ibid. num.102.

70 Procurator ſeu procuratrix eſſe nõ poteſt Mulier.l.alienam C.de proc.l.1.§.2.loco ver.orig. ff.de poſtul. Vbi ratio ponitur nè contrà pudicitiam mulieri congruẽtem,alienis cauſis ſe immiſceat, nec virilibus fungatur officijs l.qui aliena §. quãquam ff.de negotijs geſtis Bellamer.dec.143.R.Tap. dec.S.C.31.nu.4.& ſeqq.Manz.de aduocat.& proc. tit.3.num.84.vbi ponit aliam rationem, etiam, quia illæ non poſſunt pro alijs intercedere, & in procuratorio iudiciali adeſt intercessio P.de Gregor.Syntagm. Iuris lib.49.c.6.ſub nu.11. Damhouder.in praxi ciuil.cap.94.num.6.& ſeqq. Coler.dec. 67.num.1.Treutl.diſput.ſelect. p.1. diſp.9. Theſ. 6. Borrell.in ſumma deciſ.tom.1. tit. de proc. num.47. Et gl.in l.ità demum C. de proc. tenet valere proceſſum factum cum muliere ſi non fuerit exceptum Federic. de ſenis conſ.130.num.8.P.Barboſ.in l. cum prætor §. fin. num.256. ff. de iudicijs Aug. Barboſ.in d.l.alienam Virgil. de legit. perſon. c.24. num.1.& 4.quidquid contrarium Bellamer.teneat d.dec.143.

71 Sed quod mulier poſſit eſſe procuratrix, facit tex.in l.fœminis 41.ff.de procurat.l. quia abſente

C.eodem Sed quod prima opinio ſit verior , patet
72 ex diſpoſitione *textuum* , & ex authoritate *DD.*
ſup.citatorum,nec faciunt *tex.d.l.fœminas & l.quia*
abſente, nam *tex.d.l.fœminas* diſponit , fœminas
poſſe agere pro patribus ægrotis, ſi alium non
habeant,qui eos defendant , & ſic regula eſt in
contrarium,ſic etiam diſponit *tex.d.l.quia abſen-*
te,vt poſſit agere ſit ſit procuratrix in rem ſuam,
ſecus in rem alienam.

73 Sed vera exiſtente hac opinione , illa limita-
tur in aliquibus caſibus.Primò in cauſa propria,
vel parentum ſi fuerint ægroti, & alium , qui eos
defendet non habeant idoneum *d.l.fœminas, & l.*
quia abſente.Specul. in tit. de proc. §.ratione igitur
num.1.& 2.Caler.deciſ.67.num.9. Iaſ.in l. & ſti-
pendia num.1.C.de proc.Thom.Actius de infirmit.p.
2. verb.*fœmina.Maſtrill.deciſ.174.nu.17. Manz.*
d.tit.3.n.87.Damhouder.in praxi ciuil.cap.94. nu.
7.Borrell.in ſumma deciſ.tit.de proc.num.48.49.per
l.4.ff.de proc.Brunnem.in C.in l.quia abſente Virgil.
*d.c.24.n.4.*verſ.*lim.3.*

74 2.In cauſis , quibus ſuorum filiorum tutelam
gerit *l.fin.C.quando mulier officio tutel.fung. poteſt.*
1.ex parte extrà de appellat.Sicbard.in rubr.C. de
proc.n.3.Hillig.lib.18.cap.11.lit.G.Virgil.d.c.24.
*num.4.*verſ.*limit.4.*

75 3.dum agit pro liberando filio ex captiuitate,
vel pro liberando patre, fratre , aut alio quocū-
que ſibi ſanguine iuncto *l.3.ff. de liberali cauſ.*
Brunem.in d.l.quia abſente Gaill.obſ.133.num.8.&
ſeqq.Manz vbi ſup.num.88.89.Virgil.d.c.24. nu.
*4.*verſ.*lim.5.*Item pro filijs impuberibus , & pro
76 patre *Bar.in l.alienam in 2.lect.C.de proc.* per *tex.*
in l.fœminas ff.de proc.& l.fœmina ff. de reg. iuris
Maſtrill.dec.174.num.10.& num.17. & ante eum
Monach.in defenſ.Iuris ver.ſuperius num.3. Golin.
de proc.p.1.cap.4.num.62. Secus pro filijs pube-
ribus *Bar. vbi ſup.d.l. qui aliena §.quamquam* ibi:
quia nec ipſa filij nomine rectè agit ff.de negot.geſtis
77 Contra tamen mihi videtur, vt mater non poſſit
agere pro filijs minoribus,aut maioribus per *tex.*
in l.alienam 18. ibi *alienam ſuſcipere defenſionem*
virile eſt officium,& vltra ſexum muliebrem eſſe con-
ſtat , filio itaque tuo ſi pupillus eſt tutorem pete & d.
l.qui aliena §.quanquam , & tex.d.l.fœmina dicit
contrarium , vt fœminæ non poſſint eſſe procu-
ratrices ibi:*nec procuratrices* exiſtere,Nec de opi-
nione *Maſtrill.* eſt curandum , cum ille loquatur
contrà *textus* prædictos . Secus eſt in caſu , quo
non poſſet pupillo tutorem petere,quia tunc ceſ-
ſat ratio *d.l.alienam* ibi *Brunem.*Idem eſt ſi tam
citò pupillo peti non poteſt. *Ant.Fab.in d.l.41.*
ff.de proc.Sicbard.in d.l. alienam num.2. Hillig.l.
18.c.11.lit.G.

78 4.Pro miſerabilibus perſonis,pupillis,viduis,
& ſimilibus *Bar.in tract.inter Demonem, & Virgi-*
*nem Mariam num.6.*per *tex.in c.ſunt autem 3.q.7.*
Genuenſ.in Practic.Eccleſiaſt.q.436.Nouar.de pri-
uileg.miſerabil.perſon.priu.41.& 110.

79 5.Pro Eccleſia. *Genuenſ.d.q.436.in fine.*

80 6.Vbi proceditur de bono & æquo , pro vt in
noſtro Regno,vt alibi diximus, quia iſta excep-
tio eſt de apicibus Iuris,vt dicit *Dec.in l.fœmina*
ff.de regul. Iur.num.16. verſ. *vltimò fallit.* & illæ
apices non ſeruantur. *Sicbard. in d. l. alienam*
num.3.4.

81 7.Poteſt eſſe procuratrix ad negotia *l.3.§. 1.*
ff.de negotijs geſtis l.1.§.parui 16 ff.de exercit.act.
l.quicumque 1.in princ.l.ſed ſi ff.de inſtit.act.Man-
z. vbi ſup.n.89.Virgil.d.c.24.n.3.

82 8.Poteſt eſſe procuratrix in rem propriam ,
vt colligitur ex *tex.in l.quia C. de proc. Gratian.*
diſcept.873.num.24. Bertazol. de clauſ.clauſ.129.
gl.1.nu.1.& ſeqq.l.quia abſente C.de proc. Io:Mo-
nach.in defenſor.iuris verſ. *ſuperius contrà num.3.*
inter Tract. tom.3.p.2. Golin. de proc.p.4. cap.1.
n.14.& p.1.c.4.n.66.Manz.vbi ſup.n.86.

83 9.Vbi agitur de ſalute animarum.*Roman.ſing.*
691.Petr.Foller.in praxi crim.Canon.p.2. cap.9.n.
44.Lup.de donat.inter§.54.nu.6.Gratian.diſcept.
238.num.87. Ea ratione quia vbicumque agitur
de ſalute animarum , non eſt curandum de apici-
bus iuris *c.duæ ſunt 19.q.2.Dec.in l.fœmina num.*
16.ff.de reg.iur.Arnon. probl.22.Cutta in memorab.
ver.*apices Bar.in q.inter Beatiſſ. Virginem coram*
D. Ieſu Chriſto contra Diabolum num.6. Golin.de
proc.p.1.c.5.n.25.

84 10.In cauſis criminalibus , in quibus po-
teſt allegare cauſas abſentiæ, & innocentiæ *d. l.*
alienā,& arg.l.12.C.eodem Brunnean.in d.l.alienā
Guazzin.defenſ.reor.in præfat.n.24.

85 11.Abbatiſſa poteſt eſſe procuratrix pro ſuo
monaſterio *c.cum dilectus de confirm.vtil.vel inutil.*
Foller.in praxi Canon.crim.p.2.c.9.num.44. verſ.
*dicas quod ſi eſt Monach.vbi ſup.*ver. *ſuperius n.3.*
ver. *ſtimo ratione adminiſtrationis. Golin. vbi ſup.*
num.28.Borrell.in ſumma dec. tit.de proc. num.50.
Hillig. ad Donell.lib.18. cap.11. lit.C. licet de eo
dubitet,& caſū ſpecialē in *d.c.cum dilectus* dicat
eſſe,ac Abbadiſſam ſpecialiter à Pontifice dele-
ctam. *Buſius in l.41.ff.de proc. Bacchou. ad Treutl.*
diſput.theſ.6.lit.A.

86 Et in caſu quo fœmina admittitur, hoc debet
fieri cauſa cognita,vt *in d.l.fœminas*,facit *tex.cum*
gl.in l.in multis ff.de ſtat.homin.l.fœmina ff.de reg.
iur.l.2. ff.ad Velleian.Golin.d.p.1.c.4. n.63. Nec
87 tali caſu iuuatur velleiano *gl.in d.l.fœminis*,quæ
citat *l.1.ff.de appell.Dueñ.regul.311.nu.14.* quod
88 intellige ſi mulier renunciauerit velleiano,alias
iuuabitur illo *Bar.in l.alienam in 1.lect.num.4.C.*
*de proc.*vbi dicit,quod non decipitur quis ab hu-
iuſmodi muliere,ſed ipſe ſua ſtultitia decipitur,
cum non fecerit eam Velleiano renunciare,dum
potuerat *Gol.de proc.p.1.c.4.num.65.Sicbard.in l.*
alienam num.6.C.de proc.Donell.lib.18.c.11. licet
89 diſſentiat *Hillig.lit.I.*Verum de *Iure* noſtri regni
Neap.mulier iuuatur Velleiano, etiam ſi renun-
ciauerit dicto beneficio per *pragm.1.ad Velleian.*
R.Rouit.& Nouar.ſuper d.pragm.

90 Mutus,& ſurdus licet poſſint conſtitui procu-
ratores *l.mutus 53.ff.de proc.Petr.Gregor.Syntagm.*
Iuris lib.49.cap.4.ſub num.11.Alu.Pelag. de plan-
ctu Eccleſ.lib.2.c.37.Petr.Termineus in proceſſ.Iu-
*ris c.1.*Id intelligitur,vt poſſint eſſe procuratores
ad negotia , ſecus ad iudicia *gl.in d.l.mutus* ver.
*forſitan.*Ad Iudicia namque non poſſunt eſſe pro-
curatores, *gl.in §.procurator* ver.*cuicumque Inſtit.*
de his per quos ager.poſſ. Petr. de Gregor. Syntagm.
iur.vniuerſ.cap.4.num.11. poſt alios *Borrell. in*
ſumma deciſ.p.1.tit.66. num.36. Tobien. in Verb.
procurator num.5. Ratio eſt quia æquiparantur

fu-

furioſis,& infantibus , ex quo in eis deficit operatio intellectus , vt dicit *Vant. hic num.25.* vbi dicit quod licet intelligant quod agunt, tamen non intelligunt quod ex aduerſo agitur , ex quo non audiunt id, de quo diſputatur *Gol, de proc.p. 1.cap.5.num.32.& ſeqq.Manzi.de proc.tit,3.num. 92.Borrell.in ſumma deciſ.tom.1.tit. de proc. n.36.*

92 Idem eſt in cæco vtriuſq;oculi, qui non poteſt eſſe aduocatus , & procurator *l.1.§.ſecundo loco verſ.cæcum ff.de poſtul.* vbi prætor repellit cæcum vtriſque oculis orbatum, quia inſignia magiſtratus videre , & colere non poteſt, & quod Brutus auerſa ſella deſtituit Publium cæcum,vbi *gl.* dicit quod ille cæcus fuit habitus indoriſſim- *Golin. d. p.1.c.5.nu.37.Taſſon.de anteſ.verſ.14. obſ.2. n.2.* Secus in cauſa propria , nam poteſt eſſe aduocatus *Nicol.Vigel.lib.7.digeſtor.cap.4.fol.490.* alias de Cæcis diximus *ſup.*

93 Infames non poſſunt eſſe procuratores *c.1. & can.2.& 3.q.7.Concr.præſt.cap.19.n.5. ver.prima concluſio Bouadill.lib.3.Polit.c.14. num.43. lit.D. Farinac.de falſit.q.115.num.81.de Petris conſ.36. Golin.de proc.p.1.c.4.num.43. & ſeqq. gl. in inp. cum deputati verb.nationis Suar. de Pace in pract. tom.1.annot.1.num.47.Barboſ.in d.c. cum deputati num.4.Gratian.diſcept.56.num.39.Guid.Pap. dec. 89. & 390.* nec aduocati *Cardoſ.in praxi verb. procurator 5.Grauei ad Gaill.lib.1.concluſ.43.conſil.3.Barboſ.in l.cum prætor §.ul.num.226. ff. de iudicijs.*

94 Et licet *Io.Fab.& Aretin.in §.fin. Inſtit. de except.*& *DD.in l.1.§.hoc edicto.ff.de poſtul.* dicãt id procedere de Iure canonico, non autem de Iure Ciuili, Tamen de Iure ciuili eſt *tex. in l.1. ver.ſecundo loco* , & *verſ. rurſus*,& *verſ. hoc edicto* quidquid dicat *gl.ibi C.de infam.lib.10.*

95 Nec facit *tex.in §.fin.inſtit.de except.* quia ille *tex.* loquitur in illo,qui non eſt notoriè infamis, & vilis, ſecus autem ſi eſſet notoriò infamis , vt dicit *Io.Fab.& cæteri*,vel intelligitur de infame infamia facti,non iuris. *Mancin.de iuram. p.3.ar. 1.num.26.*latè diximus *in obſ.ad conſ.49. R. Rom.lib.3.*vbi probauimus hoc , & procuratoris officium non eſſe vile,& infame.

96 Infames maxime coram Principe , vel eius Prætorio non poſſunt eſſe procuratores per *tex. in l.ſed & milites 10.§.ſed & ignominia* , alias incipit *ſcribit ff.de excuſat.tutor.Golin.de proc.p.1.c. 4.num.33.& ſeqq.Manzi de proc.tit.3.n.114.*

97 Potentiores non poſſunt eſſe procuratores *tot. tit.ne liceat potent.Spec.tit.de proc. in ver. ſuam n. 3.in med.Menoch.de arbitr.caſ.438.nu.11. Trentacinq.var.lib.2.tit.de poſtul. reſol.2. Pax in Schol. ad leges ſtyli l.17.nu.3.& ſeqq.Alphan. collect.326. Fontanell.in fragm.crim.p.2. lit.L.num.300.Gregor. Franiz.reſol.10.Hunn.Encyclop. Iuriſ.2.p.tit.5. c. 7.num.21.Qui titulus*, & concluſio procedit tam in actore, quam in reo *Gratian. reg.339. num.4. Dien.reg 88.ampl.1.Farinac.vbi ſup n.312. Trentacinq.reſol.tit.de poſtul.reſ.2.nu.2. Chriſt. de Paca ad leges ſtyli l.17.num.7.Olea de ceſſ.Iur.tit.2.q.4. num.3.&* 38.pariter procedit etiam ſi occultè,& per interpoſitam perſonam quis procuret *Gratian.d.reg.339.num 5.Trentacinq.ſup.n.3.*

98 Potentiores in propoſito dicuntur qui non ſolum per ſe potentiores ſunt, ſed etiam qui cõiunctum potentiorem habent vſque ad ſecundum gradum,iuxtà tradita per *Affl. de Iure prothomiſ. §.prohibemus num.6.*

99 Dicitur potentior ratione priuilegij,vt ſcolaris,ratione fori,vt clericus,de quo diximus *ſuprà* Item ratione officij, vt Iudex, Conſul, Senator, Præſes,de quibus per *Benedell. de Iure prothomiſ. §.prohibemus num.1.& 3,* De clerico dicunt *gl.in c.fin.de alienat.iudic.Supr.alleg.19.nu.1. Gabriel.*
100 *commun. concluſ.lib.2.tit.de action.concluſ.5. nu. 52.Maſcard.concluſ.558.nu.20, Natta conſ.530. num.11.vol.3.Pereira de Iure emphy. lib.3. cap.1. num.15.Conſ.Prat.diſcept.35.nu.20.lib.2. Velaſc. de priuil.pauper.3.p.q.9.num.28.*facit *tex.in c.fin. de alienat. iudic.*

101 Familiaris domini potentior dicitur *Bar.in rubr.C.ne liceat potent. num.*& *ex Innoc. in cap.2. de alien.iudic.mutan.Rebuff.in conſtit. tit. de ceſſ. act.gl.5.Gratian.d.reg.339.nu.3.Farinac. vbi ſup. num.304.Trentacinq; vbi ſup.num.4.* Et *Greg. Lopez in l.6.gl.vl.tit.5.p.3.*dicit hoc caſu non puniri amiſſione cauſæ , facit *tex.in l. penul.in fine ff. quod met.cauſ.Clar.§.emphyteuſis* vbi dicit , perſonas potentes dici Clericos,Curiales,milites, inter quos ſunt Æquites Hieroſolymitani, de quibus omnibus late *Benedell.loco cit.nu.17. & ſeqq.*

102 Dicitur etiam potentior qui terrere poteſt aduerſarium ſuum *Bal. in l. per diuerſas num.23. C. mandati,& conſ.151.lib.3.Menoch.præſ.229. nu. 32.cum ſeqq.lib.3.*

103 Eccleſia etiam dicitur potentior *Corbul. de cauſ.ex quibus emphyt.iure ſuo priuatur ob alien. ampl.12.num.1,*facit *tex.in cap.1. §. & ſi clientulus de alienat.feud.Calcan.conſ.7.vol.4. Anchar. conſ. 65.Ayman.conſ.15.ad fin.Muta dec.10. num.16. Olea de Ceſſ.Iur.tit.2.q.4.num.44. Golin. de proc. p.1.cap.5.n.43.*

104 Quod intellige in Eccleſia,& Clerico habente iuriſdictionem contrà debitorem, vel in partē aduerſam , ſecus in Eccleſia particulari non habente in eam poteſtatem *Rom.conſ.205. num.44. Cean.conſ.205.* Et *in fine*, quod Ciuitas etiam dicitur potentior eo quia eſt difficilis conuentionis , ad quod facit *tit.C.ne liceat fiſc. vel reſp. Snagun.in cap.fin.de alienat. iudic. in ſolut. ad 7. argum. Rebuff.ad tit.de ceſſ. & action.art.1. gl.2. Menoch, præſ.129. num.37. Montan. ad Olibun. de action.p.2.lib.1.cap.4.num.37.Marc. Angel.loc de præparat.iudicior.p.2.præpar.19.à num.12. Farinac.ver.litigioſa res num.307. Trentacinq. lib.2. var.tit.de poſtul.reſ.2.num.5.Martin de Iuriſd. p.4. cent.1.caſ.91.Graſſ.eff.34.Gallerat. de renunciat.f. 4. num.111.* latè *Corbier. de Iuriſd. in exempt. 1.p.q.49.* poſt alios *Olea de ceſſ.Iur.tit.2.q.4.nu. 45.*qui dicit , contrarium forſan tenentem loqui ſine ratione,& Iure,diſputans in terminis *l.3.C. ne liceat potentioribus.*

Sed an Eccleſia , & clericus ſit potentior in
105 terminis edicti de alienatione iudicij *in ff. d. tit.& c.1.& ſeq.de alienat.Iudic.* Et ſic an quis in Clericum vel Eccleſiam poſſit alienare rem , vel actionem , ſuper qua ſibi litem mouendam fore timet, diſputat benè *Olea de ceſſione Iurium tit.2. q.4.num.44.& ſeqq.*

Nn 2 106 Po-

106 Potentior poteſt eſſe procurator quando ille eſt coniunctus ſanguine cum conſtituente *Tiraquell. de retract. conſanguin. in præfat. num. 53. & 54. Gabriel. lib. 2. de action. concluſ. 5. num. 3. Troyſ. in rit. M. C. V. 290. nu. 28. & 29.* vbi dicit, quod conſanguinitas facit ceſſare dolum, & fraudem *Menoch. cit. præſ. 129. num. 39. lib. 3. Iſern. in c. 1. quæ ſint regalia Benedell. ubi ſup. num. 26. in fine Olea de ceſſ. Iurium tit. 2. q. 4. n. 25.* Ratio eſt quia
107 *titulus; Ne liceat potent.* habet ſolum locum quãdo potentior conſtituitur procurator cum dolo ratione officij *Abb. in cap. 1. de alienat. iud. mut. Oſaſch. dec. 144. Benedell. de iure protb. §. prohibemus num. 23. F. Barboſ. in l. 1. p. 7. num 47. ff. ſolut. matr.*

108 Et ſic ſi fiat ceſſio potentiori non ratione officij, valet per *tex. in l. qui ſtipendia C. de proc. Alberic. in l. fin. C. ne lic. potent. Colin. de procurat. p. 1. cap. 5. num. 51.*

Valet etiam ceſſio, ſeu mandatum factum procuratori potentiori, ſi lis ſit cum æquè potentiori, quia tunc videtur feciſſe non vt metum inferat ſed vt excludat *Chriſt. de Pace in leges ſtyli. l. 17. n. 10. Trentacinq. d. reſol. 2. nu. 8.* Sicut valet mandatum factum potentiori, ſi potentior ille velit eſſe procurator pro Rege, libertate, vidua, orbo, & alia miſerabili perſona, & pro liberando ad mortem iniuſtè damnatum ità *l. biſp. 7. & 11. tit. 5. p. 3. Chriſtof. de Pace d. l. 17. Styli num. 9.* Valet etiam ſi fiat ex cauſa neceſſaria *Farinac. vbi ſup. num. 323. Olea de Ceſſ. Iurium tit. 2. q. 4. nu. 26.* vbi per *totam q.* totam materiam benè ſuo more explicat.

109 Rati one potentiæ Regij conſiliarij, & alij officiales non poſſunt eſſe procuratores, nec ad negocia, *l. ſi quis procurationem 34.* & ibi *Bar. C. de decur. lib. 10.* Verum quamuis inhabiles, poſſunt tamen ſubſtituere habiles perſonas, ſi hanc poteſtatem habeant. *Taſſon. de antef. vers. 3. obſ. 3. nu. 81. Golin. de proc. p. 1. c. 5. n. 56. Maſtrill. dec. 264. D. Prat. lib. 3. diſcept. 12.* vbi id verum dicit etiam ſi in mandato dicatur, vt talis inhabilis loco *ſui* ſubſtituat, & ſic per S. C. iunctis duabus aulis, deciſum refert *R. Rouit. in rubr. de proc. in pragm. nu. 52.* vbi refert ex *Grat. diſcept. 737. in fine* quod per mortem ſubſtituentis non expirat mandatũ.

In hoc articulo, an procurator inhabilis ſtante poteſtate ſubſtituendi poſſit alium ſubſtituere dixtinctio eſt, vt procurator inhabilis omninò, & ipſo iure, puta ſi quis aliqua lege vetante ne ſit procurator, fiat procurator, vt eſt de Iure ſiculo, & Neap. vt *ſup.* diximus, non poſſit ſubſtituere habilem, Procurator vero non omnino incapax, ſed propter defectum licentiæ, vel ope exceptionis, prout eſt quando mandatum eſt factũ in perſona monaci, vel religioſi, qui non poſſunt eſſe procuratores ſine licentia Superioris, vel in perſonam clerici, vel militis, qui ab initio ſunt capaces mandati, licet poſſit opè exceptionis excludi, & remoueri latè *Muſcatell. in praxi p. 2. gl. venions num. 20.* poſſit ſubſtituere *gl. in Clem. religioſus de proc. Vant. hic num. 136. in fine* poſt alios *Viu. opin. 651. num. 7.* Qui omnes reſtringũt dictam concluſionem, vt procedat quando generaliter fuit data poteſtas ad certam perſonam ſubſtituendam, ea ratione quia tunc dicitur eius ſubſtitutus à conſtituente, quam à ſubſtituẽte, quo caſu procurator eſt tanquam pica, & organum, quod non eſt in poteſtate ſubſtituendi generaliter, cuius ſubſtitutio eſt radicata in perſonam procuratoris, qui cum reperiatur inhabilis, actus ſubſtituendi in eo non poteſt fundari *Dec. in cap. poſt ceſſionem num. 21.* verſ. *ſed tamen de probat.*

Verum contra dicit *Bar. in l. 1. §. item acquirimus ff. de acquir. poſſeſ.* vt ſcil. procurator inhabilis cum poteſtate ſubſtituendi poſſit habilem ſubſtituere, verum ad ſedandas has opiniones contrarias *DD.* ponunt ſex caſus. Primus eſt quando conſtituitur Nuntius inhabilis cum poteſtate ſubſtituendi procuratorem habilem, tunc ſubſtitutio valet, quia præbet nudum miniſterium *l. qui autem §. fin. ff. de conſtitut. pec. Bar. in d. §. item acquirimus in fin.* 2. eſt caſus quando eſt conſtitutus procurator inhabilis cum poteſtate ſubſtitẽdi habilem, & in conſtitutione dicitur *ex nunc pro tunc*, & hoc caſu valet *Calderin cap. ex ſucceſſione de probat.* 3. quando eſt conſtitutus procurator inhabilis cum poteſtate ſubſtituendi habilem, & certum, & tunc ſine dubio valet, quia tunc ſubſtitutus videtur à domino *Abb. in d. c. ex ſucceſſione num. 19.* & ibi *Dec. num. 21. Felin. n. 25.* verſ. *declara de probat.* 4. quando ſit inhabilis poſt conſtitutionem, & tunc etiam poteſt, quia non eſt imputandm conſtituenti. 5. Caſus eſt quando conſtituitur inhabilis, cum poteſtate ſubſtituendi loco ſui, & tunc non valet ſubſtitutio habilis, ea ratione quia actus ille radicatur in perſonã ipſius ſubſtituentis, & ſi conſtitutio eſt ipſo iure nulla, eſt pariter nulla ſubſtitutio *gl. in d. cl. religioſus, & aly DD.* ex aduerſo *adducti*. Verũ quo hunc caſum contra fundat *D. Prat. loco ſup. cit. diſcept. 12.* 6. Caſus eſt quando procurator eſt inhabilis ipſo iure, eſt tamen conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi ſimpliciter, & tunc poteſt ſubſtituere habilem, & huiuſmodi ſubſtitutio valet *Ant Butr. in d. c. poſt ceſſionem* vbi *Aret. num. 45. Roman. in d. §. item acquirimus num. 6.* & ibi *Soccſen. num. 10. Monter. dec. 25. num. 32.* Ea ratione quia eo caſu ſubſtitutio videtur facta ab ipſo domino, etiam quod generaliter ſit data poteſtas ſubſtituendi *gl. in cap. 1. & 3. de proc. in 6.* & eſt *text. in l. item veniunt §. ſi decuriones ff. quod quiſq; Iuris Bar. in l. 1. num. 4. ff. de proc.* latè *Maſtrill. dec. 264.*

110 Et dicit Regij Conſiliarij, & alij officiales nec poſſunt eſſe tutores, aut balij abſq; licentia Proregis per *pragm. 3. de offic. Iudic.* quid de Iure communi eſt *tex. in l. fin. C. de excuſat. tut. & l. 1. C. de excuſat. Veteran. lib. 11.* nec hæredes fiduciarij ex *litteris ſuæ Maieſtatis* in *prag. tit. de officialibus* nec poſsũt eſſe aduocati in aliqua cauſa, vt in *rit. 11.* vbi *Carauit. & D. Petra.* niſi cum licentia Regis tantum *pragm. 2. §. 10. & pragm. 9. §. 5. de offic. Iudic. pragm. 7. §. 1. pragm. 39. §. 8. de offic. Magiſtr. Iuſtitiar. prag. 6. §. 2. de tegeſ. & ſalar.* idem eſt de *Iure* ſiculo per *pragm. vnic. tit. 8. Maſtrill. dec. 264. num. 1.* vt nec poſſint etiam in Camera conſulere ſub nullitatis actorum pœna.

111 Actuarij, ſubactuarij, ſcribæ, Capitanei, Alguzini, & alij officiales Curiæ nec etiam poſſunt eſ-

ſe

ſe procuratores,niſi pro eorum cauſis, & conſan-
guiocorum *prag.16.§.1.iuncto §.3. de offic. Ma-
giſtr.Iuſtitiar.prag.30.§.4. eodem tit. Caranit. rit.
11.num.8.Danza de pugna DD. tom.1. tit. de offic.
actuar.c.1.num.33.*
112 Sic aduocatus fiſci non poteſt eſſe aduocatus
alicuius priuati per *pragm.37 §.8. de offic. Magi-
ſtr.Iuſtit.* non obſtantibus *rit.11.& 18.* contrariũ
diſponentibus,
113 Et aduocatus pauperum non poteſt patroci-
nari contrà pauperes *rit.23.* latè *Scialoya de foro
compet.cap.33.n.346.& ſeqq.*
Et ratione impreſſionis aliquando Conſilia-
rij,& officiales non poſſunt conuenire, nec con-
114 ueniri,& ſic dicimus quod officiales, & Magi-
ſtratus,aut ſunt minores,aut maiores.Si ſunt mi-
nores poſſunt durante officio conuenire, & ab
alijs conueniri in iudicio per *tex.in l.neque magi-
ſtratibus ff.de iniur. & famoſ. libell.* ibi: *quod ſi ex
minoribus magiſtratibus,erit in ipſo magiſtratu poſ-
ſe eum conueniri,&c.*
115 Si ſunt maiores,aut ſunt temporales, & anna-
les,aut perpetui. Primo caſu,vt ſunt in Sicilia
Iudices M.R.C.aut Regij Conſiliarij, & non
poſſunt durante officio regulariter nec agere,
nec ab alijs conueniri *d.l.neque magiſtratibus, &
l.pars litterarum ff.de iudic.* ibi. *magiſtratus quo an-
no l.2.ff.de in ius voc.l.ſenatus conſulto ff. de offic.
præſid* & in Sicilia adeſt *Cap. 136. ſub Inuictiſſ.
Imp. Carolo V. & pragm.10. ſub tit.de offic. Iudic.
M.R.C.Maſtrill.de Magiſtr.lib.5.c.8. num.62. &
cap.10.& dec.270.*
116 Regula hæc limitatur per *Iaſ.in l.2. ff. de in
ius voc.* octo modis per *Parid. de Put. de ſyndic.
verb.officialis* duobus modis.Et *Antonin. Xibecca
in d.l.pars litterarum* dicit non procedere *tex.* vbi
Iudex litigat maritali nomine, & ità ſeruatum
refert, nec vbi filius eſt Iudex, & pater litigat
Xibecc ibid. vel vbi filij,vel vxores talium iudi-
cium litigant,vt deciſum refert *Maſtrill.dec.281.*
nec in cauſa ſpolij,vt latè probat, & deciſum re-
fert *Maſtrill.d.dec.270.& num.37.48.& ſeqq.* li-
mitat etiam in cauſis executiuis, & ſummarijs,
in quibus proceditur ex abrupto. Et licet de
Iure Regni Siciliæ volens quis poſſit officialem
conuenire,non tamen poteſt cogi agere, vt *in d.
cap.136.* vbi deciſum refert. De Iure communi,
nec quis volens poſſet conuenire officialem *d.l.
pars litterarum,* benè tamen non ſubditus poſſet
officialem conuenire, & vnus poteſt alium magi-
ſtratum conuenire. *Maſtrill. d.dec.270. num.52.
& ſequentibus.*
117 Si ſunt perpetui, etiam maiores, & poſſunt
conueniri,& ab alijs in iudicio conueniri, quia
iura prædicta loquuntur de annalibus, & non
de perpetuis, vt patet ibi. *Magiſtratus, quo anno
cum imperio ſunt Gregor.Lopez l.2.lib.1.p.7. gl.al-
caide.Maſtrill.d dec.270.n.42.& ſeqq.*
118 Eadem ratione impreſſionis non poſſunt eſſe
procuratores Fiſcus,Vniuerſitas, ac Ciuitas *l.3.
& toto tit C.nè fiſcus,vel reſp.proc.* & ibi *Brunneman,
Barboſ.Bald.de Angelis,& alij Rosbach.tit. de proc.
num.9.in praxi Maan.de aduoc.& proc. tit.3. nu.
95.Peregr.de Iure fiſci lib.4.tit.6.num.42.& ſeqq.*
119 & de *Iure* noſtri Regni Neap.Perceptores re-
gij non poſſunt eſſe procuratores priuatorum
ad exigendum per *prag.48.§.2.de offic.proc. Cæ-
ſari.prag.1.§.5.tit.eodem.*
120 Benè tamen Syndicus Vniuerſitatis poteſt
eſſe procurator priuatorum *Vueſenbec. tit. de
proc. num.4.* nam licet ille repræſentet totam
Ciuitatẽ *l.1.§.1.ff.quod cuiuſquiſq;Vniuerſit.* Ta-
men extrà fines ſui officij eſt perſona priuata,
& non vt Syndicus agit,aut defendit, ſed vt qui
libet alius procurator priuati, & non eſt abſur-
dum,vt vnus, & idem diuerſo reſpectu, diuerſo
iure cenſeatur *Gaill.lib.1.obſ.30.num.4.* niſi talis
121 Syndicus alias ſit potentior, aut formidoloſus
*toto tit. C. ne liceat potentioribus Vueſemb. tit.de
procurat.*
122 Redentores litium procuratores eſſe non
poſſunt *l.litem. C. de proc. l.ſi contra C. eodem l.ſi
remuneraadi 6.§.maritus ff. mandati Petr. de Gre-
gor.lib.49.tit.4.num.20. Borrell. conſ.40. num.28.
& ſeqq.& in ſumma deciſ.tom.1.tit.de proc. nu.61.
Brunnem.ſuper d.l.litem.* Et etiam aduocati eſſe
prohibentur *l.ſi qui,1.C.de poſtul.l.1.§. in honora-
rijs.ff.de varijs,& extraord.Vueſembec. in tit. de
proc.num.10.& 11.*
123 Inimicus non poteſt eſſe procurator, nam ſi
fuerit conſtitutus tempore, quo inimicitia non
aderat, ſi ſuperueniat inimicitia inter illum, &
conſtituentem ſtatim quamuis non ſit capitalis,
mandatum tacitè cenſetur reuocatum *l. vel exilio
21.ff.de proc.Magon.dec. lucenſ.25. num.72. Xa-
mar.de offic.Iudic.& aduocati p.2.q.3.nu.11.Taſc.
lit.I.conclaſ.148.ſub num.9. Baron.de effect. inim.
eff.8.R.Galeot.contr.60.num.19.& ſeqq.* vbi extẽ-
dit,vt inimicus tutoris ſit inimicus pupilli *Baron.
de effect.inimicit. effect.82.*
124 Et pendente cauſa inimicitiæ procurator non
debet adminiſtrare *gl.in l.quæ omnia, §.ſed ſi ad-
uerſarius ver.mentem ff.de proc, l.quod ſi forte ff.de
ſolut.§.ſi quis Inſtit. de ſuſp.tutor.l.eumquè C.eodem
tit.Gratian.diſcept.618.num.1.Mandoſ.de inhibit.
q.55.num.2.* Et licet Iudex debeat dare aduoca-
tum parti petenti illum, ex quo non reperit à
quo defendatur *Baron.de effect.inimic.eff.5.nu.5.*
Tamen non poteſt dare illum, cum quo eſt ini-
micitia, vel fuit *effect.146.* Et inimicita hæc eſt
125 tantæ potentiæ, quod licet procurator poſt li-
tem conteſtatam non poſſit reuocari,vt *in cap.2.
de proc. in 6. l.poſt litem, & l.quæ omnia §.planè ſi
dicat ff.de proc,* dicemus *infrà.* Tamen per inimi-
126 citiam ſubſequutam poteſt reuocari *l.procu-
ratoribus* vbi *gl.C.de proc.l. poſt litem ff.eodem Ba-
ron.de effect. inimicitiæ effect.33. Gratian. diſcept.
22.num.8.Montan.de tutel.cap.35.num.163.Nig.
de laudem.tom.2.q.22.art.8.num.22.Carp.de exe-
cut.lib.4.cap.1.num.14.Herring.de fideiuſſ.cap.20.
§.32.num.9.Golin.de proc.p.3.cap.5.num.11.* Imò
& ipſo iure intelligitur facta reuocatio abſque
vlla intimatione, vel probatione *Nig. vbi ſup.
nu.22.* Et etiam ſi inimicitia non ſit capitalis re-
uocatur mandatum *Golin.ſup.n.12.*
127 9.Filius fam.licet poſſit dici,quod ſaltim in
Regno Neap.non poſſit eſſe procurator, cum in
illo prohibeatur filijs fam. contrahere, per *prag.
1.ad Maced.* cum in iudicijs quaſi contrahatur
*l.3.§.idem ſcribit ff.de pecul.Carleual.de iudic.tom.
2.diſp.*

Digitized by Google

2. diſp. 1. & quaſi contractus dicatur contractus
128 *l. interdum, §. fin. ff. de iudic. l. ſed ſi cum aliquis ff. de negot. geſtis Caſtill. dec.* 207. *nu.* 5. *p.* 3. Tamen
129 in contrarium eſt veritas, quod ſcil. poſſit eſſe procurator, de quo eſt *tex. in l. filio fam. & §. ipſe quoque ff. de proc. c. penul. de proc. c. qui generaliter §. 1. eodem tit. in 6. & vtrobique Barboſ. Graſſ. de ſubſt. proc.* verb. *dominos Vngol. de legit. perſon. c. 16. num. 5. Maranta de ordin. iudic. p. 4. diſt. 16. nu. 35. Menoch. remed. 15. recup. num. 307. P. Barboſ. in l. 3. num. 5. ff. ſolut. matr. Soar. recept. ſentent.* verb. *filius num. 205. Aſcan. de patr. poteſt. eff. 4. num. 9. Molin. de inſtit. tract. 2. diſp. 228. Ordin. g. Luſitan. lib. 3. tit. 9. §. 5.* Quod procedit etiam ſi pater pro-
130 hibuerit *Bar. & Bal. in l. fin. §. neceſſitatem C. de bonis quæ liber.*

131 Nec obſtat quod filius fam. prohibeatur contrahere, vel quaſi, nam id procedit quando ex huiuſmodi contractu, vel quaſi ſibimet præiudicaret; at ſecus quando vti procurator in iudicio quaſi contrahit, cum hoc tangat conſtituentem *arg. tex. in l. cum mandato 24. in fin. ff. de minor. Golin. de proc. p. 1. c. 4. n. 1. & ſeqq.*

132 De Iure communi filius fam. poteſt eſſe procurator ad negotia, & ad iudicia, vt dicit *Torniq. de Iure maritt gl. 5. n. 174. Barboſ. in c. qui generaliter n. 4. de proc. in 6.*

133 Sed ad negotia de Iure noſtro per generalitatem *d. prag. ad maced.* non poteſt eſſe ſine conſenſu patris, alias ſi ſit non obligatur, cum ex tali mandato poſſit remanere obligatus, & debitor, & de Iure communi licet filius fam. in mutuo, & voto tantũ non poſſit obligari tamẽ per dictã *pragm.* non poteſt obligari pro quocumque contractu, vt late examinat *R. Marin. lib. 1. reſol. 145. n. 11. & ſeqq.*

134 Quo ad exceptionem excommunicationis dicimus, excõmunicatũ non poſſe eſſe procuratorẽ per *tex. in cap. poſt ceſſionem de probat. cap. prudentia §. ſexta de offic. & poteſt. iud. deleg. Affl. in c. 1. num. 9. hic fin. lex in vſib. feud. Maranta in ſpec. p. 4. diſt. 16. num. 18. Spec. de proc. §. ratione igitur in princ. Caravit. rit. 236. num. 20. De Graſſ. de except. except. 4. num. 10. Guid. Pap. ſing. 395. Sayr. in Theſ. caſ. conſcient. lib. 2. cap. 8. num. 6. & ſeqq. Marta in ff. noviſſ. p. 1. tit. proc. cap. 15.* poſt alios *Borrell. in ſumma decìſ. tom. 1. tit. 66. de proc. num. 37. Manzi de advocat. & proc. tit. 3. num. 77. Ricciull. de Iure perſon. lib. 4. cap. 24. Carp. de execut. lib. 1. cap. 9. nu. 16. Frances reſol. 51.*

135 Sed melior diſtinctio eſt, Quod aut eſt excõmunicatus ante quam conſtituatur procurator, & tunc conſtitutio de ipſo facta eo ipſo non valet, quia actus huiuſmodi in perſona excommunicati radicari non potuit: ideo factum cum tali procuratore ipſo iure non ſubſiſtit, cum nunquam fuerit procurator *Spec. tit. de proc. §. 1. in princ. Io. Andr. Cald. Abb. in cap. poſt ceſſionem* vbi etiam *Felin. de probat. Vant. hic num. 136. Borrell. in ſumma dec. tit. 66. num. 37. & 38. Ricciull. d. cap. 24. n. 12.* vbi late comprobat, & reſpondet contrarijs. Et *n. 14.* verſ. *quod procedit* ampliat ſiue excommunicatus ſit publicus, ſiue occultus, ea ratione, quia officium procuratoris eſt priuatum, & in hac materia non adeſt differentia inter vtrumq; poſt *Felin. in cap. poſt ceſſionem num. 24. Abb. in c. fin. num. 12. de proc.*

136 Imo talis procurator neque ſubſtituere poteſt vigore ſui mandati, vt voluit *gl. fin. in clem. ſi religioſus, & Felin. vbi ſup. in d. c. poſt ceſſionẽ Vant. hic num. 136. in fin. Franc. Marc. dec. 1233. nu. 5. Golin. p. 1. c. 5. n. 20.*

137 Pro cuius concluſionis declaratione ſunt diſtinguendi tres Caſus. Primus eſt quando mandatum in perſonam excommunicati fuit datum ante excommunicationem, & tunc ſecundum aliquos poteſt ſubſtituere, quia ſubſequens excommunicatio non tollit facultatem ſubſtituendi *Felin. in d. c. poſt ceſſionem ſub num. 25. Card. in clem. religioſus n. 17. q. 16. de proc.* mouentur ex *tex. in cap. ſi Iudex de offic. deleg. in 6.* vbi ſubſequens recuſatio non tollit delegationem alteri factam antè recuſationem. In contrarium eſt veritas ea ratione, quia licet ſit verum per ſubſequentem excommunicationem non tolli facultatem ſubſtituendi, nihilominus æquè verum eſt, quod excommunicatione durante non poteſt excommunicatus vti hac facultate, quia impeditur exercitium mandati *Io. Andr. in d. c. poſt ceſſionem*, & ibi *Butr. num. 10. Imol. num. 8. Abb. num. 15. Socc. in cap. Sacris num. 321.* verſ. *aut in procuratore ſimpli de ſent. excom. num.* latè *Ricciul. cap. 25. num. 4.* vbi reſpondet rationibus *ſup.* poſitis in contrarium.

138 Secundus caſus quando mandatum fuit datũ poſt excommunicationem incurſam, & procurator fuit conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi generaliter, & tunc quod non poſſit ſubſtituere *Calder. in d. c. poſt ceſſionem num. 44.* & ibi *Imol. in fine Abb. n. 12. & ſeqq. Dec. num. 63. Card. in clem. religioſus q. 16. de proc. Bar. in l. 1. §. item num. 9. ff. de acquir. poſſeſſ.* Ea ratione quia quando facultas ſubſtituendi eſt generalis, tunc ſubſtitutio fundatur tota ſuper facto procuratoris, qui cum ſit inhabilis ipſo iure ad exercendum actum reſpiciẽtem munus procuratoris, merito ſubſtitutio non valet *Dec. in d. c. poſt ceſſionem n. 64.*

139 Quod poſſit ſubſtituere dicunt alij ſignanter *Butr. in d. cap. poſt ceſſionem ſub num. 10.* Ea ratione quia ſubſtitutio expeditur per viam contractus & in contractibus excommunicatus eſt habilis *c. veritatis de dolo, & contumac.* 2. quia ſubſtitutus cenſetur ſubſtitutus à conſtituente *l. item eorum §. ſi decuriones ff. quod cuiuſque Vniuerſit. nom. l. cũ eſſent §. 1. ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* 3. delegatus inhabilis ſubdelegat *c. ſi iudex de offic. deleg. in 6.*

140 Mihi placet prima opinio tanquam verior, & communior, ea ratione quia habens poteſtatem ſubſtituendi generaliter non poteſt vti hac facultate, niſi primum officium ſit radicatum in perſona ſua *gl. in d. clem. religioſus* verb. *commiſſum de procurat.* Sed tale officium non poteſt radicari in excommunicatum, quia vt diximus eſt inhabilis ipſo iure, ergo neque poteſt fieri ſubſtitutio, quia dum procurator ſubſtituit dicitur fungi officio ſuo *cap. ſi qui* vbi *gl.* verb. *aliud de proc. in 6.* latè *Ricciull. d. c. 25.* vbi *num. 9.* reſpondet, & benè cõtrarijs rationibus.

141 Tertius caſus eſt quando eſt data facultas ad ſubſtituendam certam, ſeu certas perſonas, & tũc ſunt inſpicienda verba mandati, vt ſi detur man-

da-

Digitized by Google

datum ad conſtituendum aliquem, hæc conſtitutio poteſt fieri, quia hoc caſu procurator præſtat nudum miniſterium *l.licet ff. de conſtit. pecun.* & tunc actus non tribuitur procuratori, ſed principali *l.pater ex prouincia ff.de manum. vindi.*. Aut datur ad ſubſtituendum aliquem loco ſui, & tunc non poteſt fieri ſubſtitutio, vt diſtinguit *Bar.in l.1.§.item acquirimus num.10.ff. de acquir. poſſeſſ.* ea ratione quia ſubſtituens non præſtat nudum facti miniſterium, ſed officium radicatur in perſona procuratoris *Bar.in d.§.item acquirimus nu.10.* & ibi *Iaſ.n.58.Ricciull.d.c.25. n.11. & ſeqq.* de hac re diximus *ſup.*cum *D.Prato.*

142 Verum ſi poſt conſtitutionem factam in perſonam excommunicati, ſit conſtituens certioratus de abſolutione, & perſeueret in ſua voluntate, conſtitutio incipit habere robur ex nouo cõſenſu, debet tamen conſtare de ſcientia abſolutionis, aliàs proceſſus non ſanabitur à nullitate. latè *Ricciull.d.cap.24.num.18.& ſeqq.* Et *n.21. & ſeqq.* fundat ratihabitionẽ Domini non ſufficere.

143 Aut eſt excommunicatus poſt mandatum, & tunc geſta cum tali procuratore etiam excommunicato ſi nõ fuerit exceptum, tenent, ex quo à principio adfuit fundamentũ ſuæ poteſtatis, licet per exceptionẽ ex poſt, impediri potuerit, vt declarãt *DD.in d.c.poſt ceſſionẽ, & in c.Pia de exc.in*

144 *6.* Hanc diſtinctionẽ laudant *Vant.hic n.136. Franc.Marc.dec.1233.nu.5. Vin.dec.99.n.4.Borell.d.tit.66.n.38.Golin.de procur.p.1.cap.5.n.37. Ricciull.d.c.24.num.17.*

145 Et ſi tempore conſtitutionis erat excommunicatus, licet tempore acceptationis mãdati ſit abſolutus, etiam mandatum eſt ipſo iure nullum *DD in d.cap.poſt ceſſionem, & c.ſi eo tempore de reſcript.in 6.* ea ratione quia mandatum recipit robur à conſenſu mandantis, & mandatarij *§.vnic. inſtit.de obligat.quæ ex contract.naſc.* & ſic nõ perficitur, niſi tempore, quo poſſit adeſſe conſenſus mandati, & acceptatio mandatarij *§.mandatum inſtit.mandat.Hippol.in l.quæſtionis num.43.ff.de quæſtion.Golin.d.cap.5.nu.18.Ricciull.d.c.24.n.6.*

146 Verum quia exceptio excommunicationis per conteſtationem litis non purgatur, cum quis remaneat eo modo excommunicatus poſt, prout erat antè, Ideo licet ad inualidandum ea, quæ iã facta ſunt ab excommunicato, opponi non poſſit, poterit tamen opponi contrà ea, quę agenda ſunt ad proceſſum impediendum, ex quo exceptio excommunicationis habet cauſam ſucceſſiuã, vt dicit *Bar.in l.eleganter §.ſi quis de condit.indeb. Mil.in* ver.*exceptio excommunicationis.*

147 Extenditur concluſio hęc, quod excõmunicatus repellitur ab officio procuratoris, vt procedat tam in excommunicatione publica, quam occulta, non obſtante diſpoſitione *tex.in cap.1. de except.in 6.*quia loquitur in principali non autem in procuratore *Rot. apud Creſcent. dec.12. de procurat.*

148 Extenditur 2.ſiue mandatum ſit datum ab homine, ſiue à lege *Ricciull.d.lib.4. c.24. num.4.* & ſic coniunctus excommunicatus non poteſt comparere pro coniuncto *Ricciull.q.28.*vbi latè probat multo magis procedere ſi ſit etiam conſtitutus procurator ab coniuncto excommunicato.

149 Extenditur 3. Vt ſubſequens abſolutio non validet conſtitutionem in perſonam excommunicati factam *d.cap.poſt ceſſionem* poſt *Hoſtienſ. & Abb.Ricciull.n.8.*

150 Extenditur 4.Vt ſi poſt conſtitutionem, & acceptationem mandati ſuperueniat excommunicatio, licet mandatum ſit validum, quia recipit ſuum robur tempore habili, tamen per ſuperuenientiam excommunicationis, reuocatur *cap.ſi inimicus 11.q.3.Bal.in l.aut 18.ff.de proc.in addit.*Vel ſaltim impeditur exercitium, donec excommunicatio duret *Socc.in cap.Sacris nu.331.de ſent. excom.*Ricciull.*num.9.*qui *nu.10.* ampliat etiam ſi excommunicatio ſuperueniat in perſona domini, nam licet procurator per litis conteſtationem efficiatur dominus inſtantiæ, non tamen efficitur dominus cauſæ, nam cauſa non eſt ipſius procuratoris, ſed domini, ad quem ſpectat commodum & incommodum poſt *Socc. & Hoſtienſ. Aufr.ad Cappell. Tholoſ. dec.143. ſub lit.A.* Verum debet opponi de excommunicatione, alias iudicium cum eo factum valet *Creſcent.d.dec.12.de proc.*

151 Extenditur 5. Siue excommunicatus ſit conſtitutus procurator pro parte actoris, ſiue pro parte rei poſt *Abb.& Butr.Ricciull.d.c.24.n.11.*

152 Nec excommunicatus poteſt eſſe in iudicio ratione officij publici, Et officiales Vniuerſitatis ſi ſint excommunicati non poſſunt nomine Vniuerſitatis conſtituere procuratorem *cap. fin. de proc.* Sic Tutor, & Curator.*Franc.in cap.1.nu.8. de proc.in 6.Abb.in cap.veritatis ſub nu.54.de dolo, & contumac.*dummodo ſint notoriè excommunicati *Ricciull.cap.26.Barboſ.in d. c.fin.de proc.*

153 Prodigus non poteſt eſſe procurator *l.2.ff.de regul.Iur. Bargarot. de except.* ver. *reſtat autem ſub num.84.Golin.de proc.p.1. cap.5. num.29. & 30.*

154 Idem eſt in auaro, cum in vtroque militet eadem ratio, quia ſcil. ambo malè vtuntur ſubſtantia ſua, & ſic etiam auaro debet dari Curator poſt *Bal.in l.fin.num.16.C.de ſent.paſſ.* R.*Ponte de poteſt.Proreg.tit.10.§.1. num.14. & ſeqq.* diximus *ſup.*

155 12.Inuitus procurator eſſe non poteſt, ſicut dominus inuitus cogi non poteſt *l.Inuitus 198. ff.de regul.Iur.* & ibi *DD. l.inuitus C.de proc. l.filius fam §.inuitus ff.eodem Bellon.dec.Rot.gen.140. num.2.Medic.de regul.iur.num.69.Rot.Rom.in nouis dec.145.Coler. dec. german.139. num.3.* Ea ratione quia hoc munus eſt priuatum authoritate, & vtilitate, nam ad officia tantum publica quis compelli poteſt *Gaill. lib.1. obſ.43. num.1. Donell.l.18.cap.16.in princ.* & cum procuratore contrahitur, & contractus ſunt ab initio voluntarij *Steinbus de proc.num.3. Cuiac. lib.13. obſ.5. Gręnei ad pract.camer.Imp.lib.1.concluſ.43. concl.1.num.17. Cardoſ.in praxi iudic. & aduoc.* verb. *procurator.n.68.Manzi de proc.tit.de Syndic.n.50. in fine.*quod eſt adeo verum, quod nec ſilentium hic pro conſenſu accipi poteſt *l.8.§.1.ff. de proc. Donell.ibid.& ibid.Hillig.lit.B. Manzi de procur. tit.3.nu.123.*(Niſi ſimus in coniuncto, qui videtur tacitè non contradicendo, acceptare mandatum *Tiraq.de pœnis temper.cauſ.22.nu.56.*)*Berlic. lib.1.concluſ.9.*quid quid dicat *Frid.Mindan.de proceſſ.tit.de mandat.iudic.c.53.n.11.& 13.*

156 Sed procuratores publicè matriculati.& con-
ſtituti in aliqua Ciuitate,vt in noſtra Ciuitate
Neap.in M.C.V. & S. C. poſſunt cogi manda-
tum ſuſcipere,vt ex Fulgoſ. Alex.& alijs in d.l.in-
uitus C.de proc.Cagnol.in l.inuitus num.6. de regul.
iur. probat Borrell.in ſumma deciſ.tit.66. nu.152.
& 154.p.1. Dec.in d.l.inuitus num.2. de reg. Iur.
De Angelis ſuper C.tit.de proc.l.inuitus num.2. Vr-
ſell.in examine apum concluſ. 60.num.98.Cardoſ.in
praxi aduoc.& proc.verb.proc.n.68.

Prout eſt in Camera Imperiali nam coguntur
procuratores ordinarij ſuſcipere procurationem
cauſarum Ord.Cam.p.1. tit.19. §.5. Gaill.obſ.43.
num.6.& ſeqq.lib.1.vbi ponit rationem Myſing.
cent.4.obſ.32.Manzi vbi ſup.num.125.Frid.Min-
dan. ſupra n.32.

159 Sic de omnibus alijs procuratoribus,qui ope-
ras ſolent locare DD.in d.l.inuitus Gaill. d.obſ.n.
8.P.Frideric.d.cap.53.num.11. Hillig. vbi ſup.lit.
A.Borrell.in ſumma deciſ.tit. de proc.nu.154. Bru-
nem.ſuper d.l.inuitus Cardoſ.vbi ſup. Item fauore
fiſci,& reip.poteſt quis cogi mandatum ſuſcipe-
re inuitus Cardoſ. vbi ſup.num.68. Prout quis po-
teſt cogi eſſe Syndicum Vniuerſitatis.cum ſit of-
ficium publicum arg.l.1.§.2. ff. de muner. & ho-
nor.Manzi de proc.tit.de Syndico.n.50.

158 Sic etiam Aduocatus poteſt cogi ad patroci-
nium ſuſcipiendum, vt eſt tex.in l.prouidendum
vbi Bar.C.de poſtul.l.1.§.ait prætor , & ibi gl.ff.de
poſtul.Frid.Mindan.d.c.53.n.9.Gaill.obſ.43.lib.1.
Papon.lib.6. tit.4. arreſt.4.Rot.Rom. dec.18. aliàs
817. tit.de iudic.in antiquis Berlic.concluſ.9 lib.1.
n.2.Ea ratione quia dictum officiũ dicitur publi-
cũ , & neceſſariũ Put.de Syndic.tit.de exceſſ.aduo-
cat.c.1. n.22.& ſeqq.Gratian.diſcept.56.n.22.p.1.
Menoch.de arbitr.caſ.369.n.6.Gaill.d.obſ.43.n.1.
Guazzin,ad defenſ.reor.in præfat.n.23. Layman.in
ſua Theolog.moral.lib.3.tract.4.cap.26.num.9. Vr-
ſell.d.concluſ.60.num.95.lit.A.Barboſ.in d.l.proui-
dendum num.7.& 8. vbi dicit de Iure hiſpano ad-
uocatus compulſus ſi nolit patrocinari, pro toto
illo anno,nec in illa , nec in alia aduocare pote-
rit cauſa,quæ non ſit propria, maximè ab Inqui-
159 ſitoribus Caren.de offic.S.Inquiſit.p.1.tit.10. nu.
9. poſt Bouadill.in polit.lib.2.c.17.num.103.Con-
ciol.reſol.crim.verb.aduocatus reſol.1.nu.1.& ſeqq.
Xamar.de officio Iud.& Aduoc.p.2.q.3.nu.1. & 8.
Baron.de effect.inimicit.effect.5. num.2. Dummo-
do ei ſalarium conſtituatur Xamar.vbi ſup. nu.4.
Auendan.de metu lib.1.q.12.13.

160 Maximè pro pauperibus , aliàs Iudex poſſet
eis prohibere ad tempus eorum exercitium d.l.
prouidendum 7.C.de poſtul.tradit Couar. pract. qq.
lib.1.cap.6.num.4.Nouar.de priuil. miſerabil. perſ.
priu.62.Iacob.Benin.de priuil.Doct.priuil.71.num.
9.& 10.Vrſell.d.concluſ.60.num.97. & ſeqq. Mi-
ſing.obſ.32.num.1.& ſeqq. cent.4.Gaill.obſ.43.nu.
11.& ſeqq.lib.1.Menoch.d.caſ.369.nu.6.Gratian.
d.diſcept.56. num.22.Layman.in theolog.moral d.c.
26. num.9. Conciol. crim. vbi ſup.reſol.1. num.3.
Guid.Pap.dec.361.Nouar. de grauamin. Vaſſallor.
grau.173.num.5. & ſeqq. Etiam ſine mercede ei
oblata,& ſi illã acciperet,vel nollet patrocinari,
peccaret Baeza de inope debit.cap.12.num.15.Re-
buff.de priu.Schol.priu.90.num.7.Benincaſ.de pri-
uil.pauper.ſpecial.1.in iudicijs num 10. Megal.in
promptuar.moral.Theolog.verb. aduocatus num.20.
Leſſ.de Iuſtit.& Iure cap.31. dub.7.lib.2. Guazzin.
in præf.num.5.Niſi talis Aduocatus pauper eſſet,
nam tunc ſi per tale patrocinium ſua familia
pateretur,non teneretur patrocinari Syluestr. in
ſumma verb.aduocatus q.8.nu.14.Malder. tract.6.
cap.3.dub.8.Et niſi adeſſet procurator pauperũ
Nouar.d.grauam.173. num.15. Et ſi talis pauper
haberet ſpem tranſeundi ad meliorem fortunam
deberet dare cautionem ſoluendi tunc temporis
Torreſ.in 2.2.D.Thoma q.71.art.1.num.2. Rota
in antiq.dec.2.de conſt.

161 Sic etiam Aduocati poſſunt cogi ad conſulen-
dum gl.in l.2.C.de prox. Sacr. Scrin. lib.12. Bal.
ſing.103.Amanel.de Cla.ſing.169.cum illorum
domus ſint oracula totius Ciuitatis. Cic. de orat.
Imo ſi quis litigans cõduxerit omnes aduocatos
meliores,poteſt cogi per iudicem , vt aliquos ex
eis dimittat Xamar.d.q.3.n.7.

162 Et hæc concluſio,vt inuitus teneatur conſule-
re , procedit etiam in cauſis criminalibus Rot.d.
deciſ.18.aliàs 817. de Iudic.in antiquis Fab. dec.
1.lib.3.tit.4.tom.1.Gaill.obſeruat.43.lib.1. De An-
gel.ſuper C.tit.de aduocat.diuerſ.iudic. l.6. num.6.

163 Non tamen procedit dicta concluſio quando
Iudex cogere vellet aduocatum ad patrocinan-
dum pro ſuo inimico, vel cõtrà amicum,liberos,
vxorem,affinem, in cauſa in qua habet intereſſe,
patronum,donantẽ,contrà Eccleſiam ſi eſt bene-
ficialis,vel dominum , vel quando ille excuſare-
tur aliqua iuſta cauſa,quia tunc non tenetur pa-
trocinari , vt dicit Put.vbi ſup.num.22. & ſeqq.
Guazzin.vbi ſup.num.23. Gaill. d.obſ.43. num.9.
Gratian.dec.133.num.14.15.Xamar. de offic. Iud.
& adu.p.2.q.3.à num.10. Baron. de effect. inimic.
effect.5.num.1.& ſeqq. & per totum. Imo aduoca-
tus inimicus poteſt prohiberi aduocare contrà
inimicum ſi iniuſtè eum vexet , niſi inimicitia
ſit orta poſt aduocationem ſuſceptam Fontanell.
dec.30. nu.7.8. Baron. effect.42. Vel ſi cõtrà pro-
priam patriam ire cogeretur Borrell.in ſumma de-
ciſ.tit.de aduoc.num.67.tom.1.Vin.dec.159.nu.7.
vbi deciſum refert.

164 Nec cogi poteſt patrocinari contra proprios
conſanguineos , & propriam patriam Alom. in
tract.de aduoc.Chriſti p.2.q.37.Peregr. de Iure fi-
ſci lib.7.cap.2.num.8.Barboſ. in d. l. prouidendum
C.de poſtul.num.8.Guazin.ad defenſ.reor. in præfat.
165 n.23.Vel vbi abſtraheretur à legendo in gym-
naſio publico. Gratian.d.diſcept.56. num.32.p.1.
Conciol. vbi ſup.nu.4.Vel in cauſa iniuſta Xamar.
d.q.3.n.47.in fine,& 61.Baron.ſup.nu.6. Vel ſi illi
non eſſent ſoliti ſuas operas locare,& cauſas in-
differenter acceptare Frid.d.cap.53.num.14. Sic
166 pariter Aduocatus fiſcalis non tenetur patro-
cinari contra ſe ipſum,& ſuos l.petitionem C. de
aduocat. diuerſ. iudic. Peregr. de Iure fiſci lib.7.
tit.2.num.8.

167 Nec poteſt cogi ad patrocinandum in ſecun-
da inſtantia contra illum , pro quo patrocinia
præſtitit in prima inſtantia Bal.in l.fin. ff. de po-
ſtul. vbi dicit quod ſi hoc faceret,eſſet tergiuer-
ſator R.Rouit.in rubr.pragm.de poſtul.num.8. quã-
uis contrà dicat Anna ſing.7.R.Marin.lib.1.reſol.
5.n.5.

168 Sic ſi quis pro vna parte conſuluit,non poteſt
pro altera parte aduocare, aliàs etiam eſſet ter-
giuerſator Bal.ibid.quidquid dicant gl.in d.l.fin.
& Specu.tit.de 4 luoc. §.nunc tractemus nu.12. Se-
cus ſi non habuit condignum ſalarium, ſed ſit
tentatus tantum à clieotulo,ad hoc vt non inter-
ueniat pro alia parte, quod eſt notandum in col-
legijs, quæ ab Aduocatis fiunt io hac noſtra Ci-
uitate, quia eſt obuiandum malitijs hominum
l.infundo ff.de rei vendic. nam multi ſciſcitantur
oretenus ab aduocatis quid ſentiant ſuper aliquo
puncto legali,& deinde vtuntur opera aliorum
Aduocatorum, nam dicta incidens conſultatio
non impedit aduocatum contrariam partem tue-
ri. Peregr.de Iure fiſci lib.7.tit.2.num.11. Alias ſi
aduocatus, vel procurator videat ſcripturas ali-
cuius clienculi, & deinde cauſam deſerat, & ad
aduerſarium confugiat præuaricator eſt. Barboſ.
in l.1.C.de aduoc.diuer.iudic.n.5.

169 Si verò ſemel quis ſuſceperit maodatum,illud
renunciare non poteſt. Clem.1.de proc.l.ſi manda-
uero §.fin.ff.mandati Faber in C.lib.2.tit.8.deſin.
14.num.2.Bar.in l.mutari num.1.ff.de proc.Grat.
diſcept.160.num.3.Rot.Rom.in nouis de procur.dec.
26.num.22. quam refert Marta in ff.nouiſſ.p.1.
tit.proc.cap.123. Mantica de tacitis lib.7.tit.1.
Gaill.obſ.46.num.3. Cum licet ab initio fuerit
voluntarium,poſt ſuſceptum eſt neceſſarium.Bor-
rell.tit.de proc.in ſumma deciſ.num.155. Brunem in
C.in l.inuitus Manzi de proc.tit.3.n.126.& 247.

170 Et poſt acceptationem tenetur ad omne inte-
reſſe,quod forſan patitur conſtituens l.ſi non re
§.dedi tibi ex l.ſi mandauero tibi §.ſicut cum l.ſeq.
ff.mandati Pariſ.conſ.91.num.10.vol.1.Surd.conſ.
340.num.28.& conſ.365.num.1.& deciſ.304.nu.
4.latè Golin.de proc.p.1.c.2.& p.5.cap.4.nu.23.
De Angel.ſuper C.tit.de proc.l.inuitus num.1.etiam
de culpa leuiſſima tenetur Cardoſ.in praxi iudic.
171 & aduocat.verb.procur.num.69. maximè ſi fue-
rit monitus à conſtituente. Caſtill.dec.Sicil.46.

172 Dicitur acceptatum mandatum, ſi procurator
paſſus fuerit apud acta Curiæ deſcribi, quia vi-
detur tacitè approbare,& acceptare mandatum
Bouer.ſing.26.num.26.ver.procurator Manzi de
proc.tit.3.num.243.Mantica de tacit.lib.7.tit.13.
173 num.15. Sic etiam ſi non contradixerit procu-
rationi ſibi factæ,vel fideiuſſioni de iudicatum
ſoluendo, nam videtur acceptare mandatum, &
cogetur ſuſcipere iudicium. Bar.in l.filius §.pro-
curatorum ff.de proc.ver.pone ergo, & in l.1.§.fin.
in gl.verb. quæro ff.eodem clem.1.eodem tit.de
procurat.

174 Vnde mandatum ſuſceptum negligens,amici-
tiam, ac fidem violare dicitur Mantica de tacitis
175 lib.7.tit.1.num.12.& ſucceſſiuè eſt in mala fide
Surd.conſ.530.num.20, licèt de Iure non præſu-
176 matur procurator abuti mandato nè delictum
præſumatur Seraphin.dec.1134.num.13. Sicut in
177 ſimili dicimus,non cenſeri procuratorem abu-
ti mandato, vt dicatur locupletatus ex patri-
monio priocipalis. Imol.cap.1.de priuil.Cleric.Al-
ciat.conſ.18.Diaz.reg.9.Guttier.de tutel.p.3.cap.
46.num.22.

178 In multis tamen caſibus procurator poſt ſu-
ſceptum maodatum,illud linquere poteſt. Primo
quando illud explere non poteſt vt probat Riſius
Merli in tract.de plur.poteſt. num.86. in tract.18.
179 Quod exemplificatur, quando fieret mona-
chus, vel oriantur inimicitiæ inter conſtituen-
tem,& conſtitutum, vel ſi reip. cauſa ab futurus
ſit,vel dignitas ei ſuperueniat, vel infirmetur,vel
quid ſimile, vt procuratori non ſit integrum ſu-
ſceptum onus exequi l. aut longa 23. l.filius fam.
8.cum ſeqq.l.14.ff.de proc.l.ſi mandauero 22.§.fin.
cum legibus ſeqq.ff.mandati §.11.Inſtit.eodem tit.
Dummodo res ſit integra d.l.22.§.fin.& d.§.11.
& domini nihil adhuc intereſſe ceperit l.ſi quis
27.§.qui ſuſcepit 2.ff.mandati Rosbach.tit.20.nu.
47.Vueſenbec.in praxi de proc.num.11.verſ.e con-
trario Manzi de proc.tit.3.num.126.& num.
248.& 341.Golin.de proc.p.5.cap.4.Th.Actius de
infirmit.legal p.1.c.7.n.2.Baron.de effect.inimici-
tiæ eff.8.Xamar.de offic.iud.& aduoc.p.1.q.3.n.11.

180 2.Si dominus ſoluendo eſſe deſierit, aut bona
eius à creditoribus poſſideantur,cum tunc domi-
no non ſit profuturus, & non ſit vnde ſumptus
procuratori reſarciri poſſint. Vueſenbec.tit.de
proc.num.11.verſ.Sed & ſi,Manzi vbi ſup.n.341.
Vel ſi dominus non mittat pecunias pro ex pe-
nis tali procuratori Rot.Rom.dec.206.num.4.lib.
2.in nouiſſ.Golin.d.p.5.c.4.n.25.

181 Et adeo verum eſt quod per acceptationem
mandati amplius recuſari non poſſit,quod quam-
uis replicet nolle interuenire in cauſa, adhuc
182 poteſt citari vſque ad ſententiam, Put.dec.
217.p.2.Marta in ff.nouiſſ.tit.procurator cap.112.
poſt dec.Rot.Rom.apud Thom.Faſtol.Cum talis re-
183 plicatio debeat fieri tempore receptionis man-
dati per tex.in clem.1.de proc.vbi Barboſ.P.Barboſ.
in l.quæ dotis nu.158.ff.ſol.matr.

184 Si verò procurator eſſet abſens à loco iudicij,
debet fieri fides per porterios,& nũcios ad citã-
dum deputatos,quod illum non inuenerint,& eo
caſu ſtatim iudicium in dominum transfertur.
Bar.in l.poſt litem ver.quæro ff.de proc.num.4. Cap-
pell.Tholoſ.dec.202.

185 Et ità ſeruatur in praxi in noſtris Tribunali-
bus Neap. Verum ſi dominus ſit abſens poſt litẽ
conteſtatam poteſt procurator citari domi tantũ
Bar.in l.furioſo ff.de re iudic. Cald.de Iure emphit.
lib.1.q.6.num.9.R.Reuit.in rubr.pragm.de proc.n.
60.verſ.ſi poſt.

186 An Curator ad lites inuitus cogi poſſit? DD.
nõ ſunt concordes,nam quod non poſſit cogi eſt
tex.in l.quæ habet §.ſi pupillus ff.de tutel. vbi Bar.
& Iacob.de Arct.& tex.in l.2.§.quæritur ff.de Cu-
rat.bonis dand. Aldobr.in §.item inuiti Inſtit.de
curat.Add.ad Cappell.Tholoſ.dec.269.nu.1.Cara-
uit.in rit.291.num.4.Gaill.pract.obſ.g.108.num.4.
& 5.Maſtrill.dec.174.num.1. Grattan.diſcept.225.
num.36.vbi dicit aliquando poſſe cogi Salgad.in
labyr.credit.p.1.c.15.n.1.

Quod poſſit cogi dicit ex Oltrad.conſ.59.in
fine Spec.tit.de Curat.§.cum autem verſ.ſed num-
quid inuitus Cappell.Tholoſ.dec.269.per d.§.item
inuitis Neuiz.conſ.17.num.55.conſ.80.nu.3.Marc.
Mant.ſing.582.Vant.rubr.nl.num.86.verſ.ſi verò
Caual.de tutore, & curat.p.1.cap.19.ſub num.17.
vbi allegat gl.Pariſ.damnatæ memoriæ §.6.gl.6.n.
16.vbi dicit hanc eſſe veriorem opinionẽ,& pro-

cedere dicit tam in Curatore generali, quam
particulari ad vnam litem per *tex. in l. munera §. defenſores ff. de muner. & honor. Baeza de decim. tut. cap. 17. num. 37. Prag. de tutor. & Cura. q. 2. nu. 63. Maſtrill. d. dec. 174. n. 7. & 8.*

Mihi vero ſemper placuit prima opinio per *tex.* clarum *in d. l. 2. §. quaritur* ibi; *Caſſius ſcribit neminem inuitum cogendum fieri bonorum curatorē. quod verius eſt.* & dicunt *DD ſup. citati.* Nec *DD.* in contrarium adducti hoc dicunt, nam ſolum dicunt, quod Curator non datur *inuitus* non quod detur *inuitus*, & falſo *Maſtrill. in d. dec. 174. nu. 7. & 8.* adducit aliquorum verba, puta *Cappell. Tholoſ. d. dec. 269. Vant. d. num. 86. verſ. ſi vero,* & aliorum, vt illos legenti patet, vnde exclamo dicens; *Authores, quos in opere citamus, eſſe oculariter inſpiciendos in locis citatis.*

Poteſt tamen ex magna neceſſitate, & Principis arbitrio cogi ad hanc curatelam recipiendam ex *tex. d. l. 2. verſ. voluntarius* ibi; *voluntarius itaque quarendus eſt, niſi, & magna neceſſitate, & Imperatoris arbitrio hoc procedat, vt, & inuitus crearetur. ff. de curat. bon. dand. Spec. vbi ſup. verſ. verum Salgad. d. c. 15. num. 1. Gaill. d. q. 108. Grat. d. diſcept. 225. num. 36. Laca in comp. vitæ hominis cap. 24. num. 28.* vbi dicit in hiſpania, vbi eſt certus numerus procuratorum, ſi eligatur Curator vnus illius, poſſit cogi.

187 Incertus de ſtatu ſuo licet poſſit dici, quod procurator conſtitui non poſſit, cum poſſit eſſe, quod ſit ſeruus, & ſeruus non poſſit eſſe procurator, vt diximus *ſup.* Tamen quod poſſit conſtitui,
188 tutior eſt opinio fundata in *tex. in l. ſeruum quoque §. cum verò ff. de proc.* vbi habetur quod incertus de ſtatu ſuo poteſt procuratorem conſtituere tam ad lites, quam ad negotia, igitur & actiuè, paſſiuè. *Golin. de proc. p. 1. c. 4. n. 13.*

189 Milites licet poſſint eſſe procuratores pro ſe ipſis, ac eorum Commilitonibus *l. filius fam. §. veterani ff. de proc. l. qui ſtipendia 9. C. de procur. Bargarot. de except. dilator. num. 89. in 3. tom. tract. p. 2. fol. 130. l. neque ff. de proc. l. milites noſtros 31. C. locati §. præterea Inſtit. de except. P. Gregor. Syntagm. Iuris lib. 49. cap. 4. ſub num. 11. Treutl. in diſput. ſelect. p. 1. diſp. 9. Theſ. 6. Viu. dec. 144. num. 8. Aluar. Pelag. de planctu Eccleſ. lib. 2. cap. 37.* poſt alios *Borrell. in ſumma deciſ. tit. de proc. tom. 1. n. 55. Criſpolt. caſ. milit. 17.*

190 Tamen id intelligitur, vt poſſint eſſe procuratores vti ceſſionarij, ac procuratores in rem propriam, non autem pro alio, licet coniuncto, ſicut neque pro vxore, neque pro patre, vel matre, nec ex reſcripto Imperatoris. *l. militem C. de proc. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 123. num. 8. Manz. de aduocat. & proc. tit. 3. n. 79. & ſeqq. Borrell. d. tit. de proc. num. 58. Barboſ. in d. l. militem.* Rationes plures ſunt ex *Bellapert. de re milit. p. 7. tit. 7. n. 22.* Prima ne ille à ſuis muneribus euocetur. 2. ne ſuo ad-
191 uerſario ſit durior, & terribilior, quam principalis. 3. nè occupetur circà ſordida miniſteria, præſertim, qui ſunt ſublimioris ordinis, & per duas primas rationes non poſſe milites eſſe procuratores dicit *Bar. in d. l. militem C. de proc. gl. ibidem ver. reſcripto Vueſenb. de proc. num. 4. Manz. de aduocat. & proc. tit. 3. nu. 76.* 4. ob iuramentum quod præſtat, ſolum militaribus, & ſui ordinis, cauſis incumbere *Criſpol. d. caſ. 17. n. 21. & 22.*

192 Et adeo vera eſt opinio quod etiam ſi velit aduerſarius, non poſſit eſſe pro alio procurator *d. §. veterani Mareſcott. var. reſol. cap. 92. num. 10. Petr. de Bellapert. de re milit. p. 7. tit. 7. nu. 22. Manz. d. tit. 3. num. 79. ex l. 8. §. milites ff. de proc. Borrell. vbi ſup. num. 59.* Et Iudex ex officio illum poteſt repellere *Bar. in l. filius fam. §. veterani ff. de proc. Add. ad Cappell. Tholoſ. dec. 131.*

193 Sed difficultas hic oritur ſi iudicium factum cum milite antequam de tali exceptione opponatur, ſit validum, & an poſſit opponi poſt litem conteſtatam? Poſſet defendi eſſe inualidum, & nullum tale iudicium, ea ratione quia vbi lex reſiſtit actui, actus eſt nullus *l. non dubium C. de legibus Trentacinq. var. tit. de legib. reſol. 1.*

194 Tamen his non obſtantibus ſemper mihi viſum fuit contrarium eſſe verius, ea ratione, quia per litis conteſtationē dominus litis efficitur, & ſic non alienū ſed ſuū negotiū agere videtur, vel quia ſecundū alios dum aduerſarius non obijcit exceptionem procuratoriam tacitè admittit militē. *Bachov. ad Vueſenb. n. 4. ff. de milit. Manzi vbi ſup. num. 82. Petr. de Gregor. Syntagm. Iur. lib. 49. c. 4. ſub num. 11.* probatur per *tex. in l. ità demum 13. C. de proc.* cuius hæc ſunt verba; *Ità demum*
195 *ſuper lite proſequenda, quam tibi mater mandauit, actionē intentare poteris, ſi cū primum litē conteſtaneris non eſt tibi eo nomine oppoſita præſcriptio militiæ.* ſequitur hanc opinionem *Capell. Tholoſ. dec. 131. Gratian. diſcept. 123. num. 8. l. filius fam. 8. §. veterani ff. eodem Manz. d. tit. 3. num. 82. Borrell. d. tit. de proc. num. 60. De Angelis in C. in l. militem 7. C. de proc. num. 3. Bergal. de dolo p. 2. cap. 2. nu. 36. R. Sanfel. dec. 195. n. 3.*

196 Veterani poſſunt eſſe procuratores, quia ceſſat ratio *ſup.* poſita *l. 8. §. veteranis ff. de proc. Manzi vbi ſup. num. 83. Borrell. vbi ſup. num. 56.* Imò quilibet miles pro libertate parentum. *l. amplius §. milites ff. de liberali cauſa Criſpolt. d. caſ. 17. n. 9.*

Quod diximus de militibus non procedit in militibus noſtri temporis, qui ſtant per vicos, & plateas *gl. & Bar. in l. filius fam. §. veterani ff. de proc. Spec. tit. de proc. §. 1.* verſ. *item quod eſt miles DD. in l. militem C. eodem tit. add. ad Cappell. Tholoſ. dec. 131. R. Ponte de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 7. Grat. diſcept. 186. num. 28. R. Lat. dec. 103. num. 4. 5. lib. 1. DD.* apud *nos in obſ. ad conſ. 28. num. 17. & 18. lib. 3. R. Rouito* licet nos *ibi num. 19.* contrarium diximus.

197 Abſens an poſſit eſſe procurator? Et quod poſſit conſtitui eſt *tex. in l. 1. §. fin. ff. de proc. l. 2. ff. eod. Io. de Graſſ. de ſubſtit. proc. verb. abſens in 3. vol. Tract. p. 1. fol. 379.* Ea ratione quia contractus mandati qui inter dominum, & procuratorē contrahitur ſolo conſenſu contrahitur *Bar. conſ. 73. num. 1. l. 1. in princ. ff. mandati Mantica de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 1. num. 2. & tit. 7. nu. 22. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 1. tit. de proc. num. 80.* De-
198 bet tamen abſens eſſe certus, & ratum habere *gl. in d. l. 2. ff. de proc.* Talis conſtitutio abſentis
199 poteſt fieri duobus modis, per nuncium, vel per epiſtolam *l. 1. ff. de proc.* per nuncium ſcil. per
200 nunciationem *gl. ibid.* Verum non dicitur per-

ſe-

Digitized by Google

factum mandatum, niſi abſens recipiat inſtrumẽtum procurationis per nuncium conſtituentis *c. licet de proc. in 6. Mantica de tacit, lib.7. cap.3. num.6.& 22.*

201 Per epiſtolam conſtituitur,ideſt per ſolemnem actum, vel publicum inſtrumentum *Mauſer.in pract.tit.de proc.num.1.& 2. Roman. conſ.446.nu. 12.Borrell.in ſumma decıſ.tit.66,num.80.*& ſufficit

202 quod quomodocumque, & qualitercumque conſtet,quod habet voluntatem eius, pro quo ad cauſam venit,ex pluribus tradit *Tepat var. iur. ſent,tit.de proc.c.4.circa finem.*

203 Vſufructuarius an ſit procurator propietarij,& an iudicium poſſit fieri cum illo, & ſit validum ſi agatur de re concernente proprietatem, difficultas non leuis eſt. Nam quod procurator ſit legis vſufructuarius proprietarij eſt *tex. in l. 1.§.fin.ff.de noui oper.nunciat.* vbi habetur quod vſufructuarius procuratorio nomine proprietarij nunciat nouum opus. *gloſella nobilis in l.3. §.viſ videmus ff.de itin.actuq;priuat.Palma in diuerſ.iur. commun.gl.15.num.7. Anna alleg.14. num.3. & ſing.339.Maſtrill. dec.146 .num.15.& 21. D.R. Rouit conſ.88.num.1. lib.1. Dec.conſ.418. num.8. Salgad.in labyr.credit.p.1.cap.27.n.2.*

204 Et vſufructuarius habet mandatum cuſtodiendi, & defendendi bona ſibi in vſumfructum conceſſa per *tex.* clarum *in l.in fin.ff.vſufruct. quemadmodum caueat DD.omnes ſuper d.l.1.§.fin.ff.de noui oper.nunciat Caſtill.de vſufr.c.24.*

205 Sed quod non poſſit agere, aut conueniri pro proprietario facit ratio, quia nemo pro alio eſſe in iudicio ſine mandato poteſt *l.exigendi C.de proc.l.non ſolum ff.ſolut.matr.l.manifeſtiſſimi.C.de furtis.* & nihil commune habet proprietas cum vſufructu. *toto tit.ff.& C. de vſufr. Caſtill.de vſufr.cap.20.n.13.*

206 Qua vltima Sententia veriori exiſtente,illa non procedit quando vſufructuarius non nomine proprio,ſed procuratorio nomine proprietarij mouit litem,etiam concernentem proprietatẽ rei,nam tunc poteſt,& iudicium valet, ita tenent communiter *DD.in l.1.§.fin. ff.de noui oper.nunciat.Bar.num.1.Rayner.de Forli,*qui dicit illum eſſe adminiſtratorem legitimum. *Angel.nu.1. Alex. num.3.Iaſ.n.3.Alciat.n.7.Hier.Gigas* qui loquitur in vſufructuario rei Eccleſiæ.

207 Et procedit illa concluſio in illa lite,in qua dicitur aliquod, quod expedit ſibi vſufructario pro conſeruatione vſufructus, ſed non quo ad omnia *Petr. de Rauenna in ſuo Alphab.* verb.*vſus fructus in fin.ex Imol.in c.1.vtlit.non conteſt.*

208 Cum verè cenſeatur procurator proprietarij in ijs rebus,quæ concernunt meliorem conditionem proprietarij, non autem vbi fieret deterior eius conditio, nam tunc debet proprietarius audiri.*Grattan.diſcept.778.num.50.Mut.dec.26.nu. 10.Maſtrill.dec.146.num.17.Thor.p.3.comp.*verb. *iudicium.& voto 75.num.27. D.Hadiern. ad Surd. dec.193.nu.62.Caſtill.de vſufr. cap.20. Salgad.in labyr.credit.p.1.cap.27.num.9.* diximus *ad R.Rouit.conſ.88.lib.1. n.3.* Vbi diximus etiam *nu.4.* vſufructuarium poſſe eſſe in iudicio pro proprietario, ſi proprietarius eſſet datus poſt mortẽ vſufructuarij.Et *nu.5.* diximus vſufructuarium poſſe eſſe in iudicio, ſi etiam eſſet legitimus adminiſtrator, vt eſt pater in bonis filij aduentitijs, Et vſufructuarius eſt procurator ſi agat, ſecus ſi conueniatur.*Gulielm.de benedict. in c. Raynutius in verb. cætera bona ſub num.44. de teſtam. Gratell.dec.73.*vbi ſecus tenet reſpectu legatariorum *R.Capic.Latr.dec.102.nu.30.*

209 De Iure noſtro municipali Neapolitano per *pragm.78.§.3. de offic.S.R.C.* Vt quis poſſit eſſe procurator,& munus procuratoris exercere in Tribunalibus Regijs,debet eſſe approbatus præcedente examine,aliàs exercere non poteſt, *Taſſon.de antef. verſ.7.obſ.1.num.12. fol.373. Golin. de proc.p.1.cap.4.nu.50. & 51.* & ſic ſi exerceat oppoſita hac exceptione impeditur curſus cauſę, donec doceat de approbatione, verum acta facta ante oppoſitionem ſunt valida,vt dicit *D.Moriil; in praxi fol.37.num.162.* Ratio meo iudicio eſt, quia per dictam *prag.*prohibetur quis eſſe procurator ſine approbatione, non tamen dicta *pragm.* habet clauſulã irritantẽ, & nil dicit de nullitate vt diſcurrit *D. Merlin. contr.73. n.11.cent.2. D. Ganauer.conſ.6.n.6.*eo magis quod mãdat actuarijs,vt illos ſine matricula prædicta nõ recipiant, faciuntque quæ diximus de clericis,ſeruis,& alijs,qui non poſſunt eſſe procuratores, ſi tamen nõ fuerit oppoſitum de impotentia,acta valent.

210 Quod eſt ſtatuum etiam de Iure hiſpano, quo eſt certus illorum numerus, & ante quam exerceant debent examinari *per l.1.tit.24. lib.2. recopil,Paz annot,4.num.31.& ſeqq. Rodrig. de proceſſ.cap.3, n.4.Pareia de inſtr. edit. tit.5. reſol.10. num.64.* & de Iure Siculo *Muta in pragm. Sicil. tit.de offic. aduocati,& proc.tit.9.nu.21.tom.1.Gallup.in praxi S.C.p.2.cap.8.num.26. Golin. de proc. p.1.cap.4.num.51.* De Iure galliarum *Gregor. ſyntagm.Iuris,lib.49.cap.4.num.5.R.Rouit.in pragm. in rubr.de proc.n.24.*

Et de Iure Aragonenſi per *forum 5. de procur. aſtrictis* procurator fiſcalis ante officij adminiſtrationem, & in principio debet præſtare iuramentum in manus Iudicis ordinarij,ſub pœna excommunicationis de bene, & fideliter ſuum officium adminiſtrando, & quod non accuſabit extra caſus contentos in foris Aragonenſibus ſub pœna officialium delinquentium in ſuis officijs aduerſus dictos foros, in terminis dicti fori, difficultas eſt ſi proceſſus factus per procuratorẽ tali iuramẽto,& requiſitis non adimplectis, ſit nullus, & in terminis talis *fori* probat,& deciſum refert per Regiã Audientiam Aragonenſẽ quod ſic *D.Conſil.Macbucha dec.47.*ea præcipua ratione,quia talis *forus* tale iuramentũ ponit pro forma,& actus contra formam legis eſt nullus *D. Ganauer.d.conſ.6. num.20.* quod procedere affirmat in diſpoſitione legis affirmatiua in *verſ. & adeo verum eſt.* quando id quod diſponit affirmatiuè eſt inducendo formam ſubſtantialem, nec facit quod in dicto foro non eſt clauſula irritatiua,& adeſt pœna, & ſic non adeſt nullitas *Gama dec.252.num.2.Pereira de manu reg. lib.2. tit. 3.§.14.cap.35.num.55.*nam clauſula irritatiua licet non adſit expreſsè, eſt tacitè per eius prægnantia verba,vt probat *D.Macbucha d. dec.47. num.13.& ſeqq.*Et quando nullitas actus non eſt

cedere dicit tam in Curatore generali, quam particulari ad vnam litem per *tex. in l. munera §. defenſores ff. de muner. & honor. Baeza de decim. tut. cap. 17. num. 17. Prag. de tutor. & Cura. q. 2. nu. 61. Maſtrill. d. dec. 174. n. 7. & 8.*

Mihi vero ſemper placuit prima opinio per tex. clarum *in d. l. 2. §. quæritur* ibi; *Caſſius ſcribit neminem inuitum cogendum fieri bonorum curatorẽ, quod verius eſt*, & dicunt *DD ſup. citati*. Nec *DD.* in contrarium adducti hoc dicunt, nam ſolum dicunt, quod Curator non datur *inuitis* non quod detur *inuitus*, & falſo *Maſtrill. in d. dec. 174. nu. 7. & 8.* adducit aliquorum verba, puta *Cappell. Tholoſ. d. dec. 269. Vant. d. num. 86. verſ. ſi verò*, & aliorum, vt illos legenti patet, vnde exclamo dicens; *Authores, quos in opere citamus, eſſe oculariter inſpiciendos in locis citatis.*

Poteſt tamen ex magna neceſſitate, & Principis arbitrio cogi ad hanc curatelam recipiendam ex *tex. d. l. 2. verſ. voluntarius* ibi; *voluntarius itaque quærendus eſt, niſi, & magna neceſſitate, & Imperatoris arbitrio hoc procedat, vt, & inuitus crearetur. ff. de curat. bon. dand. Spec. vbi ſup. verſ. verum Salgad. d. c. 15. num. 1. Gaill. d. q. 108. Grat. d. diſcept. 225. num. 36. Lara in comp. vitæ hominis cap. 24. num. 28.* vbi dicit in hiſpania, vbi eſt certus numerus procuratorum, ſi eligatur Curator vnus illius, poſſit cogi.

187 Incertus de ſtatu ſuo licet poſſit dici, quod procurator conſtitui non poſſit, cum poſſit eſſe, quod ſit ſeruus, & ſeruus non poſſit eſſe procurator, vt diximus *ſup.* Tamen quod poſſit conſtitui,
188 tutior eſt opinio fundata in *tex. in l. ſeruum quoque §. cum verò ff. de proc.* vbi habetur quod incertus de ſtatu ſuo poteſt procuratorem conſtituere tam ad lites, quam ad negotia, igitur ſi actiue, paſſiuè. *Golin. de proc. p. 1. c. 4. n. 13.*

189 Milites licet poſſint eſſe procuratores pro ſe ipſis, ac eorum Commilitonibus *l. filius fam. §. veterani ff. de proc. l. qui ſtipendia 9. C. de procur. Bargaeot. de except. dilator. num. 89. in 3. tom. tract. p. 2. fol. 130. l. neque ff. de proc. l. milites noſtros 31. C. locati §. præterea Inſtit. de except. P. Gregor. Syntagm. Iuris lib. 49. cap. 4. ſub num. 11. Treutl. in diſput. ſelect. p. 1. diſp. 9. Theſ. 6. Vin. dec. 144. num. 8. Aluar. Pelag. de planctu Eccleſ. lib. 2. cap. 37.* poſt alios *Borrell. in ſumma deciſ. tit. de proc. tom. 1. n. 55. Criſpolt. caſ. milit. 17.*

190 Tamen id intelligitur, vt poſſint eſſe procuratores vti ceſſionarij, ac procuratores in rem propriam, non autem pro alio, licet coniuncto, ſicut neque pro vxore, neque pro patre, vel matre, nec ex reſcripto Imperatoris *l. militem C. de proc. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 123. num. 8. Manz. de aduocat. & proc. tit. 3. n. 79. & ſeqq. Borrell. d. tit. de proc. num. 58. Barboſ. in d. l. militem.* Rationes plures ſunt ex *Bellapert. de re milit. p. 7. tit. 7. n. 22.* Prima ne ille à ſuis muneribus euocetur, 2. ne ſuo ad-
191 uerſario ſit durior, & terribilior, quam principalis, 3. nè occupetur circà ſordida miniſteria, præſertim, qui ſunt ſublimioris ordinis, & per duas primas rationes non poſſe milites eſſe procuratores dicit *Bar. in d. l. militem C. de proc. gl. ibidem ver. reſcripto Vueſenb. de proc. num. 4. Manz. de aduocat. & proc. tit. 3. nu. 76.* 4. ob iuramentum quod præſtat, ſolum militaribus, & ſui ordinis, cauſis incumbere *Criſpol. d. caſ. 17. n. 21. & 22.*

192 Et adeo vera eſt opinio quod etiam ſi velit aduerſarius, non poſſit eſſe pro alio procurator *d. §. veterani Marcſ. ott. var. reſol. cap. 92. num. 10. Petr. de Bellapert. de re milit. p. 7. tit. 7. nu. 22. Manz. d. tit. 3. num. 79. ex l. 8. §. milites ff. de proc. Borrell. vbi ſup. num. 59.* Et Iudex ex officio illum poteſt repellere *Bar. in l. filius fam. §. veterani ff. de proc. Add. ad Cappell. Tholoſ. dec. 131.*

193 Sed difficultas hic oritur ſi iudicium factum cum milite antequam de tali exceptione opponatur, ſit validum, & an poſſit opponi poſt litem conteſtatam? Poſſet defendi eſſe inualidum, & nullum tale iudicium, ea ratione quia vbi lex reſiſtit actui, actus eſt nullus *l. non dubium C. de legibus Ternitacinq. var. tit. de legib. reſol. 1.*

194 Tamen his non obſtantibus ſemper mihi viſum fuit contrarium eſſe verius, ea ratione, quia per litis conteſtationẽ dominus litis efficitur, & ſic non alienũ ſed ſuũ negotiũ agere videtur, vel quia ſecundũ alios dum aduerſarius non objicit exceptionem procuratoriam tacite admittit militẽ. *Bachou. ad Vueſenb. n. 4. ff. de milit. Manzi vbi ſup. num. 82. Petr. de Gregor. Syntagm. Iur. lib. 49. c. 4. ſub num. 11.* probatur per *tex. in l. ita demum 13. C. de proc.* cuius hæc ſunt verba; *Ità demum*
195 *ſuper lite perſequenda, quam tibi mater mandauit, actionẽ intentare potes, ſi cũ primum litẽ cõteſtaueris non eſt tibi eo nomine oppoſita præſcriptio militiæ.* ſequitur hanc opinionem *Capell. Tholoſ. dec. 131. Gratian. diſcept. 123. num. 8. l. filius fam. 8. §. veterani ff. eodem Manz. d. tit. 3. num. 82. Borrell. d. tit. de proc. num. 60. De Angelis in C. in l. militem 7. C. de proc. num. 3. Barbal. de dolo p. 2. cap. 2. nu. 36. R. Sanfel. dec. 195. n. 3.*

196 Veterani poſſunt eſſe procuratores, quia ceſſat ratio *ſup.* poſita *l. 8. §. veterani ff. de proc. Manzi vbi ſup. num. 83. Borrell. vbi ſup. num. 56.* Imò quilibet miles pro libertate parentum. *l. amplius §. miliſi ff. de liberali cauſa Criſpolt. d. caſ. 17. n. 9.*

Quod diximus de militibus non procedit in militibus noſtri temporis, qui ſtant per vicos, & plateas *gl. & Bar. in l. filius fam. §. veterani ff. de proc. Spec. tit. de proc. §. 1. verſ. item quod eſt miles DD. in l. militem C. eodem tit. add. ad Cappell. Tholoſ. dec. 131. R. Ponte de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 7. Grat. diſcept. 186. num. 28. R. Latr. dec. 502. num. 4. 5. lib. 1. DD.* apud *nos in obſ. ad conſ. 28. num. 17. & 18. lib. 3. R. Reuiti* licet nos *ibi num. 19.* contrarium dixerimus.

197 Abſens an poſſit eſſe procurator? Et quod poſſit conſtitui eſt *tex. in l. 1. §. fin. ff. de proc. l. 2. ff. eod. Io. de Graſſ. de ſubſtit. proc. verb. abſens in 3. vol. Tract. p. 1. fol. 379.* Ea ratione quia contractus mandati qui inter dominum, & procuratorẽ contrahitur ſolo conſenſu contrahitur *Bar. conſ. 73. num. 1. l. 1. in princ. ff. mandati Mantica de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 1. num. 2. & tit. 7. nu. 22. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 1. tit. de proc. num. 80.* De-
198 bet tamen abſens eſſe certus, & ratum habere *gl. in d. l. 2. ff. de proc.* Talis conſtitutio abſentis
199 poteſt fieri duobus modis, per nuncium, vel per epiſtolam *l. 1. ff. de proc.* per nuncium ſcil. per
200 nunciationem *gl. ibid.* Verum non dicitur per-

ſe-

Digitized by Google

factum mandatum, niſi abſens recipiat inſtrumẽtum procurationis per nuncium conſtituentis *c. licet de proc. in 6. Mantica de tacit. lib. 7. cap. 3. num. 6. & 22.*

201 Per epiſtolam conſtituitur, ideſt per ſolemnem actum, vel publicum inſtrumentum *Manſer. in pract. tit. de proc. num. 1. & 2. Roman. conſ. 446. nu. 12. Borell. in ſumma deciſ. tit. 66. num. 80.* & ſufficit
202 quod quomodocumque, & qualitercumque conſtet, quod habet voluntatem ejus, pro quo ad cauſam venit, ex pluribus tradit *Tepat var. iur. ſent. tit. de proc. c. 4. circa finem.*

203 Vſufructuarius an ſit procurator propietarij, & an iudicium poſſit fieri cum illo, & ſit validum ſi agatur de re concernente proprietatem, difficultas non leuis eſt. Nam quod procurator ſit legis vſufructuarius proprietarij eſt *tex. in l. 1. §. fin. ff. de noui oper. nunciat.* vbi habetur quod vſufructuarius procuratorio nomine proprietarij nunciat nouum opus. *gloſſella nobilis in l. 3. §. vti videmus ff. de itin. actuq; priuat. Palma in diuerſ. iur. commun. gl. 15. num. 7. Anna alleg. 14. num. 3. & ſing. 330. Maſtrill. dec. 146. num. 15. & 21. D. R. Rouit conſ. 88. num. 1. lib. 1. Dec. conſ. 418. num. 8. Salgad. in labyr. credit. p. 1. cap. 27. n. 2.*

204 Et vſufructuarius habet mandatum cuſtodiendi, & defendendi bona ſibi in vſumfructum conceſſa per *tex. clarum in l. in fin. ff. vſufruct. quemadmodum caueat DD. omnes ſuper d. l. 1. §. fin. ff. de noui oper. nunciat Caſtill. de vſufr. c. 24.*

205 Sed quod non poſſit agere, aut conueniri pro proprietario facit ratio, quia nemo pro alio eſſe in iudicio ſine mandato poteſt *l. exigendi C. de proc. l. non ſolum ff. ſolut. matr. l. manifeſtiſſimi. C. de furtis,* & nihil commune habet proprietas cum vſufructu. *toto tit. ff. & C. de vſufr. Caſtill. de vſufr. cap. 20. n. 12.*

206 Qua vltima Sententia veriori exiſtente, illa non procedit quando vſufructuarius non nomine proprio, ſed procuratorio nomine proprietarij mouit litem, etiam concernentem propietatẽ rei, nam tunc poteſt, & iudicium valet, ita tenent communiter *DD. in l. 1. §. fin. ff. de noui oper. nunciat. Bar. num. 1. Rayner. de Forlis,* qui dicit illum eſſe adminiſtratorem legitimum. *Angel. nu. 1. Alex. num. 3. Iaſ. n. 3. Alciat. n. 7. Hier. Gigas* qui loquitur in vſufructuario rei Eccleſiæ.

207 Et procedit illa concluſio in illa lite, in qua dicitur aliquod, quod expedit ſibi vſufructario pro conſeruatione vſufructus, ſed non quo ad omnia *Petr. de Rauenna in ſuo Alphab.* verb. *vſusfructus in fin.* ex *Imol. in c. 1. vt lit. non conteſt.*

208 Cum verè cenſeatur procurator proprietarij in ijs rebus, quæ concernunt meliorem conditionem proprietarij, non autem vbi fieret deterior eius conditio, nam tunc debet proprietarius audiri. *Gratian. diſcept. 778. num. 10. Mut. dec. 26. nu. 20. Maſtrill. dec. 146. num. 17. Thor. p. 3. comp.* verb. *iudicium & voto 75. num. 27. D. Hadiern. ad Surd. dec. 193. nu. 2. Caſtill. de vſufr. cap. 20. Salgad. in labyr. credit. p. 1. cap. 27. num. 9.* diximus *ad R. Rouit. conſ. 88. lib. 1. n. 3.* Vbi diximus etiam *nu. 4.* vſu fructuarium poſſe eſſe in iudicio pro proprietario, ſi proprietarius eſſet datus poſt mortẽ vſufructuarij. Et *nu. 5.* diximus vſufructuarium poſſe eſſe in iudicio, ſi etiam eſſet legitimus adminiſtrator, vt eſt pater in bonis filij aduentitijs, Et vſufructuarius eſt procurator ſi agat, ſecus ſi conueniatur *Gulielm. de benedict. in c. Raynutius in verb. cætera bona ſub num. 44. de teſtam. Grauell. dec. 73.* vbi ſecus tenet reſpectu legatariorum *R. Capic. Latr. dec. 102. nu. 30.*

209 De Iure noſtro municipali Neapolitano per *pragm. 78. §. 3. de offic. S. R. C.* Vt quis poſſit eſſe procurator, & munus procuratoris exercere in Tribunalibus Regijs, debet eſſe approbatus præcedente examine, aliàs exercere non poteſt, *Taſſon. de antef. verſ. 7. obſ. 1. num. 12. fol. 373. Golin. de proc. p. 1. cap. 4. nu. 50. & 51.* & ſic ſi exerceat oppoſita hac exceptione impeditur curſus cauſæ, donec doceat de approbatione, verum acta facta ante oppoſitionem ſunt valida, vt dicit *D. Moril. in praxi fol. 37. num. 165.* Ratio meo iudicio eſt, quia per dictam *prag.* prohibetur quis eſſe procurator ſine approbatione, non tamen dicta *pragm.* habet clauſulã irritantẽ, & nil dicit de nullitate vt diſcurrit *D. Merlin. contr. 73. n. 11. cent. 2. D. Ganauer. conſ. 6. n. 6.* eo magis quod mãdat actuarijs, vt illos ſine matricula prædicta nõ recipiant, faciuntque quæ diximus de clericis, ſeruis, & alijs, qui non poſſunt eſſe procuratores, ſi tamen nõ fuerit oppoſitum de impotentia, acta valent.

210 Quod eſt ſtatuum etiam de Iure hiſpano, quo eſt certus illorum numerus, & ante quam exerceant debent examinari *per l. 1. tit. 24. lib. 2. recopil. Paz. annot. 4. num. 31. & ſeqq. Rodeig. de proceſſ. cap. 3. n. 4. Pareia de inſtr. edit. tit. 5. reſol. 10. num. 64.* & de Iure Siculo *Muta in pragm. Sicil. tit. de offic. aduocati, & proc. tit. 9. nu. 21. tom. 1. Gallup. in praxi S. C. p. 2. cap. 8. num. 26. Golin. de proc. p. 1. cap. 4. num. 51.* De Iure galliarum *Gregor. ſyntagm. Iuris, lib. 49. cap. 4. num. 5. R. Rouit. in pragm. in rubr. de proc. n. 24.*

Et de Iure Aragonenſi per *forum 1. de procur. aſtrictis* procurator fiſcalis ante officij adminiſtrationem, & in principio debet præſtare iuramentum in manus Iudicis ordinarij, ſub pœna excommunicationis de bene, & fideliter ſuum officium adminiſtrando, & quod non accuſabit extra caſus contentos in foris Aragonenſibus ſub pœna officialium delinquentium in ſuis officijs aduerſus dictos foros, in terminis dicti fori, difficultas eſt ſi proceſſus factus per procuratorẽ tali iuramẽto, & requiſitis non adimpletis, ſit nullus, & in terminis talis *fori* probat, & deciſum refert per Regiã Audientiam Aragonensẽ quod ſic *D. Conſil. Macbucha dec. 47.* ea præcipua ratione, quia talis *forus* tale iuramentũ ponit pro forma, & actus contra formam legis eſt nullus *D. Ganauer. d. conſ. 6. num. 20.* quod procedere affirmat in diſpoſitione legis affirmatiua in verſ. *& adeo verum eſt.* quando id quod diſponit affirmatiuè eſt inducendo formam ſubſtantialem, nec facit quod in dicto foro non eſt clauſula irritatiua, & adeſt pœna, & ſic non adeſt nullitas *Gama dec. 252. num. 2. Pereira de manu reg. lib. 2. tit. 1. §. 14. cap. 35. num. 15.* nam clauſula irritatiua licet non adſit expreſsè, eſt tacitè per eius prægnantia verba, vt probat *D. Macbucha d. dec. 47. num. 13. & ſeqq.* Et quando nullitas actus non eſt

propriè pœna, non tollitur per appoſitionem pœnæ *Bal.in l.non dubiũ verſ. tu dic C. de legib. Seſſ.de ſubhiſt.c.1. §.2. à num.46.* Et lex diſponens in caſu prohibito quamuis careat clauſula irritante, ex illius contrauentione, nullitas cauſatur *Maſcard.de ſtatutor.interpretat, concluſ.9. n. 37.* diuerſitas inter noſtram *pragm.87.* & dictum *forum 1.de proc.aſtrictis*, eſt quia dictus *forus* continet materiam procuratoris fiſcalis in accuſando, quæ eſt odioſa, vt legenti patet.

111 17. Reus accuſatus de aliquo crimine procurator eſſe non poteſt, quouſque proceſſus pendeat *l.reum 6.C.de proc. l.is qui reus ff. de publ. iudic.l. vnic.C.de reis poſtul.lib.10.Manz.de proc.tit.3. n. 94.cap.epiſcopus cap. cum P.Petr.de Gregor.Syntag. Iuris lib.49.cap.4.ſub num.11.Treutl.diſp.9. Theſ. 6. p.1.Borrell.in ſumma deciſ.tom.1. tit.de proc.n. 67.Cardoſ.in praxi iudic.& aduoc.verb.proc.num. 18.Gregor.Lopez l.5.verb.algun.tit.5. p.3. Soar.de Pace in pract. tom.1.annot.4.nu.27.Golin. de proc. p.1.c.4.num.51.* ideo in noſtris Tribunalibus regijs procuratoris officium exercere quis non poteſt, ſi eſt inquiſitus per *d.pragm.78. de offic. S. R. C.Golin.ibid.*

S V M M A R I V M.

1 *Sub qua forma debeat eſſe mandatum? & n.2.*
3 *An poſſit conſtitui per epiſtolam? & num.4.15.16. 17. 18.*
5 *Quibus verbis debeat, & poſſit fieri mandatum? & nu.6.*
7 *Ad inducendum mandatum in delictis, an, & quæ forma requiratur? & n.8.9.10.11.12.13.14.*
19 *Mandatum debet eſſe omni ſuſpicione carens.*
20 *Transſumptum mandati quomodo debet eſſe?*
21 *An ſufficiat ſi mandatum conſtituatur penes acta?*
22 *An ipſemet notarius litig. . . poſſit facere ſuum mandatum.*
23 *Debet continere mandatum quis, quem, in qua Cauſa, & contrà quem, promiſſionem de rato, & num.24.*
25 *Conſtitutus debet eſſe certa perſona, ſic etiam executor, & nu.26.27.28.29.*
30 *Per nuncium poteſt conſtitui mandatum, nec eſt neceſſaria ſcriptura, & n.31.32.*
33 *Mandatum confectum extra regnum non poteſt præſentari in regno abſque decreto Collateralis quod* recipiatur.
34 *Serui, monaci, & alij ſimiles debent conſtituere cum conſenſu ſuperiorum, & n.35. Et quid in prodigis furioſis, & ſimilibus? & n.36.*
37 *Iudex competens debet conſtituere actorem, ſeu curatorem, & 38.*
39 *Tutor, aut Curator à Iudice ſimpliciter datus, an poſſit exercere ſuper rebus extra prouinciam, & num.40.*
41 *Habenti tutorem ſine cauſa non datur Curator.*
42 *Actores ad quid teneantur? & n.43.44.45.*
46 *Quomodo detur Curator abſenti? & à n.47. ad n. 102. vbi latiſſimè tota materia.*
103 *Quomodo detur Curator hæreditati iacenti? & à n.104. ad n.186. vbi tota materia.*

De forma mandati, quomodo debeat eſſe ad hoc vt illud ſit authenticũ, quæ debeat continere, & de Curatore dãdo ad lites, & hæreditati iacenti eiuſq; forma, & requiſitis, & quæ poſſit facere talis Curator?

Q V Æ S T I O XXXII.

1 RAtione formæ ipſius mandati, quandocumque ipſi conſtituto nulla tribuitur poteſtas, putà ſi illud in forma probanti non appareret; Nam debet eſſe per publicam perſonam, ideſt tabellionem, ac ſub præſentia teſtium confectum cum appoſitione diei, loci, & aliorum, quæ de Iure, vel conſuetudine in publicis inſtrumentis apponi conſueuerunt, prout dicitur in *c.1.in fin. de proc. & in c.1.& 2.de fide inſtrum.Alex.conſ.41. lib.1. & conſ.166.col.pen.lib.6.Guid.Pap.q.19. & 481. & 175.D. Muſill.in praxi S.R.C. tit. de grad.cit. num.171.* diximus *ſup.* addimus *Seraph. dec.449. Seſſ.dec.372.ex Barz.dec.39.* Nec mandatum factum per notarium non Regium, ſed Apoſtolicũ, recipitur in Tribunali ſeculari, cum ſubſcriptio talis notarij nullam fidem faciat in Tribunali ſeculari, vt probat *Affl.dec.245.* vbi etiam *Veſill. Bocr.dec.242.Valaſc.dec.9. Nouar. ſuper prag.6. de adminiſtr.Vniu.un.S.R.Marin.lib.2.reſol.228.* quod eſt etiam de Iure galliarum *Petr. Rebuff.ad conſtit.gall.tom.1.tit. de litter. oblig.ar.2. gl. vnic. n.40.& 41.*

2 Saltim debet ſigillo alicuius Iudicis ordinarij eſſe roboratum. *Rot. dec.162. in nou. & dec. 180.in antiqu.Guid.Pap.q.175.& 481.* qui dicunt hoc procedere etiã ſi non adſit ſubſcriptio Notarij, & teſtium *Vant. hic num.70.* ſequitur *Gratian.dec.105.num.5.* Verum regulariter debet fieri à Notario cum ſubſcriptione teſtium, alias ſi deficiat ſubſcriptio teſtium inualida erit *Seſſ.dec. 372.& 408.tom.4.* concurrente tamen temporis adſcriptione *Linglois dec.47.q.5.nu.5.* Notarius ipſe debet apponere ſuum ſignum alias non probat ex *Seraph.dec.909. Seſſ.dec.377.p.4.* licet de ſtylo Rom. non requiratur ſignum, ſed ſola ſubſcriptio illius *Ludouiſ. dec.454.* & ibi *add. Rot. dec.628.p.2.idem Seraph. d.dec.909.*

Aut de voluntate conſtituentis ſaltem per *epiſtolam*, ſeu per *litteras* eiuſdem conſtituentis ad-
3 uerſario, vel iudici directas, & in iudicio legitimè recognitas, conſtare debet, vt habetur *Inſtit. mandati in princ.l.ſi litteras C.mandati l.1.ff.mãdati l.ſi procuratorem, & l.1. in princ.ff. de proc. l.nec ſatiſdatio ff.rem rat.hab.l.vnic.* vbi *gl.in verb. præſentes C.de ſatiſd.clem.1. & ibi gl.de proc. Bal. in l.ſi procuratorem nu.2.cum ſeqq.ff. de proc.Genua de ſcript. priuata lib.3.q.14.num.12. & ſeqq.Gratian.dec.105.in addit.num.4.Achill. dec.17. nu.2. de proc.Caputaqu. dec.183.num.1. dec.185. nu.8. Gonz.ad reg.8.Cancellar.gl.63.num.30. Flam. Paris de reſignat.benefic.l.9.q.6.nu.3. Barboſ.in clem.*

1.de

Digitized by Google

1. de proc.n.2.Borrell.in ſumma deciſ.tom.1. de procurat.nu.80.

4 Quod mandatum ſeu conſtitutio procuratoris poſſit fieri per epiſtolam,& litteram miſſiuam habetur in *iuribus citatis*,& dicunt *Verall. dec.185. num.2.p.2.* qui dicit id eſſe in cauſa, quoniam procurator ſolo conſenſu conſtituitur, & eodem tacito reuocatur ad *tex.in l.qui patitur ff.mandat.* repetit in *deciſ.394.p.2.* vbi ſubdit quoque quod ille,qui dicit recepiſſe mandatum alicuius,& litteras, & poſtea adminiſtrauit, tenetur actione mandati,vel negotiorum geſtorum,& latius, vt per eum,ſequuntur *Rot.Gen.dec.49.nu.1. & dec.119. n.1.Paris conſ.47.n.4.lib.1.Becc.conſ.65,n.1.Herring,de fideiuſſ.c.11.n.83, Genua de ſcript.lib.3.q. 14.n.3,R.Rouit.in rubr.de proc.n.51.Golin.de procur.p.2.c.3.n.2.Vergil.de legit.perſ.c.16.n.14.Gratian.dec.105.in addit.num.4.R.Ponte conſ.91.lib. 1.Vin.dec.467.n.100.*

5 Nec intereſt quibus verbis fiat mandatum, cum poſſit fieri per verbum *rogo, ſupplico, mando, volo,peto,*& per quæcumque alia verba ſimilia, & idonea *gl.in §.1.ver.mandatum Inſtit. de mandat.* vbi *Post.Fab.& alij, Ostotim.ſuper Inſtit.lib.3. tit. de mandat.in princ.num.4.Genua de ſcript.priu.lib. 3.q.14.num.4.Rebuff.de mand.nu.748.Amat.dec. Mach.80.num.16.R.Ponte conſ.91.nu.20, & 21. lib.1.Mantica de tacit.lib.7.tit.3. num.1. Golin.d. cap.3.num.9.Virgil.de legit. perſ. cap.16. num.14. Conciol.reſol.iuris crim.reſol.2.§.mandatum.*

6 Sed non conſtituitur per verba *admoneo, commendo, exhortor, perſuadeo &c.*qua in his verbis non interuenit animus obligandi *Mozz.de contr. tit.de mand col.3.n.9.* vbi *num.10.* dicit neque conſtitui per verba conditionaliter prolata *Golin.d.c.3.nu.9.* Quod intelligendum eſt ſi conditio non adimpleatur, nam illa non adimpleta mandatum euaneſcit, & adimplementum conditionis debet probari per fiſcũ ad hoc vt agi poſſit criminaliter ex tali mandato.*Farinac.q.134.nu. 31.& ſeqq. & conſ.104.n.13. lib.1. Vermigl.inter conſil.Farinac.conſ.184.nu.40. lib.2. & conſ. ſuo 133.n.21.Conciol.d.reſ.2.n.13.*

7 Ad inducendum mandatum in delictis non requiritur à iure aliqua certa forma verborum, & ſic illud inducitur ex quibuſcumq; verbis, ex quibus mandantis voluntas, & deſiderium de faciendo vindictam quomodocumq; etiam tacitè colligi poteſt *Boſſ. in pract.tit. de mandat. ad homicid.num.84.Maſcard.concluſ.1014.num.5. Farinac.d.q.134.num.7.8.& ſeqq.*vbi dicit,illud induci etiam per verba imperſonalia,impropria, & groſſo modo prolata,& *num.23.& ſeqq.*declarat quomodo intelligantur verba *facias vindictam Vermigl.conſ.23.num.1.& ſeqq. Card. Tuſc.lit.M. concl.34.n.45.Farinac.conſ.225.n.11.lib.3.*

8 Talia tamen verba debent eſſe apta,& idonea importare mandatum ad delinquendum, aliàs erit ſecus, poſt alios *Farinac. d.q.134. num.15. Vermigl.d.conſ.23.nu.4.*debent eſſe clara,& aperta, ſecus ſi ſint dubia, quia in dubio ſunt interpretanda,vt non importent mandatum,nec delictum *Boſſ.vbi ſup.nu.49.Conciol.conſ.5. nu.7.* poſt *tract.de herede* niſi interpretatio ad malum eſſet veriſimilior,vt ipſe *Boſſ.*dicit *Rimin.iun.conſ.88. num.36.lib.1.Tuſc.lit.M. concluſ.34. num.1.* vbi dicit verba: *da al traditore* non probare mandatum ad homicidium,etiam illo ſequuto, nec ad vulnerandum, cum illa verba poſſint intelligi de percuſſione cum pugno,vel haſta, niſi illa fiunt dicta habenti enſem, vel pugionem denudatum in manu *Bajard, ad Clarum §.fin. q.89. num.20.* vbi agit de illis verbis; *ſto di mala voglia perche vorrei,che il tale mi fuſſe leuato dauanti l'occhi.Decianus tract.crim.lib.9.cap.34.num.34, Maſcard.concluſ.866.nu.14.Coſta de re integr.diſt.23. Menoch. conſ.283. num.5.& ſeqq.Farinac.q.134. num. 28.& ſeqq Vulpel.conſ.63.num.8.Handed.conſ.97. num.29. lib.2.* Nec ſufficit mandatum generale,
9 & abſque expreſſione perſonæ occidendæ *Bocr. conſ.175.num.28.& ſeqq.lib.3.Farinac. q.134.n. 37.*Nec ſufficiunt verba admonitoria, commendatoria,laudatoria, hortatoria, & perſuaſoria, quia ex illis non probatur mandatum ad delinquendum,ſed conſilium tantum, poſt alios *Farinac.d.q.134.num.16.Ant.de balleis tract.crim.lib.1. q.20.Vulpel.vbi ſup.Tuſc.lit.M.concluſ.34. n.29.* vbi dicit, iudicem debere diligenter examinare
10 teſtes ſuper formalitate, & qualitate *Ciriac. contr.195.num.7.Vermigli d.conſ.23. num.8. Farinac.conſ.185.num.49.lib.2.* Nec ſufficiunt verba reſtricta ad arbitrium,ſeu voluntatem mandatarij,vt ſi quis dixerit: *Se vuoi ammazzarlo, ammazzalo:ſi vis occidere,occidas eum,*& ſimilia verba, nam ex illis verbis non oritur mandatum *Rim.iun.conſ.310.nu.26.lib.3.* vbi vult quod neque conſilium ex dictis verbis oritur. *Ang. conſ. 22.* vbi de eo qui dixit; *Tu farai molto bene di farlo.Cepol.conſ.crim.37.* vbi de eo, qui dixit paratis ad occidendũ, *ite ad occidendum,nam exportabo ligonem ad eum ſepelliendum Farinac.q. 129.num.32. d.q.134. num.34. & ſeqq.* vbi dicit ex dictis verbis neque conſilium induci,& limitat vbi verba ſunt collata in perſonam alicuius Tertij, vt in exemplo per illum allato, *& conſ. 104.num.3.lib.1.conſ.185.num.35.lib.2. & conſ. 225.num.8.12.lib.3.Vermigl.conſ.23.n.6. & ſeqq. Ciriac. contr.488. num.79. 80.* & *in contr.105. n.6.*vbi videtur ſentire de pœna extraordinaria.

11 Verba vt inducant mandatum debent præcedere delictum, alias nil operantur *Decian.tract. crim.lib.9.c.34.num.25.*

12 Non probatur ex actibus lætitiæ factis poſt ſequutum delictum *Natta conſ.494.num.11. conſ. 499.nu.5.conſ.595.nu.15.conſ.597.num.4. lib.3. Decian.lib.9.c.38.num.7. Farina q.135. num.64. Ciriac.d.contr.105.num.8.& 11. Vermigl. d. conſ. 23.num.8.* Quomodo autem præſumatur manda-
13 tum ex allocutione facta ſeruo à domino ad eius aures,quando poſtea ſequutum fuit homicidium eſt late *Farinac. d. q.134.num.41.& ſeqq. & conſ.102.lib.1.Ant.de balleis lib.1. q.20. n.11. Conciol. §.mandatum reſol.1. & eius addit. Laton. de eff.inimic.eff.16.*

14 Etiam in delictis mandatum per *epiſtolam* cõſtituitur per *tex. in l.1.ff. mandati Maſcard. de probat.concluſ.1008.Ciriac.contr.165.nu.2.*& per ſubſcriptionem,quia ſubſcribens videtur mandare *l. etiam* & ibi *gl.& Bal.C.quod cum eo.Farinac. q.134.cap.3.num.13. Vin.d. dec.467. num.100.*

Ma-

Digitized by Google

Maſcard. concluſ. 866. nu. 3. Viuiangl. conſ. 247. nu.
11. Genua de ſcript. priu. lib. 3. q. 14. num. 5. 6. Con-
ciol. d. §. 2. n. 5. Et ſicut per epiſtolam conſtitui po-
15 teſt ità per epiſtolam reuocari poteſt, vt tradit
Bertachin. in repert. verb. procurator n. 20. Part. de
reſignat. benefic. q. 28. lib. 9. Gratian. dec. 105. in
addit. nu. 5.

16 Per receptionem epiſtolæ mandatum perfici-
tur, & reducitur ad illud tempus, quo recipitur
l. qui abſenti, ff. de acquir. poſſeſſ. l. abſenti ff. de do-
nat. Bar. conſ. 73. vbi quod procurator nullam ha-
bet poteſtatem, donec ſibi non fuerit notificata
procuratio, niſi ſit conſtitutus cum clauſula de
rato, per verba de præſenti, de qua latè per Corn.
conſ. 73. num. 8. vol. 3. Decian. reſp. 109. nu. 17. vol.
2. de Iure Cannnico eſt tex. in clem. 1. de proc. vbi
Barboſ. n. 1. 2. & 4.

17 Quo ad probationem epiſtolæ, ſi pars non op-
ponat, Iudex probationem notariatus, & litteræ,
ac ſigni recognitionem requirere non cogitur, vt
conſuluit Rota ſecundum Ægid. concluſ. 540. ſecus
ſi pars opponat D. Roſa conſult. 23. num. 32. dixi-
mus de recognitione ſcripturæ priuatæ in obſ. ad
conſ. 51. lib. 3. R. Rouiti. Maximè ſi eſſemus in
18 antiquis, quia tunc oritur præſumptio de nota-
riatu, ac officio, vel leuis probatio, puta de audi-
tu, & fama, ſufficiet, vt declarat Innoc. in cap. ve-
niens de verb. ſignif. Bal. in auth. quas actiones circa
fin. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. Guid. Pap. dec. 404. Dec.
conſ. 638. n. 5. lit. 5.

19 Tale mandatum debet eſſe abſque omni vitio
viſibili, & carere falſitatis ſuſpicione, alias quan-
documque illius falſitate detecta, etiam ſi Iudex
pronunciaſſet perſonam procuratoris legitimam,
nihilominus omnia acta tamquã facta cum falſo
procuratore, corruerent. Innoc. in cap. ſuper litte-
ris de reſcript. Bal. in l. falſus col. penul. C. de furtis
Rot. ſecundum Ægid. concl. 28.

20 Et ſi producatur tranſumptum ex alterius pro-
thocollo ſunt ſeruandæ debitæ ſolemnitates, de
quibus Guid. Pap. dec. 2. 118. & 122. prout eſt ci-
tatio partis DD. in auth. ſi quis in aliquo documen-
to C. de edendo Menoch. conſ. 7. lib. 1. & conſ. 745.
num. 6. lib. 8. latè Gratian. diſcept. 268. vbi diſpu-
tat, an tales ſolemnitates per tempus præſuman-
tur interueniſſe? Et ſi ſit mandatum præſentatum
in actis, & ab illis ſit ſubtractum, ſufficit actuariũ
de illo fidem facere ex Alex. conſ. 6. lib. 4. & alijs
probat Larrea alleg. 87.

21 Validum etiam eſt mandatum ſi ſit conſtitu-
tum penès acta per dominum præſentem? §. ſin au-
tem 3. Inſtit. de ſatiſd. cum omnium probationem
ſuperet id, quod apud acta geſtum eſt. l. omnium
19. vbi DD. C. de teſtam. Rosbach. in praxi de proc.
tit. 20. n. 36. Manzi de proc. tit. 3. n. 243.

22 Et ſi aliquis notarius velit facere aliquod mã-
datum in perſonam alterius pro lite ſua poteſt
ipſemet facere tale mandatum, & illud authenti-
care ſuo ſigillo, nam ſup. diximus ſufficere epiſto-
lam conſtituentis, Guid. Pap. dec. 318. Borrell. in
ſumma deciſ. tom. 1. tit. de proc. num. 84. & valet ſi
filius notarius illud authenticet factum in perſo-
nam patris Monter. dec. 33. imò ipſe notarius po-
teſt authenticare mandatũ in ſui perſonam factũ
per Vniuerſitatẽ ſecundũ Verall. dec. 247. p. 2. Pap.
ibid. Nouar. in prag. 6. de admin. Vniu.

23 Debet continere quis, quem, in qua cauſa, & cõ-
tra quem conſtituat procuratorem Berlich. lib. 1.
concluſ. 14. num. 70. Gratian. diſcept. 201. num. 41.
p. 2. Golin. de proc. p. 2. c. 3. n. 40. de quibus requiſi-
tis ſigillatim ſup. per totam rubr. diximus Et ſi vo-
24 luerit conſtituens eum releuare à ſatiſdatione,
debet promittere ſe ratum habiturũ quod cum eo
actum erit, vt docet tex. in cit. l. ſi procurator gl.
ord. in c. mandatum in princ. eodem tit. Spec. in §.
ratione formæ col. fin. de proc. & in tit. de ſind. col. fi-
nal. verſ. item in creatione R. Larr. conſult. 108. nu.
22. & ſeqq. Gratian. diſcept. 725. n. 10. diximus ad
Rouit. conſ. 99. n. 1. lib. 2.

25 Quo ad requiſitum, quem ſcil. quis conſtitua-
tur, eſt ſciendum, perſonam debere eſſe certam,
nam conſtitutio procuratoris omninò incerta vi-
tiatur l. 2. ff. de proc. ibi dummodo certus ſit, qui da-
tus intelligatur, concordat lex hiſpana 13. tit. 5. p. 3.
vbi Lopez gl. 4. verb. ſeñaladamente Alberic. in d.
l. 2. & in l. 1. eodem tit. de proc. nu. 4. Hippol. in ru-
br. C. de probat. n. 373.

26 Sic etiam executor certus eſſe debet l. nulli
28. C. de Epiſc. & cleric. etiam ad pias cauſas ſi ſit
incertus datio non valet ex iuribus ſup. citatis, &
ex tex. in l. ſi ita fuerit 21. ff. de reb. dub. l. ſi quis de
pluribus 28. eodem tit. §. libertas Inſtit. de delegatis.
niſi ex aliquo futuro euentu certificari poſſit, nã
tunc nominatio valet l. vter ex fratribus ff. de
condit. inſtitut. l. 2. §. ſi quis ita, ff. de bonor. poſſeſſ.
ſecundum tab. l. quidam relegatus l. ſi quis ita ſcripſe-
rit ff. de reb. dub. l. ſi ſeruus legatus §. huiuſmodi ff. de
leg. 1. §. incertis Inſtit. de legatis Bar. in d. l. quidam
relegatus num. 7. vbi Soccin. n. 15. Alciat. reſp. 551.
num. 1. Surd. dec. 338. num. 12. Gomez var. tom. 2.
cap. 11. num. 8. verſ. ſeptima concluſio Perez de La-
ra de anniuerſ. cap. 10. num. 65. & 66. Ægid. in l. 1.
C. de ſacr. ſanctis eccleſ. in prima partis initio n. 32.
Pichard. in d. §. incertis inſtit. de legatis in finalibus
verbis Spino de teſtam. gl. 10. num. 13. poſt hos, &
alios Carp. de execut. lib. 1. cap. 16. num. 43. & ſeqq.
qui ibidem id extendit etiam in executore teſta-
mentario.

27 Idem eſt quando eſt nominatus aliquis pro-
prio nomine, vel certa perſona, nam licet plura-
litas nominis alicuius nominis non præſumatur,
niſi probetur l. ſi in rem ff. de rei vendic. Berlich.
concluſ. Iuris lib. 1. concluſ. 14. num. 30. & ad repel-
lendum agentem non ſufficiat dicere, quod ſit
alius eiuſdem nominis, niſi probetur ex Felin. in
cap. ſignificantibus de libell. oblat. nu. 1. & ſeqq. Ber-
lich. ibid. num. 31. Si tamen alij eiuſdem nominis
inueniantur, nec apparet de quo ſenſerit conſti-
tuens, tunc vitiatur conſtitutio Bar Soccin. in d. l.
quidam relegatus num. 19. Aret. in l. ſi quis à filio §.
ſi quis plures Ananıa in cap. 1. de proc. in 6. Gomez
var. lib. 2. cap. 11. num. 8. verſ. ſexta concluſio Spin.
de teſtam. d. gl. 10. num. 8. late Carp. d. lib. 1. c. 16.
num. 47. Cum incertitudo vitiet actum l. idem Põ-
ponius §. fin. ff. de rei vendic. l. duo ſunt Titij ff. de
teſtam. tutel. l. tutor incertus ff. eodem tit. Gratian. di-
ſcept. 640. num. 29. cap. 682. num. 7. cap. 715. n. 7. 8.
cap. 742. n. 15. Surd. conſ. 378. nu. 6. & ſeqq. Gaill.
lib. 1. obſ. 50. n. 2. Alex. conſ. 153. n. 5. vol. 2.

28 Non eſt ſic in incerta ſubſtitutione procura-

torij:

ris nam illa ſubſtinetur ex *tex. in cap.1. de proc. in 6.§.licet autē*, ratio diſparitatis eſt quia in eius ſpecie non eſt ſimpliciter omninò incerta, ſed certificanda per ſubſtitutionem procuratoris, cui ad id fuit conceſſa facultas, vt patet ex verbis *d.tex.* ibi: *vel à domino ſubſtituendi alium (etiam certa non expreſſa perſona) ſibi fuerit conceſſa poteſtas Alberic. in l.1.ff.de proc.num.4.Carp.d.lib.1, cap.16 nu.31.*

29 Verum ſufficit quo ad certitudinem, ſi in mādato procuratorio per epiſtolam ſit relictum *vacuum*, ſeu *album*, in quo nomen procuratoris deſcribi poſſit, & tunc mandatum eſt validum, vt deciſum refert *Boer.dec.274.*ſequitur *R.Rouit. in rubr.pragm.de proc.nu.53.*Et dicendo nominatus in procuratorio, ſe eſſe illum, qui nominatur in illo, non habet onus probandi ſe eſſe illum, cum ſola præſentatio ſufficiat *Boer. dec.154. Nouar, in prag.6.de adminiſtr. Vniu.n.9,*

30 Etiam per nuncium poteſt conſtitui procurator *l.1.ff.de proc.Grat.dec.105.in add.num.4. Virgil.de legit.perſ.d.cap.16.num.14.Borrell.in ſumma deciſ.tom.1.tit.de proc.num.80.* ex quibus habetur quod ſcriptura non videtur eſſe de eſſentia mandati, cum illud poſſit fieri per nuncium, & cōram

31 per *d.l.1.& l.1.ff.mand.*Et ſic infert *Mantica de tacit.& ambig.lib.7.tit.3.num.25.* ex *Angel. conſ. 292.n.3,* procuratorem rectè intelligi conſtitutum, etiam ſi inſtrumentum ſit nullum ex defectu ſollemnitatis. Nam voluntas etiam ex actu nullo declaratur *l. fin. de reb.eorum Mareſcott. var. cap.37.num.7. lib.2. Staiban.ſen. conſ.2. num.43. Oſaſch.dec.101.num.23.Magon.dec.Flor.146.nu.27.R.Ponte conſ.6.n.33.p.1.*

32 Nec vitiatur mandatum ſi dicatur *conſtituo te aſinum meum* dummodo conſtet de voluntate cōſtituentis, vt ex pluribus notat *Mil.in repert. ver. procuratorium Golin.p.2.c.3.n.8.*

33 De *Iure* noſtri Regni Neapol, ſi mandatum ſit factum extra regnum, non poteſt recipi in Curijs Regni abſque regio: *Recipiatur,* quod fit tradendo memoriale D.Viceregi in Collaterali cōſilio, à quo fit decretum, quod: *Recipiatur.*

34 Item ſi conſtituens ratione ætatis, aut aliàs ſub alterius poteſtate, aut gubernio fuerit, & fari poſſit, prout ſunt pupilli, ſeu minores, ac filij fam.monachi, ſeu religioſi, & ſimiles, conſtituere debent cum conſenſu ſuperiorum, ſeu adminiſtratorum ſi quem habuerint. *l.neque §.pupillus, & l. non eo minus C.de proc.l.cum & vos minores C.ſi aduerſ.rem iudic.clem.ſi religioſus eodem tit.* De minore eſt *Menoch. conſ. 560. num.16.* de monacis *Roman.ſing.278. Golin.p.1.cap.5.num.61.& ſeqq. Virgil. de legit.perſon.cap.23.num.81.& per tot.& in prælud.n.89.*

35 Et ſi non habuerint, cum decreto, & authoritate competentis iudicij conſtituere debebunt, *c. ſi annum de iud.in 6.l.decreto ff.de adminiſt. tutor l.fin.C.eodem,* & ibi *Bar.& l.1.ff.de tut.dat.ab his.*

36 Si verò fari, & loqui non poterunt à natura, ſeu accidenti impediti, vt infans, mutus, ſurdus, furioſus, vel à loco illo abeſſent, ſi tutores, vel curatores adfuerint, ipſi cum decreto Iudicis, vel Iudex de conſenſu, ac periculo illorum, actorem, ſeu procuratorem conſtituent, vt *d.l.neque,* & ibi *DD.& l.ſolent* vbi *Bar. ff. de tutor.l.vnic. C. de actor.à tut.vel Curat.dand.l.actor* vbi *gl. & Bar.ff. rem rat.hab.gl.& DD.in §.fin. Inſtit. de Curat. & c.ſi annum de iudic.in 6.vbi Barboſ.*

37 Iudex talia faciens debet eſſe iudex competens illi, cui actorē, ſeu procuratorem conſtituit per *iura ſuprascritta,* & per *tex.& ibi gl.& DD. in l.1,& l.pupillo cum ſeqq.ff.de tutor. & curat.dat ab his l.neque C.qui dare tutor. l.magis §. illud ff. de reb.eorum l.1.§.fin.C.de emancip.l.1.*& ibi *Bal.C. de Iure aureor.annul.Dec.reſ.15n.col.2,lib.1.Gall. conſ.35.nu.4.5.Salgad.de retent. bullar. p.2. c.50. §.3.num.24.Amat.reſol.33.n.4.Cammarat.reſp.20. nu.9.lib.1.Guzman.de euict. q.5.num.14.Maſtrill. dec.197.n.20.*

38 Cautela ſolet adhiberi, vt pupillus, vel adultus ante quam ſibi de Curatore prouideatur ſibi domicilium conſtituat in loco, vbi dandus eſt curator, adhoc vt Iudex dicatur competens, *Bar.& DD.in l.1.C.vbi pet.tut.& d.l.1. de tut. dat.ab his & l.fin.§.1.*vbi *Bar.C.de admin.tut.Ang.in §.præterea col.31.Inſtit. de except.* Iudex poteſt eſſe competens ratione domicilij, contractus, deſtinatæ ſolutionis, delicti, & ſimilis *Virgil.de legit.perſon.c.14.n.30.*

39 Sed An tutor, ſeu curator ſimpliciter à Iudice datus habeat poteſtatem ſuper rebus extrà territorium Iudicis deputantis, ad explicationem *tex.in l.propter §.licet ff.de excuſ. tutor. & l.magis §.illud ff.de reb.eorum?* Pro reſolutione eſt diſtinguendum. Aut loquimur de curatore dato vni liti vertent, coram Iudice, & tunc ille Iudex poteſt dare curatorem etiam ſi litigans minor, vel fatuus ſit alterius fori, Puta Eccleſiaſticus poteſt dare Curatorē minori ſeculari corā eo litiganti. Secularis poteſt dare curatorem clerico minori litiganti coram illo. *c. fin.de iudic. in 6.Romana Rota dec.207.in antiquis Virgil.de legit. perſ.c.1. num.49.& cap.6.nu.52.Schrad.de feud.p.10. ſect. 19.num.165.Amat.d.reſol.33.nu.21.Cammarat.d. reſp.20.nu.10.*& iſte datus ad vnam cauſam non poteſt alias agere. *Virgil.c.15.n.23.*

40 Aut loquimur de curatorem dando ad lites ſimpliciter, & tunc cenſetur datus ad omnes lites *l.qui habet §.vl. ff. de tutel.* Et tunc eſt dandus à ſuo Iudice competente ratione domicilij, vel originis, & à Iudice laico, ſi minor fuerit laicus, & ab Eccleſiaſtico ſi fuerit minor clericus *l.1.ibi Bar.n.5.ff.de tutor. & curat. dat. ab his.gl. & Bar. in l.etiam 10.ff.de tutel.gl.& Salyc.in l.ſi vt proponis C.de confirm.tutor.Rolan.à Valle conſ.24.num. 25.lib.3.Ang.in §.actionum nu.38.Inſtit.de action. Alberic.de Roſat.in l.1.C.vbi pet. tutor. Milan.aſſert.38.lib.1.Prag.in tract. de tutor. & curat.q.5. num.6.Schrad.de feud.p.10.ſect.19.concluſ.15.nu. 83. & ſeq.* vbi dicit feudatario eſſe dandum à Domino feudi. *Virgil.d.c.5.num.35.*Et tunc poterit non ſolum lites, quæ ſunt intrà prouinciam Iudicis conſtituentes, ſeu dantis, ſed etiam quæ ſunt extrà illam, tractare per *gl. in l.propter litem §.licet ff.de excuſat.tutor.Oldrad. conſ.59. Mi ſing. obſ.37.cent.1.Virgil.d.c.1.num.90.& cap.5. num. 34.ver.item per tex.in §.datus* vbi *Angel. Io.Fab. Aldobrandin.& alij Inſtit. de excuſ.tutor. l.propter litem §. licet* vbi *gl.& Bar. ff. eodem l.2. de excuſat.*

ſat.

*ſat.tutor. Alberic.de Roſat.in tract.ſtatut.lib.3.q.2.
nu.3.*
41 Sed habenti tutorem Curator ſine cauſa
non eſt dandus, aliàs datio eſt inualida *l.tutor ff.
de tut. & curat.dat.ab his l.antepenul.* & ibi *gl. &
l.pen.C.in quibus cauſ.tutor.hab.& l. cum in tut.
C.qui pet.tut.l.ſi ſororis C.qui dare tut. vel cur.poſſ.
Afft.d.dec.256.*
42 Actores huiuſmodi ad lites deputati, ex quo
potius perſonæ,ſeu liti, quam bonis deputantur
non tenentur facere inuentarium *l. ad protegendũ
C.de in lit. dand.tut. Spec.tit. de actor. ab vniuerſ.
dat.§.1.*verſ.*puberes Rot.dec.45.in nou.Monta. de
tutel.p.1. c.19. num.27. Mantua ſing.582. Gaill.
lib.2.obſ.108.in fine Cald.in l.ſi curatorẽ in princ.
num.17.C. de reſtit.min.Meuis in iuſ. lubec. lib.1.
tit.7.art.11.num.4.*Cum ſufficiat inuentarium fa-
43 ctum per tutores, ſeu curatores,quorum peri-
culo actores huiuſmodi creantur *§.fin. inſtit.de
44 curat.*Sed debent iurare vtilia agere, & inutilia
prætermittere, quod de Iure Codicis introductũ
fuit *l.de creationibus C.de epiſc.aud.* & ibi *Barboſ.
num.3.poſt Menoch.de arbitr.caſ.150.num.25.26.
Monta.de tutel.c.32.regul.2; & alios Brunem. in
l.3.C.de in lit.dan.*Qui *tex.*licet loquatur de Cu-
45 ratore furioſi, tamen fuit extenſus ad quoſcum-
que alios tutores, & curatores, vt *in auth. vt his
qui perbi. obli. hab.ees Min.§.fin. Bar. in l. legiti-
mos col.2.ver.3.ff.de legit.tutor.Angel.in §.præterea
col.33.in fin.Inſtit.de except.Brunem.ſuper d.l.de
creationibus in fine.*
46 Qualiter curator abſenti bonis ſit dandus, hic
videbimus. Conſueuit dari curator abſenti ex-
trà Regnum, licèt in loco certo ſit, & reperiatur
iuxta *gl.in l. ab hoſtibus §. ego autem ff. ex quib.
cauſ.maior.Menoch.de arbitr.caſ.40. num.11. Bal.
in l cum proponas C.de bonis auth. iudic. poſſ. Gre-
gor.Lopes l.12. tit.2. p.3. Suar. in praxi Eccleſ.&
Secul.p.3.tit.1.n.5.Iacob.gall.conſ.35. nu.21.* vbi
teſtatur de ſtylo noſtrarũ Curiarum.*Maſtrill.dec.
197.num.29.Cammarat.reſp.20.nu.11.lib.1.*quid-
quid dicat *Muta in Capit.Sicil.101.nu.71.tom.4.*
vt ſufficiat eſſe abſentem à loco iudicij.
47 Talis Curator datur cum inquiſitione, & cau-
ſæ cognitione,nam debet probari, quod caſus ſit
talis,quod debeat curator dari. *l.obſeruare ff. de
48 Curatore furioſi,* Quod Iudex ſit talis, qui dare
potuerit,& illis bonis detur, quibus dari debet,
& ij dati ſint qui dari potuerint, & idonei ſint.
49 *Gabriel. conſ.28. num.19.* Citari debent vocati
poſt mortem abſentis. *l.1.§.denunciari ff.de vent.
in poſſeſſ.mitt. & l.1.§. quoties ff. eodem* poſt *Bal.
Angel.Crauett.& Socc.Laderch.conſ.47.nu.4. ver.
1.& ſeqq.Maſtrill.dec.226.n.5.6.7.*
50 Item debet conſtare de abſentia, & quod non
ſperetur de proximo venire, alioquin eſt expe-
ctandus *l.pen.ff.de de legat. l. ignorare C. de reſtit.
milit.l.cohæredi ff.famil. erciſc. Bar. in l.ſi quis in-
ſtituatur ff.de hered.inſti.* poſt alios *Menoch. de
arbitr.caſ.150.num.18.Chriſt. de Pace ad ll. ſtyli l.
3.ſcol.1.n.2.Gabriel.d.conſ.28. nu.9.* Nec ſufficit
51 probare aliquem eſſe abſentem à Ciuitate, ad-
hoc vt detur Curator, nam de abſente diſtin-
guendum eſt.Aut abeſt à Ciuitate, & eſt in Pro-
uincia, vel in Regno in aliquo loco certo, & nõ
poſſet ei dari Curator tanquam abſenti, expoſi-
tis per *Giurb.dec.15.Laderch.conſ.15. nu.4 Ma-
ſtrill.d.dec.226 nu.13.*
52 Sed citari debet per litteras, de Iure noſtro vt
habetur in *cõſtit.regni* incip *Citationis litteræ,* per
quã diſponitur,quod iuſtitiarius,vel Curia quan-
do velit aliquẽ de ſua iuriſdictione citari facere,
cuius copia de facili haberi poteſt,debet citatio
illa ipſi perſonaliter intimari, Quod ſi perſona
citãda ſui copiã nõ fecerit,citabitur in domo,vbi
habitat cum vxore, aut filijs, aut familia. Et ſic
adhoc vt valeat citatio facta domi, & conſtituat
in domo citatum,contumacem,ſi non compareat,
requiritur quod conſtet quod eius præſentia ha-
beri non potuit, & ſic quod ſit abſens à Ciuita-
te, & hoc eſt conforme cum iure communi, vt
docet *Bar.in l.4.§.prætor ff.de damn. infect.Tira-
quell.de retract. lignag.§.9.gl.2.Afft.in d. conſtit.n.
1.Maranta in Spec. aureo p.6. tit. de citat. Alex.
conſ.319. vol.6.Padilla in l.cum quidam §.fin.ff.de
leg.2.num.3.Clar.in praxi §.fin.q.31. Suarez com-
mun. opin.*verſ. *citatio* per *tex. in l.1. ff. de liber.
agnoſc. & l.ſcire debemus §. qui autem, ff. de excu-
ſat.tutor.l.aut aliter ff.quod vi aut clam. c.cauſam
de dolo,& contumac.cap.fin.de eo,qui mitt.in poſſeſſ.
cauſ.rei ſeru.Parlador.quotid.lib.2.cap.fin.p.5.§.9.
num.8.*
53 Ideo ſi eius copia haberi poteſt,& citetur in
domo,& non perſonaliter, citatio non valet,nec
conſtituit eum contumacem ſi non comparet.
Afft.in d.conſtit. citationis littera num.1. & dice-
mus *in rubr.de citationibus.*vbi omnia alia ad hãc
materiam.
54 Vbi perſona eſt certa, & locus ſit certus, vbi
illa reſidet,citanda eſt perſonaliter, & per litte-
ras directas Iudici, in cuius territorio degit ab-
ſens,vt iubeat eum citari, iuxta *tex. in Auth.Vt
nulli iudicium §.ſi quis verò coll.9.R.Marin.lib.2.
cap.43.num.6.*Aliàs ſi iſte citaretur per edictum
55 citatio non valebit, quauis conſuetudine non
obſtante *Marſil.ſing.260.Oltrad. conſ.43. num.7.
Iaſ.conſ.86.num.12.lib.3.Menoch. de recuper. poſ-
ſeſſ.remed.8.nu.114.Barboſ.in l preemptorium num.
100.de iudic.Baron.de citat. tom.1. q.8. num.5. &
de effect.inimicit.effect.137.nu.1. & ſeqq.* Niſi lo-
cus vbi degit citandus ſit non tutus citanti, vel
miſſis ab eo, vel propter bellum, vel peſtem, vel
alio modo *Baron.d.effect.137.nu.4.& 5.* dicemus
in rubr.de citation.
56 Si verò abſens neſcitur vbi ſit, ſeu de eius vi-
ta,vel morte dubitetur, debet, & poteſt dari cu-
rator abſenti, & cum eo lis incipi,mediari, & fi-
niri poteſt, vt notat *Schrader. de feud. p.10. Seſſ.
19.nu.143.Montan.de tutel.cap.21. num.72. La-
derch.conſ.47 num.4.Muta in c. rit.191. num.71.
De Pace in Scol.ll.ſtyli l.3.num.8.Gregor.Lopez.in
l.12.tit.2.p.3.Scol.1.Maſtrill.dec.226.* Verum in
noſtris Tribunalibus Supremis practicamus cita-
tionem per edictum,quę affigitur in Palatio Ma-
gnæ Curiæ.*Maranta in praxi. p.6.rub.rectè conci-
piatur citatio num.83.*meminit *Gail. lib.1.obſ.57.
num.4.Treyſius in prag.2.num.29. de ordine iudic.*
Idem ſeruatur ſi citandus ſit in loco certo, ſed
ibi non poſſit citari quia non impartiretur bra-
chium citationi *Molin.de brach.ſecul.c.25.nu.22.*
Ro-

Digitized by Google

Rouit.in pa.1.de citat.num.3.in fine. Si vero ci-
tandus ſinxtet ſignanter Ianuenſis, qui per *ſta-
tutum* Iaug non poteſt ibi citari,citatur per edi-
ctum, & copia citationis datur Conſuli Natio-
nis, a hoc vt illũ certiorem faciat, quo ſacto ſi
non compareet, accuſatis contumacijs,proceditur
aduleriora. *R.Marin.d.c.43.num.7.& 8.*vbi de-
ciſum refert.

Poteſt etiam dari Curator bonis abſentis quã-
do ſubeſt iuſta cauſa, quæ cauſa altero ex tribus
modis à DD.conſiderari ſolet. Primo cum bona
abſentis diſſipantur, id quod probari debet *l.nec
non C.de capt.& poſt lim. reuerſ. Angel. conſ.193.*
58 Et iſto caſu Iudex ex officio, etiam nemine
poſtulante poteſt curatorem dare *Gozadin. conſ.
68.num.3.Menoch.de arbitr.lib.2.cent.2.caſ.150.
num.20.gl.in l.2.*ver.*adeatur*, & ibi *Bar. ff.de cu-
rat.bon.dand.Ang.conſ.103.n.2.*
59 2.Solet conſiderari cauſa, cum creditores vr-
gent, & ſibi ſatisfieri petunt,nam tunc ad inſtan-
tiam creditorum conſueuit Curator dari bonis
abſentis,vt tenent omnes in *l.2.ff.de Curat. bonis
dand.Alex.conſ.4.num.4.lib.2.Capyc.dec.87.nu.1.
Bal.conſ.327.lib.5.Menoch.vbi ſup.Guſman de eui-
ction.q.5.nu.12.*
60 Sed vbi proceditur contrà abſentes ad inſtan-
tiam creditoris,ad adiudicationem, an citari de-
beant conſanguinei, & affines omnes etiam ſi eſ-
ſent in aliena prouincia? Et *Specul.tit. de citat.§.
ſequitur* ver *ſed numquid nu.18.* tenet quod ſi pro-
pinqui qui ſunt in Prouincia in qua lis agitur,
nolint defendere, non ſunt requirendi, quia ibi
debet Iudex præcipere tantum, vbi res agitur *l.
magis §.illic.ff.de rebus eorum, qui ſub tut.ſunt*, &
quod illi non ſunt de iuriſdictione,vndè non po-
teſt eos reuocare *ff.de iuriſd. omnium iudic .l.fin.*
61 Alij dicunt omnes conſanguineos eſſe requiren-
dos vbicumque ſint per *tex. in l. hac autem ff. ex
quib.cauſ.in poſſeſſ.eat.*ſufficere tamen citationem
62 per edictum, nec requiri requiſitionem proprio
nomine,vt ſcil. quicumque velit eum defendere,
veniat, & defendat *l.ſed et ſi pupillos §. præſcribe-
re ff.de inſtit.action.cap.1.de dolo, & contumac.* &
ſic ſecundum opinionem *Specul. ſup.* requiritur
citatio per edictum, ad hoc vt detur curator ab-
ſenti *Bal.conſ.172.vol.2.Fulgoſ.conſ.124.* Et eius
omiſſio vitiat actum,& illum reddit nullum ſecũ-
dum eos, dummodo velit ille, qui citatus non
fuit *Gabriel.conſ.28.nu.41.lib.2.ex Ruin.conſ.89.*
63 *vol.5.*licet alij teneant cautius eſſe fieri citatio-
nem per edictum, ſed non eſſe ſimpliciter neceſ-
ſariam, ita vt ſi illa deficiat actus non ſit nullus
*Alex.ad Bart. in l.hac autem §. non defendi. ff.ex
quib.cauſ.in poſſ.eat.Io:Andr. in addit. ad Spec.tit.
de primo decreto.§.ſequitur Imol.in l.ſi finita §.Iu-
lianus ff.de damn.infecto.*
64 3.Etiam dari conſueuit Curator bonis abſen-
tis ad inſtantiam coniunctorum,illorum ſcil. qui
ſperant ſuccedere ab inteſtatò *tex.* eſt *iuncta gl.
in l.cum cognatos C. de poſt liminio reuerſ.Menoch. vbi*
65 *ſup.*Et ſi inter coniunctos inter decernendum
perſonam iſtius Curatoris, eſſet contentio.tunc
Curator debet eſſe magis propinquus *Luderch.
conſ.47.Gabriel.conſ.28.num.40.lib.2.Caualc.de
tutor.& Curat. num.100. & 131. Maſtrill. dec.*
66 *226.num.7.8.*Et licet Curator qui datur bonis
abſentis ſit datiuus,& non legitimus, Iudex ta-
men curam horum bonorum magis coniunctis,
ſiuè illis qui ad ſucceſſionem talium bonorum ab
inteſtato aſpirare poſſunt,decernere, & eligere
debet, & illos alijs præferre, vt notat *Dec.conſ.
575.num.6.Vrſill.ad Afſl.dec.256.nu.3. Menoch.
d.caſ.150.num.32.l.imperator.*ibi *gl.Bar.Ang.Cyn.
Bal.Salyc. Fulgoſ.Paul.de Caſtr.Iaſ. de pactis Tira-
quell.de vtroque retract. p.1.in præfat. num.41. &
ſeqq.Amat. reſol.96. num.6.* vbi de praxi teſtatur
Curatorem bonis eſſe debere perſonam coniun-
ctam,ad lites poſſe eſſe quemlibet extraneum.
67 Ideo pater,auus,vel proauus,item mater,auia,
& proauia,ſi illi hoc petant, etiam in hac cura
omnibus agnatis, & cognatis præferuntur *gl.in
auth.matri* verſ.*tutelam*, & ibi *DD. C.quand. mu-
lier.offic.tutel.fung.poteſt Alex.conſ.221.num.7.lib.
6.Menoch.d.caſ.150.n.36.& ſeqq.*
68 Debet tamen eſſe maſculus, nam fœmina ex-
cepta matre, auia, & proauia non ſunt capaces
huius adminiſtrationis *Alex.conſ.221.num.7. lib.
6.Dec.conſ.575.num.4.*eſt *tex.in l. cuius bonis ff.
de cur.furioſ.Guſman. de euict.q.5.nu.13.*vbi limi-
tat, niſi ſit mater abſentis.
69 Iudex debet eligere in Curatorem Conſan-
guineum,vel affinem. *Dec.d.conſ.575.nu.6. Ant.
Fab.in Cod.famil.erciſc.defin.5.num.4. Vrſill. ad
Afſl.dec.256.num.3.* vbi quod debet dari magis
coniunctus, etiam ſi tractetur de Curatore hære-
70 ditatis iacentis. Verum *Gabriel. conſ.28.* tenet,
ſufficere dare proximũ, qui eſſet magis idoneus,
licet adſit proximior,& quod hoc remittatur ar-
bitrio Iudicis *l.1. §. eligitur cum gl. in* verb. *vir
bonus ff.de ventr.in poſſeſſ. mittend. l. ſcire oportet
§.fin.ff.de tutor.& curat.Alex.conſ.22.nu.5. lib.6.*
Nam debet aſpicere conditionem perſonarum,
dignitatem,ætatem, mores,& alia *Odofred. in ſuo
71 tract.de Curat.num.19.*Ex quibus ſequitur quod
licet pro maiori cautela bona ſit citatio, & quod
eligatur magis coniunctus,tamen ſi Iudex alium
elegerit,electio erit valida, ex quo electio arbi-
trio Iudicis remiſſa eſt à lege,per ſupradicta.*Vir-
gil.de legit.perſ.c.14.n.18.in fine.*
72 Actor probare debet, ſeu is, qui Curatorem
bonis abſentis à Iudice decerni petit, quod ille,
cuius bonis dandus eſt Curator ſit abſens, & neſ-
citur vbi ſit, ſeu de eius morte, vel vita dubite-
tur, hanc praxim docent *Schrader. de feud.p.10.
ſect.19.num.143.Montan.de tutel.cap.28. nu.72.
Luderch.conſ.47.n.4.Muta Cap.Rit.101. num.71.
Maſtrill.dec.226.n.9.10.*
73 Beneuerum eſt in datione huius Curatoris,
non poſſe illum dari alternatiuè ſcil. in bonis
abſentis, vel mortui, nam datio eſſet nulla, ex
quo diuerſæ ſunt ſollemnitates, & vna non con-
funditur cum alia,& datus in bonis abſentis, nó
ſubſtinetur in bonis mortui *Caſtr.conſ.143. lib.1.
Surd.conſ.99.Morot.reſp.85.*
74 Si verò adeſſet procurator non poſſet dari
Curator *Theſ.q.65.lib.4. Cancer.var. lib.2. c.14.
num.117.Socc.iun.conſ.26.lib.2.Menoch. de arbi-
tr.caſ.150.nu.17.Gratian.deciſ.154. Surd. dec.37.*
vbi probat, abſentem dici non poſſe, qui procu-
75 ratorem reliquit,Ideo in datione iſtius Curato-

tir requiritur edictum, ſeu citatio generalis,vt ſi quis habeat legitimum procuratorium compareat,nam aliàs,ſi adeſſet procurator, & iudicium fieret cum Curatore, eſſet oullum *Maſtrill. dec.226.*

76 Tale edictum debet fieri io loco Curiæ, nec aliter faciendum eſt in loco domicilij, ſi ſtylus Tribunalis hoc poſcat, nam ſtylus in hoc caſu eſt ſeruandus *Gall. d.conſ.35. num.22. Neutzan. conſ.17.num.64. Cammarat. reſp.20. num.15.lib.1.R.Marin. lib.2.reſol.43.ſub num.6.* licet etiam in loco domicilij eſſe faciendum dicat *Maſtrill. d.dec.226.n.11.*

77 Dictus procurator debet habere validum, & ſufficiens mandatum,alias ſi mandatum contineret clauſulam, quod prima citatio fiat in perſona conſtituentis, dari poteſt Curator non obſtante præſentia procuratoris,quia paria ſunt nõ adeſſe, & non habere ſufficiens mandatum *Bal. conſ.172.lib.2.* deciſũ refert *Maſtrill.d.dec.226. Virgil.de legit.perſon.cap.14.num.22. in fine Cammarat.d.reſp.20.n.12.lib.2.*

78 Sed noo modica exoritur difficultas An iſti Curatores antequam adminiſtrent, teneaotur ſatisdare, & inuentarium conficere? Et quod teneantur ſatisdare facit *tex.in l.cognatos C.de capt. & poſt lim.reuerſ.l.1.§.ſufficit de adminiſt.tutor.l.& ſi ad ſpecies ff.rem pupill.ſaluam fore* vbi *Bar.Menoch.lib.2.de arbitr.caſ.150.Salgad. in labyr. credit p.1.cap.13.num.27.Ant.Fab.in C.tit. de ſatiſd. defin.18.Gaill.obſ.108.lib.2.Put.dec.130.p.3.Ludouic.dec.48.*

Saltim quando dantur ſine inquiſitione *Alex. conſ.221.num.8.lib.6.*poſt *Specul. Ang. conſ.103. Dec.conſ.575.Rol.à Valle conſ.48. num.16. lib.1.*

79 Quod teneãtur facere inuentarium tenet *Bar. in l.tutor qui repertorium ff.de adminiſtr.tutor.& in l.1.§.fin.ff.de ventr. in poſſeſſ. mittend.* poſt alios *Rolan.de confect.inuent.p.2.q.44.Gozadin. conſ.68.*

80 Et tali Curatori ſemper poteſt obijci, quod non fecit inuentarium *DD.& Roland.d. q.44.* Et ſi in-
81 uentarium non fecit,actiones exercere non poteſt, & à iodicio repellitur *Ang. Aretin.conſ.100. Surd.conſ.169.num.19.Guſman. de euiction. q.5.n.13.Menoch.de arbitr.d.caſ.150.n.16.& ſeqq.*

82 Sed in contrarium eſt veritas quoties Curator ſolummodo datur liti,vt creditoribus reſponderet,& à litibus defenderet, prout quotidiè in foro fit, nam tunc non tenetur inuentarium conficere, nec ſatiſdare, cum oce bona recipiat, nec eorum adminiſtrationem, & dicitur potius defenſor,& Curator litis, quam Curator bonis datus, & ita praxis ſeruat, & oos de illa teſtamur, & eſt praxis antiquiſſima teſte *Bal.conſ.172. vol. 2.*aſſerens etiam de communi opinione, latè *Suar.in praxi eccl.& Secul.p.3.tom.1.n.19.Iacob. Gall.conſ.35.num.22.*vbi dicit non adhibitis his ſollemnitatibus dari Curatores, & admitti. *Didac.Perez l.1.tit.4.lib.3.Ordin.pag.891.* verſ. *Curator Lara in comp.Vitæ Homin.cap.24.num.30.& 31.*Romę noo datur ſatiſdatio à Curatore *Mandoſ.form.4.commiſſio* verb. *Curatorem ad litem*, quod dicit notandum, cum ſit Romæ *ſtatutum* de ſatisdatione à Curatore danda. *Cancer. var.p.1.cap.7.nu.23.Amat.dec.63.Gratian.diſcept.225.num.32.& dec.75.num.3.4.*& poteſt eſſe quilibet extraneus *Amat.reſol.96.num.6.*

83 Et ideo acta cum illo facta valeot in ciuilibus,& criminalibus,verum bona illius Curatores ad lites ſunt obligata pro mala adminiſtratione *Eſcob. de ratiocin. cap.39. num.32. Franch. dec.321.num.3.Gratian.d.diſcept.225.nu.73.Lara vbi ſup.num.33.*

84 Si vero in manus Curatorũ huiuſmodi bona abſentis peruenirent,prout in manus Curatoris hæreditatis iacentis,tunc tenerentur facere inuẽtarium, & ſatisdare, nam tunc nil differunt ab alijs Curatoribus. *Gratian.diſcept.225.nu.34.& 35.Suar.in praxi p.3.tom.1.n.19.*

85 Alia inſurgit difficultas,an iſti Curatores dati pro conſeruatione bonorum, poſſiot exercere omoes actiones,etiam tempore non perituras? Et quod non poſſint exercere actiones tempore non perituras, ſed ſolum illas quæ tempore pereunt, dicunt *Bar.in l.creditore ff.de bonis auth.Iudic.poſſid.& in l.2.ff.de Curat.bonis dand.Fab. in C.lib.4.tit.7.diffin.13.Tuſc.lit.C.concluſ.1104.num.38. & ſeqq.& concluſ.1106.num.19.* vbi refert deciſum,Curatorem bonis datum non eſſe audiendũ, nec poſſe agere pro recuperatione quorundam bonorum abſentis,cum ad hoc oon potuerit conſtitui,& iudicium non habebat legitimam perſonam.*Menoch.de arbitr.caſ.150.num.31.Salgad. in labyr.credit.p.1.c.13.num.50.* Ideò Curator re-
86 gulariter non datur,niſi neceſſitate cogente, & pro conſeruandis bonis, aliàs datio ſine cauſa non valet *Bal.conſ.327.lib.6.*

87 Quod poſſiot Curatores abſentium exercere omnes actiones,etiam tempore oon perituras,tenet *gl.in l.pen.in princ.ff.de bonis auth. iud. poſſid.* & facere videtur *tex.in l.1.ff.de Curat.bonis dand.* ſequitur *Azo*, quem refert,& ſequitur *Angel.conſ. 103.Alex.conſ.4.lib.2.Menoch.vbi ſup.caſ.150.n. 27.& 31.Chriſtor. Pax in ſcol.lit. ſtilo l.3.ſcol.1, num.17.*

88 In hac contrarietate mihi placet dixtinguere. Aut Curator fuit datus ſimpliciter pro conſeruandis bonis ad inſtantiam coniunctorum,vel ex officio Iudicis, Et tunc noo poteſt tentare niſi actiones tempore perituras, & non alias, & iſto caſu vera eſt opinio *Bar. & ſequacium.* Aut fuit
89 datus inſtantibus Creditoribus, vel pro ſatisfaciendis creditoribus, & verior eſt opinio *gloſ.* Quod poſſit indixtinctè omnes actiones exercere. Ratio eſt quia quando abſens ære alieno eſt grauatus Curator exigendo, & ſoluendo dicitur conſeruare ſecundum *Angel.* qui ità dixtinguit *in d.l.2.ff. de Curat.bonis dand.* vbi *Iac. de Aretio* ſequitur *Alex.conſ.4.num.2. lib.2. Tuſch. concluſ. 1106.nu.39.lit.C.*

90 Similiter difficultas eſt. Si iſti Curatores fuerint actores, & petierint terminum, & dilationẽ ad conſuluendum proprium dominum in partibus,An concedi,vel denegari debeat? In hac re reſolutiue dicimus, quod ſi iſti ſint actores non eſt concedendus terminus, nec dilatio ad conſulendum,Ea ratione quia debent venire inſtructi, & parati ad iudicium *arg.tex.in l.1. & 4. C. de edendo*, & eſt *tex.in l.ſed ſi vnus §.procuratorem ff.de iniur.Bal.in c.dilectus in princ.de proc.Caſtill.*

dec.

*dec.13.num.18.& 23.*quod intelligo verum, niſi
91 actor feciſſet committere cauſam contra reum ſuper vno iure,& reus produxiſſet pendente lite ius nouũ,quia tunc eſſet ſuper illo nouo Iure dilatio concedenda *Capmaq. dec.15.Mareſcott.var. cap.91.n.1.& ſeqq.lib.1.*

92 Similiter ſi eſſemus in terminis *l. diffamari C. de ingen.& manumiſſ. & l.ſi contendat ff. de fideiuſſ.* In quibus terminis,licet *in rubr.3.in princ.q. 1.* diximus, vt actoris partes conuentus ſubſtineat, tamen vbi Curator bonorum abſentis , aut quicumque alius,qui pro alienis conuenitur negotijs , iſtis medijs fuiſſent conuenti , licet ſint actores,deberent petendo terminum,& dilationẽ ad conſulendum proprium dominum admitti,ex quo tractant de alienis negotijs , & non ſunt informati de meritis cauſæ , & non poſſunt deliberare,an velint cedere,vel contendere, vt dicit *gl. in c.dilectus* in verſ.*cedere de proc.*

93 Si verò Curatores fuiſſent conuenti, *regulariter* ſi terminum ad conſulendum proprium dominum petierint, eſt concedendus , prout concedi ſolet, & debet procuratoribus generalibus, fideiuſſoribus,ceſſionarijs,& generaliter omnibus his qui conueniuntur pro alienis negotijs *Muſcatell. in praxi ciuili p.3.gl.iuramenta num.28.Veſtr.in praxi lib.5.cap.14. num.10.* vbi *Grauat.num.34. Borrell.in ſumma deciſ.tom.1.tit.47.num.65.Mareſcott.cap.91.nu.15.lib.1.Maſtrill.dec.116. Caſtill. dec.13.Rot.dec.395.in nouiſ.* Eſt ad hoc *text in auth.qua in prouincia C. vbi de crim. agi oport.* vbi *Ciuiliſtæ* , & *tex. in cap.dilectus de proc.* vbi *gl. &*
94 *Canoniſtæ* de procuratore dicit *Mareſcott.d.cap. 91.num.16.*vbi ponit fallentias , *Biſignet. dec.1. tit.de dilatiõ.Nouar.in rubr. de proc. ſuper pragm. num.65.*& *nos* dicemus latè *in rubr. de nullitatib. ex defectu citationis.*

95 Dixi *regulariter*, nam non ſemper curatoribus, & his qui aliena negotia gerunt concedi debet terminus ad conſulendum dominum , ſed ita demum ſi neceſſitas deſideratæ inſtructionis exigat & eorũ vrgentiſſima ratio flagitauerit per *tex.in c.4.§.ſpatiũ verſ.iudicantes 3.q.3.*& dicunt *Maſtr. & Caſtill.vbi ſup.Bouadill.in Polit.lib.3.c.14.n.77.*

96 Si aliquis eſt abſens per tempus viginti annorum,& neſcitur an viuus,vel mortuus ſit,an præſumatur mortuus , & bona iſtius debeant diuidi interuenientes ab inteſtatò. Sic,dicit *Bal.conſ.90. num.2.vol.2.* Qui dicit debere per illos præſtari cautionem illo redeunte.*Crauett.conſ.127.in fin. Eſcobar.de ratiocin.cap.6.n.49.*vbi vult,quod iſto caſu tales venientes ob inteſtato debent pręſtare cautionem inſolidum , ne ille abſens grauetur ſi deindè rediẽs velit à quolibet exigere partẽ ſuã.

97 In contrariam opinionem ego deuenio,vt tũc debeat etiam dari Curator , nam quandiù mors perfectè,& plenè non probatur, pręſumitur ſemper quis viuus , nec ſufficiunt coniecturæ *Fuls. Pacian.de probat.lib.2.cap.7.& 8.Gattier.pract.qq. lib.2.q.7.bruckner.in Cãcellarijs* poſt *dec.Maynardi corol.1.n.42.*vbi quod is,qui ſe fundat in morte,exactè, & plenè probare debet.Et cura bonorum abſentis non ceſſat ob pręſumptam mortem, niſi eſſent elapſi centum anni , quo caſu abſens pro mortuo habetur , in terminis *Fab. in C. tit. 40.diffin.4.lib.5. Narbona de ætate anno 100. q.*
99 *vnic.n.6.* Quomodo mors probetur dicunt *Maſcard.de probat.concluſ.1074.Menoch.præſ.49.lib. 9.& de adipiſc.remed.4.nu.667.Viu.dec.243. lib. 2.Natta conſ.241.Peregr.de fideicommiſſ.art.43.ex nu.39.Fontanell.de pactis nupt.lib.2.p.1.gl.3.clauſ. 7.nu.31.& 32.*

100 Poteſtas horum Curatorum dependet à cauſa, nam ſi datur cum poteſtate limitata,vel ex cauſa limitata,vt ad vendendum bona,vel ad quid aliud,nil poteſt vltrà cauſam expreſſam *Angel.conſ. 192.num.2.* Si eſſet generalis curator poteſtas
101 erit generalis *Tuſc.lit.C. concluſ.1104. nu.47. & 48.*

102 Videbimus hic de Curatore dando hæreditati iacenti , & quid facere poſſit . Curator debet dari vbi inuentum eſt hęredẽ extiturũ nec ne,vel ſi hæres inſtitutus de adeunda hæreditate deliberat, nam tunc Curator datur bonis *l.cum deliberant ff.de Curat.furioſ.l.idem priuilegium ff. de priuil.credit.l.ſi diu.ff.ex quib.cauſ.poſſ.eat.*

103 Plura ſunt requiſita ad hoc vt Curator hæreditati iacenti legitimè detur. *Capic.dec.87.*ponit quinque , ſed melius *Cornaz.dec.143.*ponit ſex, quorum vno deficiente, deficit Curatoris conſtitutio,*Dec.conſ.509.Menoch.cit.conſ.150.Montan. de tutel.cap.28.num.56,Coſta de remed. ſubſid.remed.58.nu.3.Gaill.obſ.130.n.3.lib.2.*

104 Primum,quod Curator iſte dari debeat ad inſtantiam creditorum, vel vnius tantum , ſi vnus adſit *Scacc.de cambijs gl.6.§.7.nu.3. in fine* Sicq; intelligendus eſt *Capic.d.dec.87.* vt dicit *Virgil. cap.15.num.26.& 27.Salgad.in labyr.credit. p.1. cap.32.& pleniuſ.cap.2.§.vnic.ex num.1.& d.cap. 2.num.47.& ſeqq.& cap.13.nu.3.4.* Sed illud re-
105 quiſitum non eſt de ſubſtantia,quidquid dicãt ipſi,ex quo ſecundum magis communem opinionem,poteſt etiam dari ex officio,nè bona careãt rectore,& perdantur,nam intereſt, & futuro hæredi,& creditoribus bona non remanere vacantia nè perdantur *Cornaz.ibid.Gaill.pract.obſ.lib.2. cap.130.nu.2.*

106 2.Requiritur , quod citentur ij , quorum eſt prima cauſa ſucceſſionis,filij , vel hæredes , qui ſuccederent ab inteſtato,vel ex teſtamento,ſi volunt eſſe hæredes,vel non. *Capic.& Cornaz. ibid. Scacc.de cambijs,§.7.gl.6.num.8.Fab.in C.tit. de repud.& abſtin.defin.17.* Eſt *tex. in l.1.ff.de ſucceſſor.edict.l.1.§.gen.ff.de ventr.inſpic.Bar. in l.2. num.3.ff.de Curat.bonis dand.Gaill. vbi ſup. nu.3. Tuſc.lit.C.concluſ.1105. num.17.* Quod procedit
107 quando ſunt certi,ſi verò eſſent incerti,ſufficeret citatio per edictum *Franc.Marc.dec.27.p.1.*
108 Circa quod eſt aduertendum, quod licet Curator hęreditatis iacentis,vel abſentis ſit datiuus & non legitimus *Schrader.de feud.p.10.ſect.19.n.*
109 *155.* Tamen Iudex curam iſtorum bonorum magis coniunctis,ſiue illis,qui ad ſucceſſionem talium bonorum ab inteſtato aſpirare poſſunt, decernere,& illos alijs ſemper præferre debet,vt dicit *Dec.conſ.575.num.6.Canalc. de tut. nu.331. Vrſill.de Aff.dec.256.num.3.Menoch.d. conſ.150. num.33.Tiraq. de vtroque retract.p.1.in præfat.nu. 41.& ſeqq.* facit *tex.* vbi *Bar. Ang. Cyn.Bal.Fulgoſ.Paul.Iaſ.in l.Imperator ff.de pactis , & in l.is*

qui ff. de tut. & curat. dat. ab his.
110 Et licet ſtrictior dari Curator debeat ex præ-
dictis, tamen non deberet dari fœmina, excepta
matre, etiam ſi fuiſſet ſtrictior Angel. in l. 2. ff. de
Curat. bonis dand. in princ. allegat tex. in l. cum
bonis ff. de Curat. furioſ. Alex. conſ. 221. lib. 6. Simi-
111 liter non poterit dari curator minor 25. annis
de Iure communi, & 18. de Iure regni Neap. gl. in
d. l. 2. vbi Ang. de Curat. bonis dand. Alex. d. conſ.
221. Dec. conſ. 575. num. 4. Pubard. §. 1. Inſtit. de
excuſat. tutor. num. 14. Menoch. de arbitr. caſ. 59.
Narbona de ætate anno 25. q. 28. num. 20. Si verò
112 Iudex non dediſſet conſanguineum, ſed extra-
neum, proceſſus non eſt nullus, vt diximus ſup. de
Curatore dando abſenti verſ. ex quibus.
113 Sed quid dicendum ſi iſte, qui ſuccedere de-
beret ab inteſtato, vel ex teſtamento, fuerit in-
fans, aut maior infante, vel adultus, qui tutore,
& patre careret? Diſtinguendum eſt quod is,
qui ſuccedere debet, Aut eſt infans, vel maior in-
fante, & pupillus, & dari debet tutor ad delibe-
randum an ſit vel velit eſſe hæres, & iſto caſu nō
poteſt dari curator, quia pupillus non poteſt de-
liberare, nec adire, nec repudiare cum authorita-
te Curatoris tex. eſt in l. cum in vna §. tutor ff. de
appell. l. ſeruus §. impubes ff. de bonor. poſſeſſ. Maran-
ta in repetit. l. 1. poteſt ff. de acquir. hæred. n. 152. &
quod ad repudiendum neceſſaria ſit authoritas
tutoris tex. eſt in l. pupillorum C. de repud. hæred.
114 Si verò fuerit adultus, & dari debet Curator
etiam ad deliberandum an velit eſſe hæres, vel
non, quo tutore ſine Curatore dato per modum
traditum, dum egimus de legit. perſ. pupilli, &
adulti, fit iniunctio tutori, ſi minor fuerit infans,
& minori cum authoritate tutoris, vel adulti
cum authoritate Curatoris, ſi fuerit maior infan-
te, quia tutor ſolus non poteſt hæreditatem adire,
nec repudiare, per tex. in l. poteſt C. de Iure delib.
Vel adultus, vt declaret an velit eſſe hæres, &
elapſo termino ſi declarat quod vult eſſe hæres,
& tunc dari debet alius Curator ad litem, ſeu tu-
tor per modum vt ſup. diximus. Si verò non de-
clarat, aut declarat nolle eſſe hæres, & tunc de-
bet dari Curator hæreditati iacenti, ea ratione
quia tutor, ſeu curator datus pupillo, ſeu adulto
ad deliberandum, an velit eſſe hæres, facta deli-
beratione, ſeu declaratione non eſt amplius tu-
tor, nec curator, ceſſante cauſa ceſſat datio cura-
toris, vel tutoris, & de iure debet dari, & poteſt
ad vnum actum, ſeu negotium tutor, ſeu curator
l. ad protegendam C. de in lit. tutor. dand. & ceſ-
115 ſante actu, ſeu negotio, ceſſat tutoris, ſeu cura-
toris authoritas, & poteſtas Angel. conſ. 193. Tu-
ſc. lit. C. concluſ. 1104. n. 47.
116 Et ſi dicatur, quod tutor regulariter non po-
teſt dari ad vnum actum per tex. in l. certarum
cum duab. ſeqq. ff. de teſtam. tutel. Reſpondetur ad
117 hoc eſſe textum ſpecialem in l. ſi hæreditat ff. de
teſtam. tutel. Guttier. de tutel. p. 1. cap. 19. n. 10. quod
hoc eſt ſpeciale pro adeunda hæreditate iuxta
tex. in l. cum in vna §. tutor ff. de appell. Guttier. ibi.
118 3. Requiritur, quando hæres eſt extraneus, Iu-
dex arbitrabitur tempus ad deliberandum, quod
centum dierum minus eſſe non debet, & ſi hæres
eſſet de deſcendentibus, debet ſtatui annus Capic.
d. dec. 87. num 5. Cornax. d. deciſ. 143. num. 4. Sed
hoc non ſeruatur in praxi, cum ſoleat dari termi-
nus arbitrio Iudicis dierum quatuor.
119 4. Requiritur quod Curator iſte faciat inuen-
tarium 5. quod ſatiſdet Capic. ibidem Cornax. ibid.
Caualc. & alij apud Burg. de laudem. p. 3. inſpect. 15
num. 5. Salgad. in labyr. credit. p. 1. cap. 32. n. 1. verſ.
120 & iſte Sed illa duo requiſita de Inuentario, &
ſatiſdatione non ſeruantur, nec in Curia Roma-
na, vt dicit poſt alios Gratian. diſcept. 225. nu. 33.
nec in Sicilia, nec Neap. credo ſic eſſe ſtylum
omnium Curiarum Spec. de Curat. §. vt autem, ver-
ſ. pr. nc poſt Guid. Pap. & Neuizan. Iuſ. Ludouic.
dec. Peruſ. 48. p. 1. Cald. de reſtit. in verb. res nu. 36.
Gratian. dec. 75. num. 5 Myres ſuper conſtit. Cathal.
p. 1. coll. 6. n. 278.
121 Verum licet non teneatur facere inuentariū,
nec ſatiſdare de ſtylo Curator, tamen tenetur fa-
cere librum de expenſis factis in lite arg. l. ſi quā-
do C. de bonis vacant. lib. 12. Rol. de inuent. q. 45. n.
9. p. 2. vbi num. 8. tenet, quod debet facere inuen-
tarium ſaltem quando ad ipſum peruenerit ali-
quid, ſequitur etiam Gratian. d. diſcept. 225. n. 34.
122 & 35. Imo dico ego, quod tenetur etiam da-
re fideiuſſorem ſi bona in eius poſſe de hæredita-
rijs peruenirent, ad ſimilitudinem Curatoris fu-
rioſi, & prodigi, qui tenetur ſatiſdare, nè hæres
deinde remaneat deluſus Dec. conſ. 575.
123 Nā finita cura, & adminiſtratione reddere ra-
tionē debet, & reliqua reſtituere actione negotio-
rum geſtorum l. vbi finita, & l. cum adhuc ff. de tu-
tel. & ration. diſtrah. l. ratione, & l. aduerſus C. de
adminiſtr. tutor. & pro tali ratione reddenda om-
124 nia eius bona ſunt obligata, & hypotecata l.
pro officio C. de adminiſtr. tutor. vbi Barboſ. citat
mille DD. & declarat materiam. Et cura dicitur
125 finita cum hæres adierit l. 2. C. de adminiſtr. tu-
tor. Salgad. in labyr. credit. p. 5. cap. 32. num. 13. & p.
3. cap. 13. num. 76. Sic etiam officium Curatoris
ventri datus finitur ſtatim ac infans naſcitur Sal-
gad. p. 3. cap. 13. num. 81. Datus propter aliquam
cauſam, finitur ceſſante cauſa Salgad. ibid. nu. 73.
82. Datus filio fam. minori ob patris deportatio-
nem finitur patre reuerſo. num. 74. Datus bonis
captiui finitur captiuo reuerſo. num. 75. datus fu-
rioſo, finitur furore finito n. 79.
126 6. Requiritur quod Curator omnia vtiliter, &
benè gerat, vt tradit Odofr. de Curat. bonis dandis
num. 64. Cornax. vbi ſup. Quæ omnia niſi ſint ſer-
uata proceſſus erit nullus, vt dicit etiam Dec.
conſ. 509.
127 Curator iſte hæreditatis iacentis ſi ſollemnia
fecerit, poteſt agere vtilibus actionibus, & con-
ueniri, prout in l. 2. ff. de Curat. bonis dand. ibi: eiuſ-
que actiones, & in eos vtiles competunt. Ab eo redi-
128 mi poſſunt cenſus Roderic. de annuis redd. q. 15.
lib. 2. num. 90.
129 Iſte Curator poteſt omnia neceſſaria pro ipſa
hæreditate facere Bar. in l. fin. ff. de bonis autb. iu-
dic. poſſid. Dec. conſ. 401. & 519. Roman. ſing. 150.
Gall. obſ. 130. lib. 2. Poteſt præſentare ad benefi-
130 cium patronatus Ricc. dec. 15. p. 1. Nauar. dec.
125. Campanil. in diuerſ. Iur. Canonic. cap. 13. num.
360. rubr. 11. Barboſ. cap. ex litteris num. 6. de iure
patr. & alleg. 71. num. 7. & 8. p. 3. de Iure Eccleſ. lib.
3. cap.

3.c.12. nu.123.& ſeqq.Salgad.in labyr.credit.p.1.
cap.4.num.89.Viuian.lib.4.cap.5.nu.6. & lib.11.
cap.9.num.44. & 45. vbi affirmat idem in Cura-
tore dato ventri prægnanti, & in tutore, quod
poſſit præſentare, vt Curator *Mantica dec.40.*
Peregr.dec.100.

131 Curator hæreditatis iacentis differt à Cura-
tore bonis dato, quia Curator hæreditati iacenti
datus in hoc plus iuris habet,quam qui bonis da-
tus eſt, quod actiones omnes hæreditarias exer-
cere poteſt,& eas quæ tempore perituræ nō ſunt,
adeò quod reſtitutionē in integrū petere poteſt
quā defunctus ſi viueret poſſet exercere, quoniā
agit nomine hæreditatis,quæ ipſam defuncti per-
ſonam in omnibus repræſentat, ſed Curator bo-
nis datus, non ita,quoniam non in id datur, vt
abſentis perſonam repræſentet, & eius patrimo-
nium augeat, ſed in id tantum, vt caueat, & cu-
ret,ne patrimonium diminuatur,& ideo cum non
pluris iuris habeat quam ſi eſſet ab ipſo abſente
procurator generalis, factus oā, & procuratoris
conſtitutio faceret ſi qua eſſet,ceſſare curatoris
dationem, non poteſt petere reſtitutionē in inte-
grum,aut tranſigere, aut quid aliud facere, quod
ſpeciale mandatum requirit *Ant. Fab. in C, tit,*
de Curat.furioſ.prodig.& abſentis deffin.11.

132 Niſi datus eſſet ad inſtantiam Creditorum,
quia poſſet pro eorum vtilitate omnes actiones
intentare *Card.Tuſc.lit.C, concluſ.1305. num.39,*
Alex.conſ.4.lib.2.

133 Sicut diximus hæreditati iacenti ſolet Cura-
tor dari,vel ad petitionem creditorum,vel ex of-
ficio Iudicis *tex.eſt in l.2.* vbi *Bar. & omnes DD.*
ff.de Curat.bonis dand.Alex.conſ.100.nu.16. vol.
134 5. Quia Iudicium conſiſtit ex tribus perſonis,
actore,Iudice,& reo *cap.forus §.in omni ff.de verb,*
135 *ſignific.* Et res hæreditariæ antequam aliquis
hæres exiſtat, nullius in bonis ſunt. *l.1. §. quod*
autem ff.de rerum diuiſ.Angel.in l.ad diem num.1.
ff.de verb. obligat. Imol. ibid. num.2. & deficeret
136 reus, ideo ſi creditor velit agere contrà hære-
ditatem iacentem,decerni debet antè omnia à Iu-
dice Curator,qui ſit loco hæredis, quo dato op-
timè procedit iudicium,vt in *d.l.2.& l.debitor ff.*
de negot.geſtis Angel.in l.4.§.toties num.4. ff. de
damn.infect. vbi dicit per illum *textum* ſe plures
deſtruxiſſe proceſſus abſque curatore contrà hæ-
reditatem iacentem,factos.*Matthesilan.ſing.4.nu.*
7.Ant.de Padilla in repet.l.ſi emancipata num.43.
*& 44.C.de Iuris,& facti ignor.*de communi teſta-
tur *Gutt.conſ.17.n.1.Dec.conſ.509.*

Regula tamen hæc quod contrà hæreditatem
iacentem non poſſit agi,niſi dato Curatore,limi-
tationes plures habet.

137 Prima eſt in caſibus celeritatem deſideranti-
bus,quando ſcil.periculum eſt in mora *l.4. §. to-*
*ties ff.de damn.infect.*vbi *Angel. num.3.* dicit hoc
eſſe notandum, quia poſſet afferre honorem, ad
idem eſt *gl.in l.ſi diu. verſ.urgeat ff.ex quibus ca-*
*uſ.in poſſ.eat.*Ea ratione quia regulariter in his
quibus periculum eſt in mora, diſpoſitio iuris
prohibita,remittitur per *tex. in l. ſi quis filio ex*
heredato §.ſi autem ff.de iniuſto rupt.teſtam.& *in l.*
1.ff.de damn.infect.& in l.1.ff.de exercit. action.l.
2.ff.ſeruit.& in l.de pupillo §.ſi quis riuos ff. de
nou.oper.nunciat.

138 2. Quando creditor vellet interponere primū
decretum, quod contra hæreditatem iacentem
abſq; Curatore interponi poteſt, nam poſt quam
citatis hæredibus nullus comparet ſtatim credi-
tores nullo adhuc exiſtente curatore in bona
defuncti ſeruandæ rei cauſa immittuntur per *tex.*
in l.ſi bona vbi *Bar.C.de bonis auth.Iudic. poſſid.&*
139 *d.l.ſi diu.*Secus eſt quo ad 2.decretum,ad quod
perueniri non poteſt,niſi dato curatore bonis per
tex.in l.ſi quis instituatur ff.de hered. inſtit. & d.l.
ſi diu.Bar.in d.l. ſi bona num.3.Bal.in rubr. C.de
ſucceſſ.edicto.num.4.

140 3. Quia Curator hæreditati iacenti non poteſt
dari quando hæres ſcriptus teſtamento haberet
ſubſtitutum vulgariter,nam donec ſtat in ſuſpen-
ſo an ſcriptus hæres adeat, vel recuſet hæredita-
tem, admittuntur ſubſtituti,ad quorum inſtantiā
hæres interrogari debet,an velit eſſe hæres, quaſi
ipſi ſubſtituti ſint parati adire; ità tenet *Tuſc.d.*
*concluſ.1105.num.28.*poſt *conſ.4.Alex.lib.4.*

141 Sed hoc caſu velim obſerues, vt iniungatur
hæredi ſcripto, vt infrà breuē terminum Iudici
bene viſum,vt declaret an ſit,vel velit eſſe hæres,
& ſi declaret ſe hæredem,poterit cum eo iudiciū
incipere,proſequi, & finire, ex quo effectus vul-
garis ſubſtitutionis eſt, vt primo adeunte omnes
cuiuſcumque gradus vulgariter ſubſtituti exclu-
dantur per *tex.in l.ſi mater §.fin.ff.de vulg. & pu-*
pill.ſubſt. vbi *Bar. & l.poſt aditam C.de impuber.&*
alijs ſubſtit.Ruin.conſ.102.nu.10.tom.2. Socc. iun.
conſ.100.num.16.lib.3.Cacher.conſ.74.n.34. Fu-
ſar.de ſubſtitu.q.65.

142 Si declarat nolle eſſe hæredem, & tunc iungi
debet ſubſtitutis,etiam infra alium terminum Iu-
dici beneuiſum, vt declarent ſi ſunt,aut volunt
eſſe hæredes,nam ſi primus hæres non vult hære-
ditatem, aut non valet quo modo hæreditatem
habere, aperitur locus ſubſtituto per vulgarem
tex.in l.3.§.fin.ff.de liber.& poſth. l.ſi filius ff. de
hered.inſtit.l.lucius §.titius ff.de vulg. & pup.cum
mille concord.

143 Et ſi declarant eos eſſe hæredes, cū eis poterit
ris iudicium incipere,proſequi,& finire. Si decla-
rant nolle eſſe hæredes,aut infrà terminum à Iu-
dice eis datum nil dicunt,& dari poteſt, & debet
abſque ſcrupulo Curator hæreditati iacenti,cum
quo iudicium validè fieri poteſt, vt dicemus
infrà.

144 Sed quid dicendum ſi primus inſtitutus infrà
terminum à Iudice ſtatutum ad inſtantiam credi-
toris,vt declaret an ſit,vel velit eſſe hæres, nihil
dicat,an hæreditas debeatur ſubſtituto, & ſic in-
iungi debeat etiam ipſi *vt ſup.* diximus. Dicas
quod non debetur iſto caſu hæreditas ſubſtituto,
nam hæres ex eo quod infrà terminum non re-
ſpondet,non excluditur omninò ab hæreditate,
ſed poterit infrà tempora à legibus ſtatuta deli-
berare, & adire,vt notat *Guttier.d.conſ.17. nu.1.*
145 proptèr ea iſto caſu debet dari Curator, & po-
terit dari idem hæres ſcriptus, & ſubſtitutus ſi
fuerit maſculus, ſi fuerit fœmina dabitur hæres
ſcriptus citata ſubſtituta in datione Curatoris,ex
quo ad eum hæreditas poſſet pertinere.

146 4. Limitatur quia Curator hæreditati iacenti,
non poſſet dari vbi datus eſſet executor *Cappell.*
Tho-

*Thcloſ.q.*89.& nos dicemus aliqua *infrà.*
147 Non eſt neceſſe,vt detur Curator quoties cõ-
trouerſia eſt ſuper petitione hæreditatis, nam tũc
legatarij,& creditores poſſunt agere, & credito-
res poſſunt conuenire non tantum poſſeſſorem,
ſed etiam actorem qui ſi ſoluat, & ſuccumbat ſo-
lutum repetit actione negotiorum geſtorum,
quia vtiliter geſſit negotium hæreditatis liberã-
do eam ære alieno, vel conditione ex *lege fin.C.
de petit.hæredit.*actor vti poteſt,vt habetur in *d.
l.fin.* & ibi *Brunem.* & *Barboſ.* alios citant *Ciriac.
contr.*540.*num.*67.*Perſonàl.de adipiſcend.poſſ.nu.*
669.*Linglois dec.*3.*C. de petit. hæredit.* alia dice-
mus *q. vl.*
148 6. Limitatur in hæreditate vacante, nam inter
hęreditatem iacentem , & vacantem eſt differen-
tia. Quia iacens dicitur hæreditas quando ſpes
adhuc ſuper eſt hæreditatem adiri poſſe. Vacans
verò ſi nullus naturalis , vel legitimus vſque ad
decimum gradum hæres exiſtat,quo caſu tamquã
bona vacantia ad fiſcum cum ſuo onere deuolu-
untur *tex.*eſt notabilis *in l.*1.*in princ.ff.de ſucceſſ.
edict.l.*1.*& l.vacantia C.de bonis vacantib.lib.*10.
vbi *Platea Dec.conſ.*509.*num.*1.
149 Et ſic quando bona ſunt vacantia non eſt lo-
cus curatori , quia illa ſpectant ad Regem *l.*1.*§.
diuus ff.de Iure fiſci l.*1. *l.vacantia l. ſi vacantia
C.de bonis vacant.lib.*10.*l.fin. §.cum autem C.de
caduc.toll.l.fin.§.tali itaque de Curat.furioſ. Frecc.
de ſubfeud.auth.*14.*nu.*51.*Capyc. in inueſtit.feudal.*
verſ.*cũ bonis vacantibus Montan.de regal.*rubr.*bo-
na vacantia Franch.dec.*125.*Sixtin. de regal.lib.*
2.*cap.*9.*Borrell.de præſt.Reg.Cathol.c.*14.
150 Curatores iſti dari ſolent duobus modis.Quã-
doque dantur generaliter ad omnes actus,& quã-
doq;ſpecialiter, & particulariter ad certum actũ.
*Aug.conſ.*192.*num.*2.*Tuſc.d.lit.C. concluſ.*1105.
*num.*13.
151 Ideo poteſtas iſtorum Curatorum regulatur à
cauſa,nam ſi fuerint dati cum poteſtate limitata,
vel ex cauſa limitata, putà ad vendendum bona,
vel ad litem tantum , nil poſſunt vltrà cauſam
expreſſam *Aug.d.conſ.*192.*nu.*2 *Bal.conſ.*78.*lib.*2.
152 Et ſic Curator iſte æquiparatur procuratori,&
ea tantum poteſt , quæ ſunt ei mandata *Bal.conſ.*
277.*num.*3.*lib.*5.& de procuratore diximus *ſup.*
153 Et Curator datus ad iudicia nil poteſt circa
negotia *l.curatorem ff.de auth.Curat.*
154 Quæ alia poſſit iſte Curator videas *Alex. cõſ.*
22.*vol.*1.*Franc.in cap. ex ratione num.*34. *de ap-
pell. Bertachin. in repert.* verſ. *Curator datur bonis
num.*33. *Aug.conſ.*192.*&* 193.*Dec. conſ.*22. *Tu-
ſc.lit.C.concluſ.*1105.*n.*34.*& concluſ.*1106. *n.*15.
155 Verum in cauſa Ill. Marchionis Rotundorũ
cum D.D.Carolo de Capua ad relationem tunc
Regij Conſiliarij Prati fuit deciſum per S.C.
quod Curator datus hæreditati iacenti Catarinę
Branciæ ad inſtantiam vnius creditoris in vna
Cauſa prauia informatione capta de hæreditate
iacente , erat perſona legitima in alia cauſa agi-
tata cum ipſo contrà eandem hæreditatem in bã-
ca Amenta , rationem deciſionis credo fuiſſe,
quia ille Curator erat datus hæreditati iacenti
dictæ Catarinæ, & licet erat datus ad inſtantiam
vnius in legitimanda defunctæ perſona, tamen
re vera ille erat Curator dictæ hæreditatis,vt di-
ſcurrit *Vrg.de legit.perſ cap.*15.*num* 16. adeò vt
ſi coram alio commiſſario eſſet dandus Curator
ad inſtantiam alterius creditoris , habita notitia
illius primi Curatoris cum illo eſt procedendũ,
& alius dari non debet,vt deciſum fuit per Idem
S.C.in cauſa Victoriæ Paganæ cum Marco An-
tonio Sanſone in banca Liti.
156 Faciunt ad hanc materiam aliquæ practicabi-
les dubitationes . Prima eſt ſi ad inſtantiam cre-
ditoris ſit datus Curator tamquam hæreditati ia-
centi , & hæreditas iam fuiſſet adita per hære-
dem, numquid poceſſus factus cum Curatore ſit
nullus? Videbatur dicendum quod ſit nullus,quia
datio Curatoris fuit ex falſa cauſa, cum hæredi-
tas adita non dicatur amplius hæreditas defun-
cti,ſed hæredis *l.ſed & ſi plures §.ſi filio ff.de vul-
gari,& pupill.Franch.dec.*171.*nu.*2.*Theſ. dec.*63.
*n.*2.& quia datio curatoris eſt decretum interlo-
quutorium, quod ſi eſt ex falſa cauſa, eſt nullum
*Fulgoſ.conſ.*190.*& l.ſi tutor C.in quib.cauſ.reſtit.in
integr.non eſt neceſſ.Ant.de Butr.conſ.*18. *Caballin.
in milleloq.*28. *lib.*1. *Menoch. conſ.* 314. *num.*27.
Et ſi curator detur pupillo tamquam adulto da-
tio eſt nulla *Ping.tract.de tutor.& curat.q.*8. *nu.*4.
ſic è contra ſi tutor detur alicui tamquã pupillo,
qui verè pupillus non ſit , datio non valet *l.tutor
ſi petitus,& l.Seia egreſſa ff. de tutor. & curat. l.ſi
putas C.de petit.hæredit.Fachin.lib.*2. *contr. c.*65.
*Salgad.in labyr.credit.p.*1. *cap.*32. *num.*7. *& ſeqq.*
Et datio Curatoris facta alicui vt furioſo , qui
talis non erat, ſed prodigus , & ſimiliter non te-
net *Fachin.lib.*2.*d.cotr.*65.*lit.A.Salgad.ibid.n.*49.
157 In contrarium eſt veritas Nam debet diſtin-
gui. Aut creditor ſciebat exſtare hæredem , &
tunc datio Curatoris non tenet, & conſequenter
proceſſus eſt nullus. Aut ignorabat, & tunc diſt-
inguendum iterum eſt. Vel vſus eſt debita dili-
gentia obſeruando ea omnia , quæ diximus ne-
ceſſaria in datione iſtius curatoris , & iſto caſu
proceſſus tenet , quia eſt ignorantia excuſabilis,
& paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non apparere,
quando eſt facta debita diligentia per ea , quæ
ſcribit *Fulgoſ.conſ.*190. Vel non eſt vſus diligẽ-
158 tia,& tunc error craſſus , & ſupinus vitiat da-
tionem curatoris, & proceſſum , propterea ego
ad euitandum hæc ſemper conſulerem , vt fieret
citatio per edictum , vt ſi quis eſſet hæres com-
pareret, nam ſic ceſſaret omnis ſuſpicio ſcientię,
& eſſet fortior præſumptio ignorantiæ . *Sacc.de
cambijs §.*7.*gl.*6.*num.*10.*& nu.*130.latiſſimè *Sal-
gad.in labyr.credit.p.*1.*cap.*32.*num.*1. *& ſeqq.* vbi
dicit,quod non eſt facienda vis in ſcientia , vel
ignorantia actorum,nam illa non poteſt præiudi-
care hęredi , verum ipſe dicit , quod ſi hæres eſt
inſtitutus in teſtamento ille eſt citandus,an velit
eſſe hęres,& ei aſſignari terminus à Iudice . Aut
hæres inſtitutus repudiauit , aut teſtator deceſſit
ab inteſtato,& neſcitur quis ſit hæres legitimus,
& tunc per proclama facienda eſt indagatio cũ
termini aſſignatione *& p.*3.*c.*13.*n.*74.
159 Eſt bene verum,quod ſi pendente iudicio cum
Curatore hæres cõparuerit, etiam poſt ſententiã,
& in executione ipſius ſententiæ deberet audiri
pro ſuo intereſſe,nam tunc ceſſat datio curatoris,
& iu-

& iudicium proſequi debet cum hærede, nam per
aditionem officium Curatoris finitur *Spec. tit. de
execut. ſententiæ* §. 3. verſ. *item pone num. 9. Salgad.
ibidem num. 25. & ſeqq.* qui *num. 48. & ſeqq.* dicit,
quod acta, & geſta interim dum comparet ſunt
valida.

160 Sed quid dicendum in caſu quo hæreditati ia-
centi fuiſſent dati duo curatores vnus poſt alium
diuerſis temporibus, & lis fuiſſet agitata cum
vno tãtum, difficultas eſt an acta valeant? Et dix-
tinguendum eſt, aut iſti curatores ſunt dati ſpe-
cialiter ad vnam litem tantum, ex quo propter
vnam litem tantum fuerint petiti, aut generales.
Primo caſu ſi ſecundus datus fuit ante litem
conteſtatam cum primo, cenſetur primus reuoca-
tus, niſi contrarium fuerit actum expreſsè, ſicut
dicitur in procuratoribus *l. ſi quis cum proc. §. fin.*
161 *ff. de proc.* Si verò poſt litem conteſtatam, tunc
datio ſecundi nõ tenet, quæ omnia habentur in *l.
cum ſemel ff. de tutelis* vbi *gl. & Bar.* Vbi verò lis
162 eſſet agitata in primo caſu cum primo, qui
reuocatus erat, non valeret, & idem in ſecun-
do caſu ſi cum ſecundo qui poteſtatem non ha-
bebat.

163 Secundo caſu principali ſi dicamus eos fuiſſe
generales Curatores bonorum, tunc ſecundus nõ
debuiſſet dari ſine cauſæ cognitione *l. curatorem
C. qui dari tutor. poſſ. Bar. in d. l. cum ſemel.* & geſta
cum ſecundo non valerent, videndus eſt *Paul. de
Caſtr. conſ. 143. n. 2. lib. 5.*

164 Secunda practicabilis difficultas eſt. Quid di-
cendum ſi fuiſſet facta iniunctio hęredi inſtituto,
vel qui ſuccedere poteſt ab inteſtato, An velit eſſe
hęres, & ipſe dicat *nolo eſſe hæres*, An per hęc ver-
ba dicatur repudiata hæreditas, adeò vt non poſ-
ſit amplius per eum adiri, nã ſicut ſemel hæres nõ
poteſt deſinere eſſe hæres §. *extranei Inſtit. de he-
red. qual. & differ.* Ità ſemel repudians hæredita-
tem non poteſt amplius adire *l. cum ignorantia C.
de Iur. & facti ignor.*

165 Quod per illa verba, non dicatur repudiata
hæreditas, cum talia verba poſſint accipi negati-
uè citrà intellectum repudiationis, dicunt *Butr. in
l. filij matrem* §. 1. *ff. ad trebell. Bal.* ibi & *Cyn. Al-
beric. Curt.* ſequitur *Padill. in d. l. cum ignorantia
num. 15. C. de iuris, & fact. ignor. Mantica de con-
iect. lib. 12. tit. 14. num. 3.* facit *tex. in l. non nun-
quam C. de collat. bonor.* vbi is, qui dixit ſe nolle
conferre non videtur poſſeſſionem bonorum re-
pudiaſſe ſi poſt cautionem de conferendo offer-
re velit. Et *tex. in l. titius ff. de action. empti* vbi *gl.
verſ. voluiſſet*, vbi ex eo quod quis nollet lega-
tum, non cenſetur repudiaſſe legatum. Secus ſi
apparuerit talia verba fuiſſe deliberatè prolata
Mantica ſup. Barboſ. in d. l. cum ignorantia n. 4.

166 Et id quod diximus, quod hæreditas ſemel re-
pudiata non poſſit amplius adiri, fallit ſi ſit hæ-
res ſuus, qui ratione ſuitatis poteſt abſtentionem
ſuam infrà triennium reuocare, & ſic filius, vel
nepos, qui eſt ſuus hæres patri, vel Auo, non ob-
ſtante quod ab hæreditate eorum ſe abſtinuerit,
expreſſe poterit abſtentionis actum infrà trien-
nium reuocare, & hæreditatem adire, aut ſe illi
immiſcere ſi bona non repeniantur alienata, intel-
lige à creditoribus *tex. eſt in l. ſi quis ſuus ff. de
Iure deliber. l. fin. C. de repud. hered. Padill. in l. cum
ignorantia C. de Iuris, & facti ignor. Donell. lib. 7.
cap. 2.* vbi *Hillig. lit. A. Sfort. Odd. de reſtitut. q. 63.
art. 2. Bachou. in Tr. vol. 5. diſp. 11. th. 10. lit. B. R.
Marin. lib. 2. reſol. cap. 96.* qui dicit poſt *Caſtr. in
d. l. fin. num. 5. verſ. mihi videtur* quod id procedit
etiam ſi bona hæreditaria à ſubſtituto ſint capta
vigore ſubſtitutionis.

167 Fallit 2. ſi hæres iniunctus à Iudice, vt decla-
ret an velit eſſe hæres, non reſpondeat, nam tunc
non obſtante lapſu termini ad deliberandum da-
ti à iudice non dicetur excluſus ab hæreditate,
& poterit infrà tempora à legibus ſtatuta, adire.
Nam licet Iudex in iniunctione appoſuerit pœ-
nam, quod ſi non declarauerit *infra* dies quatuor
hæreditas habeatur pro repudiata, iſta verba in-
telliguntur ad eum tantum finem, vt ipſo non
declarante conſtitueretur curator, ſiuè defenſor
bonis hæreditaris iacentis, vt ſoluantur debita
creditoribus hęreditarijs, & ad inſtantiã ipſorum,
quod Iudex facere poteſt, non verò vt hęres ex-
cludatur omninò à prædicta hæreditate, nec à
iure adeundi ſibi competenti infrà terminum à
legibus ſtatutum, quem terminum Iudex in dam-
num hæredum abbreuiare non poteſt ad omni-
modam excluſionem hæredis ab hęreditate, ſed
tantum, vt prouideat de Curatore, & defenſore
bonis, qui reſpondeat creditoribus, & ſatisfa-
ciat debitis defuncti, quemadmodum dicit *Bal. in
rubr. C. de ſucceſſ. edit. num. 2. Greg. Lopez in gl. alo-
menos in l. 2. p. 6. Gutter. conſ. 57. n. 1.*

168 Tertia difficultas hic eſt. Si hæres ex te-
ſtamento, vel ab inteſtato cum beneficio legis, &
inuentarij, ſit creditor eiuſdem hæreditatis, quo-
modo debeat ſatisfieri de ſuo credito?

Secundum communem opinionem competunt
in hac re tres viæ. Prima eſt quod hęres vbi habe-
ret creditum liquidum, & pecunias hæreditarias
liquidas, aut res hæreditarias liquidas ſibi ipſi
propria authoritate ſoluat *Bal. in l. fin. §. in com-
putatione C. de Iure deliber. num. 4. Monticul. de
Inuent. n. 530.*

169 2. Via, quam etiam *Bal. in l. debitori C. de pa-
ctis*, docet, quem multi *DD.* ſequuntur, quos citat
& ſequitur *Surd. conſ. 7. num. 32. & conſ. 538. nu.
25. lib. 5.* eſt, quod hęres, citatis creditoribus im-
ploret officium Iudicis ſuper ſeparatione bono-
rum, iuxta ea, quæ ſcribit *gl. in l. 1. ff. de ſeparat.
Surd. dec. 224. num. 3.* de qua re *D. Hodiern. ibi nu.
3. & 4. Barbat. de fideicommiſſ. p. 1. cap. 7. num. 84.
& ſeqq.*

170 3. Via eſt, & hæc frequentior in foris eſt, vt
detur Curator hæreditati quaſi iacenti ad inſtan-
tiam hæredis creditoris, nam tunc rectè iudiciũ
procedet, quia hęres non poteſt eſſe actor, & reus
& ſic agere, contrà ſe ipſum, quia actio, & paſſio
in eodem ſubiecto ſtare non poſſunt *l. prætor ff.
de tutor. & curat. dat. ab his l. fin. ff. de offic. Prætor.
Iaſ. in l. debitori num. 4. C. de pactis Oſaſc. dec. 95.
à nu. 2. Scacc. de commerc. §. 6. gl. 5. num. 24.* & hæ-
res cum b. I. & I. in his, quæ ſibi damnoſa ſunt,
non cenſetur hæres. *Monticul. de Inuent. nu. 130.
R. Capic. Latr. conſult. 13. num. 1. & ſeq. Gurb. dec.
43. ſub num. 25. Menoch. dec. 34. Gratian. diſcept.
749. nu. 44. Mantica dec. 326.* hanc viam docent
Tu-

Tuſc. lit. H. concluſ. 23. num. 3. Scacc. de camb. §. 7. gl. 6. num. 15. Ant. Fab. in C. tit. de Iure deliber. defin. 29.

171 Et eſt via tutior, cum formato iudicio hæredes per ſententiam conſequuntur creditum, acquirunt fortius ius, & iuſtiorem poſſeſſionem, & hæc via practicatur Siciliæ *Burg. de Landem. p. 3. inſpect. 15. num. 19. Amat. reſol. 56. num. 37. & ſeqq. Conſ. Cardinal. de Iudic. lib. 1. tit. 3. q. 13. num. 7. & ſeq.* & ſic apud Nos ſeruatur, & vidi nullies deciſum per M. C. V. & S. C.

172 Sed in hoc iudicio debent citari creditores, & legatarij *Muta in cap. 113. Regis Alfonſi nu. 5. & dec. 4.* & pro actus validitate, & vt hæres ab alijs creditoribus propter citationem excluſis moleſtationem non timeat ad *tex. in l. ſi eo tempore C. de remiſſione pignor. Amat. d. reſol. 56. in fine*, licet non eſſe citandos creditores iſto caſu pro validitate iudicij, cum non debeant citari illi, qui habent intereſſe in conſequentiam dicat *Alex. conſ. 86. & 156. lib. 2.*

173 Beneuerum *Scacc. de commerc. & cambijs §. 7. gl. 6. num. 16.* concludit iſto caſu Curatorem dandum non hæreditati quaſi iacenti, ſed bonis, ſeu verius liti mouendæ, quia adita hæreditate curator datur bonis, & liti mouendæ ad exemplum Curatoris, qui datur liti quando lis eſt inter pupillum, & tutorem *Amat. d. reſol. 56. n. 28.*

174 Licet non deſint qui dicant, quod ſi hæres velit capere rem hæreditariam mediocrem, poſſe litem facere ſinè Curatore non implorando iudicis officium *Surd. dec. 170. Milanenſ. dec. 13. num. 18. in fin. lib. 1. alijq;* apud *Amat. d. reſol. 56. num. 29.*

175 Si verò hæres fuiſſet conuentus ante deductionem, poſſet retinere pro ſuo credito, nam confuſio, quæ fit per aditionem, procedit quo ad actionem, pro qua eſt hæres, non tamen quo ad retentionem, etiam non confecto inuentario *Caſtr. conſ. 19. vol. 2. Alex. conſ. 67. vol. 4. Cranett. conſ. 144. num. 5. Mangil. de imput. q. 17. nu. 19.* Quod
176 procedit in hærede fideicommiſſario *Cuman. conſ. 37. num. 3. Caſtr. conſ. 186. lib. 2. Menoch. conſ. 89. num. 153.*

177 Et ſic confuſio, quæ fit aditione hæreditatis reſoluitur quando in alium transfertur hæreditas, veluti reſtitutione fideicommiſſi, vel vbi obuenit hæreditas reuocabiliter *Neguſ. de pignor. 3. p. 1. membro num. 56. Capic. dec. 191. Surd. dec. 266. num. 2. Theſ. lib. 1. q. 44.* poſt alios *D. Hodier. ad Surd. dec. 170. num. 7.* Et *tex. in d. l. debitori C. de*
178 *pactis* procedit vbi hæres ageret, vel peteret, & non vbi vellet retinere. *Scac. in conſ. 270. lib. 2. Dec. conſ. 331. num. 2. & 3. Marta vot. 13. num. 19. Maſull. ad Capic. dec. 195. Decian. reſp. 121. num. 4. lib. 3.*

179 Sic quod grauatus fideicommiſſo poſſit deducere ſuum creditum, & habeat ius retentionis etiam non facto inuentario, dicunt *Surd.* poſt alios *dec. 310. num. 13. Gratian. diſcept. 203. n. 10. Hodier. ad Surd. dec. 170. num. 10. Barbat. de fideicommiſſ. p. 1. cap. 7.* diximus de omnibus *in obſ. ad conſ. 54. num. 15. & ſeqq. lib. 2. R. Rouiti.*

180 Sic etiam cū ſuccedens vigore noſtræ *conſuet. Neapol.* ſuccedat tamquam fideicommiſſarius *Napod. in conſuet. Si moriatur* in verb. *ſuccedunt n. 92. fol. mihi 103. & 104. Friſanell. & Vrſill. ad Afflict. dec. 237.* contra ipſum ſuccedentem bene retinetur debitum per hæredem etiam ſine inuentario *Franch. dec. 39. & 80.* deciſum refert *D. Hodier. ad Surd. d. dec. 170. num. 9.*

181 Poteſt deduci etiam debitum naturale *Rolan. conſ. 65. num. 13. lib. 2. Ang. conſ. 64. in fin. Cranett. conſ. 144. num. 5. Honded. conſ. 18. num. 26. lib. 1. Mantica de coniect. lib. 1. tit. 8. num. 15. Gratian. d. diſcept. 203. num. 16. & ſeqq.* vbi dicit tria remedia competere hæredi creditori, adhoc vt deducat ſuum creditum de re ſubiecta fideicomiſſo. Primum, vt antè aditam hæreditatem petat ſibi caueri. 2. Vt in ipſo actu reſtitutionis retineat, & deducat quod ſibi debetur. 3. Vt poſt reſtitutionem agat conditione indebiti. *Barbat. de fideicommiſſ. p. 1. cap. 7. num. 12. & 37.*

182 Sed ſi hæres agat vel conueniatur, & opponat de ſuo credito, an poſſit excipi, vel replicari quod præſumitur ſatisfactus de bonis hæreditarijs? Sic per *tex. in l. ſi ei, cui §. 1. ff. de euiction. Bar. in l. peculium la 2.* vbi etiam *Paul. de Caſtr. n. 2. ff. de pecul. Scac. in conſ. 170. nu. 8. lib. 2. Alciat. conſ. 572.*

183 etiam quod fecerit inuentarium, quia quando ex lectura apparent bona vltrà creditum hæredis, præſumitur hæres ſatisfactus *Gabriel. conſ. 125. nu. 12. lib. 1. Afflict. dec. 26. Surd. dec. 170. num. 1. & ſeqq. Menoch. conſ. 283. num. 35. Seraphin. dec. 967. Rot. dec. 680.* vbi ampliat in quocumque adminiſtratore *n. 6. & 7. p. 1. diuerſ. Gratian. diſcept. 214.* diximus *ad R. Rouit. dec. 43. n. 6. Mureſcott. var. lib. 1. cap. 37. num. 2.* Et *nu. 3.* dicit, quod quando hæres vult ſibi appropiare rē aliquam hæreditariam requiritur factum iudicis. Verum *Additio ad Ludouiſ. dec. 67. nu. 16.* tenet appropriationem etiam factam propria authoritate valere, quando eſſet facta extrà dolum, & fraudem, allegat *dec. Rot. 71. n. 4. p. 1. diuerſ.*

184 Eſt tamen ſemper notandum, quod iſta præſumptio, quod hæres cenſeatur ſibi ſoluiſſe eſt inducta in fauorem hæredis, non autem in eius dānum *Bar. in l. ſi hæres 9. fin. ff. de fideiuſſ. Barboſ. in l. quæ dotis num. 6. ff. ſolut. matr.* Vndè ſi hæres da-
185 ret diſtributiuum bonorum hæreditariorū ceſſaret præſumptio, quæ cedit veritati. *Virgil. de legit. perſ. cap. 15. in fin.* An poſſit ei replicari quod
186 ſit ſatisfactus de fructibus bonorum hæreditariorum, diximus in *obſ. ad dec. 48. R. Rouiti.*

SVMMARIVM.

1 *Executor quis ſit, quotuplex ſit, qui poſſit eſſe, & quis non poſſit eſſe, quid poſſit facere, & quid non, quomodo expiret eius officium, & alia circa hanc materiam, à n. 2. ad n. 62.*

63 *Quomodo conſtituatur actor, ſeu Curator, & quid debeant adimplere ante quam adminiſtrent? & n. 64. 65. 66. 67. 68.*

De executoribus teſtamentarijs, & de Actore, eorumq; authoritate.

QVÆ-

QVÆSTIO XXXIII.

1 DIcemus aliqua de executoribus vlti-
matum voluntatum, quorum aliqui
ſunt legitimi, alij ſunt teſtamentarij,
quidam datiui. *Pract.Papienſ.in forma libelli, quo
agitur ad reddit. comput.tutel.e in gl. ac executores
vltim.volunt.q.1 num.5.Put.conſ.121.num.39.vol.
1.Rolan.conſ.56.n.26.vol.4.Tuſc.lit.E.concl.537:
num.4.Carp.de execut.teſtam.lib.1. cap.1. num.40.
& ſeqq.*

2 Legitimi executores dicuntur illi, quibus à iu-
re canonico, vel ciuili defertur poteſtas exequē-
di voluntates defunctorum. Et tam ad Epiſcopos
eorumque Vicarios, quam ad ſeculares Principes
iudiceſque ab eis deſtinatos, ſpectat de iure cura,
& compulſio, vt defunctorum voluntates execu-
tioni mandentur, rationem ab executoribus te-
ſtamentorum exigendum, & ſi opus fuerit illos
ab adminiſtratione remouendo, ac pœnis compe-
tentibus puniendo, Et de Epiſcopis, eorumque
Vicarijs, vbi diſpoſitiones eſſent ad pias Cauſas,
colligitur ex *tex.in cap.3.cap.ſi hæredes c.tua no-
bis, & cap.Ioannes de teſtamentis* adeſt *Capit. Con-
cil.Trident.Seſſ.22.cap.8. de reformat. Barboſ.de
pot.Epiſc.alleg.82.num.31. Thor. in ſumma priuil.
cauſ.piar.priuil.259.Nauar.in ſumma bullar. tit. de
fabrica S.Petri nu.24.& 25.Quaranta in ſumma
bullar.verſ.fabrica S.Petri de Vrbe Carp.de execut.
cap.22.*

3 Et quod ad Iudices ſæculares ſpectet etiam
cura, & compulſio, vt vltimæ voluntates exequā-
tur, etiam quod diſpoſitiones eſſent ad pias cau-
ſas, habetur in *Auth. de eccleſiaſtic.tit.§.ſi quis
ædificationem, & l.hæreditas ff. de petit. hæred.cap.
tua, & cap.Ioannes de teſtam.* in quibus Iuribus
promiſcuè Eccleſiaſticis, & ſæcularibus Iudici-
bus cura executionis conceditur, vnde cognitio
iſta dicitur mixti fori, & eſt locus præuentioni
*Tiraq.de priuil.cauſ. pia priuil.149. & 150. Ma-
ranta in praxi p.4.diſt.11. Marta de Iuriſd.p.4.
cent.1.caſ.88.num.13.Surd.de alim.tit.8. priuil.9.
num.2.Valaſc.conſult.105.num.61.Carleual.de iu-
dic.lib.1.diſp.2.q.5.num.333. Molina de iuſtit. &
Iure diſp.250.Graſſ.de Succeſſ.lib.2.art.executores
vltimar.volunt.q.2.num.3.Cabed. dec.88. Franck.
dec.147.num.5.Barboſ.in l.ſi quis poſtea quam nu.
3.6.ff.de iudic.Schrad.de feud.p.10.ſect.10.n.203.
Reuſner.dec.18.n.fin.& dec.22.nu.30.lib.4. Ma-
ſcard.de probat.concluſ.1226.Gratian.diſcept.389.
num.12.& ſeqq.* quod eſt de *Iure* noſtro munici-
pali Neap. ex concordatis cum Summo Pontifi-
ce tempore erectionis Tribunalis Reuer. Fabri-
cæ anno 1547. vt teſtatur *R.Capic.Latr.dec.180.
p.2.* vbi *Grex.in addit.* refert aliàs deciſum, & ſic
nullies deciſum vidimus per Collat. Conſilium
vt detur præuentio. *Carp. de execut. cap.21.nu.
3.* qui poſt *Marta de Iuriſd.* hoc intelligit in cau-
ſis profanis, etiam pijs, ſecus quo ad merè ſpiri-
tuales, in quibus Iudex laicus non ſe intromittet
ex c.decernimus de iudic.& c.21.

4 Imo quilibet de populo poteſt comparere, &
agere pro exequendis vltimis pijs diſpoſitioni-
bus *Auth.de eccleſ.titul.§.ſi autem hoc facere in fi-
nalibus verbis ibi: & omni alij licentia ſit huiuſmo-
di mouere quæſtionem, & ſtudere vt modis omnibus
cauſæ piæ compleantur,* & in *l.nulli C.de Epiſc. &
cleric.* latè *Carp. c.24.* vbi *n.7.* dicit poſſe quēli-
bet de populo agere data mora, contumacia, ſeu
negligentia executoris in exequendo voluntatē
teſtatoris ex *d.tex.§.ſi autem,* & non antè. Teſta-
5 mentarij ſunt hi, qui per teſtatorem adhoc con-
ſtituuntur, de quibus loquuntur *tex. Bar. & DD.
omnes in l.alio hærede ff.de alim.& cib. legat. & l.
nulli C.de Epiſcop.& cler.& d.cap.tua, & c.Ioan-
6 nes.* Datiui verò ſunt illi, qui per Iudicem cōſti-
tuuntur aliquando, de quibus eſt *tex.& DD. in l.
3.§.fin.ff.de alim.& cib.legat. Carp.de execut. te-
ſtam.c.23.* vbi latè.

7 Executores in teſtamento dati, Alij ſunt exe-
cutores Vniuerſales, alij particulares, Vniuerſa-
les dicuntur, cum in teſtamento nullus inſtituitur
hæres, nam tunc executores vicem hæredis ſub-
ſtinent, ſimiliter dicuntur Executores vniuerſa-
les, vbi inſtitutum eſt pium opus, puta Pauperes
Chriſti, & tunc executores habent poteſtatem
hæredum *Bar.in l.alio num.5.ff.de alim. & cib.le-
gat.Cald.conſ.29.de teſtam. Trentacinq. de ſubſtit.
p.4.cap.10.nu.7.Sim.de Prætis de interpret. vltim.
volunt.1.dub.2.num.103.Couar.in cap. Ioannes n.
6.de teſtamentis Matthienſ.in l.14.gl.1. num.7. tit.
4.lib.5.recopil.Nouar.de priuil.miſerab. perſon.pri-
uil.145.num.1.Carp.d.cap.1.num.48.& lib.3.cap.
9.* vbi etiam diſputat quando executor vniuerſa-
lis loco hæredis habeatur, & in quibus euenti-
bus?

8 Executores particulares ſunt quando alius da-
tus eſt hæres in teſtamento, quo caſo non ſubſti-
nent vicem hæredis. *Bar.in d.l.alio hærede num.5.
ff.de alim.& cib.legat.& in l.hæreditas ad ſtatum
ff.de hæred.inſtit.& in l.centurio nu.21. ff.de vulg.
Bal.in l.precibus nu.45.ff.de impub. & alijs ſubſtit.
Calderin.conſ.19.de teſtam.Socc.ſen.conſ.49.nu.3.
lib.4.Alex.conſ.4.num.16.& conſ.98. num.10.lib.
2.conſ.12.nu.12.lib.3.Sim. de Prætis de interpret.
vlt.vol.lib.5.interpr.1.dub.2.num.103.Alex.Tren-
tacinq.de ſubſtit.4.p.cap.10.num.7.Abb. & Couar.
in cap.Ioannes de teſtam.Iacob.de Canib.de execut.
2.p.§.conſuluit num.19.Mattienz.in l.14.gl.1. nu.
7.tit.4.lib.5.nouæ recopil.Caſanat.conſ.28.n.3.*

9 Item executores alij ſunt meri executores te-
ſtamentorum, alij mixti. Meri ſunt vbi de relictis
non participant. *Bar. in d.l.alio ff. de alim. & ci-
bar.leg.Capra de execut.vltim.volunt.membr.4. nu.
5.Caualc.dec.40.num.1.p.5.R.Galrot.contr.32. n.*
10 *14.lib.2.* Iſti an poſſint agere. Diſtinguendum
eſt. Aut iſti volunt agere contrà hæredes, vt
adimpleant voluntatem defunctorum, & poſſunt
conditione ex *l.nulli, & l.ſi quis ad declinandam
C.de Epiſc.& cleric.*

11 Aut volunt agere contrà debitores hæredita-
rios, vel à creditoribus hæreditarijs conueniun-
tur, & regulariter non poſſunt, nec agere, nec cō-
ueniri, ſi adſunt hæredes, nam tunc non habentur
loco hæredum. *gl.in l.firmio §.cum hæredibus verſ.
ſecundum hoc videtur ff.quando dies leg.cedat.Bar.
in l.alio ff. de alim. & cib. leg. Seraphin. dec.842.
Gratian.diſcept.329.*

Digitized by Google

12 Vbi non adeſſent hæredes, vel hæredes eſſent
pauperes Chriſti, tum quia loco hæredum ha-
bentur, vt diximus, poſſunt aduerſus debitores
hæreditarios agere, & à creditoribus, vel alijs
prætendentibus ius aliquod, conueniri. Dec. conſ.
91.num.2. antè eum Bar. in d. l. ſi mis §. cum ab
hæredibus Capra de execut.vltim.vol. membr.6. nu.
57. Couar. in d. cap. Ioannes de teſtam. Graſſ. poſt
alios q.9.num.1.
13 Mixti executores ſunt illi, qui ex teſtamento
aliquod commodum percipiunt De Pratis lib.5.
interpr.1.dub.2.num.41.Caſanat.conſ.29.num.13.
R.Galeot. d.contr.32. num.15. lib.2. Iſti poſſunt
14 agere pro conſequendo legato, & pro eo vendē-
do,& ad pias cauſas diſtribuendo, vt poſt Caſtr.
& alios dicit de Pratis ibi num.50.Caſanat.nu.25.
15 Iſtis competit actio ex teſtamento per tex. in l.
ſi quis Titio ff.de leg.3.Graſſ.d.q.9.n.4.
16 Tales executores non tenentur ſatisdare per
tex.in l.diuus ff.ſi cui plus per legem falcid.vbi Bar.
num.3.niſi pauper fiat teſtatore ignorante l.liber-
to ſuo §.largias ff.de vſufr.legat.Spec. de inſtr.edit.
lib.2.part.2.§.nunc verò num.43.Iacob. à Canibus
de execut.vltim.volunt. 2.particul.§. repetitis num.
12.Et n.13.limitat ſi executor eſt factus non ſol-
uēdo. Baet.de decim.tutor.cap.19.nu.24. Gratian.
diſcept.826.n.78.Carp.lib.3.c.12.n.1.
17 Omnes regulariter poſſunt eſſe executores,
qui iure non reperiuntur prohibiti, tam clerici,
quam laici. cap. Ioannes cap. tua de teſtam. in 6.
Couar.d.cap.tua, ità communiter tenent omnes,
vt teſtatur Graſſ.quæſt.2.num.1. Religioſus non
18 poteſt eſſe executor vltimarum voluntatum, &
ſi ab aliquo relinquatur, non poteſt tale officium
ſuſcipere,niſi prius à Superiore petita licentia
ſuper hoc,& obtempta.cap.2.de teſtam.in 6. clem.
1.eodem tit.Graſſ.q.2.num.8. Pariſ.conſ.26. vol.4.
Papienſ.in praxi in forma libelli,quo agitur ad red-
dendam rationem tutelæ in gl.vt executores num.3.
Canall.q.88.& q.404.Gomez lib.6. q.21. num.24.
Sanchez in precept. decalog. tom.2. lib.6. cap.11.
Azor.inſtit.moral.p.1.lib.12.cap.11. q.1. Nouar.de
priuil.miſerab.perſonar.priuil.115.nu.3. Carp.de
execut.lib.1.cap.5.vbi num.3. extendit etiam in
legatis non pijs.
19 Frater S. Franciſci Ordinis Minorum, non
poteſt conſtitui executor teſtamenti, etiam de
licentia ſui Superioris per tex.in clem. exiui de
verb.ſignif. Ea ratione quia in tali officio vt
plurimum vertitur tactus,& contractio pecuniæ,
quod eſt contrarium regulæ S.Franciſci. Poſſunt
tamen dare conſilium, quia tunc ceſſat dicta ra-
tio Carp.d.lib.1.cap.5.n.61.
20 Nec poteſt Superior diſpenſare contrà Regu-
lam. Papienſ.vbi ſup.Soc.conſ.17. num.17. lib.1.
vbi extendit etiam in cauſa pia Dec. conſ.499.n.
2.Riminal.iun.conſ.403.Sanchez.de precept. deca-
log.tom.2.lib.6.c.11.nu.24.& ſeqq.
21 Iſti poſſunt exhibere conſilium talibus exe-
cutoribus,vel eligere pauperes,quib. in teſtamē-
to aliquid eſt relictum plures apud Canali.q.88.
Hippol. de Marſil.ſing.255. dicit quod ſi teſtator
mandet, vt bona diſtribuantur inter pauperes ex
iudicio Guardiani S.Franciſci,& ex eo, quod in
exequendo,executor negligens ſit,ob id ad Epi-
ſcopum deuoluta ſit diſtributio,tunc etiam Epi-
ſcopus tenetur ſequi iudicium Guardiani. Cum
hoc non ſit executoris munus obire, & hęc ele-
ctio eſt quid facti potius quam iuris ex l.cum
pater 79.§.hæreditatem tit.1.ff.de leg.2.Couar. in
cap.tua àos num.1.ad fin.de teſtam.Quælad.qq.iur.
cap.22.num.10.Menchach.qq.lib.3. cap.98. Spin.
in ſpec.teſtam.gl.18.princ.num.32.Fr.Eman.qq.re-
gul.tom.3.q.70.art.2.Pariſ.de reſigna.lib.5. q.3.nu.
25.Pereira de nom.emphy.q.6. num.3. Gratian.di-
ſcept.123.num.25.Sanchez in precept. decal. tom.
2.lib.6.cap.11.num.32.Bar.de Fitelis in praxi di-
ſp.8.dub.13.num.1.& 2. Contra Dilect. de arte
teſtand.tit.7.caut.7.Natta conſ.408.num.4. vol.1.
Duen.reg.381.ampl.6.in fin.Perez l.4.dub.7.tit.2.
lib.5.ord.Molin.de inſtit.diſp.247.ver.illud eſt.
22 Si Monachus (ſi non fuerit ordinis S. Franci-
ſci) relictus executor, non obtempta licentia
Superioris munus hoc ſuſceperit, An geſta per
eum valeant,ſi non fuerit oppoſitum? In hoc arti-
culo ſunt diuerſæ opiniones. Nam quod geſta
per eum non valeant facit, nam vt ſup. diximus
religioſus non poteſt deputari executor teſta-
menti per tex.in cap.religioſus de teſtam.in 6.clem.
exiui. §.verum de verb.ſignific.clem.1.de teſtam.&
ſic adeſt expreſſa legis prohibitio, ſed actus fa-
cti contra prohibitionem legis regulariter ſunt
nulli. l.non dubium vbi DD.C.de legib. ergo, &c.
Ponderatur pro hac ſententia tex. in d. cap. reli-
gioſus ibi: executor eſſe non poteſt quæ verba ma-
nifeſtè oſtendunt actum in contrarium factum,
eſſe nullum, ſecundum gl. communiter receptam
in reg.1.de reg.iur.in 6.& in l.nemo poteſt vbi Io.
Gutier. num.145.ff.de leg.1. & Couar.in c.quam-
uis pactum 2.p.§.4.num.14. qui dicunt communē
illius gl.ſententiam, in d.reg.1. verb. non poteſt,
quam exornat Bernard.Diaz. reg.487. vbi etiam
Salzed.& DD.in l. gallus ff.de liber.& poſth.Tira-
quell.poſt ll.connubial.gl.2.in princ. Hanc opinio-
nem tenent Franc.in cap.2.de iudic.in princ. Dec.
conſ.499.dicit communem Syluester in ſumma
verb.teſtamentum cl.2.§.2. ſequitur, & declarat
Duen.reg.381.n.6.vbi refert plures DD. pro vtra-
que parte,reſoluens Baldi opinionem eſſe recep-
tiorem, & communiorem, & duas communes
opiniones in hac quæſtione refert Menchaca
lib.2.§.11.num.178.& lib.3.de ſucceſſ.creat.§.21
num.187.etiam ſequitur hanc opinionem Canal.
q.88.& 404.Rimin.iun.conſ.403.num.13. vol.4.
Perez.l.4. dub.8. tit.2. lib.5.Ordin. Molin. de in-
ſtit. tract. 2. diſp.247. ver. religioſus tamen Fr.
Eman.qq. regular.tom.1.q.65.art.3.& tom.3. q.70.
art.1.Carp.d.lib.1.cap.5.n.21.
23 Quod valeant geſta per eum ſi non adſit con-
tradictio,facit, quod licet miles non poſſit eſſe
24 procurator, tamen ſi non repellatur, valent ge-
ſta per eum l.filius fam.§.veterani ff.de procur. di-
ximus ſup. q.31.num.189. & ſeqq. Idem eſt in
25 clerico, prout ibi concludit gl. communiter re-
cepta,verb.prætermiſſum ſequitur Abb. in cap. no-
ſtra num.8.de procur. diximus ſup.d.q.31. Sic etiā
26 licet clericus non poſſit eſſe tabellio, valent ta-
men inſtrumenta per eum confecta. Io. Andr.
Anton. & Abb.in cap.ſicut nē clerici, vel monachi.
Dec.in cap.non eſt nouum num.5. Iaſ. in l. patre
fu-

ſuriesſo num.15.ff.de his qui ſunt ſui, itâ tenent *DD.*ſecundum *Dec.in d.c.2.num.7.de iudic.*ſequitur *Gregor.in l.2.tit.10.p.6.* verb.*frayles* per illam *legem*, & eius rationem *DD.* apud *Carp. d.lib.1. cap.5.nu.20.*

27 Hanc opinionem tenent *Federic. de Sen. conſ.293.in fine.Roman.conſ.409.col.fin. & ſing.242. Dec.conſ.494.col.fin.conſ.499. num.12. Idem Roman.conſ.215.Couar.in cap. tua nos de teſtam.* ſequitur *Menchacha de ſucceſſ.creat.§.21.num.178.* qui refert duas opiniones contrarias.*Spin.in ſpec. teſtam.gl.28.num.32.* qui ſequitur contrà alios iſtam opinionem *Mattienz.in l.5.tit.4.gl.8.nu.6. & in l.14.gl.1.num.4.lib.5.recopil. Graſſ.q 2. de execut.num.9. Rolan. conſ.24. num.82. vol.1. Pacian.conſ.162.num.79.& ſeqq.Menoch. praeſ.46.n.14.lib.2. Azor.inſtit.moral.lib.12.cap.11.q.1.* ver. *quaeres Cald.Pereira de reſol.emphy.cap.17.num.10. Sanchez in precept.decalog. tom.2.lib.6. cap.11.n.44.*vbi dicit verbum illud *non poteſt* minime poni hic reſpectu valoris facti, ſeu reſpectu iuris, ſed reſpecto ipſius monaci tale officium ſuſcipiētis,vel exequentis,cum nec velle, nec nolle habeat *Barboſ.in cap.2.& vl.de teſtam. in 6. num.4.* vbi dicit hanc opinionem eſſe probabiliorem *Barboſ.de Iure eccleſ.lib.1. tit. de ſtat. & vita regular.cap.43.à n.65.& ſeqq.*

28 Quæ diximus de fratribus minoribus non extenduntur ad alios mendicantes, quia id genus paupertatis non vouent *Dominc.in cap.2. & vl.de teſtam.in 6.in princ.num.4.Perez l.4. dub.7. tit.2. lib.5.Ord.Sanchez d.cap.11. num.25.* Nec com-
29 præhenduntur degentes extra clauſtra, vt beneficijs perpetuis præſint,nam iſti poſſunt abſque Superioris licentia munus hoc obire,quia huiuſmodi religioſi non ſunt ſub Abbatis obedientia, & proinde ceſſat in eis ratio prohibitionis *Domin.in d.cap.2.de teſtam.in 6.num.6.Franc. nu.5. Gregor.Lopez l.2.* verb.*frayles tit.10. p.6. Pacian. conſ.162.nu.181.tom.1.Sanch.d.c.11.nu.4. Farinac.dec.87.num.2.p.2.recent.Barboſ.in d.c.2. de teſtam.in 6.n.11.Carp.d.c.5.n.5.*

30 Verum licentia acceptandi officium executoris teſtamenti poteſt impartiri à quolibet Superiore etiam immediato Conuētus, & cōcedi religioſo *Io: Andr.in cap.2.de teſtam.in 6. nu.1. Archid.n.1.Ancl ar.num.3.not.2.Domin. in princ. nu.2.Franc.num.5.Molin.d.diſp.247.col.penul. Sanchez d.c.11.n.14.Carp.d.c.5.nu.18.* Et *n.16.Sanch.*hoc limitat ſi adſit conſuetudo in contrariū. Et *n.19.*obſeruat non poſſe Religioſum ex ſola Epiſcopi licentia,Abbate ſuo contradicente,munus hoc ſuſcipere, quia plus ſubditur ratione ſuæ profeſſionis,Abbati. Et *nu.20.& ſeqq.* reſoluit mortuo Superiore,poſſe concedere licentiam Superiorem religionis,etiam conuentualem poſt *Molin.d.diſp.247.col.pen.Fr.Eman.tom 3.diſp.70. art.1.*Verum Abbas,ſeu Prælatus quilibet non tenetur licentiam Prouincialis,& aliorum Superiorum petere *Carp.de execut.lib.1.cap.4. num.8.* vbi dicit hoc procedere, niſi aliud ſit ſtatutum per conſtitutiones.

31 Talis licentia non ſufficit poſt acceptatum munus, ſed requiritur ante acceptationem *Carp. d.cap.5.num.7.Sanch.d.cap.11.num.10.*Et *nu.11.* dicit non ſufficere tacitam Superioris licentiam, quæ habetur ex ratihabitione de præſenti,aut de præterito ad hoc munus acceptandum *Carp. d.c.5.num.10.& ſeqq.*Et *num.12.*diſputat an hæc licentia poſſit per Superiorem reuocari etiam re non integra quia religioſus cæpit adminiſtrare? *Carp.d.cap.5.num.15.* vbi fundat poſſe reuocare etiam re non integra licet iniuſte hoc faciat Nō
32 requiritur talis licentia quando religioſus ille executor eſſet teſtamenti quo ad ſola legata pia, etiā ſi executio illa nō cedat in monaſterij vtilitatem *Sanch.d.cap.11.num.8.& 9. Maria dec.111.*

33 Executores plures quando deputantur à teſtatore ſimpliciter,tunc vnus ſine alio aliquid facere non poteſt *Greg.Lopez lib.6.tit.10.p.6. Chartan.tom.2.commun.opin.lib.6.tit.22. nu.39. Fr.Treb.dec.662.* vbi decisum refert fuiſſe nullum declaratū proceſſum factum cum vno ex pluribus executoribus.*Balb.dec.99.Carp.de execut. lib.3.c.2.*Verum ſi vnus moriatur, vel ſit in longinquis partibus,vel nolit ex legitima cauſa. *Gratian.diſcept.329.num.21.* alter poteſt liberè exequi teſtamentum, niſi teſtator aliter diſponat *cap.2.§ ſane de teſtam.in 6.Bellacomb.tom.2.commun.opin lib.6.tit.11.num.5.Seſſ.dec.Aragon.51. tom.1. Gratian.diſcept.522.num.2.& 812.* vbi idem eſſe dicit ſi ſint duo executores, vel plores, & dicit Epiſcopum non poſſe ſupplere alios.*Perez ad tit. 2.lib.5.ordin.pag.141.Ricc.in praxi reſol.18.* vbi dicit quando quis dicatur eſſe in longinquis partibus,& ſufficit eſſe in regno ad hoc vt non poſſit dici in longinguis partibus *Franch. d. dec.622.* Etiam ſi eſſent conſtituti coniunctim, & non diuiſim, nam ſi vnus moriatur reliqui exercebunt *DD.in d.c.2.& vl.de teſtam.in 6.Caſtill.dec.116.*
34 Idem eſt ſi teſtator expreſsè inſolidum ſingulis conſtituit poteſtatem *tex. & gl.in cap. fin. de teſtam.in 6.Franch.d.dec.622.Gallup. in praxi c.7. num.37.Virgil.de legit.perſ.cap.31.num.16. Carp. d.cap.2.num.36.*Vel quod eſſet exequendum eſ-
35 ſet certum,nam tunc vnus ex executoribus poſſet conueniri *Franch.d.dec.622.*poſt *Butr. Bal.& Iaſ Carp.latè d.c.2.lib.3.*vbi declarat.

36 Talis executor non poteſt ſuum officium alteri committere cum ſit electa induſtria perſonæ *Bern.reg.269. Tiraq. de priuil. cauſ.piæ priuil. 31.*vbi ſecus dicit in legatis ad pias cauſas *Ricc. ad Franch.dec.622. Gratian. diſcept.812.nu.12. & 22. Carp.de execut.lib.1.c.19.D.Merlin.contr. 84.lib.1.*

37 Et ſi relinquatur executor amicus ſub nomine dignitatis cenſetur relictus habita conſideratione ad amicitiam, non dignitatem, ideo mortuo illo non tranſit officium ad ſucceſſorem in dignitate *Tiraq. de pœnis temper. cauſ. 22. num.25.* Secus ſi ſit deſtinatus aliquis nomine dignitatis, nam tunc tranſit ad ſucceſſorem *Carp. de execut. lib.3.c.7.n.16.*

38 Officium executoris non tranſit ad hæredem niſi ſit dictum *Roman.conſ.69.per gl. in cap. fin.de teſtam.in 6.Lap.alleg.91.* cum ſit electa induſtria perſonæ executoris *Virgil.de legit.perſ.cap.31.n.14.Carp.de execut.lib.3.cap.7. Vin. dec.305.* vbi deciſum refert.*Azeued.ad l.6.tit.4.lib.5. nouæ recopil.nu.10.*

Digitized by Google

39 Quæ concluſio limitatur tripliciter. Primo
vbi aliquid per agendum per executorem fuit in-
ceptum exequi, nam tunc hæres illius poteſt per-
ficere Iacob. de Arena in tract. de commiſſ. 5. vol.
tract. num. 44. poſt alios R. Merlin. contr. 84. nu. 3.
vbi deciſum refert per Supremum Senatum hiſ-
panum. 2. ſi illud quod executor debet facere eſt
quid certum, & determinatum, in quo non cadit
arbitrium, nam tunc non poteſt dici, quod ſit ele-
cta induſtria perſonæ, & ſic poteſt etiam ab exe-
cutore alteri committi poſt alios D. Merlin. ibid.
40 num. 4. 3. fauore relicti ad pias cauſas, nam talis
executio per executorem poteſt alteri commit-
ti D. Merlin. ibid. num. 5. & reſpondet contrarijs.

41 Tales executores licet non poſſint conueniri,
cum non habeantur loco hæredis, Tamen poſ-
ſunt conueniri in legatis ad pias cauſas, & pro
exoneratione conſcientiæ defuncti, etiam ſi adiit
hæres, ex doctrina Archid. in cap. ſi res ver. & no-
ta 14. q. 6. Franch. d. dec. 623. in fine Grattan. di-
42 ſcept. 329. num. 3. 4. Etiam fauore alimentorum
Surd. de alim. tit. 8. priuil. 32. Gratian. d. diſcept.
329. num. 24. & 25. Licet illi non poſſint conue-
43 nire debitores hæreditarios, & alios poſſeſſores,
niſi in legatis pijs l. Lucius 78. §. mena ff. ad Tre-
bell. Couarr. in c. Ioannes num. 5. de teſtam. Surd. de
alim. tit. 8. priuil. 32. num. 2. Gratian. diſcept. 329. n.
1. & ſeqq. & diſcept. 812. n. 23.

44 Tamen aliud eſt quando facultas data execu-
tori eſt ampliſſima, & plena cum clauſulis op-
portunis, & neceſſarijs ſolitis dari ſimilibus exe-
cutoribus ad effectum, vt in omnibus, & per om-
nia voluntas defuncti executionem habeat, nam
tunc poſſunt per eos quicumque debitores con-
ueniri, vt deciſum per Rot. Rom. refert Seraph. dec.
842. num. 2. in fine Ea ratione quia poteſtas ſimi-
lium executorum non ſolum pendet ex diſpoſi-
tione iuris communis, ſed etiam à facultate per
teſtatorem eis conceſſa Auclar. conſ. 84. num. 2.
Caſtr. conſ. 177. num. 11. lib. 2. Rim. ſen. conſ. 129. n.
5. lib. 1. Gratian. d. diſcept. 812. n. 24. & 25.

45 Ex duobus executoribus vnus poteſt conue-
nire alium, qui ſit debitor hæreditati Bar. in l. qui
propriè §. ſi duobus ff. de proc. quod dicit eſſe verū
Surd. de alim. tit. 8. priuil. 33. num. 3. & 4. quando
nullus eſt datus hæres vniuerſalis, niſi ſit execu-
tor alimentorum, quia agit alio dato hærede
vniuerſali, & actiones mouet non nomine legata-
rij ſed proprio nomine ex Bal. & Alex. ibi nu. 5.
citatis Carp. lib. 3. cap. 2. n. vl. de execut.

46 Executrix teſtamenti poteſt conſtitui mulier
l. à filio ff. de alim. & cib. legat. & ibi Bar. & Bal.
gl. in l. unic. §. pro ſecundo C. de caduc. toll. de com-
muni teſtatur Graſſ. q. 2. num. 26. lib. 2. Virgil. d. c.
31. num. 12. & ſi tranſeat ad ſecunda vota non
deſinit eſſe executrix viri Dec. conſ. 91. Petr. de
Rauenda ſing. 287. poſt Bal. Graſſ. vbi ſup num. 27.
Carp. lib. 1. cap. 7. per totum ſignanter num. 25.
vbi benè more ſolito reſpondet Doctoribus
incontrarium exiſtentibus licet contra teneat
Papon. lib. 2. tit. 9. arreſt. fin. Guid. Pap. ſing. 263.
Item laicus etiam quo ad ſpiritualia, &
eccleſiaſtica latè Carp. lib. 1. cap. 6. Tales exe-
47 cutores tenēt locum hæredum mortuo filio in
pupillari ætate, & non prouiſo ab alio hærede
poſt Alex. conſ. 12. num. 12. lib. 3. Gratian. diſcept.
329. num. 26.

48 Et executor deſtinatus ad foris facta emen-
danda tantum, exiſtente hærede ex teſtamento,
vel ab inteſtato, an poſſit ſoluere, & poſſit con-
ueniri, vel poſſit cogere hæredem, vt ſoluat debi-
ta teſtatoris quorum termini effluxerunt, diſpu-
tat largè Gratian. d. diſcept. 329. num. 5. & ſeqq. ſed
re diſcuſſa bene concludit non poſſe, cum talia
debita deſcendant ex contractu, & foris facta
denotent maleficium c. ex parte tua 27. el 3. & ibi
gl. verb. forisfactis de priuil. cap. ad audientiam 13.
de præſcript. Carp. de execut. lib. 3. c. 8. n. 17. & ſeq.

49 Minor an poſſit eſſe executor teſtamentarius
DD. diſputant, & ſunt variæ ſententiæ, ad reſolu-
tionem diſtinguit quoq; caſus Carp. de execut. c.
8. Primus eſt quod maior decem, & ſeptem annis
poteſt eſſe executor, & commiſſarius ad negotia
cap. qui generaliter §. vl. de proc. in 6. addit. l. ad Spec.
de inſtr. edit. §. nunc verò n. 75. verb. viginti quinq;
annis Couar. in cap. ſua de teſtam. num. 4. P. Molina
de iuſtit. & Iure tom. 1. diſp. 247. n. fin. Mattienſ. in
l. 14. tit. 4. l. 5. recopil. gl. 1. n. 6.

50 Secundus quo ad iudicia minor 25. annis
executor, & commiſſarius eſſe non poteſt d. §. vl.
c. ſi generaliter conſonat l. minor 51. ff. de proc. l.
exigendi C. eodem, & ità ſentiunt Couar. Molin. &
Mattienſ. vbi ſup.

51 Tertius caſus eſt in minore 25. annis ſed pu-
bere, qui ſit relictus executor qui offert, & iurat
ſe non contrauenturum his, quę executioni man-
dauerit ratione minoris ætatis, nec alia quacum-
que ratione, nam hic admittendus erit ad iudicia
cum per iuramentum habeatur pro maiore, & nō
competat reſtitutio in integrum arg. auth. ſacra-
menta puberum C. ſi aduerſ. vendit. Gregor. Lopes l.
19. tit. 5. p. 3. gl. 16. verb. de edad.

52 Quartus caſus eſt in his rebus, quæ per impu-
berem iure adimpleri, & exequi permittun-
tur, veluti in re non induſtriali, vt diximus ſup.
Angul. de meliorat. l. 1. gl. 5. n. 44. & 45.

53 Quintus caſus eſt quando impuberi executio
alicuius rei ſit iniuncta, quæ tanquam acceſſoria,
& in conſequentiam alicuius actus principalis
ſubſequitur ex ſucceſſione, vel quouis alio titulo
iure ei acquiſito nēpe, & ſi teſtator mādauerit Ec-
cleſiam ędificari per ſuum hæredem, & hæres ſit
impubes, quia tunc interuentu eius tutoris exe-
quetur Lambert. de Iure patronat. lib. 1. q. 7. princi-
pal. 1. part. art. 14. num. 4. Verum in omnibus
caſibus, in quibus minor admittitur, & læſus
fuerit tanquam executor, & commiſſarius non
reſtituitur l. cum mandato 24. ff. de minor. l. itaq. de
Iure marit. l. 16. gl. 5. verb. contraxer num. 179. nā
ei debet imputari qui eum deputauit l. cum man-
dato, & l. 3. §. fin. ff. eodem concordat lex hiſpana
l. 4. tit. 2. p. 5. & ibi Gregor. gl. 4.

54 An executor poſſit eſſe excommunicatus diſ-
putat Carp. de execut. cap. 9. & concludit ſecun-
dum veriorem opinionem, quod non, debet ta-
men opponi, alias actus eſt validus, vt diximus
55 ſup. q. 31. An poſſit eſſe bannitus diſputat Carp.
cap. 11. & nos diximus ſup. An ſpurius, diſpu-
56 tat q. 12. & fundat quod ſic. An ſeruus diſputat
q. 13. & pro reſolutione ponit plures concluſio-
nes

Digitized by Google

nes,prima, vt ſeruus à non domino relictus exe-
cutor eſſe poſſit in his, quæ ſunt facti, & nudi
miniſterij.Secunda vt ſeruus à non domino exe-
cutor,& commiſſarius conſtitui non poſſit in his,
quæ ad arbitrium, iudicium, & ius pertinent.
Tertia vt in his, quæ nudum factum concernunt
ſeruus à domino executor aſſignari valeat,Quar-
tū,vt ſeruus efficiatur liber ex quo officium exe-
cutoris, & commiſſarij iniungitur, quod exerce-
re non poteſt niſi tamquam perſona libera. An
58 mutus, ſurdus, cæcus, & furioſus executor, ſeu
Commiſſarius teſtamentarius eſſe valeat diſputat
59 *diſp.13.* & *nos* diximus *q.* An Collegium, ſeu
Capitulum approbatum poſſit eſſe executor *di-
60 ſputat q.15.*An vitietur ex incertitudine nomi-
natio executoris *diſputat q.16.*

61. Executor teſtamentarius poſt litem conteſta-
tam poteſt conſtituere procuratorem ſicut, & an-
te litem conteſtatam ille, qui executor vniuerſa-
lis, qui loco hæredis eſt, pro vt etiam executor,
ſeu cōmiſſarius ad negotia,vel ille executor, qui
commodum ex adminiſtratione conſequitur,latè
Carp. de execut. lib.1. cap.20. Sola difficultas eſt
in executore ſimplici autē litis conteſtationem,
cui neceſſarium eſt in iudicio ſtare, ſeu compa-
rere,an poſſit conſtituere procuratorem, & poſſe
concludentiſſimis rationibus probat *Carp. d.cap.
20.nu.17.& ſeqq.*

62 Officium executoris finitur eiſdem cauſis,
quibus finitur mandatum, vt dicemus *infra*, niſi
in caſibus,quibus diuerſa ratio eſt in vno,ac alio
caſu, & ſic conſiderandi ſunt diuerſi Caſus. Pri-
mus eſt ſi executor officium iniunctum non
agnouerit,nam cum à principio voluntarium ſit,
ex eo quod authoritate, & vtilitate ſit priuatum,
ex eius voluntate finitur, & accreſcit co execu-
tori *Carp.de execut.lib.1. cap.17.* diximus *ſup.*ad-
dimus *Mantica de tacit. lib.7.tit.20.nu.1.P.Mo-
lin.de iuſtit. tract.2. diſp.552. num. 5.* Secundus
eſt mors executoris,nam ea officium extinguitur
& poterit alius executor officium executoris in-
iunctæ libere adimplere *cap.vl. §.ſanè de teſtam-
tis in 6. Caſtill.tom.6.controuerſ.cap.120.* Tertius
eſt ex reuocatione mandati executori iniuncti
*Azor.inſtitut.moral.c.7.q.1. Menoch. de præſumpt.
præſumpt.36.num. 4.& ſeqq & lib.4. præſ.173.nu.
32.Mantica de tacit.lib.7.tit.23.ex num.1.* Quar-
tus eſt ex mutatione ſtatus in deterius executo-
ris *l.liberto §. largius ff. de annuis legatis Iacob. à
Canibus d.num.15.Azor.d.cap.7.ver. quinto Dian.
reg.452.num.2. Maſcard. concluſ.1016. num.13.
Mantica tit.20.num.1.& tit.23. num.46.* vbi ex
*nu.50.*diſputat quid ſi mutet in melius. Verum
per mutationem ſtatus, puta per deportationem
non perdit nominationem habens facultatem
nominandi, aut eligendi *l.ex facto §. ſi quis roga-
tus il 2.ff.ad Trebell. Peralta in l.vnum ex familia
§. ſi de falcidia num.7.ff.de legatis 2.* Quintus ca-
ſus eſt ex inimicitia ſuperuenienti poſt nomina-
tionem *Menoch.d.præſ.36.ex num.24. Gomez in l.
31.Tauri ex num.7. ad num.11.* Sextus caſus eſt
furor ſuperueniens *l. qui ſeruum l.ſi quis alicui ff.
de acquir.hered. Azor.d.cap.7.verſ.6. D.Molin.di-
ſp.552.num.5.*Septimus caſus eſt ſi ex ſuſpicione
executor remoueatur ab officio*Mantica d.tit.20.
num.4.Corraſenſ.de recuſat.cap.9.nu.30.* Octauus
caſus eſt ſi ſit lapſus terminus aſſignatus ad exe-
quendum *Iacob. à Canibus ſup. ex num.17.ad nu.
25.Azor.d.cap.7.verſ.4.Mantica ſup.tit.22. n.30.
& ſeqq.* Nonus caſus eſt vt finiat facta iam exe-
cutione *Iacob. à Canibus ſup.num.27. Mantica d.
tit.22.num.18.& ſeqq.* Decimus eſt ſi ceſſet cauſa
ob quam fuit quis conſtitutus *Mantica tit.20.nu.
2.& tit.22.n.45.Maſcard.d.concluſ.1016. n.16.*

63 In conſtitutione Actorum, ſeu Curatorum(vt
reuertamur ad locum vnde diſceſſimus) ſolet eſ-
ſe de ſubſtantia,vt ad effectum obtinendi iudicis
decretum, exprimatur aliqua cauſa neceſſaria,
vel ſaltim probabilis,aut voluntaria,putà ob in-
firmitatem, honeſtatem quando eſſet mulier, vel
ob pluralitatem negotiorum, vel aliquam aliam
ſaltim apparentem cauſam, alias actoris huiuſ-
modi deputatio non valeret ſecundum *Bar. in l.
actor.verſ. 3.quæro ff.rem ratam hab.* per *tex. in l.
decreto ff.de adminiſtr.tut,& l.ſolent,in fine ff.de
tutel.& §.fin. Inſtit.de curat.* ſequitur *Ang. in §.
præterea col.33.Inſtit.de except.verſ.quia vidimus.
Idem* tamen *Bar.in d.l.decreto* dicit communiter
teneri,quod ex voluntate poſſit actor conſtitui,
vt *l.neque C.de proc.* Sed conſultius foret, quod
ſemper aliqua cauſa quamuis generalis expri-
matur, Vt quia negotia pupilli ſint diffuſa, vel
ob impedimentum rei familiaris,abſentiam futu-
ram,aut ſimilia,vt diximus *ſup.*per *tex. in l.Thais
§.1.ff.de fideicommiſſ.libert. & l. ſi longius, in
princ.ff.de iudic.*

64 Sic ſi Actor à tutore,vel Curatore fuerit con-
ſtitutus,erit videndum qualiter de poteſtate con-
ſtituentium conſtet,& numquid fuerint adimple-
ta per ipſos adimplenda,adeò quod illis compe-
tat adminiſtratio,& poteſtas talia faciendi. Puta
videndum erit ſi fuerit Tutor, aut Curator vni-
uerſalis,& bonis datus,numquid ſollemniter ſa-
tiſdederit rem pupilli ſaluam fore, ſi modo non
fuerit teſtamentarius,vel datus ex inquiſitione
per *tex, in l. dubium C. de tut. qui non ſatiſd.* Et
numquid illi promiſerint defenſioné rerū, & ip-
ſius pupilli ſuſcipere,ac iurauerint, & ſe ac bona
ſua obligauerint pro eo vtilia facere, & inutilia
prætermittere per *tex,in l.fin.C. de eo qui pro tut.*
latè *Alex.conſ.129.col.2.lib.1.conſ.80.col.3. in
fin,lib.5.*vbi hoc declarat. Repertorium ſollem-
niter fecerint, & adminiſtratio per iudicem fue-
rit decreta,vt *l.tutor qui repertorium ff.de admini-
ſtrat.tutor.& l.ſi pluribus,in princ.ff. de author. tu-
tor.*Nam præmiſſis non adimpletis talis non poſ-
ſet aliquo modo authorare, vt probatur in *dictis
iuribus*, & *d.l.de creationibus, & l.fin.C.de curat.
furioſ.l.conſilio §.1.ff.eodem, & l.fin. C. arbitr.tut.*
Prædicta omnia ponit, & comprobat per ordi-
nem *Bar.in d.l.legitimas* Vbi in pluribus locis te-
ſtatur,ex defectu præmiſſorum vidiſſe multas tu-
telas corruere.idem aſſerit *Angel.in d.§.præterea
col.30.de except.Guid.Pap.q.335.* vbi ad hoc po-
nit quinque requiſita. *Capic. dec. 50.* vbi ponit
nouē requiſita,plura ponit *Roman.conſ.425.* vbi
ponit 15. requiſita adimplenda per tutores an-
tequam ſuſcipiant tutelam. *Virgil.de legitim. per-
ſon.cap.5.*

65 Omnia hec procedunt quo ad fauorem pu-
pil-

pillorum, & aliorum, qui alieno auxilio regūtur,
ſecus vero quo ad eorum præiudicium per *l. non
co minus*, vt ſatis diximus *ſup.* Ideò caute agen-
66 do à principio Copia ſimilium tutelæ, vel Cu-
ratoriæ peti debebit, ad effectum videndi num-
quid ſint validæ, & repellendi eos qui ſucceſſu
temporis geſta cum illis impugnare vellent, *Ga-
il.lib.2.obſ.107.num.1.Vueſembec.conſ. 35. nu.2.
Zang. de except. p.2. cap.8. num.13. Vulteius ad
tit.de bis per quos agere num. 12. Oſuald.ad Donell.
lib.18.c.12.lit.T.Perez de Lara in Cop.vitæ homin.
cap.20.Narb.de ætate ann.25.q.49.nu.7.* & copia
huiuſmodi etiam expenſis pupilli danda eſt *arg.
l.2.§.rectè defendi*, & ibi *Bar.ff.ex quib. cauſ in
poſſeſſ.eat.& l.1.in fin.C.de Curat.bonis dandis*, do-
cet *Ang.in d.§.præterea col.32. in fin. Inſtit. de
67 except.* Bene verum eſt non eſſe planum in iure
noſtro, poſſe peti in principio litis, vt exhibean-
tur, de qua re diximus *ſup.q.*
68 Et id quod diximus *ſup* ordinem eſſe, vt ante-
quam adminiſtratio per iudicem decernatur, con-
fici debere inuentarium, & fieri obligationes, ac
præſtari ſatiſdationes, procedit, vt ſi talis ordo
peruertatur, non vitietur actus. *Vant.hic n.150.*

S V M M A R I V M.

1 *Quomodo debeat Collegium, ſeu Vniuerſitas conſti-
tuere procuratorem, & quæ debeant concurrere? &
à n.2.ad n.9.& n.51. 52.53.54.55.56.*
10 *Vniuerſitas an poſſit congregari ſine licentia Capi-
tanei? & à n.11.ad nu.31.& nu.49.*
32 *An Vniuerſitas poſſit eligere deputatos, qui omnia
faciant non congregata Vniuerſitate?*
33 *Ad validitatem mandati requiratur ſubſcriptio ci-
uium, vel ſufficiat ſigillum Vniuerſitatis?*
34 *Quando minor pars obliget Vniuerſitatem?*
35 *Syndicus Vniuerſitatis quis ſit, quomodo conſtitua-
tur, & quæ poſſit facere? & à n.39.ad n.48. & à
n.50.vſq; ad n.73.*

De forma mandati dati per Collegium, Vniuerſitatem, vel Capitulum, & ſimiles perſonas, vbi plura de Syndico.

QVÆSTIO XXXIV.

SI conſtituens foret Collegium, ſeu Vni-
1 uerſitas, vel Capitulum, debet aduerti
numquid conſtituentes fuerint tempore
conſtitutionis more ſolito, & collegiali-
ter congregati, pro vt requiritur per *l.2.* & ibi
gl.C.de decur.lib.10.l.actuarios & ibi *Bar. C. de
mun.& actu eodem lib.Bal.& alij* poſt *gl.in l. nulli
ff.quod cuiuſque vniuerſ.Specul.in tit. de ſindic.col.
1.* & ibi *Bal.in addit.in princ.R.Marin.lib.1. cap.
293.num.7.Loſæus de Iure Vniuerſ.p.1.cap.3.num.
84.* vbi dicit conſenſum debere præſtari ſimul in
loco publico, nec ſufficere præſtari ſeparatim
poſt *tex.in l.2.ff.de decret ab ord.Theſ.dec.257. n.
8.& alios Trentacinq.vbi ſup.nu.14.* vbi limitat ſi
reſpectaret ad ſingulos, vt ſingulos.
2 Aliàs nulliter agitur *Mangrell.ad Bar. in l. quod
maior.ff.ad municip.Amendol.ad Franch. dec.446.
num.10.Manzi de proc.tit. de Syndico num.61. &
ſeq.Capibl.de baron.tom.2.cap.72.* vbi ponit requi-
ſita validi parlamenti, ſeu Concilij Vniuerſitatis
Caput.de regim.reip.cap.3.& 9.
3 Nec refert qualitercumque ſint congregati, dū-
modo in loco ſolito congregati ſint, vt dicit *In-
noc.in cap.2.de non.oper.nunciat.Abb.in cap.vnic.
col.3.in princ.extra de ſindic. Bar.in l.obſeruare
C.de decur.lib.10.Dec. conſ.199.circà fin.l.ſi quod
extraordinarium de legat. lib.10. Loſæus de Iure
vniuerſit.p.1.cap.3.num.71. Manzi de ſindic. nu.
4 60.* Alias non in loco ſolito geſta non valerent
Socc.conſ.95.lib.3 refert, & ſequitur *Amendol. ad
Franch.dec.446.num.6.* quid in Eccleſia *Loſæus
vbi ſup.num.73.74. Capibl. vbi ſup.* Nec tempore
ſtatuto in banno *Capibl.ibid. n.5.* Niſi loci con-
ſuetudo, aut Superiorum decreta obſtent, iuxta
ea, quæ ponit *Guid.Pap.q.106.* vel niſi adeſſet ali-
quod impedimentum belli, peſtis vel ſimilis, nam
tunc licet alibi ſe congregare *Loſæus ibid. n.72.*
5 Debent ciues vocari authoritate poteſtatis,
vel alterius Magiſtratus ſolemniter, hoc eſt ſono
tubæ, vel pulſata campana, vel voce præconis *d.l.
2.in 3.gl.C.de decur.lib.10.l.aliud §.refertur ff.de
reg.iuris Trentacinq.var.tit.quòd cuiuſque Vniuer-
ſit.nomine reſol.1.num.1. Loſæus vbi ſup. num.75.
Manzi de ſyndic. num.60. Capibl.ſup. Tellez in c.
1.de ſyndic.* Et id quod diximus, quod ſufficit
qualitercumque ſint congregati, dummodo in lo-
co ſolito ſint congregati, intelligitur ſi omnes de
Vniuerſitate ſint congregati, aliàs ſecus. *Trenta-
cinq.ibid.nu.17.verſ.nota.*
6 Debent omnes Conſiliarij vocari, & interue-
nire duæ partes ex tribus illius Collegij, ſeu
Vniuerſitatis, & quod maior pars ex præſentibus
conſtituat, aliàs non valeret *l.nulli, & l.planè.ff.
quod cuiuſque Vniuerſ.cap.cum omnes*, & ibi *DD.
de conſtit.gl. & Bar.in l.obſeruare C. de decur. lib.
10.* verb *munera Loſæus de Iure vniuerſ.p.1.cap.3.
nu.75.& 72.Manzi de proc.tit.de ſyndic.nu.35.&
60.& ſeq.Rub.dec.133.n.8.p.5.tom.1.Burſat.conſ.
159.vol.2.* dicens debere interuenire, & concur-
rere duas ex tribus partibus, ad faciendum legi-
timum mandatum procuratoris *R. Marin. d.cap.
293.& 337.* poſt *Gemin.conſ.139.& Tuſc. lit.M.
conclus.59.* quid quid dicant canoniſtę ſufficere
ſcil. ſi Vniuerſitas ſit vocata, & congregata de
mandato Superioris, licet non interueniant duæ
ex tribus partibus, nam prima opinio Ciuiliſta-
rum, eſt verior, & contraria reprobata, vt dicit
Loſæus vbi ſup.nu.77.
7 Et quod fuerit maior pars in ipſa conſtitu-
tione exprimi debet per *l. nominationum C.de
decurion.lib.10.* vt dicit *Bar. in l.fin. C. de præd.
cur.& l.2.& l.procurator.de decur.eodem lib.Loſæus
de Iure vniuerſ.p.1.c.3.n.77.* poſt *Alex.conſ.195.
n.4.vol.7 & conſ.47.n.11.vol.6.* & ſi ſint præſē-
tes duæ ex tribus partibus decurionū nō requi-
ritur ſpecialis citatio abſētiū, & nō ſunt expectā-
di abſentes extrà ciuitatē nec infirmi, vel aliter
impediti *Bar.in l.vl.n.2. C.de legation.lib.10.* niſi
in

in tribus caſibus, de quibus per *gl. in cap. præſentium de elect. in 6. Franc. Marc. dec. 1339. n. vl. vol. 1. dec. 1030. 1334. 1036.*

8 Debent etiam ſingulariter exprimi nomina conſtituentium, qui præſentes ſunt, aliàs non creditur Notario aſſerenti in inſtrumento totam Vniuerſitatem, vel Collegium interueniſſe, ſed debent exprimi ſingula nomina *Maſcard. de probat. conclus. 1095. num. 24. Barboſ. in cap. vl. de procurat.* licet contrà teneat *Loſæus vbi ſup. num. 77.* qui poteſt intelligi ſi ſimus in antiquis, Et hoc ſi fieri poteſt, alias ſi fieri non poſſet, putà quod eſſet multitudo innumeroſa, ſi ageretur de actu magni momenti, deberent aliqua maximè maiorum nomina exprimi, & addi poſtmodum clauſulæ, videl. *Et plures alij duas partes Vniuerſitatis huiuſmodi facientes, ac totam illam repræſentantes &c.* aliàs conſtitutio non valeret, cum diſcerni non poſſet, an talis conſtitutio à duabus partibus ex tribus facta foret, vt tenuit *Bar. in l. 1. ff. de albo ſcript. per l. 3. C. de aliena. rei ad Ciuit. pertin. lib. 12. & in auth. hoc ius porrectũ C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. Bal. in l. neque in fin. C. de procur. & l. 1. ff. de magiſtr. conueu. & l. 1. in princ. ff. de reb. cred. ciuitat in fine ff. ſi cert. petat. Ant. de Butr. & alij in d. cap. vnic. de ſindic.* ita eſſe faciendum dicunt *Io. Andr. ad Spec. eodem titul.* verb. *porrò in fin. Alex. conſ. 1. col. 2. lib. 4. Rot. dec. 555. & 132. in antiq. Capyc. dec. 4. col. 2. Tuſc. d. lit. M. concluſ. 59. R. Marin. d. cap. 293. num. 7.* latè *Loſæus de Iure Vniu. p. 1. cap. 2. num. 23. Manz. de ſyndic. num. 69. 70. Trentacinq. vbi ſup. nu. 10.*

9 Et ſi ſimus in antiquis, & dubitetur, an Vniuerſitas fuerit legitimè congregata vel ne, præſumitur ob temporis antiquitatem quod fuerit legitimè congregata *Crauet. de antiquit. tempor. f. d. 128. num. 41. Loſæus ſup. num. 80.* De *Iure* noſtro Neap. Sindicus, vel procurator deſtinandus ad Ciuitatem Neap. per Ciuitates, vel loca Regni debet eligi Congregato Conſilio, vt eſt diſpoſitũ per *pragm. 8. de adminiſtr. Vniuerſ. & prag. 3. §. 5. & 6. de proc.*

10 Vniuerſitas nequit ſe congregare abſque præſentia Iudicis loci per *tex. in l. obſeruare C. de decur. lib. 10. gl. in l. nulli ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nom. l. fin. C. de legib. Bar. in l. actor col. penul. verſ. vltimus ff. rem ratam hab.* adeſt ſimiliter *tex. in l. omni notatione C. de epiſcop. & clericis* vbi *Alberic. & Alciat. Idem Alciat. conſ. 360.* vbi hoc ponit pro regula; licet *conſ. 364.* dicat de iure eſſe contrarium, licet conſuetudo aliud ſeruet. Pro hac concluſione recepta in noſtro Regno, ſunt *Loſæus de Iure Vniuerſit. p. 1. cap. 3. num. 66. Capibl. d. cap. 72. num. 8. Rouit. dec. 60. num. 12. Borrell. de compromiſſ. §. 1. gl. 3. num. 291. Cancer. var. lib. 3. c. 13. num. 163. Auendan. de exequ. mand. lib. 2. cap. 15. Seſſe de inhibit. cap. 29. §. 1. num. 23. & ſeqq. Trentacinq. var. reſol. lib. 1. reſol. 1. num. 1. tit. quod cuiuſque Vniu. nom. Franch. dec. 446. Franc. Marc. dec. 800. num. fin. dec. 779. num. 1. dec. 799. nu. fin. dec. 780 num. 10. dec. 640. nu. 4. vol. 1. Montanar. in prag. 2. nu. 265. de adminiſtr. Vniuerſ.* quidquid dicat *Crauet. conſ. 4. & Vrſill. ad Afflict. dec. 376. nu. 5.* quos impugnat *Cancer. vbi ſup. Capibl. de baron. prag. 10. num. 57. in paruiſ.* Ratio eſt quia alias

11 non appellaretur parlamentum, ſed conuenticula, & conſpiratio, quæ fieri prohibentur *arg. cap. ſi nodum c. regula cap. ne liceat, & cap. multis diſt. 17. Caſſan. in conſuet. Burg. des foreſtes rubr. 13. §. 6. Borrell. de Magiſtr. edict. lib. 3. cap. 8. Nouar. ſuper l. obſeruare C. de decur. lib. 10.* Quæ concluſio ſpe-

12 cialiter procedit ſi velit ſe congregari pro faciendo procuratore *Faber. in §. Vniuerſitatis Inſtit. de rerum diuiſ. Caſſan. vbi ſup. num. 5. Gobin. de proc. p. 1. c. 3. n. 22.*

13 Ex hac ratione orta fuit in hoc noſtro Regno Neap. *pragm. 9. de adminiſtrat. Vniuerſitat.* per quam ſancitum eſt, vt Vniuerſitates, & Plateæ non poſſint ſe congregare abſque licentia Proregis pro faciendo aliquo donatiuo, de qua re eſt *Caputus de regim. reip. cap. 3. num. 18.* vbi *n. 17.* dicit, interuentum officialis, debere eſſe neceſſario in actu, & tempore actus ex *l. obligari §. tutor ff. de auth. tutor. Innoc. in cap. conſuetudo, & Socc. in l. 1. num. 24. & 25. Nouar. in d. prag. 9. R. Tap. dec. S. C. 30. n. 15.*

14 Benè verum eſt Plateas, & Sedilia Ciuitatis Neap. poſſe ſe congregare abſque licentia, & authoritate Superioris, & eſt ſpecialis Ciuitatis prærogatiua. *Summonte de Neap. illuſtr. lib. 1. c. 25. num. 2. Rouit. in pragm. 2. de admin. Vniuerſ. nu. 1. Taſſon. de antefat. verſ. 3. obſ. 4. num. 242. Caput. de reg. reip. c. 3. n. 17.*

15 Et poſſunt ſe congregare ſine licentia Proregis, etiam pro mittendo legatum ad Regem, quãuis deinde legatus non poſſit ſe conferre ſine Proregis licentia *Reg. Marin. ad Reuert. dec. 500. num. 2.*

16 Concluſio *ſupra* poſita quo ad interuentum officialis, Limitatur aliquibus modis. Primo quãdo velint ſe congregare pro ſe defendendo ab iniuſtitijs officialis, nam hoc caſu non eſt neceſſaria officialis præſentia, ſi velint comparere coram Superioribus Magiſtratibus, cum hoc caſu poſſit quiſq; ſe præparare armatus ad ſua iura defendendum. *Iſern. Præpoſ. Affl. cum alijs in cap. 1. §. conuenticula de pac. iuram. firm. Marſil. ſing. 456. Ruin. conſ. 1. vol. 1. Sola ſuper decret. Sabaud. gl. 15. ſub num. 3. tit. de Caſtell. Crauett. conſ. 4. Borrell. de magiſtr. edict. c. 8. n. 21. lib. 5.*

17 Praxis tamen in noſtro Regno Neap. eſt, quod Vniuerſitas debeat congregari præſente officiali Iuſtitiæ pro electione Sindici, vel electorum, ſed ſi voluerit congregare parlamentum contra Baronem, vel officialem, in his caſibus, quamuis petita, & non obtempta licentia officialis ſit, accedente tamen Superiorum authoritate congregari poteſt, vt de hac praxi teſtatur *Franch. dec. 446. Ponte de poteſt. Proreg. tit. 2. de abundant. Lamit. §. 7. nu. 29. Laurent. de Iudic. ſuſpect. cap. 5. n. 18. Maſtrill. de magiſtrat. edict. cap. 16. num. 203. lib. 4. Cancer. var. cap. 13. num. 170. lib. 3. Capibl. de baron. prag. 10. num. 57. in paruiſ. Thor. in comp. tom. 1.* verb. *Vniuerſitas* & ſic Collaterale Conſilium vel Sacrum Regium Conſilium expedit prouiſiones, quod liceat ſe congregare petita licentia, & non obtempta. *Capibl. in d. pragm. 10. num. 57. Nouar. de grauam. vaſſall. lib. 1. grauam. 301.* meminit *D. Luc. ad Franch. d. dec. 446. Loſæus de Iure Vniuerſit. p. 1. c. 3. num. 67.*

18

18 2. Limitatur ſi Vniuerſitas ſe congregaret pro
neceſſitatibus priuatis, vt bis deciſum per S. C.
refert *Capibl. in d. prag. 10. num. 58. in ſparsis.*
19 3. Quando adeſſet conſuetudo, vt Vniuerſitas
ſit ſolita congregari abſque interuentu officialis.
*Io: Fab. in §. vniuerſitatis Inſtit. de rerum diuis Guidon. Pap. dec. 106. Montanar. in d. prag. 2. nu. 264.
cum ſeqq. Caput. d. c. 3. n. 18.*
20 4. Vbi Vaſſalli litigarent cum Barone, nam
tunc petita licentia, & nõ obtempta ſe congregare
poſſunt, dummodo loquantur de cauſis contra
Baronem tantum, vt deciſum per noſtrum S. C.
refert *Anna ſing. 367. Carab. de ſindic. p. t. n. 166.
Amend. ad Franch. dec. 210. num. 24.* Licet ad ma-
21 iorem ſecuritatem Vniuerſitates ſoleant impetrare
ſaluaguardias à S. Regio Conſilio, ſiuè à
Collaterali Conſilio, & licentias ſiuè facultates,
vt valeant eius homines ſe congregare ad tractandum
negotium aduerſus baronem, quod non
interueniat officialis *Franch. dec. 446. Amend. ad
Franch. dec. 210. num. 25. Montanar. in d. pragm.
Caput. d. cap. 3. num. 19.* Verum bonum eſſet ad
euitandas rixas ſolitas euenire in dictis parlamentis,
vt Collat. Conſilium aliam perſonam
authoritatis, loco officialis deſtinaret.
22 5. Limitatur, Vt poſſit Vniuerſitas ſe congregare
abſq; interuentu officialis procapiendis malefactoribus
Vrſill. ad Afſl. dec. 265.
23 6. Quando Congregatio non fit ad malum
finem, ſed ad bonum, & de re licita, quia videtur
ceſſare ratio oẽ detur occaſio malignandi, & plura
mala concipiendi. *Ancbar. cap. 2. col. 2. & 3. de
verb. ſignific. in 6. Crauett. conſ. 4. num. 11. 14. 16.
& conſ. 216. lib. 3. Alciat. conſ. 360. nu. 3. col. 364.
num. 6. Menoch. conſ. 28. num. 12.* ſequitur *Bertazol.
conſ. crim. 165. p. 1.* vbi ſimiliter limitat quando
officialis eſſet ſuſpectus, per *conſil. Alciat.
360. n. 2. & conſ. 364. n. 6.*
24 Idem procederet quando ageretur de recurrendo
ad Superiorem, ad quem poteſt etiam recurri
abſque aliqua deliberatione legitimè facta
in Congregatione *Alciat. item d. conſ. 360. nu. 4.
7. & conſ. 364. num. 6. arg. tex. in §. ſit tibi quoque
terdium ſtudium Auth. de mandat. Princ.* vbi recurrens
ad Principem non punitur *Minad. in conſtit.
in aliquibus verſ. Comitem, vel Baronum n. 55.
Ponte. de poteſt. Proregiſ. tit. de abundant Ciuit.
§. 7. num. 3.*
25 7. Vt ſi congregatio fieret abſque officialis licentia
faciendo concilium, & Parlamentum, eligendo
ſyndicum, Electos, nam non per hoc homines
Vniuerſitatis in aliam pœnam incidérent,
ſed ſolum electio, actus, ſiue concluſio erit nulla
ità *Bar. & Bal. in d. l. nulli ff. quod cuiuſque Vniuerſ.*
26 Et licet aliqui dicant prædictos teneri ad pœnam
banni ſi extet, quod Ciues non faciant
Concilium ſine ipſius iudicis bannientis licentia
Tamen ſi concilium fuit factum ad bonum finem,
& ex cauſa neceſſaria, non tenentur ad præfati
banni pœnam, vt dicit *Crauett. d. conſ. 4. num. 15.
16. & 17.* & ſic poteſt conciliari eius opinio
cum ijs quæ diximus *ſup. verſ. Vniuerſitas* Dicit
etiam *Crauett. loco cit.* non teneri ad pœnam bãni
ſe congregantes abſque dicta licentia, ſi dicta
Vniuerſitas a tali banno ſe grauauerit, ſequitur
Niger in Cap. Regni incip. *grauamina num. 100.
cum ſeqq.*
27 8. Limitatur non procedere dictam concluſionem,
quando officialis eſt abſens, nam poterit
Vniuerſitas congregari de mandato antiquioris
Vniuerſitatis, qui videtur ipſo iure præpoſitus
*Ang. in d. l. nulli Arnon. cant. 36. Franc. Marc. dec.
805. vol. 1. Montanar. in d. prag. 2. num. 308. Caput.
d. c. 3. num. 20. Nouar. ſuper l. obſeruare C. de decur.
lib. 10. num. 10. Loſæus de Iure vniuerſit. p. 1. c. 3. n.
69.* vbi *num. 70.* limitat etiam in caſu, quo fuerint
congregati omnes de Vniuerſitate.
28 9. Limitatur non procedere in Vniuerſitate
non recognoſcente Superiorem, nam illa poteſt
magiſtratus, tribunos plebis, & conſules eligere,
& ſe congregare abſque licentia alicuius ſuperioris
*Bal. in l. inf. num ff. de publ. iudic. Ricc. ad
Franch. d. deciſ. 446.* quod mihi videtur indubitatum,
nam ſi ſupponimus illam non habere Superiorem,
quã nam Superioris authoritatem requirere
poteſt?
29 Si verò Iuriſdictio alicuius Terræ eſſet diuiſa,
& vnus eſſet dominus criminalis, alter ciuilis,
tunc ciuilis officialis dabit licentiam, cum ille ſit
dominus territorij, & non officialis criminalis
*Capri. d. cap. 3. num. 21. & Carrab. ſing. 146. Anna
ſing. 368. Montanar. d. prag. 2. num. 281. Cancer.
var. lib. 3. cap. 13. num. 163.* Verum ſi velles tenere
30 opinionem *Borrell. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 8. nu.
23.* dicentis vtrumque debere interuenire propter
rixas, quæ poſſent euenire, & homicidia,
quorum cognitio ad criminalem ſpectat, tunc
criminalis ſedebit à dextris, & ciuilis a ſiniſtris
Amend. ad Frãc. d. dec. 446. n. 3. ex Franc. dec. 338.
31 Et ſi Vniuerſitatem eſſe adunatam, appareret,
tunc præſumptio eſt quod ſit adunata cum interuentu
officialis iuriſdictionis ad excludendum
delictum, & ſaluandum actum à nullitate. *Loſæus
de Iure Vniuerſit. p. 1. cap. 3 num. 66. Caput. d. c. 3.
num. 20. in fine.*
32 Sed videndum eſt, An Vniuerſitas poſſit eligere
deputatos aliquos, qui omnia faciant non cõgregata
Vniuerſitate? Et videtur dicendum quod
ſic, & factum ab eis intelligi factum à toto populo,
vt dicunt *Bal. & Angel. in l. ſi municipes ff.
quod cuiuſque vniuerſit.* confirmat *Dec. conſ. 407.
num. 7. & conſ. 528.* Alias ipſi Anziani ſoli ſine
hac poteſtate eis tributa aliquod mandatum facere
non poſſunt *Vant. hic num. 127.* diximus *ſupra*
quamuis contra teneat *Bar. in l. 2. num. 8. C.
de decurion. lib. 10.* & deciſum per S. C. pluries referat
R. Rouit. in rubr. pragm. de proc. n. 40.
33 Diximus *ſupra* in conſtitutione Sindici, vel
alterius actus eſſe nominandas perſonas, quæ interueniunt
dicto actui, Nunc dicimus ſufficere
ſi ipſi conſtitutioni, ſeu inſtrumento ſigillum
eiuſdem Vniuerſitatis apponeretur, etiam quod
nomina conſtituentium non eſſent expreſſa, nam
præſumeretur facta ab omnibus, vel à maiori
parte Vniuerſitatis. *Rot. d. deciſ. 555. & 132. in
antiq.* quæ aſſerit ità ſeruari in Rota, dicit notabiliter
*Io. Andr. ad Specul. tit. de ſindic. col. 5. verſ.
porro* ſequitur *Panormit. in d. cap. vnic. col. 3. de ſindic.
Vant. hic. num. 152. Meſing. cent. 3. obſ. 18. poſt
med.* vbi deciſum refert, diximus *ſup.* poſt *Berlich.
tom.*

Google

*tom.1.concluſ.14.num.84.& 89.*vbi per ſuum Senatum deciſum refert.

34 Et ſi minor pars in coſtituendo promitteret, quod Vniuerſitas tota haberet illum gratum, & ratum, per hoc conſtitutio non conualeſceret; licet minor pars, quæ ſe obligauit, ex huiuſmodi clauſula ratihabitionis conueniri poſſet *l.1.ff.de magiſtr.conuen.l.teſtatrix §.plures ff. ſi ſeruit. vindic.Bal.ad Spec.tit. de ſindic.* in verb. *minor pars*,

35 Syndicus eſt procurator *Vniuerſitatis*, qui publica authoritate, & communi mandato cauſas, & lites Vniuerſitatis proſequitur *Vueſembec.de procur.tit.de ſyndic.num.3.Rosbach. in praxi ciuil. tit.22.de ſyndic. n.2. Tellez in c.1. de ſyndico* vel is qui pro *Vniuerſitate* interuenit, eiuſque nomine agit, ſiue conuenitur *Iul.Pac.tract.de proc.n.9. Loſæus de Iure Vniuerſit.p.2. cap.1. num.40. Cal-*

36 *uin.in lexic*, verb. *ſyndicus*. Imo etiam pro Eccleſia poteſt agere pro recuperando legato illi facto *Gratian.diſcept.368.num.* 13. cum quilibet de populo agere poſſit. *§.ſi autem Auth. de Eccleſiaſtic. titulis.Vocab.Iuris verb.ſyndicus.*

37 Vniuerſitas eſt collectio, ſiue congregatio plurium perſonarum in ciuili ſocietate ſimul viuentium. latè *Loſæus de Iure vniuerſit.p.1. cap.1. & 2.* & nihil aliud eſt, quam homines Vniuerſitatis *Gaill.de pace publ.cap.9.nu.13.Myſing. cent. 4.obſ.78.num.8.Caluin.in lexic.* verb. *Vniuerſitas*

38 Vniuerſitas poteſt agere, & conueniri in iudicio. *l.ſicut ff. quod cuiuſque Vniuerſit.nomine*, quod

39 adeò eſt verum; quod ſi ad vnũ recidat, adhuc nihilominus admittendum eſt, eam poſſe conuenire & conueniri, quia ius omnium in vnum recidit, & extat nomen Vniuerſitatis; nam in vniuerſalibus nihil refert verum omnes ijdem maneant, an pars maneat, vel omnes immutati ſint *d.l.ſicut ff. quod cuiuſq; &c.* Et ſemper Vniuerſitas durare cenſetur quandiu vna perſona ſupereſt, etiam ſi perſonæ aliquæ intercidant, aut aliæ recipiantur *l. proponebatur 76. ff. de iudicijs Vueſembec. in tit. quod cuiuſque vniuerſitatis num.2.in fine.*

40 Syndicus dicitur quaſi ſingulorum cauſas dicens, quod falſum eſſe dicit *Myſing. §. procurator num.6.7.Inſtit. de his per quos agere poſſ.* Dicitur varius à verbo græco *Syndicheim*. quod eſt idem, ac patrocinari, ſeu defendere *l.fin.§.defenſores 13. ff.de muner.& honor. Vueſenbec. vbi ſup. Rosbach. eodem tit.num.2.* vbi dicit dici à lite, ſeu cauſa *Loſæus de Iure Vniu. p.2.cap.1.nu.45.Caluin. vbi, ſup.Capit.de regimine Vniuerſit.c.7.n.5.*

41 Conſtituitur ſyndicus propter neceſſitatem, vtilitemque tam Vniuerſitatis, quam priuatorum quibus lis, & negotium cum Vniuerſitate intercedit, nam abſque conſtitutione Syndici communitas neque agere, neque cum ea agi rectè poteſt *Vueſenbec.ſup. num.4. in fine, & num.8. in princip.*

42 Non quælibet communitas poteſt habere Syndicum, niſi illa, cui permiſſum eſt habere corpus Collegij, ſocietatis, ſeu cuiuſcumque alterius nomine *l.1.ff.quod cuiuſcumque vniuerſit. nomine*, nec intereſt qualis nam ſit vniuerſitas ſiue ruſticorum dummodo ſit approbata, & non prohibita *Vueſenbec. num.4. Rosbach. in praxi tit. de ſyndic.nu.10.Tellez ad c.1. de ſyndico.*

43 Ad electionem ſyndici omnes de Vniuerſitate regulariter ſunt vocandi, & citandi, ſicut capitulares omnes ad electionem Prælati ſunt vocandi. *c.quia propter 42. cap.quod ſicut 28. de elect. Vueſembec. d.num.4.*verb.*quanquam Rosbach. vbi num.11.Io: Heiman. Stamm.de ſeruit.perſon. lib.1. tit.4.cap.1.num.9.*verum debent interuenire duæ

44 partes ex tribus *l.2.& 3.ff.de decret.ab ordin.faciendis l.3.ff. quod cuiuſcumq; Vniuerſit. nom. Loſæus de Iure vniuerſ.p.1.c.3.n.75.*

45 Dum diximus omnes de Vniuerſitate eſſe vocandos, dicimus hoc eſſe intelligendum in illis, qui ius ſuffragiorum habent, non de alijs, qui ius conuentuum, & comitiorum publicorum non habent *Vueſembec.d.nu.4.verſ. quod autem Rosbach. num.12.* vt ſunt mulieres, impuberes, & ſimiles *Tellez in cap.1.de ſyndic.Manzi lib.de proc.tit.5. de ſyndic. num. 31. & ſeqq.* vbi *num.32.* quo ad mulieres dicit illas poſſe eligere ſyndicum ſi Collegium habeant, vt in monaſterijs, aſceterijs, xenodochijs, & alijs locis pijs, ex *tex.in l.placet C.de Epiſc.& cleric.*

46 Etiam pater poteſt dare ſuffragium filio, & è contra *l.5.6.ff.quod cuiuſque Vniuerſit. nomin.* Et etiam Superior alicuius Vniuerſitatis putà conſul, vel duumuir, vel defenſor eligi ſyndicus poteſt poſt *Bar.in l.nulli 3.ff.quod cuiuſque Vniuerſ.nom. Vueſembec.de ſyndic.n.5.Rosbach.in praxi eod. tit. n.22.* Poteſt eligi vnus ex illis, quibus poteſtas eligendi data eſt *l.4.ff.eodẽ* Filius fam ſyndicus, vel actor eſſe poteſt *l.6.in fin.ff. eodẽ,l.filius C.de decur.lib.10.*cũ in publicis patria poteſtas nõ attẽdatur *l.9.ff.de his qui ſunt l.77.& ſeqq.ff.de iudic.*

47 Nemo ſibi ipſi dare poteſt ſuffragium *l.5.ff.de offic.præſid.*cum ſuſpectus ſit, qui ſe ipſum ingerit *l.25.ff.de proc.*

48 Plures ſyndici dari poſſunt, & plures dati cẽſentur dati inſolidum, etiam ſi in inſtrumento ſyndicatus expreſsè non caueatur *l.11.& ſeqq.ff. ad municipal.Manzi vbi ſup.tit.de ſyndic.num.51.* diximus *ſup.q.24.Virgil.d.c.21.n.23.*

49 Syndicus poteſt conſtitui ad omnia negotia, & omnes reip. Cauſas, & controuerſias non tantum præſentes, ſed etiã futuras, quæ quandocũq; incidere poſſunt *l.item 6. §. ſed ſi ff.quod cuiuſq; Vniu.nom.*& in hoc differt ab actore, qui ſolum ad cauſas præſentes conſtituitur, quia vbi non eſt præſens iudicium, ibi nec actor eſſe poteſt *arg. d.§. poſt Vueſembec, & Rosbac. Manzi vbi ſup.nu. 55. Loſæus de Iure Vniuerſ. p.2, cap.1. num.35. 36. 37.* vbi ponit rationem, Datur etiam ad cauſas criminales dummodo habeat mandatum ſpeciale *Myſing.cent.4.obſ.76. num.3.4. Gaill.de pace cap.10.num.11.Damhaud.in pract.crim.cap.24. n.2.*poſt alios *Manzi ibid.n.56.*

50 Poteſt conſtitui vel indefinite ad omnes Vniuerſitatis cauſas, vel definitè ad certas cauſas item ad certum tempus, puta ad quinquennium, vel decennium, quibus finitis officium illius finit *Manzi vbi ſup.num.65.* Verum ſicut procurator lite conteſtata non poteſt reuocari, ſic & ſyndicus ſine ſuperioris authoritate *Bar. in l.6.§. quod ſi actor num.1.& ibid. Caſtr.ff. quod cuiuſcumque Vniuerſ. nomin.*eſt *tex. in d.l.6.§.ex yſdem cauſis Loſæus de Iure Vniu. p.2.cap.1.num.55.* Verum ſi

ſi ſit conſtitutus vſque ad certum tempus, & tem-
pus eſt finitum, lite conteſtata ab aduerſario cogi
poteſt ad proſequendum, niſi ſyndicus allegor
aliquam iuſtam cauſam ex his, quæ ponuntur in
l. poſt litem cum ll. ſeqq. ff. de proc. Ab Vniuerſitate
ſecus, niſi forte ceſſauerit in reddendis inſtrumē-
tis, & reddenda ratione, vt dicitur de tutore, &
curatore *l. 5. §. poſt completum* vbi *Bar. ff. de admin.
tut. Marc. dec. 55. num. 2. vol. 1. Alex. conſ. 135. nu. 2.
vol. 2. Loſæus de Iure Vniu. p. 2. c. 1. n. 60.*

Cauſas Vniuerſitatis nemo alius niſi ſyndicus
agere poteſt per *tex. in l. nulli ff. quod cuiuſq; Vniu.
nomin. Manzi vbi ſup. num. 71.* Eandem poteſta-
51 tem habet ac procurator in cauſis priuatorum
l. 6. §. fin. ff. eodem, & ſic poteſt intentare, & mo-
uere actiones competentes ipſi Vniuerſitati *l. pro-
curatores 30. C. de decur. lib. 10.* Et omnia alia ne-
gotia ipſius reip. expedire *Loſæus de Iure Vniu.
p. 1. cap. 3. num. 108.* Et ſyndicus ſicut procurator
priuatorum tenetur rempubl. defendere *l. 6. §.
actor ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nom. Manzi vbi ſup.
num. 72.*

52 Talis ſyndicus cenſetur conſtitutus cum pote-
ſtate cum libera, etiam ſi hoc non ſit expreſſum
in inſtrumento ſyndicatus, vel conſtitutionis, &
ſic poteſt omnia, quæ poteſt procurator cum li-
bera, de quo diximus ſup. *Loſæus vbi ſup. nu. 109.
& ſeqq. Gaill. lib. 2. obſeru. 72. num. 11. Manzi vbi
ſup. num. 73. & ſeqq. Virgil. d. cap. 21. n. 4. & ſeqq.*

53 Syndicatus officium finitur iiſdem modis, qui-
bus finit officium procuratoris, de quo diximus.
Signanter finit morte ſyndici, non autem morte
conſtituentium, qui numquam moriuntur *l. an
vſuſfructus ff. de vſufr.* quia alij loco aliorum ſub-
rogantur *l. 7. §. fin. ff. quod cuiuſq; Vniu. nom. Vir-
gil. d. cap. 21. num. 18.* vbi id eſſe dicit ſi conſti-
tuatur ab Vniuerſitate, ſecus ſi à magiſtratibus,
nam illis mortuis re integra expirat, ſecus non
integra. Et elapſo tempore conſtitutionis, vt di-
ximus *ſup. hic num. 50.* non poteſt ſubſtituere pro-
pter abſentiam *Barz. dec. 118. in fine.*

54 Ad reuocationem ſyndici requiruntur eadem
ſollemnitates, quæ requiruntur in creatione ad
*tex. in l. nihil tam naturale ff. de regul. Iuris Man-
zi vbi ſup. num. 89. Roman. conſ. 65. nu. 2.* latè *Gra-
tian. diſcept. 168. num. 1. & ſeqq.* qui ſecus *nu. 9.*
dicit de ſyndico conſtituto ab Abbate cum Ca-
pitulo, nam ſolus Abbas poteſt illum reuocare,
quia aſſociatio Capituli fuit voluntaria.

55 In effectu ſyndicus, & procurator idem ſunt,
debet ſolum aduerti in modo conſtituendi, & in
perſona conſtituentis. Vnde ſi Vniuerſitas dicat,
conſtituo N. procuratorem, iſte eſt ſyndicus, ſi verò
priuatus dicat: *conſtituo N. ſyndicum meum* iſte
eſt procurator *Loſæus de Iure Vniu. p. 2. c. 1. n. 42.*

Non differt ſyndicus ab actore regulariter
per *tex. in l. 1. §. 1. ff. quod cuiuſque Vniu. nom.* ibi
actorē, ſiue ſyndicum l. nec Ciuitatis 74. ff. de proc. In
aliquibus tamen differt, quia ſyndicus conſtitui-
tur tam ad negotia, quam ad iudicia, ſed actor ad
lites tantum *l. 2. ff. quod cuiuſque Vniu. nom.* ſyn-
dicus conſtituitur ab ipſa Vniuerſitate, Actor po-
56 teſt conſtitui ab adminiſtratoribus Vniuerſita-
tis, putà ab Antianis, Prioribus, ſeu conſulibus
ipſius Vniuerſitatis, ſicut à tutore, vel curatore
etiam conſtituitur *l. neque C. de procurat.* ſyndicus
conſtituitur ſine decreto iudicis ab ordine decu-
rionum *l. 3. §. item collegium ff. ad S. C. Trebell.* Sed
actor quando conſtituitur non ab ipſa Vniuerſi-
tate, ſed ab eius adminiſtratoribus debet conſti-
tui cum decreto Iudicis ſeu Magiſtratus *d. l. neq;
& l. ſi actor C. de appellat.* latè *Loſæus de Iure Vni-
uerſit. p. 2. cap. 1. num. 26. & ſeqq. Myſing. cent. 4.
obſ. 78. num. 9. Manzi lib. de prouiſ. de ſyndico nu.
12. & ſeqq. Tellez in cap. 1. de ſyndico.*

57 Habemus in Iure noſtro etiam *Oeconomum*, qui
conſtituitur ab Epiſcopo, & in rebus Eccleſiaſti-
cis *gl. in l. 1. §. quibus verb. ſyndicus ff. quod cuiuſque
Vniu. nom.* vbi ponit differentias inter ſyndicum,
actorem, & oeconomum *Bar. in d. l. 1. §. 1. nu. 1.
Papienſ. fol. 375. num. 1. Caluin. in lexic. verb. Oeco-
nomus* videnda *dec. 34.* poſt *Tract. Poſſy de manut.*
vbi de poteſtate *Oeconomi.*

58 In conſtitutione huiuſmodi ſindici, ſeu actoris
non eſt neceſſarium aliquod Iudicis decretum,
prout diximus in conſtitutione aliorum actorū,
ſeu curatorum, vt eſt *gl. & Bar. in l. actor ff. rem rat.*
per *tex. in l. 2.* vbi *Bar. C. de decur. lib. 10. cap. in
cauſis extrà de procur. Abb. & Innoc. in cap. fin. col.
pen. eodem tit.* poſt *Ranchiar. p. 2. q. 1. nu. fin. Man-
zi de proc. tit. de ſyndic. n. 64.*

59 Debet tamen rector, ſeu Magiſtratus interue-
nire vt *ſup.* diximus, quidquid dicat *Vant. hic.*
quòd interuentus eius, requiratur vbi aliter con-
gregari non poteſt, ſecus poſt quam eſt congre-
gata per *tex. d. l. 2. C. de decur. lib. 10.* Verum con-
ſtitutus cum authoritate magiſtratus, non poteſt
contrà ipſum magiſtratum, & Superiorem agere
Loſæus de Iure Vniu. p. 2. cap. 1. n. 67.

60 Non defuit tamen *Bal.* qui *in add. ad Specul. tit.
de ſindic.* dixerit, quod cum Vniuerſitas ſit loco
minoris, & priuilegijs minoris gaudeat, vt dicunt
*idem Bal. Cyn. & alij in l. Reip. C. ex quib. cauſ. ma-
ior.* modernè *Rodriq. de ann. reddit. lib. 1. q. 14. nu.
67. Coſta de port. rat. q. 123. in fin. Grammat. conſil.
ciuil. 77. num. 7. Sfortz. Odd. de reſtit. in integr. q. 3.
art. 10. num. 69. & 70. Rouar. de elect. fori lib. 1. q.
24.* decretum requirat in conſtitutione huiuſ-
modi ſyndici. Verum contrà ipſos vltra *DD. ſup.
citatos* eſt *Loſæus de Iure Vniuerſit. p. 2. c. 1. n. 22.*
vbi reſpondet contrarijs.

61 In conſtitutione huiuſmodi poteſt dici ſic:
*Vniuerſitas talis, ſeu capitulum tale, in quo interue-
rant talis, talis, & talis &c. conſtituerunt &c.* Vel
dici poſſet: *Quod talis Prior, ſeu Abbas talis Mona-
ſterij de conſenſu ſuorum monachorum, ſeu Capituli
ibidem præſentis, &c.* vel *pro ſe, & talibus, ac talibus
ibidem præſentibus, & capitulariter congregatis, ac
pro vniuerſo Capitulo, ſeu Collegio conſtituit &c.* &
62 videtur quod ſimilis conſtituto valeret, quoniā
quiſque procuratorem pro ſe, & alijs præſentibus
& non contradicentibus dare poteſt, vt dicit *Rot.*
ſecundum *Biſſignet. tit. de procur. dec. 13. Spec. d. tit.
de ſindic. verſ. porrò.* Secus eſſet ſi diceretur: *Cano-
63 nici talis Eccleſiæ conſtituerunt talem procuratorē,*
quia ex quo talia verba poſſunt verificari in duo-
bus Canonicis, non concluditur, neque probatur
illum talem fuiſſe legitimè conſtitutum, vt dixit
*Anchar. & Imol. in cap. 4. de his quæ fiunt à prælat.
ſine conſenſ. Capit. Alex. conſ. 7. in fin. lib. 1.* Et tūc
etiam

Digitized by Google

54 etiam poſſet dubitari an ipſi Canonici voluiſſent conſtituere collegialiter vel ſingulariter, maximè ſi ageretur de re, ſeu materia ad Capitulum non pertinente, quia eo caſu magis iure ſingulari conſtituiſſe cenſendum eſſet, vt voluit *Spec.d.tit.de ſindic.§.fin.Oldrad.conſ.315.*

65 Sed ſi ex illius facie, aut aliàs appareret defectus eiuſdem, etiam quod Iudex pronunciaſſet ſiodicum habere legitimam perſonam, vniuerſitati tamen non præiudicaſſet, vt tenet *Spec.* & ibi *Io:Andr.col.2.* verſ.*quid ſi Iudex pronunciet* quod 66 intellige quando conſtitutio fuiſſet ipſo iure nulla, ſecus ſi ope exceptionis, vt declarat ibi *Bal.*in verb.*ſententia eodem tit.de ſydic. Alex.conſ.101. col.pen. vol.1. Golin. de procurat. p.3. cap.3. num.70.& 71.*

67 Eſt etiam notandum ſyndicum Vniuerſitatis non dici procuratorem ſingulorum, neque pro illis, tamquam ſingulis quicquam facere poſſe. *Rot.dec.426.in nou.Dec.conſ.61.col.2.in fin.lib.1. Alex.conſ.44.lib.1.Idem Dec.in c.cauſſe num.7. de reſcript. Vint. Gabriel.tit. quod cuiuſque Vniuerſit. nom.concluſ.1.num.7.Egid.Bellam.dec.10. Camer. var.lib.12,cap.14.de proc.num.2.Virgil.de legit.perſon.cap.21.num.20.*Et ſic ſindicos non poteſt accuſare baronem de iniurijs factis ſingularibus Ciuibus, vt deciſum refert *Bongiorn. in rit.Sicil.* 68 *149.* Sicut è conuerſo procurator ſingulorum, non eſt procurator Vniuerſitatis. *Dec. conſ.672. col.2.*

69 Poteſt tamen ſyndicus accuſare de iniuria facta Ciui, quando fuit in contemptum Ciuitatis *Bar.in l.1.§.eſque adeo ff. de iniurijs. Bongiorn. in add.ad Bertach.* verb.*ſyndicus* Sic etiam ſi Ciuis pateretur iniuriam in alia Ciuitate, quia ibi cogeretur ſoluere collectas. *Innoc.in cap. audītis de præſcript.& in cap.inquirente de offic.ordin.Virgil.d.c.21.n.21.*

70 Quæ alia requirantur ad conſtituendos ſyndicos à Pagis, & alijs communitatibus, dicunt *Bar. in l.nulli ff.quod cuiuſque Vniuerſit.nom. num.1.& ſeqq.Vueſenb.in comment.ff.eodem num.7. Emeric.à Roſbach.in ſuo proceſſ.tit.12.num.28. & ſeqq. Miſing.cent.3.obſ.18.Spec.lib.1.p.3. tit. de ſindic.nu. 2.& ſeqq. Nicol.Reuſen.lib.3.conſ.2. num.121.& ſeqq.Zanger.de except.p.2.cap.8.num.119.& ſeqq. Gaill. lib.6.obſ.46.num.6. Vult. lib.2. iuriſd. Roman.c.30.nu.31.*

71 Sed difficultas eſt, an ſyndicus ex numero perſonarum vniuerſitatis, vel communitatis, vel Collegij, vel Villæ, ſit conſtituendus? Et quod talis ſit conſtituendus, aliàs non valeat conſtitutio dicit *Angel. in §.penul & vl.Inſtit.de except.n.50.*

72 Alij autem tunc demum talem conſtitutionē vitioſam eſſe dicunt, cum idoneus dictorum locorum adeſt, aliàs non *gl.in l.planè* verb.*poteſt.*verſ. *ſi tamen ipſe,& ſeq.ff.quod cuiuſq. vniuerſ. nomin. Spec.lib.1.p.3.tit.de ſyndic. num.20. Emer. à Roſbach.in ſuo proceſſ.tit. de ſyndic.12.nu.21. & ſeqq. Lancell. de decur.nu.62.& ſeqq. Vueſenb. in comment.ff.quod cuiuſque Vniuerſ.num.nu.5. & conſ.35. num.17.p.1.Manzi de proc.tit. de ſyndic. num.43.*

73 Sed eſt vera opinio, quòd licet ſyndicus ex Vniuerſitate cōſtitui debeat ſi tamen extraneus fuerit conſtitutus, is admittitur, nec conſtitutio reſcindi debet, etiam ſi in vniuerſitate idoneus fuiſſet *Bal.in l.in eccleſijs C.de Epiſcop.& cleric. Beuſt.in rubr.ff.de Iure iur.n.189.& ſeqq.Andr.Rauchbar. q.1.num.4.& ſeqq.lib.2.*vbi deciſum refert; quam opinionem approbauit etiam Elector Saxon. *Berlich.tom.1.concluſ.14.n.117.& ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator non poteſt eſſe in iudicio ſi mandatum eſt reſolutum,& n.2.3.*

4 *Mandatum durat quouſque voluntas mandantis durare præſumitur,& n.5.6.7.*

8 *Mandatum poteſt reuocari non obſtante pacto de non reuocando,& à n.9.ad n.24.*

25 *An aliquo caſu poſſit non reuocari? & num.26.27. 28.29.30.*

31 *Plures caſus in quibus procurator non poteſt reuocari ante litem conteſtatam, & à n.32.ad n.38.*

39 *An,& quando procurator poſſit reuocari poſt litem conteſtatam? & à num.40.ad n.78.*

79 *An,& quando debeat notificari reuocatio mandati, ad hoc vt non poſſit procedi cum dicto procuratore?& à nu.80.ad nu.96.*

97 *Procurator conſtitutus cum decreto iudicis an poſſit reuocari ſine illius decreto?& n.98.*

99 *Quomodo conſtet de tacita voluntate conſtituentis volentis reuocare mandatum? & à num.100. ad num.165.*

166 *An per teſtes poſſit probari reuocatio procuratoris?*

Quomodo mandatum reuocetur expreſsè, & quomodo cenſeatur tacitè reuocatum An poſſit reuocari ante litem conteſtatam, & quando poſt?

QVÆSTIO XXXV.

Poteſt oſtendi quod is qui comparuit nō fuerit talis, neque aliqua comparendi poteſtas ſibi competierit, ſi poterit aliquo modo deprehendi, quod mandatum, ſeu poteſtas, 1 primo loco data fuerit reſoluta, & expirauerit, quia qui fuit, & non perſeuerat eſſe talis, non dicitur talis *l.ſi pro parte §. verſum* vbi *gl.* poſt *tex.* ponens, non dici factum illud quod non durat factum, cum ſuis *concord.*ibi adductis *ff.de in rem verſo gl.in cap.1.§.confirmatos* in verb. *demum de religioſ.domib.in 6. Surd. de alim. tit.7.q. 20.Brun.à ſole in locis commun.*verb. *factum n.16. Coſta de facti ſcient. & ignor. inſpect.11. Gratian. diſcept.115.num.33.diſcept.132.nu.25. cum ſeqq. Vax axiomat.Iuris lit.F.n.74.*

2 Sic idem eſt facere actum cum illo, qui non eſt procurator, nec vnquam fuit, ac facere actum cum illo, qui fuit procurator, & tempore quo fit, non eſt *l.cum quis, in princ.§.1.& l.ſi cum Cornelius ff. de ſolut.cap.ex inſinuatione cap. in noſtra extrà de proc.Bal.*in terminis *in l.falſus col.1. C.de furtis,& in l.licet col.1.poſt princ.C.de procur.gl.ordinaria in cap.ex parte* verb.*procurator,* & *in gl. fin.in princ.* vbi *Scrib. de reſcript.* poſt alios *Boer.*

Digitized by Google

deciſ. 274. num. 6. Et procurator reuocatus, & de
3 hoc certificatus nihil poteſt agere, & ſi agat eſt
nullum, quod agit, ſi peruenerit reuocatio ad ad-
uerſarium per *tex. in cap. in noſtra 4. de procurat.*
vbi *Barboſ. & omnes Salgad. in labyr. credit. lib. 1.
cap. 26. num. 108. & ſeqq.* dicemus *infrà.*

4 Mandatum procuratoris durat quouſque vo-
luntas mandantis durare præſumitur *l. ſi vero non
remunerandi §. ſi mandatæro ff. mandat. l. ſi pater ff.
de manumiſſ. vindict. l. vnic §. 1. C. de ſatiſd. in l. ſi
procurator §. fin. ff. de proc.* Quia mutatio volunta-
5 tis, ſeu illius extinctio eſt quid facti, & ſic non
præſumitur, quinimo potius præſumitur perſeue-
rantia *l. cum hic ſtatus §. 1. in fin. ff. de donat. inter.
l. cum tacitum ff. de probat. cap. maiores in fin.* vbi
*gl. & DD. de baptiſ. Rot. dec. 3. in princ. de dolo, &
contumac & dec. 1. de renunciat. Io: Andr. in c. licet
de proc. in 6.* Quamuis vult non præſumi conſti-
tuentem mutaſſe volontatem *Vant. hic num. 156.
Menoch. de præſumpt. lib. 2. q. 36. num. 1. Maſcard.
in celeberrimo Tractatu de probat. concluſ. 1280.
num. 1. Flamin. de reſignat. benefic. lib. 9. q.
25. num. 15. Golin. de proc. p. 3. c. 3.* Et qui ſe-
6 mel conſenſit, quotidiè conſentire videtur quo-
uſqus de contrario conſtet, *arg. d. l. ſi cum Corne-
lius, in fin. ff. de ſolut. & l. penul. in fin. ff. de vſufr.
accreſc.* ità concludit *Bal. in add. ad Specul. in tit. de
reo* in verb. *ſi pater ſatiſd. Alex. conſ. 189. in fin.
lib. 7. conſ. 81. col. 2. in princ. lib. 5. Dec. conſ. 172.*
7 & quod procuratoris reuocatio non præſumatur
ex *Iaſ. in l. ſancimus nu. 4. C. de teſt. Alex. locis cit.*
tradit *Menoch. præſ. 36. nu. 1. lib. 2. Coſta de remed.
ſubſid. remed. 48. illat. 1. num. 10.* Etiam ſi procura-
tur ſteterit per plures annos nihil gerendo, nam
non cenſetur reuocatus, niſi appareat de expreſſa
reuocatione, quidquid dixerit *Caſtr. conſ. 12. nu. 7.
lib. 1.* ſibimet contrarius *in d. l. ſancimus num. 2.* te-
net *Mareſcott. var. reſ. cap. 26. nu. 4. lib. 2. Bonacoſſ.
de præſ.* verb. *mandatum non præſumitur. fol. mihi
212. at. Golin.* poſt hos *p. 3. cap. 5. num. 31. & 32.
Vant. hic nu. 156. & 157. Maſcard. de probat. con-
cluſ. 1016. Barboſ. in cap. 3. num. 3. de proc. Gratian.
diſcept. 92. num. 13. Giurba dec. 70. num. 20. Baron.
de citation. tom. 2. in addit. ad 3. quæſt. num. 30. &
tom. 3. in ann. ad d. 3. quæſt. ſub n. 33. & de effect. ini-
mic. eff. 33. n. 3.*

Idcò ſemel conſtito de mandato, & poteſtate
comparentis, illi ſtandum erit, donec de contra-
rio oſtenſum fuerit. Oſtenditur tamen contrariū
ſi legitimè apparebit de expreſſa, vel tacita, aut
iure præſumpta ipſius mandantis contraria vo-
luntate De expreſſa reuocatione conſtabit; ſi per
8 aliud publicum inſtrumentorum, ſeu litteras, ſicuti
quis à principio aliquem conſtituerit, ità eundē
poſteà deſtituerit, ac reuocauerit, eidem, nè ſe vl-
terius in cauſa intromittat, inhibendo, quod etiā
ſi conſtituens iuraſſet ipſum nō reuocare, facere
poterit, antè litem conteſtatam, etiam ſinè cau-
ſa, licèt periurus fiat, vt dicit *gl. notabilis in cap.
fin.* in verb. *reuocatus de proc. in 6. Felin. in cap.
ex parte il 2. de reſcr. Surd. conſ. 264. nu. 41. vol. 2.
Molin. de pactis nupt. lib. 1. compurat. 25. nu. 52. 54.
Tepat. var. tit. 88. cap. 13. Gabriel. de iure iur. con-
cluſ. 1. lib. 2. à n. 7. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. n.
197. Benintend dec. 49. num. 2. Crued. ad ſextum*
collect. 3. num. 4. poſt alios *Barboſ. in cap. vi. num. 9.
de proc. in 6. Monter. dec. 43.* quod poſſit reuocari
procurator antè litem conteſtatam de Iure Luſi-
tano eſt *ord. Reg. tit. 26. in princ.* & apud Caſtella-
nos *l. 23. tit. 5. p. 3. Gratian. diſcept. 783. n. 3. San-
ch. de matr. diſp. 11. num. 9. lib. 2. Golin. p. 3. cap. 5.
num. 132. & ſeqq.*

9 Nam in his, quæ à libera voluntate volus pē-
deot, fieri non poteſt, etiam per pactum quo mi-
nus reuocare liceat *l. ſi quis in princ. ff. de leg. 3.
Bar.* per illum *tex. in l. cum precario ff. de precar.
Gratian. diſcept. 783. n. 37.*

10 Reuocatur tam per conſtituentem, quam per
eius hæredem, & ſucceſſorem *l. poſt litem 17. ff. de
proc. R. Galeot. contr. 60. num. lib. 1.* Cenſetur ta-
men reſtauratum mandatum, ſi poſt reuocationē
dominus patiatur procuratorem ſua negotia ge-
rere *Gratian. diſcept. 505. n. 40.*

11 Et licet poſſit dici quod valeat pactum, pro-
curatorem non reuocare, per *tex. in l. legem C. de
pactis l. contractus ff. de reg. iur. cum concord.* Vbi
quod contractus ex partium conuentione legem
accipiunt, & videtur in terminis *gl. in l. ſtichum §.
vſumfructum ff. de ſolut.* Facit etiam, quod poſſit
12 in perpetuum conſtitui procurator *l. & in
perpetuum ff. de proc. Ruin. conſ. 143. n. 2. vol. 4.*

13 Tamen in contrarium eſt ipſa veritas, quod
tale pactum ſit nullum, tamquam naturæ mandati
contrarium; vt per *Henric. Bouer. ſing. 26.* verb.
procurator num. 22. Marc. Mant. ſing. 543. num. 1.
Vbi quod non poteſt conſtitui procurator, vt ſit
in reuocabilis, nam mandatum eſt firmum, & du-
rabile ſolum ad mandantis beneplacitum eſt *tex.
in l. cum precario la p. ff. de proc. Abb. in cap. finem
litibus. in fin. de dolo, & contum. Mancin. de effect.
iuram. p. 4. effect. 22. nu. 11. Magon. dec. Lucenſ. 25.
num. 69. cum ſeqq. Coſta de retrotract. caſ. 13. in c.
8. num. 9. Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. cap. 27. nu. 5.
Mantua apothegm. 42. Natta conſ. 474. nu. 7. Surd.
conſ. 264. num. 39. vol. 2. Soc. iun. conſ. 44. num. 26.
lib. 2. Curt. ſen. conſ. 51. num. 10. Gabriel. concluſ. 9.
num. 9. de iure iur. Crauett. conſ. 191. num. 6. Pariſ.
conſ. 69. num. 145. lib. 3. Iuffred. Lunfr. dec. 499.
cent. 5. Ricc. collect. 1132. p. 4. R. Galeot. contr. 60. n.
1. lib. 1. Idem Ricc. ad Franch. dec. 490. Farinac.
dec. poſth. 447. p. 1. R. Marinis lib. 2. reſol. 148. nu.
5. & num. 11.*

14 Et quod ad nutum, & voluntatem domini
poſſit reuocari procurator dicit *Bar. in l. ſi non
remunerandi §. ſi mandauero ff. mandati Ioſ. Ludo-
uic. dec. Lucenſ. 44. num. 29.* Licet ſit cum iuramē-
15 to promiſſum non reuocari, vt de nouiſſima S.
C. praxi teſtatur *Gallup. in praxi S. C. p. 2. cap. 3.
num. 31. & 31. R. Galeot. contr. 60. num. 1. 3. & 11.
lib. 1.* deciſum refert per S. C. *Golin. de proc. p. 3.
cap. 5. num. 121. & Galeot. ibi* dicit reuocātem eſ-
ſe periurum, ſi ſine cauſa reuocet *R. Marinis lib.
2. cap. 148. nu. 4. 5. & 11. R. Martian. diſp. 91. lib.
2.* diximus *ad R. Rouit. conſ. 49. n. 5. lib. 3. Balb. d.
dec. 499. Magon. dec. lucenſ. 25. Nouar. ſuper prag.
de proc. in rubr. n. 33.*

16 Quæ omnia adeò vera ſunt, quod nec natu-
ralis obligatio ad obſeruantiam dicti pacti na-
ſcitur, cum ipſius pacti nulla ſit virtus *l. cum lex.
ff. de fideiuſſ.* Nec ex eo datur exceptio, quæ cau-

ſa-

fatetur,ſi eſſet contracta naturalis, vt dicitur in nudo pacto *l.iuris gentium* §. *quinimò*. verſ. *igitur ff.de pactis.*

18 Facit huic concluſioni, quod qui committit gubernium ſuarum rerum alteri, cum illo communicat adminiſtrandi potentiam,ſed pactum de ſtando in communi eſt nullum *l. in hoc iudicio* §. *ſi conueniat ff.communi diuid.* Pro vt dicimus de pacto,quod non liceat renunciare ſocietati,quod non valeat,ſed ea diſſoluatur ſuadente occaſione *l.ſi conuenerit*, *& l.ſi ſocius ff.pro ſocio.* Ratio cur
19 huiuſmodi pactum non reuocandi ſit nullum, eſt multiplex. Prima quia potentia reuocandi procuratorem eſt quadam naturalis facultas,quę nullo pacto tollitur *l.viam ff.de via publ.* & iure naturalia nullo modo poſſunt mutari §.*ſed naturalia Inſtit.de iure nat.gent,& ciuili.*

20 2.Quia cum natura mandati ſit quod re integra libere reuocetur, *l.ante litem ff.de proc.* pacto huic liberati contrarium,& quod vult mandatum non poſſe reuocari,vult leges ſuas in ſua diſpoſitione locum non habere contrà *tex. in l.nemo poteſt ff.de leg.* 1. *l.* 1.*ff.de teſtam.*

21 3.Si procurator re integra reuocari non poſſet,naſceretur abſurdum,quod poſſent procuratores melè ſe gerentes, dominos in ſummam paupertatem deducere,& ſic tale pactum tanquam fauori publico contrarium eſt improbatum *l. ius publicum l.iuriſgentiū* §.*ſi paciſcar.ff.de pactis.*

22 4.Contrà bonos mores eſſet, vt quis alienis negotijs ſe ingereret dominis inuitis, cum ius eos ſuſpectos reputet *l. quæ omnia* §. *nec ferendus ff.de proc.gl.in cap.*2. ver.*ipſo nolente de proc.in* 6. tradit *Angel.in l.ſtichum* §.*vſuſfructum. ff. de ſolution.& conſ.*225.*col.in med.* vbi etiam tradit,quod ex quo dictum pactum eſt contrà bonos mores omnis penalis adiectio eſt nulla *Marc.Mantua ſing.*453.*in fin.* Nam pacta turpia,aut ſaltem tur-
23 pem quæ poſſunt habere exitum, nulla ſunt, & omnia, quæ ſequuntur ex illis, vel ob illa *l.iure gentium* §.*prætor ait,&* §. *generaliter*, *& l.contra ius ff.de pactis l, pacta,quæ contrà C.de pact. Ang.d. conſ.*225.quod maximè procedere dicit, ſi ex cauſa ſuſpicionis reuocare vellet; nam eo caſu reuocans tutus eſt ab omni pœnarum incurſu, & ſic ex cauſa ſi fiat reuocatio periurium euitatur *Gutier.de iuram.confirm.p.*1.*cap.*1.*num.*8.*& ſeqq.*

24 Imo neque conſuetudine poteſt induci, vt quis non valeat reuocare procuratorem. *Gabriel. commun.de iure iur.concluſ.*1.*n.*30.

25 Eſt tamen aduertendum,quod licet non valeat pactum,quod non poſſit reuocari procuratio, tamen hoc procedit quando eſſet ſimplex pactum, & nulla ex eo oriretur obligatio, ſecus tamen dicendum eſt quando eſſet cum iuramento promiſſum,& alteri ius quæſitum,vt declarat *Rolan. conſ.*6.*num.*50.*vol.*1.*Boer.dec.*207.*num.*3. *Natta conſ.*426.*num.*11.*lib.*2. *Lup.de donat. inter vir.*§. 45.*num.*6.*ver.non obſtat Nouar.ſuper rubr.pragm. de proc.n.*33.*&* 34.

26 Item non procedit quando procurator eſt cōſtitutus in contractu correſpectiuo, nam tunc procuratio eſt pars contractus per *tex. in l.fundi partem* vbi *Bal.ff.de contrah.empt.Guid. Pap.ſing.*
27 273. Vel ſi accedat ad contractum irreuocabilē, nam etiam ipſum mandatum erit irreuocabile *l.ab emptione ff.de pact.Cephal.conſ.*118.*n.*7. *conſ.* 91.*num.*2.*vol.*1.*Mozz.de mandat.col.*4. *nu.*33.*fol. mihi* 594.*Golin.de proc.p.*3.*c.*5.*n.*145.

28 Similiter ſi mandatum eſſet factum ſuper eo, ad quod quis tenetur de neceſſitate,quod reuocari non poteſt in præiudicium procuratoris *Bal.in l.*1.*num.*11.*C.de action.& obligat.Gabriel. de proc. concluſ.*2.*num.*19.*Seraphin.dec.*531.*nu.*2. vbi dicit hoc magis procedere, vbi iam per procuratorem ceptum eſt agi ex *gl.in l.ſicut* §. *ſi proc.* ver. *hanc exceptionem ff.quib.modis pign.vel hypot. ſoluit* & dicit hoc eſſe vnum ex tribus caſibus comprehenſis *in l.* 3.*C.de nouat.*

29 Similiter non procedit ſi hoc pactum non reuocandi eſſet factum cum aduerſario,quia ex tali pacto nè aduerſarius illudatur benè oritur obligatio *Bal.in cap.nuntios n.*30.*de decimis* ex *l. ſi quis maior C. de tranſact.* Maxime ſi Notarius ſtipulatus fuerit pro his,quorum intereſt *Lup.de donat.inter virum* §.45.*n.*6. ver.*nec obſtat Bal.vbi*
30 *ſup.* Et licet poſſit reuocari mandatum ad libitū, vt diximus,tamen talis reuocatiō non retrotrahitur ad principium geſtorum per ipſum procuratorem. *Coſta de retrotract.caſ.*13.*c.*9.*per tot.*

31 Plures tamen ſunt caſus, quibus procurator ante litem conteſtatam reuocari non poteſt. Primo ſi ille procurator ſit conſtitutus in rem propriam *l.quæ omnia* §.*plane ff.de proc. & l.procuratore ff.eodem Fab.in C.lib.*4.*tit.*26. *n.*13. *Golin.de proc. p.*4.*c.*1.*& cap.*4.*nu.*22. *lib.*3. ponit aliquos caſus,in quibus poteſt reuocari. *Bertaz. de clauſ. inſtr.clauſ.*29.*gl.*2.*num.*4.*Cald. Pereira de empt.c.* 24.*num.*22. *&* 23. & deciſum fuit pluries per Rot.Rom. apud *Farinac.dec.*443.*n.*4.*p.*1.*recent.* & ideo morte mandantis non cenſetur reuocatus *Gratian.diſcept.*342.*n.*1.

32 2.Si procurator ille fecerit impenſas in præparatorijs litis,quas probabili ratione factas poteſt repetere,etiam ſi contrariam ſententiam reportauerit *l.etiam ſi C. mandat. Mantica de tacit. lib.*7.*tit.*19.*lib.*1. nam ſi conſtituens vellet illum
33 reuocare, illas reficere oportet *Bal.in l.ſi cum dotem* §.*eo autem tempore ff. ſolut. matr. Bertach.in repert.verb.proc.reuocatur n.*9. adeſt *tex.in l.niſi ff. de proc.* Ideo in hoc audiēdus eſt procurator, nec
34 ab eo vllo modo eſt lis auferenda. *Grat. diſcept.* 56.*nu.*17. *Rot.Rom.in nouiſſ.diſta p.*4.*dec.*353.per *tex.in l.quæ omnia* §.*planè ff.pro ſoc.Mauri de proc. q.*36.*idem Gratian.diſcept.*618.*num.*10.

35 Niſi ſoluatur ei etiam ſalarium ſibi debitum. *Gemin. in cap.* 2. *num.* 5. *vbi Franc. num.* 1. *de proc.in* 6.*Gratian.d.c.*56.*nu.*17. Quod intelligit *idem Gratian.cap.*618.*num.*11. dummodo non adſit iſta cauſa reuocandi, nam illa exiſtente ſi poſteà fuerit iuſtè reuocatus, & ob ſuam culpam, non debetur ei aliquod ſalarium. *Rot. dec.*122. *num.*1.*p.*2.*in recentiorib.* Et quæ ſit iuſta cauſa relinquitur in arbitrium iudicis,cum certa regula non poſſit tradi. *Gratian.ibidem.* Et debet apparere oblatio de ſoluendo,nec ſufficiat verbalis oblatio domini reuocantis procuratorem *Rot. d. dec.*353.ſequitur *Marta in ff.nouiſſ. tom.*1.*tit.procurator.cap.*162. Imo talis procurator poteſt re-
36 tinere ſcripturas litis pro dictis ſumptibus factis

l.qua

Digitized by Google

l.quæ omnia 25.in fin.ff.de proc. Secus pro ſalario
vt bene contra alios defendit *Gratian.diſcept.56.
num.17.& 618.num.1.& ſeqq. Gobin.de proc.p.3.
c.5.nu.15.& ſeqq.*

37 3. Si quis nolit alium procuratorem conſtitue-
re, ſed velit per ſe litigare, & tamen iſte dominus
ſit perſona Illuſtris, vel ſimilis, quæ non poteſt
per ſe litigare, nam tunc talis reuocatio non va-
leret *Gratian.diſcept.forenſ.d.cap.618. n.16.*

38 4. Quando Dominus ſit pupillus, & procura-
tor ſe pro domino in aliquo iudicio obligauerit
*Gratian. d.cap.618. num.16. Gobin. de proc.p.3.
cap.5.num.4.*

39 An, & quando procurator poſſit reuocari poſt
litem conteſtatam, Videbimus hic, & ponimus
regulam: lite conteſtata, illo inuito, reuocari non
poſſe à conſtituente, per iura nimis clara in *l.poſt
litem ff. de procur. l.procuratoribus C. eodem
cap.2.* vbi *gl.tit. eodem in 6.* bene *Bar. in l. ſi quis
cum procuratorio 31.§.iulianus ait.ff.de proc.D.Pe-
tra in tit.105.nu.15.* Ea eſt ratio, quia eſt effectus
dominus litis *Boer. dec.285. num.4. Ricc. collect.
1132. Rota dec.172.nu.1.& dec.194. nu.1. apud
Farinac.p.1.recent.eadem Rota dec.386. num.3.d.
p.1.recent.* declarans cum *Caſſad.dec.2. nn.4.5.de
appell.* hoc procedere quando expreſsè reuoce-
tur, non quando tacitè. *Ludouiſ. dec.548.num.6.*
licet contrarium quo ad hoc vltimum dicat *Bar-
boſ.in c.1.de proc. in 6.n.6.ante finem.& in c.12.
n.vl.de proc.* diximus *ad Rouit.conſ.49.n.6. lib.3.*

40 Regula hæc habet limitationes aliquas, pri-
ma eſt ſi adſit iuſta cauſa, putà ſi ſuperueniant ini-
micitiæ capitales inter ipſum, & dominum con-
ſtituentem *l.filius fam.§.vl.ff. de proc.& l.Vel exi-
lio ff.eodem c.quamuis 2.de proc.in 6.* vbi *Barboſ.
num.1.& 7.ex Menoch.lib.2.præſ.36.num.7.Men-
dez. à Caſtro in praxi Luſit.lib.1.c.3.num.42. Idē
Barboſ.in cap.3.de proc.* aut alio modo ſit ſuſpectus
l.item ſi ſuſpectus 19.ff.eodem puta ſi incipiat liti-
gare cum conſtituente *Farinac. dec.172. num.1.
p.2.recent. Baron.de effect. intent. eſſ.33.* Et ſuſ-
41 picio debet probari, cum non ſufficiat ſola alle-
gatio *gl.in d.l.item ſi ſuſpectus.*

42 Secunda ſi ſuperueniat affinitas inter procu-
ratorem, & aduerſarium, vel eius hæres fiat *l.aut
adfinitate 22.de proc.d.c.2.de proc.in 6.* Tertia
ſi ingrediatur religionem, vel diù peregrinetur,
aut carceratus, aut ægrotus, vel alia rationabilia
cauſa ſubſit *d.c.2.de proc.in 6.* vbi *DD.* ſignanter
Barboſ. de qua re etiam *infra* & quod ſtante iuſta,
43 & rationabili Cauſa poſſit reuocari poſt litem
conteſtatam dicunt *Seraphin. dec.195. num.1.
Rota dec.353.num.1.p.4. diuerſ. Gratian.* latè *di-
ſcept. 618.num.19.* Quæ rationabilis cauſa, cum
44 non poſſit ſub certa regula tradi relinquitur ar-
bitrio iudicis, poſt alios *Farinac.d.dec.172.nu.1.
p.2.recent.* vbi *ſub n.2.* dicitur eſſe neceſſaria co-
gnitio iudicis, ſaltem ſummaria ſuper dicta reuo-
catione, ſi procurator ſe oppoſuerit, ſecus ſi ſe
non oppoſuerit. Et quando nullus ſe opponit,
ſcil. nec pars aduerſa, nec ipſe procurator reuo-
catus, tunc tenet reuocatio etiam poſt litem con-
teſtatam *Seraph. d. dec.195.num.1.Rota dec.154.
num.1.p.1.diu.* & fuit dictum in Conchen. Salarij
10. Decembris. 1612. coram Coccino. Nec ſuffi-
ceret conſenſus ſolius procuratoris, niſi etiam
pars ipſa aduerſa conſentiret *Put.dec.18.de proc.*
& talis conſenſus debet probari per eum, qui ni-
titur reuocationi *Put.dec.9.de proc.* Imo conſen-
ſus procuratoris non multum curatur, quia eius
contradictio non impedit effectum reuocationis
in præiudicium reuocantis, ſed id facit tantum
vt pro conſeruatione ſuæ famæ cognoſcatur, an
ſit iuſtè reuocatus *Seraph.d.dec.195.n.2.*

45 Concluſio illa principalis non procedit in
cauſa appellationis, nam in illa procurator poſt
litem conteſtatam reuocari poteſt, quia cen-
ſetur effectus dominus inſtantiæ non autem cau-
ſæ *Vant. hic num.163. Mareſcott. var. lib.2.
cap.62. num.7. Seraph. dec.1180. num.1. &
2. Adr. Neguſant.q.311.n.2.7.& 8.* Niſi in man-
dato adeſſet clauſula *releuans &c.* quia per eam
cenſetur effectus dominus totius litis, & non ſo-
lius inſtantiæ *Mareſcott.d.cap.62.num.8. Seraph.
d.deciſ.1180. Rota* apud *D.Coccin. dec.319.nn.6.
Beltramin. ad Ludouiſ.dec.548.n.12.* Niſi etiam
in d. ſecunda inſtantia ſit lis conteſtata, aut factus
actus, qui loco illius habeatur ex *Bellam.dec.531.*
tradit *Marta in ſſ.nouiſſ.tit.procur.c.149. Bertach.
in repert.* verb. *proc.reuocatur nu.27.*

46 Nec procedit ſi ille, qui dedit mandatum ſit
Epiſcopus, vſufructuarius, aut habens maioratū,
quia eius morte expirat mandatum, & ſequens in
dignitate, vel maioratu poterit alium nominare
etiam poſt litem conteſtatam *Rod.Xuar.alleg.10.
num.13.Azeued.ad lib.4.num.6.& 7.tit.25. lib.
4.noue recop.* vbi ſubdit quod ille poteſt reuoca-
re etiam ſi adſit pactum de non reuocando *Put.
dec.182.n.3.lib.2.* in correctis *Mantica dec.213.
nu.5.* vbi dicit quod in beneficialibus procura-
tor morte Rectoris, ſeu beneficiati reuocatur etiā
ſi dominus litis fuerit effectus, dicemus *infra* Nec
47 procedit de iure Cathalano per *forum 16. de
procur.* quo Iure procurator poteſt reuocari ad
libitum conſtituentis, etiam poſt litem conteſta-
tam *D.Creſpi obſ.108.num.23.*

48 Sed quid dicendū ſi ipſe Procurator conſenſiat,
ſed tamen collitigans repugnet, ſi alium proco-
ratorem non conſtituatur, dum primum reuocat?
quod poteſt accidere, quando reus, vel etiam
actor in litis progreſſu agnoſcens malam fouere
cauſam, ad defatigandum aduerſarium, exiſtens
ipſe reuocans abſens à loco iudicij, procurato-
rem conſtitutum reuocet ipſo conſentiēte, & aliū
non conſtituat, adhoc vt in cauſa procedi non
poſſit. Et non poſſe reuocari videtur dicendum,
ea ratione, quam ponit *gl. Secunda in d.l.poſt litem
ff.de proc.* ne propter perſonarum mutationem
aduerſarius oneretur, vnde illo diſſentiente di-
cendum eſt, reuocationem nullius eſſe roboris, &
momenti, & per conſequens in hoc caſu, poterit
cum procuratore reuocato ad vlteriora in cauſa
procedi, bene *Abb.in cap.non iniuſte num.4. de
procur. Petr.Anchar.in cap.2. num.2. de proc. in 6.*
ibidem *Filip.Franc.num.5. Felin.in cap.ex parte
decani 33.num.27.de reſcript.* nouiter *Gallup. in
praxi S.C.p.2.cap.8.num.31.& 32.* deciſumque
refert *Piſanell.apud R.Marinis lib.2.reſol. c.174.
Gratian. diſcept. 618.num.21. & diſcept. 906.nu.
18.D.Petra in tit.105.num.15.Miſing. obſ.44.n.*

5.cent.

Digitized by Google

5.cent.3.Coſta de retrotract.caſ.13. cap.9. num.10.
Benintend.dec.Bon.80.n.3. quidquid deciſum per
M.C.dicat *Montan.contr.78.* nam ipſe deciſionē,
& bene impugnat,ea ratione quia, licet poſt litē
conteſtatam,poſſit mandatū reuocari ex legitima
cauſa,ex *tex.in l.poſt litem ff. de proc.* Tamen po-
teſt reuocari transferendo iudicium in ſe, vel in
Ciuitate manentem,ſecus nullum alium procura-
torem relinquendo,plures *deciſ.* Rotæ Rom. re-
fert *Bubloſ.in cap.2.de proc.in 6 n.6.* vbi dicit ap-
parere de diſſenſu partis aduerſę,ſi illa proſequa-
tur iudicium cum procuratore reuocato ex *Bu-
ratt.dec.729.n.2.*& alia deciſ.Rotæ.

49 Contrà vero tenet *Benintend. cit.deciſ.80.nu.
3.*dicens,lite conteſtata,non poſſe reuocari,& al-
terum conſtitui, inuito aduerſario, cum quo lis
eſt conteſtata,*non ſubſiſtente cauſa,* licet procura-
tor conſentiret, ea ratione quia per litis conte-
ſtationem dicitur cum eo contraxiſſe,quem qua-
ſi contractum non poteſt dominus diſſoluere in-
uito aduerſario,cuius intereſt,vt nō varietur iudi-
cium ex mutatione perſonarum ex *Anchar. &
alijs,* quos allegat, & eſt *tex.in d. l.poſt litem* ibi;
*mutare quidem eum, vel in ſe litem transferre a viuo
procuratore,vel in ciuitate manente, poteſt, cauſa*
nota *tamen prius cognita.*

50 In hac contrarietate mea ſententia eſt hæc ſe-
cunda ex *tex.* claro *d.l.poſt litem* requirente duo
copulatiuè,ſcil.quod conſtituatur alius in Ciui-
tate exiſtens, & fiat cum cauſæ cognitione. Ta-
men à ceſſante ratione poſſet ſuſtineri, vt poſſit
reuocatio fieri conſtituendo alium *equè idoneum*
nam tunc ceſſat ratio quare non poſſit reuocari
lite conteſtata, nec eſt curandum quod eſt factus
cum illo quaſi contractus,qui non poteſt diſſolui
aduerſario diſſentiente,nam ille quaſi contractus
conſideratur tantum ad effectum ne per reuoca-
tionem,& mutationem fiat deterior conditio ad-
uerſarij, igitur quando ceſſat hæc ratio debet
ceſſare iuris diſpoſitio *l.in omni* vbi *Bar. ff. de
adoption.l quod dictum ff.de pactis cum cōcord.Van.
ex iniust.Iuris lit.L.num.22.* Et in hoc caſu habet
locum dictum *gloſ. in l.ſi procuratorem ff. de proc.
in gl.fin.*quæ vult, quod quando procurator poſt
litem conteſtatam patitur ſe remoueri, idem eſt
ac ſi lis non ſit conteſtata, & ita illam *gl.*allegat
Bar.in l.1.vl.col. verſ. *vlterius oppono C. de ſatiſd.*

51 Inuito aduerſario reuocatur procurator poſt
litem conteſtatam, ſi illi dignitas acceſſerit, vel
reip.cauſa ab futurus ſit *l.filium fam. §.fin. ff.de
proc.* vbi dignitatem intelligit etiam de gradu
doctoratus *R.Rouit.conſ.49.n.2. lib.3.* Item ætas
52 procuratoris minus apta negotijs,puta ſenectus
l.poſt litem,in fin.ff. eodem. Item ſi valetudinem
53 vel neceſſariam peregrinationem procurator al-
leget. *l.aut ſi 9.ff.eodem c.2. de proc. in 6.* Item
54 ſi procurator fiat ſacerdos, aut religioſus.*l. Aut
18.ff.de proc.Manz.de proc.q.36.*Item ſi procura-
55 tor ſit ſuſpectus,aut in vinculis,aut hoſtium,præ-
donumue poteſtate *l.Item ſi 19.ff.eodem d. cap.2.
de proc.in 6.*Item ſi reſtringatur iudicio publico
56 vel priuato,vel maiore ſua re *l.vel iudicio.20.ff.
eodem.* Item ſi exilio, vel ſi latitet, vel ſi inimi-
57 cus poſteà fiat.*l.21.ff.eodem d.c.2. de proc. in 6.
Baron.de eff.inim.eff.33.*Item ſi affinitate aliqua
58 aduerſario iungatur,vel hæres eius exiſtat.*l.22.
ff.eodem Manz.de proc.q.36.per totam d. cap.2.de*
59 *proc.in 6.*Item ſi aliæ ſimiles cauſæ impedimen-
to ei ſint. *l. aut longa ff. eodem* de his dicemus
60 etiam *infrà*. Exiſtente aliqua ex his cauſis
mutari debebit,vel ipſo procuratore poſtulante,
61 *l.24.ff.eodem,* Et omnia hæc obſeruabuntur non
ſolum ex parte rei, ſed etiam in perſona actoris.
l.quę omnia 25.ff.eodem.

62 Verum ſi aduerſarius vel ipſe procurator di-
cat dominum mentiri in allegatione alicuius ex
his cauſis, tunc Prætor hoc diffinire debet *l. quæ
omnia §.1.ff.eodem.*

63 Sic pariter ſi dominus velit vnum tantum iu-
dicium à procuratore transferri ex aliqua ex his
cauſis, & procurator velit omnia alia iudicia
transferri, non dominus ſed procurator audien-
dus eſt *l.in cauſę 27.ff. eodem Gratian. d. diſcept.
618.n.17.& 18.*

64 Hanc cauſæ cognitionem requiſitam in reuo-
catione procuratoris debet Prætor videre *d.l.in
cauſa.§.hæc autem.ff.eodem Manz. de proc. q.37.*
65 ſummariè tamen, & abſque libello,& poteſt vi-
deri à quolibet iudice *Roman. ſing.371.* Talis
66 cauſæ cognitio requiritur, vel cum procurator
ſe opponit cauſis propoſitis per dominum volēs
probare contrarium, vel cum aduerſarius etiam
ſe opponit,dum pro reuocatione ſunt dominus,
& procurator,ſecus ceſſante oppoſitione, & reſi-
ſtentia procuratoris, & aduerſarij, nam ſtante il-
lorum conſenſu, non eſt neceſſaria aliqua cauſæ
cognitio.*Rot.dec.172.num.2.p.1.in recentior.*poſt
alios *Gratian.d.diſcept.618.num.19.* diximus *hic
ſuprà* verſ. *quæ rationabilis* Et interim quo agi-
67 tur de diſcuſſione cauſarum, talis procurator
non debet adminiſtrare *l. quod ſi fortè ff. de ſolu-
tion.§.ſi quis Inſtit.de ſuſp.tut.l.cum quem C. eodem
tit.Gratian.d.cap.618.num.20. in fine. Golin. de
proc.p.3.c.5.n.49.Vant.lic n.163. Beltram.ad Lu-
douiſ.dec.548.n.14.*

68 Diximus *poſt litem conteſtatam*, procuratorem
ſine cauſa non poſſe reuocari, id eſſe intelligen-
dum aſſerimus in iudicijs ordinarijs, in quibus
lis conteſtatur, in iudicijs verò, quæ non indi-
gent litis conteſtatione, pro vt ſunt ſummaria,
& executiua, tunc ſufficit primus actus, qui pro
conteſtatione habetur,vt dicunt *Tepat.var.tit.88.
cap.13.*diximus *ſup.*

69 Iiſdem modis, & cauſis, quibus inuito aduer-
ſario procurator reuocari poteſt,vt diximus, po-
teſt procurator ille inuito domino mandatum re-
nunciare *l.inuitori 24.ff.de proc.* Puta ſi inimici-
tiæ magnæ ortę ſint, ſi valetudo, profectiones,
longæ peregrinationes, aut aliæ occupationes
obuenerint, vt procuratori non ſit integrum ſu-
ſceptum onus exequi *l. aut longa 23. l filius fam.
8.cum ſeqq.l.14.ff.eodem l.ſi mandauero 22. §.fin.
cum ll. ſeqq. ff. mandat. §.11.Inſtit.eodem* Quod
70 procedit, dummodò res ſit integra *d.l.22. §.fin.*
71 *& d.§.11.*Et domini nihil adhuc intereſſe ce-
perit *l. 27. §. qui ſuſcepit ff. mandat.* poſt alios
Manz.d.q.37.

72 Et iiſdem cauſis iuſtis,quibus dominus poteſt
reuocare ſuū procuratorem, an iiſdem procura-
tor ſubſtituens poſſit reuocare ſubſtitutum? &

Bar.

Bar. in l. poſt litem nu. 4. ff. de procurat. quod non per *tex. in Cap. ſi qui de proc. in 6.* ex quo ſuo officio functus eſt *l. quod ſi forte § 1. ff. de ſolut. Anna alleg. 107. nu. 2. p. 2.* vbi habetur, quod à Domino tantum reuocari poteſt non autem à procuratore ſubſtituente *Rocc. de mandat. n. 183.*

73 Verum mihi videtur diſtinguere cum *Bal. in l. quod quis nu. 7. C. de proc.* Quod aut procurator illum ſubſtituit tanquam dominus litis, & ſic Iure proprio, & poteſt reuocare per *tex. in l. ſi verò non remunerandi § ſin. ff. mandati,* Aut ſubſtituit ratione poteſtatis ſubſtituendi quam habebat in procuratione, & tunc eſt ſubdiſtinguendum, Aut in procuratione aderat poteſtas, quod poſſit ſubſtituere, & ſubſtitutum reuocare, & poteſt, cum hoc faceret authoritate domini. Aut non habet in mandatis, & tunc aut eſt procurator generalis, & poteſt reuocare ſubſtitutū ad vnam cauſam, nam non deſijt eſſe procurator ſubſtituendo, *Franch. dec. 465. R. Renert. dec. 198. R. Rouit. in pragm. in rubr. de proc. n. 36.* Idem eſt ſi in mandato adſit clauſula: *cum poteſtate reaſſumendi toties quoties Anna alleg. 119. num. 13.* Vel clauſula *Donec* Vel: *quod poſſit ſubſtituere, & etiam remanere procurator Golin. p. 2. c. 5. num. 88.* Vel clauſula: *Procuratorio mandato in ſuo robore permanente Marta in ſſ. notiſſ. p. 1. tit. de proc. c. 108. & 155. Golin. n. 79.* Aut habet ſpeciale mandatū, & in illo ſpeciali ſubſtituit, ſeu ſubrogauit in ſui locum alium, & in eum transferre videtur omnē ſuam poteſtatem, & ſic non poteſt ſubſtitutum amplius reuocare. *Salyc. in d. l. quod quis nu. 2. q. 4.*

74 Dicitur etiam expreſsè reuocatum mandatū, quando conſtituens penes acta cauſæ dicit: *reuoco mandatum in perſonam Titij factum Caſtr. in l. 1. ver. bene tamen puto C. de ſatiſd. Golin. de proc. p. 3. cap. 5. nu. 1.* Similiter ſi procurator inſtet cum ſe
75 ipſo non procedi *l. mutari ff. de proc. Golin. de proc. p. 3. c. 5. n. 30.* quod intelligitur in integra, vt diximus.

76 Etiam nutu ſolo reuocatur mandatum iuxta *not. in l. vbi non voce ff. de reg. iur.* Nam ſicuti nutu poteſt conſtitui procurator *l. nutus in prin. ff. de proc.* ità etiam nutu poteſt reuocari *Socc. conſ. 112. num. 15. vol. 1. poſt Bar. in l. ſi non remunerandi § ſi mandauero ff. mandati. Inſ. l. Ludouic. dec. Lucenſ. 44. n. 29. Golin. p. 3. c. 5. nu. 81.*

77 Sed difficultas hic eſt, ſi ſemel inſteterit procurator cum ipſo non procedi, deinde aduerſarius illum in alijs actibus citare faciat, & ipſe nihil replicet, an videatur perſiſtere in eadem negatiua, vel velle proſequi litem? reſolutiue dicimus, quod aut ſumus in caſibus, in quibus ſufficit ſolus conſenſus procuratoris ad reuocandum, puta quia non ſit acceptatum mandatum, aut ſit acceptatum, ſed hæc reuocatio fiat ante litis conteſtationem in caſibus, quibus poteſt fieri, vt *ſup. q. 31. n. 155. & ſeqq. & q.* diximus, & tunc cum per ſuam declarationem voluntatis, fuerit reuocatum mandatum, fruſtra cum ipſo lis proſequitur, & licet taciturnitas in iudicialibus arguat conſenſum *Tiraq. de Iure mariti gl. 7. num. 37. Menoch. præſumt. 99. num. 43. lib. 6. Cancer. var. lib. 1. cap. 20. Pacific. de Salman. inſpect. 3. c. 5. nu. 66. Surd. dec. 47. num. 9.* Tamen in hoc caſu taciturnitas conſenſum non arguit, ſed diſſenſum eſſe cenſeatur perſiſtere in negatiua, nam voluntas ſemel declarata expreſſe, durare præſumitur *l. cum qui ff. de probat. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 37. & 99. num. 49.* & ſi voce reuocauit mandatum, etiam voce debet reuocare reuocationem ad *tex. in l. nihil tam naturale 35. & l. omnia 100. ff. de regulis Iuris l. prout 80. ff. de ſolut. cum concord. Vin. axiomat. 10. lit. N.* In terminis, quod ex quo agitur de actione perſonali cum quis conſtituitur procurator, ſi taceat dum talis conſtituitur, non præſumatur conſentire probat *Menoch. d. præſ. 99. num. 53.*

78 Aut ſumus in caſibus in quibus non ſufficit ſolus conſenſus procuratoris, de quibus *ſupra.* & tunc cum mandatum non cenſeatur reuocatum ſemper cum illo ritè procedi poteſt.

79 Sed, an, & quando debeat notificari reuocatio, adhoc vt ſit valida? Dicimus valere geſta per procuratorem reuocatum, non notificata ei reuocatione, cum talis reuocatio non valeat. *Bar. in l. vnic. C. de ſatiſd. num. 2. gl. in cap. 2. ver. reuocaci de proc. in 6. Roman. ſing. 316. Bertach. in repert. ver. procurator reuocatus num. 1. & ver. notificatio num. 4. & 6. Specul. tit. de except. § 4. ver. & ſi Iudex. Molin. de rit. nupt. comparat. 25. num. 10. lib. 1.* adeſt *tex. in l. ſi mandaſſem 45 ff. mandati Franch. dec. 490. num. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 1024. num. 4. 27. & ſeqq. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 66. nu. 379. cum ſeqq. Montec. dec. 43. à num. 24. Flamin. de reſignat. benefic. lib. 9. q. 25. num. 12.* poſt alios *Barboſ. in cap. 3. num. 2. de proc. Laurent. dec. Auenion. 13. Mynſing. obſ. 44. cent. 5. Seſſ. dec. 81.*

80 Et reuocatio debet Iudici, vel parti intimari alias non valet *c. ex parte de reſcriptis gl. in cap. mandato ver. à Domino reuocato de proc.* vbi ponit rationem, quia ſicut litteræ de rato in quibus conſtat de mandato mitti debent iudici, vel parti *l. ſi procuratorem ff. eodem l. ne ſatiſdatio ff. rem ratam hab.* Ita etiam mitti debent litteræ reuocatoriæ *Barboſ. in d. cap. ex parte nu. 7. Molin. d. comparat. 25. num. 10. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 45. n. 3. Arias de Meſa lib. 3. var. cap. 43. Rocc. in notabil. de mandat. ſeu complem. poſt 1. tom. reſp. n. 68.*

81 Et ſic valet iudicium factum cum procuratore reuocato ignorante Iudice, & parte *l. 1. vbi gl. C. de ſatiſd. l. verò procuratori § ſed ſi quis ff. de ſolut. l. ſi procuratorem abſentem ff. de proc. Mangrell. ad tex. in l. ante ff. de proc.* adeſt etiam *tex. in cap. mandato 13. de proc. Franch. deciſ. 490. nu. 2. Coſta de retrotract. caſ. 28. cap. 8. num. 8. & ſeqq. Mozz. de mandat. col. 7. num. 17. R. Marin. lib. 2. reſol. cap. 174. num. 3. Cancer. lib. 2. var. tit. de proc. num. 173. Gratian. diſcept. 18. à num. 37. & c. 191. nu. vl. Arias de Meſa lib. 3. var. cap. 43. Monter. dec. 43. nu. 1.*

82 Sic etiam reuocatio procuratoris ad exigendum debet intimari debitori, aliàs imputari debet reuocanti *Scacc. de commerc. § 2. gl. 5. nu. 407. ex l. vnic. C. de ſatiſd.* Vndè ſoluens dicto procu-
83 ratori rectè ſoluit *l. eius qui 41. vbi gl. in verb. ignorante l. ſi non ſortem § qui filio fam. ff. de condit. indeb. l. ſi fideiuſſor. § ſi cum debitore ff. mandati l. verò procuratori § ſed & ſi quis l. diſpenſatori § ſi filio ff. de ſolut. Bar. & alij in d. l. 41. ff. ſi certū petat.*

S. acc.

*Scacc.vbi ſup.num.406.Gratian.diſcept.505.n.36.
& ſeqq. Ricc.ad Franch.d.dec.490.Golin. d.p.3.c.
5.num.106.Parlador. lib.2. quotid. cap. fin.p.5.§.
17.num.3.Cartar.dec.30.num.12. Scobar.de ratio-
cin.cap.23.num.58.Farinac.q.25.num.100. Caſa-
nat.conſ.9.num.31. Theſaur. dec.105. Giurba dec.
79.num.20.Coſta de Iur. & fact.ignor.cent.2.diſt.
24.Olea de ceſſ.Iur.tit.1.q.1.n.26.27.*

84 Quod procedit etiam ſi Iudex,& pars aliundè
ſcirent,ea ratione,quia quando notificatio fit ad
finem prouidendi, & interdicendi , ſola ſcientia
quomodocumque habita,non ſufficit *l.denunciaſ-
ſe ff.ad l.Iul. de adulter Seſſe dec.81. nu.23. Gra-
tian.dec.200.num.8.Alex. conſ.24. num.5. vol.4.
Ricc.ad Franc.dec.490.* Maximè quando tacite
85 reuocatur mandatum, quia debet notificari poſt
*gl.in clem.1.de renunciat.*tradit *Molin.d.comparat.
25.num.58.*

86 In ſolo tamen mandato ad contrahendum ma-
trimonium hæc concluſio fallit,nam ſi poſt reuo-
cationem, etiam ante illius ſcientiam, matrimo-
nium contrahatur, inualidè contrahitur , ex *tex.
c.fin.de procuratoribus in 6.P.Azor.inſtit. moral.p.
3.lib.9.cap.7.q.B.& C.Gratian.diſcept.18. n.37.*

87 Et quamuis per *tex.in cap. mandato de procur.*
habeatur quod non ſufficiat notificatio facta ſoli
Iudici, vel parti ſoli, ibi: *ignorante Iudice , vel
aduerſario facta fuerit,* Tamen veritas eſt , quod
ſufficiat notificatio facta vel iudici , vel aduerſa-
rio per *tex.in cap.ex parte de reſcript.* Et ad *tex.in
d.c.mandato* reſpondet *gl. vl. Hoſt. & Abb.* quod
dictio illa *Vel* accipi debet non diſiunctim , ſed
coniunctim,quaſi ſenſus ſit, quod ſi Iudex,& ad-
uerſarius ignorauerint mandati reuocationem,
iudicium cum procuratore factum ratum erit.
88 *Meſa d.cap.43.n.3.*Nec etiam obſtat *tex.in cap.
ex inſinuatione de proc.* vbi ſufficit quod mandati
reuocatio ad ipſum procuratorem perueniat,non
quod ad iudicem,ſeu aduerſarium. Quia ſi reuo-
catio ſit nota procuratori non afferet damnum
ignoranti aduerſario ſed omnia geſta valebunt in
ipſius reuocantis præiudicium,vt in *d.cap.ex par-
te.Meſa vbi ſup.n.5.*

89 Tamen ad veram huius quæſiti reſolutionem
opus eſt efficere dixtinctionem . Aut ſumus in
procuratore ad lites , qui fuit reuocatus penes
acta,& citatio, ſeu intimatio non requiritur *Ca-
ſtr.in l.1.ver.bene tamen C.de ſatiſd.*cum quo etiã
ſentiunt *Bar.Bal. Salyc. & alij* citati per *D. Præſ.
Franchis dec.490.* ea ratione quia præſumitur,
90 quod veniet ad ſui notitiam, cum ibi ſit ſua ne-
gotiatio. *Put. dec.550. lib.2. Meſa vbi ſup.n.21.
Golin.de proc.p.3. cap.5. n.102. & ſeqq. Ricc. ad*
91 *Franch. d. dec. 490.* Aut ſumus in procuratore
ad negotia, & ei eſt notificanda reuocatio,etiam
ſi fiat in Curia eiuſdem notarij,qui confecit pro-
curationem. *Seſſ.dec.81.num.26. Golin.d.p.3.c.5.
num.102.Salgad.in Labyr.credit.p.1.cap.27. num.
108.& cap.28.num.11. D. Petra in rit.105. num.
16.Meſa d.cap.43.num.21. Dom. Luca ad Fran-
chis dec.490.n.3.*

92 Adhoc vt non poſſit amplius procedi cum
procuratore reuocato , neceſſe eſt vt ipſe procu-
rator reuocationem notam faciat Iudici , vel
parti, & non ſufficit ſi indicet Notarium ,penes
quem reperitur. *gl.in cap.mandato ver. à Domino
reuocato de procur. Montan. contr.78. num.1.* vbi
etiam poſt *gl.in cap.2.de reg.Iuris in 6.*dicit,quod
hoc procedit quando ſemel ſatisfacta fuit fides de
mandato, cæterum ſi apud acta non conſtaret de
mandato, putà quia quis cum ſatiſdatione de ra-
to defendit,tunc ſufficit ſimplex reuocatio abſq;
eo quod notificetur iudici,vel aduerſario.

93 Et acta facta cum procuratore reuocato non
intimata reuocatione aduerſario, vel Iudici ſunt
valida quo ad præiudicium Domini , ſecus quo
ad eius fauorem , nam ſunt nulla adhuc ſi non
fuerit intimata reuocatio , cum quo ad reuocan-
tem fuit ſortita effectum, & ſic indixtinctè præ-
iudicabit *Card.in clem.vnic.num.10.de renunciat.
Caſtr.in l.ſi procuratorem ff. de proc. Monter. dec.
43.num.24.& per tot.Vant. hic nu.161. Arias de
Meſa lib.3.c.43.num.5.* Ad exemplum proteſta-
tionis,quæ etiam non intimata tenet in præiudi-
cium proteſtantis *Rot. dec.55. de proc. in antiq.
Caſſd.dec.2.num.54.de appell.Gratian. diſcept.18.
num. 37.* quidquid perperam dixerit *Petr.de Ra-
uend.in comp. Iuris Canonic. tit. de reſcript. col.5.
p.3.* quem inaduertenter ſequitur *Golin. de proc.
p.3.c.5.n.95.in fine.*

94 Verum omnia geſta cum procuratore poſt re-
uocationem eſſent ipſo iure nulla ſi huiuſmodi
reuocatio ad notitiam partis,& iudicis deueniſ-
ſent, non obſtante quod ille iam eſſet effectus
dominus litis *gl.in cap.mandato* verb. *reuocato de
proc.*poſt *alios Vant.hic num.162.Beltram. ad Lu-*
95 *douiſ.dec.548.n.14.* Notificatio prædicta poteſt
fieri , etiam per procuratorem ſpeciale mandatũ
habentem iuxtà notata per *gl. & Bar. in l.1.§.1.
ff.de liber. agnoſc.Vant.hic num.162. in fin.* Sicut
dicimus de reuocatione Vicarij Epiſcopalis
quod poſſit fieri per procuratorem,nuncium, ſiue
per amicum, dummodo perueniat ad notiam Vi-
carij, licet debere fieri per ipſum Epiſcopum
ſiue eius Secretarium, vel etiam per ſecundum
Vicarium dicant *Boer. dec.347. num.14. & ſeqq.
Rebuff.in praxi benefic.de for.Vicar. Archie. num.
211.Sbrozz.de offic.Vicar.lib.3.q.33. n.9. & ſeqq.*

96 Similiter non eſt neceſſaria notificatio facien-
da procuratori, quando conſtitutio eſt facta per
metum. *cap.accedentes de proc. Ruin.conſ.131.nu.
11.vol.4.* cum ſit nulla ipſo iure *Amat. reſol.82.
num.19.P.Meroll.de volunt.& inuolunt. in ordine
ad metum diſp.1.cap.3.dub.111.num.264.& 265.
tom.1.*

97 Alia difficultas hic eſt, an procurator conſti-
tutus ex voluntate partium, & cum Iudicis con-
firmatione,poſſit reuocari abſque Iudicis autho-
ritate ? Et videtur dicendum,non poſſe per ea,
quę tradit *Caſtr.in l.ſi quis cum procuratorio 31.§.
Iulianus num.4. de proc.* Tamen in hac re me-
98 lius eſt dixtinguere: Aut authoritas Iudicis fuit
adhibita in conſtitutione primi procuratoris ex
neceſſitate, puta in minore, & ſimilibus , & tunc
procedit opinio *Caſtrenſis.* Aut ex voluntate
partium Iudex interuenit , & hoc caſu interuen-
tus Iudicis non facit actum irreuocabilem , qui
alias de ſui natura eſt reuocabilis , ea ratione
quia confirmatio imitatur naturam confirmati
l.cumium C. de reſtib. hanc dixtinctionem facit

Digitized by Google

Bal. in d. §. Iulianus num. 1. ad fin, Gratian, diſcept. 325. num. 55. & ſeqq. 909. num. 15. cum ſeqq. Golin. de procurat. p. 3. cap. 5. nu. 114. Guid. Pap. ſing. 421. in princ. Conſ. Stutb. reſol.

99 De Tacita voluntate reuocandi, & reuocatione conſtabit pluribus modis. Primo quando ipſe Dominus incipit tractare cauſam, & illam reaſſumit *Socc. conſ. 17. num. 9. vol. 3. Mareſcott. var. cap. 69. num. 10. p. 1. Rot. Rom. apud Lucam dec. 352. p. 4. R. Routt. in rubr. de proc. in pragm. nu. 45.*

300 Niſi eadem die, qua conſtituit procuratorem, hoc faceret. *Menoch. de praeſ. praeſ. 36. num. 6. lib. 2.*

301 nam non præſumitur voluntatis mutatio *l. non ad ea ff. de condit. & demonſtr. l. Sancimus C. de teſtam. l. cum tacitum ff. de probat. Socc. d. conſ. 17. nu. 10. vol. 3. Bonacoſſ. de praeſ. verſ. mutare voluntatem fol. 211. & 212. alter. Menoch. vbi ſup.* vbi plures coniecturas adducit contra hoc aſſumptum, vt non præſumatur reuocatio, maximè in procuratore generali reuocando ex *Afflict. dec. 308. n. 11. Mantica de tacit. lib. 7. tit. 22. num. 4.* vbi perbellè diſtinguit. *Golin. de procurat. p. 3. cap. 5. nu. 35. & ſeqq. Gratian. diſcept. 22. nu. 14.*

302 Item ſi ſit conſtitutus propter abſentiam, nam conſtituente reuerſo, deſinit mandatum *Socc. conſ. 17. num. 10. in fin. lib. 3.* per *tex. in cap. penult. in princ. de proc. in 6.* quod fit duobus concurrentibus, quod aſſumat litem, vel adminiſtrationem *cap. ſi quem de proc. in 6. Fab. in C. lib. 2. tit. 8. defin. 2. num. 3.* & ipſe defendat cauſam *Golin. de proc. d. cap. 5. num. 33. & ſeqq. Tuſc. lit. M. concluſ. 64. num. 7. Barboſ. in cap. penul. num. 2. de proc. in 6.* & quod procurator deſiſtat ab adminiſtratione, *gl. in l. qui mutuam §. non ideo* vbi *Bar. nu. 1. ff. mandati.* niſi patiatur procuratorem poſt reuerſionē adminiſtrare *Menoch. praeſ. 36. num. 5. lib. 2. Gratian. diſcept. 505. num. 40. Mantica de tacitis lib. 7. tit. 22. num. 2. & 11. Barboſ. in cap. penul. num. vl. de proc. in 6.* diximus *ad Routt. conſ. 49. num. 24. & ſequ. lib. 3.*

303 2. Tacitè reuocatur, quando dominus comparet abſque procuratore. *Guid. Pap. dec. 40. in med.* vbi *add. lit. B.* adeſt *tex. in cap. ſi quem de proc. in 6. Maſcard. de probat. concluſ. 1016. num. 32. Vant. hic num. 167. Moz. de mandat. col. 7. num. 16. Golin. de proc. p. 3. cap. 5. num. 84.* Niſi expreſſe proteſta-

304 tus ſit dominus comparere citrà reuocationem *Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 101. num. 43.* per *tex. in c. pen. in princ. de proc. in 6.*

305 Et quamuis non fecerit proteſtationem, non fecerit actum iudicialem *Rota Roman.* penes *Guidobon. dec. 130.* nam eo caſu non eſt veriſimile dominum ex eo actu non iudiciali voluiſſe reuocare procuratorem *Mareſcott. var. c. 26. lib. 2. n. 1.*

306 Et procedit quando dominus tranſtulit in ſe aliquem articulum proceſſus *ex cap. pen. de proc. in 6.* Secus ſi neceſſariò compareat, nam tunc mandati reuocatio non inducitur per *tex. in l. paulus ff. de proc. Golin. de proc. p. 3. cap. 5. n. 83.*

307 Si vero comparet cum procuratore intelligitur ipſe comparere ſolum, vt aſſiſtat cauſæ non vt reuocet *d. l. paulus ff. de proc. Mantica de tacitis lib. 7. tit. 22. num. 3. Golin. p. 3. cap. 5. num. 38. Dom. Petr. in rit. 105. num. 15.* poſt *Rot. dec. 22. de proc. in antiq. & Bellam. dec. 454.*

308 3. Vbi ipſe conſtituens auferret inſtrumenta à Procuratore, vt in ſimili dicit *Ang. in l. negotiorum geſtor §. curatore ff. de appell.* vbi quod officialis poſt redditas rationes, vel inſtrumenta facientia ad cauſam, non poteſt exequi cauſam etiam à ſe inceptam per *tex. in l. tutor ff. de appellat.* in quo traditur, quod redditis libris rationum domino intelligitur dominus incontinenti prohibuiſſe ſibi omne officiū negotiationis, & factoriæ ſequitur *Menoch. praeſ. 36. num. 4. lib. 2. Mantica de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 22. num. 34.* Quod etiā

309 procedit quando ipſe procurator reddit inſtrumenta domino, nam cenſetur renunciaſſe procurationi *l. negotiorum §. fin. & d. l. tutor ff. de appellat. Alciat. praeſ. 35. num. 5.* Ratio eſt quia manda-

310 tum cenſetur collatum per conceſſionem inſtrumenti, & ſucceſſiue per redditionem reuocatum. *Mozz. de contract. tit. de mandat. col. 4. n. 30.*

311 4. Si procurator mutet mores in deterius, nam ſtatim dicitur mandatum reuocatum *l. cum quis ff. de ſolut. Bar. in l. ſi cum Cornelius num. 1. C. mandati* vbi *add. de Bottis Iaſ. in l. ſancimus num. 4. C. de teſtam. Felin. in cap. ex parte Decani nu. 21. de reſcript. Alciat. reſp. 70. tom. 3. lib. 8. Franch. dec. 466. nu. 2. Idem Bar. in l. liberto §. largius num. 3. ff. de ann. legat. Anna conſ. 82.* veluti ſi ſit effectus ri-

312 baldus *Boner. ſing. 26. verb. procurator num. 36. Lup. in rubr. de donation. §. 67. num. 8. Anna d. conſ. 82. num. 18. & 37. vol. 1.* Barattator, bannitus, lu-

313 ſor, vel inimicus Domini, vel aliter, ità vt noua cauſa ſuperueniat, quam ſi mandans ſciuiſſet veriſimiliter reuocaſſet, vel ab initio non conſtituiſſet, & legis diſpoſitione pro reuocato habetur. *Stracc. de decoct. p. 3. num. 50. Anna d. conſ. 82. num. 35. & ſeqq.* Et ſi procurator mutauerit

314 mores in deterius, cenſetur reuocatus ab ipſa lege, nec reuocationis huius requiritur intimatio *Stacc. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 402. 403. Gomez. var. tom. 2. cap. 5. num. 6. Eſcob. de ratiocin. cap. 23. D. Rocc. de mandat. & complement. num. 99. nu. 240. Nig. de execut. rei iudic. c. 7. §. 19. n. 34.*

315 Ideo ſi dominus minus poſſet tractare cum procuratore, ſicut anteà poterat tractare mandatum intelligitur reuocatum *Bal. in l. mandatum num. 14. C. mandati.* ſequitur *Ioſ. Ludouic. dec. Rot. Lucenſ. 44. num. 31. Monac. dec. lucenſ. 25. num. 68.*

316 Signanter ſi ille fiat furioſus *l. ſi quis alicui ff. de acquir. hered.* vbi *gl. Mozz. de contract. tit. de mand. col. 7. num. 11. Medic. in Tract. mors omnia ſoluit p. 2. concluſ. 64. num. 306. Alciat. conſ. 24. nu. 4. lib. 8. Stracc. de mercat. tit. de mandat num. 49. Gratian. diſcept. 342. num. 2. 3. Gozadin. conſ. 28. n. 8. Mantica de tacit. lib. 7. tit. 22. num. 49. Molin. de primog. lib. 2. c. 7. n. 49. Fontanell. dec. 553. n. 8.*

317 Et hoc adeo verum eſt, vt Scienter ſoluens procuratori conſtituto ad exigendum, qui ob ſtatus mutationem domino fuit ſuſpectus, non liberetur *Lup. d. §. 67. num. 8.*

318 Et quod tam mutatione ſtatus mandatarij, quam mandantis finiatur mandatum dicit latè *Mozz. de mand. col. 7. num. 8. 9. & 10. Reg. Galeot. contr. 60. num. 7. lib. 1. R. Ponte conſ. 9. num. 26. lib. 2. Golin. de proc. p. 3. cap. 5. nu. 45. & 79.* per *tex. in l. eius qui in prouincia ff. ſi certum petat. Socc. conſ. 112. num. 14. vol. 1. Negueruel. alleg. 26. n. 102.*

Sol-

*Salgad.d.lib.1.labyr.credit,cap.27.num.*10.
119 Sed quid ſi mutauerit ſtatum in melius, an idem procedat? Et videtur dicẽdum idem procedere,vt tenet *Alex.in l.cum,qui ità §. qui ſibi ff.de verb.obligat.num.2.Franch.deciſ.466.num.2.* licet loquatur per verbum *fortè*.In contrarium eſt ipſa
120 veritas quia ceſſat ratio allegata ità ex *tex.in d.l.cum qui ità §.qui ſibi Bar.Iaſ.& omnes Doc. in l.rogaſti §.ſi ſuggeſtum ff.ſi cert.petat.num.5.Anna d.conſ.82.num.49.* ſequitur *D.Luc.ad Franch. d. deciſ.466.nu.7.in fine,*
121 5.Si inimicitiæ intercedant inter conſtituentẽ,& procuratorem,etiam ſi non eſſent capitales *l.vel exilio 28.ff.de proc.Magon.dec.Lucenſ.25. n. 7.* vbi quod inimicitiæ,minæ,querelæ,proteſtationes, præparamenta ad lites contrà principalẽ ſunt ipſo iure reuocatoria procurationis ex *Bal. in l.mandatum num.14.C.mandat. & Caſtr.in l.filius fam. §.procuratorem nu.6. de proc. Boner.ſing. 26.ver.procurator nu.36.Roman.ſing.371. Ioſ.Ludouic.dec.luc.44.nu.33.Baron. de effect. inimicitiæ eff.33.Menoch.praeſ.36.num.24.lib.2.*adducens ſimile in reuocatione legati propter ſuperuenientes inimicitias. *Maſcad. de probat. concluſ.1016. num.13.Golin.de proc.p.3.c.5.nu.11. & 12.* Earatione quia ſicut mandatum trahit originem ex amicitia, ità ex inimicitia reuocatur *D. Stabanus de intereſſe in ſpecie q.vnic. nu.6.7.* & ipſo iure ſine aliqua notificatione, aut probatione talis inimicitiæ *Nig. de laudem. tom.2. q.22. art.8. num.22.*
122 Imò pendente cauſa inimicitiæ, vel ſuſpicionis,procurator non debet adminiſtrare *gl.in l.quæ omnia §.ſed ſi aduerſarius ver.mentiri ff. de proc.l. quod ſi forte ff.de ſolut.l.ſi quis Inſtit.de ſuſpect. tutor.l.eum quem C. eodem tit. Gratian. diſcept.618. n.1.vol.4.Quintil. Mandoſ.de inhibit.q.55. nu.2.*
123 Prout in ſimili dicitur de tutore, qui pendente cauſa ſuſpicionis,non poteſt adminiſtrare,ſed adiungendus eſt ei curator, qui interim adminiſtrabit *l.eum,quem C.de ſuſp.tutor.*Idem eſt in executore,nam propter inimicitiam inter teſtatorẽ, & illum cenſetur reuocatus *Bal.in l.athleta §.dat remiſſionem ff.de iie excuſat. tutor Marſil. in l.1.§. præterea ſub num.31.ff. de quæſt. Carp. de execut. lib.4.cap.3.num.14.Baron. eff.34.* Et ſi ſuſpectus fuerit poterit remoueri, nec dandus adiunctus, ſi inimicitia ſit grauis *Caſtill.dec.222. num.3. 4. 5.* vbi dicit, nec præſtita cautione admittendum.
124 Concluſio per nos poſita procedit,vt etiam lite conteſtata procurator ex cauſa inimicitiæ poſſit reuocari per *tex. in l. procuratoribus* vbi *gl. C.de procurat.l.poſt litem.ff.eodem Baron. d.eff.33. num.1.*
125 Si procurator iniuria effecerit ſuum Principalem,putà ſi dixerit; *tum mentiris*, nam eo caſu mandatum reuocatur per *tex.*ad litteram *in l.quæ omnia §.1.ff.de proc.*Sed tamen licitum eſt dice-
126 re; *tum mentiris* ad propulſandam iniuriam, vt per *Bar.in d.§.1.Dec.conſ.487 Iaſ.in l.fin.ff.quod quiſque iur.& in l.motte ff. de nou. oper. nunciat. Couar.var.cap.11.Viator iuris in tit.de iudic.num. 35.in fin.Boſſ.tit.de iniur.nu.7.* verſ.*quod ſecundũ De Petris conſ.26.*
127 7.Si procurator rem ſuam decoxerit per *tex.* ſic inductum *in l.ſi quis alicui ff. de acquir. hæred.* tradit *Anna d.conſ.82. num.11. & 12. vol.1* poſt
128 *Bac.in ſing.89.nu.3.*Cum decoctus ſtatum mutaſſe dicatur, & mortuo æquiparetur *Anna alleg. 95.num.5.* poſt alios *Marta vot.86. num.6. & 8. Salgad.in labyr.credit.lib.1.c.27.*
129 8.Si procurator efficiatur affinis illius, contra quem erat procurator *l. aut affinitate ff. de proc.* vbi *gl.*dicit eſſe iniquum compelli contrà affinẽ, ſequitur *Roman.ſing.371.* & tunc domino timetur periculum ſecundum *gl.in cap.2.de proc.in 6.* verſ.*affinitatem* per *tex. in l.humanitatis C. de ex-*
130 *cuſ.tutor.*Et ille poteſt reuocari etiam poſt litem conteſtatam,quid quid perperam more ſolito dicat *Golin.de proc.p.3.cap.5.nu.61.*poſt *Io.de Prat.in l.ante litem,& in l.aut affinitate Bertachin. in repert.*verb.*procurator reuocatur nu.28. Mozz. de mandat.col.7,num.13.*opinio quod poſſit reuo-
131 cari poſt litem conteſtatam, habetur ex *tex.in d.l. poſt litem, & d.l. aut affinitate, & in cap.2.de proc.in 6.*nam in *d.tex. l.poſt litem* habetur poſſe reuocari mandatum poſt litem conteſtatam cauſa tamen cognita, & *d.l. aut affinitate* dicitur quod ſi ſuperueniat affinitas, aut procurator fiat hæres illius contrà quem agebat, reuocatur mandatum. idem *in d.cap.2.* igitur male loquitur *Golin.*Et in
132 caſu quo procurator ſuccedat illi, contra quẽ aggebat, ex quo etiam reuocatur per *tex. in d.l. aut affinitate*, poteſt tunc defendere contrarium eius,quod defendebat vti procurator.*gl.in cap.2. ver.eius de proc.in 6.& l.vl.ff.de poſtul.R.Rouit.in rubr.de proc.n.55.*
133 9. Si Procurator grauiter egrotet, ita vt per menſes melius ſibi eſſe non poſſit. *l. vel iudicio*
134 *21.ff.de proc.*Similiter ſi ſit decrepitus, nam ſenectus morbus eſt,vt *per gl.in c.2.de proc.in 6.*
135 10.Si Procurator in longum peregrinari debeat *l.aut longa ff.eodem de proc.* quod iudicis arbitriò terminatur, dum dicit *gl.in cap.2. de proc. in 6.*habita ratione viæ,& cauſæ,de his omnibus diximus etiam *ſup.*
136 11.Si Dominus conſtituat aliũ procuratorem, nam per conſtitutionem ſecundi cenſetur reuocatus primus *l.ſi quis 31.§.ſolemnus ff.de procurat. Bal.in l.filius col.pen. C.de furtis Menoch. præſ.36. num.11.lib.2.Caſt.conſ.204.nu.7.vol.1.Dec.conſ. 430.D.Pete.in tit.115.num.5. Viu. dec.15. Surd. dec. 295.Magon.dec.lucenſ.2.Boer. dec.347.Cornax.dec.188.Golin.de proc.p.3. cap.5. num.65. & ſeqq.Tuſc.lit.M. concluſ.64. & lit.P. concluſ.860. Gratian.diſcept.909.num.14.& diſcept.95.nu.12.*
137 Etiam ſi nihil dicatur de eo *cap.non intuſſit,extra de proc. R.Marin.lib.2.reſol.174.*
138 Quod eſt adeò verum, quod ſi conſtituat aliũ procuratorem penes acta non faciendo mentionem de primo, ille primus erit tacitè reuocatus, ità vt ſi ſecundus ſemel comparuerit in cauſa, & ille primus vſque ad ſententiam compareat, non valent acta per primum facta. *Amanel de claris aquis ſing.261.* Sicut etiam ſi procurator vnum ſubſtituat, & poſteà alium ſubſtituat cenſetur reuocatus primus ſubſtitutus. *Marta in ff. nouiſſ.tom.1.tit.proc.c.134.*
139 Etiam ſi primus procurator ignorauerit *Boer. dec.347.*(vbi ampliat in Vicario, & in Syndico

S ſ 2 de

Digitized by Google

de qua re nos *infra*) *Roman. ſing.*58. *num.*2. & *ſing.*254. *Ruger. conſ.*3. *num.*131. *vol.*1. *Ruin. conſ.* 108. *num.*1. *vol.*4 *Corn. conſ.*93. *num.*7. *vol.*2. *Anna conſ.*56. *num.*28. *vol.*1. *Gratian. diſcept.*909. *nu.* 14. diximus ad *Rouit. conſ.*49. *nu.*13. *lib.*3. Etiam
140 ſi ſecundum mandatum eſſet inutile. *Menoch. d. praeſ.*36. *num.*11. *lib.*2. *ex Socc. ſen. conſ.*112. *nu.* 14. *vol.*1. *Molin. de rit. nuptial. lib.*3. *q.*6. *num.*22.
141 quod procedit etiam ſi eidem procuratori ſiat mandatum inutile. *Boer. d. deciſ.*347. *num.*3. *Mantica de tacit. lib.*7. *tit.*22. *nu.*37. diximus *d. conſ.*
142 49. *nu.*14. 15. Et etiam ſi ſecundus procurator nollet recipere procurationem *gl. in cap. ſi duo de proc. in* 6. *Maſcard. de prob. concluſ.*1016. *num.*23. *Marta in ſſ. nouiſſ.* verb. *proc. cap.*141. *Vant. hic num.*165. *Barboſ. in cap. ſi duo nu.*6. *de proc. in* 6.
143 Limitatur tamen hæc principalis concluſio, quando duo mandata apparerent ſub eadem data, nam cum non conſtet, quod prius præceſſerit, vtrumque vitiatur propter incertitudinem *gl. in cap. ſi quis iuſto* verb. *nominatus de elect. in* 6. *Ultradus conſ.*1. *Io. Andr. in add. ad Spec.* §. *ratione ante forma col. pen. ver. de hoc atque Felin. in cap. imputari num.*1. *de fid. inſtrum. Maſcard. d. concluſ.*1016. *num.*25. *Roman. ſing.*254. *Anna ſing.*679. *Milis in repert.* §. *procuratores duo ſint fol.*391. vbi limitat ſi in altero adſit clauſula: *citra reuocationem aliorum procuratorum*, nam illud mandatum habẽs dictam clauſulam cenſetur vltimum. *Gaill. de proc. p.*3. *cap.*3. *num.*80. *Rouit. ſuper pragm. in rubr. de proc. nu.*45. Alij verò dicunt: Si duo mandata
144 haberent eandem datam temporis, tunc illud valeret, quod minorem poteſtatem contineret *Boer. dec.*311. *num.*2. *add. ad Rom. ſing.*254. *Gratian. diſcept.*95. *nu.*7. & 8. *Seraphin. dec.*1033. *nu.* 5. & 6. videtur etiam tenere *Vant. hic num.*166. *Maſcard. d. concluſ.*1016. *num.*26. diximus *ad Rouit. d. conſ.*49. *n.*16.
145 Limitatur 2. vt locum ſibi non vendicet in mandato Vicarij, nam per conſtitutionem ſecundi Vicarij, non cenſetur primus reuocatus *Abb. in d. l. ſi quis* §. *vl.* nam opus eſt expreſſa reuocatione. *Abb. in c. veniētes de offic. deleg.* & ibi *Barb. num.*2. *Rom. ſing.*57. *Bal. conſ.*278. *vol.*3. hanc opinionem veriorem dicit *Boer. cit. deciſ.*374. *nu.*7. poſt alios *Sbrozz. infra nu.*2. In contrarium tamẽ
146 tenent *Feder. de Senis, Nutta, Lap. Gomin. Franc. in cap. licet eodem tit. in* 6. *Milis in repert.* verb. *Vicary duo c. clericos. de offic. Vicar. DD. in cap. non iniuſtè de proc. Rebuff. in praxi benefic. de forma Vicar. Archie. num.*201. *Sbrozz. de offic. Vic. lib.*3. *q.*33. *num.*1. *Pellegr. in praxi Vicarior. p.*1. *ſect.*2. *ſubſect.*6. *nu.*2.
147 Poſſunt conciliarij hæ duæ opiniones contrariæ, vt tunc cenſeatur reuocatus primus Vicarius per conſtitutionem ſecundi, quando expreſsè, vel tacitè poteſt colligi ex verbis ſecundi talis reuocatio *cap. penul. de proc. in* 6. *Rebuff. ſup. n.* 205. Vnde ſi Epiſcopus notificare faciat primo conſtitutionem ſecundi, tunc tacitè cenſetur reuocatus primus, licet expreſſe non reuocauerit, & iſto caſu geſta per primum amplius non valẽt poſt notificationem. *Rebuff. ſup. nu.*206. *Sbrozz. d. q.*33. *c.*4. *Pelleg. ubi ſup. ver. poſſunt.*
148 Limitatur 3. procedere ante litem conteſtatam, ſecus poſt, nam tunc reuocatio non poteſt fieri abſque cauſæ cognitione *gl. Bar. & aly in d.* §. *vl. l. ſi quis Abb. in cap. non iuſtè num.*4. *Spec. de proc.* §. 2. *col. antepen. ver. item quod mandatum*, & ibi *Io. Andr. Franc. Marc. q.*967. *p.*1. Reuocabili-
149 ter tamen, vt diximus, in cauſa appellationis. *Rot. dec.*28. *in antiq.* & 76. *in nou.*
150 Limitat. 4. Verum eſſe, quando ſecundum mãdatum conſtitutum eſt pro eadem cauſa, & contrà eundem perſonam, ſecus in diuerſa, vel contrà diuerſos *gl. in l. cum ſemel ſſ. de iur.* & ibi *Bar. Caſtr. in d. cap. vl. Philip. in cap. ſi quem de proc. in* 6. *Boer. dec.*347. *num.*4. Idem ſi quis conſtituerit plures
151 procuratores ad iudicia, & ad negotia, & poſteà conſtituat alium ad iudicia cum reuocatione omnium ſub quacumque verborum forma conſtitutorum, censetur reuocati tantum conſtituti ad iudicia, nam hæc ſunt diuerſa mandata *Coſta de retrotract. caſ.*13. *cap.*9. *num.*8. poſt *Vant. hic num.* 164. *Gratian. diſcept.*505. *num.*37. *Mantica de tacit. lib.*7. *tit.*22. *num.*44. *Marta in ſſ. nouiſſ. p.*1. *tit. proc. c.*135.
152 Sic ſi primus ad certam cauſam fuiſſet datus & poſtea conſtitueretur alius in genere ad omnes cauſas, non cenſeretur primus reuocatus, cum per ſpeciem generi non derogetur, nec è contrà *Rot. dec.*297. *in nou.* & *dec.*296. *eodem lib.* Vbi per conſtitutionem procuratoris ad iudicia, non reuocatur mandatum ad negotia, quando quis ſimul conſtitutus erat ad negotia, & iudicia, *Cremenſ. ſing.*114. *Roman. conſ.*254. *Coſta de retrotract. caſ.*28. *in cap.*8. *num.*12. & *caſ.*13. *cap.*9. *nu.*7. *Gailin. de proc. p.*3. *cap.*5. *nu.*77. *D. Petr. in tit.*105. *n.* 15. *Rouit. ſuper pragm. collect.*196. qui contradicit *Ricc.* contrarium ſentienti *collect.*2241. poſt *Cornax. dec. luc.*140. diximus *ad Rouit. conſ.* 49. *lib.*3. *num.*19. Quod etiam locum haberet ſi
153 eſſet appoſita clauſula reuocatoria, *reuocans omnes alios procuratores. Paris. conſ.*86. *nu.*23. *vol.*4. *Maſcard. d. concluſ.*1016. *n.*30.
154 Limita. 5. non procedere, quando in ſecundo mandato eſt inſerta clauſula, quæ communiter inſeri ſolet: *Citra reuocationem &c.* nam hæc clauſula perſeuerat ex *gl. in d. cap. ſi duo de proc. in* 6. *per Bal. & alios in d. cap. vl. l. ſi pluribus ſſ. de leg.*1. *Menoc. ad Mirad. dec.*35. *n.*22.
155 Limita. 6. In rebus fiſcalibus, in quibus per ſecundum mandatum, primum non cenſetur reuocatũ *l. quoniam Augerio C. de conuer. fiſc. debit. lib.*10. *Bal. in l.*2. *C. quãdo fiſc. vel priuat. Rom. ſing.* 320. *Barboſ. in cap.*1. *de offic. legati num.*4. *Dec. in l. in toto ſſ. de reg. iur.* & non inueniſſe Doctorem contradicentem dicit *Anna alleg.*27. *num.*11. & *ſeqq.*
156 12. Si Procurator alium in locũ ſuum ſubſtituat habilem, & acceptantem *cap. is qui de proc. in* 6. *Bar. in l. vero procuratori* §. *quid ergo in fin. de ſolut. Bal. in l. quod quis col.*2. *in fin. C. de procur.* poſt alios *Maſcard. de probat. d. concluſ.*1016. *nu.*
157 35. Nam nec poſt reuocare poterit, vt decidit *Beſingn. dec.*11. *de proc.* Quod non procedit ſi in
158 mandato eſt appoſita clauſula, *cum poteſtate ſubſtituendi, ac reuocandi, & toties quoties videbitur expedire onus in ſe reaſſumendi*, nam tunc poterit certè procurator ſubſtitutus à ſubſtituente

reuo-

Digitized by Google

reuocari, etiam tacitè procedendo. *Noſter Vant. bic num.107.& 108.Maſcard.de probat.d.concluſ. 1016.num.36.*

159 13.Tacitè finitur mandatum tranſacto tempore deſtinato, quod procedit, etiam ſi ſit effectus dominus litis, ea ratione quia permiſſum ad tẽpus, poſt tempus videtur prohibitum *l.ſtatum liberum §.ſictitum.ff.de leg.2. l.ſi vnus §.1.ff.de pactis. Mantica de tacit.lib.7. tit.22. num.30. Anto. conſ.67.num.7.Surd.conſ.3.nu.7.Maſtrill. dec.15. num.17.vol.2.Golin.de proc.p.3. cap.5.num.86. & ſeqq.*& diximus *ſup.q.29.* quamuis contrà teneat *D.Creſpi obſ.108.nu.31.*vt ſcil. procurator etiam ad tempus nominatus poſſit litem ceptam proſequi ex *Surd.conſ.57.num.4.lib.1. Guttier.de tutel. 2.p.cap.19.num.7.* quod durum mihi videtur.

160 Sic procurator conſtitutus ad certam litem, ea finita, cenſetur reuocatus *l.inuitus C.de proc.* licet poſſet appellare, cum per ſententiam non intelligatur finita *Mantica d.lib.7. tit.22. num.30.*

161 diximus *ſup.* Cum eo caſu mandatum ad dependentia, & connexa porrigatur *Mantic.ibidẽ nu.28.Conſ.Theodor. alleg.96.num.15. Golin. de proc.p.3.cap.5.nu.93.& p.2.c.4.n.35.& ſeqq.*

162 Poteſt etiam procurator conſtitui ad vnum tantum articulum, & vſque ad certum actum, cum expreſſa prohibitione ne ad vlteriores actus procedat, alias abſque prohibitione expreſſa nõ impediretur etiam ſi ſit conſtitutus vſque ad certum actum *Bal.in l.vinum nu.16.in fine ff.ſi certũ petat.gl. in cap.1. §.1. in verb. procurator ver. & hoc verum de proc.in 6.Bar.in l.1. ff. vt.ff. de proc. Caſtr.conſ.104.col.1.lib.1.Tiraquel.de retract. comment.gl.2.nu.45.* verſ.*& facit etiam R. Rouit. in rubr.pragm.de proc.n.50.*

163 Sic etiam mandatum intuitu adminiſtrationis conſtitutum, ceſſante adminiſtratione per mortem, ceſſionem, renunciationem, priuationem, aut promotionem etiam re non integra extinguitur, & procuratore domino litis effecto *clem.fin. de proc.*vbi *Barboſ.* plures allegat *Mareſcott. lib. 2.cap.61.Cancer.var.lib.2.cap.14.nu.35. & ſeqq. Mier.de maiorat.p.4 q.14. num.101. Salg. de reg. protect.p.4.cap.8.nu.340.add.ad Molin.de primog. lib.4.cap.8.ad nu.6.Salgad.idem in labyr.p.1.c.27. num.15.& ſeqq.*

164 14.Finitur mandatum, perempta inſtantia, quo caſu omnia acta iudicij pereunt, vt notatur in *l.properandum §.& ſi quidem C.de iudic. l.cum lite mota ff.sol.ſolu.*Manzi *de proc.tit.3.nu.343. Miſing.cent.2.obſ.59.* intellige quo ad litis ordinatoria, ſecus quo ad acta probatoria *Afſl. dec. 248.Guid.Pap dec.136.Put. dec.196. lib.2. Balb. dec.331.441.Bellon.decis.13.Gaill.obſ.103. lib.1. Rot.diuerſ.dec.908. lib.3. Borrell. in ſumma deciſ. tom.1.tit.de inſtantia cauſ.64.num.87. & ſeqq.*

165 15.Si dominus liti renunciet, & cauſæ, nam cenſetur etiam reuocatus procurator *Caſſad. dec.2.tit.de appell.& dec.155.p.3.diuerſ. & in nouiſſ.Rotæ dec.376.Monac. ad Minad.dec.35.n.23. Nouar.ſuper rubr.prag.de proc. n.32.*

166 Sed an per teſtes poſſit probari reuocatio procuratoris? Et poſſe videtur dicẽdũ ex *c.ex inſinuatione de proc. Cauall.q.400.n.7. Corſet.ſing.114. Roman.ſing.254.Golin.de proc.p.3.c.5.n.115.*

S V M M A R I V M.

1 *Morte mandantis extinguitur mandatum re integra, vbi rationes, & num.17.14.15. 16.17. in quibus caſibus morte mandantis non extinguatur mandatum, & à n.20.ad n.79.*
2 *Quando dicatur res integra? & n.3.4.5.6.*
7 *Quid morte ciuili?*
8 *Quid ſi ſit deductus? Vel ſit damnatus ad exilium, ſiat captiuus, bannitus? & n.9.10.11.12. ſiat furioſus, & n.18.19.*
80 *Si morte mandantis non extinguitur mandatum re non integra, an id procedat ſi non adſit heres mandantis? & à n.81.ad n.98.*
99 *Si procurator aliquem ſubſtituat, ſi ſubſtituens moriatur, an expiret mandatum ſubſtituti? & n.100. 101,102.103.*
104 *An viuo domino, & procuratore mortuo poſſit iudicium fieri cum domino?*
105 *Morte mandatarij an & quando finiatur mandatum? Et mortis appellatione quæ veniat? & n.106. 107.108.109.110.111.112.113.*

Quomodo extinguatur mandatum morte mandantis, vel mandatarij?

QVÆSTIO XXXVI.

1 EXtinguitur mandatum pluribus modis Primo morte mandantis *l. ſi defunctus ff.de proc.§.item ſi adhuc, & §.rectè Inſtit.mandati l.fin.in fin.ff.de ſolut.l.mandatum C.mandati,l.inter cauſas 26.ff.mandati,* vbi quod re integra mandatum morte mandantis extinguitur. *Clem.fin.de proc.Guid.Pap. deciſ.118. & 401.ex l.& quia ff.de Iuriſd.omnium iudic. l.iudicium ſoluit.ff. de iudic. Franchis dec.255. Magon. dec.106.Flor.Put.dec.73.Conſ.Recc.tom.1. de mãdat.not.99. Borrell. in ſumma deciſ.tom.1. tit. de proc.à num.260.& ſeqq.Gabriel. concluſ.2. de proc. Mantica de tacit.lib.7.tit.23.Card.Tuſc.lit.M.concluſ.65.Nouar.qq.forenſ.lib.1.q.102.n.4.& 5.& in praxi elect. fori q.30.n.3.ſect.1.Caſtill. lib.2.contr. 29.*poſt alios *Barboſ.axiom.154. n.3. Vaz.axiom. iur.lit.M. n.36.Vin.dec.494.n.1.Trentacinq. var. lib.2.tit.de proc.reſol.10.n.1.& ſeqq. Monac.ad Minad.dec.35.n.12.*Etiã ſi ſimus in mandato ad donãdũ ex cauſa remunerationis *Grat.diſcept.783.n. 3.& 4.Nig.de execut.rei iudic.c.7.§.19. n.33.34. Vbert.de citat.tom.2.c.9.n.339.*

2 Res integra dicitur antè litis conteſtationem, non integra poſt litem conteſtatam *d.l.mandatum gl.in l.quia.ff.de iuriſd.omnium iud.vet.antè quam Bal.in l.mandatum C. mandati Fontanell. de pactis nuptial.clauſ.4.gl.12.p.1.nu.45.Surd.conſ.99. in princ.Afſl.dec.128.an.6.in fine Franchis dec.466. gl.in clem.pro eccleſia, vt lite pendente l.procuratoribus C.de proc.Guid.Pap. dec.119. Golin. de proc. p.3.cap.4.nu.1.& ſeqq.Oſaſcb.dec.149. Rot.diuerſ. dec.1046.Surd.dec.89.Recc.d. nota 99.num.237. Vin.dec.404.n.3.Vbert.vbi ſup.n.385.*

3 Niſi ſimus in litibus in quibus non datur litis conteſtatio, nam in illis ſit procurator dominus litis

Digitized by Google

litis, quando incipit tractare de meritis cauſæ. *Bar. in l. 27. n. 4. ff. de proc. l. nulla 23. C. eod. D. Creſpi obſ. 108. nu. 26. Trentacinq. d. reſol. 3. n. 2. Vbert. de citat. c. 9. n. 380.*

4 Cum re non integra, & ſic lite conteſtata mandatum non extinguatur *d. l. mandatum C. mandati l. nulla dubitatio, C. de proc. cum concord.* ea ratione qua tunc procurator eſt effectus dominus litis *l. procuratoribus inſtitutis C. de proc. Ripol. var. c. 3. num. 90. Antonell. de tempore legali lib. 4. c. 22. n. 8.* diximus *ad Reg. Rouit. conſ. 49. lib. 3. Trentacinq. vbi ſup.*

5 Et ſic poſſit procurator proſequi iudicium, tam agendo, quam defendendo, ſiue pro actore, ſiue pro reo interueniat. *R. Rouit. in rubr. de proc. n. 57. Cancer. var. lib. 2. c. 14. num. 38. Fontanell. dec. 96. n. 19. Leo dec. 32. tom. 3. Creſpi d. obſ. 108. n. 26.*

6 Etiam in cauſa feudali, vt deciſum per S. C. refert *Capic. dec. 186. Frecc. de ſubfeud. lib. 3. q. 15.* meminit *D. Petr. ſuper rit. 105. n. 10.* Nõ tamen in feudo ex pacto, & prouidentia. *Frecc. de ſub feud. in different. in pact. hered. & ex pact. differ. 15. Petra ad Capic. d. dec. 186. Monac. ad Minad. d. deciſ. 35. n. 11. Trentacinq. d. reſ. 4. n. 16.*

7 Id quod dicitur de morte naturali habet locũ, etiam ſi conſtituens ciuiliter moriatur, putà ſi efficiatur monachus *l. & religionis ff. de proc. Mareſcott. var. reſol. c. 62. nu. 4. lib. 2. Seraphin. dec. 1352. num. 1. De Petris ſeſtinar. lect. lib. 1. c. 5. n. 42. in fine* diximus *ad Rouit. d. conſ. 49. n. 31.*

8 Si ſit decoctus, *l. ſi cum Cornelius 72. ff. de ſolut. l. ſi quis alicui ff. de acquie. hered. Nogueról. alleg. 16. num. 102.* cum tunc procurator cenſeatur reuocatus ipſo iure abſque aliqua intimatione, & ideo geſta per illum ab illo die nullius ſunt momenti poſt *Dec. Gomez, Arias, Strucc. Scacc. & Fab. d. Anna* ſequitur *Olea de ceſſ. Iur. tit. 1. q. 1. n. 36. D. Rocc. de mandat. nota 99. nu. 239. Salgad. in labyr. credit. p. 1. c. 27.* Vel mutauerit ſtatum in deterius procurator *l. liberto §. largius ff. de annuis legatis. Maſcard. concluſ. 1016. num. 13. Azor. inſtit. moral. p. 3. lib. 9. c. 7.* ver. *quinto Gironda de priuil. explicat. q. 247. num. 1360. & q. 122. n. 672. & 677. Carp. de execut. teſtam. lib. 4. c. 1. n. 9.* Vbi *num. 11. & ſeqq.* probat per mutationem ſtatus in peius habentis facultatem nominandi alium poſt ſe in aliqua re, non cenſeri amiſſam illam facultatem nominandi ex *l. cum pater. §. hereditatem de leg. 2. & alijs.*

9 Vel ſi ſit damnatus in exilium *l. vel exilio ff. de proc. Menoch.* latè *præſ. 36. lib. 2. Mantica de tacitis lib. 7. tit. 23. num. 13.* diximus *d. conſ. 49. num. 32.* Vel ad Triremes perpetuo cum confiſcatione alias ſecus. *Vbert. de citat. c. 9. n. 391.* In captiuita-
10 tem, aut in ſeruitutem inciderit. *Vant. hic n. 175. Maſcard. de probat. concluſ. 1016. n. 12. Vrlaſc. de priuil. miſerab. perſon. q. 16. num. 25.* In bannum
11 *l. actio §. publicatione ff. pro ſoc. Viu. d. dec. 494. n.*
12 14. Quod quo ad captiuitatem non procedit, ſi ſit captus à Pyratis, cum hoc caſu ſeruitus non inducatur, cum à latronibus ſit facta captiuitas *l. hoſtes ff. de captiuis, & poſt lim. reuerſis, l. hoſtes ff. de verb. ſignific.* optimè tradit *Chartar. dec. Genua 92. num. 4. cum ſeqq.* diximus *q.* & *ad Rouit. dec. 49. num. 32. lib. 3. Monac. ad Minad. dec. 35. n. 21. Vrlaſc. de priui. miſerab. perſon. q. 16.*

13 Rationes vero cur mandatum morte mandãtis expiret plures ſunt apud *Socc. ſen. conſ. 112. num. 11. vol. 1.* Prima eſt quia dominium poſt
14 mortem deuenit plenarie in hæredem, ſic non poteſt ſine ſuo facto alius de ea re diſponere, *l. id quod noſtrum ff. de reg. iur.* vndè cum res tran-
15 ſeat ad nouum dominum, nouo mandato opus eſt. *l. antiſtius ff. de acquie hered.* Et poſt mortem
16 mandantis, indubitati iuris eſt, procuratorem non dici mandantis procuratorem, ſed hæredis vt tradit *Caball. conſ. 145. num. 7. R. Galeot. contr. 60. num. 5. lib. 1.* poſt *Socc. conſ. 172. nu. 13.* 2. quia
17 dominus videtur dare mandatum illud contemplatione dominij, quod habet in re, vndè cum is expiret, expirat mandatum. *Socc. d. conſ. 112. Golin. de proc. p. 3. c. 4. n. 8.*

18 Sed quid dicendum ſit ſi conſtituens incidat in furorem, an finiatur mandatum? Quod non finiatur tenet *Bal. in l. vl. num. 1. C. de adm. tutor.* nam licet per furorem ceſſet voluntas *l. qui ad certum ff. locati* non tamen finitur mandatum, cum poſſit reſipiſcere. *Mantica de tacitis lib. 7. tit. 23. n.*
19 12. Contra tamen veritas eſt, nam nihil magis contrarium eſt mandato, quam furor, qui facit ceſſare voluntatem, & vbi non eſt voluntas non eſt mandatum *Viu. dec. 494. in fine* per *tex. in l. qui ſeruum* vbi *Bar. & l. ſi quis alicui ff. de acquie. hered. Azor. inſtit. moral. p. 3. lib. 9. cap. 7. verſ. 6. P. Molin. diſput. 552. nu. 5.* ver. *aut niſi. Carp. de execut. lib. 4. c. 1. n. 17.*

20 Limitatur tamen concluſio illa, quod morte mandantis finiatur mandatum, pluribus modis. Vt per *Iacob. Nouell. in reg. 87. Soccin. in fallent. & alios.* Primo in mandatis ad pias cauſas *Iaſ. in l. eius. §. plucrbas ff. ſi certum petat.* per *tex. in clem. exivi* ver. *eo caſu de verb. ſignific. l. ſi ego §. 1. ff. de Iure dot. Conſ. Rocc. de mandat. nota 100. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ priuil. 82. Marſil. ſing. 44. Nouar. de priuil. miſerab. perſon. priuil. 100. nu. 4.* diximus *ad Rouit. d. conſ. 49. n. 33. lib. 3. Viu. dec. 494. n. 13.*

21 Sicut fauore fidei mandatum inquiſitorum hæreticæ prauitatis, morte mandantis non extinguitur, vt per *tex. in c. nè aliqui de heret. in 6.* tradit *Mozz. de mandat. col. 7. ver. limita primo Bal. in l. ſi defunctis ff. de proc. Roman. ſing. 119. & 202. ver. 2.* Quamuis verius in *d. tex. ne aliqui* dicatur, Inquiſitorum officium per mortem concedentis ſcil. Papæ, non expirare *Simanch. de cathol. inſtit. tit. 34. nu. 14. Carrer. tract. de heret. nu. 65.* ver. *& morte delegantis Eymer. in direct. inquiſit. p. 4. q. 7. & 8.* & ibi *Pena in comment. 56. & 57. Decian. tract. crim. lib. 5. c. 20. num. 8. & c. 22. nu. 5. 29. Scacc. de iud. cap. 67. num. 8. Reias ſing. 114. nu. 3. Farinac. de hereſi q. 186. §. 2. n. 20.*

22 Quod etiam fauore libertatis procedere dixit *Iaſ. loco cit.* per *tex. in l. ſi parte* vbi *gl. ff. de manumiſſ. vindict. Menoch. præſ. 36. nu. 33. lib. 2. Nouell. d. reg. 87. in 1. limit.* qui dat exemplum, nimirum ſi mandatum fiat Sempronio, vt dotaret Eccleſiã, vel vt liberaret ſeruum Titij, nam eo caſu mandantis morte non expirat mandatum, adeo, vt neque hæres poſſit mandatum prædictum reuocare. *Socc. reg. 254. fall. 8.* ver. *mandatum Vant. hic num. 470. Nouar. de elect. fori q. 25. ſect. 1. & de pri-*

Digitized by Google

priuil.miſerab.perſon.priuil.100. nu.6. Trigon.ſing. 81.Monac.ad Minad.dec.35.nu.21.Velaſc.de priuil.miſerab.perſon.q.16.n.97.

23 Et fauore pacis, vt ſcil. mandatum factum à vulnerato non expiret etiam quod ille moriatur Bal.in add.Spec.tit.de homicid.in vl.addit.Iaſ.in l. eius qui in prouincia fall.4 ff.ſi certum petat. Cotta in memorial. verb.pax,poſt princip.Murſil. ſunc.44. 1.limit.Viu.dec.494.nu.5.

24 2.Limita quando in mandato adeſt clauſula; quo ad reuocnbitne nam eo caſu morte non extinguitur Iaſ.in d. §.placebit in 6. limit, Mozz. loco cit.col.7.ſub num.20. verſ.6.fallit Mae, Muta in Cap.Sicil.tit.de officio proreg.prag.1.tit.1. num.85.

25 tom. 1. contrarium verius mihi videtur, nam morte finitur voluntas conſtituentis per tex. in cap.ſi gratioſè de reſcript.in 6.Franc. & DD. in l. mandatum C.mandati l.vxorem §. pen ff. de leg.3. Cened.ſing.49.num.14.Sanch.de matr. lib.8. diſp. 28.nu.50.poſt alios Barboſ.clauſ.3.n.2.

26 3.Quando expreſsè in mandato fit mentio, quod durare debeat poſt mortem l.ſi verò non remunerandi §.fin.cum l.ſeq.ff.mand. l.mortis cauſa 18.§.titia ff.de donat.cauſ.mortis.Ruin.conſ.7. n.7. 8. Vbi tradit non poſſe huiuſmodi mandatum per hæredem reuocari,niſi ſit ad commodum hæredis. Gratian.diſcept.783.nu.20. Bal.in l.id quod pauperibus C.de epiſc.& cleric.& in l.quoties C. de fideicommiſſ.Iaſ.loco cit.& ibi Angel. Fillucc. de contract.tract.39.cap.3.num.31. etiam ſi mandatũ ſit collatum in vita, ſed eius executio differatur poſt mortem conſtituentis gl. in l. cum pater §. Mevio ff.de leg.2. Socc.conſ.60. col.5. & conſ.49. lib.4.Nouell.d.reg.87.nu.6. Muta loco cit.num.71. exemplum ponit Nouell.vbi ſup.num.6.in mandato concernente ſepulturã Roman. conſ.202. verb. reſpondetur Mil.in repert.ver. mandatum non expirat, vbi tradit mandatum non expirare morte mandantis,etiam re integra, quando aliquid mãdatur fieri poſt mortem mandantis Carp. de execut.teſtam.lib.4.cap.1.num.6. vbi etiam id probat quo ad executorem, vt illius officium non expiret morte conſtituentis Dom. Rocc. de mandat. & complement.nota 100.Monac.ad Minad. dec.35.n. 18.Gratian.diſcept.783.num.15. 24. 26. Viu.dec. 494.num.6.7. vbi limitat ſi conſtituens decedat
27 ſine hærede, Idem eſt ſi mandatum ſit datum in teſtamento Bocc. dec.346. num.6. & 7. Oſaſch. dec.150.

28 4.Limit.fauore dotis, nam eo caſu mandatum non reuocatur, poſt mortem mandantis, Iaſ.loco cit. per tex.in l.ſi rei alicui ff.de iure dotium.Muta loco cit.num.62.Iacob.Nouell.vbi ſup.nu.3. Mozz. de mandato col.9.verſ.12.fallit Balb.dec.440.Trentacinq.var.lib.2.reſol.10.à nu.12.de procurat. vbi declarat.Nouar.d.priu.100.num.5. Golin. de proc. cap.4.num.15.p.3.Monac.ad Minad.dec.35.n.21. Viu.dec.494.nu.10.

29 5.Limit. ſi ſit expreſsè collatum irreuocabile vſque ad certum tempus, nam illud non finitur morte Gratian.diſcept.783.n.17. Vel in mandato in quo committitur executio actus,vt in nuncio, cui Iudex mandauit, vt aliquem mittat in poſſeſſionem Gratian.diſcept.783.n.19.

30 5.Limitat. quando quis conſtituitur procurator in rem propriam, qui reuocari non poteſt. Bal.in l.ſi patet C.mandat.Bar. in l.ſi procuratorem ff.de condit.ob cauſam l.quæ omnia 25. ver. planè, & l.procuratore ff.de proc.Fab.in C.lib.4.tit.26.defin.13.num.13.Golin. de proc.p.4. cap.1. diximus ad R.Rouit.d.conſ.49.num.3.lib.3.Monac. ad Minad.dec.35.num.13.Nig.de exec.rei iudic.cap.7.§. 19.num.58. & ſeqq. vbi num.51. & ſeqq. limitat Vbert.de citat.tom.2.c.9.ſub num.382.Nec eo ca-
31 ſu morte conſtituentis mandatum reuocatur l. illam C.de donat. vbi Bar.& in l.2.§.ſed, & ſi quis ff.eodem l.2.§.in propria cauſa.ff.quand. appell.ſit. Bar.in l.ſi procurator.ff.de condit. cauſa dat. Dec. conſ.521.num.9.Nig.de execut.rei iudic. cap.7. §. 19.num.36.Nouell.vbi ſup.num.4.gl.in l. mandatũ C.mand.Menoch.praeſ.36. num.36. lib.2. Gratian. diſcept.507.num.12.812.num.10. Guid. Pap. dec. 547.Roſ.dec.174.p.2.diuerſ. diximus ad Rouit.d. conſ.49.num.39.Gratian.d.diſcept.342. nu.6. qui limitat in mandante, qui reliquit hæredes pupillos, ſeu furioſos. Secus eſt in inſtitutore relinquente hæredes pupillos,& furioſos ibid. num.3. 4.Nec expirat ex morte conſtituti R.Galeot.contr.9.num.31.lib.1.Mantica de tacitis lib.7. tit.23. n.5. Epiſc.Aſſ.in allegat Pro D. Emanuele Carrafa contrà Regium Fiſcum num.43.fol.83. Viu. d.dec.494.nu.11.

32 Vel ſi, etiam ſi res ſit integra, procurator ex mandato commodum eſſet conſecututus; veluti. Caius conſtituit procuratorem Titium ad recuperandum mille,de quibus reciperet ipſe procurator centum, Tunc mandatum morte mandantis non extingueretur,vt poſt Innoc. in cap.cauſis verſ.adhoc reſpondeo de elect.Felin.in cap.relatum verſ.3.fallit de offic. deleg.Ruin.conſ.115. nu.16. lib.1.docet R.Marin.lib.1.reſol.261.

33 Rè integra mandatum in rem propriam reuocari poteſt,ſcil.antè quam ſit proceſſum ad tria contenta in l.3.C.de nouat. Cald. de empt. cap.24. num.22. & 23.Auguſtinus Barboſ. in Tractatu de clauſ. clauſ. 71. num. 8. Guzman. de euiction. q.35.à num.118.Oſaſch.dec.62. num.16. Nig.de execut.rei iudic.c.7.§.19.num.54. Dom.R.Merlin. cent.2. contr.31. num.15. Quod intelligas, vt
34 poſſit reuocari tacitè exigendo à debitore ceſſo, ſecus expreſsè,cum perfectus contractus ſine vtriuſque contrahentis conſenſu, reuocari non poſſit. Salgad.in labyr.cecdit.p.1.c.27.nu.74.Merlin.d.contr.31.num.15. meminit Olea de Ceſſ. Iur. tit.8.q.1. nu.25. & ſeqq. vbi ponit quatuor caſus quando ceſſio, & mandatum in rem propriam poſſit reuocari ante,vel poſt acceptationem.

35 Dicitur procurator in rem propriam is, qui alienas actiones ſuo commodo exercet. l.4.ff.de re iudic. & l.qui abſente C.de proc.l. per familię §. fin.ff fam.ercisc.Maur.de fideiuſſ.r. p.2. ſect.80. c. 50.num.22. Coſta in praxi conuentional. p.1.num. num.172.Nig.de execut.rei iudic.c.7. §.19. nu.4. Vbert.de citat. cap.9. num.382. & ad quem perti-
36 net vtilitas,vel damnum.l.plane vbi gl. & Bar.ff. famil.ercisc.Trentacinq.var.lib.2.de proc. reſol.3.à num.2.Barboſ.clauſ.71.num.1.& 4. Golin. de proc. p.4.cap.1.num.1.& ſeqq.Tonnut. reſol. ciuil. c.32. num.5.Olea de Ceſſ.Iur. tit.1. q.2.nu.35. & ſeqq. vbi benè impugnat Guzman.de euict.c.35.n.111.

Gra-

Gratian. diſcept. 873. num. 23. & diſcept. 666. num. 21. diximus ad R. Rouit. conſ. 49. num. 5. lib. 3. Barz. dec. Canon. 26. D. R. Merlin. centr. 31. tom. 2.

37 Talis procurator in rem propriam tripliciter poteſt conſtitui. Primo modo quando illi mandata ſunt directæ actiones, & ceſſæ vtiles, vt in l. 1. cum gl. C. de obl. & action. 2. quando ſunt ceſſæ vtiles actiones, ſed directæ non ſunt mandatæ gl. & Bar. & in d. l. 1. 3. modo quando ſunt mandatæ directæ, ſed vtiles non ſunt ceſſæ iuxtà Iaſ. & alios in l. qui ſtipendia C. de proc. benè Murantu in l. ſi actor num. 15. Trentacinq; d. reſol. 3. num. 2. Barboſ. d. clauſ. 71. nu. 36. Olea d. q. 2. nu. 48. Et tit. 6. q. 1. explicat quæ nam ſit vtilis actio, & quæ

38 directa. Cum omne lucrum, & damnum ſit ipſius procuratoris, poteſt paciſci, iurare, tranſigere, & omnia alia facere in præiudicium conſtituentis, vt ex Bertaz. de clauſ. clauſ. 29. gl. 10. nu. 1. tradit Barboſ. clauſ. 71. nu. 1. Et ipſe procurator

39 tenetur iurare de calumnia, & non conſtituens. Io: de Graſſ. de ceſſ. iur. §. 5. num. 4. in 3. tom. tract.

40 Sic procurator in rem propriam eandem patitur compenſationem, quam cedens l. ſi quis ex m. ff. de proc. Maur. alleg. 74. n. 7.

41 Plures ſunt differentiæ inter procuratorem in rem propriam, & alios procuratores. Prima eſt quia poteſt conſtituere procuratorem ante litis conteſtationem l. illum 33. C. de donat. Dyn. ſing. 181. Bertazol. de clauſ. clauſ. 39. gl. 11. num. 1. quod non eſt in alijs procuratoribus, nam ad ſubſtituendum ſpeciale mandatum requiritur l. ab executione §. ſi procurator ff. de appell. l. quiſquis C. de procur. c. 1. eodem tit. in 6. Roman. ſing. 227. Surd. dec. 195. n. 9. & nos diximus ſup.

42 2. Differentia, quia cæteræ procurationes morte mandantis extinguuntur, vt diximus ſup. nu. 5. Secus procuratio in rem propriam, vt ſimiliter diximus hic proximè, addimus Gratian. diſcept. 873. n. 15. 750. n. 29. 30. & diſcept. 812. n. 8. & 10.

43 4. Licet mulier non poſſit eſſe procuratrix, vt diximus ſup. & probat Golin. de procur. p. 1. c. 4.

44 a nu. 7. tamen in rem ſuam benè eſſe poteſt mulier l. quia abſente C. de proc. Gratian diſcept. 873. n. 24. & nos diximus ſup.

45 5. Procurator manumittere non poteſt, per tex. in l. etiam §. abſens quoque ff. de manumiſſ. vindict. vbi gl. allegat tex. in l. neque quæ lex non adeſt, ſed voluit allegare l. nec mulierem 3. C. de vindic. liber. & vſ. nu. ... manu. Imo nec procura-

46 tor conſtitui poteſt ad manumittendum ſeruum. Bar. in l. poſt mortem §. fin. ff de adopt. & in l. gallus §. forſitan ff. de liber. & poſt. add. ad Milium in repert. verb. procurator fol. 391. Secus eſt in procu-

47 ratore in rem propriam, qui poteſt manumittere gl. in d. l. nec mulierem C. de vindic. liber. Bologn. conſ. 21. num. 36. Golin. de proc. p. 4. c. 1. num. 17. & p. 2. c. 1. nu. 4. & ſeqq.

48 Et generaliter procurator in rem propriam, non venit ſub ſtatuto loquente de procuratore. Bal. in l. 1. q. 5. nu. 14. C. de act. empti, & in l. qui ſtipendia C. de procur. Felin. in cap. licet vndique 30. de offic. deleg. Gratian. diſcept. 873. nu. 25. & 750. nu. 25. Neg. de execut. rei iudic. c. 7. §. 19. num. 8.

49 Simplex, & in rem propriam poteſt fieri abſenti, & non requirit ſtipulationem, diximus ſup. ad-dimus Gratian. diſcept. 531. num. 68.

50 Inducitur conſtitutio procuratoris in rem propriam per clauſulam: Ponens in locum ſuum ... Tariſ. conſ. 107. nu. 34. & 35. vol. 3. note cum Bar. in l. qui quadringenta nu. 2. ff. ad Trebell. vbi etiam Iaſ. num. 7. (qui dicit ſecus eſſe ſi poneretur clauſula: ... in rebus meis, vt ... , quia ſolum videtur conſtitutus procurator cum libera, non autem in rem propriam) idem Luc. in l. in prouincias §. ſi ergo num. 2. vbi Alex. nu. 7. 8. & alij ff. de nou. oper. nunciat. Gratian. diſcept. 682. num. 9. Seraphin. dec. 541. num. 4. Neg. de execut. rei iudic. cap. 7. §. 19.

51 nu. 32. Et iſtam clauſulam: Ponens in locum ſuum videtur conſtituens directas mandare, & vtiles cedere, & ſic huiuſmodi procurator erit dominus vtilium, & mandatarius directarum ex not. in l. ſi procuratorem §. fin. ff. mandat. l. qui ſtipendia C. d. proc. Roderiq. de annuis reddit. lib. 3. q. 11. nu. 80. & 81. D. R. Merlin. Cent. 2. c. 31. nu. 12. & ſeqq.

52 Quando procurator in rem propriam agit, debet concludere: peto te condemnari mihi dicto nomine ad damnum, & ſoluendum pro mea vtilitate, vt tradit Bar. in l. ſi quis in erm. ff. de proc. & in l. ſea, & ſi tantum ff. de pactis ex quo dicunt DD. huiuſmodi procuratorem poſſe habere executionem ſententiæ etiam in mandantis fauorem latæ l. 4. ff. de iudic. Rub. in C. lib. 4. tit. 26. de fin. 18.

53 Magna eſt differentia ſi procurator in rem propriam agat, vt talis intentando vtiles actiones, vel vt procurator domini intentans actiones directas, quod cognoſcitur ex concluſione libelli Bar. & alij in l. qui ſtipendia C. de proc. Ang. Aret. conſ. 53. n. 4. 5. nam ſi intentet vtiles actiones non obſtat exceptio perſonalis, quæ competeret contra mandantem, vt puta quod ſit excommunicatus, vel bannitus, ſi intentet directas ſecus eſt cap. 1. de except. in 6. Iaſ. in d. l. qui ſtipendia nu. 3. verſ. effectus. Item ſi intentetur vtilis, priuilegia, quæ ſunt conceſſa perſonæ mandantis, vel cedentis non competunt mandatario, vel ceſſionario, qualia ſunt priuilegia actionis dotis, ſecus autem ſi agat directa Bar. in l. poſt dotem ff. ſolut. matr. in fine Iaſ. in l. qui ſtipendia C. de proc. num. 3. in fine Bal. in l. 2. C. quando fiſcus, vel priuat. Verum ſi ſimpliciter agat tanquam procurator non cenſetur egiſſe tanquam procurator in rem propriam, ſed tanquam procurator alieno nomine Ang. Aret. conſ. 53. num. 2. 3. Neg. de execut. rei iudic. cap. 7. §. 59. n. 37. & ſeqq.

54 7 Limitatur quando adeſt præiudicium tertij, cuius cauſa, & commodo fuit conſtitutus procurator, nam eo caſu mandatum mandantis morte non extinguitur Bal. in l. id quod pauperibus col. fin. C. de Epiſ. & cler. Aret. conſ. 125. Ruin. conſ. 7. nu. 8. vol. 2. Menoch. in praſ. 36. lib. 2.

55 8. Limitatur vbicumque mandatum eſſet factum cum poteſtate ſubſtituendi, & ſubſtitutio ipſa eſſet facta viuente mandatore Ruin. conſ. 74. n. 14. & ſeqq. vol. 3. Vtiu. d. dec. 494. n. 8.

56 9. Limitatur in mandato procuratoris, qui ſatiſdedit, nam hoc morte non finitur procuratoris cum res non dicatur integra l. Titius de procur. Munticu de tacit. lib. 7. tit. 23. num. 27. Vbert. de cital. tom. 5. cap. 9. num. 384. Sicut non extinguitur

57 quando dominus pro procuratore abſente ſatiſde-

dedit Iacob.in l.ſi defunctus, & in l.fideiuſſorit nu. 1.in 1.lect.ff.de pactis Flam. Monach. dec. Bonon. 15.num.31.Mozz.de mandat. col.7. num.20. ver. 4.fallit Milis in verb. mandatum non finitur il 2. Balb.dec.278.Verall.dec.189.Guid. Pap. dec.119. D.Creſpi obſ.108. num.19. & ſeqq. vbi impugnat Ant.Fabr.lib.12.coniect.c.26. contrarium tenentem. Antonell.de tempore legali lib.4. cap.22. nu.8. Monac.ad Minad.dec.35.num.14. Viu. dec.494. num.11. Cap. Tholoſ. dec.264. vbi apoſtilla ampliat procedere tam in procuratore præſente, quam abſente.

58 10.Limitatur in mandato facto fauore conſtituentis, vt pote ſi illud eſſet factum, vt procurator acciperet poſſeſſionem alicuius rei pro conſtituente Viu.poſt alios dec.494.n.9.

59 11.Limitatur in mandato eius, quod quis habet neceſſe facere,nam illud non finitur morte, vt potè ſoluendi creditoribus Bar. in l. fundi nu. 1.ff.de acquir.poſſeſſ.& ibi etiam Caſtr.in Summar. Mozz.de mandat.col.fin.ver. 2.limita.

60 Imò illud mandatum non poteſt reuocari, vt tradit Creſc.dec. Rot.Rom.14. aliàs 37. de procur. Mil.in repert.verb.mandatum non expirat, vbi dicit non extingui mandatum morte mandantis, quandò mandatur id, ad quod faciendum mandans de iure tenetur per d.l.fundi.

61 12.Limitatur quando ſupplicationem porrexiſſet principalis ad reſignandum, & poſtea ad præſtandum aſſenſum conſtituiſſet procuratorẽ, quia mortuo mandante poteſt procurator conſentire Creſcent.dec.7.de renunciat.& dec.8. tit.de proc.Put.dec.83.lib.2.& dec.268.lib.3.Caſſad.dec. 1.& 3. tit.de renunciat. quamuis expirare dixerit ex pluribus Rotæ deciſ.Ricc.reſol.402.p.3.

62 13.Limitatur quandò procurator eſt conſtitutus à Prælato nomine ſuæ Eccleſiæ, vel à Poteſtate nomine Ciuitatis,licet conſtituentes moriantur re non integra Innoc.in cap.dilecti num.1. de foro compet.Henric. Bouer.ſing.26. ver. procurator.nu.20.Corn.in l.eius, qui in prouincia ff.ſi cert. petat.Monac.ad Minad.dec.35.nu.11.in fine, & 15.R.Rouit.in rubr.de procurat.in pragm. num.39.

63 In contrarium tamen eſt veritas quo ad Prælatos,& Rectores Eccleſiaſticos, ſcil.morte prælati extingui mandatum per tex. expreſſum in clem.fin. de procur. Iaſ.in d.l.nulla dubitatio C.de proc.num.1.& 3. Gabriel. tit. de procur. concluſ.3. Mozz.de mandat.col.vl.ver.13.fallit Anna fil.conſ. 82.num.2.Palma in diuerſ.iur.commun. gl.15. nu. 51.Golin.de proc.p.1.cap.3.num.50. R. Galeot. lib. 2.contr.28. Anna alleg.92.Reg.Marin. ad Reuert. dec.124.Gratian.diſcept.522.Ricc.coll.319. Mantica dec.213.Barboſ.in d.Clem.fin. Dom. Creſp.obſ. 108.num.29.Dom.Luca ad Franch.dec.466. nu.3. Rocc.de mandat.nota 99.Trentacinq. var. tit. de procur.reſol.4.num.4.Rouit.vbi ſup.nu.39.Etiam

64 in beneficialibus,vt ſcil.morte beneficiarij, etiã re non integra, expiret mandatum d.clem.fin. Mantica dec.213.Gratian. diſcept.522. Suar.conſ. 10.Caſſad.dec.21.de appell. Creſcent. dec.13. de proc Rot.diuerſ.dec.1263.p.3. Cum in illis non detur hæres Vbert.de citat.cap.9.nu.389.Etiam

65 in procuratore conſtituto ab Hoſpitali, cum illud gaudeat priuilegio Eccleſiæ Petr.de Ancbar. & Zenz.in d.clem.fin.Trentacinq.d. reſol.4. nu.5.

66 Etiam in Vicario perpetuo,nam habens vicariam perpetuam videtur habere beneficium Eccleſiaſticum c.poſtulaſti de reſcript. Et in quolibet commendatorio Trentacinq.ibid.nu.6.

67 Sic etiam ſi beneficiatus renunciet beneficio, vel transferatur ad aliam Eccleſiam, mandatum expirat Ant.Gabriel.tit. de proc. concluſ.3. Anna d.alleg.92.Anna fil.conſ.82. num.17. Trentacinq. d.reſol.4.num.9.Gratian.diſcep.522. nu.21. Quod procedit de prælato actore,ſecus reo, ex ratione allata per Guid.Pap.dec.547. num.5. Trentacinq. var.lib.2.tit.de procurat.reſ.4 num.9.ver.hanc concluſionem D. Creſp.d. obſ.108. num.30. Procedit etiam concluſio ſup. poſita in mandato facto à Prælato nomine ſuæ Eccleſiæ, ſecus in actibus proprijs, vt in caſu quo prælatus fecit aliquas ordinationes,quarum executionem commiſit alicui ex ſuis officialibus,nam ipſo mortuo, Commiſſarius ille poteſt procedere ad illam executionem ſibi commiſſam cap. ſi ſuper gratia de offic. deleg.in 6.Guid.Pap. dec.491. Barboſ. in d. cap.ſi ſuper.

68 Quo vero ad adminiſtratores Vniuerſitatis firma remanet concluſio poſita in limit. vt completo officio illorum, etiam re integra mandatũ non cenſeatur extinctum. Reg.Rouit.in rubr. de procur.num.57.R.Marin.ad Reuert.d. dec.124.R. Galeot.contr.28.num.40. lib.2. qui intelligit in procuratore conſtituto ab adminiſtratoribus vniuerſitatis collegialiter, quia conſtitutus dicitur procurator potius ab officio,quod ſemper durat, quam à perſonis,ſecus ſi conſtituentes id facerẽt non collegialiter R.Marin.ad Reuert.dec.124.n. 1.in fine Trentacinq; d.reſol.4.num.9. verſ.contra Cardoſ. in praxi Iudic. & aduoc. verb. procurator num.51.

69 14.Limitatur quãdo dominus liti renunciat,& cauſæ, quia cenſetur reuocatus procurator Caſſad.dec.2.tit.de appellat.& dec.151.p.3.diuerſ.in nouiſſ.Rotæ dec.376.

70 15.Limit. morte vnius ex mandantibus ſuperſtite altero mandante Ant. Fab. in C. dec.19. tit.de mandato.

71 16.Limit. Vt non expiret mandatum generale factum à tutore tutorio nomine in litibus ceptis ſi non conſtet fuiſſe tradita inſtrumenta filio ad litem pertinentia. l.5.§. poſt completum ff. de adminiſtr. tutor.tit. C. vt cauſæ poſt pubertatem adſit tutor.Franch. dec.466. Muta in cap. Sicil.32. tom.1.Franch.deciſ.55.p.1.& dec.99. num.3. p.2. Gutter.de tutel.2.p.cap.19.num.5.6. D. Creſpi obſ. 108.nu.14.& 31.Alex.conſ.128.lib.6.Cap. Tholoſ. dec.43. Baltaſ.Thomas de tutor.& curat. tit.19.c. 40.R.Marin.reſ.264. num.1. quid quid dicat R. Galeot.lib.2.contr.28.num.35.& 36.quem ſequitur D.Luca ad Franch. dec.466. num.2. Rocc.de mandat.nota 99. Maxime hoc procedit ſi tutor conſtituat actorem,nam mortuo tutore lite conteſtata,non expirat actuaria, cum illa non regulatur ab officio tutoris, nec conſideretur ab eo dependens Paitell.in annot. ad expedit. Patris annot.33.num.58.Andreol.contr.233.n.5.

72 Secus eſt in litibus non ceptis, vel per ſuperuenientiam maioris ætatis pupilli l. ſi per epiſto-

lam ff de acquir hered.Franch.d. dec.466. R.Conſtant.in l.nullus C.de decur. lib.10. R. Marin.ſup. & ad R.Reuert.dec.124.Oſuald.ad Donell. lib.18. cap.12.lit.T.Narbona de atate anno 25.q.49. vbi confutat *Lara in comp. Vitæ homin.* contrarium tenentem *Dom. Luc. ad Franch. dec.466. num.4. Golin.de proc.p.3.c.4.n.38.R. Gal.contr.28. n.36.*

73 Sed quid dicendum in caſu, quo Pupillus authoritate tutoris conſtituat procuratorem, ſi moriatur tutor, an reuocetur mandatum? Et reſolutiue dicimus, non, ſed ſolum quando moritur pupillus, cum ab eius perſona principaliter actus accipiat ſubſtantiam *Bar. in l.ſi per epiſtolam ff. de acquir.hered.* vbi *etiam DD.Mantica de tacitis lib.7.cap.23.num.7. Tiraq. ad ll.connubial.gl.3.n.81.Golin.de proc.p.3.c.4. nu.34. Gutier. de tutelis p.2.cap.19.num.5.6.Franc.Marc.dec.55.p.1.dec.99.nu.3.p.2.D.Creſpi obſeru.108.n.15.*

17.Limit. Vt quamuis finita inſtantia per ſententiam latam poſt mortem Principalis ceſſet mandatum procurationis. *Seraphin. dec.824.* tamen ipſe limitat, ſi in mandato adſit clauſula generalis, *ad omnes cauſas, & inſtantias,* item ſi adſit clauſula, *releuantes, idem Seraphin. dec.1180. Cabed.dec.Luſit.197.n.6.&7.p.1.Coccin.dec.319. Poſt.de manut.obſ.86.nu.13.*

74 18.Limita in procuratore conſtituto ab inſtitutore, nam illud durat etiam poſt mortem inſtitutoris, quod eſt vniuerſale per *tex.in l.ſi quis. §. ſi impubes ff.de inſtit.action. R.Reuert.dec.124.n.3.Conſ.Rocc. de mandat. & complement. nota 100. Trentacinq.var.tit.de procur.reſol.10.n.15.* Et in

75 caſibus, quibus morte mandantis nó expirat mādatū, hæredes tamen poſſunt illud reuocare *Petr. de Rauenna ſing.212. Rocc.d. not.100.in fine,* ſed ſi aliquid feciſſet procurator antè quam ſciret mortem principalis ſubſtineretur *Vbert.de citat. tom.2.cap.9. ſub num.339.*

76 19.Limit. Quando ſumus in rebus Capituli, quod Capitulum ſuit principalis conſtituens, & Epiſcopus, vt conſentiens, nam tunc mortuo Epiſcopo non dicitur procurator reuocatus *Io. Andr.Paul.& Gemin.in cap.ſi duo de proc.in 6.num.7. Anchar.d. clem.fin.Trentacinq.vbi ſup.n.10.*

77 20.Limit. In cauſa communi Capituli, & Prælati quo ad commoditatem, nam tunc mortuo prælato non expirat mandatum *Anchar. d. clem. fin.* qood declarat non procedere in iuribus ſpectantibus ad prælatum, quæ in iudicium deducit cum conſenſu capituli. *Trentacinq.ibid.n.11.*

78 21.Limit. In procuratore, qui nomine Eccleſię ageret, vel defenderet, putà ſi peteretur aliqua poſſeſſio Eccleſiæ, & alius nomine eiuſdem Eccleſiæ ipſam Eccleſiam, & poſſeſſionem defenderet *Rota Rom.in nouiſ.dec.171.incip. Si A.conſtituat.* Secus ſi quis ſit conſtitutus, & nomine proprio, & dignitatis *Trentacinq.ibid.n.12.*

79 22.Limit. In procuratore conſtituto à Collegio in cauſis, quibus poteſt, nam etiam omnibus de Collegio mortuis, & alijs ſubrogatis, durat officium procuratoris, quia vnum, & idem Collegium remanet, & cenſetur etiam alijs ſubrogatis *l.proponebatur.ff.de iudic. Anchar. in d.clem. fin. Cardoſ.in praxi Iudic.& aduoc.* verb. *procurator num.52.* quæ quatuor vltimæ limitationes deſeruient, ad explicationem dictæ *clem.fin.de proc.* aliasq; ampliationes, & limitationes ponit *Soccin. in tract.ſalientiar.reg.254.num.1.& ſeqq. Gabriel. commun.concluſ.tit.de proc.concluſ.2. Menoch.de præſumpt.lib.2.præſ.36.num.28. & ſeqq. R. Galeot. contr.28.*

80 Diximus *ſup.num.2.verſ.Res integra*; Mandatum non extingui, mortuo mandante poſt litem conteſtatam, cum tunc non dicatur res integra. Nunc cadit difficultas, ſi mandans decedat ſine hærede, vel non adſit hæres, qui perſonam defuncti repræſentet, an hæc concluſio procedat? Et nō procedere dicit *Min.d.dec.35.num.2. Mangrell. ad tex.in l.ſi defunctus ff.de proc.& in d.l. nulla C. eodem.Mantica de tacit.lib.7.tit.23.num.52.Marta in ff.nouiſſ.p.1.tit.procurator cap.132.Golin.de proc.p.3.cap.5.num.20.Grauat.ad Veſtr.lib.4. cap.4.num.41.Grattan.diſcept.243.nu.12.& ſeqq. Antonell.de tempore legal.lib.4.cap.22.num.8. Trentacinq.var.tit.de proc.reſol.4.nu.14.* licet contra ſibi contrarius videatur tenere *nu.16.ver. Præterea tuncto verſ.mihi multum.*

Cum hæres ſit citandus de nouo, non quod ſit formandus cum eo nouus proceſſus, ſed vno verbo repetēdo omnia acta, & actitata prçhabiti iudicij. *Zaſ.in l in ſumma num.7.& 8.ff. de re iudic.* per *tex.in l.1.& 2.C.ſi penden. appell.mors interuenia Parlador.rerum quotid.lib.2. cap.fin. 5.p. §.9. num.28.* qui dicit hoc maximè eſſe faciendum ſi ſententia ferenda ſit reuiſionis vulgo *de reuiſta* ſcil. quod ſit vltima ſententia, à qua non datur ſupplicatio. *Caroc.de exception. contrà ſent. except.42.num.13.Lara in comp.Vitæ homin.cap.24.num.75.* vbi dicit vidiſſe hāc opinionem pluries practicatam *Berlich.lib.1. concluſ.27. num.1. & ſeqq.* ſignanter *num.22.* vbi *nu.11.* dicit eſſe quodammodo correctum *tex.in l. nulla dubitatio* in contrarium facientem per *in clem.vl.de proc.*

81 Et in hoc caſu eſſe dandum Curatorem hæreditati iacenti, iuxtà tradita per *Capic. dec.87.* dicit *Monac.ad Minad.d dec.35.ad num.2. R. Ret. in rubr.de proc.nu.60.Vbert.de citat.cap.9.n.388.* vbi dicit hoc caſu bona vacantia non repræſentare hæredem, & *num.387.* limitat ſi non conſtat hæreditatem fuiſſe aditam, aut repudiatam, &

82 procedit etiam ſi heres ſit pupillus *Soccin. conſ.112.ſub num.12. verſ. quibus premiſſis vol.1.* ſequitur *Trentacinq.d.reſol.4.n.15.*

83 Et adeo verum eſt, quod hçres ſit citandus, quod talis procurator non poſſit cogi ad proſequendum litem ſi ipſe nolit ſecundum opinionē *Fab.in C.lib.2.tit.de proc.defin.4.num.5.* Et ſi vellet litem proſequi, non poſſet hoc facere ſine expreſſo conſenſu hæredum *Velaſc.conſul.38.nu.2.in med.Iacob.Schult.q.52.num.25.p.2.Berlich.d.q.27.num.11.& 12.* Debet tamen procurator cōtinuare ſi nullus hæres vellet adire, putà quia eſſet valdè grauata ære alieno, vt deciſum refert *Berlich.num.15.* Dicta reaſſumptio fieri debet tam ſi moriatur actor, quam reus *Guid.Pap.dec.547.n.5.& ſeqq.Berlich.num.17.* Omnes hæredes ſunt citandi ad reaſſumendum, & interim debet ſuperſedere *Valaſc.d. conſult.38.Berlich.n.16.* Et fieri debet etiam ſi hæredes aliquos actus iudiciales fecerint, & hoc ſub pœna nullitatis *Berlich.ibid. n.*

19.vbi

Digitized by Google

19.vbi deciſum refert, Si vero dominus moriatur poſt ſententiam, & ante executionem reaſſumptio non fit, ſed tantum citantur hæredes *Berlich.ibid.num.24.* Et ſi hæres vocati non veniant habetur pro facta reaſſumptio *ibid.Berlich. n.25.* Neceſſaria non eſt talis reaſſumptio ſi moriatur tutor, vel Curator, & in eius locum alius conſtituatur, nec vbi moritur procurator poſt litem conteſtatam, & alius conſtituitur. *Berlich. ibid. num.26.27.*

84 Sed quod adhuc procedat dicta concluſio, dicit eſſe de praxi *Conſ.Petr.ſuper rit. M. C. V. rit. 105.num.11.Frecc.lib.3. de ſubfeud. tit. de differ. inter feud.hæred.ex pact.differ.15.*

85 Mihi vero ſemper placuit opinio, quod regula, & concluſio per nos poſita, procedat etiam ſi non adſit hæres, nam *tex. in d. l.nulla dubitatio* generaliter, & indixtinctè loquitur, & ſic generaliter, & indixtinctè eſt intelligendus *l. de pretio ff.de publ.in rem act.l.non dextinguemus ff. de recept.arbitris* latè *Vax. axiom.iur.lit.L.num.50.* Et ſi decedat defunctus in longinquis partibus, & ignoretur hæres, & deliberent agnati; an velint adire, imputandum eſt ei qui conſtituit procuratorem, & ideo non debet differri expeditio cauſæ in ea inſtantia, in qua procurator eſt dominus, & *lex.illa nulla dubitatis* prouidet, vt non grauetur actor; vel reus perquirere hęredem, & interim morari, & *tex.in d.l.1. & 2. C.ſi pendent appellat.* procedit quando cum procuratore non eſt lis conteſtata. *Frecc.de ſubfeud.lib.3. cap. 15.Trentacinq;* ſibi contrarius *d. reſol.4. num.16. ver. Frecc.* & *ver. ſeq.*

86 Nec facit aliquid deciſio *Minad.35.* cum *aliys* per ipſum *citatis.* Nam ipſe loquitur in cauſa feudali, in qua ſi moriatur ille, qui agebat contrà fiſcum pro reſtitutione cuiuſdam feudi, eius procurator etiam poſt litem conteſtatam non poteſt proſequi dictum iudicium, niſi adſit hæres ipſius conſtituentis, nam ſi non adeſt, ſuccedit fiſcus in dicto feudo de iure feudali, & ſic indicium illud eſſet eluſorium, vt deciſum refert. *Minad.dec.35.* vbi etiam *Monac.in addit.* Et in omni caſu, quo quis decedit ſine hærede, vel quia non habet, vel quia habere non poteſt, quia ius ſuum non eſt tranſmiſſibile ad hæredes, procedere. dicit poſt alios *R.Aſaicet. contr.28. num.30. verſ. Verum lib.2.* Si verò adeſſet hæres, qui ſuccederet in dicto feudo, ſecus eſſe dicendum dicit *Minad. ibi n.3.*

87 Eſt bene verum quod ſi quis vellet condemnare facere hæredem poſt mortem conſtituentis, & Iudex vellet proferre ſententiam contra hæredem, tali caſu cum inſtantia non tranſeat ipſo iure in hęredem, eſt citandus hęres ad tranſfuſionem iudicij, qua tranſlatione facta poteſt bene hæres condemnari, aliàs ſecus. *Caravit.ſup.rit. 334.num.6.Afſl.dec.373.nu.4. Sper. iun.conſ.125. propè princ. lib.2. Peregr. de fideicommiſſ. art.53. num.30.Vin. opin.700. Seſſ.dec. Arag.54. num.5. 89.num.16.& 17.vol.1.& dec.153. num.33. vol.2.Fab in C.lib.2.tit.8.de proc.defin.4.nu.5. Marta de Iuriſd.p.4.cent.1. caſ.33. num.11. & 12. & de ſucceſſ.legal.p.4.q.12.art.7.nu.3.* latiſſimè *Berlich.lib.1.concluſ.27.Coſta de fact. ſcient. & ignor. cent.2.diſtinct.74.num.2.3.Salgad.de reg. poteſt.p. 3.cap.9.num.209.Virgil.de legit.perſ.cap.12. num. 28.* quidquid dicat *Neuiz. conſ.20.ſub nu.30.* vbi dicit transfuſionem non requiri vbi hæres eſſet certus.

88 Nam aliàs inane eſſet iudicium ſi cum eo ageretur, cum quo nullum adhuc eſſet inſtitutum *Paul.de Caſtr.in l.eum hominem ff.de fideiuſſ.* optime *Amat.reſol.86.num.86.& ſeqq.* Verum ad euitanda hæc, ſolet condemnari procurator, cum quo eſt conteſtata lis.

89 Solum fuit difficultas quomodo ſint concipienda verba ſententiæ, quæ ſit proferenda cum eodem procuratore, nam aliqui fuerunt in opinione, quod condemnetur, vel abſoluatur procurator vti procurator defuncti, & hi ſunt *Bar. in d.l.nulla dubitatis in fin.* qui reliquit cogitandũ. *Bal.in l.1.C. de ſent. & inter. omnium iudic. nu.9. Paul.in d.l.nulla Sichard.in eadem l.nulla, in fine.*

90 Alij, quod condemnetur, vel abſoluatur procu-
rator, vt procurator hæredis, & hi ſunt *Bal.in d.l.*
nulla, in fine Corn.ibid.in fin.Bernard. Greuæi ad
Gaill.concluſ.109.conſid.1.num.3.Surd.conſ.99.n.
91 *22.lib.1.* Alij, vt procurator hæreditatis, & hi
ſunt idem *Bal. & Corn.ibid.* Alij, vt procurator
92 defuncti, & cuiuſcũq; hæredis *Salyc.ibid.* qui dicit
93 hoc eſſe tutius. Alij, quod condemnetur, vel abſoluatur Procurator ſimpliciter nulla mentione facta defuncti, neque hæredis, nec etiam hæreditatis *Iaſ.in d.l.nulla in fin. Alex.ibid.in fine, Fulgoſ.in d.l.nulla,* quam legit cum *l. procuratoribus C.de procur.in finalibus verbis* dicit, quod ipſe non dubitat, poſſe concipi verba ſententię in ipſum procuratorem, non procuratorio nomine, ſed in ipſum Titium, & rurſus non dubitat poſſe ferri ſententiam contra iſtum procuratorem nomine hæredis mortui. *Iacob.* vero *in d.l. nulla num.4.& 5.* dixtinguit, aut hæreditas eſt adita, & poteſt condemnari procuratorio nomine hęredis, aut non eſt adita, & condemnetur ſimpliciter.

94 Apud nos praxis eſt in noſtris Tribunalibus, quod mortuo Principali poſt concluſum in cauſa, interponatur decretum, vt procedatur cum procuratore, cum quo fuit lis conteſtata, in damnum hæredum, & demum profertur ſententia contrà procuratorem modo ſupradicto. Meminit huius praxis *R.Cupic.latr. dec.83.num.20. R.Reuit. in rubr.de procur. nu.59.verſ.nos autem. Molfeſ. conſ.3.num.45.46.Gallup. in praxi S.C. p.3.c. 6.num.15.Polid.Rip.obſ.24.lib.1. Carrab. ſing.95. num.118. Anna alleg.14.Anna fil.conſ.108. Conſ. Petr.rit.234. num.23.* Adita verò hæreditate per

95 hæredem, eſt in electione actoris, ſiuę rei, vel procedere ad vlteriora in cauſa cum procuratore, cum quo eſt lis conteſtata, vel citare hæredẽ in terminis, in quibus cauſa reperitur, & quando citat hæredem non eſt opus citare procuratorẽ, cum quo fuit lis conteſtata in vita defuncti, niſi confirmetur procurator ab hęrede. & ſi hæres citatus conſtituit alium procuratorem, cum hoc nouo procuratore eſt procedendum, ſin autem poteſt procedi cum eo in contumaciam, accuſatis contumacijs, & ità practicatur.

96 Et id quod dictum eſt de procuratore, cum quo lis eſt conteſtata, idem procedit de procura-

tore conſtituto poſt litem conteſtatam cum prin-
cipali,nam primus actus ſequens in iudicio cele-
bratus cum ipſo procuratore,habet vim litis cō-
teſtationis, non obſtante prima conteſtatione
facta cum principali ità *Bellap.Cyn.Bal.Salyc.Iaſ.*
& Iacobin.in l.nihil,C.de proc.Vbert.de citat. c. 9.
97 *num.381.* Niſi tamen procurator eſſet conſtitu-
tus, facta concluſione in cauſa, & nullus alius
actus eſſet poſtea cum eo celebratus, nam tunc
non inducitur litis conteſtatio cum hoc procu-
ratore, ità *Bal.in d.l.nihil num.5.Reg.Rouit. in d.*
rubr.de proc.num.60.antè verſ. *ſi poſt.* Ideò ſi quis
98 conſtituat Titium procuratorem in aliqua lite,
cum quo eſt lis conteſtata, ſi demum conſtituat
alium in eadem cauſa, & antèquam ad ſententiā
deueniatur, decedat dominus conſtituens, ſi ad
actoris inſtantiam ſit ordinatum procedi cum
procuratore in actis conſtituto in damnum hære-
dis conſtituentis, vt eſt praxis S. C. de qua *ſup.*
Quamuis poſſit dici,quod procurator conſtitutus
in actis, ſit propriè ille, cum quo fuit lis conte-
ſtata,cum ille ſit factus dominus litis *d.l. nulla*
*dubitatio C.de procur.*cum alijs,de quibus *ſup.* Ta-
men in contrarium eſt verius ex dictis, nam id
quod dicimus de procuratore, cum quo lis eſt
conteſtata, idem eſt dicendum de procuratore
conſtituto poſt litem conteſtatam cum principa-
li, ex quo primus actus ſequens celebratus in
iudicio cum ipſo procuratore, habet vim litis
conteſtationis, non obſtante prima conteſtatione
facta cum principali. Niſi procurator eſſet conſti-
tutus poſt concluſionem in cauſa factam, & nul-
lus alius actus eſſet poſtea cum eo celebratus,vt
diximus *ſup.* latè *Golin.de proc.p.3.c.4.n.42.*
99 Sed difficultas eſt ſi procurator aliquem ſub-
ſtituat,ſi ſubſtituens moriatur,an expiret manda-
tum ſubſtituti,diximus *q.29.nu.36.& ſeqq.* quod
*Bellam.dec.6.*tenet,quod non,ea ratione, quia
ſuum mandatum non dependet à ſubſtituente,
ſed à primo mandante *Rota dec.33.num.1. & dec.*
38.num.2.de procur.in nouis Farinac.dec.521. nu.8.
p.1.recent.Neguirol.alleg.36.nu.48. & 49. Vbert.
de citat. cap.9.num.393. Sed quod expiret,tenēt
100 *Papon.lib.6.tit.4.q.15.Cap.Tholoſ.dec.369. Te-*
pat.tit.88.cap.7.col.2.Bertachin.in verb.*procur.re-*
101 *uocatur num.46.* Alia opinio eſt quæ dixtin-
guit. Aut ſubſtitutus non eſt effectus dominus li-
tis, & ſic res eſt integra, & eo caſu mandatum
morte ſubſtituentis eſt extinctum, Aut ſubſti-
tuens deceſſit lite iam conteſtata per ſubſtitutum
& hoc caſu non extinguitur, ità eleganter ex
Rot. apud *Bellamer. dec.6. de proc. in nou.* docet
Card.Mantica de tacit. lib.7.tit.23.num.26. Ca-
pell.Tholoſ.dec.370.
102 Sed *Aufr.in addit.ad Cappell.Tholoſ.*aliter dix-
tinguit. Aut procurator nullam à Domino ha-
buit poteſtatem,ſed à lege, vti Dominus litis, re
integra expirat mandatum *Oldrad.conſ.130.nu.3.*
& ſeqq. quem ſequitur *R.Galeot.contr.28. nu.29.*
*lib.2.*Aut habuit poteſtatem ſubſtituendi, & ſe-
cus, ea ratione quia tunc conſtitutio videtur fa-
cta à Domino miniſterio ſubſtituentis. *R. Ma-*
rin.ad Reuert.dec.151.Gratian.diſcept.737. nu.3.
Rocc.de mandat.num.52.Reuert.dec.339. vbi etiā
R.Marinus, vbi ampliat ex *Aufr.* etiam ſi ſubſti-
tuens decederet, prius quam mandatum ſit ac-
ceptatum. Imò hic ſubſtitutus poſſet lite conte-
ſtata alium ſubſtituere *Aufr. ibidem.* quem ſequi-
tur *Marinis n.1.in fine.*
103 Sic etiam ſi conſtitutus ad certum tempus in-
terim ſubſtituat alium, eo tempore tranſacto nō
durat ſubſtitutio, nam nemo plus iuris transferre
in alium, quam ipſe habet, *vulgat. iuribus*, &
reſolutio iure datoris reſoluitur ius acceptoris
ex *Bal.in l.2.C.de reſc.vendit. Alex.ad Bar. in l.ſi*
res ff.quib.mod.pign.ſolu.l. ſi ex duobus, §.ſed, &
Marcellus ff.de in diem adiect. Guid. Pap. conſ.2.
num.3.Boer. dec.182. num.4. in terminis *Palma in*
diuerſ gl.16.nu.48.Gratian.diſcept.606. nu.7.p.4.
104 Diximus *ſup.* quando domino mortuo, iudi-
cium poſſit fieri, & ſententia ferri contrà pro-
curatorem, nunc dicimus, an viuo domino, &
procuratore mortuo poſſit iudicium fieri, & ſen-
tentia ferri, ſi cum illo ſit lis conteſtata? Vide-
tur dicendum quod non per *tex.in l.1. C.de ſent.*
& interloqu. vbi quod ſententia lata contra
dominum omiſſo procuratore,non valet. In con-
trarium tamen eſt verius in praxi, vt dicit *Guid.*
Papa dec.86.num.1.in fine, vbi dicit hoc etiam
de Iure canonico procedere, nec obſtat *tex.in d.*
*l.1.*quia illic non ſeruatur in locis,vbi proceditur
ſine figura iudicij, vt in noſtro regno, & alibi
Maranta in Spec.4. p.9.diſtinct.nu.25. Golin. de
proc.p.3.c.4.n.47.
105 Sicut morte mandantis finitur mandatum, ità
morte mandatarij *l.ſi quis alicui §.morte ff. man-*
dati §.item ſi adhuc Inſtit.eodem Vin. dec.494.
Vueſſenbec. ff.mandati num. 9. verſ. *morte quoque*
eius Mantica de tacitis lib.7.cap.29.num.1. & tit.
23. ex num.1.P.Molin.diſput.248. num.8. tract.
2.& diſp.551.num.7.Sebaſt. Medic. in tract. mors
omnia ſoluit p.2. concluſ.41.nu.109.Carp. de exe-
cut.teſtam.lib.4.t.2.nu.4.
106 Mortis appellatione venit non ſolum natura-
lis,ſed etiam ciuilis. *Mantica de tacitis lib.7. tit.*
23.num.1.Mozz.de mandat.col.7.num.29.Velaſc.
de priuil.miſerab.perſon.q.36. num.25.26. & 29.
Anna conſ.82.n.51.
107 Ideo ſi procurator fiat religioſus ſtatim man-
datum extinguitur *cap.1.de proc.in 6.*vbi *gl.*verb.
108 *ingredi* Etiam ſi non profiteatur, ſed ſolum in-
grediatur probationis cauſa per *tex. in cap. reli-*
gioſo in 2. reſponſo extrà de ſent. excommun. in 6.
& cap.1.in princ.de regular.Maſta in ff. nouiſſ. p.
3.ver.procurator c.130.
109 Nec mandatum ad hæredes mortui tranſmit-
titur *Milis in repert. ver. mandatum an tranſeat*
ad ſucceſſorem fol.257.Mantica d.lib.7. tit.23. de
*tacitis num.5.*vbi dixtinguit quando tranſmitta-
tur,ea ratione quia eſt electa induſtria perſonæ
procuratoris *Bar.in l.mandatum num.1.ff.mandati*
Mozz.de mandat.tit. de natura mandat. maximè ſi
110 negotium graue ſit,vt tradit *Menoch. præſ.38.*
*num.3.lib.2.*vbi etiam tradit quando dicatur, ſeu
præſumatur electa induſtria perſonæ ad *tex.in l.*
inter artifices ff. de ſolut. & præſ.21. num.6. lib.
3. tradit ex quibus verbis cenſeatur electa in-
duſtria perſonæ *vſque ad num. 17.* Verum
111 magno dubio magnitudo cauſæ facit videri
electam induſtriam perſonæ ex *Innoc. in cap.fin.*
§.1.

Digitized by Google

in l. de offic. deleg. vbi *Felin. col. 3.*

114 Hic eſt notandum, inſtantiam ceptam cum procuratore, tranſire de procuratore in Dominum vtiliter, procuratore mortuo, vel reuocato, non tamen ipſo iure, ſed per epilogationem actorum vnico verbo faciendam *l. tam ex contrahibus* vbi *Ang. num. 3. de iudic. Abb. in cap. quia n. 11. eodem tit.* & ibi *Dec. nu. 8. Soec. in l. 1. num. 2. ff. ad Trebell. Bal. in l. in cauſæ §. ſi ex parte nu. 4. ff. de procur. Coſta de facti ſcient. cent. 2. diſt. 24. nu. 4.* poſt alios *Amat. reſol. 86. num. 24. lib. 2. Ronitin rubr. de proc. nu. 57. 58. Golin. de proc. p. 3. c. 4. n. 56.*

115 Sed non extinguitur mandatum morte mandatarij, in caſu poſito per *Mantica de tacitis lib. 7. tit. 23. n. 5.*

S V M M A R I V M.

1 *Quomodo detur Curator ventri pregnanti? & nu. 12. 13. 14.*

2 *Ex quibus Cauſis detur? & nu. 7. 8. 15. 16. 17. 18. an indigeat confirmatione? & n. 5.*

3 *Quot Curatores poſſunt dari?*

6 *An poſſit dari tutor ventri à patre, & an valeat datio?*

9 *Quomodo finiatur eius officium? Et an teneatur facere inuentarium? & n. 10.*

11 *Quis debeat eligi?*

19 *Quid debeat petere venter pregnans? & num. 20. 21. 22.*

23 *Mulier exiſtens in poſſeſſione non debet alteri illam tradere.*

24 *Quomodo puniatur mulier falſo dicens ſe pregnantem?*

25 *Alimenta data ventri, An repetentur ſi non naſcatur? & num. 26. 27.*

28 *Qui eſt in vtero an poſſit agere? & quid ei competat? & nu. 29. 30. 31. 32. 33. 34.*

De Curatore Ventris, & eius authoritate in iudicio.

QVÆSTIO XXXVII.

INter perſonas, quæ poſſunt in iudicio eſſe eſt venter prægnans, qui per Curatorem
1 comparet, ideò de eo aliqua dicemus. Datur curator ventri mulieris, ideſt eius nomine, qui in vtero eſt matris, qui alitur alimentis præſtitis matri *Petr. de gregor. ſintagm. iuris lib. 13. cap. 7. in princ. Virgil. de legit. perſonæ cap. 13. Thom. Cormerius in Codice iuris Rom. & Gallici lib. 24. tit. 14. c. 3. p. 1. & 2.*

2 Solet dari iſte curator duabus ex cauſis, prima vt ventrem alat, ſecunda, vt bona naſcituro conſeruentur, nam quo ad ſuum commodum pro nato habetur *l. qui in vtero ff. de ſtatu homin. l. 1. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt. Caranza de partu c. 3. §. 4.*
3 *num. 1. & ſeqq.* Poſſunt dari duo Curatores vnus qui præſtet alimenta matri, alius qui bona adminiſtret *l. 1. §. quoties ff. de ventre in poſſeſſ. mitt. Gaſp. Becim. de decim. tutor. cap. 6.* & poſſeſſio capta per matrem ventris nomine iuuat nato quo ad manutentionem *Rota recent. dec. 153. num. 3. p. 1. Poſtius de manut. obſ. 55. nu. 130.*

4 Tutor non poteſt dari ventri, ſed curator, ea ratione, quia perſona eius, qui in vtero eſt ſatis ſub tutela matris eſt, nam eſt pars eius viſcerum & eius portio cenſetur *l. 1. §. ex hoc reſcripto, & l. curator ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* alia ratio eſt quia tutor datur perſonæ, Curator bonis *§. certæ inſtit. qui teſtam. tut. dari poſſ.* at ille qui nondum natus eſt, perſona non eſt. *Mandoſ. de ætate min. cap. 1. num. 2. Gratian. diſcept. 72. nu. 15. Caranz. de partu cap. 2. §. 1. 10. 11.* quod eſt adeo verum, quod ſi ſit per patrem datus tutor filijs natis, talis tutor nõ eſt legitimus illius, qui eſt in vtero, ideo debet dari non alius tutor, ſed curator *Tract. diuerſ. de tut. cap. 8. num. 26. cap. 19. nu. 11. l. inter bonorum ff. de adminiſtrat. tut. Spec. de Curat. §. & ſciat Surd. conſ. 119. num. 23. lib. 2. Gratian. diſcept. 72. nu. 6.* licet *Caranz. d. cap. 2. §. 1. n. 13.* dicat, dicta procedere quo ad poſthumum *alienum*, ſecus *ſuum* nam huic tutor teſtamẽto dari poteſt *ex l. 1. §. 1. ff. de teſtam. tutela, & §. pen. Inſtit. qui teſtam. tutor. dari poſſ.*

5 Et ſi detur curator in teſtamento indiget confirmatione *gl. & Ang. in l. ſi mulier ff. quemadmod. teſtam. aper. Bertach. in repert. ver. curator ventris,* & *ver. Curator à quibus num. 18. Aldobr. inſtit. de tutel. §. cum autem nu. 13. Schrad. de feud. p. 10. ſect. 19. num. 124.* ea ratione quia Curator ventris dicitur datiuus non legitimus, nec teſtamentarius *l. ventri ff. de tutor. & curator. dat. ab his l. 2. §. ſi mater ver. quid ſi cum ff. ad S. C. Tertull. l. 1. §. quoties autem venter ff. de ventre in poſſeſſ. mitt. l. inter bonorum ff. de adminiſtr. tutor Bertach. verb. curator ventri gl. in rubr. ff. de tutel. gl. in l. mulier ff. de teſtam. quemadmod. aper. Aldobr. §. cum autem Inſtit. de tutel. nu. 12. & 13. Ant. Piag. de tut. & Curat. q. 2. n. 39. Schrad. d. p. 10. ſect. 19. n. 139.*

6 Verum quamuis datio tutoris à patre non valeat filio exiſtente in vtero, illo tamen nato datio valet, & interim illi eſt dãdus curator *l. cũ pater ff. de negot. geſtis Montan. de tutel. cap. 8. nu. 29. & ſeqq.*

7 Solet dari talis Curator ventri, vbi mulier peteret alimenta ei dari pro illo ventre, vel quãdo creditores, aut ſucceſſuri inſtant, ſeu quando venter in poſſeſſionem bonorum mittitur quauis ex cauſa *l. 1. §. quoties ff. de ventr. in poſſ. mitt. l. 1. §. ſicut ff. de curat. bonis dand.* Vel adeſt aliqua iu-
8 ſta cauſa iudici bene viſa *d. §. quoties Gratian. diſcept. 72. n. 26.* aliàs non datur.

9 Officium iſtius Curatoris finitur nato poſthumo, vel ſi mulier abortum faciat, ſeu certum ſit eam non eſſe prægnantem *arg. d. §. quoties, & l. 1. §. iamdiu ff. eodem. Aret. in §. cum autem in fine: Inſtit. de tutel. l. 4. §. ſi curator de ſuſp. tutor. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 9. nu. 78. ver. is autem Curator Petr. de gregor. ſyntagm. lib. 53. cap. 4. num. 9. Lara in comp. vitæ human. cap. 2. nu. 65. Gratian. diſcept. 72. n. 11.*

10 Talis Curator tenetur facere inuentarium *Plot. in l. ſi quando nu. 194. C. vnde vi Rolan. conſ. 73. lib. 2. Xibecca inter conſ. Lunæ 25. n. 14.*

11 Iudex in electione talis curatoris, debet eligere, vel tutores, ſi illos habet, aut affines, aut amicos defuncti, dummodo ſint idonei *Montan. de tutel. cap. 3. n. 48.*

12 Debet conſtare, mulierem eſſe prægnantem

ad

Digitized by Google

ad hoc, vt detur curator *l. 1. ff. de ventre in poſſ. ff.*
mitt. ibi: *prægnantem eſſe mulierem oportet mittendo, nec dicere ſe prægnantem ſufficit, quare nec tenet*
datio bonorum poſſeſſionis, niſi verè prægnans fuerit,
& mortis tempore, & eo, qui mitti in poſſeſſionem
petit. Et caſu quo mulier ſit prægnans, & eſt ca-
13 ſus dationis Curatoris, mulier ipſa prægnans
cogitur etiam inuita Curatorem petere, & acci-
pere *arg. l. 2. §. ſi mater verſ. quid ſi curatores ff. ad*
S. C. Tertull. Schrad. d. p. 10. ſect. 19. n. 219.

14 Datur Curator vel cum inquiſitione, & tene-
tur ſatiſdare *l. bonorum ventris ff. de curat. furioſ.*
vel ſine inquiſitione, puta quādo eſſet à patre te-
ſtamēto datus, & à iudice cōfirmatus, & nō tenetur
ſatiſdare *Petr. de greg. lib. 13. ſyntagm. Iuris c. 7. n. 3.*

15 Talis Curator datur ventri prægnanti, & ille
mittitur in poſſeſſionem, & eſt alendus, & inte-
rim ſcriptus hæres impeditur ſi mulier dicat ſe
eſſe prægnantem, & hoc vel ſit euidens, vel ob-
ſtetrices ſint in dubio, ſecus ſi appareat hoc di-
cere per calumniam manifeſtam ſummariè hoc
cognito per iudicem. *Laderch. conſ. 46. ex l. 1. §.*
ſi ea ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt. l. 3. §. adquirere l.
ſeruus bonorum 7. ff. ne bonor. poſſ. Caranza de par-
tu cap. 2. §. 2. num. 22. vbi reprobat *Reg. Valenz.*
conſ. 36. num. 6. aſſerentem ventrem mitti non
debere in poſſeſſionem bonorum, niſi plena præ-
cedente cauſæ cognitione ex *l. vbicumque §. 1. ff.*
de ventr. in poſſ. mitt. nam dicit *Caranz. ibid.* cauſæ
cognitionem intelligi de ſummaria, & plenariā
remitti ad aliud tempus *d. §. ſi ea* putà ad tempus
pubertatis *d. l. vbicumque §. 1.*

16 Si conſtiterit de ventre prægnante mittitur
mater in poſſeſſionem bonorum ventris nomine,
& ſi is, qui in vtero eſt reperiatur inſtitutus, da-
bitur bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas teſta-
menti *l. fin. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* & ſi venter
inſtituatur ſimpliciter, & plures naſcantur om-
nes erunt hæredes *Oldrad. conſ. 212. Angel. conſ. 55.*
Fed. de Senis conſ. 42. Card. Tuſc. lit. V. concluſ. 778.
num. 1. 2. quia ſit in fauorem exiſtentium in
vtero, Si tamen infans non fuiſſet inſtitutus,
& in ſucceſſione primum locum obtinuiſſet, ha-
bebit bonorum poſſeſſionem contrà tabulas te-
ſtamenti *l. 1. cum §§. ſeqq. ff. eodem, & l. vbique ff.*
eodem. Et ſi venter ſit prætëritus, & extraneus
inſtitutus, quandiù teſtamentum poteſt rumpi na-
tiuitate poſthumi, non deferetur hæreditas ex
teſtamento, ſecus ſi ſit exhæredatus *Laen in*
comp. vitæ homin. c. 2. num. 8. & ſeqq. ſi verò dece-
dat pater fam. ab inteſtatò poſthumo dabitur bo-
norum poſſeſſio per caput, vnde liberi, ſi fuerit
filius, & per caput vnde agnati, vel cognati, ſi fue-
rit agnatus, vel cognatus.

17 Quæ omnia procedunt in poſthumo ſuo ſcil.
illo qui primum locum obtinet in ſucceſſione.
Si vero fuerit poſthumus extraneus, hoc eſt ille,
qui non obtinet primum locum in ſucceſſione,
ſed reperitur inſtitutus, nam huic poſthumo non
dantur beneficia prædicta regulariter, niſi in ca-
ſu quo mater non haberet aliundè, vt ſe, & poſt-
humum alat, nam tunc deberet mitti in poſſeſſio-
nem, & ali de bonis teſtatoris ſecundum diſpo-
ſitionem *tex. in l. 6. ff. eodem.* nam prægnans, &
vtero gerens eum qui defuncto proximior eſt ex
bonis eius alenda eſt, etiam ſi diues ſit, vel aliun-
dè habeat vnde ſubſtentare ſe poſſet per *tex. in d.*
l. cum, & l. 5. ff. eodem, & cibus, & potus, veſtitus,
18 & lectus, & habitatio præſtanda ſunt pro digni-
tate ſua, & facultatibus defuncti, vt *in l. 1. §. mu-*
lier ff. eodem Ponton. de alimentis cap. 2. num. 19.
Coler. eodem tract. p. 1. cap. 2. num. 32. Caranza de
partu cap. 2. §. 2. num. 12. 13. idem Caranz. cap.
2. §. 5. num. 16.

19 Mater prægnans tria debet petere, Vt ventris
nomine in poſſeſſionem mittatur, vt detur Cura-
tor ventri, & fiat inuentarium, & deſcriptio bo-
norum defuncti, quia ſi mulier fuerit negligens,
& curatorem non petierit priuabitur ſucceſſione
poſtea nati, & defuncti *Bur. conſ. 28. num. 5. lib.*
2. & l. 2. §. quid ſi cum prægnans ff. ad S. C. Tertull.
Franch. dec. 364. num. 2. Viu. opin. 553. num. 19. lib.
2. poſt alios *Gratian. diſcept. 72. nu. 1. & ſeqq.* ex-
20 cuſatur tamen ex quauis iuſta cauſa *Petr. de gre-*
gor. ſyntagm. Iuris lib. 13. cap. 7. nu. 1. Bal. conſ. 126.
& 137. lib. 1. Caranz. vbi ſup. Gratian. d. cap. 72. n.
8. vbi per *tot. cap.* latè materiam explicat.

21 Curator petente muliere debet dari, aliàs ipſa
non petente Iudex ex officio non poteſt dare
l. 1. §. quoties ff. de ventr. in poſſ. mitt. l. 2. §. quod ſi
curatores ff. ad S. C. Tertull. Schrad. de feud. p. 10.
22 *ſect. 19. num. 252.* niſi mulier pariat infrà 30. dies
quia non petendo excuſatur *Marantu in l. ſi po-*
ſt nu. 227. ff. de acquir. hæred.

23 Mulier exiſtens in poſſeſſione non debet alte-
ri poſſeſſionem tradere, quia incidit in pœnam
tit. ſi ventris nomine mulier in poſſeſſ. miſſa, eadem
poſſeſſio dolo malo ad alium tranſlata eſſe dicatur,
nam ipſa poſſet conueniri ad omne damnum,
& intereſſe, ſi ille ceſſionarius ſit bonæ fidei poſ-
ſeſſor, aut prædo, qui non ſit ſoluendo *l. 5. §. nec*
ſolum ff. eodem, & in §. intereſt. Laen in compend.
Vitæ homin. c. 2. n. 67.

24 Si vero mulier per calumniam ſe prægnantem
dixerit, & Iudicem deceperit, & habuerit alimē-
ta, & bonorum poſſeſſionem, eo caſu procedit
contra eam *tit. ſi mulier ventris nomine in poſſeſſio-*
nem calumniæ cauſa &c. & hoc caſu Iudex non
debet linquere impunitam hanc calumniam *l. 1.*
§. hoc edictum ff. eodem, & prætor actionem dabit
quanti agentis intererit *d. l. 1. §. hanc autem Caran-*
za d. c. 2. §. 2. n. 26. & ſeqq.

25 Alimenta data matri prægnanti non repetun-
tur, niſi per calumniam illa in poſſeſſionem ie-
rit *d. l. 1. §. intereſſe,* & regulariter calumnia non
26 præſumitur, aut dolus, licet poſtea appareat
eam non fuiſſe prægnantē *Maſcard. de probat. con-*
cluſ. 639. num. 12. Menoch. de arbitr. caſ. 309. nu. 8.
Caranza de partu c. 2. §. 2. n. 26. Et mulier illa ali
debet non ſolum quando certum eſſe prægnantē,
ſed quando dubium eſt *l. 1. §. ſed & ſi incertum ff.*
de ventr. in poſſ. mitt. vbi *tex.* ponit rationem, quia
æquius eſt impēdia fruſtrà fieri aliquando, quam
alimenta denegari ei, qui aliquo caſu futurus eſt
Menoch. lib. 1. præſumpt. 25. Cordub. in l. ſi quis à
liberis §. item reſcriptum ff. de liber. agnoſc. Surd. de
27 *aliment. tit. 1. q. 5.* & quando in dubio venter ſit im-
mittendus in poſſeſſionem eſt *tex. in d. l. 1. §. &*
quare de ventr. in poſſeſſ. mitt. Surd. de aliment. tit. 1.
q. 5. n. 1. Caranza de partu c. 2. §. 2. n. 11.

28 Ille

28 Ille, qui eſt in ventre caret omni actu ciuili, & non dicitur habere patriam poteſtatem *l. fin. ff. de collat. bonor. & l. fin. de aſſignat. bonor. Bardel. conſ. 4. num. 71. Tiraq. in l. ſi vnquam gl. ſuſceperit num. 146. & ſeqq. C. de reuoc. donat. Cald. in l. ſi curatorem gloſ. ſine curatore num. 75. C. de reſtit. in integ. Giurb. dec. 76. num. 14. Valenz. conſ. 96. num. 7.* Sic licet pater regulariter ſit filiorum legitimus adminiſtrator, tamen filij poſthumi, & non nati non dicitur adminiſtrator, nec habet pro eo legitimam perſonam, *Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. gl. 7. num. 77. & ſeqq. Carpan. ad ſtatut. Mediol. 417. an. 175.* ex quo non habet poſtumum in poteſtate, & ideo actus facti nomine poſtumi non præiudicarent, nec valerent *Alex. conſ. 171. num. 8. vol. 2.* nec conualeſcit actus ob natiuitatem filij *Giurba ſuper conſuet. Meſſan. fol. 481. num. 12.* & hoc caſu
29 vbi poſthumi intereſt debet dari Curator, & debet eſſe pater *Montan. de tutel. cap. 3. n. 48. & 49.*

30 Et vbi in maioratu debet ſuccedere maſculus venter non debet mitti in poſſeſſionem ex quo non dicitur habere dictam qualitatem maſculinitatis, ſed creabitur curator bonis *Auendan. reſp. 23.* licet contrà, & melius teneat *Mier. de Maiorat. 3. p. q. 2. num. 9. Caſtill. contr. cap. 19. n. 207.* ex *tex. in l. queritur de ſtatu homin.* latè *Lara in comp. vitæ homin. cap. 2. n. 62. & ſeqq.* Vbi rationē ponit quia illius fauore attenditur, quod illi vtilius, Dabit tamen cautionem de reſtituendo cum fructibus ſi non pariat, vel non maſculum *Maiorat. 3. p. q. 2. num. 36. in 2. edit. per l. 1. C. & ff. de carbon. edicto l. 3. §. emancipatum ff. de collat. bon. Lara d. c. 2. n. 66. Caranza de partu c. 2. §. 4. n. 41.*

31 Ad fauorem poſthumi eſt aduertendum quod ſi ille fuerit præteritus in teſtamento patris, & mulier prægnans ſit, aut putetur talis, inſtitutus non poſſet adire donec videatur exitus *gl. in l. cum quidam ff. de acquir. hæred.* in verb. *atteſtatos §. 1.* Et ſi ſit inſtitutus ſimul cum alio pro æquali parte, & portione non poſſet hic inſtitutus donec naſcatur poſthumus, petere portionis hereditariæ medietatem, ſed ſolum quartam tantum, ea ratione quia in dubio præſumuntur in vtero eſſe tres per *tex. in l. ſedes ſi 28. §. fin. ff. de iudic.* licet quinque poſſe mulierem parere dicat *Iulian. in l. ſi pater ff. de ſolut. Caranza de partu. cap. 18. Zacchia qq. medico legal. tit. 2. q. 8.* qui alias *DD. & medicorum* opiniones refert, *Boer. dec. 158. Menoch. de præſumpt. lib. 6 præſ. 51.* alij plures quam quinque poſſe generari dicunt *Aul. gell. lib. 10. Noct. Att. cap. 2. Cal. Rhodig. lib. 4. lect. cap. 23. Speron. Speron. in dialogo de partu Ant. Gaibert. In Polyſtore cap 10. & 11. Phil. Camerar. medit. hiſt. cap. 26. Andr. Laurent. lib. 8. hiſt. anatom. cap. 26. Leuin. Lemn. de occult. nat. Mirac. lib. 4. cap. 23. Ioubert. de error. popul. lib. 3. cap. 1. Schenk lib. 4. obſeru. tit. de partu obſ. 13. & 14.*

32 Competit tali ventri remedium tenutæ, & in illum transfertur poſſeſſio ciuilis, & naturalis miniſterio *l. 45. Tauri* in ſucceſſione maioratus hiſpaniæ, quod remedium poſſunt, & debent experiri, vel eius Curator, vel pater intra tempora *l. 8. tit. 7. lib. 5. recopil.* vt reſoluunt *Gregor. in l. 3. tit. 33. p. 4. gl. 1. Molin. de primog. lib 3. cap. 12. num. 24. & in annot. num. 15.* & ibi *addentes*, deciſum refert *Auendan. reſp. 28. Pax de tenuta 2. tract. cap. 68. num. 18. & ſeqq. Mier. de maiorat. 3. p. q. 2. Caranza de partu c. 2. §. 4. n. 41.*

33 Competit etiam illi ius retractus, ſeu prothomiſeos ſecundum veriorem opinionem, de qua *Boer. dec. 11. num. 3. Pappon. lib. 11. tit. 6. arreſt. 1. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. gl. 9. num. 80. & 81. Decian. conſ. 15. num. 14. vol. 4. Tepat. lib. 2. de retract. col. 3. ver. ius retrahendi Giarba dec. 76. n. 9.* quamuis *num. 1.* contrarios plures referat, & pro ſua opinione deciſum refert per ſuum Senatum. Ea ratione quia quo ad ſui vtilitatem pro nato habetur *Caranz. de partu cap. 2. §. 4. num. 40.* Bene-
34 uerum eo exiſtente in ventre, neminem eius nomine ad talem retractum admitti debere, nec patrem vti legitimum adminiſtratorem *Tiraq. d. §. 1. gl. 7. num. 77. & ſeqq. Carpan. ad ſtatut. Mediol. c. 417. num. 175. Giarb. d. dec. 76. num. 13.* ex *l. antiqui ff. ſi pars hæredit. petat. Guttier. lib. 2. pract. q. 87. Mier. de maiorat. 3. p. q. 2. num. 3. 16. & ſeqq. Tiraquel. ſup.* & *alios* in contrarium, poſſe intelligi in retractu ex ſtatuto, quod eſt ſtricti iuris *Caranz. ſup. num. 40. in fine, & num. ſeqq.* Vel vbi ſtatutū clarè loquitur competere retractū verè natis, vt eſt illud Lucenſe, de quo *Giarba d. dec. 76. nu. 10.* Venter poteſt inſtitui, & ei legari *Tract. diuerſ. de tut. c. 8. n. 31. 32.* Alia de ventre prægnante habes apud *Lara in comp. Vitæ hom. c. 2. Caranza de partu ferè per totū. Zacchia qq. medico lega.*

SVMMARIVM.

1 *Adiectus ſolutioni, & ſtipulationi quotuplex ſit, & an, & quando poſſit agere, & ſolutionem recipere? & à nu. 2. ad n. 17.*

18 *Emens, vel donatarius cum onere ſoluendi tertio, quando poſſit conueniri?*

An, & quando adiectus ſolutioni, & ſtipulationi poſſit in iudicio agere, & ſolutionem recipere?

QVÆSTIO XXXVIII.

1 ALiquando comparet quis in iudicio, vt *adiectus ſolutioni*, aut *ſtipulationi* ideo eſt præſciendum quis nam ſit *adiectus*, & quotuplex. Adiectus ſolutioni poteſt eſſe, vel ſimpliciter quando ego ſtipulo ſolui mihi, aut Titio, centum alternatiuè *l. cum qui ff. de verb. oblig.* ibi: *ſibi, aut Titio ſtipulatus eſt, & in l. ſi ſtipulatus ſim mihi, aut Titio ff. de ſolut. gl. in §. ſi quis alij ver. plani* verb. *Scio Inſtit. de inutil. ſtipulat. Surd. dec. 229. num. 29. Stracca de adiect. p. 3. num. 88. lim. 1. & p. 1. num. 24. in fine, & num. 25. cum ſeqq. R. Ronit. dec. 26. nu. 6. Vrſell. conclus. Iur. tom. 1. concluſ. 49. num. 6. Altograd. conſ. 6. num. 74. & 79. Ceuſal. dec. 89. Reg. Galeot. contr. 61. lib. 1.*

2 Vel non ſimpliciter acceſſorie, vt diximus, ſed quodammodo principaliter v. g. quando mulier ſtipulatur dotem ſolui ſibi, vel eius viro, vel quā-
3 do adiectus eſt creditor adijcientis, ità quod intereſt ei, quod ſolutum apud adiectum remaneat,

vel

vel ſit conſtitutus procurator in rem propriam
Pariſ. conſ. 107. num. 32. & ſeqq. vol. 3. Tib. Decian.
conſ. 52 num. 39, vol. 3. Stracc. tract. de adiecto p. 1.
num. 38. Cartar. dec. gen. 126. num. 5. Fontanell. de
pactis nuptial. lib. 2. clauſ. 6. gl. 1. nu. 38. Vel quan-
4 do concipitur ſtipulatiò, & obligatio in perſo-
nam alterius non alternatiue vt ſup. ſed copula-
tiue v. g. ſtipulor mihi ſolui centum, & Titio, quo
caſu dicitur adiectus ſolutioni, & ſtipulationi ſe-
cundum Montan. contr. 43. n. 13.
5 His omnibus praecognitis, dicimus, Adiectum
ſolutioni acceſſoriè non poſſe, nec valere debi-
torem conuenire, & iudicialiter cogere ad ſolu-
tionem promiſſam, cum ex tali contractu, aut
ſtipulatione, in qua eſt adiectus, nulla ei acqui-
ratur obligatio, cum ſit adiectus ſolutioni non
ſtipulationi l. quod ſtipulatus ff. de ſolut. l. cum qui
§. qui ſibi, aut filio, & l. vl. §. fin. ff. de verb. obligat.
l. ſed ſi filio 7. §. 1. ff. de conſtitut. pec. Stracc. d. tract.
de adiect. p. 1. num. 45. Neguſ. de pignor. membr. 1.
5. p. n. 23. Surd. d. dec. 229. num. 27. Gratian. diſcept.
49. num. 9. R. Capic. Latr. dec. 8. num. 6. Dom. Prat.
obſeruat. 63. num. 12. Cancer. var. p. 2. cap. 6. n. 131.
Cenc. de cenſib. q. 67. num. 39. R. Marin. lib. 1. c. 4.
num. 2. Montan. contr. 43. num. 13. Vbert. de citat.
cap. 9. nu. 383.
6 Sic talis adiectus non poteſt Inſtrumentum
præſentare, & liquidare contra debitorem, poſt
Verſill. ad Afſl. dec. 64. num. 7. R. Capic. Latr. dec. 8.
num. 5. & 6. Galder. in praxi inſtrument. p. 1. 2. par-
tis rubr. & cuius nomine agat. nu. 20. fol. mihi 176.
D. Petra in rit. M. C. V. 166. num. 128. Virgil. de
legit. perſ. cap. 27. num. 6. R. Rouit. dec. 26. Nec po-
7 teſt ſolutionem dilatare, vel debitum remittere
in præiudicium principalis, ad quem ſpectat vti-
litas negotij d. l. quod ſtipulatus ibi: nec petere, nec
nouare Anna alleg. 89. num. 8. Surd. d. dec. 229. nu.
27. Gratian. diſcept. 401. num. 47. Virgil. d. c. 27. n.
13. Salg. in labyr. p. 1. c. 27. n. 106.
8 Huiuſmodi adiectus poteſt tantum oblatam
ſolutionem recipere, vt dicitur in allegatis iuribus
& dicunt DD. ſup. allegati Ciarlin. contr. 171. num.
17. D. Theodor. alleg. 76. n. 10. Magon. dec. 34. Sal-
gad. in labyr. credit. p. 1. d. c. 27. num. 102. & per ta-
lem ſolutionem liberatur debitor Stracc. citatus
9 per Scacc. de commerc. & camb. §. 2. gl. 7. num. 36.
Surd. conſ. 140. num. 6. conſ. 528. n. 2. & d. dec. 229.
num. 8. barz. dec. 26. Triuiſan. dec. 42. num. 17. p. 1.
cum ſit, ac ſi ſoluiſſet principali debitori Coler. de
proceſſ. execut. p. 2. cap. 2. num. 77. Verum hæres
10 eius non poteſt talem ſolutionem recipere l. cum
quis ff. de verb. obligat. d. l. ſi ſtipulatus 81. ff. de ſolut.
Virgil. d. c. 27. n. 12.
11 Imò ſi talis adiectus ſtatum ſuum in deterius
mutauerit, nec poteſt recipere ſolutionem, &
ſoluens non liberatur ſi ſciebat, vel veriſimiliter
ſcire poterat decoctionem eius, vel ſtatus muta-
tionem, vt clare habetur in d. l. cum quis 38. ff. de
ſolution. Stracc. de Mercat. tit. de adiect. p. 3. nu. 110.
& ſeqq. Nig. de laudem. tom. 2. q. 22. num. 3. & 23.
Coſta de portion. rat. q. 20. Virgil. de legit. d. cap. 27.
12 num. 10. Nec poteſt exigere lite conteſtata ad
inſtantiam principalis ſtipulatoris Bar. & Caſtr.
in d. l. ſi quis ſtilatus ff. de verb. obligat. Petra Sancta
ſing. 87. Decian. conſ. 68. vol. 3. Coſta d. q. 20. num. 5.
Virgil. ibid. num. 11. Franc. Marc. dec. 467. Magon.
dec. flor. 106. Vel Interueniente altero ex requi-
ſitis l. 3. C. de nouat. Salgad. d. lib. 1. cap. 27. nu. 103.
13 Poteſt autem agere ſi ſit adiectus ex cauſa dotis
Bar. in l. poſt dotem ff. ſolut. matr. Maranta in ſing.
verb. adiectus Boer. dec. 284. num. 18. Nouell. de do-
14 te 6. p. priuil. 72. Virgil. d. cap. 27. num. 8. Item ex
cauſa pia Capbl. de baron. in prag. 5. n. 94.
15 2. Modo quando adiectus habet intereſſe ad
negotium, & tunc ille poteſt agere cum ſit tunc
adiectus ſolutioni, & ſtipulationi Rum. conſ. 209.
num. 9. lib. 1. deciſum refert per Rotam Rom.
Gratian. diſcept. 49. num. 22. & ſeqq. Amat. dec. 80.
num. 1. in fine Monac. dec. bonon. 52. nu. 12. & 13.
Coſta de port. rat. q. 20. n. 10. Ea ratione quia adie-
ctus in rem ſuam non eſt propriè adiectus Alba
conſ. 406. vol. 3. R. Rouit. conſ. 71. num. 16. vol. 2.
Virgil. d. cap. 27. num. 7. Salgad. in labyr. p. 1. c. 27.
num. 104. Vbert. de citat. cap. 9. ſub num. 383. Reg.
Marin. d. lib. 1. cap. 4. vbi probat, quod ſi talis
adiectus ſolutioni præſentauerit litteras Cambij
Titio directas, & per illum acceptatas, poterit
contra illum agere Scacc. de commerc. & cambio §.
2. gl. 7. num. 76. Et eſt adeo verum quod dictus
acceptans tenetur ſoluere dicto adiecto, vt ſcri-
benti ſoluere non poſſit, cum actio quæſita ſit illi,
qui litteras præſentauit ità ex Rot. Gen. dec. 93.
num. 8. Scacc. vbi ſup. n. 76.
16 3. Modo quando eſt facta promiſſio per di-
ctionem Et, tunc poteſt in iudicio agere ad ſolu-
tionem promiſſam, & etiam inſtrumentum liqui-
dare, cum ſit etiam adiectus ſtipulationi, vt habe-
tur in l. 2. ff. de duobus reis, ea ratione quia illi ità
datur actio, ſicut principali creditori Cancer. d. p.
2. cap. 6. num. 131. Cenc. d. q. 67. ſub num. 40. verſ.
niſi fuerit Caribar. dec. 126. num. 5. & 6. R. Rouit. d.
conſ. 71. num. 15. vol. 2. Barz. dec. bonon. 26. Burſat.
conſ. 242. n. 8. quod intelligit Montan. d. contr. 43.
n. 13. ſi ille adiectus interueniat ſtipulationi, &
interroget, aliàs cum ei actio non quæratur, inu-
tilis eſt ſtipulatio §. alteri Inſtit. de inutil. ſtipul.
Etiam hæres talis adiecti poteſt agere, & liqui-
dare inſtrumentum, vt deciſum per S. C. iunctis
aulis refert R. Sanfel. dec. 213. num. 13. nulla eſt
17 difficultas quando promiſſio eſt facta duobus
cum dictione: inſolidum Stracc. d. p. 4. q. 11. Verſill.
ad Afſl. dec. 64. num. 5. R. Rouit. d. dec. 26. n. 7. in
fine D. Prat. obſ. 63. n. 24. & ſeqq.
18 Sed hic ad materiam facit, an ex pacto inter
contrahentes de ſoluendo pretium, ſeu aliud ter-
tiæ perſonæ ſine ſtipulatione notarij, ille tertius
poſſit agere? ad explicationem tex. in l. cum res C.
de donation. cum concord. hic articulus non facit
ſimpliciter ad noſtram materiam, ideo Lectores
videant DD. ſuper d. tex. Marta vot. 48. nu. 2. Giurb.
dec. 62. num. 27. & ſeqq. Ludouiſ. dec. 97. nu. 8. poſt
mille nos in obſ. ad conſ. 9 num. 29. & ſeqq. lib. 2. R.
Rouiti. R. Murcian. diſp. 51. 52. Seraphin. dec. 472.
Virgil. de legit. perſon. d. cap. 27. n. 14. & ſeqq. Mon-
tan. d. contr. 43. num. 13. verſ. Num autem vbi di-
ſputat in caſu quo quis ſtipulatus fuit adiecto,
an ipſe poſſit præſentare, & incuſare via ritus, &
dicit eſſe recurrendũ ad diſtinctionẽ quã faciunt
DD. in l. vt inter abſentes C. de inutil. ſtipul. Vt
ſcil. ſi intereſſit ſtipulanti pro adiecto, aut non in-
ter-

terſit. Vt ſecundo caſu, non poſſit liquidare cum ſtipulatio ſit inutilis. Primo caſu quando intereſt eſſe dixtinguendum num verba ſtipulationis ſint directa ad extraneum, puta: *promittis Titio dare decem, quæ ei debeo*, & *Bal. ibi* dicit *nu.* 2. inutilem eſſe ſtipulationem, quod ſi verba ſtipulationis ſint concepta in perſona eius, cuius intereſt, puta: *Promittis mihi dare decem Titio, quæ ei debeo*, & valet ſtipulatio in mea perſona, ſed Titius nô aget, & ita intelligit *tex. in d. l. vt inter*, & ſic ſtipulans poteſt præſentare inſtrumentum.

S V M M A R I V M.

1 *Quomodo debeat perſona hæredis legitimari? & quomodo hæreditas dicatur adita ad hoc vt poſſit conuenire, & conueniri? & à n. 2. ad n. 33.*
34 *Interrogatus ſi ſit hæres, ſi dicat ſic, an quo ad omnes ſit hæres? & n. 35. 36. 37. 38.*
39 *An ſuus hæres præſumatur? & num. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46.*
47 *Quando aditio hæreditatis habeatur ex ceſſione illius? & à n. 48. ad n. 53.*
54 *Fideicommiſſarius quando debeat legitimare ſuam perſonam? & à n. 55. ad n. 82.*
83 *Legatarius quando debet legitimare ſuam perſonã? & à n. 84. ad nu. 99.*
100 *Quando vnus ex pluribus hæredibus poſſit agere, & conueniri? & à n. 101. ad n. 132.*
133 *An, & quando donatarius omnium bonorum poſſit conueniri actione perſonali ad onera donantis? & n. 134. 135.*

An, & quando hæres fideicommiſſarius, vel legatarius poſſit eſſe in iudicio? vbi alia ad materiam.

Q V Æ S T I O XXXIX.

POteſt quis eſſe in iudicio repræſentans perſonam alterius, vt hæres, fideicommiſſarius, vel legatarius, illius, & quia etiam circa iſtius legitimationem poteſt eſſe defectus, & nullitas, ideo de hac re etiam diſſere-
1 mus. Hæredis perſona dupliciter conſiderari poteſt, Primo vbi hæres agit, & iſto caſu probata morte, & ſucceſſione dicitur legitimata eius perſona, nam eo ipſo quod agit, vt hæres, dicitur adire *l. pro hærede, & l. gerit ff. de acquir. hæred. Polid. Ripa q. 4. nu. 4. Alex. conſ. 34. n. 5. lib. 3.* diximus *ſupra hic.*
2 Vbi hæres conuenitur, & tunc quia aditio hæreditatis eſt quid facti, & non præſumitur, etiam in hærede inſtituto, niſi probetur *d. l. pro hærede, & l. gerit* vbi *Bar. ff. de acquir. hæred.* Etiam quod
3 hæreditas fuiſſet opulenta contrà *Gratian. diſcept. 78. num. 18. Fontanell. dec. 87. à nu. 12. & dec. 88.*
4 *num. 16. Franch. dec. 60. Marta voto. 20. num. 13.* Verum multo magis præſumitur illa adita, quam quæ eſt damnoſa. *Manſ. conſult. 48. num. 9. Cauallér. dec. 431. Burat. dec. 207. num. 5. dec. 589. Conciolius tract. de hæred. ſolu. deb. defunct. num. 5. 6.* cum ſit res, quæ dependet à mera voluntate, debet probari voluntas certa, & deliberata, & non ſuſpenſiua, & conditionata, vt dicit *Crauett. conſ. 312. num. 4. Fontanell. dec. 88. Modeſt. Piſtor. p. 1. q. 34. Dan. Moller. lib. 4. Semeſtr. cap. 49. num. 2.* poſt *mille Berlich. lib. 1. concluſ. 37. num. 3.* Et non ſufficit
5 ſolus animus adeundi, ſed requiritur, quod aliquo modo declaretur *Aſin. in l. ſcriptus hæres §. ne quis putet ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Et debet probari non per vnum teſtem, ſed duos contra *Gratian. d. cap. 78. nu. 25. Surd. dec. 156. num. 8. Cyriac. contr. 244. num. 2. R. Latr. dec. 117. num. 1. & 25. Maſſin. de confiſcat. q. 39. num. 21.* Nec ſufficiunt præſumptiones, & coniecturæ *Burat. dec. 589. num. 12. 20. Conciol. vbi ſup.* quamuis contrà varius dicat *Fontanell. dec. 87.*
6 Hæreditas duobus modis adiri poteſt, verbo ſcil. & factis, verbo iudicabitur adita, ſi hæres declaret voluntatem ſuam ſe velle hæreditatem adire, quæ declaratio ſiue fiat iudicialiter, ſiuè extra iudicium, ſufficit, & in hoc differt hæreditas à bonorum poſſeſſione, quæ agnoſcenda eſt in iudicio coram prætore per *tex. in l. fin. C. qui ad-*
7 *mitti* Hæreditas ſola voluntate, ſiue tacita, ſiue expreſſa poterit adiri, facto dicitur adita hæreditas ſi probetur, quod quis pro hærede ſe gerit, & is dicitur pro hærede ſe gerere qui ea facit, quæ dominus facit, vendendo, locando, colendo hæreditaria bona & alia, vt *in §. pro hærede Inſtit. de hæred. qualit. & differ. Franc. de proteſt. conſid. 83. & ſeqq.*
8 Beneuerum eſt quod ſi is, cui delata eſt hæreditas aliquid pietatis cauſa faciat, puta ſepeliendo, aut ſepelliri mandando defunctum, vel cuſtodiendo, aut cuſtodiri mandando res hæreditarias, vel bona hæreditaria vendendo, locando, aut colendo non iure hæreditario, ſed alio Iure, in iſtis caſibus non poteſt dici hæreditas adita, vt eſt *tex. in d. l. pro hærede ff. de acquir. hæred.* verſ. *cæterum Franc. de proteſt. conſid. 83. num. 11. & ſeqq.* idẽ eſſe dicit ſi quis ſoluat expenſas vltimæ infirmitatis *Surd. de aliment. tit. 1. q. 44. num. 39.* vbi *num. 38.* idem eſſe dicit ſi quis alterius familiæ præſtitit alimenta. *Carrabba ſing. 87.* & in his caſibus
9 bonum eſſet proteſtari *Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. q. 14. art. 2. num. 17. Iul. Lauor. var. lucubr. tit. 2. cap. 1. num. 91. Eſcob. de Iuriſd. cap. 30. num. 140. Franc. de proteſt. conſid. 71. num. 20. & per tot.* nam in dubio videtur impendere, vt hæres, cum illud ſit proprium onus hæredis, neque ſit veriſimile, vt quis pro alio impenſam faciat, vt probat *Corn. conſ. 310. vol. 3.* late *Franch. de proteſt. d. conſid. 71.* poſt *Gratian. diſcept. 706. num. 40. Eſcob. de iuriſd. cap. 30. nu. 140. Mantica de coniect. lib. 12. tit. 10. num. 15. Menoch. lib. 4. præſumpt. 101. num. 86. Maſcard. de probat. concluſ. 47. n. 10. Duaren. de acqu. vel o. hæred. cap. 3. Donel. lib. 7. com. c. 8.* & ibi *Oſuald. idẽ Franc. conſid. 83.*
10 Si vero impenſa funeris ſit magna, & neceſſaria, & facta ex bonis teſtatoris, tunc præſumitur aditio, aliàs videretur hæres furtum commiſiſſe, ſi vellet de alieno elargiri *l. ſi pignore §. 1. ff. de furtis*, & ſic capienda eſt illa interpretatio, quæ delicti ſit excluſiua. *l. meritò ff. pro ſoc. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. q. 14. art. 2. n. 14.*
11 Sic etiam ſoluens debita hæreditaria videtur

adire,vt notatur in *l.2.C.de Iure delib.l.parentibus C.de inoffic.teſtam.l.ſi ponat.23.§.1.ff.eod.* Niſi ſoluens eſſet obligatus aliunde,quam ex debito hæreditario. *d.l.pro hærede §. Papiniauus , in fine Franc.conſid.89.num.5.*& ibi *addit.nu.1.* Item ex exactione eorundem nominum debitorum *d.l.pro hærede §. Papinianus Bonden. colluct.47. num.51.* poſt alios *add. ad Franc.ibid.* Tollitur tamen dicta præſumptio per proteſtationem *Gratian. diſcept.706.num.33.& 40. Franc. de proteſt. conſid. 89.num.26.Vrſell.concluſ.51.n.16.& 36.*

12 Sed ſi poſt proteſtationem ſuccedant actus, qui præcisè ſonant in aditionem,& ſic egredimur actus dubios,eo caſu nihil iuuat proteſtatio,cum ipſa contineat repugnantiam, & contrarietatem, & proteſtans videtur ſibi ipſi contrarius *l.vbi repugnantia ff.de reg.iuris,* latè *Franc.de proteſt.conſid.71.num.11.& ſeqq.*

13 Ex locatione prædiorum hæreditariorum præſumitur adita hæreditas, ſi locatio non poſſit fieri niſi titulo hæreditario *d.l.pro hærede Marta de ſucceſſ.legal.p.4.q.14.art.2.nu.20. Gratian.diſcep. 706.num.37.& 752.num.23. Mantica de coniect. lib.12.tit.12.num.11.*poſt alios *Franc. conſid.84. D.Milazz.diſſert.42.* vbi declarat,*& aſſert.43.*

14 Ex venditione bonorum hæreditariorum præſumitur aditio *d.l.pro hærede Marta vbi ſup.num. 23.Salgad.in labyr.credit.2.p.c.18. num.14.* Niſi afferatur alius titulus,& probetur, vel niſi res ſit peritura *d.l.pro hærede Franc. conſid.85.* vbi *addit Milazz.aſſert.43. Rot.dec.638.p.2. num.1. Pegna dec.1568.Ottobon.dec.85. num.13. & recent. dec. 210.n.15.p.5.*

15 Ex poſſeſſione bonorum hæreditariorum præſumitur aditio,imo etiam ſi vna res hæreditaria poſſideatur,niſi alius titulus afferatur,& iuſtificetur *d.l.pro hærede §. papinianus Marta vbi ſup.art. 2.num.35.36.Maſcard.concluſ.45.num.6. & ſeqq. Gratian.diſcept.706.num.5.l.1. C. de repud.hæred. Poſt.reſol.44.num.36. Andreol. contr.297. num.4. Bonden.colluct.47.num.1.2.Altograd.contr.5.num. 18.& contr.14.num.1.Rota coram Vbald.dec.266. num.3.tom.1.Pegna dec.1541. Molin. dec.34.nu. 1.& dec.231.in recent.dec.191. num.17.p.6. & dec.73.num.15.p.11.Ludouiſ. dec.98. & 371. nu. 8.Fontanell.dec.87.D. Milazz.d.aſſert.42.43.lib. 1.* vbi latè explicat *D.Modern. contr.50. num.8.* Nec præſumitur aditio ſi poſſeſſio eſſet vnius diei tantum . Nam ex tali breui tempore non præſumitur *Bal.conſ.273.num.8.Mantica d.tit.12. n. 8.Maſcard.concluſ.45.num.13.*Nec præſumitur ſi hæres poſſideat vnam,aut aliam rem modici prætij *Mantica d. tit.12. num.8. Maſcard. d.concluſ. 45.num.6.*præſertim ſi hæreditas ſit damnoſa *Franc.conſid.86.*& ibi *addit.*

16 Et repudians, & poſtea poſſidens, niſi conſtet animo adeundi poſſidere potius iniuſtus poſſeſſor, quam hæres iudicandus eſt *l.1.vbi gl.C. de repud. hæred.Paſcal.de vir.patr.poteſt.p.4.c.1.nu.24.Cenſal.dec.40.n.10.& 11.*

17 Cenſetur adiſſe filius qui poſſideat bona hæreditaria patris , & conuentus à creditoribus replicet poſſidere ex cauſa ſuæ legitimæ, nam legitimam non poteſt habere niſi ſit hæres patris,niſi legitima ſit ei debita per contractum *Franc. conſid.87.*

18 Ex confectione inuentarij bonorum hæreditariorum non cenſetur adita hereditas *l.vlt. §.ſin autem hoc aliquis C.de Iure delib.Maſcard.concluſ. 48.num.34.Mantica lib.12.tit.9. num.15. Menoch.de præſumpt.præſ.101.num.96. Marta de ſucceſſ. p.4.q.14.art.2.n.9.* Niſi heres in illo affirmauerit illud conficere tamquam hæres , & in principio inuentarij talem ſe nominauerit, quia talis inſcriptio cenſetur appoſita à Notario de conſenſu heredis *l.optimam C.de contrah.empt. Marta d.art.2.num.27.*aliàs congeremur dicere Notarium falſum commiſiſſe, quod non eſt præſumendum *Maſcard.concluſ.48.num.4. Gratian. diſcept. 711.num.68.*licet ex inuentarij confectione hereditatem eſſe aditam ſine aliqua ratione dicat *Graſſ.de ſucceſſ.art.adquiſit.hæred.q.10.nu.3.* verſ. *contrarium.*

19 Ex conſtitutione procuratoris ad adeundum hæreditatem An cenſeatur adita hæreditas , ſi cum effectu per illum non ſit adita, DD. non conueniunt , nam quod cenſeatur adita , dicunt per *l.gerit ff.de acquir. hæred. Menoch. lib.4. præſumpt.101.num.26.Marta d.art.2.nu.5.& 6.*ea ratione quia hæreditas ſolo animo aditur *d.l.gerit* qui ſatis habetur per cõſtitutionem procuratoris
20 ad adeundum , Contrà tamen quod non cenſeatur adita ex *tex.l.qui abſenti 38.ff. de acquir. poſſeſſ.* & alijs dicunt *Franch.dec.60.nu.15.l.acbin. lib.6.contr.96.Maſcard.concluſ.19. num.5. Duar. de acquir.hæred.cap.4.in fine* , dum dicunt ex tali mandato colligi tantum deſtinationem voluntatis,non autem effectiuam voluntatem,latè *Franc.* vbi reſpondet contrarijs *de proteſt. conſid.90.* vbi *num.10.*ampliat etiam ſi quis conſtituat procuratorem ad diſtrahenda bona hæreditaria , & limitat *n.7.* ſi ex facti circumſtantijs colligatur enixa voluntas adeundi ex *Tenut.q.50.num.3. lib.2. & alijs.*

21 Ex collectione fructuum , & perceptione ex hæreditarijs bonis non præſumitur aditio, nam id poteſt facere colligens, vt illos conſeruet, ne pereant, & ſic ad cuſtodiam *d.l.pro hærede* ibi:*ſed vt cuſtodiat,* & ibi: *conſulens,vt ſaluæ ſint res hæreditariæ ff.de acquir. hæred.Menoch.d. præſ.101.n. 71.* Imo hoc procedit, etiam ſi illos vendiderit, dummodo de facili corrumpi, & ideo conſeruari non poſſent *d.l.pro hærede* ibi. *aut res tempore perituras diſtraxerit in ea cauſa eſt, vt pro hærede non geſſerit.* Secus ſi hæres fructus hæreditarios venderet, qui ſeruari poſſunt,quod hæres nequit facere citrà ius, & nomen hæredis, nam tunc cẽſetur facta aditio *d.l.pro hærede.§.papinianus Menoch.d.præſ.103.num.76.in fine Franc. conſid.91.* vbi reſpondet rationibus contrarijs , & ibi *Palaya addens.*

22 Si filius accuſauit vti falſum,nullum, aut inofficioſum teſtamentum patris,videtur adire illius hereditatem.*l.cum quidam 14.ff.de bonor.poſſeſſ.l. filius 5.C.de repud.hæred.*vbi *Gotofr.lit.Z. Mantica lib.3 coniect.tit.9.num.12. Maſcard. concluſ.43. num.6.*Quod intelligit *Franc. conſid.92. num.3.*ſi poſt huiuſmodi falſi teſtamenti accuſationem aut lite pendente, aut poſt ſententiam in filij fauorem latam,aliquid filius ab inteſtato ſuccedẽs tanquam hæres non geſſerit , nam ſi geſſerit aliquod

Digitized by Google

quod ex quo videtur adijſſe hæreditatem, tunc
ſecus eſt.
23 Ex diuiſione boorum hæreditario rum cenſe-
tur adita bæreditas,cum illa nequeat fieri,oiſi in-
ter illos qui cohæredes ſunt *l.cum putarem 36.ff.
famil.ercisc.* & *l.1.* & *2.ff.eodem Mantica lib.2.
conieſt.tit.12.num.12.Menoch.lib.4. præſunt.101.
num.16.Michalor.de fratrib.p.2.cap.3.n.18.* Cum
diuiſio ſit ſpecies tranſactionis,ex qua adita cē-
ſetur *Idem p.3.cap.41.num.24.* qua etiam cenſe-
24 tur fieri aditio Rot.*dec.89.*poſt *Contr.* & *poſt Olea
dec.14.num.*8-Secus eſſet ſi diuiſio hæc noo fieret
iure hæreditario , ſed alio titulo putà fideicom-
miſſi *Mantica,* & *Menoch.vbi ſup.*Bene verū cēſe-
retur facta aditio fideicōmiſſi *Iranc. conſider.93.*
25 Sic ſi moriatur vous ex fratribus poſſideoti-
bus pr> iodiuiſo ſupetſtes non dicitur hæres
mortui, niſi dicta hæreditate vtatur tanquam do-
minus totius *l.duo fratres ff.de acquir.hæred.Mar-
cian.diſp.40.num.30.* & *ſeqq.Vrſell.conclus.51.nu.
51.* & poſſeſſio tribuitur potius indiuiduæ com-
munioni *idem Marcan*,quæ eſt titulus indifferēs
aditionis,& ſic ex ea non dicitur adita hæreditas
*Vrſell.num.77.Rota Coram Dunozet.dec.859. n.6.
Ludouiſ.dec.7.n.5.* & *Rota p.8.recent.dec.144.n.7.*
26 Ex pace facta à filio occiſi cum occiſore poſt
ioſtitutam querelam contra illum,non inducitur
aditio hęreditatis,etiam ſi accipiat pecuniam
pro pace illa,ea ratione quia pax illa, & accuſa-
tio non competit vti hæredi, ſed vti filio *l.ſi verò
§.hac autem ff. de his qui eſſud.Duaren. de acquir.
hæred.c.3.*fundat,& deciſū refert *R.Romir.in prag.
7.de compoſit.* Secus eſſet ſi hoc fieret ab hærede
extraneo ,nam non poſſet fieri citrà nomen hę-
redis *Iranc.conſid.94.*
27 Ex petitiooe hæreditatis inducitur aditio hæ-
reditatis,quia illa alij noo competit,quam hære-
di *l.8.ff. de petit. hæred. l.9. C. eodem* vbi *Perez
Iranc.conſid.95.*vbi etiam *addit.*
28 Ex actioņe iotentata a filio ſepulcri paterni
violati,nou ceoſetur adita illus hæreditas *d.l.pro
hærede §.vl.ff.de acquir. hæred.l. quæſitum penul.ff.
de ſepulcr.violat.*quia nullam hæreditariam rem
videtur filius petere *Iranc.conſid.96.*
29 Geſtio pro hærede inducta ceoſetur ex dona-
tione , & ceſſiooe boorum hæreditariorum fa-
cta ab hærede *l. ſi ante C. de Iure delib. Gratian.
diſcept.730.num.30.Olea de Ceſſ. Iur.tit.2. q.3.n.
38.* & *47.Iunuet.qq.ciuil.q.57.nu.15.lib.2.Iranc.
conſid.97.Dom.Roſa conſult.34.num.93.Salgad.in
labyr.p.2.cap.14.num.33. Rota dec.329. num.13.
p.10.*Ex datione inſolutum , venditione tranſa-
ctione, permutatione,depoſito , pigoore ſolutio-
ne nominum , & legatorum *Vrſell. concluſ.51.
num 62.* & *82.*
30 Item ſi rectorem ad beneficia de Iure patro-
natus præſentet hęres *Rota dec.19. num.7. p.11.*
ſi ius patronatus ſit hæreditarium & *dec.130.nu.
3.Bich.dec.168.n.20.*
31 Si actus quos gerit hæres ſint omnino dubij,
& æquiuoci, ſtandum eſt iuratæ declarationi hę-
redis *Iranc.conſid.97. qui nu.4.* dicit an tale iu-
ramentum ſit deferendum , vel ne , ſtare io arbi-
trium iudicis debentis attentè conſiderare qua-
litatem actuum. poſt *Gratian.diſcept.144. nu.42.*
& *Mantica lib.12.tit.12.*
32 Filius videtur adijſſe hæreditatem patris ſi
centum recipiat ab ſtatu libero, cui relicta fuit
libertas ſub conditione dandi eadem centum hę-
redi, ſi ſolus hęres ſit filius , ſecus ſi cohæredem
habeat ad explicationem *d. l. pro hærede §. Papi-
nianus Iranc.conſid.99.*
33 Inducitur geſtio pro hærede ex facto manu-
miſſionis ſerui hęreditarij. *l.iulianus 42. §. ſi ſer-
uum ff.de acquir. hæred.*& ibi *Gotofred. Iranc. con-
ſid.100.*
34 Interrogatus ab vno creditore , & cooſitens
ſe hæredem,an ſibi præiudicet,& cenſeatur hęres
quo ad alios creditores ? Celebris eſt difficultas,
nam per *tex. in l.fin.ff.de interrog.action.*habetur
quod ſi quis ſit ioterrogatus à fiſco creditore de-
functi , an ipſe ſit hæres illius , ſi interrogatus ſit
vnus ex filijs defuncti debitoris,vetum nec bono-
rum poſſeſſionem cepit, nec fuit hæres reſpondit
ſe eſſe hæredem,oun poteſt vti talis ab alijs coo-
35 ueniri . Quod ſit hęres quo ad omnes videtur
diceodum,nam ex illa cooſeſſione reſultat aditio
ex declaratione voluntatis *Bar.* & *aly in l.gerit
ff.de acquir.hæred.Coriac.contr.58.*Et aditio hęre-
36 ditatis io ſola voius voluntate conſiſtit , quę nō
requirit partis præſentiam *Bar. in l.is poteſt ff.de
acquir.hæred.Andreol.contr.388.*
37 Sed communis reſolutio eſt, vt ſi ille interro-
gatus ſe eſſe hęredem, reſpondens,poteſt eſſe hę-
res,eius confeſſio præiudicat quo ad omnes cre-
ditores, ſecus eſt,ſi non poſſit eſſe hæres , nam
tunc ſe præiudicat quo ad interrogantem tantum
gl. & *Bar.in d.l.fin.Angel.in l.ſicut C. de repud. hæ-
red.Vrſill.dec.150.Andreol. d.contr.388. Franch.
dec. 694.Staib.reſol.26.*Cum haoc tameo limita-
38 tione quod id,quod diximus, quod ſi ooo poteſt
eſſe hæres præiudicat ſolum quo ad interrogan-
tem, eſt intelligendum quoties ex actis ooo coo-
ſtat quem noo eſſe hęredem , vel noo poſſe eſſe
hęredem,ſecus eſſet ſi ex actis conſtaret quem
non eſſe hęredem vel non poſſe eſſe hęredem,nā
tunc noo ſe præiudicat oeque quo ad ioterrogā-
tem *Rum.conſ.3.lib.3.* ſequitur *D.Luca ad Fran-
ch.d.dec.694.nu.4.*
39 Quę diximus *ſup.num.2.* quod aditio hęredi-
tatis eſt quid facti , & oon pręſumitur, non pro-
cedit in ſuo hęrede , nam ſuus pręſumitur hęres,
niſi probet ſe abſtinuiſſe per *tex. in l. neceſſarys
ff.de acquir.hæred.*vbi dicitur , quod filius tenetur
creditoribus hęreditarijs ſatisfacere, verum in
eum noo datur actio ſi velit hęreditatem relin-
quere,& ſic filios ſi oon dicit expreſsè quod vult
ſe abſtinere,dicitur hęres, & teoetur, & crediro-
rum intentio fundata eſt re vera eſt hęres vt di-
cit etiam *tex. in §.ſui Inſtit.de hæred. qual.* & *diſ-
fer.* & io eo omnes effectus qui ſolent ſequi ex
aditione effectum habent,nam traoſmittit hęre-
ditatem patris tanquam aditam *l.ſi quis filius §.1.
ff.de acquir.hæred.*tabulę pupillares confirmantur
l.ſi filius qui patris ff.de vulg. & *pupill.*
40 Et quia eſt hæres creditores habent intentio-
nem fundatam , oam eſt hęres ipſo iure,niſi ex-
preſsè ſe abſtineat,& valet ſententia condemna-
toria contra filium ad inſtaotiam creditorum
quamuis non probauerint filium ſe immiſcuiſſe
in bonis patris ità teoet *Bal.in l.1. C.commun. de*

Vu 2 *legat.*

legat. Angel. in l. cum dotem §. transgrediamur ff. ſolut. matr. idem Bal. in l. cum hæreditas C. depoſiti vbi dicit, quod ſi ſtat ſuus hæres nunquam poteſt dici hæreditatẽ eſſe vacantẽ, & non poteſt dari curator hæreditati iacenti *Laurent. Sylua de feud. recognit. q. 79.* teſtatur de communi *Tiraquell. de vtroque retractu §. 1. gl. 9. num. 51. Angel. in tract. de ſuitate q. 9. num. 63.* Communem opinionem dicit *Alb. in l. ſi nos C. ſi minor ab hæred. ſe abſtin. num. 2.* vbi deciſum bis refert.

41 Contrarium tamen tenent *gl. Bar. Bal. Alex. Roman. Angel. & alij in d. l. neceſſarijs ff. de acquir. hæred.* vt ſcil. filius tanquam hæres patris antè immiſſionem per eum factam, non poſſit à creditoribus, & legatarijs hæreditaris conueniri, quamuis ipſo iure ſit hęres, quia iſta obligatio ſperatur nouari ſi ſe abſtineat, & ideo interim hæres cenſeri non poteſt *l. pecunia ff. ſi certum petat.* & male agit, & inconſultè qui agit contrà filium prius quam probet ipſum eſſe hæredem *gl. in l. ſi cum dotem, §. transgrediamur ff. ſolut. matr.* verb. *extiterit* quam ſequitur *Bar. ibi num. 3. Roman. num. 48. Paul. num. 3. Gomeſ. var. cap. 9. nu. 25. Socc. conſ. 61. vol. 1. Parlador. rerum quotid. c. fin. 4. p. §. 1. nu. 1. Cquall. q. 849.* ità iudicauit *Padilla in l. nec intentio in fine ff. de tranſact.* ea ratione quia cum poſt indultum prætoris conceſſum filijs, habeant facultatem abſtinendi, non ſunt hæredes neceſſarij, ſed voluntarij, & ſic non habent creditores fundatam intentionem, nec ius exequendi contrà eos, etiam quod filius ſimpliciter comparuiſſet in iudicio non aſſerens, neque negans ſe hæredem patris eſſe, nam poſſet poſtea illuſoriam reddere ſententiam contrà ipſum latam abſtinendo ſe poſt prolationem ſentẽtię à paterna hęreditate, quia per ipſam ſententiam non perdit beneficiũ abſtinendi per *tex. in l. ex contractu ff. de re iudic.*

42 Nec cenſetur hęreditas repediata per ſola verba; *Nolo eſſe hęres. Padilla in l. cum ignorantia num. 51. C. de Iuris & facti ignor.* facit etiam *tex. in l. defendere ff. de auct. tutor.*

43 Et quamuis filius poſſideret bona aliqua hęreditaria, ex hoc non poſſet inferri illũ eſſe hęredem, quia poſſet bona illa ex alia cauſa poſſidere *Polid. Rip. obſeru. 4. n. 6. 7. Gizzarell. dec. 44. D. Milaz. aſſert. 42. & 43.* vbi declarat *Magon. dec. Lucenſ. 62. num. 12. 13. Maſcard. de probat. apud Bardellon. conſ. 97. n. 19. tom. 1.* diximus *ſup.*

44 Et quod immiſſio non præſumatur, niſi probetur, dixit communem opinionem *Alex. in l. ſi cũ dotem verſ. in gl. ff. ſolut. matr. Dec. conſ. 625. num. 21. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 99. num. 5. Maſcard. de probat. concluſ. 804. num. 1. & 2.* Mantica *de coniect. lib. 12. tit. 10. num. 3. Tiraq. tract. le mort ſaiſit p. 7. declarat. 2. Theſ. q. 51. lib. 2. num. 2. Intrigl. ſing. 50. lib. 3.* ideo cautela eſt, vt filius interro-

45 getur ſi eſt hæres, & poſſider bona hæreditaria ad *tex. in l. cogi C. de petit. hæred.* & de *Iure* noſtro Neap. ad *tex. in prag. 5. de ordine Iudic.* aliàs dabitur Curator hęreditati iacenti *ad tex. in l. 1. & 2. & l. ſi filius ff. de interrogat. action.* Proinde *DD.*

46 pro conciliandis his opinionibus contrarijs diſtingunt, quod aut agitur de commodo filij, aut de incommodo. Primo Caſu filius præſumitur hęres, & immiſſus ſecundum primam opinionem, 2. caſu non præſumitur immiſſus, & ideo ſi conueniatur non probata per actorem immixtione, licet filius non excipiat ſe abſtinere abſoluendus eſt, nam abſtinendi beneficium illi competit ipſo iure ſecundum communem, de qua *Imol. in l. ſi cum dotem §. transgrediamur num. 20. ff. ſolut. matr. Rip. obſ. 4. n. 6. 7. Magon. dec. Luc. 62. num. 12. 13.*

47 Aditio hęreditatis aliquando habetur ex ceſſione illius facta ab hęrede, cui eſt delata, vnde videbimus quid dicendum. Talis ceſſio poteſt fieri duobus modis, Vno, cum quis extraneo hęreditatem cedit, ſeu in eum qui abſque ceſſione ſuccedere non poterat, & tunc ex tali ceſſione inducitur aditio ad *tex. in l. ſi auia C. de Iure delib. Maſcard. de probat. concluſ. 44. Menoch. præſ. 101. lib. 4. num. 98. Tonnut. qq. ciuil. cap. 57. nu. 15. Mier. de maiorat. 1. p. q. 36. num. 29. Azeued. in l. 2. tit. 3. lib. 5. Recopil. num. 59. Caſanat. conſ. 10. à nu. 79. Aluarado de coniect. mente lib. 2. cap. 1. num. 29. Gallerat. de renunciat. tom. 1. lib. 1. cap. 4. num. 2. Cutell. de donat. 1. tom. tract. 1. diſc. 2. p. 6. num. 95. Salgad. in labyr. 1. p. cap. 9. Franc. de proteſt. conſid. 97. Dom. Frat. tom. 2. cap. 22. nu. 15. Morot. reſp. 45. à num. 27. Franch. dec. 32. num. 9. D. Hodiern. ad Surd. dec. 24. num. 20. & dec. 70. num. 13. & contr. 7. num. 16.* poſt alios *Olea de Ceſſ. Iur. tit. 2. q. 3. n. 38. & ſeqq.*

48 Quę concluſio procedit quamuis hęres obteſtetur ſe cedere non animo adeundi hæreditatem, nam proteſtatio hoc caſu nihil operatur, quia facto contraria, vt in fortioribus terminis reſoluit *Soccin. iun. conſ. 107. lib. 2.* ſcil. quando hæres iura hęreditaria cedit creditoribus obteſtans ſe ex eo hęreditatem nolle adire, in quo caſu *Soccinum* improbat *Fachin. lib. 6. contr. c. 55.* proinde diſtinguit *Olea d. q. 3. num. 42.* quem ſequitur *Franc. de proteſt. conſid. 52.* vt opinio *Socc.* ſit vera ſi ceſſio ſit facta creditoribus hæredis, nõ autem ſi ſit facta creditoribus hęreditarijs.

49 Alio modo fit ceſſio hęreditatis, quando fit in eum, qui abſque ceſſione ſuccedere poterat, veluti in cohęredẽ, vel ſubſtitutum, vel legitimum hęredem ab inteſtato, & tali caſu non cenſetur adita hæreditas ceſſa, quia ſolum importat nudã abſtentionem, ac ſimplicem priuationem, vt locus fiat ſubſtituto, vel legitimo hæredi ab inteſtato vel cohęredi *arg. l. ſi ſponſus 5. §. ſi maritus ff. de donat. inter. Gallerat. de renunciat. cent. 1. renunciat. 17. num. 42. ver. primo caſu.* Nam licet per modum ceſſionis repudietur hæreditas, ceſſio in conſideratione non eſt, cum ad acquirendum, ſed renunciandum fiat, vt ex alijs rectè probat *Gratian. dec. 17. num. 27. Franch. dec. 24. num. 26. Fontanell. de pactis cl. 4. gl. 9. p. 5. à nu. 125. Anna conſ. 45. num. 24. D. Merlin. contr. 6. num. 12. cent. 1. Tonnut. reſol. ciuil. 153. à num. 1. & 2. Canter. 3. p. var. cap. 25. à num. 260. & cap. 1. à num. 230. & lib. 3. cap. 22. à num. 209.* vbi *num. 260.* id verum dicit, quamuis pecunia accepta hæres repudiaſſet hæreditatem *l. fuit quæſtionis ff. de acquir. hæred. l. 2. cum ſeq. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. Franch. dec. 101. num. 3.* latè *Olea d. q. 3. n. 45.*

50 Quæ concluſio limitatur ſi duo eſſent actus ſeparati, ſcil. ſi primum adijſſet, deinde ceſſiſſet, vel

ſi

Digitized by Google

ſi vnicus tantum eſſet actus, itâ tamen factus, vt ex eo induceretur præambula hæreditatis acquiſitio *Franch. d. dec. 14. d num. 24. Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 5. gl. 8. num. 8.* de qua re eſt videndus *Fontanell. vbi ſup. n. 128.*

51 2. Limitatur quando cohæres hæreditatis ſuæ partem in fauorē vnius ex pluribus cohęredibus ceſſiſſet, itâ vt ad eum ſolum pars integra hæreditatis ceſsæ perueniret, nam tunc ceſſio, cum ſimplex repuditio non ſit, ſed iuris translatio, & donatio, adita cenſetur *Giurb. vbi ſup. num. 17. Cancer. var. 3. p. cap. 22. nu. 210.* latè *Olea d. q. 3. n. 47.*

52 Si vero ceſſio, & diſpoſitio fuiſſet facta per hęredem in teſtamento per legatum, vel aliam diſpoſitionem idem eſſet ad *tex. in d. l. ſi auia C. de Iure deliber. & l. Pantonius §. pro harede. ff. de adquir. hared.* dicunt *DD. ſup. citati* addimus *Ludouiſ. dec. 371. num. 8.* & talis aditio cenſetur facta, etiā
53 ſi poſtea tale teſtamentum, in quo ſit facta talis diſpoſitio, ſeù legatum, reuocetur, nam ex tali reuocatione nō tollitur aditio habita ex tali declaratione, & diſpoſitione, in terminis *Bal. in d. l. ſi auia num. 1. & 2. C. de Iure deliber. ibid. Salic. Hippol. Rimin. in §. 1. num. 904. & 905. in Codicib. additionatis Inſtit. de donat. Gama dec. 173. num. 4. Surd. dec. 149.* Ex teſtamento reuocato poteſt ſumi coniectura ad interpretandum voluntatem ipſius defuncti *Tib. Decian. reſp. 34. nu. 32. lib. 2. Crauet. conſ. 547. num. 5. vol. 3. & conſ. 113. num. 6. Rim. iun. conſ. 214. vol. 2. Franc. Rip. conſ. 132. nu. 13. Fontanell. dec. 89.* vbi per ſuum Senatum latè diſcuſſo negotio, deciſum refert.

54 Videbimus quando, & quomodo fideicommiſſarius, & legatarius debeant legitimare eorum perſonam. Excipitur contrà fideicommiſſarium vniuerſalem, Primo quod non conſtat de fideicommiſſo ipſo vniuerſali, & ſic in primis diſputandum eſt, an ſit, vel non ſit fideicommiſſum, per *tex. in l. ille, à quo §. ſi de teſtamento ff. ad Trebell. Peregr. de fideicommiſſ. art. 43. n. 2.*

55 Probatur fideicommiſſum per obſtentionem teſtamenti in forma probante *DD. omnes in l. fin. C. de edicto D. Adr. toll.* Item per Codicillos in forma ſollemni, nam & codicillis fideicommiſſaria hęreditas datur *§. præterea Inſtit. eodem l. 4. C. de his quibus vt indign. Fuſar. de ſubſtit. q. 287. & ſeq.*

56 Item, & ſine ſcriptura fideicommiſſum vniuerſale relinquitur, dummodo per quinque teſtes probetur *l. & fine C. ad Trebell. l. fin. C. de codicill. §. fin Inſtit. de teſtam. & l. in epiſtola C. de fideicommiſſ.* de cuius probatione *Graſſ. §. teſtamentum q. 61. R. Capic. Latr. dec. 7. num. 3.* vbi *Gizz. n. 4. Crauett. conſ. 944. Ciroc. diſcept. 8. num. 14. Conſ. Petra in tit. 181. num. 16.* diximus *in obſ. ad conſ. 41. R. Rouiti n. 2. lib. 2. Corn. conſ. 77. col. fin. vol. 4. Fuſar. de ſubſtit. q. 276. Carpz. p. 3. conſtit. 4. defin. 31. 35.*

57 Debet primo fieri publicatio teſtamenti vbi adeſt fideicommiſſum, & ſic hęres deſcriptus in eo, mortuo teſtatore accedat ad Iudicem ordinarium loci ſecundum *l. 18. & 23. C. de teſtam. Bal. in l. publicati C. de teſtam.* & coram eo petat publicationem prædictam, iurando in manibus Iudicis, quod eam petit non animo calumniādi, vt per *Spec. tit. de inſtr. edit. §. oſtenſ.* ver. *& not. Innoc. Butr. & Imol. in cap. fin. de fide inſtrum.* 2. requiritur
58 in d. publicatione vt citentur omnes, quorum intereſt principaliter, puta venientes ab inteſtato *Bal. Paul. & alij in d. l. publicati Bal. in l. 2. ff. quemadmod. teſtam. aper.* 3. quod citentur teſtes teſta-
59 mentarij, qui ſe ſubſcripſerunt, & ſigilla eorum appoſuerunt, vt veniant coram iudice, & cum iuramento recognoſcant eorum ſubſcriptionem, & ſigilla, ac deponant ſe fuiſſe rogatos à teſtatore de talibus ſubſcriptionibus, & ſigillis *Paul. de Caſtr. Salyc. & Alex. in d. l. publicati Iaſ. conſ. 67.* Si teſtes ſint pręſentes, ſi abſentes Iudex committit Iudici illius territorij vbi degunt, vt faciat examen pręductum *Rolan. conſ. 36. lib. 1. num. 13.* de his omnibus requiſitis agunt *Carpz. p. 3. conſtit. 5. defin. 24.* qui dicit publicari teſtamenta facta manu priuati de neceſſitate eo fine, vt in formam publicam redigātur, nam teſtamenta coram actis facta vel à Notario confecta non opus habent tali publicatione *Dauth. de teſtament. in d. l. publicati Hartm. Piſtor. obſ. 199. D. Meuius de Iure Lubec. p. 2. tit. 1. art. 11. Brunem. ſuper d. publicati C. de teſtamentis.*

60 Viſo an fideicommiſſum ſit, eſt neceſſe videre, an purè ſit relictum, vel in die, vel ſub condione, nam ſi in die, vel conditione, prius liquidari debet aduentus diei, & purificatio conditionis *l. qui haredi §. plautius ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi quidem C. de except.* quia anteà non competit actio *l. quod ſi ff. de condit. indeb. Peregr. art. 43. num. 9.* vbi ponit quales eſſe debeant probationes, & ibi *Cenſalius Menoch. conſ. 262. n. 1. Fuſar. de ſubſtit. q. 607. 614. Surd.* vbi *Hodiern. dec. 210.*

61 Deinde debet conſiderari, an fideicommiſſum adducens ſit vel ipſe, vel author ipſius vocatus, nam qui fideicommiſſum petit quandoque iure ſuo agit, quandoque iure alterius, Iure alieno agit quis cum in eum ſint translata iura, & actiones modo, quo dicit *Peregr. art. 31. Fuſar. q. 615.*

62 Sed agens vt ceſſionarius fideicommiſſarij debet demonſtrare, authorem ſuum ius fideicommiſſi habuiſſe, alioquin inutilis eſſet illius ceſſio, quia nemo dare quod non habet *l. traditio ff. de acquir. rerum domin. l. nemo plus iuris ff. de reg. Iuris.*

63 Et id quod dicimus, fideicommiſſum poſſe cedi, intelligimus ſecundum aliquos inter quos eſt *Virgil. de legit. perſ. cap. 10. num. 16.* poſt reſtitutionem, ſicut dicimus de hęreditate *Curt. iun. in l. 2. C. de pactis*, nam ante reſtitutionem factam vel ab homine, vel à lege cedi non poteſt *Peregr. de fideicommiſ. art. 2. num. 52. art. 31. num. 26. art. 43. num. 23.* Verum in contrarium eſt veritas, vt latè fundat *Olea de Ceſſ. Iurium tit. 3. q. 8. & 10. Dom. Iul. Capon. de pactis q. 6. fol. 43. Fuſar. de ſubſtit. q. 534.*

64 Debet etiam probare rem fuiſſe in bonis teſtatoris, vt probat *Peregr. art. 44. per totum Menoch. conſ. 207. & 1111. à num. 16. Mantica de coniect. lib. 7. tit. 6. Maſcard. de probat. concluſ. 777. Raudenſ. dec. 12. Magon. dec. Flor. 10. n. 6. dec. 37. n. 1. Fuſar. de ſubſtit. q. 616. 617.*

65 Fideicommiſſarius ille aut agit contra hæredem, vt reſtituat, & probatis his, quę *ſup.* adduximus, neceſſariò obtinebit. Aut agit contrà tertiū poſ-

Digitized by Google

poſſeſſorem bonorum fideicommiſſo ſubiectorũ, & non poterit obtinere ante reſtitutionem ei factam ab hærede grauato, nam actiones omnes actiuè, & paſſiuè qualeſcumque ſunt, & iura omnia regulariter in fideicommiſſarium vniuerſalem non tranſeunt, niſi facta reſtitutione per hæredem grauatum *DD. omnes in l. 1. ff. ad Trebell.* Ea ratione, quia per reſtitutionem iuſſu teſtatoris factam ex legis authoritate fideicommiſſarius vniuerſalis locum hæredis adipiſcitur *l. poſtulante §. 1. ff. ad Trebell. l. ſi filius ff. quod cum eo* latè *Fuſar. de ſubſtit. q. 603. Merlin. de pignor. lib. 2. q. 34. n num. 12. D. Caſtill. lib. 3. contr. cap. 24. a nu. 280. Oſuald. ad Donell. lib. 8. cap. 24. Ant. Fab. de error. pragm. decad. 65. error. 10. & decad. 70. err. 9. & 10. Olea de Ceſſ. Iur. tit. 4. Miſcell. nu. 13. & 54.* Et *num. 55. & ſeqq.* diſputat an reſtituta hæreditate omnes actiones hæreditariæ transferantur in fideicommiſſarium citrà aliquam hæredis ceſſionem? Et reſtitutio hęreditatis quo ad perſonam fideicõmiſſarij eoſdẽ operatur effectus, quos operatur aditio hæreditatis in perſona hæredis *Caſtr. conſ. 152. n. 2. lib. 2. gl. in l. 1. ff. de fideicom. haered.*

66 Ideo ſicut adita per hæredem hæreditate ex tunc hęredi rerum dominia, iura, & actiones acquiruntur, licet poſſeſſio non, quia factũ apprehenſionis in ea requiritur *l. cum hæredes ff. de acquir. poſſeſ. & in l. 1. §. ſcæuola ff. ſi quis teſtam. liber. DD. in l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* & ante aditam hęreditatem iura hæc in hæreditate iacent *d. §. ſcæuola*. Sic ante reſtitutionem non quęruntur fideicommiſſario rerum dominia, iura, & actiones, & multo minus poſſeſſio, & ideo ante reſtitutionem hęredi rectè ſoluitur, & ipſe rectè ſoluit *l. ante reſtitutam ff. de ſolut.*

67 Sed interim ante reſtitutionem non poteſt fideicommiſſarius actiones hęreditarias exercere, quia ſibi non ſunt quęſitę *l. reſtituta ff. ad Trebell.* vbi *Paul. Alex. Aretin. in §. reſtituta Inſtit. eodem Beco conſ. 97. nu. 2. Fuſar. de ſubſtit. q. 603. 604.* & ſi ageret repelli poſſet à limine iudicij, ex quo caret actione *Peregr. de fideicommiſſ. art. 2. nu. 53. Fuſar. de ſubſtit. d. q. 603.*

68 Et ſic poſſeſſio bonorum ſubiectorum fideicõmiſſo eſt accipienda à manu hęredis, & non authoritate propria, aliàs non dicitur legitima, ſed potius vitioſa *l. 1. ff. quorum legat. Mareſcott. reſol. 1.* vbi ampliat etiam vbi reſtitutio fideicommiſſi ſit ipſo iure, quia nihilominus fideicommiſſarius non poteſt propria authoritate poſſeſſionem apprehendere ex *Rimin. & alijs Fuſar. de ſubſtitut. q. 605. nu. 3. & per totam, & 653. num. 15. Argell. de acquir. poſſeſ. q. 4. art. 1. num. 66. R. Capic. Latr. dec. 508. num. 3. & ſeqq. lib. 1.* diximus *in obſ. ad R. Rouit. conſ. 23. nu. 12. lib. 2. Rota dec. 385.* poſt *Poſtium de manut.* Et *Mareſcot. d. reſol. 1.* ampliat etiã
69 quod mandatum de manutenendo fuerit à iudice fideicommiſſario conceſſum, quia ex tali mãdato vitium poſſeſſionis non purgatur, cum illud concedetur etiam prædoni, & ſpoliatori *Pa-*
70 *leot. dec. 87.* Sic licet ex forma ſtatuti poſſeſſio defuncti in hęredem continuetur, non procedit hoc in fideicommiſſario *Mareſcot. d. reſol. 1. nu. 9.* ampliationes aliàs ponit, & limitation.

71 Aliqui dicunt regulam hanc procedere etiam in pia cauſa *Alex. conſ. 82. num. 3. lib. 2. Decian. conſ. 60. num. 4. lib. 3. Fuſar. d. q. 605. num. 5.* Alij non procedere in Eccleſia, vt tenent *Tiraquell.* & cum eo *Ricc. de priuil. cauſ. piæ priuil. 39.* quod eſt verum, cum ipſo Iure tranſeant iura, & actiones in eccleſiam, tamen requiritur vt Eccleſia, ſeu Pręlatus eius declaret velle agnoſcere fideicommiſſum, & antè declarationem non poſſunt dici iura tranſiuiſſe in eccleſiam *Rip. in l. 1. n. 50. 51. ff. de leg. 1. Cephal conſ. 138. num. 94. Peregr. d. art. 2. num. 63. & 49. Ricc. vbi ſup. Fuſar. de ſubſtit. q. 603. num. 13.* dicens Iura tranſire ipſo Iure, ſed non poſſeſſionem, & *n. 15.* idem dicit eſſe de Iure canonico, quo Iure tranſeunt iura ipſo iu-
72 re. Ratio eſt quia fideicommiſſarius habetur loco hęredis *l. cum in teſtamento ff. de nur. & arg. legat.* ideo ſicut in hęrede requiritur aditio, ità in fideicommiſſario requiritur agnitio, & ante aditionem, & agnitionem non poteſt dici fideicommiſſarius.

73 Sic etiam ſi hęres detrahere deberet ſuam legitimam non poſſet Eccleſia pro hæreditate agere contrà tertium ante reſtitutam, quia priuilegium eius non debet nocere alteri, ſimiliter ſi deberet detrahere dotes maternas, vel alia eredita, nam caſu quo hęres debet detrahere, fideicõmiſſarius non poteſt propria authoritate capere poſſeſſionem, & ſi de facto cepit debet reſtituere *Senat. Pedem. dec. 34. num. 22. Rolan. conſ. 78. num. 21. lib. 3. Gabriel. conſ. 45. num. 24. lib. 1. Surd. dec. 333. num. 8. in fin. & per tot. Rota apud Mareſcot. d. reſol. 1. num. 30. & 32.*

74 Ideo licentia ingrediendi propria authoritate conceſſa ſiue à lege, ſiue ab homine, intelligitur ſi non ſint faciendę detractiones, vel ſi hęredi competat aliqua defenſio *Mareſcot. d. reſol. 1. in fine.*

75 Niſi hæres dolo malo, vel poſt litem conteſtatam, vel ante ſe contumaciter celauerit, ſeu abſentauerit, nam tunc hęreditas habetur pro reſtituta, vt colligitur ex *tex. in l. penul. §. cum autem C. ad Trebell.* vbi *Bar. Bal. Caſtr. & alij Iaſ. in l. Marcellus §. eis qua num. 14. ff. eodem* Nec hoc caſu requiritur declaratio Iudicis. *DD. ibid. Fuſar. d. q. 603. num. 3. Peregr. de fideicom. art. 2. num. 56. Raudenſ. dec. Piſ. 22. n. 65. p. 1. Rota Rom. dec. 220. p. 1. in nouiſſ.*

76 Verum quando primus fideicommiſſarius grauatus eſt de reſtituendo ſecundo, tunc nulla opus eſt reſtitutione, ſed tranſeunt actiones ipſo iure in fideicõmiſſariũ *tex.* & ibi *Bar. in d. l. penul. §. cũ autem* vbi *Bal. num. 3. Salyc. num. 8. C. ad Trebell. Bar. Bal. Salyc. Angel. & alij* communiter *in l. 1. §. de illo ff. eodem Surd. conſ. 92. num. 122. Mareſcot. d. reſol. 1. num. 12.* vbi teſtatur deciſum per *Rot. Rom. Fuſar.* poſt alios de *ſubſtit. d. q. 603. n. 7.* licet *num. 8.* contrarios referat.

77 Quo ad fideicommiſſum particulare, ſeu legatum tranſeunt actiones illorum recta via, nec opus eſt reſtitutione per *tex. in l. à Titio ff. de furtis Natta conſ. 200. lib. 2. Alex. in l. reſtituta ff. ad Trebell. Peregr. d. art. 2. num.* Idem eſt ſi hęres
78 alienaſſet bona fideicommiſſo ſubiecta, nam poſſet agere abſque reſtitutione facta ab hęrede *gl. & Bar. in d. l. penul. §. cum autem num. 6. C. ad Trebell. Rimin. iun. conſ. 80. num. 36. lib. 1. Peregr. art.*

Digitized by Google

art.2.num.60.Menoch.conſ.44.num.15.& de adi-
*piſc.remed.4.n.*203.poſt alios *Fuſar.d.q.603.n.9.*
79 Reſtitutio fit vel verbis,vel rè *ab homine*, ver-
bis quando hæres verbo,& per actum verbi iudi-
cialem , aut extra iudicialem hæreditatem reſti-
tuit *l.reſtituta ff.ad Trebell.gl.in §.ſed quia hæredes*
Inſtit.de fideicom.hæred. in verb.*reſtituerit.*Realis
dum de facto hæres grauatus expreſsè, vel tacitè
permittit fideicommiſſarium tenere , & poſſidere
Bar. & *Alex.in d.l.reſtituta Peregr.art.2. num.54.*
Fuſar.q.604.num.4.& 5.Graſſ.§.fideicommiſſum
80 *q.40.*lege reſtitutio dicitur fieri multis modis,
de quibus *Peregr.d.art.2. num.36. & ſeqq.* Bene-
81 uerum licet in caſibus relictis à *Peregr.& alijs* re-
ſtitutio fiat ipſo iure , tamen fideicommiſſarius
non poteſt propria authoritate poſſeſſionem ap-
prehendere,ſed illam capere debet à manu hære-
dis,poſt alios *Mareſcot.d.reſol.1.num.3.lib.1. Fu-*
ſar.d.q.605.Ciroc.diſcept.2.n.40.& ſeqq.
82 Paſſiuè tamen fideicommiſſarius vniuerſalis
cum ſit loco hæredis *l. cum poſtulaſſent ff.ad S.C.*
*Trebell.*conueniri poteſt ad ſoluenda onera hæ-
reditaria, ſecus particularis, cum ille ſit loco le-
gatarij *l.1.cum materia ff.ſi certum petat.Virgil.de*
legit.perſon.c.20.n.7.
83 Si vero ſimus in legato,ſeu fideicommiſſo par-
ticulari dixtinguendum eſt, Aut ſumus in legato
nominis,aut in legato rei particularis . Si in le-
gato rei particularis,& dicimus dominium rei le-
gatę tranſire à teſtatore in legatariũ à die mortis
teſtatoris *l. à Titio ff. de furtis Gratian. diſcept.*
570.*num.17-568.num.56. Cardoſ.in ſumma , ſeu*
praxi Iudic. & Aduoc. verb. *legatum nu.6. &* 10.
84 vbi explicat Quod intelligitur fictè , nam verè
tranſit à die aditæ hæreditatis *l.ſi tibi homo §.cum*
*ſeruus ff.de leg.1.Duen.reg.*210.*Villalob. in lit.D.*
*num.125.in tract.commun.opin.*quod non eſt in le-
85 gato quantitatis etiam fauore piæ cauſæ *Gra-*
*tian.diſcept 542.num.42.& diſcept.*400. vbi limi-
tat ſi ſit certæ pecuniæ exiſtentis domi , aut in
86 banco . Poſſeſſio tamen à manu hæredis eſt cá-
pienda *l.1.ff.quorum legat. Gozadin.conſ.91. Car-*
*doſ.d.*verb.*legatum num.6.*adeo quod ſi legatarius
87 propria authoritate ingrediatur in legatam rem
incidit in pœnam amiſſionis rei propriç *l.non eſt*
dubium C.de le legat.Caſtill.de vſufr. cap.6. nu.19.
& ſeqq.Card.Tuſc. tom.5. conclus.151. Cardoſ. vbi
88 *ſup.*idem eſt in fideicommiſſo vniuerſali per *tex.*
in l.Paulus ff.ad Trebell.Fuſar. d.q.605.
89 Fallit tamen concluſio ſi legatarius haberet
licentiam à teſtatore capiendi propria authori-
tate *Vaſq.de ſucceſſ.creat.§.9.num.16.Ancbar.tun.*
*lib.2.q.40.num.4.*Menoch.*de adipiſc.poſſ.remed.2.*
num.45.& de recup.poſſeſſ.remed.5.num.33. Graſſ.
*§.teſtamentum q.67.*poſt mille *Fuſar. de ſubſtit.d.*
q.605.num.19.& q.242. num.115. Clar. §.teſta-
mentum q.68. Gomes var.tom.1.cap.12.num.10.De
Pratis de Interpret.vltim.volunt.lib.5. interpret.2.
*dub.1.num.97.*Et tacita licentia ſufficit, putà ſi
teſtator fecerit eum executorem teſtamentarium
Menoch.remed.2.adipiſc.num.46.Peregr.art.47. n.
40.*Baeri ſup.num.4.* Vel niſi aliquis ſit , e cuius
manu legatum accipere poſſit *Tiraq. in tract. le*
*mort.p.2.decl.4.num.*10.*Brunem.in d.l. non eſt du-*
bium C.de legat.

90 Dominum rei legatæ tranſit verè à die aditæ
hæreditatis,quia ante aditam hęreditatem regu-
lariter legata non debentur *l.ſi nemo ff.de reg.Iur.*
l.eam quam C.de fideicommiſſ. & ſi hęreditas non
91 adeatur legata non debentur, nec fideicommiſ-
ſum *l.2.§.fin.Vt legat. vel fideicommiſſ. Guid.Pap.*
dec.604.Boer.dec.41. Fuſar.de ſubſtit. q.566. Go-
mes lib.1. var.c.12.num.11. per *tex.in l.eam quam*
C.de fideicommiſſ. & ibi *Ayllon.plures* refert. quod
92 non procedit ſi hæreditas non adeatur fraude
hęredis , & ab inteſtato hæreditas poſſideatur,
quia tunc pręſtantur legata *toto tit. C. ſi omiſſa*
*cauſ.teſtam.*vbi *Brunem.*declarat.
93 Debetur tamen legatum ad pias cauſas hęre-
ditate non adita per *tex.in l.quintus §.authoritatẽ*
ff.de ann.legat.l.hęreditas. ff. de petit. hæred.clem.
exit.qui ſeminat §. ad hæc de verb.ſignific. Spec.tit.
de inſtr.edit. §.nunc aliqua num.60. verſ. *ſed pone*
Bal.in l.1.C.de Sacr.Sanct.Eccleſ.Abb. in cap.rela-
tum num.7.de teſtam.Peregr.conſ.41. num.5. vol.2.
Tiraq.de priuil.cauſæ piæ priuil.33. Canall. q.107.
Gomez var.lib.1.cap.12.num.11. P.Gregor. Tholoſ.
lib.42.c.33. num.19. Brun. conſ.87. num.34. vbi
multo magis hoc dicit ſi adſit clauſula codicilla-
ris. *Fuſar.de ſubſtit.q.566. num.22. & 23.* Sunt
94 multi caſus, quibus legata debentur hæreditate
non adita,quos enumerat *Corn. in l. eam quam C.*
*de fideicommiſſ.*vbi *etiam Iaſ.Dec. & Cagnol. in l.ſi*
nemo ff. de reg. Iuris Vaſq. lib.3. §.27. de ſucceſſ.
progreſſ.
95 Si filius ſe obſtineat ab hæreditate patris , &
poſſideat,nec doceat de alio titulo,tenetur ad le-
gata *Alex.conſ.185. lib.6. Tuſc.lit.H. concluſ.25.*
Peregr.dec.45. Maranta in l.is poteſt ff. de acquir.
*hæred.num.89.*Imo ſi dicat poſſidere ex fideicom-
miſſo , ſi decidatur fideicommiſſum non adeſſe
tenetur de proprio creditoribus, & legatarijs *D.*
Hodiern.contr.50.
96 Si ſimus in legato nominis debitoris, licet
actiones directæ non tranſeant in legatarium,ſed
tantum vtiles , & illæ remaneant penes hæredem
ſcriptum , quia ſunt inſeparabiles à perſona cre-
ditoris, & illius hæredis *l.3.ff.pro ſoc.& l.quis er-*
go caſus ff.de pecul.DD.in l.ex legato nominis C.de
legat. Actamen directę ſunt penitus inefficaces
apud hæredẽ , itaut ſi ageret hęres ſtante legato
non poſſet cogere debitorem,vt ſibi ſoluat,etiam
ſi legatarius non inibuiſſet ad formam *l.3. C.de*
*nouat.*bene *Bal.in d.l. ex legato nu.5. Peregr. conſ.*
41.num.3.lib.2.Surd.dec.265.nu.34. Virgil.de le-
git.perſ.c.20.num.29.Cancer.var.p.3. cap.20. nu.
231.Guzman.de euict.q.35.num.79.Cuiac. lib.15.
obſ.11.Oſuald.ad Donell.lib.8. cap.7. lit.H. Berta-
zol.clauſ.29.gl.5.num.6.Schiſordeg.lib.3. tract.23.
q.14.Trentacinq.var.lib.3.tit.de ſolut.reſ.29.nu.2.
ex l.ſi pecunia 77.ff.de leg.1.Olea de Ceſſ.Iur.tit.4.
in miſcell.n.11.& 12.
97 Et quod legatarius nominis debitoris agere
poſſit ad exactionem abſque ceſſione ab hę-
rede,docet *Gratian.diſcept.316.num.21.lib.1.Mi-*
ſing. Inſtit.de legat. §.tum autem vbi etiam *Portius*
Honded.conſ.92.num.18.Rodrig. de execut. cap.3.
num.20.Seſſ.dec.398.num.7.Olea de ceſſ.Iur.tit.4.
*in miſcell.nu.8.vbi nu.9.10.*declarat , Ex quo ſti-
pulatio facta pro hęrede intelligitur etiam pro
lega-

legatario *Parlador. quotid. lib. 2. cap. fin. 3. p. §. 3. n. 9. Fab. in C. tit. 17. de legat. defin. 20.* Imo poteſt legatarius petere executionem inſtrumenti quarentigiati *Cancer. lib. 3. var. cap. 20. n. 230.*

98 Limitatur tamen dicta concluſio, vt legatarius poſſit agere non obtempta ceſſione ab hęrede, vt non procedat in legato rei debitę teſtatori, quia non tranſit vtilis ſine ceſſione ab hęrede, ſecundum communem opinionem, de qua per *DD. in l. apud Iulianum §. idem Iulianus ff. de leg. 1. Iaſ. in d. l. §. ſi titius num. 24.* quid quid dicat *Cancer lib. 3. var. cap. 20. num. 236.* Quando hęreditas non
99 adita tranſmittatur, dicit, & bene *Virgil. de legit. perſon. cap. 20. num. 32. & ſeq. Noal. de tranſmiſſ. caſ. 8.* diximus *ad R. Rouit. dec. 85.*

100 Videbimus hic quando vnus ex pluribus hęredibus poſſit inſolidum contrà debitores hęreditarios agere, Et videtur dicendum non poſſe, niſi pro ſua parte agere *ad tex. in l. 2. C. ſi pars hęred. pet. l. ſi petitio ff. de iudic. Menticul. de iuuent. cap. 1. num. 113. Oſaſcb. dec. 74. num. 4. Theſ. dec. 4. Caſtr. conſ. 455. num. 2. vol. 1. Macerat. reſol. 51. Caualc. dec. 23. num. 66. p. 2. dec. 39. num. 45. ead. p.* d ecifum refert *Farinac. dec. 171. nu. 9. lib. 2. in poſth. Berlicb. lib. 1. concluſ. 10. n. 43. & ſeqq.*

101 Contra tamen tenet *Paul. Caſtr. in l. peto §. fratre num. 2. in fine ff. de leg. 2. & gl.* ibi: verb. *ſuperſit.* Vbi dicit quod vnus ex pluribus obtinentibus eundē gradum, totum poteſt petere fideicommiſſum, pręſtita cautione ſiā parte petatur, ideſt ab agnato, & non à conuento, & ibi *Imol. in fine* vbi hoc habet pro abſoluto quando recipiendo totum caueret de dando alij partem ſuam, & cautio iſta præſtari poterit etiam in execeutione ſententiæ *Surd. conſ. 359. num. 15. Virgil. de legit. perſon. cap. 20. num. 34. verſ. & hæc ſecunda* vbi dicit, hanc ſecundam opinionem procedere, vbi alij cohæredes non contradicerent, licet *nu. 37. in fine* contrarium ſeruari in praxi aſſerat.

102 Opinio vera mihi videtur prima *ex tex. & DD.* authoritatibus *ſup. citatis*, & ſecundū illā deciſum refert *Theſ. d. dec. 4. nos ad Rouit. conſ. 2. n. 38. l. 1.* Procederet, & bene ſecūda opinio ſi nō conſtet alios cohæredes adijſſe hęreditatē, aut velle adire, nā tunc ſi infrà centū dies de Iure pretorio in hęrede extraneo, & infrà annū in hęrede ſuo bonorū poſſeſſio ab alijs non fuiſſet agnita, bona omnia remanerent pro agnoſcente, & adeunte, ne contingat quem decedere pro parte inteſtatus contrà *tex. in l. 1. §. cum hæres, & l. qui ex duobus ff. de acquir. hæred.* Quod eſt etiam in hæredit te nam ſi ab vno fuerit adita hæreditas, & alius ſteterit per 30. annos, & non adierit ius adeundi præſcribitur tanto tempore *Canal. q. 714.* per *tex. in l. licet C. de Iure delib. Gall. de except. tit. 2. except. 2. p. 3. num. 27.* & tota hæreditas remanet apud adeuntes *Theſ. d. dec. 4. in fine.*

103 Et quod vnus ex hæredibus non poſſit agere pro tota re, niſi habita ceſſione à cohęredibus *ex l. ſi ita legatum 42. ff. famil. erciſc.* dicit *Surd. conſil. 415. n. 9.* itaut ſi ab uno peteretur vltrà portionem ſibi debitam, proceſſus redderetur nullus, & actor ſuccumberet ex *Calcan. conſ. 91. num. 4. circa fin.* dicit *Maſtrill. dec. 199. nu. 2. Menoch. conſ. 663. num. 11. & conſ. 740. num. 23. Schifordeg. lib. 3. tract. 2. q. 15. & lib. 3. tract. 6. q. 9. 10* ſufficeret tamen ſi lite pendente ceſſio ſuperueniat *Amat. reſol. 13. num. 43. Olea de ceſſ. Iur. tit. 4. q. 6. num. 24.*

104 Niſi res petita eſſet indiuidua, puta conſtitutio ſeruitutis, nam tunc quilibet ex hęredibus agere poteſt pro tota re, latè *Maſtrill. d. dec. 199. nu. 3. & ſeqq.* vbi deciſum refert vnum ex cohęredibus poſſe petere ius pręſtationis non habita ceſſione ab alijs in re emphyteutica alienata *Virgil. de legit. perſ. cap. 20. num. 37. in fine D. Valent. illuſtr. Iuris lib. 2. tract. 4. cap. 7. à num. 30. D. Martin. Larreatigui ſelect. Iuris Ciuil. lib. 4. cap. 12. Olea de Ceſſ. Iuris lib. 4. tit. 6. num. 27.* vbi *num. 28. & ſeq.* exemplificat. Tenebitur tamen cautionem præſtare de reſtituendo alijs cohęredibus omne id, quod eſt ſupra eius partem *l. 1. §. ſi pecunia ff. depoſiti Amat. ibid. nu. 38. Olea ſup. n. 32.*

105 Quo vero ad fideicommiſſarios duos, euenien te caſu fideicommiſſi, an poſſit quilibet ex eis agere in totum, communis diſtinctio eſt, Vt ſi ſint coniuncti verbis tantum, quia ab initio in partes vocantur non poterit actor petere niſi portionem ſuam, aliàs exceptione deficientis actionis repelletur *l. hoc ità tam varie C. de caduc. toll. l. fin. C. de rei vendic. Paul. Caſtr. conſ. 77. in 7. dub. col. 2. Calcan. conſ. 82. col. 4. Cran. conſ. 144. Idem Caſtr. conſ. 454. col. 2. lib. 1. in fin. Fuſar. de ſubſt. q. 609. Virgil. d. cap. 20. à num. 34. ad 38. Ant. Amat. reſol. 13. à n. 41.* Si vero vnus ex cohæredi
106 bus vellet agere in re diuidua poſſet, & ei non obſtabit exceptio quod alij cohæredes, vel conſortes ſint *l. 1. C. de conſort. eiuſdem litis.* Verum ſi velit cauere de rato pro cohæredibus, vel conſortibus poteſt agere in totum *l. 2. C. de conſort. Rodrig. de execut. cap. 4. num. 17. Montellegre lib. 1. cap. 6. num. 102.* latè *Olea d. tit. 4. q. 6. num. 35.* vbi explicat, & declarat.

107 Prout dicimus, quod donec poteſt eſſe locus ſucceſſioni ex teſtaméto, agens, vt hæres ab inteſtato, exceptione repellitur *l. quādiù ff. de acquir. hæred. Alex. conſ. 74. num. 20. lib. 7.* Sic etiam ex
108 ceptio de alio proximiore in gradu opponi poteſt *Crau. conſ. 166. num. 14. Surd. conſ. 48. num. 19. & dec. 144. ſub num. 18. Peregr. de fideicommiſſ. art. 9. num. 12. in med.* Si vero ſint coniuncti re
109 vel verbis, & re, quo caſu ad ſolidum ſunt vocati, & per concurſum faciunt ſibi partes, hoc caſu petens totum, erit audiendus pro vt in particularibus *l. ſi mihi, & tibi ff. de leg. 1. l. ſi mihi, & Titio ff. de leg. 2. l. coniunctim ff. de leg. 3. l. unde Neratius ff. de vſufr. accreſc. Alex. conſ. 47. num. 5. 6. lib. 9. Peregr. d. art. 9. num. 12. in fine, & conſ. 24. n. 37. lib. 1. conſ. 39. nu. 2. lib. 3. conſ. 74. n. 16. lib. 6.*

110 Sed, an, & quando vnus ex pluribus hęredibus poſſit inſolidum conueniri pro toto credito? & regulariter dicimus, vnumquemque ex hæredibus debere conueniri pro ſua portione tantum, ex qua eſt hęres, etiam quod defunctus inſolidum eſſet obligatus *l. in executione* vbi *DD.* communiter *ff. de verb. obligat. l. 2. C. de hæred. action. Gothofr. in l. 1. C. ſi certum petat.* poſt mille *Olea de ceſſ. Iur. tit. 4. q. 6. n. 2.*

111 Adeò quod ipſo Iure obligatio, & actio inter cohęredes diuiditur *Gomez de diuid. & indiuid. c. 10. num. 3. Gratian. cap. 16. nu. 7. Coſta de port. rat. q. 23.*

q.23.Suar. de Pace in praxi Eccleſ.c.1.4.poe.primi tomi num.37.Theſ.q.67.num.10. lib.2. Berlich. d. concluſ.10.n.44.lib.1.

112 Quæ concluſio ampliatur etiam ſi defunctus eſſet obligatus ex inſtrumento habente executionem paratam Canall.q.76.num.11.Corſet.conſ. 12.num.2.Etiam ſi inuentarium non confeciſſent hæredes Molin.lib.4.cap.1.num.24.Fuſar. q.557. num.20. Rot. dec.247. à num.41. poſt Poſtium de manut.

113 2.Etiam ſi conueniretur ex cauſa dotis ex allegatis à Surd.dec.90. vbi D. Hodiern. Gizzarell. dec.50.Andreol. contra Gratian. diſcept.16. cente. 209.num.10.Facbin.contr.51.lib.12. Barbat. de aſſiſt.gl.12.num.92.Luca ad Franch.dec.581.& ad Grat.d.c.16. quid quid contra teneat Grat. d.diſcept.16.num.15.Cornaz.dec.35. num.5.6. quem Gratian.impugnat Luca ibid.

114 3.Et ſi ageretur actione hypotecaria pro legatis per tex.in l.1.in fin.C.commun. de legat. Fanus de pignor.1.membr.8.p. num.21. Coſta de port. rat.q.105.n.1.Caballin.Milleloq. c.391. & c.397.

115 4.Etiam ſi cautum eſſet,vt in arbitrio creditoris eſſet vnum ex hæredibus inſolidum exigere Rodrig.de execut.c.4.nu.13. Olea d.tit.4.q.6.n.5.

116 5.Etiam ſi in diuiſione actum ſit, quod vnus tantum ſolueret l. planè ff.famil. erciſ.nud. Cgual. q.76.à nu.10.13.Virgil.d.cap.20.nu.38.poſt alios Olea d.tit.4.q.6.num.4. nam creditor poteſt vnūquemque pro ſua rata conuenire Berlich. d.concl. 10.num.50.Vel ſi fundus cuius cauſa eſt contracta obligatio perſonalis,vni tantum eſſet relictus l.ſi tibi homo §.ſi fundus ff.de leg.1.l.1. C.ſi certum petat.Coſta de port.rat. q.23.Annæus Robert. lib.4. rerum iudic.cap.13. poſt alios Olea d.q.6.n.7.

117 6.Etiam ſi vnus ex hęredibus non ſit ſoluendo l.fin.C.depoſit.l.3.in fin.ff.de alim.legat.poſt millo Olea d.q.6.n.6.

118 7.Etiam quod in hæreditate vnus ſuccederet in feudo,alter in allodio, & tractaretur de cenſu impoſito ſuper omnibus, nam diuiditur pro rata Vin.dec.333.

119 6.Etiam ſi defunctus ſe, & omnes ſuos hæredes obligaſſet inſolidum iuxta l.eum qui 56.§.ſi te & Titium ff.de verb.obligat.Olea d.tit.4. q.6.num. 3.in fine.

120 Limitatur tamen concluſio ſup. poſita. Primo Quoties vnus ex pluribus hæredibus rem poſſidet, ad cuius traditionem defunctus tenebatur, cum obligatio rem tradi indiuidua ſit obligatione, & traditione Bar.in l.4.§.Cato num.1. ff. de verb.obligat.vbi Ang.num.11. Cum.num.9. & 10. Imol.num.38.Soccin.conſ.253.num.10. vol.2. Cagnol.in l.2.q.14.C.de pactis inter emptor. Tiraq. de retract.convent.§.1.gl.6.n.44.

121 2.Quoties actione perſonali bonæ fidei agitur contra hæredem inſolidum poſſidentem,cuius reſtitutioni obnoxius erat defunctus, nam tunc inſolidum actio datur aduerſus hæredem, vt eam reſtituat Cyn.d.l.2.pro hæreditarijs col.2. Bar. in d. §.Cato nu.3.vbi etiam Rip.nu.24.

122 3.Quando vnus hæredum totius rei reſtituendæ facultatem habet,quia cum ſolus poſſidet cōtrà quem ad illius reſtitutionem actum eſt actione perſonali ſtricti iuris, pro qua etiam in rem actio dari poteſt, vt eſt exemplum in l. ſi plures vbi Bar.ff.de vi, & vi armat Bertrand. conſ.183. vol.4.Rip.in d.§.Cato n.27.

123 Fallit ſi aduerſus hæredem pignus vel hypotecam poſſidentem agatur actione hypotecaria d.l.2.C.de hered.action.Fab.in C.tit.de pignor. defin.5.Seſſ.dec.Aragon.46.n.16.Surd.conſ.7.nu.49. Corſet.conſ.12.n.9.Noguerol.alleg.4.à n.44. Grat. cap.16.num.16.poſt alios Olea d.q.6.num.17.Rodriq.de reddit.lib.2.q.9.nu.61. vbi diſputat quid in generali, & tacita hypoteca.

124 5.Fallit in cauſis alimentorum, cum actio alimentorum ſit indiuidua Surd.de alim.tit.9. q.14. num.6.Gratian diſcept.16.num.27. & 28. Ricc.ad Franchis dec.203. Velaſc. de priuil. paup.3.p. q.8. num.180. vbi extendit ad legatum relictum Eccleſię. Virgil.d.cap.20.n.38.in fine.

125 Quod eſt pro alimentis futuris,ſecus præteritis. Franch. dec.203. Angelis ad Guizzarell. dec. 50.num.4.Salgad.de reg.protect.3.p.cap.1. à n.10. vbi ponunt rationem,quia ſunt magis priuilegiata futura, quam præterita. Alij dixtingunt inter alimenta debita ex contractu, & officio iudicis, alij aliter dixtingunt vt videre eſt apud Olea d. q.6.num.14.& ſeq.D. Luca ad Franch.d.dec.203. & ad Gratian.d.diſcept.16.num.12. Alij inſolidū non teneri dicunt Boſſ.de matrim.tom.2.cap.21.§. 1.Giurb.obſ.19.

126 6.Fallit in anniuerſarijs, quæ relinquuntur eccleſiæ pro defunctis Guid.Pap.dec.576.

127 Fallit vbi res petita eſſet indiuidua,nam tunc omnes hæredes inſolidum tenentur l.ſtipulationes 72.ff.de verb.obligat.Olea d.q.6.n.16.

128 Sed non procedit in dote, vt ad explicationē tex. in l.cum ab vno ff. de legat.2. fundant Spino ad teſtam.gl.11.num.81. Franch. dec.581. Theſ.q. 67.num.7.Gizzarell.dec.50.Andreol.conte.209.n. 9.10.D.Capon.de ſtipulat.2.p.q.2.à num.39. Dom. Hodiern.ad Surd.dec.90.Ripol.var.cap.10. à num. 127.Leotard.de Vſuris q.97. licet alij contra dicant,vt per Olea de ceſſ.Iuriū tit.4.q.6.n.8.& ſeqq.

129 Si vero pendeat lis inter duos prætendentes inſolidum hæreditatem,vnus eorum non poſſet contra debitores hæreditarios agere, quia interim nō poteſt actio moueri l.diuus ff.de petit. hæred.& quilibet prætendens eſt incertus de Iure ſuo ergo neuter poteſt agere Franch. dec.596. Andreol.contr.130.n.24.niſi actio eſſet tempore peritura per tex.in l.bonæ fidei ff. de petit. hæred. Bal.in l.fin.C.de petit.hæred. Sic etiam ſi debitor

130 vergeret ad inopiam, & diſſiparet bona Franch.ibid.vbi deciſum refert pręuia tamen informatione de dilapidatione Olea de ceſſ. Iurium tit. 5.q.9.num.6.Gallup.in praxi p.2.c.3. num.37. vbi teſtatur de praxi S.C. vt interim fiat mandatum debitoribus,vt fiat diſpoſitum quantitatum debendarum.

131 Sic è contrà pendente controuerſia inter aliquos ad quem eorum ſpectet hæreditas,creditori licet agere contra hęredem,qui poſſidet vel contra petitorem, & iudicium ſubſiſtit cum quocūque ex illis ex l.fin.C.de petit.hæred. Ciriac.contr. 540.num.67.Perſonal.de adipiſc.poſſeſſ. num.669. Linglois dec.3.C.de petit.hæred.

132 Si alicui legatum ſit, vel fideicommiſſum reli-

RVBRICA DVODECIMA

De Nullitate ex defectu Citationis, & vndè, ac quibus modis regulariter proueniat.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit citatio?*
2 *Quo Iure ſit introducta? & n.3.4.5.6.7.8.9.10.*
11 *Ad quos effectus eſt introducta? & à num.12. ad num.20.*
21 *Citatio contineat defenſionem naturalem, & an illi cenſeatur ſatisfactum per primam citationem? & à n.22. ad n.32.*
33 *Contractus alij Iuris ciuilis. Alij iuris gentium.*
34 *Princeps non poteſt tollere ius quæſitum ex contractu, & n.35.*
36 *Dominium aliud iuris gentium aliud Iuris poſitiui, & n.37.38.*
39 *Princeps poteſt decernere, vt de ſolo petitorio agatur.*
40 *Papa quid poſſit in rebus, quæ ſunt Iuris poſitiui? & n.41.42.43.*
44 *Non poteſt tollere ius diuinum, & n.45.*
46 *Nec præiudicare contrahentibus.*
47 *Quid poſſit in beneficialibus? & à n.48. ad n.51.*
52 *An citatio poſſit tolli per legem, Principis reſcriptum, ſtatutum, conſuetudinem, ſtylum, & partium conuentionem? & à nu.53. ad n.159.*

Quid ſit nullitas, quo Iure ſit introducta, An poſſit tolli per legem, Principis reſcriptum, ſtatutum, conſuetudinem, ſtylum, & partium conuentionem?

QVÆSTIO I.

1 Citatio ſecundum veriorem opinionem deſumptam ex reſpōſo Pauli *in l.1. ff. de in ius voc.* eſt *in ius vocatio iuris experiundi cauſa.* In qua verbum *Ius* dupliciter ſumitur. primo pro loco iudicij, iuxtà *tex. in l. pen. ff. de iuſt. & Iure,* & dicitur *vocatio in ius* ſcil. ad locum iudicij, ſeu coram Iudice. 2. pro eo quod cuique debetur, iuxtà *tex. in l. antepen. ff. eodem de iuſtit. & Iure,* Dicitur, *iuris experiundi cauſa* Scil. probandi coram Iudice, quod ſibi debetur. Dicitur *experiri* quod idē eſt, quod probare, tentare, & periculum facere, & aliquando ſumitur pro agere *cap. penul. de ſentent.* aliquando pro reſpondere *c.1. de iudic.* Et experiri dicitur ius ſuum tam actor proponens, & probans ſuam actionem, quæ eſt ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur §.1. *Inſtit. de action.* quam reus proponendo, & probando ſuam exceptionem, quæ eſt actionis excluſio, & in qua probanda idem reus dicitur actor *l.1. & 2. ff. de exception.* Probatio fit Iudici. *l. quingenta ff. de probat.* eius officium eſt veritatem indagare *l. is apud quem C. de edendo.* Et vis eſſet ſi quis quod debere cōſequi putat non peteret Iudicem *l. extat. ff. de eo quod metus cauſa.* Ideo apud eum debet comparere cum probatoribus *l. vnic. C. de prohib. ſequeſtr. pecun.* Hanc definitionem relictis *alijs* cum *Vberto in tract. de citationibus cap.1. num.7. & ſeqq. Baron. de citat. q.3. num.3. Perez in lib.3. ordinam. l.1. tit.2. gl.1. Paz. in praxi 1. p.3. temp. nu.1. Rodrig. de modo vid. proceſſ. cap.4. de citat. num.1. & ſeqq. Pellegr. in praxi Vicar. p.2. ſect.1. ſub ſect.1. num.1.* veriorem eſſe exiſtimo, ſequitur *Pichard. in mand. ad praxim p.1. precept.2. n.4.*

2 An citatio ſit de Iure ciuili, naturali, gentium, aut diuino, res dubia eſt. Nam quod ſit de Iure diuino dicunt ex *Geneſ. cap.3.* ibi: *vocauit Dominus Deus Adam, & dixit ei, vbi es? & c.4.* ibi: *vbi eſt Abel frater tuus? Abb. in cap. cum olim num.26. de ſentent. & re iudic. Socc. iun. conſ.108. num.48. vol.2. Rolan. conſ.53. num.19. lib.4. Menoch. de arbitr. lib.1. q.17. num.5. Io: Baptiſta Aſin. in pract. ciuil. §.1. cap.1. num.17. Add. ad Veſtr. lib.1. cap.12. nu.7. Laratb. conſ.100. Epiſcop. Maranta reſp.103. num.17. tom.5. Giurba conſ.39. num.42. R. Valenz. conſ.6. num.7. R. Galeot. contr.12. num.27. lib.2. De Prat. ad Muſcatell. lib.1. p.7. gl. ſententiam D. Rocc. reſp.52. num.1. tom.1. Petr. in ritu M.C.V.94. nu.1.* plures *DD.* apud *Cauall. q.175. num.1.* licet male pro hac opinione citet *Sarmient. lib.2. ſelect. cap.14. num.7. Rota dec.285. num.1.* poſt *Poſthum de manut. Baron. de citat. q.1. num.5. R. Capic. Latr. dec.167. num.8. Ciarl. diſcept.22. n.10. & ſeqq.*

3 Quod ſit de Iure naturali, dicunt ex *clem. paſtoralis §. cæterum de re iudic.* vbi talem illam vocat Sum. Pontifex *Maranta in ſpec. p.6. rubr. rectè concipiatur citatio num.3. Couar. pract. qq. cap.23. ſub num.5. Rot. diuerſ. dec.416. num.2. p.1. & in recent. deciſ.474. num.1. p.2. Afflict. dec.245. num.10. & dec.307. in fin. Borrell. de compromiſſ. §.2. gl.4. num.32. & §.4. gl.4. num.2. Caual. q.175. num.1. Andr. Gaill. pract. obſ. lib.1. obſ.75. num.9. Cornaz. dec. Lucenſ.13. num.3. Bajard. in pract. crim. q.31. n.9. Baron. num.7. Catalan. de adult. cap.12. n.66. & ſeqq. R. Capic. Latr. conſult.146. n.24.*

4 Alij de Iure Ciuili poſitiuo *Franc. Sarmient.*

ſelect.interpret.lib.2.cap.14.num.7. dicens ridicu-
lum eſſe ex illa Adami vocatione, inferri cita-
5 tionem eſſe de Iure diuino, Alij de Iure natura-
li gentium. Mantica dec.290. nu.3. Alij de Iure
6 diuino, & naturali. Mobed.dec.7.de reſtit.ſpoliat.
num.3.Crauat.ad Veſtr.lib.5.cap.13.num.7.Meno-
ch.de arbitr.q.17.num.5.lib.1. Caball. in mille loq.
831. Aſin. in praxi ciuil.§.1.cap.1.num.27. Lan-
cell.Conrad.de offic.Pretor.in cauſ.ciuil.cap.1. de
citat.num.2.Lel.Zanch.de priuil. Eccleſ.priuil.98.
num.7.9.Blanchet.dec.nouiſſ.Rom.415.num.2. lib.
1.vol.1. Vulteius in iuriſprud. Rom.lib.2. cap.28.
Triuiſ.dec.68.num.1. lib.1. poſt alios Borrell. in
ſumma deciſ.tom.1.tit.de citat. num.6. Salg. de reg.
protect.p.2.cap.1.num.17.Rig.de except. cap.12.§.
4.num.1.Poſt.de manut. obſ.79. num.3. Ghiſil.de
Iudic.reg.cap.11.nu.10.& cap.12.nu.2. Reg.Tap.
dec.Senat.Ital.23. num.17.& dec.5.n.2. R.Galrot.
7 contr.12.num.23.lib.2. Alij de æquitate funda-
ta in omni Iure diuino, & naturali Mantica dec.
299.num.3. De omni Iure ex tex.ſup.citatis diui-
no, naturali, canonico, & ciuili dicit Pax.in pra-
xi p.1.tom.1. temp.3. de citat.num.7. Mutill.in
praxi tit. de gradu citat.n.7. Alij denique dicunt
8 quo ad inuentionem eſſe iuris diuini, & quo ad
defenſionem eſſe iuris naturalis Rebuff.de citat.in
in præfat.n.23.& 24. Cum defenſio ſit Iuris na-
turalis Caroc. except.8.num.1. Guazz. defenſ.reor.
defenſ.10.cap.1.ſub num.4. R.Capic. Latr.dec.82.
num.16.Pariſ.de reſignat. benefic. lib.11.q.10.n.
20.Cartar.dec.62.num.7.Menoch. conſ.208.nu.3.
Ricc.reſol.50.ſub n.1.p.2.Baron.de citat.q.1. n.7.
9 Sed mihi ſemper placuit opinio Felin. in cap.
dilecti num.7.de exception. quod citatio ſit de Iu-
re naturali gentium ratione defenſionis, quę tol-
li non poteſt, modus autem, ſeu forma citandi ſit
de Iure ciuili, ſequitur Vbert.de citation.d.cap.8.
vbi reſpondet contrarijs, addimus Giurba conſ.39.
num.42.Socc.conſ.25.num.18.conſ.13. nu.63.67.
Nouar.in l.defenſionis n.1. C. de Iure fiſci lib.10.
Burg.de modo proced.ex abrupt.q.11.num.8.9.Fere-
gr.conſ.26.ſub num.7.lib.1.Ideo citatio eſt neceſ-
10 ſaria de Iure naturali, ſeu gentium, ratione de-
fenſionis, quæ eſt eiuſdem Iuris, ſed ratione mo-
di, ſeu formæ ſe defendendi, & citandi, eſt de Iu-
re Ciuili, & eſt neceſſaria ex eodem Iure Ci-
uili.
11 Citatio fit ad quinq; effectus nępè ad effectum
ſcientiæ, cōparitionis, cōtradictionis, præparādę
defenſionis, & cauſæ cognitionis. Quo ad primū
ad effectū ſcientiæ inducendæ, nā non poteſt fieri
defenſio ſine ſcientia vera, vel interpretatiua,
& ſtatim atque inchoatur modus offendendi, per
quam pars offendi poteſt, datur quoque poſſibili-
tas defendi per citationem Alber.in l.ea, quæ col.
penul.C.quomodo, & quando Iudex Oltrad. conſ.43.
Rebuff.de citat.in præfat.n.25.
12 Ideo citatio debet legitimè peruenire ad ſciē-
tiam citati l.2.§.item cum ex edicto ff.quæ ſent.ſine
appell.Rot.in ant.dec.21.de dolo, & contumac.Ro-
drig.de mod.vid.proceſſ.cap.4. de citat. num.19. &
13 fieri, eo modo, quo facile poſſit abſens certiora-
ri.clem.1.de re iudic.Themud.dec.129.nu.2. Ideo
14 ſolus modus citandi perſonaliter, ſeu de facie
ad faciem, dicitur de Iure naturali, quia ex ea
inducitur vera, & indubitata ſcientia, & excludi-
tur omnis fraus, & malitia, & hoc modo citandi
vſus eſt Deus quando citauit Adam Gen.cap.3.
Vant.hic num.82.Rota diuerſ.dec.758.num.3.p.3.
lib.3.Ricc.collect.3896.
15 2.Ad effectum, & finem comparitionis.Io:An-
dr.in cap.fin.de elect.in 6.Bal.in l.cum fratrem nu.
9.C.de his quib.vt indign. Mantica dec.352.num.
10.Poſt.de manut.obſ.84.num.25. Rota poſt Poſtiū
de manut.dec.427.n.7.
16 Et quilibet intelligitur citatus, vt compareat
per ſe, vel per procuratorem Bal.in l.fin. C.de
procurat.Aff.dec.2.num.7.Mantica dec.223.n.4.
D.Petra in rit.105. num.1. niſi in caſibus poſitis
per Cardoſ.in praxi Iud.& Aduoc. verb.citatio nu.
41. & infrà ponendis, & diximus in rubr.11.
17 3.Ad effectum vt citatus valeat ac'ui ſe oppo-
nere, & cōtradicere ratione ſui intereſſe, & pro-
ptèr eà requiritur citatio in quocūq; actu iudicia-
li l.de vnoquoque ff. de re iudic. l.nam ita diuus ff.
de adoption. clem.ſæpè de verb.ſignific. Verall. dec.
375.num.2.p.2.Mantica dec.5.num.2. Maranta
in praxi p.6.tit.de citat.num.4. Farinac. in repert.
Iudic.q.62.num.2. Petrol.ſuper rit.98. Gallup.in
praxi p.2.cap.2.num.36.Caluel. in praxi §.citatio
concluſ.6.num.1.& 42.Baron.de citat.q.25.n.1. R.
Tap.dec.Senat.Ital.5.n.3.
18 4.Ad finem vt quis poſſit parare ſuas defenſio-
nes Bal. in d.l.cum fratrem num.9. C.de his quibus
vt indignis Coccin. dec.230. nu.1. Poſt. de manut.
obſ.12.a.152.Ripol.var.tit.3.de citat.n.16. Baron.
de citat.q.15.n.7.Et vt quis citari debeat, ſatis
19 eſt quod in potentia poſſit ei competere aliqua
defenſio Verall.dec.114.nu.2.p.1. Cardoſ.in praxi
Iudic.& aduoc. verb.citatio num.6. Salgad.de reg.
protect.p.1.cap.2. n.140. Guttier. q.16.ſub num.8.
Epiſc.Maranta reſp.98. n.26.lib.4.Baron.de citat.
q.1.a.9.& q.25.& 16.
20 5.Et vltimo citatio fit ad effectum, vt poſſit
haberi cauſæ cognitio, vt ſcil.Iudex cauſa cogni-
ta poſſit interloqui, vel definire, ideoque ſemper
eſt neceſſaria citatio vbi cauſæ cognitio requiri-
tur l.4.C.de dilation.l.vl. C.ſi per vim l.in cauſa §.
cauſa ff.de minor.Rebuff.ad leg.gall.tom.1. tract.de
litter.obligat.art.1.gl.9.num.7.& ſeqq.Soar.in l.poſt
rem iudicatam not.2.num.18.Vald.ad eundem in d.
l.poſt rem §.4.limita vbi plures citat Goma dec.
60.nu.20.Cardoſ.in praxi Iudic.& aduoc.verb.ci-
tatio nu.8.Salg.de reg.protect.2.p. cap.13. num.56.
Larrea alleg.107.n.22.
21 Huic defenſioni naturali cenſetur ſatisfactū
per primam illam, & vnicam citationem genera-
lem ad totam cauſam, quæ defenſionem reſpicit;
nam aliæ citationes, & peremptorium, ſunt de
Iure ciuili introductæ Bal. in cap. cum ſit de ap-
pell. Natta conſ.619.num.7. lib.3. Cauall. q.175.
num.12.Guttier.canon.qq. lib.2. cap.16.nu.6. Re-
buff.ad conſtit.gall.tom.3.tit.de citat. in præfat. ſub
num.25.Iul.Cartar.dec.61. ſub nu.7. quod non
placet Baron.de citat.q.15.n.68. dicenti non ſolū
primam citationem eſſe de Iure naturæ, ſed plu-
res aliàs.
22 Et illa ſufficit ad tollendam nullitatem proce-
dentem ex defectu citationis l. ſi prætor ff. de Iu-
dic.l.conſentaneum C.quomodo, & quand. Iud.Ca-
ſtr.

Digitized by Google

ſtr.in l.ad peremptorium num.16.ff. de iudic. Sera-
phin.dec.455. num.8.
23 Ideo ſi citatus non comparet efficitur contu-
max,& vlterius non eſt citandus *Bal. in auth.qua*
in prouincia C. vbi *de crim.agi oportet Spec.depoſit.*
*§.8.Port.lib.1.cōmun.opin. conc.43.lim.119.*adeſt
tex.& gl.in cap.2.de dolo,& contum.Put.dec.202.
num.1.p.2.Io:Baptiſta Coſta de retretract.cap.2.Ve-
rall.dec.48.lib.3.Balb.dec.42. Cappell. Tholoſ.dec.
427.Barber.in viat.Iuris p.4.tit.de iudic.Imbrian.
de repulſa p.2. 9.requiſit. Monac. ad Minad: dec.
28.num.1. Maranta de ordine iudic.6.p. tit.de ci-
tat.num.118.Granat.ad Veſtr.lib.4.cap.4. num.15.
Rota dec.8.de teſtibus, aliàs *93.in nou.ad fin.Salg.*
de regia protect.p.3.c.3.nu.37.
24 Nam tunc non deficit naturalis defenſio, &
poſt quam cauſa eſt diſcuſſa, cognita, & inſtru-
cta, tunc ſollemnitas citationis ad ſenteneiam eſt
Iuris poſitiui, & omitti poteſt, & ſanari.*Bal.in*
l.ſi accuſatoribus col.penul. verſ.*in eadem gl.C.de*
accuſat.Vant.hic num.107.& ſeqq. Rota dec.recēt.
486.num.2.p.4. Thomat. dec.97. num.6. Caualer.
dec.396.n.1.& 6.Rota recent.312. num.2. & 4.&
dec.486.nu.2.p.4. Palma in diuerſ.iur.commun.ſu-
per pragm.2.de ordine iudic.gl.num.15. Baron.dec.
15.num.68.
25 Er illa prima vocatio,& certificatio reſpiciēs
naturalem defenſiooem, ſufficit quouis modo ſit
facta,ſiuè in ſcriptis,ſiuè ſioe ſcriptis, dummodo
ad eius ootitiam peruenerit, quia tunc oon cen-
ſetur ſublata naturalis defenſio *Oldrad.conſ.43.n.*
1.ver. & ad hunc modum.Alex.conſ.225.n.8.vol.
6.Rot.in recent. dec.716. num.1. & 3.p.2. Capic.
dec.1.num.35.
26 Nec intereſt an fuerit erratum in modo ci-
tandi,ſi vere ad notitiam citandi peruenerit cita-
tio, nam idem eſt fuiſſe quem citatum cum cita-
tione non legitimè facta,ac legimè, quia ſic non
tollitur defenſio naturalis. *Fantius rubr. quibus*
modis ſentent.null.repar.poſſ.Caual.de brachio reg.
p.1. num.174. & ſeqq. dicemus *infra* verſ. *ſic*
Princeps.
27 Modus,& forma defenſionis, & citatioois in-
ductus à Iure ciuili, conſiſtit in pluribus,videli-
cet,vt omnium actionum inſtituendarum princi-
pium ab ea parte edicti proficiſcatur,qua prætor
edicit de in ius voc. *Inſtit.de pœnis temere litig.§.*
vlt.Tiraq.tract.res inter alios acta in princ.Barboſ.in
l.ſi quis poſtea quam num.26. ff. de iudic. Item vt
28 abſens à loco iudicij citetur tribus edictis, vel
vno pro omnibus peremptoriè *l.contumacia ff.de*
re iudic.l.conſentaneum C.quomo, & quando Iud.c.
1.de dilat.& ibi *gloſ.*
29 Ex pluribus citationibus,quæ ſolent fieri,pri-
ma dicitur eſſe iuris naturalis, quæ reſpicit de-
fenſionem, & reliquæ iuris ciuilis *Gabr. de citat.*
concluſ.1.nu.35.Natta conſ.619.num.7.lib.3.Ca-
uall.q.175.num.12. Pax in praxi p.1.tom.1. temp.
3.num.12.
30 Alijs omiſſis, vt quis aliquando citetur per
nuncium, & aliquando per epiſtolam eſt indu-
ctum à Iure ciuili *l.ſed, & interpellatur §. arbiter*
ff.arbitr. Sic etiam quod quis citetur ad videndū
31 iurare teſtes cenſetur inductum à iure ciuili *gl.*
& DD.in l.ſi quando C. de teſtibus Lanfranc. in
cap.quoniam contra de probat. in verb. *teſtium depo-*
ſitione Rebuff.de citat.in præfat. num.27. Ex qui-
32 bus elicimus duplicem eſſe defenſionem. Vnam
Iuris oaturalis. Alteram iuris poſitiui, vt hæc
contrario Iure poſſit tolli,altera non. *Petra de*
poteſt.princ.c.26.n.4.& 8.
33 Sic contractus alij ſunt Iuris gentium, & alij
iuris ciuilis *l.ex hoc iure* vbi *gl.in* verb.*quibuſdam*
& tradunt *ibidem DD.ff.de iuſtit. & iure* hos po-
teſt Princeps tollere, non illos. Ideò non poteſt
34 Princeps etiam de plenitudine poteſtatis tolle-
re ius quæſitum ex contractu *Dec.conſ.410.num.*
22.Aimon.de antiq.tempor.num.33.Phoeb.dec.171.
num.12.p.2.Molin.de primog.lib.1.cap.8. num.31.
& lib.2.cap.7.num.28.Cabed.dec.12.n.24.Meno-
ch.conſ.1.num.394.Cald.in l.ſi Curatorem verb.*im-*
plorare num.31.C.de in integr.reſtit.minor. Molina
de Iuſtit.& Iure tom.1. tract.2. diſp.174. num.30.
Cald.de extinct.emphyt. cap.20. num.40. qui ſecus
dicit de Iure quærendo *Flam. de reſign. benefic.*
tom.2.lib.10.q.1.num.39.& 40. Molin.d.cap.8.n.
28.Menoch.conſ.181. num.60.Nos in obſ. ad con-
ſult.vnic. poſt *conſil.Reg.Rouiti lib.1. & inobſ.ad*
conſ.15.lib.1.D.Reg.Rouiti,Addit. ad Molin de
*primogen.lib.1.cap.8.ad num.28.& 30.*verſ.*cauſa.*
35 Cum contractus, & conſenſus ſit de Iure na-
turali *l.ex hoc iure ff.de iuſtit.& Iure §.ex hoc iu-*
re Inſtit.de Iure nat.gent.& ciuili l.1.in fin.ff.de
contr.empt.Io. Andr. Abb.in cap. per venerabilem
qui fil.ſint legit.Sarnen.in comp. vtriuſque ſignat.ſub
num.81.& ſeqq.Rot.diuerſ.dec.161.n.7.p.2.Surd.
dec.43.num.11.Gonzal.ad reg.8.Cancell.gl.28.nu.
13.cum ſeqq.Ignat. de Villar. in ſylua reſponſ. p.3.
lib.1.n.8.reſp.n.9.
36 Hinc etiam dominium aliud eſt Iuris gentium
d.l.ex hoc iure ff.de iuſtit. & Iure, & aliud eſt iu-
ris poſitiui *Petra de poteſt.Princip. cap.24. nu.86.*
95.& c.25.n.16.51.c.28.n.27.
37 Eſt iuris poſitiui dominium quod acquiritur
per rem iudicatam, ex qua acquiritur ſolum do-
minium de iure ciuili,quod per legem,ſeu Prin-
cipem tolli poteſt, non autem dominium iuris
gentium *Mohed.dec.5.de ſentent.& re iudic.*
38 Sic etiam iuris poſitiui eſt dominium, quod
acquiritur per aditionem hæreditatis, quod ideo
poteſt contrario iure tolli ex *tex. in l.3. nu.4 ff.*
de teſtam.Tiraq.de Iure conſtit.lim.7.nu.42.Pinell.
in rubr.C.de reſcind.vendit.1.p.c.2. Et ideò Prin-
ceps naturales poteſt legitimare,& agnatis veni-
entibus ab inteſtato præiudicare *Bal.in cap.cum*
ſit Romana de appell.& in l.cunctos populos in repe-
tit,magna col.24. C. de Summa Trinit. & fide ca-
thol.Natta conſ.619.num.8.lib.3.Couar.de ſponſal.
p.2.c.8.§.9.num.70.Lup.de illegit. com.3. §.5.nu.
17.Roſenth.de feud.c.7.concluſ.19.num.25.Molin.
de hiſp.primog.lib.3.c.3.nu.10. P.Molina de Inſtit.
& Iure tom.2.diſp.174. num.7. Put.dec.89. lib.2.
Boer.dec.122.Praſ.Amat. conſ.4. num.5. Ponte de
poteſt Proreg.tit.10. de diuerſ. prouiſ. fieri ſolit c.de
legit.Intrigl.de feudis cent.2.art.1.n.271. & ſeqq.
poſt alios *D. Molin.controu.forenſ. cent.1. cap.1.*
diximus *in obſ.ad conſ.32.R.Rouiti lib.3.Pichard.*
ſuper inſtit.lib.3.tit.1.in rubr.num.63. Petra de po-
teſt.Princip.c.25.
39 Pariter poteſt decernere,vt de ſolo petitorio,
vel

vel ſimul de eo cum poſſeſſorio cognoſcatur Cra-
netta conſ.182.num.13.cum ſeqq. Rot.in recentiſſ.
dec.1.num.4.p.1.& poſt Crne. de eaſib. dec.232.
quę eſt diuerſ.99 n.6.p.1. & apud Bocc. de cenſib.
p.2.nu.177.Fachin.contr.lib.8,cap.7.Cyriac.contr.
lib.1.cap.10.num.63.64. Ricc. coll.2022. Barboſ.
in c.2.de cauſ.poſſeſſ.& propriet. num.3. Theſ.dec.
15.quid quid dicat Grammat. conſ.ciuil.84. nu.3.
Rota poſt Poſitum de manut.dec.102.nu.3. cum
ſit ſolutus legibus , & quadrata ęquet rotundis
Giouagn.conſ.8.num.80.lib.1. Rot.diuerſ.d.dec.99.
nu.6.p.1.& d.dec.232.num.11.apud Cenc.& apud
Bocc.loco cit. n.177.latè Poſ.de manut.obſ.7.n.48.
& ſeqq. vbi explicat , & diximus nos in obſ.ad
conſ.1.num.44. R.Rouit. lib.1. quando poſſit cu-
mulari poſſeſſorium,& petitorium.

40 Hinc Papa etiam omnia poteſt in his , quæ
ſunt iuris poſitiui Gig.de penſion.q.6.Caputaq.dec.
319.num.3.p.2.Garz.de benefic pag.5.cap.1.nu.5.
cum ſeqq.Marta de Iuriſd.p.2.c.37.n.3. & eadem
41 poteſt reuocare prout tunc gl.in Clem.1. de im-
mun.Eccleſ.verb. pro infectis pro vt ità poteſt di-
ſpenſare in radice matrimonij, vt ſub lato impe-
dimento matrimonium cenſeatur approbatum ,
prout ex tunc , & ac ſi ab initio fuiſſet validum,
& ex eodem tempore prolem legitimare , quaſi
ab initio legitimè nata fuiſſet , & ad ius ciuile
reducere primæum ius naturæ, quo omnes legiti-
mi naſcebantur , vt in Auth.quibus modis natur.
effic.legit.Rot.dec.687.n.8.p.2.in recentior.

42 Et poteſt facere vt res habeantur pro infectis
etiam quo ad effectus præteritos. Tiraquell.de iu-
re conſtit.2.p.limit.7.n.47. Rota diuerſ.dec.149.n.
4.p.2. facit bonus tex. in l.qui in prouincia §.1.ff.
de ritu nuptiar. ibi;confirmamus ſtatum liberorum
noſtrorum in eo matrimonio quæſitorum , quod ante
annos 40.contractum eſt,perindè ac ſi legitimè con-
cepti fuiſſent, & tex.in c.quia circa de conſangnia.
& affinit. Rot. in recent. p.2. d. dec.687. num.8.
circa fin.

43 Non poteſt tollere ius diuinum cap.1. vt Ec-
cleſ.benefic.ſine dimin. conf. cap.ſunt quidem 25.q.
1.Et in ijs,quæ ſunt iuris diuini,vt puta in vſuris
iure diuino prohibitis, non diſpenſat c. quia in
omnibus, & cap.ſuper eo de Vſur. Couar. var.reſol.
lib.3.cap.1.num.8.verſ.2. expreſſius D. Thomas 1.
2.q.94.art 5.per tot. Rot.diuerſ.dec.67 num.3.p.1.
Sayr.in claui reg.lib.3.cap.10. num.8. Marta de
Iuriſd.p.2.cap.37.num.14. Conrad.in temp.iudic.
lib.1.cap.1.§.3.concluſ.14:fol.mihi 56.at.Leotard.
de Vſuris q.2.Barboſ.in d.c.2. de Vſuris Petra de
poteſt.Princip.cap.27. Niſi quando in vſuris pro-
44 betur intereſſe lucri ceſſantis,& damni emergen-
tis Dec.conſ.322.num.4. Mohrd.dec.3. de Vſuris
Rot.diuerſ.dec.67.num.2. in fine p.1. Leotard.d.q.
1.& ſeqq.nec in legibus fundatis rationi natura-
li Tiraq.ceſſante cauſ.limit.1.n.77.Petra ibid.

45 Prout neq; poteſt diſpenſare , & diſſoluere
matrimonium copula conſumatum. gl. & DD.in
cap.ex publico de conuerſ.coniug. Rot. diuerſ.dec.
101.num.7.p.2.Garz. de benefic.p.7. cap.10. à n.
83.Secus ratum tantum gl. in d. cap. ex publico
verb. conſumatum poſt mille Barboſ. ibid. nu.14.
vbi in fine refert contrarios DD. Petra vbi ſup.

46 Neque poteſt præiudicare in ijs, quæ ſunt iu-
ris gentium, vt puta in contractibus , nam in ijs
neque de plenitudine poteſtatis poteſt tollere ius
quæſitum ex contractu Io:Andr.& Abb.in cap.per
venerabiles qui fil.ſint legit. Sarnen. in comp. vtri-
uſque ſignat.ſub nu.81.& ſeqq.Rot.diuerſ. dec.161.
num.7.p.2. Mohed.dec.6.de penul. n.1. Phoeb.dec.
171.nu.12.p.2.

47 In beneficialibus,& rebus Eccleſiaſticis, quia
Papę poteſtas eſt libera,& abſoluta cap.propoſuit
de conceſſ.præb. cap.2. in princ. de præb. in 6. vbi
Barboſ.à n.2.clem.1.in fine,vt lite pend.Gonzal.ad
reg.8.Cancell.§.1.proem.à n.32. Rot.in recent.p.2.
dec.11.n.7.& dec.778.n.1.Borell.de magiſtr.edict.
lib.1.c.7.n.57.

48 Ideò poteſt ad libitum ſuę voluntatis diſpone-
re de beneficio,etiam priuando ſine cauſa Mohed.
dec.4.n.2.de reſtit.ſpoliat.Seraphin.dec.997. nu.7.
Cum omnia beneficia totius mundi ſint obedien-
tialia, & manualia ipſius Papæ, ex adductis per
Gonzal.reg.8.§.2.proem.num.47.& ſeqq. DD.apud
Barboſ.in tract.clauſ.clauſ.de plenitudine poteſtatis
n.32.& in c.2. de præb.in 6.

49 Sic etiam poteſt ex certa ſcientia,& de pleni-
tudine poteſtatis reducere penſionem non citato
penſionario Roman.conſ.369.col.7.ver.nec quidem
ſequitur Caccialup.de penſion.q.24. Gig.de penſion.
q.37.n.1.& ſeqq. Quamuis contra , vt Papa non
50 poſſit ſine cauſa beneficiatum priuare beneficio
Nauar.in cap.ſi quando de reſcript.Praell. in rubr.
de reſc.vendit.p.1.num.29.& 30. Menebach. con-
trou.vſufr.q.2.n.18. Pereira de manu reg. c.61.nu.
28.29.Barboſ.in tract.de clauſ.clauſ. de plenitudi-
ne poteſtatis n.31.

51 Bene tamen Papa quamuis non poſſit abroga-
re in totum , vel ex parte id , in quo diſpenſat,
Tamen eius obligationem per veram diſpen-
ſationem in caſu aliquo ſpeciali,locum non ha-
bere hunc vel illũ à iuris diuini rigore eximen-
do ex cauſa vrgẽti poteſt Couar.lib.1.var.c.17.n.
8.ver.Henricus Sanch.de matrim.lib.8.diſp.6.nu.5.
Azor.Inſtit.moral.p.2.lib.4.cap.18.q.1. vbi etiam
iuncto lib.5.cap.3.per totum adducit communem
Canoniſtarum ſentẽtiam, qui contrà Theologos aſ-
ſerunt poſſe Papam ius diuinum declarare,inter-
prætari,reſtingere,remittere,amplificare, augere,
& mutare.

Videamus, an , & quando citatio tolli poſſit,
putà per legem, aut Principis reſcriptum , ſtatu-
tum,conſuetudinem, ſtylum, & partium conuen-
52 tionem? Quo ad legem.Illa non poteſt tollere
citationem , quatenus concernit naturalem de-
fenſionem clem.paſtoralis , in fine de re iudic. gl.in
extrauag.rem non nouam,de dolo,& contum. Abb.in
cap.1.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.Felin. & Dec.in c.
ex parte il 2.de offic.deleg.& in cap. cum olim de
re iudic. & in rubr.de appell. latè Cauall.q.175.
vbi conciliat DD.contrarium tenentes Turamin.
de legibus p.1.c.2.num.21.Cutell. dec.4. num.21.
Aſia.in praxi §.1.c.1.n.28.

53 Nam legis nomen haud meretur lex illa, quæ
pręceptis naturę non conuenit.Cic. de legibus lib.
2.D.Thomas 1.ſecundę q.93.art.3. Borrell.de ma-
giſtr.edictis lib.2.c.2.n.1.& ſeqq.

54 Nec ex plenitudine poteſtatis poteſt citatio
à Principe ſuppleri , vel à lege Caball. Mille-

loq.

ſoq.834.Tepat.lib.1.var.tit. de in ius voc. verſ.*re-
gulariter Monoch.conſ.365.num.1.conſ.94. nu.31.
conſ.208.nu.3.15.Guazzin.defenſ.29.cap.4.nu.1.
& ſeqq.Laganar.ad* Rouit.*in prag.1.de arbitris nu.
2.Larrea alleg.107.num.9.* Imò plenitudo pote-
ſtatis non exercetur à Principe Chriſtiano , vt
diximus *rubr.* q. & *infra*. Et D. Philippum
II. nunquam fuiſſe vſum tali poteſtate dicit *Fon-
tanell.de pactis nuptial.claus.4.gl.14.*
55 Et ſic defectus citationis reddit nullam ſen-
tentiam ipſo iure,quamuis ſit lata à Suprema
poteſtate *clem.paſtoralis* §.*ceterum de re iudic.V.It-
ia rubr.an qualibet ſententia , &c. num.14.* & ibi
dicemus *Scacc.de appell.q.19.remed.1.concluſ.2.
ex num.19.Larrea d.alleg.107.num.8. Zoar. tom.
2.commun.opin.lib.7.tit.14.num.125.Cald. in l.ſi
curatorem* ver.*cum non abſimilis num.7. C.de reſtit.
in integr.maior.Ricc.coll.1753. Bachoſ.in clem.pa-
ſtoralis num.10.de re iudic. Nig.de except. cap.12.
§.4.num.12.*
56 Quatenus verò citatio concernit defenſionem
ciuilem , poteſt illam lex tollere , cum Princeps
ſit ſupra legem *l.princeps ff.de legib.l.digna vox C.
eodem l.ex imperfecto C.de teſtam.* Non tamen illam
debet tollere ſine cauſa, *Petra de poteſt.Princip.c.
26.num.33.* nam error eſt reſcindere quod diffini-
57 tum eſt *gl.fin.in cap.ſententiam 35.q.9.* niſi quã-
do cauſa neceſſitatis , & vtilitatis aliud ſuadeat
ſtatuendum *c.in cauſis de ſentent. & re iudic.Cra-
uet.conſ.266.num.2.Ceſal.conſ.133.nu.107. Burg.
de modo proced. ex abrupt.q.11.num.35.Cabed.dec.
79.num.2.& ſeqq.* nam licet ſit ſolutus legibus,
non eſt ſolutus à dictamine rectę rationis,vt po-
te quòd ſit animal politicũ,& morale *Bal. in l.2.
num 45.C.de ſeruit.& aqua Rolan.conſ.2. nu.150.
cum ſeqq. lib.1.* & ſic adſtrictus obedire rationi
*Antboatico de Monacis in princ.collat.4. Gabr.Pe-
reira dec.120.*
58 Ideo lege ſua Princeps conſtituere poteſt nè
ter citetur,ſed vna tantum citatio ſufficiat, cum
per primam citationem defenſioni naturali ſa-
tisfiat , quæ non poteſt tolli per Principem *Car-
doſ.in praxi iudic. & adu.* verb.*defenſio nu.1.* vt
latè diximus *ſup.* Et reliquum ſint iuris poſi-
59 tiui,vt etiam *ſup.* nam vna citatio ab illo tolli
non poteſt *Barboſ.in cap.1.num.7. de cauſ.poſſeſſ.
& propriet. Octau.gloris. reſp.7. num.52. Paz in
praxi p.1.tom.1.temp.3.num.12. R.Latro dec.167.
num.66.Baron.de citat.q.15. num.36. Gratian. di-
ſcept.898.nu.15.19.Peregr.de Iure fiſci lib.7.c.3.
num.3.R.Capic.Latr.conſult.146.num.22. Caſtill.
tom.6.contr. cap.156. num.13.14.Card. in praxi
Iudic.& aduoc.*verb.*citatio num.2. Pinell.in rubr.
C.de reſciad.vendit.p.1.cap.2.num.21.Menoch.de
arbitr.lib.1.q.17 num.6.Flam.Paris de reſignat.be-
nefic.lib.11.q.10.num.20.Cartar.dec.21. num.28.
Borrell.in ſumma deciſ.tom.1.tit.de citat.num.504.
Afin.in pract.citat.§.1.cap.1.num.28.Castell.dec.4.
ſub num.16.& de donat. tract.1.diſc.2.p.6. n.166.
& ad l.Petri cap.3. not.4. in princ. Vin. commun.
opin.* verb.*ſententia principis Scacc.de iud.c.88.n.
2.Nouar.dec.68.ſub n.1. dec.190. num.2. R.Latr.
dec.82.nu.17.* alij apud *Baron.de cit.q.15.n.61.*
60 Sic etiã quando eſt concluſum in cauſa, & nõ
remanet alia probatio facienda , tunc citatio ad
ſententiam non reſpicit defenſionem naturalem
ſed ciuilem . Et quia Princeps ſua lege , vel re-
ſcripto poteſt tollere defenſiones à iure poſitiuo
introductas *Bal.in l.1.col.3.ff.nè quis , eum , qui
in ius voc Iaſ.& alij in l.3.§.ſi is , pro quo ff. quod
quiſque iur. Palma in diuerſ. Iur. commun. ſuper
prag.2.de ordine iudic.gl.1.n.15.* diximus *ſup.*
61 Ideò poteſt etiam tollere citationem ad ſen-
tentiam,quando concluſum eſt in cauſa, cum tũc
ſit defenſio iuris poſitiui *Afflit.dec.283.num.6.vbi
Vrſill.num.13.Couar.pract.qq.cap.23. num.6.* ver.
*Primum Laganar.ad R.Rouit.in prag.1. de arbitris
num.6. Epiſc. Marantà reſp.65. num.31. tom.4.*
quidquid contra dicat *Borrell.in ſumma deciſ.tom.
2.tit.28.*
62 Et tam in ciuilibus, quam criminalibus lex,&
Princeps poteſt tollere multiplicationem cita-
tionum, & variare ordinem , & modum citandi,
dummodo non auferat ſubſtantialia defenſionis
naturalis *Abb.& alij in cap. cum inter de except.
Felin.in cap.dilecti col. 5.* verſ. *ſed nota de except.
Gabriel.de citation. concluſ.1. n.524.* ſic Princeps
63 poteſt ex cauſa modum defenſionis temperare,
alterare,differre,modificare , variare, diſtingue-
re,vel reſeruare, quia nõ eſt tollere defenſionem,
ſed tantum illam limitare *Graſſ.de except.except.
21.num.4.Farinac.q.39.nu.26.lit.C.concluſ.270.
num.16.& lit.S.concluſ.471. num.5. & ſeqq. In-
trigl.conſ.23.num.5.& ſuper bulla q.14. nu.5.Pe-
regr.conſ.2.num.150.vol.2. Peguer.in pract. crim.
cap.22.§.6.num.9.Ameſcua de poteſt. in ſe ipſum
lib.2.cap.20.num.28.Caualc.de brach.reg. p.1.nu.
174.& ſeqq.* vbi dicit poſſe tolli citandi modũ,
& horam,ſed non ipſam citationem. *Burg. de mo-
do proced.ex abrupt.q.11.num.37.Paz in praxi p.1.
tom.1.temp.3.num.11.Donad.de renunciat. tom.2.
cap.42.n.163.Loganar.ad Rouit. in prag.1. de ar-
bitr.num.2.* diximus *ſup.* verſ. *nec intereſt.*
64 In ciuilibus Princeps ſua lege , vel reſcripto
poteſt tollere appellationem *cap.1. de reſcript. c.
paſtoralis de appellat. c.ſuper queſtionum* §. *ſi verò
de offic.deleg.l.1.§.interdum ff.a quibus appell.Bar-
boſ.clauſ.9.* diximus *ſup. rubr.* q. *Rodrig. de
modo iud. proceſſ.cap.4. de citat.num.17.* Licet n.
Appellatio ſit defenſio *cap. omnis oppreſſus 2.q.6.
cap.ſup.geſtum de appell.l.1.ff.eodem.* Tamen non
65 eſt defenſio iuris naturalis,ſed poſitiui *Gemin.in
cap.non ſolum in princ.de appellat. in 6. Abb. in
cap.dilecti,* & ibi *Felin.in num.7.de except.Couar.
pract.qq.c.23.num.6.* verſ. *non negamus Cammarat.
reſp.15.num.9.lib.1.* quæ poteſt tolli per Princi-
pem,ſeu ſtatutum *Suar.alleg.12. num.56. Oſaſcb.
conſ.1.num.27.Ponte conſ.53. num.24. Petra de
poteſt.Princip.c.26.num.4. & ſeqq. Cauall.q.906.
num.18.& ſeqq.Ramirez de lege reg.§.36. num.21.
Barboſ.in cap.13.n.3.de offic.Iud.deleg. Ruin.conſ.
80.num.4.vol.3. Graſſ.de except.except.21.num.4.
Burſ.conſ.299.num.17.Peregr.de fideicom. art.52.
num.144.* Etiam ſine cauſa *Graſſ.nu.12. Farinac.
q.39.num.23.Crauett.conſ.164.num.18.conſ.109.
num.2.Ruin.conſ.171.num.5.12.vol.4.& conſ.21.
num.15.vol.1.Curt. iun.conſ.174.nu.9. Gram.dec.
65.num.32.Rol.conſ.66. num.13. vol.2.* quamuis
de honeſtate non liceat ſine cauſa tollere defen-
ſiones de Iure poſitiuo introductas *Crau. conſ.*

266.

Digitized by Google

266. num. 2. Cephal. conſ. 133. num. 107.

67 Et vt appellatio ſit defenſio Iuris, debet eſſe iuſta, aliàs eſſet defenſio de facto, non de iure, nam eſt defenſio de facto quando licita eſt offenſio l. 1. & 2. C. quando liceat vnicuique ſin. iud. ſe vindic. Bar. in l. facultas C. de Iure fiſci lib. 10. Felin. in cap. dilecti filij num. 7. de except. defenſio de Iure quando non eſt licita offenſio, Vt in presbitero celebrante, offendente aggreſſorem nam poteſt redire ad ſacrificium Io. de lign. de duello Lup. in tract. de bello §. de hoc non debet in princ. Petra de poteſt. princ. d. cap. 26. n. 12. Cardoſ. in praxi Iudic. & aduoc. verb. defenſio. n. 3.

68 Eſt bene verum ſine cauſa tolli non debere, Petra d. c. 26. num. 33. Ideò Principes non ſolent tollere appellationem, niſi quando committunt cauſam diffiniendam Iudici ſapientiſſimo, & integerrimo, qui poſt quam cauſa diligenter examinata, & diſcuſſa ſententiam protulit, appellatio ſaperet potius calumniam, quam defenſionē, & vtilitas Reip. ſuadet, nè lites fiant immortales, ſed quanto citius terminentur. Cap. fin. de dolo & contumac. Rodrig. de modo vid. proceſſ. cap. 4. nu. 21. vbi bene diſcurrit cur Princeps poſſit tollere appellationem, non autem citationem.

69 In criminalibus etiam nequit Princeps lege, vel reſcripto reis denegare defenſiones, nam ſi damnaret reum ſibi delatum inauditum, & non citatum, exponeret ſe periculo imminenti damnandi innocentem, qui ſi citatus fuiſſet, & auditus potuiſſet ſe defendere Couar. pract. qq. d. c. 23. num. 6. verſ. Nonne. Baron. de citat. q. 15. n. 59. Catalan. de indult. cap. 12. n. 52. Scialoya de foriud. c. 5. nu. 5. Et Baron. poſt Palm. in diuerſ. Iuris commun. ſuper pragm. 2. de ordine iudic. gl. n. 15. dicit hoc limitari contra facinoroſos homines, veluti incenniarios, raptores virginum, vel monialium, aut inſignes latrones, contrà quos poteſt procedere iuris ordine non ſeruato ex Menoch. conſ. 100. ſub num. 100. Tuſc. lit. C. concluſ. 271. & 268. Cartar. dec. 61. num. 8. Farinac. in repert. iudic. q. 62. num. 7. Barboſ. in cap. ſuſceptis de cauſ. poſſeſſ. & propriet. num. 8. 9. & 11. Peregr. de Iure fiſci lib. 1. tit. 3. num. 61. Nig. de except. c. 12. §. 4. num. 14. alia dicemus q. ſeq.

70 Quo ad ſtatuta, an per illa poſſit tolli citatio, dicimus quod ea, quæ non poſſunt Principes facere eorum legibus, multo minus poſſunt facere ſubditi eorum ſtatutis, & conſuetudinibus Marſ. conſ. 8. num. 27. 28. & 34. Cartar. dec. 21. num. 40. & ſeqq. Borrell. de compromiſſ. §. 2. gl. 4. num. 31. & gl. 6. num. 43. Catalan. de indult. cap. 12. num. 69. Ganz. ad defenſ. reor. defenſ. 10. cap. 1. num. 4. Scialoy. de foriudic. c. 5. num. 8. Reg. Tap. dec. Senat. Ital. 5. n. 5. Card. Tuſc. lit. C. concluſ. 270. & concluſ. 271.

71 Statutum defenſionem naturalem non poteſt tollere. Gemin. conſ. 62. col. 2. Socc. conſ. 54. num. 5. & ſeqq. lib. 4. Card. Tuſc. lit. S. concluſ. 471. nu. 1. & ſeqq. Petra de poteſt. Princip. c. 26. num. 24. licet
72 non deſint contrarium volentes, poſſe ſcil. per Principem, & ſtatutum tolli cum cauſa iuſta defenſionem naturalem tam in ciuilibus, quam in criminalibus Vaſq. contr. cap. 25. num. 19. & ſeqq. & contr. 36. num. 1. Gram. dec. 65. num. 32. Menoch. conſ. 421. num. 25. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 3. q. 18. n. 128. Tiraq. in præfat. de pœnis n. 44. 45. & 49. Aſin. de execut. cap. 4. num. 4. Theſ. dec. 87. num. 6. Farinac. q. 39. num. 24. & q. 25. num. 19. & conſ. 103. num. 8. & dec. 3. num. 2. Rodel. ſin. de ſupr. Princip. poteſt. c. 6. num. 92. Tuſc. lit. S. concluſ. 471. nu. 1. & ſeqq. Petra de poteſt. Princip. cap. 32. q. 5. nu. 76. fol. 199. Barboſ. in cap. 1. de cauſ. poſſeſſ. nu. 9. Ideo
73 non valet ſtatutum, quod quis non citetur. Albert. Brun. conſ. 7. col. 3. Rebuff. de citat. in præfat. n. 32. Veſtr. in praxi lib. 7. cap. fin. num. 38. in princ. Marſil. in tract. bannit. verb. ſententia §. 5. nu. 56. Viu. opin. 709. nu. 12. Caroc. de except. excep. 125. n. 33. R. Capic. Galeot. contr. 12. nu. 27. lib. 2. Giurba conſ. 18. ſub num. 10. Baron. de citat. q. 15. n. 36. & 21. Peregr. dec. 137. ſub n. 5.

74 In ſpecie ſi ſtatutum diſponeret, quod quis poſſet condemnari nulla citatione præcedente, non valeret Bar. in l. ſi filius fam. ff. de donat. & in extrauag. ad reprimendum in verb. & figura Bal. in l. 1. in 1. col. in fin. C. quomodo, & quando Iud. Socc. conſ. 266. verſ. ſed tamen vol. 2. Dec. conſ. 63. 681. 446. & 528. Roman. ſing. 674. Caroc. de except. except. 125. n. 33. R. Iaſ. dec. Ital. 5. n. 6. Ricc. dec. 64.

75 Si autem diſponeret, vt citatio non fieret in aliquo actu, in quo principaliter partis defenſio non conſiſteret; ſtatutum valeret Dec. in cap. 2. col. 4. ampl. 2. de teſtibus Gabriel. de citation. concl. 2. num. 215. & 216. Secus ſi in illo actu defenſio conſiſteret, & actus eſſet præiudicialis Soccin. conſ. 46. nu. 38. vol. 4. Dec. conſ. 63. nu. 12. Caroc. de except. 125. n. 33.

76 Qua propter ſtatutum tollens defenſionem intelligitur de ciuili, non de naturali Bal. in cap. ù nobis in fin. de exception. Marſ. in l. 1. ff. ad l. Cornel. de falſ. Felin. in c. dilecti filij n. 6. de except.

77 Sic etiam ſemper debet intelligi, vt in actu requiratur citatio, etiam in reſpicientibus ciuilem defenſionem. Alex. conſ. 83. vol. 2. Gabriel. d. concluſ. 1. num. 57. Puta ſtatutum mandat abſentem condemnari capitaliter, debet intelligi, dummodo fuerit citatus, per tex. in clem. paſtoralis de re iudic. Felin. in d. c. dilecti n. 6. de except.

78 Pariter ſi ſtatutum dicat, quod procedatur de facto, non cenſetur ſublata citatio. Socc. conſ. 13. col. 2. vol. 4. Gabriel d. concluſ. 1. limit. 87. num. 273. Nell. de bannit. in 3. p. primi tempor. q. 4. Lap. alleg. 128. Menoch. de arbitr. q. 17. num. 8. Blanch. de compromiſſ. q. 1. num. 24. Cart. iun. conſ. 294. nu. 74. vol. 3. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 44. n. 122. Farinac. in repert. iudic. q. 62. num. 8. & 12. Cartar. dec. 61. nu. 25. Top. dec. S. C. 23. à num. 16. Tiſcat. tit de in ius voc. verſ. cauſa ſi committatur. Carpan. cap. 48. nu. 8. tom. 1. Tuſc. lit. C. concluſ. 272. nu. 34. & 35. Theod. Rub. in ſing. Rota tom. 2. p. 4. clauſ. 264. num. 12. Caroc. de except. excep. 125. num. 24. Baron. de citat. q. 15. num. 45.

79 Nam licet verbum de facto tollat iuris ſollemnitates, vt per gl. in l. verum §. ex facto ff. de minor. Blanc. de compromiſſ. q. 1. ſub num. 24. Theod. Rub.
80 ſup. num. 1. & ſeqq. Intelligitur de ſollemnitatibus iuris poſitiui, non naturalis. l. 1. in fin. ff. de quaſt. l. 3. §. ſi ad diem & ibi Iacob. de Arena ff. de re milit.

81 Vel quod ſit commiſſa cauſa: non ſeruato iuris ordine, nam etiam citatio requiritur Franch. in

c. bona

bonâ col.2.de appell. Gamb.de poteſt. legat. in iudic. nu.170.Theod.de Rub.in ſing.Rotæ Rom.p.4.clauſ. 792.num.1.Caroc.d.except.125.nu.29. & 63.64. Baron.d.q.15.nu.45.

82 Vel ſit commiſſa cum clauſula: ſine ſtrepitu, & figura Iudicij Gabriel.d.concluſ.1.num.41. de citation. Port.concluſ.43.lib.1.ampl.19. Eſcob.de ratiocin.cap.31.num.21.Mut conſuet.20.num.4.R. Tap.dec. Senat. Ital. 23.num.16. Baron. de citat. q.15.nu.45. Contard.in l.diffamari in limit. nu.6. Ricc.collect.2145.Caroc.d.except.125.num.30.licet contrarios DD.referat Nouar.ſup.prag.in rubr.de citat.num.23. nam ex hac clauſula ſolum ſollemnitates iuris poſitiui ſunt ſublatę latè poſt omnes Barboſ.d.clauſ.n.11.

83 Vel cum clauſula ſummariè ſimpliciter, & de plano Calder.conſ.130.circa med.ver.nec illa verba aliàs conſ.fin.de iudic. quod duplicatur conſ.136. aliàs conſ.4. de dilation. Maranta de ordine iudic. p.4.tit.an Iudex ſit competens num.9. Tuſc.lit.C.concluſ.366.nu.2.Barboſ.clauſ.126.n.19. & in clauſ. ſupr de verb.ſignif.num.6. Et ſic etiam in iudicijs ſummarijs, & executiuis requiritur partis citatio Bella comp.tom.1.communit.opin.lib.3.tit.1.num. 8.Cardoſ.in praxi iudic. & aduoc. verb.citatio nu. 24.Borrell.in ſumma deciſ.tom.1. tit. de citat.num. 122.Caroc.d.except.125.nu.37.Barboſ.in cap.1.de cauſ.poſſeſſ.num.18.Nouar.vbi ſup. R.Tap. dec.Senat.Ital.23.num.16.Baron.de citat.q.15. num.45. Aſin.in praxi p.1.§.31.cap.4.Rota dec.257.nu.3. poſt Genc.de cenſib.

84 Vel ſola facti veritate inſpecta. Brun.conſ.27. num.6.Gratian.dec.231.num.3. Borgnin.dec.10.n. 35.dec.12.num.59.& dec.19. num.33.p.1.Barboſ. clauſ.174.n.34.Caroc.d.except.125.n.31.& 32.

85 Vel arbitrio tuo Gallup.in praxi p.2.c.2.n. poſt Menoch.de arbitr.lib.1.q.17.Farinac. vbi ſup.nu. 13.Cartar.dec.61.num.14. Tepat. vbi ſup. verſ.citatio partis neceſſaria eſt.Carpan.c.1.n.5. Ludouiſ. dec.416.n.2.alias deciſiones refert Barboſ. clauſ. 21.n.13.

86 Sic pariter ſi adeſſet ſtatutum,vel reſcriptum, quod procedatur ſine vlla ſollemnitate, cum per hæc verba non tollatur citatio Roman. in rubr. de arbitris nu.17.Capic.dec.1.dub.3.Caroc. de except. except.125.num.23.Reg.Tap.dec. Senat.Ital. 23.num.16.R.Capic.Latr.conſult.146.nu.23.Menoch. de arbitr.q.17.num.8.Gratian.dec.231.nu.3. ſed tantum concluſio, iuramentum calumniæ, oblatio libelli Paz.in prax p.1.tom.1.temp.3. de citat.num.9.vbi ità intelligit procedere tex. in l. 10.tit.7.lib.4.recopil.diſponentem,proceſſum valere non ſeruato iuris ordine, ſed tantum conſtito de veritate,vt procedat,& intelligatur de alio ordine,non autem de citatione.

87 Vel Iudex haberet liberam, & abſolutã poteſtatem Gratian.cap.398.num.15.& ſeqq. Baron.de citat.q.15.num.44. Et procederet per officium Iudicis Port.concluſ.43.num.14. lib.1. Baron. de citat.q.15.num.45. & q.18. reg.8. quamuis ſecus dicant in Principe procedente ex plenitudine poteſtatis Alex.conſ.92. vol.6. & conſ.11. vol.7. Brun.à ſole in locis commun. verb. citatio 9. Mareſcot. lib.3. var.cap.20.num.98. R. Ponte conſ.42. num.70.& ſeqq.vol.1.Caſtill.lib.3. var.cap.28.nu. 14.Noguerol.alleg.35.num.198. Gabriel. commun. opin.tit.de clauſ.concluſ.1.num.12. & tit. de citat. concluſ.1.n.13. & ſeqq. vbi num.24. refert DD. in contrarium Contard.in l.diffamari in qq.n.88.

89 Et ſi adeſſet ſtatutum quod contrà ſententiam non poſſit opponi aliqua exceptio, poſſet nihilominus opponi exceptio defectus citationis. Marſil ſing.75.Abb.in conſ.97.vol.2.Felin.in cap. qualiter §.debet col.1.de accuſ.Gabriel d.concluſ.1. num.63.Larrea alleg.107.nu.9.Mareſcott.reſ.121. lib.2.num.41.Brun.de conſtitut. §.nullitas verſ.exceptio nullitatis Scacc. de appellat. q.19. remed.1. concluſ.4.num.34.Nig.de except.cap.13. §.4.num. 24.Caroc.de except.except.125.in princ. & n.34. Carpan.ad ſtat.mediolan.cap.1.nu.176.& 178.Tuſc.lit.C.concluſ.237. num.5. Imo etiam ſi dicat, quod non poſſit opponi nullitas, nam poteſt opponi nullitas ex citationis defectu Nell. de bannitis in 3.p.1.temp.num.2.Cartar. de execut.ſent.c. fin.n.153.& 186. Farinac.in praxi q.11. nu.37. in fine Scialoya de foriudic. cap.5. num.18. Laganar. ad R.Rouit.in pragm.1.de arbitris nu.4. Odd. conſ.12.nu.5.Baron.de citat.q.15.n.34.35.

90 Sic etiam ſi in reſcripto Principis adſit clauſula; ſupplentes &c. per illam non ſuppletur defectus Iuris naturalis,vt per cit.clem.1.§. cæterum de re iudic. Felin. in cap. poſtulaſti num.12. de reſcript.Card.Tuſc.lit.C.concluſ.343.num.15. Suarez alleg.12.num.21.Mantica de coniect.lib.11.tit.11. num.12.Theod.de Rubeis clauſ.807.num.5. Monet. de commut.vltim.volunt.c.7.158.vbi ampliat,etiã ſi adſit clauſula: ex plenitudine poteſtatis, & clauſula: ex certa ſcientia.

91 Et ſic non ſanatur defectus citationis Ruin. conſ.229.num.11.vol.1.conſ.79.nu.11.vol.3. Menoch.conſ.1. num.412. Marta de clauſ.clauſ.181. n.7.vbi limitat ſi citatio ſit facta, ſed non debito modo executa,quia non fuit ſeruata forma,nam tunc per Signaturam Papæ ſanatur cum clauſula: ſupplentes addita tamen alia clauſula: dummodo ad notitiam citati peruenerit latè Barboſ. de clauſ.clauſ.177.num.9.Caroc.except.125.n.36.

92 Si ſtatutum mandaret, vt debitor capiatur ad omnem voluntatem creditoris, non poſſet capi citatione non præcedente, quia deberet prius conſtare vnum eſſe debitorem, & alium creditorem Bal.in l.per diuerſas q.10. C.mandati Marſ.in l.de vnoquoque col.13.ff.de re iudic.Gabriel.d.concluſ.1.ampl.5.n.55. quiuis diſtinguat.Caroc. de remed.contrà ſentent.except.8.nu.15.vt non requiratur citatio, ſi ſtatutum dicat: ad liberam voluntatem creditoris, & hoc caſu non tollitur defenſio, ſed reſeruatur. Requiritur ſi dicat ad inſtantiam, vel voluntatem creditoris, & except. 125.num.35.

93 Verum quia modus defendendi, & citandi à iure poſitiuo introductus, poteſt Iure contrario variari, ideo valeret ſtatutum, quod debitor ex inſtrumento etiam non ſollemni capi poſſet non citatus,quia citatio fit,vt quis ſe defendat, nam debitori non tollitur naturalis defenſio, ſed defendendi modus variatur, vt quod ante fieri debebat,fiat ex poſt, nam carceratus adhuc poteſt ſe defendere. Ang.in l.ſi ſic ff.de leg.1. Felin.in d.cap.dilecti num.7.de except.Canalc. de brach.reg.

p.1.num.274.& ſeqq.Tuſc.lit.S.concluſ.504. num. 2.Baiard.ad Clar.q.49.n.53.Burg.de modo proced. ex abrupt. q.11. num. diximus *ſupra. verſ. Sic Princeps.*

94 Sic quia tortura ex proceſſu Informatiuo differt non tollit defenſionem, ideo poteſt à Principi quis torqueri non datis defenſionibus, vt latè probat *Burg.de modo proced.ex abrupt. q.11.num. 24.* & nos in regno noſtro Neap. ex *legibus patrijs* ità ſeruamus, vt diximus *in obſ.ad conſ. R. Ronit.lib.2.*

95 Quo ad cõſuetudinẽ, & ſtylũ an per illã, & illum poſſit tolli citatio? Reſolutiuè dicimus quo ad conſuetudinẽ, quod ea non poteſt iuri diuino derogare, quod ſi permitteret vſuras, attendenda non eſſet *cap.fin.de conſuet.* vbi *Barboſ.gl.in c.quia in omnibus de vſuris Rot.in recent.dec.552.nu.13. p.1.Borrell.de mag.edict.lib.2.c.2.n.23.24.*

96 Neque poteſt derogare iuri naturali, nec tollere citationem, & naturalem defenſionem, quod lex, & ſtatutum nequit minus eius, quod poteſt ſtatutum, vel ſtylus *cap.cum inferior de maiorat.& obedient.l.vendicationem ff.de euict.Caſtar.dec.21. num.40.Mich.Graſſ.commun.opin.lib.1. tit.17.nu. 308.Duen.reg.137.Fortun. Garz. in l.veluti num. 25.ff.de iuſtit.& Iure Montec.dec.17.n.40. Azor. inſtit.moral.p.1.lib.5.cap.17.q.2.3. Saye. in Claui reg.lib.3.cap.22.num.4.Rebuff.in repet. l.quod iuſſit not.1.num.38.ff.de iudic.* Ideo citatio requiritur
97 non obſtante conſuetudine *Ant.Pragg.de conſuet. q.6.num.180.*

98 Poteſt tamen conſuetudo derogare iuri poſitiuo, & defenſio ciuilis, & omnis lex poſitiua poteſt tolli per conſuetudinem *Seraphin.dec.404.n. 2.Honded.conſ.101.nu.20.lib.1.*

99 Vndè citatio debet fieri in forma ſolita, & cũ clauſulis conſuetis, nam ſi continet inſolitum, vel eſt nulla, vel ſi citatus non comparet, excuſatur. *Vant.hic nu.75.& 77.Gheraed.ſing.77.n.2.*

100 Sic etiam executio citationis, debet fieri ſecundum conſuetudinem locorum. Ideò de conſuetudine Hiſpaniarum Notarij executur citationes *Coccin.dec.404.num.3.& dec.475.num.7. Ludouiſ.dec.71.num.2.dec.426.nu.4. & ſeqq. dec. 453.num.4.* & extra locum iudicij, in partibus
101 debent adeſſe teſtes *Seraphin.dec.137. n.1.Nig. de except.c.12.§.4.n.123.* de qua re *infrà.*

102 Et probatur citatio per ſolius Notarij relationem abſque teſtibus ex eadem conſuetudine *Rot.in recent.dec.261.num.4.p.1.Gregor.dec.426. nu.5.& deciſ.453.n.4.*

103 Sic etiam citatio facta ſine Iudicis commiſſione ex conſuetudine ſubſtinetur *Vant.hic num.41. Maranta in ſpec.p.6.tit.de citat.num.51.* verſ.*imò plus Cum.ſuper cit.cap.1.num.21.Caroc.ſing.350. in fine Carpan.ſuper ſtatut.mediol. cap.2. num.28. Cauall.q.380.num.3.Muta ſuper prag.Sicil.tit.1.de offic.Iud.M.R.C.num.16.Baron.de citat.q.30. nu.*
104 *23.* Et ex conſuetudine mandatum Iudicis præſumitur *Rot.in recent.dec.393.num.3.p.1.* & poſt *conſil.Farinac.p.2.dec.363.n.2.*

105 Pariter Citatio ad ſententiam, quæ poſt concluſum in cauſa non reſpicit naturalem, ſed ciuilem defenſionem, ex conſuetudine tolli poteſt, & omitti. *Rot.dec.227.num.2.p.1.& dec.458.nu.9. p.2.in recent.Mant.dec.5.nu.1. & dec.84.num.1. Gregor.dec.140.nu.1.Veſtil.ad Aff.dec.283.n.13. Laganar.ad Rouit.prag.1.de arbitr.n.6.*

106 Hinc ex conſuetudine citatio ad ſententiam non requiritur in Cancellaria Imperiali, ſicut nec in Regno Neap. vt poſt alios teſtatur *Caſtill. dec.60. n.19.ex Gaill.obſ.109.nu. lib.1. Maranta in pract.rubr.rectè conſpiatur citatio num.10. Laganar.vbi ſup.R.Rouit.in pragm.13. num.9. de ordine Iudiciorum Gallup.in praxi p.2. cap.30. Nouar.in rubr. de citat.n.69.*

107 Ex ſtylo tamen eiuſdem Cameræ Imperialis ſi poſt concluſum in cauſa altera pars moreretur, hæres citatur ad ſententiam *Iacob. Berb. in praxi iurid.ad Camer.Imper.proceſſuũ lib.2.membr.49.n.*
108 *3.* Tamen in Regno noſtro Neap. licet non requiratur citatio ad ſententiam, requiritur monitio ſuper expeditione cauſæ, vt nos teſtamur, & dicit *Laganar. ad Rouit. in pragm.1.de arbitr. n.6.Franch.dec.261. num.11. Rouit. ſuper pragm. 13.num.9.de ordin.iudic. Gallup.in praxi p.2. cap. 30.Petr.tit.40.num.9.Nouar. in prag. in rubr.de citat.num.68.*

Prout in Cathalonia poſt concluſionem, quã vocant denunciationem proceſſus, requiritur, vt fiat aſſignatio ad ſententiam *Fontanell. dec.370. n.12.p.2.D.Cortiad.dec.24.n.175. in fine.*

109 Conſuetudo autem licet ſit difficilis probationis *Dec.conſ.215.nu.2. in fine Crauetta conſ.325. num.1.Rot.in recent.p.2.dec.112. num.6. in fine.*

110 Debet tamen illa probari ab allegante, cum ſit facti *Ludouic.dec.Peruſ.62.num.25.& ſeqq. Maſc. de probat.concluſ.528.nu.2. Menoch.de præſumpt. lib.2.præſ.8.num.7.conſ.8.num.16.Surd.conſ.371. n.1.Rot.diuerſ.dec.36.nu.5.p.1.& in Recent. dec. 112.n.1.p.2.Valaſc.conſul.192.n.9.*

111 Debet probari in ſpecie in loco, de quo agitur, nec extenditur de perſona ad perſonam, nec de loco ad locum *Seraphin. dec.326. num.2. & 1156.num.6.Rot.recent.dec.504.num.8. p.1. Menoch.de retin.poſſeſſ.remed.5.n.62. & ſeqq. & de recup.poſſ.remed.15.num.563. & conſ.1.num.132. & conſ.163.num.8. & ſeqq. & conſ.390.num.23. Vala.in add.ad Soar.in l.poſt rem iudicatam f.47. Maſcard. de probat.concl.423.n.12.13.Surd.dec. 82.n.12.* & *131.n.9.de alim.tit.2.q.15.n.87.Cald. de reſolut.empl.in.cap.7.nu.17.Barboſ.de offic. & poteſt.Epiſc.p.3.alleg.62.nu.27.*

112 Nec ſufficit quod probetur in genere, ſed debet probari in ſpecie, & in caſu de quo agitur *Cæſar.de Graſſis dec.6. num.5. de praben. Caualer.*
113 *dec.205.nu.8.* cum non extendatur de caſu ad caſum *l.1.verſ.neque ad præſens tempus ff. de itin. actuq; priuat. Tiraq. de primog.q.16.n.10.Barboſ. in l.poſt dotem num.49.ff.ſolut. matr. Seſſ.dec.218.*
114 *num.vl.* Et vnicus actus in contrarium ſufficit ad hoc dicatur, quod conſuetudo non extat. *Bar. in l.ſemper in ſtipulationibus in fine,* & ibi *Cagnol. num.13.ff.de reg.iur. Gregor.dec.162. nu.9. Garz. de beneſic.p.6.cap.2.nu.887. Gratian.diſcept.562. à num.26.*

115 Quo ad ſtylum an per illum poſſit tolli Citatio, eſt prænotandum, quod ſtylus eſt conſuetudo alicuius fori iudicialis *Ang. & alij in §. ſine ſcripto Inſtit.de Iure nat.gent.& ciuili,* ſeu eſt practi-

216 ca

116 ea Curiæ vſu firmata *Bal.in l.fin. num.1. C.quæ*
ſit longa conſuetudo, vbi dicit quod in Curia
Romana dicitur,ita de ſtylo Curiæ, ideſt de ob-
ſeruantia præſcripta ipſius Curiæ,quæ obſeruan-
tia habetur pro forma, & ab ea non eſt receden-
dum, cum pro lege habeatur §. *ex non ſcripto In-*
ſtit.de Iure nat.gent. & ciuili Ludouic. dec. Peruſ.
62.num.7.Rol.à Valle conſ.58.num.19.lib.4.Rodol-
ph.de brachio ſecul.num.31.32. Barboſ.in remiſſ.ad
Ordinat.lib.3.tit.64.in princ. à num.1. eius filius in
Collect.ad cap.ex litteris de conſtit. num.3. & ſeqq.
D.Petra d.rit.1.n.60.
117 Stylus differt à conſuetudine, quia introduci-
tur,vel ex Iudicis voluntate, vel ex vſu, & pra-
ctica Curialium *DD. in d.§.ſine ſcripto Inſtit.de*
Iure naturali, gentium,& ciuil.
118 Conſuetudo introducitur tacita volũtate plu-
rium,& vſu populi,vel maioris partis,vt tradunt
DD.in l.de quibus ff.de legib. Rebuff. in tract. de
conſuet.art.2.gl.13.num.9. Tiraq. de primog. q.16.
Valaſc. conſult.162. num.26.31. & ſeqq. Caualc.
q.357.num.7.Maſcard.de probat.concluſ.423. n.3.
Rebell.de obligat.iuſtit.p.1.l.1.q.5.num.17.Monetu
de diſtrib. quotid.p.2.q.12. num.17. Ferrentill. ad
Burat.dec.3 num.13.lit.B.Rota dec.255.num.4. p.1.
& dec.318.p.2.recent.Barboſ.in cap.vlt. de conſuet.
n.19.D.Petra in d.rit.1.n.51.
119 In hoc præcipuè differunt, quia Conſuetudo
valet contrà ius poſitiuum *d.l. de quibus Duen.*
reg.244.& 106.verſ.lim.5.Couar.lib.3.var.c.13.n.
4. Menchacha vſufr.c.3.Fr.Em.Rodcric.tom.1.qq.
regular.q.5.art.5.Guttier.lib.3.pract. q.31. Valaſc.
conſult.104.nu.26. ſtylus autem non,cum proue-
120 niat, vel à Iudice, vel à Curialibus, qui nihil
poſſunt contrà ius *DD. in c.fin. de conſuet.* Vale-
121 ret tamen contrà ius ſi à Principe eſſet appro-
batus *Rebuff.vbi ſup.de conſuet.num.15.*Prout va-
122 leret ſi fuiſſet ſpacio temporis videlicet decem
annorum præſcriptus *Rebuff. vbi ſup.num.11. Se-*
raph in.dec.206.nu.3.
123 Quæ temporis curſus ſufficit etiam in conſue-
tudine, tam contra ius,quam præter,quam ſecũ-
dum ius *gl.in d.§. ſine ſcripto Inſtit. de iure nat.*
gent.& ciuil.Menoch.de arbitr.lib.2.cap.83. Azor.
inſtit.moral.lib.5.c.17.q.6.F.Suar.de relig.lib.1.de
cult.diuino neceſſ.ex præcepto c.13. & de legib. lib.
2.cap.5.& c.18 num.11.Valent.tom.2. diſp.7.q.7.
puncto S.Vaſq.cap. 2. q.97. art.3. diſp.177. Tuſc.
*tom.3.concluſ.196.*Etiam de Iure canonico præ-
ter quam contra Eccleſiam, in qua requiruntur
anni 40.Etiam contra fiſcum *Ponte conſ.54.num.*
*15.vol.1.*licet de Iure canonico ſi ſit contrà ius
requirantur. 40. anni *Ponte conſ.155. num.27.*
*vol 2.c.fin. de conſuet.*poſt alios *Barboſ.in d.c.fin.*
de conſuet.num.23.Caualc.q.357.num.10. Ponte
conſ.41.num.1.l.1.dnua conſ.40.nu.4.l.1. Coler.
dec.21.num.4.
124 Nam per tale tempus præſumitur ille deuen-
tus ad notitiam populi,vel maioris partis ipſius,
itaut dici poſſit conſtare de tacito eius conſen-
ſu, per quem iuri ſit derogatum,nam ad derogan-
dum iuri requiritur conſenſus tacitus populi,vel
maioris partis, cum non ſufficiat quod inducatur
à Iudicibus deputatis ad ius reddendum, qui le-
gem condere nequeunt contrà ius. *Alex.conſ.38.*
num.10.& 11.Dec.in rubr.extra de conſuet. nu.7.
propè finem ver. breuiter. Rot. diuerſ.dec.793.nu.
3.p.1.Coccin.dec.182.num.3. latè *D. Petra in rit.*
1.nu.49.& ſeqq.
125 In iis autem, quæ dubia ſunt in iure, & inter
*DD.*controuerſa,ſtylus attenditur, & ſeruandus
eſt ipſo Iure, vt notant omnes in *cap. ex litteris,*
de conſtit.& in cap. quam graui de crimine falſi.
Rot.in nouiſ.dec.1.de fil.presbiter.
126 Et vbi agitur de interpretatione litterarum
apoſtolicarum,ſeu ſtatuti à Sede Apoſtolica con-
firmati, ſtylus, & obſeruantia Romanæ Curiæ
debet attendi, non autem ſtylus, ſeu obſeruantia
aliorum Tribunalium *gl.in cap cum olim in verb.*
Angli canis Eccleſiis de conſuet. & in cap. vnic.in
verb.docuit.de Summ.Trinitat.& fide cathol.Rot.in
recent.dec.196.nu[…]*. Gratian.diſcept.604.n.*
*13.*vbi dicit ſtylum […]x Rom. non attendi in
lite vertente in partibus.
127 Stylus fori attendi debet in reſpicientibus
proceſſum,& in modo procedendi,vt dicunt *DD.*
in cap.ex litteris de conſtit. Ludouiſ.dec.126.nu.2.
Rot.in recent.p.1. dec.704. la 1.num.6.l.3. in fin.
ff.de teſtibus, Marſil, ſing.118. Bellamer. dec.78.
Grau.conſ.200. num.21. Cacher.dec.22. num.6.7.
Menoch.conſ.110.num.4.& conſ.380.num.2. de
præſumpt.lib.2.præſ.8.num.14.Vin.dec.267. nu.1.
*Marc.Ant.de Amatis dec.March.32.nu.27.*Sic in
128 examine faciendo attendi debet ſtylus loci,
vbi examen fit. *Coccin.dec.141.nu.2.*
129 Stylus ſi eſt deciſorius debet legitimè proba-
ri, nec ſufficit extrà iudicialis informatio *Bar.in*
l.de quibus 4.q.ff.de leg. Socc.ſen. conſ.36.n.11.&
conſ.39.num.18.& 29.lib.4. Rot.diuerſ.dec.331.
num.1.p.1. Oſaſch.dec.22. num.3. De graſſis dec.7.
num.1.de probat.Coccin.dec.182. D. Petra d.rit.1.
130 *num.64.*Sed formiter parte citata eſt proban-
dus concludenter per teſtes *Alex. conſ.36.lib.2.*
Ceuallo.conſ.23.num.19.Mareſcott.var.lib.2. cap.
12.num.4.Rot.in recent.dec.259. num.5. p.1.Coc-
cin.dec.182.n.2.
131 Si vero eſt ordinatorius poteſt Iudex de eo ſe
informare extraiudicialiter, & partibus non
vocatis *Bar.in l.3. in fine ff.de teſtibus Bal.in l.1.*
in fine C.vt quæ deſunt aduo. Gregor.dec.484.nu.
6. Rot. in recent.dec.551. num.15.p.1. Gizzarell.
dec.69.num 4. Ricc. dec.53.p.1. & dec.129.p.2.
D.Petra d.rit.1.nu.65. notorius ſi ſit non eſt ne-
132 ceſſaria probatio,aut allegatio *Barboſ.in remiſſ.*
ad ordinat.lib.3.tit.64.num.3. Et ſufficit fides ex-
133 traiudicialis Notariorum, Aduocatorum, &
Procuratorum. *Oſaſch.dec.22.num.16. Rot.in re-*
cent.dec.644.num.4.p.1.D.Petra ibid. intellige
134 de Notariis,& cauſidicis loci,vbi iudicium,ſeu
actus geſtus eſt, non alterius loci *Rot.apud Mar-*
cheſ.tom.1.fol.171.num.2.Add.ad Ludouiſ.140.nu.
135 12.Fides Notariorum, vel Curialium ſi eſſet
concepta his verbis: *quod multi, & multoties vid.*
*ſeruarunt,*non concluderet *Seraphin.dec.206.n.5.*
136 Probatur ſtylus ex inſpectione aliorum pro-
ceſſuum eiuſdem loci, vt pluries cenſetur *Rota*
dec.393.num.4.p.1.recentior.D.Petra d.rit.1.n.66.
137 Probatus in vna cauſa, probat quo ad omnes
Mareſcott.var.reſol.lib.2.c.12.n.7.
138 Probatur vlterius ex eo quod altera pars

Digitized by Google

in proceſſu à ſe formato idem ſeruauit. *Rot. in recent. p. 1. dec. 411. num. 2. in fin. & p. 2. dec. 587. num. 3. & poſt conſil. Farinac. p. 2. dec. 205. num. 3. Ludouiſ. dec. 453. nu. 5. & ibi addit. n. 9.*

139 Ex his ſtylus non poteſt tollere citationem quatenus eſt iuris naturalis. *Marſ. conſ. 8. n. 27. & 28.* nam ſi non poteſt Princeps, multo minus poteſt ſtylus, qui procedit ab inferiore *Cartar.*
140 *dec. 21. nu. 40.* Nec etiam quatenus eſt iuris poſitiui, cum proueniat ab illis, qui facultatem legis condendę non habent *DD. in cap. fin. de conſuet. Rot. diuerſ. dec. 793. nu. 3. p. 1. Coccin. dec. 182. n. 3.*
141 Stylus tunc tolleret citationem, ſeu defenſionem iuris ciuilis; quando vel eſſet à Principe approbatus, vel probaretur præſcriptus concludenter per teſtes. *Alex. conſ. 36. in pu. lib. 2. Crauett. conſ. 28. num. 19. M*[illegible]*lib. 2. cap. 12. num. 4. Rebuff. in tract. de* [illegible]*itat. 2. gl. 3. n. 15.* dicens, teſtes tria debere deponere, vſum populi, frequentiam vſus, & temporis diuturnitatem.
142 Stylus ſanaret nullitatem citationis, quę requiritur ad priuationem. *Seraph. dec. 290. num.*
143 12. Stylus Palatij induxit, & declarauit, ſatis eſſe, quod citatio per edictum affigatur, etiam ſi non fuerit lecta *Vant. hic n. 13. & ſeqq.* Sic etiam
144 ſtylo ſuadente ſufficit quod citatio ad ſententiam fiat domi dimiſſa copia *Rot. in recent. dec. 644. nu. 5. p. 1.*
145 In multis locis ſignanter hic Neap. ex ſtylo, facta concluſione in cauſa omittitur citatio ad ſentẽtiam. *Rot. in recent. dec. 227. n. 2. p. 1. Mant. dec. 5. num. 1. Ludouiſ. dec. 140. nu. 2. & 12.* & diximus *ſup. verſ. tamen in Regno,* & dicemus *infra.*
146 Quamuis de iure ſententia ſit nulla, quando non reperitur lata illa die ſub qua cadebat citatio ad audiendam ſententiam *Rot. diuerſ. dec. 703. lib. 3. p. 3. & dec. 46. p. 1. n. 1. & dec. 252. n. 2. p. 1. in recent.* & dicemus *infra.* Tamen de ſtylo habendi
147 terminum pro ſeruato, ſeu pronunciandi, pro vt in cedula, notarius poteſt notare ſententiam illa eadem die. *Rot. in recentiſſ. p. 1. dec. 527. nu. 4.* qui modus pronunciandi non eſt de Iure, ſed de ſtylo non tamen admodum antiquo, ſed à certis annis introducto, vt ait *Veſtr. in prax. lib. 7. c. 1. num. 12.* Nam de eo nec *Felinus* qui fuit Rotę Auditor, nec alius antiquus Doctor loquitur, vt ait *Gonzal. reg. 8. gl. 60. nu. 87.*
148 Itidem ſtylus non ſolum poteſt introducere vt Citationes omittantur, verum etiam poteſt inducere modum, & formam citandi, intantum vt ea debeat obſeruari, cum ſtylus Curiæ habeatur pro lege *cap. quam graui de crim. falſi, c. ex litteris de conſuet. DD. in c. ad audientiam de reſcriptis. Caputaq. dec. 331. p. 3.* Sic citatus aliter, quam ſecun-
149 dum ſtylum, & ſolitam formam practicandi, non dicitur contumax, & non tenetur comparere *Marſil. ſing. 118. Alciat. præſumpt. 36. reg. 2. in*
150 *addit.* Et citatio ſi ſit facta ſtylo non ſeruato, vel ſit concepta verbis inſolitis non arctat citatũ ad comparendum *Gherard. ſing. 77. num. 2. Marſil. in l. fin. de iuriſd. omnium iudic. nu. 38. Natta conſ. 594. n. 19. lib. 3.*
151 An citatio tolli poſſit per conuentionem partium? dicimus reſolutiuè, partes non poſſe tollere citationem, quæ eſt de iure naturali, ſed eam dumtaxat, quæ eſt de iure poſitiuo *Roman. conſ. 238. num. 3. Rot. diuerſ. dec. 416. num. 2. p. 1. Tuſc. concluſ. 268. nu. 17. & lit. R. concluſ. 171. Farinac. in repert. iudic. q. 62. n. 6.*
152 Et quamuis ſtante partium conuentione, Citatio poſſit omitti, & neceſſaria non ſit, tanquam concernens defenſionem iuris ciuilis *l. diem proferre §. ſi quis litigatorum ff. de receptis arbitris* ibi: *niſi in compromiſſo &c.* & *ibidem* notet *Bal. Cartar. dec. 95. num. 4. Gabriel. de citat. concluſ. 1. nu. 37. ex Alex. in l. ſi quis arbitrata num. 14. ff. de verb. obligat.* & alijs *Loganar. ad Rouit. in prag. 2. de arbitris lit. A. D. Scoppa ad Gratian. dec. 62. n. 46.* re-
153 quiritur tamen qualis qualis notificatio, tanquam concernens naturalem defenſionem *Bal. in l. eos §. apoſtolos C. de appell. Socc. in tract. de citat. art. 7. num. 60.* & defenſioni naturali quis renun-
154 ciare non poteſt, maximè in criminalibus *Maſtrill. dec. 282. num. 23. Caroc. ſing. 598. Percell. ſuper rit. Sicil. 141. Intrigl. ſing. 102. lib. 1. & 103. nu. 2. 3. lib. 2. Ameſc. de poteſt. in ſe ipſum lib. 1. cap. 18. & ſeqq. Mut. conſuet. 14. num. 6. Guazzin. defenſ. reor. 27.* dicemus latius *infra q. 5.*
155 Verum quia *tex. d. l. diem proferre §. ſi quis litigatorum* loquitur de Arbitris, an Iudex ordinarius, vel delegatus poſſit ferre ſententiam partibus non citatis, ſtante partium conuentione, quod feratur ſententia abſque citatione? Ponit *bene q. Spec. lib. 2. p. 1. de citation. §. viſ. num. 15.* & pro negatiua arguit per *tex. in l. prolatam C. de ſentent. & interloq. omnium iudic.* vbi dicitur prolatam ſententiam contra ſolitum ordinem iudiciorum, authoritatem rei iudicatæ non obtinere. Item adducit *tex. in l. de vnoquoque ff. de re iudic:*
156 Pro affirmatiua adducit hoc argumentum, quia ſi pactum valet, quod arbitri pronuncient abſque citatione, valere etiam debet, quod abſq; illa Iudex ſiuè ordinarius, ſiuè delegatus pronũciet, nam vt dicitur *in l. 1. ff. de recept. arbitris,* cõpromiſſum ad ſimilitudinem Iudiciorum redigitur, & ad finiendas lites pertinet. Item adducit
157 *tex. in l. fin. §. fin. ff. de tempor. & repar. appell.* ibi: *ſi autem partes &c.* per quem *textum* notat *Bal. in l. vt profectus C. de annali exceptione nu. 3.* quod partes poſſunt dare licentiam Iudici procedendi eis etiam non citatis, & ſequitur *Socc. de citat.*
158 *art. 7. nu. 66. verſ. ſextus caſus.* Adducit poſtremo idem *Spec. tex. in l. 1. ff. de ferijs* ibi: *Sed ſi prætor aut per ignorantiam aut ſocordiam tempore ſ. ilo meſſium, & vindemiarum euocare eos perſeuerauerit, hique ſponte venerint, ſi quidem ſententiam dixerit præſentibus illis, & ſponte litigantibus: ſententia valebit, tametſi non rectè fecerit, qui eos euocauerit.*
159 Dicimus non valere ſententiam, quia Iudicis factum iuri derogare non poteſt *l. 1. ff. de ferijs,* & non poſſunt partes ſuo conſenſu iuris regulas vitiare *l. quidam ff. de adminiſtr. tutor.* ibi: *nemo enim ius publicum remittere poteſt huiuſmodi cautionibus, aut mutare formam antiquitus conſtitutam* benè *Farinac. in repert. iudic. q. 62. nu. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Princeps ligatur iure diuino, naturali, & gentium, non ciuili, & n. 2.*

3 Que

3 *Quo ad ius poſitiuum habet ſupremam poteſtatem, & n.4.5.6.*
7 *Quando dicatur Princeps vti plenitudine poteſtatis? & à n.8.ad n.18.*
19 *Princeps non poteſt omittere citationem quando procedit in his quæ dependent à iure diuino, vel naturali gentium, & à n.22.ad n.25.*
26 *Secus quando procedit in his, quæ ſunt iuris poſitiui.*
27 *In quibus caſibus Princeps non vtitur plenitudine poteſtatis, & n.28.29.30.31.*
32 *Si Princeps velit ius dubium declarare, an debeat citare partem? & n.32.33.34.*
35 *Quando Papa procedit in illis, quæ pendent ab eius mera voluntate, & gratia, an requiratur citatio? & n.36.37.38.39.40.41.42.43.*
44 *Ex iuſta cauſa poteſt procedi ſine citatione, & à nu. 45.ad n.48.*
49 *In Notorijs an requiratur citatio? & à num.50. ad n.78.*
79 *Princeps an poſſit præiudicare in iure quærendo? & à n.80.ad n.90.*

An Citatio poſſit omitti per Principem, quid in Notorijs?

QVÆSTIO II.

VIſis his omnibus videbimus de alijs, An nempè Citatio poſſit omitti per Principem, per Iudicem Delegatum, per Ordinarium, per Arbitrum, Arbitratorem, Executorem, & Peritum, ſeu Expertum?

1 Quo ad Principem *ſup.* diximus, quod ille
ligatur iure diuino, naturali, & gentium, quæ
ſunt immutabilia *§.ſed naturalia Inſtit. de iure
naturali gentium, & ciuili.* Addimus *Salzed. de
leg. Politica lib.1.cap.7.num.67.* vbi poſt *D.Thom.
quodlibet.4.art.3. Suar. de legib.* & *alios* extendit
2 etiam ad Papam. Non autem Iure ciuili ſeu po-
ſitiuo, cum legibus ſit ſolutus *l.Princeps ff.de legi-
bus*, & quod non poſſit tollere ius naturale *clem.
paſtoralis in fine de ſentent. & re iudic.*
3 Et ſic in prohibitis a Iure poſitiuo illi ſupre-
mã habent poteſtatem *c. proposuit § Accet de præb.
Rot.in recent.dec.166.num.5.circà finem p.1.Gon-
zal.reg.8.§.1.præm.num.38.Rot.dec 1.num.4 p.1.
in recentiſſ.* Quæ eſt illa, quæ nulla exceptione
vtitur, & exequenti non poteſt dici Principi,
cur ità facis *Bal.in l.2. C.de ſeruit. & aqua num.
39.Natta conſ.512.num.19. Pinel.in C. de reſcind.
vendit.in rubr.c.2. num.24. Sanch. de matr. lib.2.
diſp.15.num.3.* Qua mediante tantum ſuum com-
modum ac vtilitatem proſpicientes Principes,
nec ſecundum leges operantur, nec legibus teneri
iactitant *l.Princeps ff. de legib.l.2. ff. de conſtitut.
Princip.§.ſed, & quod Princip. Inſtit.de Iure na-
tur.Curt.iun.conſ.1.num.19. Albert.Brun.conſ.1.n.
38.Peregr.de fideicommiſſ.art.52. nu.118. Caſtal.
de Imperat.q.98.& 110. Salzed.de leg.polit.lib.3.
cap.2.n.12.& ſeqq.* vbi hanc poteſtatem damnat,
vide *nos infr.n.31.*
4 Ideò de plenitudine poteſtatis, poteſt tollere
rem iudicatam ex certa ſcientia, & ius ex ea
prouenientes *Mohed.dec.6.*& ibi *Add.de ſententia,*
5 *& re iudic.* Cum ea ſit de Iure ciuili *Iaſ.& alij
in l.fin.C.ſi contrà ius, vel vtil.publ. Dec.in c.quæ
in Eccleſiarum de conſtit.Lancellot. de attent.lite
pend.in præfat.num.459.* Secus defectus prouení-
6 entes à natura *Alex.conſ.195.num.3. & 17.vol.2.
& conſ.111.num.3.& 5.& ſeqq. vol.6.Marta de
clauſ.p.1.clauſ.259.num.15.*
7 Dicitur vti plenitudine Poteſtatis Papa, vel
Princeps, quando facit aliquid non ad partis in-
ſtantiam, ſed motu proprio, & non motus ex ſo-
la narratiua partis, ſed ex certa ſcientia, & non
ex poteſtate ordinaria, ſeu via iudiciaria, ſed de
plenitudine poteſtatis facit, & ideo ſolet adhibe-
re hanc clauſulam: *motu proprio, ex certa ſcientia,
& de plenitudine poteſtatis*, & non præſumitur vti
plenitudine poteſtatis, niſi quando exprimit, tam
& ſi ea vti poſſit, quando vult. *Caſtr.conſ.317.col.
1.in fin. verſ.patet etiam Gigas de penſion. q.37.n.
13.Menoch.conſ.103.num.50. Tuſc.lit.C. concluſ.
340.num.11.& 22.Matthienſ.l.7.gl.7. nu.4.tit.7.
lib.5.noua recopil.* poſt alios *Barboſ.clauſ.59. n.2.*
8 Et nunquam ea vti Princeps cenſetur, quando
actus, quem facit, aliàs valere poteſt *Caſtr.conſ.
414.num.5.lib.1. Alex.in l.quanquam C. de milit.
teſtam.Cæſar de Graſſis dec.vnic. de confeſſis nu.25.*
9 E conuerſo etiam quando actus aliter non
valeret, ea vſus cenſeretur. *Alex.in l.quamquam
C.de milit.teſtam.Alciat.de præſumpt.reg.3.præſ.34.
num.2.Seraphin.dec.731.num.3.* Et quando Papa
10 expreſſe, & ex certa ſcientia aliquid concedit,
quod videatur contrà diſpoſitionem iuris com-
munis, illud omninò ſeruandum eſt, & conceſſio
facta cenſetur remoto Iuris obſtaculo. *Anchar.
conſ.293.n.3.Seraphin.dec.922.n.3.*
11 Plenitudo poteſtatis tunc demum operatur,
quando interuenit cauſæ cognitio *Gabriel.conſ.1.
num.15.* & fuerit quis citatus *Socc.conſ.164.nu.
6.lib.2. Curt.iun.conſ.142.num.8.Crau.conſ.297.
col.5.Card.Tuſc.concluſ.340.num.38.lit.C.* & hæc
clauſula non niſi cauſa cognita poni poteſt *Mo-
lin.de primog.lib.3.cap.3.n.12,* Menoch.*conſ.1.nu.
433.Barboſ.clauſ.59.n.31.& ſeqq.*
12 Scientia Papæ regulariter infertur ex ſcientia
eius officialium, & præſertim Cancellariæ *Bar.in
l.ſi publicanus §.in omnibus num.1.ff. de publ. &
vectigal.Cranet.de antiquit.tempor.p.4. §.abſolutis
num.33.Surd.conſ.429.num.54. Rot.in recentiſſ.p.
1.dec.387.nu.6.R.Fonte conſ.91. lib.2. Poſt. de
manut.obſ.36.num.6.dec.164. num.7. & dec.217.
nu.24.* poſt *eius Tract.*
13 Dicitur concedere ex certa ſcientia quando
explicat concedere aliquid ex certa ſcientia *Bar-
bat.inter conſil.Alex.conſ.128. nu.19.lib.4. Rot.in
14 recent.p.1.dec.210.n.2.* Vel quandò Papa nego-
tium commiſit alicui videndum, & ſibi referen-
dum, Nam quidquid relatione ſibi facta, conce-
dit, dicitur concedere ex certa ſcientia *Abb. in
cap.1.& 2.num.6.*& ibi *Dec.nu.47. de confirmat.
15 vtil. vel inut.* Maxime ſtante clauſula *ex certa
ſcientia* in litteris appoſita *gl. in cap. ſtatutum in
verb. litterarum in fin.de reſcript. in 6.Rot. in re-
cent.dec.192.num.3.p.1.* Vel quandò Papa eſt in-
16 formatus à Iudice ex publicis inſtrumentis *gl.
in d.cap.1.* in verb. *de queſt.*& ibi *Abb. num.6. &
Dec.num.47.de confirm.vtil. vel inutil. Alex.conſ.*

15.

15.num.2.& 3.lib.5.Rot. poſt conſil.Farinac.dec.
281.n.5.p.2.
17 Quando autem probaretur ignorantia Papæ,
tunc clauſula *ex certa ſcientia* nihil operaretur
Caſtr.conſ.84.num.4.lib.2. Alex.conſ.522.num.5.
& ibi *Add.lib.4. Rot.* poſt *conſil.Farinac.p.1.dec.*
84.num.24.Glorit.reſp.1.p.1.num.3. Card.Tuſc.d.
concluſ.340.num.41.lit.C. Eſt benè verum talem
18 clauſulam nihil operare in dubio, quo ad ea,
quæ ſunt facti, cum Princeps ea ignorare præſu-
matur. *Dec.conſ.292.col.penul.Put.dec.70.num.4.*
lib.3.Menoch.conſ.1.num.432.& conſ.593.in fine.
Rodolfin.de ſup.Princip.poteſt.c.6.num.5.Garz.de
beneſic.p.2.c.2.num.232. Tuſc. d.concluſ.340.nu.
*44.*poſt alios *Barboſ.d.clauſ.59.n 34.*
19 Quibus poſitis, Princeps quando procedit in
ijs, quæ pendent à Iure diuino, vel naturali gen-
tium, nullatenus poteſt omittere citationem *c.1.*
de cauſa propriet. ibi: *Nec nos contrà inauditam,*
partem poſſumus aliquid definire. Alex.conſ.88.
vol.2. Grammat. dec.105. num.4. Boer. dec.247.
Marſil.ſing.75.Triuiſ.dec.6.in fin. Gallup. in pra-
xi p.2.c.30.Ricc.coll.4007.p.9. Giurb.conſ.18.nu.
10.Canall.q.175.R.Tap.dec. Senat.Ital.23. nu.18.
Rocc.reſp.77.num.9.lib.1.Scacc.de Iudic.c.88.nu.
2.Nouar.dec.68.num.1.Capic.Latr. dec.82.nu.17.
Barboſ.in cap.ſuſceptis num.7.de cauſ.poſſeſſ.& pro-
priet.Borrell.tit.44.num.504. poſt alios *Baron. de*
citat.q.15.num.61. verſ. *contrariam. Nouar.ſuper*
pragm.in rubr.de citat.num.25. & non poteſt adi-
mere facultatem defenſionis, quia Iure naturali
prouenit, & non licet Imperatori tollere, quæ
ſunt iuris naturalis *clem.paſtoralis §. cæterum de*
re iudic.D.Cammacas.reſp.15.nu.24.25.lib.1.Idem
R.Capic.Latr.dec.188. num.34. & ſeqq. Nec in
20 cauſis fiſcalibus cuiquam defenſio auferri poteſt.
l.defenſionis facultas C.de Iure fiſci lib.10. l.fin.C.
de bonis vac.lib.10.Carpz.lib.4.reſp.22.num.6.Pe-
regr.de Iure fiſci lib.7.c.3.num.3. Quod eſt etiam
21 in Papa, & Imperatore. Quod maximi Præſules
Pius V. & Sixtus V. ſeruauerunt, dum ante quam
Regno priuarent, & inueſtirent de eo Anglico
Philippum Regem Catholicum Eliſabetham
mouuerunt, teſte *Sandero de Schiſmate Anglic.lib.*
3.Linderberg.lib.7.Borrell.de præſt.Reg.Cathol.cap.
47.num.189. Nouar.ſup.pragm.in rubr. de citat.n.
22.D.Petr.tit.94.nu.53.
22 Et plenitudo poteſtatis, & certa ſcientia non
valent ad ea, quæ ſunt Iuris diuini, & naturalis,
vt dicunt *DD.in clem. ne Romani de elect. & in l.*
Barbarius ff.de offic.Prætor. Socc.conſ.266. nu.49.
vol.2.Rebuff.de citation.in præfat.num.31.Sot.de
Iuſtit.& Iure lib.5.q.3. art.3. ad 1. verſ. *at verò*
vtrum Gaetan. verb.*homicidium Mirand. de ordi-*
ne iudic.q.14.Seſſ.de inhibit.c.4. §.3.num.13. Pa-
ſcal.de vir.patr.poteſt.p.5.cap.1. nu.94. Cabed.dec.
11.num.9.p.1.Theſ.dec.91. P.Gregor. de rep.lib.2.
*c.20.n.57.Giurb.conſ 1.n.37.*poſt alios *Salced.de*
lege Polit.lib.3.c.2.nu.28. niſi in aliquibus caſi-
23 bus in ijs, quæ ſunt iuris naturalis relatis per
Baron.de citat.q.15.à num.61. & in addit. nu.61.
lib.2.fol.239.& annot.lib. 3.nu.29.fol.254.Marc.
Angel.Leon.de præparat.Iudic.præparat.18. nu.38.
p.2.& nos diximus *q.1. & hic.*
24 Et in hoc caſu quia ſatisfit defenſioni natura-
li per vnicam citationem, Ideò ſi in Proceſſu co-
ram Principe quis fuit ſemel citatus ad ſe de-
fendendum, non eſt vlterius ad ſententiam citan-
dus, ſed ſi in proceſſu fuit omiſſa, illa omninò
requiritur in ſententia *Bar.& Alex.in l.fin.C.de*
legibus Pantan.de ſpol.lib.3. c.98. Rodrig. de modo
vid.proceſſ.cap.4.de citat. num.18. & ſeqq. vbi re-
25 ſpondet contrarijs. Et veritatis inquiſitio requi-
ritur etiam coram Principe, quæ eſt de Iure gen-
tium ad quam peruenitur per citationem *l.fin.C.*
ſi per vim vel alio modo.
26 Quando verò Princeps procedit in ijs, quæ ſunt
iuris poſitiui, poteſt omittere citationem, & tol-
lere defenſionem eiuſdem Iuris poſitiui *Bal. in*
l.1.col.3.ff.ne quis eum. Cum Princeps ſit ſuprà
ius *cap.propoſuiſti de conceſſ.præb.* quod intelligi-
tur quatenus velit procedere de plenitudine po-
teſtatis.
27 Plenitudine poteſtatis Princeps non poteſt
vti in criminalibus *clem.paſtoralis de re iudic. Aſ-*
fl.dec.395.Abb.& alij in cap.cum inter de except.
Rebuff.de citat.in præfat.nu.36. Ideo in criminali-
28 bus citationem omittere non poteſt *Marſil.in*
praxi §.expedita col.10.Gabriel.de citation. concl.
29 *1.num.29.* Vel in ciuilibus exiſtentibus magni
præiudicij, quia illæ æquiparantur criminalibus
§.item propter litem Inſtit. de excuſat. tutor. Socc.
conſ.564.num.17.lib.2.Rebuff. vbi ſup.in præfat.d.
30 *num.36.* Eſt tamen verum in criminalibus atro-
cioribus Principem poſſe omittere citationẽ, &
defenſionem tollere *Aff.dec.391.nu.10. Rot.*poſt
conſil.Farinac.dec.3.nu.2.p.1.
31 Princeps agens contrà non ſubditum, non po-
teſt vti plenitudine poteſtatis. *Pariſ.conſ.1. num.*
550.vol.1.Caſtr.conſ.317. verſ.*ſed ille Gig.de pen-*
ſion.q 37.num.12. Genua de ſcript. priuata tit.de
verbis enunciatiuis lib.2. cap.4.num.16. poſt *Ma-*
ſcard.de probat.concluſ.1233.nu.85.& ſeqq. & *ſub*
num.84. ampliat, vt procedat etiam contrà natu-
raliter non ſubditum, licet ſubſit ratione cauſæ.
Benè verum nullus Princeps Chriſtianus debet
vti plenitudine poteſtatis, vt dicunt *Giurb.conſ.1.*
num.37.Io:del Caſtill.tom.7.cap.41.num.3.Molin.
de Primog. lib.2.cap.7.num.33. Salzed.de lege Po-
lit.lib.2.c.13.num.22. vbi tanto magis id proce-
dere dicit in Pontifice, qui norma ac regula om-
nium Principum debet exiſtere.
32 Difficultas hic eſt Si Princeps velit ius dubiũ
declarare, an opus habeat citare partes? & diſ-
tinguimus. Aut ius eſt dubium, & de illi lis pen-
det inter partes, aut non pendet. Primo caſu de-
bet declarare vtriſq; partibus præſentialiter cõ-
ſtitutis *l.fin. in princ.C.de legibus* ibi: *ſi imperialis*
Maieſtas cauſam cognitionaliter examinauerit, &
vtriſque partibus præſentialiter conſtitutis. vbi etiã
gl.in verb.*cominus ſupplet vel præſentibus, vel cita-*
tis. Secundo caſu poteſt declarare ſine partis ci-
tatione, cum tunc nullius ius offendatur. *Vbert.*
de citationibus p.1.c.8.n.199. Imò quo ad primũ
33 caſum, etiam in gratię dubiæ explicatione ten-
dentis ad deciſionem controuerſiæ iudiciariæ, &
ad præiudicium partis, requiritur citatio. *Socc.*
iun.conſ.500.num.25.lib.1. Socc.ſen. conſ.120.nu.
11.lib.3.Ruin.conſ.98.num.9.vol.4.Gabriel.concl.
1.num.437. Neui.Æmil.in tract. de Iure feudal. c.
22.

Digitized by Google

22.num.36. & ſeqq. Sic etiam ſuper dubio facti
34 debet partes audire. cap.1.de cauſ.poſſeſſ. & propriet.
35 Papa quoties procedit in illis, quæ pendent
ab eius mera voluntate, & gratia, tunc quando
gratia non eſt præiudicialis, vt puta collatio, &
ſimiles, quæ fiunt extrà iudicialiter, non requiri-
tur citatio *Innoc. in cap.niſi num.6. de renunciat.
Felin.in cap.cum olim num.8. de re iudic. Rot.in
recent.p.1. dec.210. num.3. Sarment.* citatus per
*Molin.de primogen.lib.3.cap.3.num.23. & lib.4.c.
3.num.5.addit.ad Molin.de primogen.lib.1. c.8.ad
nu.33.Grattan.diſcept.457.nu.28. Idem Sarment.
lib.7.ſelect.cap.9.num.3.* dicentes in conceſſioni-
bus,& priuilegijs Principum non requiri aliquã
36 citationẽ. Alij dicunt quod in impetratione pri-
uilegij alteri non præiudicialis, citatio nõ requi-
ritur. *plures* apud *Gabriel.de citat.concluſ.1. limit.*
37 *66.num.436.* Secus in præiudiciali *Gabriel. d.n.
436.in fin.* verſ.*contrarium.*
38 Verum in hoc melior mihi videtur opinio,
quod ſi Papa procedat cum clauſula *de plenitu-
dine poteſtatis*, tunc citatio, etiam in præiudicia-
libus omitti poteſt *Imol.Innoc. & alij in cap.cum
in noſtra de procur. Iaſ.in l.nequicquam §. vbi de-
cretum num.29.in fin.ff.de offic.proconſ. Gabriel.d.
concluſ.1.nu.13.Rot.*poſt *conſil. Farinac.dec.282.*
39 *num.2.p.2.* Nec requiritur citatio quando appa-
ret Principem voluiſſe vti plenitudine poteſtatis,
etiam ſi dicta clauſula appoſita non fuiſſet *Ga-
briel.d.concluſ.1.n.18.* quod intellige iuxtà quæ
diximus *q.1.*
40 Vel vbi Papa declaraſſet, quod priuilegium,
ſeu actus valeret, etiam in præiudicium non cita-
ti, nam tunc fruſtra opponeretur defectus cita-
tionis. *Rot.dec.2.de confirm.vtil. vel inutil.Felin.
in cap.cum olim num.25.de re iudic. Caputaq. dec.
218.p.3.Rot.*poſt *conſil.Farinac. dec.281. num.2.
p.2.& in recent.p.1.dec.250.num.4.* Vel quando
41 concedit gratiam alteri præiudicialem ex certa
ſcientia, nam tunc poteſt citationem omittere,
Felin.in cap.ex parte nu.42.de reſcript.Rot.diuerſ.
42 *dec.166.num.17.p.5.* Vel in omnibus gratijs de
ſui natura præiudicialibus, quales ſunt vniones,
erectiones, & ſimiles, in quibus non poteſt dici
de ignorantia Papæ, vel de ſubreptione, ex quo
Papa ſcit ſimiles actus alicui ſemper præiudica-
re. *Seraphin.dec.1445.num.6.* Vel quando con-
43 cedit ex iuſta cauſa *Abb. conſ.88. lib.1. Roman.
conſ.310. & 364. col.11. Spec. de legitim. §.nunc
breuiter* verſ.*nota Soccin.conſ.120.col.4. vol.3. &
conſ.87.num.20.eodem libro, & in tract.de citat.7.
art.col.9.* ver.*quadrageſimo Hippol. de Marſil. in
repet.l.de vnoquoque ff.de re iudic. ex nu.14.* quã-
do ſubreptio non interuenit *Sim. de pretis de in-
terpret.vltim.volunt.lib.1.interpr.1.dub.1.ſol.13.n.
24.& 25.ſol.44.Val.Foeſter.lib.6.de ſucceſſ.c.35.
num.2.* poſt alios *addit.ad Molin.de primog.lib.1.
cap.8.ad num.33.* verſ.*contrarium, prope finem.*
44 In aliquibus caſibus poteſt ferri ſententia
parte non citata iuſta exiſtente cauſa *gl. in l.ſi is
qui 44.in vltimis verbis ff.ex quib.cauſ. maior.Me-
chach.de ſucceſſ.progreſſ.in præfat.lib.1.a num.105.
& ſeqq.& illuſtr.lib.1.cap.9.num.2.& cap.31.a n.
Barboſ.in cap.1.de cauſ.poſſeſſ.n.9.& 10.* Et *n.12.*
diſputat an Principi aſſerenti ſe ex iuſta cauſa
motum, ſine citatione procedente, credatur, & di-
cit quod non, idem diſputat *addit.ad Molin.de
primogen.lib.1.cap.8.ad num.32.& 33.* putà con-
trà rebelles Eccleſiæ, vel Imperij, & ita indice-
re bellum etiam hoſte non citato *l.hoſtes ff. de
captiuis,& poſt lim.reuerſ.Muſcatell.in praxi lib.1.
p.7.gl.ſententiam num.14.ex Anchar.conſ.277. D.
Petr.rot.94.num.13. in fine Guazz. ad defenſ.reor.
defenſ.10.c.1. ſub n.6. Bajard. ad Clar.q.31.n.10.*
quamuis contrà teneat *Boſſ.de citat.nu.40. Baron.
de citat.q.16.num.233.* Sed ſufficit ſola diffidatio,
ſeu denunciatio, vt not. *in cap.1.de homicid.in 6.
Nicell.in concord.gloſſ.52.fall.25.Hug.Grotius de
Iure belli, & pacis lib.3.c.3.*
46 Item quando periculum eſſet in mora, vt puta
propter potentiam Vaſſalli, quia tunc Princeps
poſſet, omiſſa citatione, procedere *Afſl.dec.69.n.
27.Gabriel.d.concluſ.1.num.302.Caroc.except.30.
num.2.Burg.de modo proced.ex abrupt.q.5. nu.36.
Calund.in praxi §.citatio concluſ.6.num.7.Port.con-
cluſ.43.lim.1.Scacc.de ſentent.gl.9. q.4. Spec.6.n.
66.* ea ratione, quia vbi periculum eſt in mora
recedimus a regulis iuris communis *Scacc. n.67.
Odd.conſ.20.num 40.Ricciul. de Iure perſon.lib.4.
cap.70.num.5. Borrell. in ſumma tit. de citat.num.
280.& 390. Barboſ.in cap. ſuſceptis num.15. de
cauſ.poſſeſſ. Baron.de citat.q.18.num.28. & q.19.
num.142.*
47 Item quando procedit contrà detinentes bo-
na Eccleſiæ. *gl. in l.antequam ff. ex quibus cauſis
maior. Io. Andr.in cap.cum olim de re iudic.Roman.
ſing.664.Iaſ.in l.1.col.2.ff.de confiſ.Princip.Rot.*
poſt *conſ.Farinac.p.2. dec.281. num.8.* Sed ſolet
48 Papa ſuis litteris admonere eoſdem detentores,
vt bona reſtituant, & recuſantes ex communica-
re præmiſſa citatione per edictum, vt in *extra-
nag.22.de furtis in commun. Rebuff.de citat.in præ-
fat.num.42.*
49 In notarijs an Requiratur citatio? In hac re
contrariæ ortæ ſunt ſententiæ, Nam quod non
opus ſit citatione quando delictum eſt notorium,
& manifeſtum, habetur *ex gl. in cap.ab excommu-
nicato de reſcript.Ant.de Butr.de notor.art.4. num.
11.* vbi diſputat articulum, & dicit DD. ſatis va-
riaſſe, nam modò dicunt requiri, modo non; *In-
noc.in cap. bonæ de elect.* vbi etiam *Dec.num.34.
Ant. de Butr.in cap. in nomine domini de teſtibus
Becc.in conſ.118.num.27.Turret.conſ.86.num.26.
lib.1. Tepat. de in int. voc. cap.8.* verſ.2. *limitatur
Borrell.in ſumma deciſ tit.de citat.num.343.Aſin.de
execut.cap.32.num.3.* poſt alios *Franc.Baron.de
citation.q.18. num.47. Roman.ſing.8. num.3. Ga-
briel d. concluſ.1.num.2.* verſ. *contrarium Oltrad.
conſ.293.Socc.in reg.406.fall.1. & conſ.87. col.8.
vol.3.Grammat.dec.36. num.58. dec.65. num.55.
dec.105.per tot. Peregr. conſ.15. num.26. vol.1.
Vbert.de citat. cap.8.num.208.* alijque relati per
*R.Capic.Latr.dec.167.num.2.Epiſc.Maranta reſp.
24.num.22.tom.4.Tuſc.lit.C.concluſ.272. ex n.6.*
50 quod videtur probari *in c.cum olim de ſentent. &
re iudic. & in c.ex inſinuatione de appellat. Tiraq.*
51 *in tract.res inter alios acta* ver. *poſtremo. Vant.hic
num.20.Menoch. de recuper.poſſeſſ.remed.14. num.
259.Farinac.q.21. num.66.* Ratio eſt quia in

52 no-

52 notorijs ordo Iuris non ſcruatur *cap. peruenit ex-*
tra de teſtibus cap. ad noſtram il 2. de iur. iur. Nec
53 eſt neceſſarius libellus, nec litis conteſtatio *Fa-*
rinac. vbi ſup. num. 60 cum ſeqq. vbi *DD.* allegat.
54 Sed quod etiam in notorijs requiratur citatio,
facit primo generalis regula deſumpta ex *tex. in*
l. de vnoquoque ff. de re iudic. l. nam itá Diuus ff. de
adoption. poſt *alios* dixit *Minſinger. obſ. 91. cent. 2.*
55 2. Nam citatio eſt ſollemnitas iuris naturalis,
vt dicit *Affl. dec. 245. num. 10. & dec. 307. in fine*
& retulimus alios in *princ. q. 1.* Et eſt principiū,
56 & fundamentum ordinis iudiciarij, *cap. 2. num.*
& c. relatum de offic. deleg. clem. 2. vt lite pend. Ro-
lan. conſ. 53. num. 16. vol. 4. Oltrad. conſ. 43. num. 1.
Socein. iun. conſ. 108. num. 48. lib. 2. Coſta Sicul. conſ.
2. num. 55. Pax in praxi tom. 1. temp. 3. itá vt non
poſſit quis validè condemnari ſi non fuerit cita-
tus *idem Affl. dec. 182. num. 3. Rodrig. de modo vid.*
proceſſ. cap. 4. de citat. num. 2. & ſeqq. Pax in praxi
1. p. 3. tempore num. 1. R. Tap. dec. Senat. Ital. 5. num.
1. & 23. num. 17. Mantica dec. 204. num. 5. Giurba
conſ. 18. ſub num. 10. Baron. de citat. q. 15. num. 22.
57 *& ſeqq* Ideo nullo modo omitti poteſt *Caballin.*
Milleloqu. 834. *R. Tap. d. dec. 23. n. 16.*
58 Et quod etiam in notorijs requiratur citatio
dixerunt *gl. in cap. cum dilectis filys* in verb. *indi-*
candu de purgat. canonic. gl. in cap. ad noſtrum il 3.
verb. *obſeruandus* vbi *Io: Andr. Ant. de Butr. & Abb.*
de Iure iur. Alex. in l. emptori ff. de action. empti Bal.
in l. presbyteri C. de Epiſc. & cler. Innoc. in cap. ex
ratione de appellat. Archidiacon. in cap. que Lotha-
rius 2. q. 1. Loffred. conſ. 48. num. 20. Spec. in tit. de
notorys crim. §. 1. verſ. ſcias vbi *Io: Andr. in ape-*
ſtill. §. iam de notorio verſ. *quędam ſunt, & alij*
apud Gabriel. d. concluſ. 1. num. 2. ampl. 1. Rot. genu-
enſ. dec. 104. nu. 19. Nicol. Vgell. dec. 6. cent. 6. Bor-
rell. in ſumma deciſ. d. tit. de citat. num. 113. Guaz-
zin. ad defenſ. reorum defenſ. 10. num. 3. Franc. Ant.
Coſta conſ. 1. Cumia in Rit. Regni Sicil. cap. 74. nu.
7. Capra in tract. de notor. membr. 4. num. 20. & 27.
Hippol. de Marſil. in rubr. ad l. Cornel. de Sicar. Rol.
a Valle conſ. 53. num. 34. vol. 3. Boſſ. vbi teſtatur de
communi, æquiori, & probabiliori opinione
nis quomodo procedatur in crimine notor. nu. 6. verſ.
& licet Bal. in margarit. in verb. *notorium verſ. 3.*
R. Tap. dec. S. C. 16. num. 16. Ricc. dec. 64. num. 2.
tom. 1. & dec. 87. num. 1. Barboſ. in c. cum dilectis n.
5. de purg. vulg. Cartar. dec. 61. num. 16. alij apud
R. Capic. Latr. d. deciſ. 167. n. 10. Gomez var. lib. 3.
de delictis cap. 1. n. 43.
59 In hac ſic controuerſa materia ad illam con-
ciliandam diuerſę fuerunt factæ à DD. diſtin-
ctiones. Nam alij dixerunt primam opinionem
locum ſibi vindicare, quando nullam poteſt reus
habere defenſionem ſecundum communem opi-
nionem, de qua per *Collegium Florentinum* inter
conſilia Curty Senioris conſ. 21. num. 15. Hier. de
Tort. inter conſilia Bruni conſ. vlt. num. 30. Capra
d. 4. membr. tit. de notor. num. 29. Ægid. Boſſ. d. tit.
quomod. proced. in crim. notor. verſ. *& licet Cap. cum*
ſit Romana, & cap. conſulius de appell. Abb. in cap.
ex inſinuatione in fin. tit. de appell. DD. in cap. 1. de
cauſ. poſſ. & propriet. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 17.
num. 15. Caroc. excep. 9. num. 4. & except. 17. Borrell.
tit. 44. num. 113. & ſeqq. Nouar. in rubr. de citat. n.
20. ſuper pragm. Baron. de citat. q. 16. num. 186. ex
Cald. in l. ſi curatorem verb. *cum non abſimilis.*
60 Secundam verò procedere quando probabile
eſt, poſſe reum aliquam habere defenſionem,
Boſſ. vbi ſup. Clar. in §. fin q. 9. verſ. *quæro numquid*
in notoriys Aretin. conſ. 163. num. 7. vbi dicit hanc
opinionem eſſe veriorem, & ſequendam. *Gom. d.*
tit. de delict. cap. 1. num. 43. vbi late hanc opinio-
nem defendit. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 255. n.*
14. cent. 3. Farinac. d. q. 21. num. 72. vbi teſtatur
communiter eſſe receptum, quod ſit neceſſaria
citatio, quando aliqua poteſt reo competere de-
fenſio, vel ſumus in dubio, an poſſit competere
Old. conſ. 72. num. 8. Iul. Cartar. dec. 61. nu. 16. Affl.
vbi ſup. limitat. 63. num. 3. & limit. 42. Ricc. collect.
2145. Peregr. de Iure fiſci lib. 1. tit. 3. num. 61. Cal-
nol. in praxi §. citatio concluſ. 6. Borrell. loco cit. nu.
113. cum ſeqq. Barbat. in cap. bonę de elect. num. 5.
alijque apud *Baron. d. tract. de citation. q. 18. ſub n.*
46. Grammat. d. deciſ. 65. n. 9.
61 Sic attenta hac diſtinctione difficile eſt deli-
ctum eſſe tam notorium, vt nulla poſſit habere
defenſionem, ſinè circumſtantias occultas excu-
ſantes eum. *Hoſtienſ. in cap. cum ſit romana de ap-*
pellat. nam multæ poſſunt fieri excuſationes con-
trà notorium *cap. quanto de translat. Epiſcop. Ant.*
de Butr. d. tract. de notor. art. 4. num. 13. vbi quod
tales ſententiæ nimium feſtinatæ, & acceleratæ
ſunt odinſæ *l. ſi finita §. ſi fortè ff. de damno infe-*
cto cap. cum Bertoldus de re iudic. & in delegato
procedente ſuper notorio neceſſariam dicit eſſe
citationem per *tex. in cap. 1. de offic. deleg. in 6.* &
ait quod ſemper omni caſu erit citatio facienda,
vel ſaltim monitio ex *Butr. in cap. veſtra de coha-*
bit. Cleric. & mulier. poſt eum *Boſſ. d. tit. quomodo*
procedat. in crim. notor. num. 5. Abb. in cap. veſtra
vbi dicit quod regulariter notorium eſt excuſa-
bile, & *Boſſ. n. 6.* dicit, quod benè dicit, & ideo
concludit quod tunc non eſt neceſſarium proce-
di ad dandum defenſiones, quando reus confite-
tur, nullam habere excuſationem, & nulla tergi-
uerſatione poteſt crimen cælari, aut excuſari, &
quod hanc practicam ſeruat totus mundus.
62 Et conſideratur quod licet crimen ſit notorium,
tamen poteſt eſſe, quod qualitates non ſint noto-
riæ, vt poſt alios dixit *Baron. d. q. 18. nu. 49. R. Ca-*
pic. Latr. dec. 167.
63 Alij aliter diſtingunt, quod quando agitur
contrà abſentem, citatio omitti non poteſt *Clar.*
d. q. 9. verſ. *quæro numquid*, & eſſe communem
theoricam dicit *Rol. à Valle conſ. 68. num. 14. lib.*
2. Farinac. q. 21. num. 67. Ità vt nec Princeps cō-
64 trà abſentem poſſit procedere, vt diximus, & ſunt
Corſet. in repert. Abb. in verb. *Princeps vel Papa*
Soc. inter conſil. Curt. ſen. conſ. 20. num. 4. Capra in
tract. de notor. 4. membr. num. 20. alijque per *Fari-*
nac. d. q. 21. n. 68. limit. 1.
65 Alij dixerunt, quod quando delictum eſt no-
torium, poteſt procedi ad ſententiam abſque ci-
tatione, intelligendo de illa trina monitione,
quæ requiritur, non autem quod non ſit neceſſa-
ria vnica citatio ad minus, quod probari vide-
tur ex *gl. in can. omnes decime 16. q. 7. Felin. in c.*
2. de ſponſal. col. 2. qui loquuntur in ſententia ex-
communicationis *Couar. in cap. alma mater §. 9. n.*

5. Io:

5.10; *Franc. Coſta conſ.1. num.114. & ſeqq.* vbi alios citat.

66 Alij, quod poſſit omitti citatio ſi per moram ſcandalum orixetur, & fieret præiudicium reip. *Gomez. d. cap.1. num.43. Farinac. d. q.21. num.67. & ſeqq.*

67 Alij tandem dixerunt quod in ſententia declaratoria non requiritur citatio, ſed tantum quando reus condemnatur eſt neceſſaria. *Gabriel. d. conclus.1. de citat. nu.8.* vbi allegat *Mill. in praxi crim. in §. quartus teſtis ver. ſin autem fol.16.* ſequitur *Vbert. de citation. cap.8. num.211.* Ex quibus videtur de Iure communi ſecundum probabiliorem, & tutiorem opinionem, requiri aliquã citationem, ſiue monitionem, maxime quando nõ ſolum eſt condemnandus, ſed etiam aliquibus bonis priuandus *R. Capic. Latro d. dec.167. n.29.*

68 De *Iure* noſtro Neapolitano per *Cap. regni incip. Nuper apud Tranum.* habemus in delicto notorio, & manifeſto citationem non eſſe neceſſariam, & *Luc. de Penna* ibi verb. *notorium* dicit, notorium proditorem dici illum, cuius exceſſus euidens, & notorius eſt; & ſine exceptione, vel excuſatione aliqua damnari poteſt, vt in *can. in nomine 23. diſt. & can. later 2. q.7.* Si vero eſſet proditor occultus condemnari non poteſt, niſi citatus, confeſſus, aut conuictus, & ad ſuas defenſiones admiſſus *can. nos in quenquam 2. q.1.*

69 Bene verum contrà iſtum notorium, & manifeſtum rebellem non poteſt procedi, niſi fuerit pri talis per ſententiam declaratus, vt dicit *Iſern. in cap.1. de feud. ſine culpa non amit.* poſt alios *Grammat. dec.15. num.7. & ſeqq. Nig. in d. cap. apud Tranum ſub num.40.* & ſic requiritur ſententia declaratoria, declarando illud crimen fuiſſe cõmiſſum, aliàs pœna non poterit habere executionem *Grammat. d. dec.15. n.8. Nig. ſub d. nu.40. ver. aduertendum.*

70 Eſt pariter ante omnia aduertendum ſi delictũ ſit notorium, nam notorium dupliciter conſideratur, aliud eſt iuris, & eſt illud, quod Iure, vel in iudicio oritur, vt habetur ex *Carrad. in praxi tit. de notor. crim. nu.6.* puta ſi quis ſit per ſententiam condemnatus, à qua non ſit appellatum, aut reclamatum, vel quando confeſſus eſt delictum, & in confeſſione perſeuerauit *Scacc. de iudic. c.76. tit. de notoriet. delict. num.2.* quæ tamen non propriè, ſed impropriè eſſe notoria dicit *Aff. in conſtit. regni. incip. Humanitatis n.3. lib.2.*

71 Aliud notorium dicitur facti, quod tribus modis intelligitur, tranſeuntis, ſiue momentanei, permanentis, & reiterati, vt dicit *Scacc. loco cit. num.9.* Et hoc caſu, ad hoc vt poſſit procedi contra abſentem, vel negantem debet præcedere pronunciatio, delictum eſſe notorium, vt notat *Abb. in cap. ad noſtram de iure iur. Gramm. dec.65. num.12. Card. in Clem. paſtoralis in princ. Foller. in praxi crim. verb. item eſt notorius delinquens num. 13. & 14.*

72 Imo in notorio facti tranſeuntis debet Iudex in eius declaratione procedere iuris ordine ſeruato, & citata parte *Franc. de Aret. conſ.163. ſub num.5. Ferret. conſ.31. n.5. lib.1. Clar. in §. fin. q.9. nu.7. Maſcard. de probat. concluſ.1115. n.10.*

73 In notorio facti permanentis, quamuis nonnulli dicant, in ipſa notorij declaratione eſſe procedendum iuris ordine non ſeruato, tamen tenet delictum debere eſſe tam notorium, quod aliqua tergiuerſatione celari non poſſit, pro vt illud, quod ſit coram Populo, vel maiori parte ipſius, vt de communi teſtatur *Collegium Florent. inter conſil. Curt. ſenior. conſ.21. num.13. Clar. d. §. fin. q.9. in princ.*

74 Et licet plures *DD.* dicant, in hoc delicto non eſſe neceſſe, vt proferatur ſententia declaratoria, Tamen quidquid ſit de Iure, de conſuetudine indiſtinctè ſeruatur, vt etiam in criminibus notorijs requiratur dicta declaratio *Clar. vbi ſup. n.7.*

75 Non ſufficit euidentia facti ad inducendum notorium, ſed requiritur quod in publico fiat, & multitudini hominum ſit euidens *Bal. & Salyc. in l. ea quidem C. de appellat*, ità vt Vniuerſus populus, vel maior pars ipſius teſtis eſſe poſſit *Maſcard. d. concluſ.1105. n.16.*

76 Notorium facti permanentis duplex etiam eſſe poteſt, vel quia notorium ſit Iudici, vel quia per teſtes probatum fuerit, ſi eſt notorium iudici vt iudici, & tunc quamuis forſan procedere poſſit abſque ſententia declaratoria, tamen hæc opinio eſt valdè Iudici periculoſa, vt dixit *Clar. d. q. 9. ſub num.4.* Et ideo debet Iudex ſuper tali notorio informationem capere, & ſuper notorietate pronunciare *Decian. in tract. crimin. lib.7. c.42. nu. 4.* Et Iudices aliter faciendo poſſent incidere in linguas mordaces, & damnum, vel dedecus pati in ſyndicatu, & quo ad Iudices perpetuos in regno noſtro apud Viſitatores generales ſi per mortem teſtium, vel propter aliud non poſſent iuſtificare notorium, vt dicit *Boſſ. tit. quomodo procedatur in crimine notorij n.3. Farinac. q.21. n.85.*

77 Praxim procedendi ſuper notorio crimine ponit *Foller. in praxi 2. p. 2. partis tit. item quod eſt notorius delinquens num.13. & ſeqq.* vbi dicit quod aut Iudex vult procedere via ordinaria, & non eſt opus capere informationem de qualitate notorij, aut vult procedere via extraordinaria iuris ordine non ſeruato, & tunc neceſſè eſt, vt informatio capiatur de qualitate ipſius notorij ſi procedatur contra abſentem, vel præſentem negantem, ſecus verò ſi procederetur contra præſentem non negantem, quia in 2. caſu ſi dicta informatio non præcedit, tenet *Foller.* quod proceſſus erit nullus, idem tenet *Ant. de Butr. Tract. de notor. art.4. num.15. in fine, & n.28. & 40. Boſſ. vbi ſup. n.9. Scacc. d. c.76. n.12.*

78 Et in caſu quo aliqui vaſſalli Suę Maieſtatis Catholicę Neapolitani, inter quos erant duo nobiles, vnus feudatarius, aduenerunt cum claſſe maritima gallorum, ad inuadendum Regnum noſtrum Neapolitanum, & fuerunt viſi publicè in Inſula Procitæ capta à gallis prædictis, fuit dubitatum in Regia Iuncta contra rebelles, ſi contra illos potuiſſet procedi ſine citatione tanquã contra notorios rebelles. Et quia difficultas erat in facto, nam licet ille ſe aſſociaſſent cum hoſtibus, & in Inſula Procitæ cum eis viſi fuiſſent, & demum in Claſſe inimica aſcenderunt, tamen non erat notum ſi in ea adhuc tunc permanerẽt, ad hoc vt potuiſſet dici, continuò permanere, ſed permanſiſſe, & ſic non erat notorium facti

permanentis, ſed tranſeuntis, ſeu momentanei, aut ad plus facti reiterati, quo in caſu eſſe citandum reum *ſup.* diximus ex *Farinac. d. q. 21. n. 85.* 88. maximè quando agitur contra abſentem *nu.* 94. Item non fuit probatum fuiſſe viſos, niſi in littora Procitæ, vel in ipſa Inſula, non tamen fuit probatum locum illum eſſe, in quo omnes de dicta Inſula conueniri ſolebant, & licet per *d. cap. Nuper apud Tranum* dicatur quod oportet delictum eſſe notorium, & manifeſtum, tamen eſt aduertendum quòd copulatiuè deſideratur, & certe manifeſtum eſt minus quam notorium *Bar. in l. haredes pal. ſ n. 2. ff. de teſtam. Iaſ. & Alex. in l. ſi verò §. qui pro rei ff. qui ſatiſd. cog.* Ideo die 24. Sept. 1648. fuit reſolutũ in Reg. Iuncta ad euitandum DD. opiniones, & videndũ ſi aderãt requiſita notorij, quod tutius erat pro fiſco eſſe procedendũ cũ citationibus; pro vt cũ effectu citationes fuerunt expeditę, eos citando ad dicendum cauſam quare non erant declarandi incidiſſe in crimen læſæ Maieſtatis, & in pœnas pro dicto delicto ſtatutas, & feudatarius fuit citatus in loco feudi iuxta doctrinam *Iſern. in cap. 1. de milit. Vaſſali. qui contumax eſt. Anna ſing. 153. R. Rouit. in prag. 2. de citat. n. 20. R. Sanfel. dec. 237. nu. 1. & in praxi ſect. 12. n. 5.* de qua re dicemus *infra. q. 12.* & alij ex quo ignorabatur certus locus, & non erant in regno, nec tutus dabatur acceſſus fuerunt citati per edictum, latè *R. Capic. Latro d. dec. 167. p. 2.*

79 Diximus *ſupra* Principem in gratioſis poſſe præiudicare, nunc in ſpecie, & diſtinctè dicimus, quod Princeps poteſt alteri pręiudicare ſuper iure quęrendo, ſeu in ſpe quæſito, etiam omiſſa citatione *Bar. in l. gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſth. Socc. conſ. 63. num. 11. & conſ. 87. nu. 2. lib. 3. Gabriel d. concluſ. 1. num. 17. Rebuff. de citat. in præfat. num. 39.* & de hoc eſt *tex. in l. 2. ff. de nat. reſtitut.*

80 Ex hac ratione Princeps poteſt legitimare baſtardos, ſeu naturales *nemine citato*, quia non præiudicat iuri quęſito, ſed Iuri delato ex teſtamento, & adhuc non quæſito, quod ius dicitur eſſe delatum de Iure poſitiuo *l. 3. ff. de teſtam. Socc. conſ. 53. num. 11. vol. 3.* & non dicitur facere præiudicium agnatis qui aliàs ſucceſſiſſent, quia Princeps legitimando vtitur iure ſuo, & ius ſuccedendi competens agnatis erat euentuale, ſcil. ſi alij agnati decederent ſine filijs legitimis, & naturalis, & ità Princeps impedit nè eueniat ille caſus, in quem agnati ſuccedere debuiſſent *Curt. iun. conſ. 1. num. 22. verſ. 4. concluſ. 10. Felin. in c. qua in eccleſiarum num. 49. de conſtit. Rot. in recentiſſ. dec. 730. num. 4. p. 1.* quæ eſt *deciſio Andr. 48. num. 5. R. Capic. Latr. dec. 166. num. 8. & ſeqq. lib. 2.* qui infinitos refert.

81 Sic etiam Papa, qui poteſt tollere impedimẽtum à iure poſitiuo proueniens, poteſt etiam illo ſublato diſpenſare in radice matrimonij, & relinquere matrimonium in terminis priorum conſenſuum, & ſic verum, & validum pro vt ex tunc, ac ſi diſpenſatio illud pręceſſiſſet *Anchar. conſ. 409. num. 5. Io. Andr. in cap. per venerabilem n. 30. qui filij ſint legit.* & ibi *Abb. n. 22.*

82 Et ex eodem tempore poteſt prolem ſuſceptam legitimare, quaſi legitimè ab initio nata fuiſſet, & ad ius ciuile reducere primæuum ius naturæ, quo omnes legitimi naſcebantur, vt in *Auth. quibus modis nat. effic. legit.* poſt *princ. Molin. de primogen. Hiſp. lib. 3. cap. 2. num. 12.* poſt alios *Rot. in recent. dec. 687. n. 8. p. 2.*

83 Et cum Suprema, & ampliſſima ſit poteſtas
Papæ circà matrimonia *cap. propoſuiſti de conceſſ. præb. Mand. de ſignat. grat. tit. de diſp. matr.* dixi-
84 mus *ſup. q. 1.* ideò in diſpoſitione loquente de filis natis ex legitimo matrimonio, veniunt filij legitimati à Papa mediante diſpenſatione in radice matrimonij *Socc. in l. gallus §. ſi eius num. 5. verſ. & ad argum. ff. de liber. & poſth. Peregr. de fideicommiſſ. art. 23. n. 45. & art. 24. n. 80.*

85 Et nulli dubiũ eſt ex tali diſpenſatione conſecutiuè oriri præiudicium tertij, cui propter impedimentum contrahentium matrimonium ſucceſſio erat delata, vndè ſublato impedimento per diſpenſationem, præiudicium tertij, quod conſecutiuè venit, non attenditur *Ruin. conſ. 189. num. 16. lib. 2. Put. dec. 483. num. 2. lib. 2. Rot. in recent. deciſ. 455. nu. 8. p. 1.*

86 Sic vt diximus, in alijs materijs, quando Papa reuocat ea, quæ ſunt iuris poſitiui, omittit citationem, & reuocat pro vt ex tunc, & poteſt facere, vt res factæ habeantur pro infectis, etiam quo ad effectus præteritos *Card. Imol. & alij in clem. 1. de immun. Eccleſ. Tiraq. de conſtit. poſſeſſ. p. 3. limit. 7. num. 47. Rot. diuerſ. dec. 149. num. 3. p. 2. gl. in d. clem. 1. in verb. pro infectis ibi; & vide quanta eſt papalis poteſtas circà ea, quæ ſimpliciter ſunt de Iure poſitiuo, quia reuocat illa, vt ex tunc Barboſ. de Iure Eccleſ. lib. 1. cap. 2. num. 97.* vbi id dicit de omni Principe poſt *Afflict. dec. 265. num. 2. Menchac. illuſtr. lib. 1. c. 1. num. 4. Menoch. conſ. 103. nu. 38. conſ. 181. num. 24. Farinac. in praxi q. 97. num. 25. & 26. & alios.*

87 Papa ſimiliter commutat vltimas voluntates, derogat fideicommiſſis, vnit beneficia, eaque diſmembrat, & ſimilia facit, nemine citato, quando de per ſe facit, ſecus quando alteri committit faciendum, quia tunc ſeruanda eſt forma reſcripti *Molin. de primogen. lib. 2. c. 8. vbi addit. ad nu. 33. verſ. namque* ex *Gilcher. ad lib. 6. C. ad l. gallus, §. & quid ſi tantum, & l. 6. C. num. 251. fol. 725. Reg. Tap. dec. Senat. Ital. 20. R. Ponte conſ. 152. lib. 2. P. Molfeſ. conſ. 18. Moneta de commut. vltim. volunt.* ſequitur *Cenſal. de Peregr. de fideicom. art. 52. verſ. ſexta eſt aſſertio.* Et quod Papa poſſit pias defunctorum voluntates commutare patet ex *tex. in clem. quia contingit de religioſ. domibus* vbi *Barboſ. num. 13.* poſt *Tiraq. de priuil. cauſ. piæ priuil. 135. Pinell. in rubr. de reſcind. vendit. p. 1. cap. 2. nu. 19. Perez. ad tit. 2. lib. 5. ordin. pag. 72. Henriq. in ſumma lib. 7. cap. 378. 2. lit. F. & lib. 9. c. 22. §. 6. lit. M. Menoch. illuſtr. c. 25. nu. 26. & ſeqq. Fr. Eman. qq. regular. tom. 4. q. 125. art. 9. Ludouic. Beia reſp. caſuum conſcient. p. 4. caſ. 22. Iacob. Graff. de arbitr. conſciẽ. lib. 3. c. 69. num. 1. Cened. pract. canon. qq. lib. 1. q. 35. num. 12. Melch. Phoeb. dec. Luſit. 47. num. 2. & ſeqq. tom. 1. Idem Barboſ. de Iure Eccleſ. p. 3. alleg. 83. num. 1. Carp. de execut. vltim. volunt. lib. 3. c. 4. n. 4. & ſeqq.*

88 Citatio non requiritur quando Princeps exprimit aliud velle *Gabriel. conſ. 12. num. 34. lib. 1.*

Rot.

*Rot.in recent.dec.*210.*num.*3.*&* 4.*p.*1.
89 Procedens de plenitudine poteſtatis contra
eius ſubditum poteſt ius à ſe conceſſum vel priui-
legium, aut beneficium tollere non citato eo,cui
conceſſit. *Bal.in l.quiſe patris* 11.*col.*verſ.*& ſcias
C.vndè liberi Socc.conſ.*156.*nu.*6.7.*&* 8.*vol.*2.*R.
Tapia dec.Senat.Ital.*20.*num.*27. poſt *Peregr. de
fideicommiſſ.art.*23.*num.*68.*& circa finem, & art.*
52.*num.*128.*verſ.immo.* Secus contrà non ſubdi-
90 tum,contrà quem non poteſt vti plenitudine po-
teſtatis poſt alios *Socc.conſ.*120.*num.*11.*vol.*3.

S V M M A R I V M.

1 *Quando Papa delegat alteri cauſam, vult quod il-
le procedat iuris ordine ſeruato, & vt pars cite-
tur,& num.*2.*Etiam ſi addat:*procedas tuo arbi-
trio, *& nu.*3.
4 *Item ſi addat clauſulam:* ſola facti veritate in-
ſpecta.
5 *Et* manu regia. *Vel* ſine figura iudicij. *Vel* ſum-
mariè, & iuris ordine non ſeruato. *Vel ſi cau-
ſa ſit commiſſa* alla deitta,more militari , ſine
aliqua forma *Vel* ſimpliciter , & remota iuris
ſollemnitate, *Vel* ſupplentes omnes defectus.
*& à n.*6.*ad n.*15.
16 *Delegatus non poteſt omittere citationem , & parte
citata acquirit iuriſdictionem , & num.*17.18.
19.20.21.
22 *In citatione tenetur inſerere tenorem ſuæ delega-
tionis,vbi limitationes,& à n.*23.*ad n.*38.
39 *Caſus in quibus iudex delegatus procedit ſine cita-
tione, & à n.*40.*ad n.*48.*vbi declaratur.*

An Citatio poſſit omitti per Delegatum?

QVÆSTIO III.

1 QVando Papa, ſeu Princeps delegat al-
teri cauſam cognoſcendã,non eſt præ-
ſumendũ , quod voluerit tollere iuris
ſollemnitates,ſed velle,quod proce-
datur iuris ordine ſeruato *Bal. in ru-
br.ff.de offic.deleg.Mohed.dec.*7.*num.*5.*de reſtit.ſpo-
2 liat.*& maximè quod pars citetur,quæ eſt ſollem-
nitas magis priuilegiata , & nunquam remiſſa
cenſetur *Oltrad.conſ.*43.*in princ. Calder. conſ.*8.*in
princ.Vant.hic nu.*3.4.*&* 8.*Rot.in recent.p.*1.*dec.*
234.*num.*6. interminis *Mandel. Alben. conſ.*222.
*n.*39.*Cartar.d.dec.*61.*n.*13.*Baron.decis.q.*15.*n.*20.
3 Et ſi Papa committat , vt Iudex ſuo arbitrio
procedat, intelligitur pro vt de iure , & citata
parte *Felin.in cap.quã in Eccleſiarum de conſtit.*2.
*col.Benintend.dec.*31.*num.*1.*& ſeqq. Rot.diuerſ.dec.*
349.*num.*6.*p.*1.*Gallup.in praxi p.*2.*cap.*2. *num.*2.
*Cartar.dec.*61.*num.*14.*Carpan.ſuper ſtatut.Mediol.
cap.*1.*nu.*5.*Baron.de citat.q.*15.*n.*45.
4 Idem ſi reſcribat cum clauſula *ſola facti verita-
te inſpecta,* quia de iure, & ſic parte citata debet
iudicare *Bar. conſ.*172. *Roman. conſ.*248. *Benint.
dec.*44.*n.*2.Etiam ſi ſit appoſita clauſula : *manu
5 regia,& ſola facti veritate inſpecta,*quæ licet tollat
ſollemnia, non tamen tollit ſubſtantialia iudicij
*Bar.in extrauag.ad reprim.in verb.de plano num.*3.
*ad fin.Seraphin.dec.*377.*num.*7. *Rot.in recent.dec.*
6 490.*num.*6.*p.*1.Vel clauſula ; *vt procedatur ſine
figura Iudicij Socc.conſ.*13.*lib.*1. *Grauat. ad Veſtr.
lib.*5.*cap.*1.*num.*8.*Gabriel.de citat.d.concluſ.*1.*nu.*
7 41.Vel *ſummariè , & iuris ordine non ſeruato Ga-
briel.de d.concluſ.*1. *num.*36. *& ſeqq. Gregor. dec.*
545.*num.*5.
8 Nec citatio in examine teſtium remiſſa cenſe-
tur, quanquam Princeps omnem Iuris ſollemni-
tatem remiſiſſet *Boſſ.in tract.de teſtibus tit.de oppo-
ſit.contra teſtes Silua conſ.*94.*num.*4.*Vin.p.*1. *com-
mun.opin.*378.verb.*teſtes Bertazol.conſ.*359.*n.*23.
*lib.*2.*Carthar.dec.*21.*n.*30.
9 Dum diximus pluries *ſup.q.*1. Poſſe Papam
tollere citationes reſpicientes defenſionem ciui-
lem non autem vnã illa citationem reſpicientem
defenſionem naturalem, poſt *Gabriel.de citat.con-
10 cluſ.*1.*num.* 35. *& alios.* Ideo quando concedit
facultatem procedendi extraiudicialiter , poteſt
Iudex procedere abſque citatione *Rot.* poſt *con-
ſil.Farinac.dec.*50.*num.*2. *p.*2. Quod intelligitur
11 niſi contentio eſſet inter partes ſuper eo,nam eo
caſu non poſſet Iudex extraiudicialiter ſe infor-
mare,niſi citata parte *Abb.in conſ.*41.*num.*1.verſ.
*ex quibus vol.*1.*Rot.diuerſ.dec.*636.*n.*4.*p.*1.
12 Sic etiam in caſu,quo Papa reſcribit , vt ſen-
tentiam ferat ſecundum ſuam conſcientiã , nam
tunc poſſet ferre partibus abſentibus, etiam non
citatis, ſecus tamen ſi ageretur de alicuius præ-
iudicio,quia tunc requireretur cauſæ cognitio,&
ſic etiam citatio *l.fin.C.ſi per vim , vel alio modo
l.in cauſæ §.cauſa.cognita ff. de minor.* Nam con-
ſcientia debet eſſe legibus munita , & ſecundum
leges regulata,non autem intelligitur de ea, quã
quiſque ſibi fabricat *arg.l.codicillis §.fin ff.de leg.*
2.*Nicell.in concord.gloſſ.concord.*52.*fall.*15.
13 Item quando cauſa fuiſſet commiſſa *alla dritta
more militari , & ſine aliqua forma proceſſus* , tunc
licet non ſit neceſſaria ſolemnis citatio, tamen
requiritur extraiudicialis, & ſidè ſcriptis voca-
tio,ſeu denunciatio, Nam ex dictà clauſula tol-
lente forma proceſſus,& conſequenter ſcriptura,
quæ eſt de illius ſubſtantia *c.quoniam contra de
probat.* adeo vt, nec minima forma ſit ſeruanda
*Tiraquel.in l.ſi vnquam in*verb.*omnia n.*14.*in fin.
verſ.nam illud verbum C.de reuoc.donat. Rot.in re-
cent. dec.*716.*n.*1.*p.*2.
14 Idem quando haberet facultatem procedendi
ſimpliciter, & remota iuris ſollemnitate quia tunc
etiam ſimplex citatio requiritur *Cephal.conſ.*89.
*n.*28.*lib.*1.*Gabriel d.concluſ.*1.*n.*38.
15 Et caſu quo Papa reſcripſiſſet cum clauſula
*ſupplentes omnes defectus,& ex certa ſcentia , & de
plenitudine poteſtatis,* talis clauſula non operatur
niſi quo ad defectus ſurgentes ex defectu ſollem-
nitatis introductæ à iure poſitiuo,prout eſt cita-
tio *clem.paſtoralis de re iudic. Spec. in tit. de legat.
§.nunc oſtendendum* verſ.16. & ibi *Io. Andr. in
addit,Bute.& Imol.in c.*1.*de transfact.Socc.conſ.*120
*nu.*4.*vol.*3.*Dec.conſ.*410.*col.penul. Gometz in comp.
ſignat.iuſtit.fol.*90.*col.*1. *& ſeqq.* dicens de Iure
communi tollere d. clauſulam *ſupplentes* , omnes
defectus Iuris poſitiui , ſed per regulas Cancel-
lariæ eoſdem non tollit , niſi fuerint ſpecificari,
aut ſupplicatio fuerint ſignata per verbũ *fiat vt*

petitur poſt plures *Marta de clauſ.p.1. clauſ.18.*
Secus quo ad defectus prouenientes de Iure
naturali, vt eſt citatio. *Marta ibidem num.7.* Sana-
tur tamen per dictam clauſulam, quando non fuit
ſeruata forma, nam tunc per ſignaturam Papæ
ſanatur, ſed additur altera clauſula: dummodo ad
notitiam citati peruenerit. *Marta ibidem.*

16 Delegatus non poteſt omittere citationem,
etiam ſi in commiſſione expreſsè non daretur fa-
cultas citandi, nam vt dicitur in *l.2.ff.de Iuriſd.*
omnium Iudic. Cui Iuriſdictio data eſt, ea quoque
conceſſa eſſe videntur ſine quibus iuriſdictio ex-
explicari non potuit. Latius exponitur in *c.præ-*
terea de offic.deleg. & ibi *Barbos*, *& alij Card Tuſc.*
lit.A.concluſ.77. Idem Barboſ.axiom.4.n.9.

17 Imò delegatus non acquirit iuriſdictionem,
ſeu iuriſdictionis exercitium, niſi partem citaue-
rit, adeo vt ſi moriatur delegans ante emiſſam
citationem, Iuriſdictio non perpetuatur *cap.gra-*
tum de offic.delegat. vbi *gl.in* verb. *maxime* dicit:
hoc benè dicit maximè, quia idem eſſet, ſi eſſet
certus præmiſſa citatione, quia poteſt procedere
etiam ſi eſſet certus de morte delegantis. *Gabriel*
de citat.concluſ.2.in fine Gratian.dec.108.n.11.

18 Imò ad perpetuandam delegati iuriſdictionem
ſufficit ſolum decretum citationis factum viuen-
te delegante, licet executio fuiſſet facta poſt
mortem eiuſdem delegantis. *Rot.dec.9. de dolo, &*
contumac.in antiq. Abb. in cap. gratum col.2. verſ.
quæritur ergo de offic.deleg. Maxime de Iure cano-
nico *Io:Andr. & alij in cap.fin.de offic.deleg. Ca-*
putaq.dec.124.p.2.

19 Ad eundem effectum ſufficit ſola intimatio
delegationis, ſeu ſubdelegationis facta parti,
quia ſi ea fuerit intimata non requiritur alia ci-
tatio, nam ſcientia dicitur eſſe certa, quando fa-
cta eſt intimatio *Imol.Card.& alij in clem.cauſam*
§.intimatio de elect. Mantic.dec.84.nu.4.& 5. Mu-
ta ſuper Cap.Reg. Alfonſi 540. *nu.*100. vbi teſta-
tur de praxi Siciliæ requiri ſaltim notificationẽ
noui iudicis.

20 Et ſi delegatus procederet ante reproductionẽ
citationis, ſeu intimationis nulliter proce-
deret *Franc.in cap.cum parati num.42.de appellat.*
Vant.bic num.146. Niſi tamen Iudex habuiſſet
21 probabilem cauſam credendi, quod pars fuerit
citata; vt putà quando productio citationis fuiſ-
ſet facta verbo cum promiſſione illam de facto
exhibendi, vt per *Rot.diuerſ.dec.48.n.2.& 3.p.4.*

22 Et in citatione Delegatus tenetur inſerere
tenorem ſuæ delegationis *c.cum in iure de offic.de-*
leg. ibi: *Niſi de mandato ſedis apoſtolicæ certus exti-*
teris, exequi non cogeris, quæ mandatur, & *cap.præ-*
tereà de dilat. ibi. *Reo ad iudicium legitimè conue-*
nto, ſi ex reſcripto tibi tranſmiſſo plenè potuit inſtrui
ſuper eo de quo in iudicio conuenitur. Gratian. di-
ſcept.270.num.15.& ſeqq. vbi *D.Luca nos* laudat
Pellegr.in praxi p.2.ſect.1.ſub ſect.1.num.25. Scin-
leyn de ferindic.c.5.num.17. Ripol.var.tit. de citat.
num.331.Baron.de citat. q.16.n.200. diximus *in*
obſ.ad conſ.33.lib.3.R.Roniti, & latiſſimè *ſup.rubr.*
9.q.3.& 4.

23 Valeret tamen conſuetudo in contrarium tan-
quam præter ius, quia *d.cap.cum in iure* non exi-
git inſertionem, ſed ſolam ſcientiam, quę etiam
aliundè poteſt haberi. Item *c.præterea* non exi-
git inſertionem, ſed pręſupponit tranſmiſſionem,
quæ poteſt fieri etiam ſinè inſertione, Sic quod
24 requiratur inſertio commiſſionis in citatione
non eſt decisum in iure, ſed procedit ex magis
communi opinione, quæ poteſt variari. *Achill.*
dec.10.de dolo, & conſum. Put.dec.241.n.1.lib.3.

25 Et an citatus teneatur comparere coram De-
legato eſt diſtinguendum, Nam aut eſt citatus
per nuncium, & tunc debet comparere, nam ſi
comparet, poteſt illi fieri fides de ſua poteſtate.
Rot.in nouiſſ.dec.15.de dolo, & contum.nu.1. Sed
ſi eſt citatus per litteras abſque facultatis inſer-
tione, non tenetur cõparere *d.c.cum in iure de off.*
deleg.Scac.de citat.art.12.n.10. Verũ quando quis
26 de facili poteſt habere notitiam commiſſionis,
non eſt inſerenda commiſſio in citatione ad di-
cendum contrà commiſſionem *Ludouiſ.deciſ.137.*
num 1.& dec.127.n.1.& 5. & ibi *addit.n.8.*

27 Antequam autem Delegatus citet ſiuè per nũ-
cium, ſiue per litteras debet eſſe certus de ſua
iuriſdictione per pręſentationem reſcripti ſibi
factam, aliàs nulliter procederet *c.2.* & ibi *Dec.*
in 1.not.de offic.deleg.Caputaq.dec.114.num.1. &
dec.405 p.5.Rot.in recent.p.2.dec.214.nu.2. De-
28 bet pręſentari originale, etiam ſi pars aduerſa
non opponeret, nam etiam poſt ſententiam
poſſet opponere de hac nullitate ex defectu iu-
riſdictionis *DD. in d.cap.cum in iure de offic.de-*
leg. Rot.in recentiſſ.dec.9.n.1.& 2.p.2.

29 Sufficiens eſt, quod litteræ fuerint coram eo
præſentatæ *gl.in cap.tibi qui,* & ibi *DD.de reſcript.*
in 6.Rot.dec.25.de conceſſ.prab. in nouiſſ.Achill.dec.
2.in princ.& num.12.de offic.deleg.Put.deciſ.246.
num.2. & ſeqq.lib.3. Nec officeret ſi poſtea Iudex
30 affereret eas non legiſſe. *c.quoniam contra cum*
ibi *notat de probat.Crauett.conſ.171.num.7.* & at-
31 teſtanti non creditur in his, quæ concernunt la-
udem eius, vel vituperium *Rot.in recent.dec.487.*
32 *n.6.p.2.* Nec iuuat ſi Delegatus dicat commiſ-
ſionem fuiſſe præſentatam. *Rot. Rom.* penes *Fa-*
rinac. dec.495.num.2.p.1.in poſth.

33 Delegatus non poteſt probare per teſtes vel
aliàs, quam per reſcriptum ſuæ delegationis po-
teſtatem, antè quam ſibi fuerit præſentatum re-
ſcriptum, & per ipſum receptum, per *cap. Sanci-*
mus 25.*q.*2. Cum commiſſio, ſeu delegatio ſcri-
pturam requirat *l.1. C.mandat.Princip. Maſcard.*
de probat.concluſ.949.n.1.

34 Sed ſi poſt receptionem perdatur, poterit pro-
bari per teſtes, vel aliàs, per communia iura *Bel-*
lam.dec.110.num.15. Maſcard de probat. concluſ.
35 *492.n.16.* Quod intelligendum eſt quando re-
ſcriptum fuiſſet ſemel in iudicio productum, &
in acta publica redactum, quæ ſint indè caſu ali-
quo deperdita, alioquin ſi acta non ſint amiſſa,
ſed ex eis conſtat reſcriptum in iudicio præſen-
tatum non fuiſſe, teſtes ad eius tenorem proban-
dum non admittuntur, dicunt *ijdem DD.* per *Ma-*
ſcard. allati per ſua opinione nempe *Spec.tit.de*
probat.§.videndum reſtat.num.1.verſ.ergo credo Bo-
uer.ſing.7.num.20. verb. *delegatio tam.c. ſingular.*
Henric.Boic.in cap.cum iure num.2. de offic. deleg.
additur *Inc.Iordan.de re iudic.fol.53.num.54.* nec
diſſentit idem *Maſcard.concluſ.949. nu.5.* opti-

mè

mè poſt hos *Cammarat. reſp. 12. num. 10. lib. 2. & reſp. 13. eodem lib. 2.* & hoc caſu teſtes debent
36 deponere delegationis reſcriptum fuiſſe præſentatum, & parte præſente publicatum, quando proceſſus, & libri ſunt deperditi. *Maſc. d. concluſ. 493. n. final. Cammarat. d. reſp. 13. num. 2. lib. 2.* diximus *ſup. rubr. 9. q. 3. 4.*

37 Delegatus antè præſentationem, & acceptionem commiſſionis, nõ recipit iuriſdictionis exercitium *cap. paſtoralis de reſcript. cap. ſuper eo de appellat. Rot. dec. 6. num. 1. de offic. delegat. in nouiſ. c. præſentia de dilat. Vbert. de citat. lib. 1. cap. 8. nu. 252. Baron. de citat. tom. 1. q. 39. num. 2. & tom. 2. in addit. fol. 599. Salgad. de ſupplic. ad Sanctiſſ. p. 2. c. 24. à num. 44. & cap. 26. num. 67. & cap. 30. à nu. 11. Cammarat. d. reſp. 12. num. 2.* diximus *ſup. rubr. 9. q. 3. 4.*

38 Vt ad nos reuertamur, ſi in commiſſione ſint tres dati Iudices delegati inſolidum, ſi per vnum ex eis aliquis fuerit citatus, vt compareat coram ſe, vel ſuo collega qui non citauit, non tenetur comparere, nec valeret proceſſus per eundem collegam ſine noua citatione. *Franc. & aly in c. cum plures de offic. deleg. in 6.* & *not. in cap. audita de reſtit. ſpoliat. & in l. inter ff. de re iudic. Rot. in nouis dec. 2. de offic. deleg.*

39 Datur tamen caſus vbi Iudex ſiue delegatus, ſiue ſubdelegatus poteſt omittere citationem ad ſententiam, vt puta quando illa fuit facta coram delegante. *Caſtr. de Iacob. dec. S. Georg. in l. edita ff. de edendo Spec. de citat. §. fin. verſ. item quæritur num. 8. Roman. ſing. 208. Cardin. in clem. 1. in fine de foro compet. Nicell. in concord. gloſſ. limit. 114. n. 369. gl. 52. Puteus deciſ. 348. n. 4. lib. 1. Socc. de citat. art. 7. nu. 55.* Ideò ſi Epiſcopus citaret ad ſen-
40 tentiam, & poſtea remitteret cauſam Vicario pronunciandam, tunc Vicarius delegatus non tenetur iterum ad ſententiam citare quaſi tunc factum vnius ſit factum alterius, cum ſit idem auditorium. *cap. non putamus de conſuet. lib. 6.* & ibi *gl. Gonzal. reg. 8. gl. 9. §. 1. in annot. num. 134. Grat. in addit. ad dec. Marcb. 108. num. 7.* vbi idem dicit quando eſſemus in iudicibus conſtituentibus idem Tribunal per hebdomadas, qui alternatim certa negotia expediunt, & vnus, ac alius pronunciat, nam tunc non eſt neceſſaria noua citatio. *Baron. de cit. q. 16. n. 200.*

41 Contrarium tamen verius eſt, quo ad primam concluſionem, vt requiratur noua citatio ſaltim vnica per delegatum, etiam quod ordinarius citaſſet partem peremptoriè ad ſententiam, & poſteà illam delegauerit terminandam per alium. *Bal. in l. conſentaneum in 7. not.* verſ. *modo quæritur num. 7. C. quomodo, & quando Iud. Io. Andr. ad Spec. §. fin. de citat.* verb. *morino* vbi limitat, niſi iudex citaſſet ad ſententiam ferendam per ſe, vel eum, cui commicteret, deciſum refert *Grattan. d. dec. 108. Ripol. var. c. 3. de citat. n. 126.*

42 Verum ſi Iudex citauit ad ſententiam, & poſtea fuit remotus, & in eius locum alter ſubrogatus, ſeu delegatus, tunc ipſe delegatus non poteſt citationem omittere, & nulliter pronunciaret non facta noua citatione ad ſententiam *gl. in l. conſentaneum in verb. a quo C. quomodo, & quand. Iud.* & ibi *Bar. num. 12. Bal. num. 7. Felin. in c. quia Camana num. 4. in fin. de Iudic. Gonzal. d. gl. 9. §. 1. in annot. 133. Gabriel. de citat. concluſ. 1. nu. 120. & ſeqq. Poſt. de manut. obſ. 12. num. 159. Baron. de citat. q. 16. num. 265. & q. 15. n. 70. q. 19. n. 146.*

43 Sic citatio, & contumaciæ, mutato Iudice nõ ſufficiunt ad procedendum ad prolationem ſententiæ, ſed noua requiritur citatio coram ſucceſſore. *Menud. dec. 28. Franch. dec. 457. nu. 3. R. Caprc. latr. dec. 69. num. 12. & 13.* extendens ſiuè agatur ordinariè ſiuè ſummariè, aut extraiudicialiter, & ſola facti veritate inſpecta, comprobat *nu. 35. R. Rouit. in pragm. 4. num. 2. de ordin. iudic. Cancer. var. lib. 3. tit. de procurat. num. 54. & ſeqq. Reg. Sanfel. in praxi cap. 59. num. 5.* dicens id procedere, ex equitate Sacri Conſilij. *Petr. rit. 108. nu. 10. D. Scop. ad Grattan. dec. 108.* Vnde ſi Iudex
44 citet reum ad foriudicandum, & agnatos, & cognatos ad dicendum cauſam quare, tunc mortuo Iudice, Succeſſor debet denuo citationem expedire, ita per doctrinam *Franch. d. deciſ. 457.* firmat *Scialoia de foriudic. c. 2. nu. 29. Muſcatell. in praxi p. 7. gl. ſententiam n. 13.*

45 Et procedunt dicta etiam ſi primus iudex citaſſet ad totam cauſam, & ad ſingulos actus nam licet facta tali citatione non requiratur alia, cum ſit contumax *Innoc. in cap. conſuluit de offic. deleg.* & reliquæ citationes, quæ de ſtylo fiunt, potius fiunt ex vrbanitate, quam neceſſitate *Vant. rubr. fin. num. 111. Aſin. in praxi §. 7. gl. 5. ſim. 71.* Tamẽ hæc procedunt coram primo iudice, ſecus corã ſucceſſore *Grattan. in addit. ad deciſ. 108. n. 16.*

46 Quandò verò aliquis Iudex protulit ſuam ſententiam, tunc ſi eius Succeſſor, ſiuè ſubrogatus vult illam ſubſcribere, poteſt abſque alia citatione, in caſu quo ſententia fuiſſet prolata ad fauorem certæ perſonæ, ſecus autem ſi fuiſſet lata pro vt in cedula, quo caſu nulliter ſubſcriberet ſinè partis citatione *Put. deciſ. 348. nu. 4. & 5. lib. 1. Grattan. in addit. ad dec. 108. n. 9.*

47 In Rota Romana vnus Auditor poteſt ſubſcribere ſententiam alterius Auditoris defuncti propter commiſſionem generalem, quę dat formam, vt defuncto vno Auditore alius poſſit ſubſcribere ſententiam latam per defunctum nondum ſubſcriptam, & in tali ſubſcriptione non requiritur citatio partis, ea ratione quia vnus Auditor non profert ſententiam niſi de conſilio aliorum, & in fauorem certæ perſonæ, & ideò cum omnes dicantur proferre, non mirum ſi Auditor ſubſcribens, tanquam vnus miniſter non tenetur aliquem citare, ex quo citatio nihil eſſet profutura *Put. d. dec. 348. num. 1. & ſeqq. lib. 1.*

48 Subſcribit tamen ille Auditor qui à D. Decano ſubrogatus eſt, & non alius, & cum huiuſmodi ſubrogationes dependeant à nutu eiuſdem Decani ſunt validæ etiam parte non citata *Rot. in recent. dec. 398. num. 7. p. 2. Grattan. d. dec. 108. in addit. num. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex procedens iudicialiter debet citare partem, & n. 2. & omnes partes ſi plures ſint, & n. 3. 4.*
5 *Nec teſtes poteſt recipere non citata parte.*
6 *Quando Iudex procedit extraiudicialiter an debeat*

beat citare partes? & *n.7.8.9.10.11.*

12 *An poſſit omittere citationem ſi procedat iudicialiter ex officio?* & *num.13.14.* & *à num.15. ad num.25.*

26 *Quid ſi procedat ad partis inſtantiã?* & *n.27.28.*

29 *An teneatur citare partem, ſi debeat adhibere cauſæ cognitionem?*

39 *Quid ſi proferat ſententiam diffinitiuam?* & *n.31.32.33.34.* & *35.*

36 *Quid ſi interlequutoriam?* & *à n.37. ad n.4.*

43 *In caſibus, quibus Iudex poteſt omittere citationem, intelligitur ſi ipſe velit.*

An Citatio poſſit omitti per Iudicem ordinarium?

QVÆSTIO IV.

1 IN hac re dixtinguimus plures caſus. Primus eſt ſi Iudex procedit iudicialiter, ſecundus ſi procedit extràiudicialiter. Si iudicialiter. Tertius caſus eſt ſi procedit ex officio. Quartus ſi procedit ad inſtantiam partis. & non tenetur adhibere cauſæ cognitionem. Alter ſi tenetur adhibere. Si non tenetur adhibere alter caſus eſt ſi incipit ab executione, ſeu Præcepto, vel Inhibitione. Si tenetur adhibere cauſæ cognitionem. Septimus caſus eſt ſi fert ſententiam diffinitiuã. Octauus ſi fert interloquutoriam.

2 Si Iudex procedit Iudicialiter debet vocare partem *l. de vnoquoque ff. de re iudic.* & ſi plures ſunt omnes vocari debent *Miſing. cent. 6. obſ. 6. n. 1. Berlich. pract. concluſ. tom. 1. concluſ. 10. nu. 34.* &

3 *ſeqq.* Et omnes ſunt citandi ſi plures ſunt litis conſortes, & non ſufficit citare vnum, vel alterũ *l. 1. 2. C. conſort. eiuſdẽ lit. l. planè ff. famil. erciſc. Alex. conſ. 125. lib. 7.* deciſum refert in Camera Imperiali *Miſing. cent. 5. obſ. 50. Ant. Fab. in C. lib. 3. tit. de in ius voc. deſin. 8. n. 3.* Et nihil poteſt fa-

4 cere in præiudicium non vocati: *cap. inter quatuor de maiorit. & obedient.* ibi: *Iuris namque ratio poſtulat, vt in eorum præiudicium, quibus eadem Eccleſiæ ſunt ſubiectæ nihil ordinemus de ipſis, cum nec citati ſint, nec conuicti, nec per contumaciam ſe abſentent:*.

5 Nec teſtes recipere poteſt parte non citata *cap. 2. de teſtibus.* ibi: *Ecce admouendus eſt ſemper aduerſarius, vt ad audiendos teſtes veniat, quod quia hic omiſſum eſt, neceſſe eſt, vt quod contra legem actũ eſt non habeat firmitatem* vbi *Barboſ. refert mille Ricc. dec. 139. p. 4.* vbi id probat, etiam in iudicio, vbi eſt data Iudici facultas procedendi *ſola facti veritate inſpecta* quidquid dicat *dec. 54.* vbi deciſum refert per Curiam Archiepiſcopalem Neap. vt ſcil. teſtes poſſint recipi in iudicio recognitionis manus litterarum cambij abſque partis citatione, nam deciſio illa nulli iuri eſt fundata, de hac re dicemus latius *infra*, vbi ponemus ampliationes, & limitationes.

6 Quando procedit extraiudicialiter, (*& eſt Secundus caſus*) citatio non requiritur *Rot. poſt conſil. Farinac. dec. 50. num. 2. & 3. p. 2. Marta de clauſul. clauſ. 53. Gabriel. concluſ. 1. de citat. num. 312.*

7 Vtpotè quando vult extraiudicialem informationem ſumere, nam tunc poteſt omittere partis citationem. *Felin. in cap. cum olim de re iudic. Put. dec. 432. lib. 2.*

8 Sic quando vult aliquid expedire ſecundum ſuam conſcientiam, nam eo etiam caſu neminem citare debet *Bal. in l. ſi qua* verſ. *ſed pone C. de epiſc. & cleric. & in l. certum* verſ. *item oppono C. vnde legat. Alex. in l. de vnoquoque ff. de re iudic. Maranta in ſpec. p. 6. rubr. recte concip. citat. nu. 21. Menoch. de arbitr. q. 17. lib. 4. Gailup. in praxi S. C. p. 2. c. 2. num. 53. Sforz. Odd. conſ. 20. num. 41. Borrel. in ſumma deciſ. tit. 44. num. 316. Baron. de citat. q. 18. num. 36.*

9 Item quando aliquid facit ad ſui inſtructioné. *Bal. in locis allegatis Maranta vbi ſup. n. 20. Mandoſ. de inhibit. q. 42. n. 4.*

10 Pariter ſuper ſtylo ordinario Iudex poteſt parte non citata ſe informare extraiudicialiter *Bar. in l. 3. in fin. ff. de teſtibus Bal. in l. 1. in fin. C. vt quæ deſunt Aduoc. Iud. Ludouiſ. dec. 484. num. 6. Burg. de Laud. m. p. 3. Inſpect. 35. num. 13. & ſeqq.* & de modo proced. ex abrupto *q. 15. nu. 16. 17. 18. Sicul. Coſta conſ. 2. num. 45. & conſ. 19. num. 19. 20. Giurb. d. conſ. 39. Baron. de citat. q. 18. num. 35.* Se-

11 cus autem in decisorio ex adductis per *addentem ad Ludouiſ. d. dec. 484. num. 8. Bruell. in concord. gl. concord. 52. fall. 96. Socc. de cit. art. 7. n. 66.* verſ. *decimus caſus* diximus *q. 1.*

12 Iudex procedens iudicialiter ex officio (*eſt Tertius caſus*) ad publicam vtilitatem, tunc poteſt omittere citationem, putà ſi inhibeat nè delinquentes receptentur *l. congruit ff. de offic. præſid.* Item ne quid fiat quando imminet peccatum *Abb. in cap. tuam num. 12. de ordin. cognit. Gabriel. de citat. concluſ. 1. num. 82. Lancellot. de attent. 2. p. cap. 20. de attent. poſt inhibit. in præfat. q. 5. n. 227. Fererra dec. 68. num. 11. & de manu reg. p. 1. cap. 7. num. 5. Rolan. conſ. 8. n. 30. lib. 4.* Nè maritus, &

13 vxor cohabitent, donec cauſa finiatur, quando dubitatur de validitate matrimonij, iuxtà terminos *cap. tenor. de re iudic.* & ibi: *DD.* Ne fiat con-

14 tra libertatem Eccleſiaſticam, vtpote ne Iudex laicus mandet executioni aliquam conſtitutionem contra libertatem eccleſiaſticam *Gabriel. d. concluſ. 1. num. 84. Lancellott. vbi ſup. num. 228. Soccin. regul. 107. & 300.* vbi ponit plures caſus.

15 Sed eſt aduertendum quod Iudex etiam procedens ex officio, & nemine petente neque citato, debet adhibere cauſæ cognitionem, quod eſt intelligendũ non de cauſæ cognitione iudiciali, quæ neceſſario requirit partis citationem *c. romana §. ſi verò de appell. in 6. Cauar. pract. qq. c. 24. n. 3. Lancellott. p. 2. cap. 20. in præfat. num. 230.* Sed de extraiudiciali informatione, & inquiſitione, quæ requiritur ad informandum animum, & conſciẽtiam Iudicis procedere debentis ex ſuo officio, in qua non requiritur citatio *Bal. in l. non dubium num. 13. C. de legibus Gratian. dec. March. 231. n. 8.*

16 Exemplum eſt cum Iudex debet dare Curatorem furioſo, & prodigo, & illi inhibere, & interdicere adminiſtrationem ſuorum bonorum, quod publice intereſt *l. 1. ff. de curat. furioſ.* ſed hoc non poteſt facere ſine cauſæ cognitione *l. obſeruare ff.*

17 *eodem tit.* Et tamen inhibitio poteſt fieri furioſo

ſiue

Digitized by Google

ſine partis citatione *Bal. Ang. Imol. & alij in l. ſi is cui bonis ff. de verb. obligat. Alex. in l. de vnoquoque num. 15. verſ. item fallit ff. de re iudic.* diximus *eubr. 11. q. 8. 9.*

18 Eodem modo ſecundum aliquos poteſt inhiberi prodigo. Nam licet *Ang. in d. l. ſi is cui verſ. an autem ff. de verb. obligat.* dicat citationem requiri *Bertran. conſ. 222. Tuſc. lit. P. concluſ. 865. Ant. de Virgil. de legit. perſon. cap. 9. nu. 7. Ant. Fab. in C. lib. 5. tit. 40. defin. 7. in annot. n. 6.* Tamen

19 contra eos dicunt adeſſe opinionem veriorem, ea ratione quia prodigus æquiparatur furioſo *d. l. ſi is cui.* Et cum prodigus nequeat contradicere, & impedire quin ſibi inhibeatur, & interdicatur adminiſtratio non requiritur eius citatio *l. 4. §. illud ff. de fideicommiſſ. libert. l. qui poteſt. ff. de reg. iur. Dec. conſ. 274. num. 5. Vbert. de citation. tom. 1. q. 3. num. 11. verſ. & eodem modo*, qui dicit inquiſitionem, & informationem debere fieri diligentiſſimè ad euitandas colluſiones, & fictiones, quæ fieri poſſent in alterius damnum ſuper furore, de mentia, & prodigalitate ex *Bero q. 24. n. 2. Mandoſ. de inhibit. q. 18. n. 8. ſeqq.*

20 Mihi vero ſemper placuit prima opinio, vt requiratur citatio prodigo facienda, cum regula ſit, quod in ijs, in quibus cauſæ cognitio requiritur, ſemper citandi ſint omnes quorum intereſt *l. de vnoquoque ff. de re iudic. l. etiam ff. de minor.* & cauſa cognitio adhiberi non poſſit, niſi parte citata *l. in cauſæ §. cauſa cognita ff. de minor.* vt probant *DD. ſupracitati.* Nec eſt verũ in omnibus, prodigum furioſo æquiparari, vt latè probat *Grammat. dec. 103. nu. 5.* & contra *Dec. eſt addit. d. conſ. 274. lit. B. ex Bertran. d. conſ. 222.* Eſt benè verum dictã citationem non requiri ſimpliciter in prolatione ſententiæ, ſed ſufficere adeſſe in actu diſcuſſionis ſuper veritate, in notorio prodigo, ſed in non notorio requiri etiam in prolatione Sententiæ poſt *Roman. conſ. 482.* dicit *Rip. in d. l. ſi is cui nu. 28.* Hanc opinionem nouiſſimè tuentur *Conſ. Hodiern. contr. 41 num. 23. & ſeqq. D. Prat. diſcept. 2. num. 12. lib. 1. & obſ. 87. Conſ. Rocc. reſp. 78. n. 8. & ſeqq. lib. 2.* prout diximus *in obſ. ad conſ. 76. nu. 7. R. Reuiti lib. 3. Baron. de citat. q. 19. num. 8. & ſeqq.*

21 Hinc Iudex poteſt facere banna generalia ſine partis citatione, cum cauſa tamen, aliàs ſine cauſa non valerent *Paris de ſyndic. fol. 77. Nicell. concord. 52. fall. 58.*

22 Item ſi vult aliqua facere ad ſui inſtructionem quia tunc non requiritur citatio. *Bal. in l. non dubium col. 6. C. de legib. verſ. iuxta hoc quæro Nicell. d. concord. 52. fall. 43. Gabriel. d. concluſ. 1. num. 344. Salgad. de reg. protect. p. 1. c. 2. num. 139. Giurb. conſ. 39. num. 49. 50. Coſta Sicul. conſ. 2. nu. 62. 63. R. Tap. Senat. Ital. 23. nu. 27. Burg. de Laudem. p. 3. inſpect. 35. num. 14. Borrell. d. tit. 44. num. 383.* Putà

23 quando ex officio vult examinare teſtes vel ſuper abſentia, vel ſuper morte, nam tunc poteſt omittere citationem *Felin. in c. in nomine domini de teſtibus Nicell. d. concord. 52. fall. 52. Baron. de citat. q. 16. n. 89. & ſeqq.* & dicemus *infrà.*

24 Quando Iudex Eccleſiaſticus implorat brachium ſeculare non tenetur citare partem. *c. 1. de offic. ordin. Nicell. d. concord. 52. fall. 50.* de qua concluſione *nos* diximus *eubr. 3. q. 20. & ſeqq.*

25 Si vero Iudex ex officio procedit iudicialiter ad priuatam vtilitatem, non poteſt omittere citationem, neque cauſæ cognitionem *Vbert. de citatio. tom. 1. c. 3. n. 8.*

26 Quartus caſus eſt quando Iudex procedit ad partis inſtantiam, tunc ſi non requiritur cauſę cognitio, poteſt omittere citationem *l. 3. §. ſi cauſa cognita ff. de bonor. poſſeſſ. Bal. in l. nec quicquam §. vbi decretum col. 1. ff. de offic. proconſul.* poſt alios *Gabriel. d. concluſ. 1. n. 363.* dicens valere regulam negatiuè, ſcil. non eſt neceſſaria cauſæ cognitio, ergo nec citatio *Baron. de citat. q. 16. num. 318.* & melius *q. 18. n. 5. Gallup. in praxi S. C. p. 2. c. 2. nu. 29. Giurba conſ. 39. num. 67.* vbi diſtinguit triplicem cauſæ cognitionem. Ideo quandò vult reuo-

27 care id, quod de facto factum fuit, poteſt cauſę cognitionem, & citationem omittere *gl. in l. 1. in verb. infirmabuntur ff. de fer. & in l. minor. in verb. Seius ff. de euiction. R. Marin. lib. 1. cap. 45. nu. vl. Ricc. collect. 3973. Contard. in l. vnic. lim. 16. nu. 15. C. de moment. poſſeſſ. Farinac. conſ. 17. num. 27. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 155. num. 25. tom. 1. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 1. tit. 44. num. 404. & 405. R. Tap. dec. Senat. Ital. 23. num. 27. in fine, & 28. Aſin. in praxi §. 7. c. 5. lim. 134. & 135. Gratian. diſcept. 914. num. 8. 9. Coſta Sicul. conſ. 2. num. 52. & 54.* poſt alios *Baron. de citat. q. 19. num. 60. & ſeqq.*

28 Pariter, & eſt quintus Caſus quando de Iure poteſt incipere ab executione, præcepto, vel inhibitione nõ poteſt omittere citationẽ, & etiam quando pręcipit cum clauſula, ſi quis ſenſerit, prout late probat *Vbert. de citation. cap. 2. n. 7. & ſeqq. Gabriel. concluſ. 1. num. 377. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 44. n. 329. Port. lim. 31. Baron. d. q. 18. n. 7.*

29 Sextus caſus eſt cum tenetur adhibere cauſæ cognitionem, tunc argumentum non procedit affirmatiuè, hoc eſt requiritur cauſę cognitio, ergo requiritur citatio; quia procedit in his, quæ pariant magnum præiudicium, ſecus in his, quę modicum, vel nullum, & maximè ſi extraiudicialiter procedatur *Bal. & alij in l. ſed ſi hac, §. prætor ait ff. de in ius voc. Alex. in apoſtill. ad Bar. in l. 3. §. ſi cauſa cognita ff. de bonor. poſſeſſ. Gabriel. d. concl. 1. num. 363. Baron. de citat. q. 18. nu. 6.*

30 Septimus caſus eſt quando Iudex fert ſententiam diffinitiuam, & tunc non poteſt citationem omittere; cum reſpiciat defenſionem naturalem, quæ nemini eſt deneganda per quemuis Iudicem, quantumuis haberet abſolutam poteſtatem. *Alex. conſ. 65. col. 2. lib. 1. Affl. dec. 391. Vanc. hic nu. 2. & ſeqq. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 2. tit. 28.* diximus *ſup. q. 1. & 2.* & dicemus *infrà.* Siuè Iudex ferat

31 ſententiam diffinitiuam in petitorio, ſiuè in poſſeſſorio, nam citationem omittere non poteſt *Caputaq. dec. 119. p. 3. per tex. in c. licet epiſcopus de præb. in 6.*

32 Ideo ſicut Iudex non poteſt aliquem non citare, ità non præſumitur aliquem velle priuare ſua poſſeſſione *Bal. in l. 2. num. 14. C. vbi in rem act. Soc. conſ. 18. num. 10. lib. 1. Caſ. de graſſ. dec. 3. n. 2. de verb. ſignific.*

33 Et quamuis Iudex alium immittens priuet poſſeſſorem ſua poſſeſſione *Ang. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas n. 2. in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.*

34 ta-

34 tamẽ hoc intelligitur ſi Iudex ritè,& rectè cita-
to poſſeſſore proceſſerit. *Rot.diuerſ.dec.*802. *nu.*
7.p.1.& dec.62.num.3.p.2.Andr.dec.1.num.5. &
35 *6.*Aliàs quando Iudex procedit abſque cogni-
tione cauſæ, & ſine citatione in præiudicialibus
habetur pro priuato, in tantum, vt ei poſſit reſi-
ſti.*Zabarell.in clem.2.de celebr.miſſar.Cappell.Tho-*
*loſ.dec.*491. & ibi *add.n.*4.
36 Octauus caſus eſt quando Iudex fert ſenten-
tiam interloquutoriam, nam tunc non poteſt
omittere citationem ſi eſt grauis præiudicij, &
requirit cauſæ cognitionem, *Alex.in l.ſi opus n.*
3.ff.de oper.non.nunciat.Ruin.conſ.69.num.6. lib.
5.Seraphin.dec.565.num.10.& 11. Rot.in recent.
*dec.274.n.3.p.1.*ſecus ſi eſt modici, & cognitio-
nem cauſæ non requirat, quia tunc ſufficit inti-
matio decreti.*Bar.in l.1.§.ubi decretum ff.de offic.*
proconſul.num.1. Rot.Rom. apud Marcheſ.de com-
miſſ.lib.1.fol.631.Surd.conſ.86.num.31.in fin.Lu-
*douiſ.dec.*457.*num.*3. & ibi *addit.num.*10. *Baron.*
de citat.q.18.n.5.& ſeqq.
37 Et quando præceſſit citatio, non eſt neceſſaria
intimatio *Rot.in recent.dec.*445. *nu.2. p.2.* Niſi
38 Iudex putet partem poſſe ſe defendere aduerſus
dictum decretum,nam nunc debet decernere cum
intimatione, ad hoc vt pars poſſit comparere, &
contradicere, & ipſe Iudex ſi quid releuans fue-
rit deductum,poſſit partẽ reponere, vel mandare
ſuperſederi.*Rot.dec.725.num.9.p.2.in recent.*
39 Et ſic defectus intimationis non annullatet de-
cretum, quando conſtatet partem habuiſſe noti-
tiam illius *Seraphin.dec.*1010. *num.7.* Putà ſi ſit
40 factum parte præſente, quæ præſentia ſicut ſup-
plet defectum citationis *Gratian. diſcept.738.n.*
20.Farinac.q.72.num.75.Duran.dec.Rotæ 6.nu.7.
Tuſc.lit.C.concluſ.272.à num.82. Aſin. de execut.
§.4.c.109.num.3. Ripol. var. tit.de citat.ſub num.
308. & ſeqq. poſt alios *Baron.de citat.q.18.n.13.*
& ſeqq.Caualer.dec.117.num.1. Barboſ. in cap.ſu-
ſceptis num.14.de cauſ.poſſeſſ.Meſing.cent.6. obſ.6.
num.8.Sforz.Odd.de reſtitut. in integr. q.34. n.45.
ità ſupplet defectum intimationis *Coccin. dec.*
379.n.3.
41 Niſi decretum contineret aliquid adimplen-
dum poſt quatuor dies v.g. nam nunc defectus
intimationis non ſuppletur per ſcientiam partis,
quia Iudex dedit dilationem,quæ non potuit in-
cipere niſi poſt factam intimationem, & ſi actus
fieret non conſtito de intimatione eſſet nullus,
vti factus dilatione pendente *l.fin. pars C. de di-*
lation.Put.dec.174.lib.1.Ludouiſ.dec.31.n.8.
42 Vel niſi ſcientia deſeruiret ad conſtituendum
aliquem,putà victum in mora, nam tunc non ſuf-
ficit quælibet ſcientia,niſi ea, quę ſpecificè habe-
tur per actum intimationis *Ang. de Perus in l. à*
ſententia §. ſi quis in princ. ff.de appell. Capic.dec.
139.num.4.Cacher.dec.142. num.35.36. Gratian.
vbi *addit.dec.111.Barz.dec.153. Ruginell. de ap-*
pellat.§.4.cap.1.num.33.cum. ſeqq. Veſtl. ad Aff.
dec.344.num.1. in fine Intrigl.ſing.34. poſt hos,
& alios *R.Rouit.dec.16.num.2.* addimus *Reg.Ca-*
pic.latr.dec.165.nu.7.& 9.ampliaos tam in diffi-
nitiois,quam interloquutorijs.
43 His viſis eſt ſciendum,quod in caſibus,in qui-
bus Iudex poteſt omittere citationem, intelligi-
tur quatenus ipſe velit *Creſcent.dec.11.num.3.de*
*dolo, & contumac.*nam non quidquid Iudicis po-
teſtati permittitur id ſubijcitur iuris neceſſitati
l.non quidquid ff.de iudic.Rot.in nouiſ.dec.3.in fin.
*de ſequeſtr.poſſ.& fruct.*dicemus *infra.* in quibus
caſibus requiratur,vel non requiratur citatio.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas arbitri, & arbitratoris pendet à forma*
compromiſſi.
2 *Laudum latum contrà formam compromiſſi eſt nul-*
lum.
3 *Compromiſſum, aut eſt neceſſarium, aut volunta-*
rium.& n.4.5.
6 *Compromiſſum poteſt fieri,vt in arbitrum, & vt in*
arbitratorem,& n.7.
8 *An arbiter, vel arbitrator poſſit citationem omitte-*
re? & à n.9.ad n.36.

Citatio an poſſit omitti per Arbitrum, & Arbitratorem?

QVÆSTIO V.

1 Arbitri, & Arbitratoris poteſtas tota
pendet à forma compromiſſi, quam
omninò ſeruare tenetur *l.pedius in fin.*
ff.de receptis arbitr. vbi *gl.*notat pro
Iudicibus delegatis, vt non debeant recedere à
verbis reſcripti. *l.non diſtinguemus §. de officio ff.*
eodem Bar.in l.cum Aquiliana vbi etiam *Iaſ.nu.3.*
ff.de tranſact. Gratian.dec.64. num.6. D. Staiban.
reſol.57.num.7. D.Mareſca de reconuention. enar-
rat.2.n.155. Auſald.de Iuriſd.p.2. tit.11.cap.21.
num.104.
2 Ideò laudum eſt nullum, quando fertur, vel
contrà formam iuris, vel contrà formam com-
promiſſi *gl.in cap.examinata, in verb.iuris de con-*
firm.vtil.vel inutil.Bar.in d.l.cum aquiliana num.4.
Alex.conſ.135.num.9. vol.6. & conſ.48. num.10.
vol.7. Corn.conſ.144.168. vol.1. Gratian. diſcept.
162.n.10.D.Scoppa ad Gratian.dec.6.
3 Compromiſſum aut eſt neceſſarium,aut volun-
tarium. Neceſſarium dicitur quando partes ſu-
per rè controuerſa neceſſariò compromittunt,
vel ex mandato Iudicis, vel ex diſpoſitione ſta-
tuti. *Caſtr.& Alex in l.quidam exiſtimauerunt,* &
ibi *Iaſ.num.4.ff.ſi certum petat.* Talis compro-
4 miſſarius dicitur iuris, & habet iuriſdictionem
veri Iudicis *Capuaq.dec.166.num.3.p.1. R.Mu-*
rin.lib.1.c.45.n.2.
5 Voluntarium eſt quando partes compromit-
tunt ſponte ſuper re controuerſa nullo iure co-
gente. *Alciat.in l.ſi quis maior nu.26. C. de tran-*
ſact.Rip.in cap.cum M.ferrarienſis nu.18. de con-
ſtit.Caſ.de Graſſis dec.11.de probat.n.12.& 13.
6 Illud poteſt fieri,vel vt in arbitrum, vel vt in
arbitratorem,at in dubio cenſetur potius arbiter,
quam arbitrator ex allegatis per *Caſ.de graſſis d.*
dec.11.n.8.de probat.
7 Si compromiſſum eſt factum ſuper re non liti-
gioſa, tunc cenſetur arbitrator, qui non Iudicis

ſed

ſed potius negotiorum geſtoris, procuratoris, vel nuntij functurus eſt officio, qui in explicandis negotijs ſibi libere commiſsos nõ egent ſententia conſtituentium *Bal.in l.fin.num.19.ver.2. caſu C.de contrah.empt.& conſ.64.lib.3.Rot.in recentiſſ.dec.52.n.7.p.1.*

8 Quibus procognitis, arbiter ſiue neceſſarius, ſiue voluntarius non poteſt citationem omittere quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorũ *l.1.ff.de receptis arbitris arg. tex.in l. diem proferre,§.ſi quis litigatorum ff.de arbitr. Ianoc.in cap.ex parte de arbitr.* poſt alios *Lanfranc.de arbitr.q.10. Borrell.de compromiſſ.§.3.gl.4.nu.62. Roman.conſ. 72.num.4.R.Maria.lib.1.cap.45.num.3. Caualer. dec.527.num.2. Anna alleg.99. num.1. Coſta de Scient.& ignor.diſt.66.cent.1.Baron.de citat.q.16. num.235.& ſeqq.Rot.apud Burat.dec.458. num.6. & dec.307.num.6.p.9. Vrſell.concluſ.legal.133.n. 116.Aſtolin.reſol.66.num.35.Ricc.dec.64.*

9 Niſi tamen in compromiſſo citationi ſit expreſsè renunciatum *d.l.diem proferre §.ſi quis litigatorum ff.de receptis arbitr. Rot.Rom. apud Marcheſ.p.1.fol.1126.num.6.de commiſſ.Vbert.de citat. cap.8.num.282.Vdalrich.Zaſ.in l.ſi quis arbitratu num.33.fall.1.ff.de verb. obligat. Borrell. de compromiſſ.§.3.gl.4.nu.64. Hippol.de Marſil.ſing.273. in fin.Laganar.ad R.Rouit. in prag.1. de arbitr.* ſequitur *D.Scoppa ad Grattan.dec.62.num.46.* Quãuis non deſint plures dicentes non poſſe renunciari, quos refert, & ſequitur *Becc.conſ.99. num. 19.lib.1.*

10 Vel etiam ſit dictum in compromiſſo, vt poſſit procedi partibus abſentibus. poſt plures *Hippol.de Marſil. ſing.173. Raphael Comman. conſ.* 7. cui ſe ſubſcripſerunt *Fulgoſius Chriſtof. de Caſtilliono Tadeus de Vico Mercato, Th.de Cambiatoribus, Petrus Matheſilanus Ziliotus de Calutellis Iacob.de Salyceto Bartol.de Boſco, Marcus de cancnulo, Florianus de S.Petro, & Antonius de Albergottis* qui fuerunt flores Italiæ, vt dicit *Borrell. ubi ſup.num.63.* Quod non eſt verum, nam in contrarium eſt ipſa veritas, & ratione, quia aliud eſt poſſe procedi partibus abſentibus, aliud partibus non citatis, & differunt abeſſe, & ignorare, & abeſſe, & eſſe informatus *Anna d.alleg.99.Coſta vbi ſup.Boer.dec.283.n.37. R.Rouit. vbi Lag.in d. prag.1.n.2.de arbitr.& Marſil.d.ſing.173.* dicit cõtrarium, vnde errauit hac vice *Borrell. Introgl. ſing.196.lib.1.Baron.de citat.q.15. num.53. & q. 16.verſ. ſuprà poſitam concluſionem.*

11 Sed per renunciationem in compromiſſo poteſt remitti citatio, quatenus eſt defenſio iuris ciuilis, non autem quatenus eſt iuris naturalis, quæ tolli non poteſt. *Clem. paſtoralis de re iudic. Mantica dec.299.num.1. & ſeqq.* nec partes poſſunt primæ citationi renunciare, vt diximus *q.1.* addimus *Card.Tuſc.lit.C.concluſ.168.num.17. & lit.R.concl.171.R.Cap.Latr.dec.188.nu.40.* Ideò
12 non obſtante renunciatione requiritur qualis, qualis notificatio. *Felin.in cap.dilecti col.2. de re iudic. & in cap.cum olim de re iudic. Ruin.conſ.62. num.20.lib.5.Gabriel. d.concluſ.1. num.49. Vbert. de citat.c.8.num.284. Baron.de citat.d.q.16.num. 211.in fin. Aſtolin.reſol.66.num.40.* Et partes audiri
13 dici debent in diſcuſſione negotij, licèt non vocentur in actu declarationis *DD.ſup.citati.*

14 Nam nec cognitio etiam extraiudicialis ſine partium præſentia haberi poteſt, cum negotiorũ merita partium aſſertione pandantur *l.vl.C.ſi per vim, vel alio modo Creſcent.dec.2.num.3. de arbitr.* quem ſequuta fuit *Rot.in recentiſſ.dec.52.num.7. p.1.Curt.ſen.conſ.23. num.5.* vbi dicit non valere laudum Arbitratoris quando ſe informauit parte non citata, allegando *Caſtr.conſ.48.* latè *Mantica dec.299.num.1.Grati.in.diſcept.529.num.30. Rot. dec.52.num.7.p.1.in recentiſſ. Aſtolin.reſ.66. num.34.*

15 Quando in compromiſſo data eſt facultas procedendi *de Iure* tantum, licet partes dixiſſent compromittere tanquam in arbitrum, & arbitratorem, tamen illa verba *de Iure* important, vt cẽſeatur arbiter *Rom. in rubr.ff.de arbitris Caſ.de Graſſ.dec.11.num.4. & 5. de probat. Seraphin.dec. 697.nu.2.*

16 Sic etiam cenſẽtur Arbitri quando fuit appoſita pœna, & quando fuerunt electi iuris periti non obſtante quod partes dixiſſent compromittere, quia intendunt amicabiliter rem decidere, & litibus parcere *Caſ.de Graſſis d. dec.11. num.7. & ſeqq.*

17 Et quando eliguntur arbitri cum clauſula ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, cenſetur remiſſus ſolus rigor iuris ciuilis, & attenditur ſola ſolemnitas iuris gentium *Seraphin.deciſ.698.n.2.*

18 Laudum eſt nullum ob defectum citationis, quamuis compromiſſum ſit de Iure, & de facto. *Mantic.d.dec.299.nu.1. & 2.Vrſell.concluſ.legal. 133.num.116.* vbi idem dicit ſi ſit factum in folio albo cum ſubſcriptione partium.

19 Verum eſt ſingulariter obſeruandum, quod licet poſſit laudum validè proferri ſine citatione partis *ex DD.ſup. citatis.* Tamen ſi arbiter voluerit illam adhibere, & poſtea illius terminum non ſeruauerit prout tenebatur de Iure, actus prolationis laudi inde ſecutus remanet vitio nullitatis infectus, vt latè per *Felin.in cap. cum ordinem num.2.de reſcript.& in cap.qualiter, & quando in princ. de accuſ.col.3.Decian.reſp.30. num.24. vol. 1.Rota deciſ.345.num.4. p.9.* Ratio eſt manifeſta quia cum in voluntate arbitri eſſet poſitum citare, vel non citare partem ad ſententiam *Ludouiſ. dec.204.nu.14.* quod etiam indicant verba illa ſolita poni in compromiſſis, *quod poſſit procedere nullis præcedentibus citationibus, &c.* ponderando illud verbum *poſſit* quod affirmatiuè prolatum importat facultatem, & liberam voluntatem, & non neceſſitatem *l.ſæpè* cum ibi *not.ff.de offic.Præſid.& l.1.C.quomodo, & quando Iud.Barboſ.dictio-ne 268.num.1.* Et ſic cum idem Arbiter citando declarauerit ſe nolle vti facultate ſibi in hac parte in compromiſſo tributa, ſed Iuris communis in hac re diſpoſitioni, iuxtà quam, *vt ſup.* diximus citatio eſt omninò neceſſaria, ſi hoc fecerit minus legitimè, & ſollemniter, quam ipſo Iure cauetur, actus ſubſtineri non poteſt, non quidem ex facultate ſibi tributa in compromiſſo, quia illa vti noluit, & minus ex diſpoſitione iuris, ex quo illius formam ipſemet non ſeruauit, & ſic intrat regula, de qua *in c.ſuper de offic.delegati,* ſcilicet

52 a notorijs ordo Iuris non ſeruatur cap. peruenit ex-
trà de teſtibus cap. ad noſtram il 2. de iur. iur. Nec
53 eſt neceſſarius libellus, nec litis conteſtatio Fa-
rinac. vbi ſup. num. 60 cum ſeqq. vbi DD. allegat.
54 Sed quod etiam in notorijs requiratur citatio,
facit primo generalis regula deſumpta ex tex. in
l. de vnoquoque ff. de re iudic. l. nam ità Diuus ff. de
adoption. poſt alios dixit Minſinger. obſ. 91. cent. 2.
55 2. Nam citatio eſt ſollemnitas iuris naturalis,
vt dicit Afſl. dec. 245. num. 10. & dec. 307. in fine
& retulimus alios in princ. q. 1. Et eſt principiũ,
56 & fundamentum ordinis iudiciarij, cap. gratum
& c. relatum de offic. deleg. clem. 2. vt lite pend. Ro-
lan. conſ. 53. num. 16. vol. 4. Olrad. conſ. 43. num. 1.
Soccin. iun. conſ. 108. num. 48. lib. 2. Coſta Sicul. conſ.
2. num. 55. Pax in praxi tom. 1. temp. 3. ità vt non
poſſit quis validè condemnari ſi non fuerit cita-
tus idem Afſl. dec. 182. num. 3. Rodrig. de modo vid.
proceſſ. cap. 4. de citat. num. 2. & ſeqq. Pax in praxi
1. p. 3. tempore num. 1. R. Tap. dec. Senat. Ital. 5. num.
1. & 23. num. 17. Mantica dec. 204. num. 5. Giurba
conſ. 18. ſub num. 10. Baron. de citat. q. 15. num. 22.
57 & ſeqq. Ideo nullo modo omitti poteſt Caballin.
Milleloqu. 834. R. Tap. d. dec. 23. n. 16.
58 Et quod etiam in notorijs requiratur citatio
dixerunt gl. in cap. cum dilectis filijs in verb. indi-
canda de purgat. canonic. gl. in cap. ad noſtram il 3.
verb. obſeruandus vbi Io: Andr. Ant. de Butr. & Abb.
de Iure iur. Alex. in l. emptori ff. de actio. empti Bal.
in l. præsbyteri C. de Epiſc. & cler. Innoc. in cap. ex
ratione de appellat. Archidiacon. in cap. quæ Lotha-
rius 2. q. 1. Loffred. conſ. 48. num. 20. Spec. in tit. de
notorijs crim. §. 1. verſ. ſcias vbi Io: Andr. in apo-
ſtill. §. iam de notorio verſ. quædam ſunt, & alij
apud Gabriel. d. concluſ. 1. num. 2. ampl. 1. Rot. genu-
enſ. dec. 104. an. 19. Nicol. Vgell. dec. 6. cent. 6. Bor-
rell. in ſumma deciſ. d. tit. de citat. num. 113. Guaz-
zin. ad defenſ. reorum defenſ. 10. num. 3. Franc. Ant.
Coſta conſ. 1. Cumia in Rit. Regni Sicil. cap. 74. nu.
7. Capra in tract. de notor. membr. 4. num. 20. & 27.
Hippol. de Marſil. in rubr. ad l. Cornel. de Sicar. Rol.
à Valle conſ. 53. num. 34. vol. 3. Boſſ. vbi teſtatur de
communi, æquiori, & probabiliori opinione
tit. quomodo proced. itur in crimine notor. nu. 6. verſ.
& licet Bal. in margarit. in verb. notorium verſ. 3.
R. Tap. dec. S. C. 16. num. 16. Ricc. dec. 64. num. 2.
tom. 1. & dec. 87. num. 1. Barboſ. in c. cum dilectis n.
5. de purg. vulg. Caſtar. dec. 61. num. 16. alij apud
R. Capic. Latr. d. deciſ. 167. n. 10. Gomez var. lib. 3.
de delictis cap. 1. n. 43.
59 In hac ſic controuerſa materia ad illam con-
ciliandam diuerſę fuerunt factæ à DD. dixtin
ctiones. Nam alij dixerunt primam opinionem
locum ſibi vindicare, quando nullam poteſt reus
habere defenſionem ſecundum communem opi-
nionem, de qua per Collegium Florentinum inter
conſilia Curtij Senioris conſ. 21. num. 15. Hier. de
Tort. inter conſilia Bruni conſ. vlt. num. 30. Capra
d. 4. membr. tit. de notor. num. 29. Ægid. Boſſ. d. tit.
quomod. proced. in crim. notor. verſ. & licet Cap. cum
ſit Romana, & cap. conſuluit de appell. Abb. in cap.
ex inſinuatione in fin. tit. de appell. DD. in cap. 1. de
cauſ. poſſ. & propriet. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 17.
num. 15. Caroc. excep. 9. num. 4. & except. 17. Borrell.
tit. 44. num. 113. & ſeqq. Nouar. in rubr. de citat. n.
20. ſuper pragm. Baron. de citat. q. 16. num. 186. cx
Cald. in l. ſi curatorem verb. cam non abſimilis.
60 Secundam verò procedere quando probabile
eſt, poſſe reum aliquam habere defenſionem,
Boſſ. vbi ſup. Clar. in §. fin. q. 9. verſ. quæro numquid
in notorijs Aretin. conſ. 163. num. 7. vbi dicit hanc
opinionem eſſe veriorem, & ſequendam. Gomez
tit. de delict. cap. 1. num. 43. vbi late hanc opinio-
nem defendit. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 255. n.
14. cent. 3. Farinac. d. q. 21. num. 72. vbi teſtatur
communiter eſſe receptum, quod ſit neceſſaria
citatio, quando aliqua poteſt reo competere de-
fenſio, vel ſumus in dubio, an poſſit competere
Odd. conſ. 72. num. 8. Iul. Cartar. dec. 61. nu. 16. Ann.
vbi ſup. limitat. 63. num. 3. & limit. 42. Ricc. collect.
2145. Peregr. de Iure fiſci lib. 1. tit. 3. num. 61. Cal-
uol. in praxi §. citatio concluſ. 6. Borrell. loco cit. nu.
113. cum ſeqq. Barbat. in cap. bonę de elect. num. 5.
alijque apud Baron. d. tract. de citation. q. 18. ſub n.
46. Grammat. d. deciſ. 65. n. 9.
61 Sic attenta hac dixtinctione difficile eſt deli-
ctum eſſe tam notorium, vt nulla poſſit habere
defenſionem, ſiue circumſtantias occultas excu-
ſantes eum. Hoſtienſ. in cap. cum ſit romana de ap-
pellat. nam multæ poſſunt fieri excuſationes con-
trà notorium cap. quanto de translat. Epiſcop. Ant.
de Butr. d. tract. de notor. art. 4. num. 13. vbi quod
tales ſententiæ nimium feſtinatæ, & acceleratæ
ſunt odioſæ l. ſi finita §. ſi fortè ff. de damno infe-
cto cap. cum Bertuldus de re iudic. & in delegato
procedente ſuper notorio neceſſariam dicit eſſe
citationem per tex. in cap. 1. de offic. deleg. in 6. &
ait quod ſemper omni caſu erit citatio facienda,
vel ſaltim monitio ex Butr. in cap. veſtra de coha-
bit. Cleric. & mulier. poſt eum Boſſ. d. tit. quomodo
procedat. in crim. notor. num. 5. Abb. in cap. veſtra
vbi dicit quod regulariter notorium eſt excuſa-
bile, & Boſſ. n. 6. dicit, quod benè dicit, & ideo
concludit quod tunc non eſt neceſſarium proce-
di ad dandum defenſiones, quando reus confite-
tur, nullam habere excuſationem, & nulla tergi-
uerſatione poteſt crimen cælari, aut excuſari, &
quod hanc practicam ſeruat totus mundus.
62 Et conſideratur quod licet crimen ſit notorium,
tamen poteſt eſſe, quod qualitates non ſint noto-
riæ, vt poſt alios dixit Baron. d. q. 18. nu. 49. R. Ca-
pic. Latr. dec. 167.
63 Alij aliter dixtingunt, quod quando agitur
contrà abſentem, citatio omitti non poteſt Clar.
d. q. 9. verſ. quæro numquid, & eſſe communem
theoricam dicit Rol. à Valle conſ. 68. num. 14. lib.
2. Farinac. q. 21. num. 67. Ità vt nec Princeps cõ-
64 trà abſentem poſſit procedere, vt diximus, & ſunt
Corſet. in repert. Abb. in verb. Princeps vel Papa
Soſc. inter conſil. Cart. ſen. conſ. 20. num. 4. Capra in
tract. de notor. 4. membr. num. 20. alijque per Fari-
nac. d. q. 21. n. 68. limit. 1.
65 Alij dixerunt, quod quando delictum eſt no-
torium, poteſt procedi ad ſententiam abſque ci-
tatione, intelligendo de illa trina monitione,
quæ requiritur, non autem quod non ſit neceſſa-
ria vnica citatio ad minus, quod probari vide-
tur ex gl. in can. omnes decimæ 16. q. 7. Felin. in c.
2. de ſponſal. col. 2. qui loquuntur in ſententia ex-
communicationis Couar. in cap. alma mater §. 9. n.

5. Io:

Digitized by Google

5.10;*Franc. Coſta conſ.1. num.114. & ſeqq.* vbi alios citat.

66 Alij,quod poſſit omitti citatio ſi per moram ſcandalum oriretur, & fieret præiudicium reip. *Gomez. d.cap.1.num.43. Farinac.d.q.21.num.67. & ſeqq.*

67 Alij tandem dixerunt quod in ſententia declaratoria non requiritur citatio, ſed tantum quando reus condemnatur eſt neceſſaria. *Gabriel.d.concluſ.5.de citat.nu.8.* vbi allegat *Mill.in praxi crim.in §. quartus teſtis verſ.ſin autem fol.16.* ſequitur *Vbert.de citation.cap.8.num.218.* Ex quibus videtur de Iure communi ſecundum probabiliorem,& tutiorem opinionem, requiri aliquã citationem,ſiue monitionem,maxime quando nõ ſolum eſt condemnandus, ſed etiam aliquibus bonis priuandus *R.Capic.Latro d.dec.167.n.29.*

68 De *Iure* noſtro Neapolitano per *Cap. regni incip. Nuper apud Tranum* habemus in delicto notorio, & manifeſto citationem non eſſe neceſſariam, & *Luc.de Penna* ibi verb. *notorium* dicit, notorium proditorem dici illum, cuius exceſſus euidens,& notorius eſt, & ſine exceptione, vel excuſatione aliqua damnari poteſt,vt in *can.in nomine 23.diſt.& can. lator 2.q.7.* Si vero eſſet proditor occultus condemnari non poteſt, niſi citatus,confeſſus,aut conuictus,& ad ſuas defenſiones admiſſus *can.nos in quenquam 2.q.1.*

69 Bene verum contrà iſtum notorium, & manifeſtum rebellem non poteſt procedi, niſi fuerit vti talis per ſententiam declaratus,vt dicit *Iſern. in cap.1.de feud. ſine culpa non amit.* poſt alios *Grammat.dec.15.num.7.& ſeqq.Nig.in d.cap.apud Tranum ſub num.40.* & ſic requiritur ſententia declaratoria,declarando illud crimen fuiſſe cõmiſſum,aliàs pœna non poterit habere executionem *Grammat.d.dec.15.n.8.Nig.ſub d.nu.40. verſ. aduertendum.*

70 Eſt pariter ante omnia aduertendum ſi delictũ ſit notorium,nam notorium dupliciter conſideratur,aliud eſt iuris,& eſt illud,quod Iure,vel in iudicio oritur, vt habetur ex *Corrad. in praxi tit. de notor. crim.nu.6.* puta ſi quis ſit per ſententiam condemnatus, à qua non ſit appellatum, aut reclamatum, vel quando confeſſus eſt delictum, & in confeſſione perſeuerauit *Scacc. de iudit. c.76. tit.de notoriet. delict.num.2.* quæ tamen non propriè,ſed impropriè eſſe notoria dicit *Aff. in conſtit.regni. incip. Humanitati n.32.lib.2.*

71 Aliud notorium dicitur facti,quod tribus modis intelligitur, tranſeuntis, ſiue momentanei, permanentis, & reiterati, vt dicit *Scacc. loco cit. num.9.* Et hoc caſu,ad hoc vt poſſit procedi contra abſentem, vel negantem debet præcedere pronunciatio,delictum eſſe notorium, vt notat *Abb.in cap.ad noſtram de iure iur. Gramm. dec.65. num.12.Card.in Clem.paſtoralis in princ. Foller.in praxi crim.verb. item eſt notorius delinquens num. 13. & 14.*

72 Imo in notorio facti tranſeuntis debet Iudex in eius declaratione procedere iuris ordine ſeruato, & citata parte *Franc. de Aret.conſ.163.ſub num.5.Ferret.conſ.31.n.5.lib.1.Clar.in §.fin.q.9. nu.7.Maſcard.de probat.concluſ.1115.n.10.*

73 In notorio facti permanentis, quamuis nonnulli dicant, in ipſa notorij declaratione eſſe procedendum iuris ordine non ſeruato, tamen tenet delictum debere eſſe tam notorium, quod aliqua tergiuerſatione celari non poſſit, pro vt illud, quod ſit coram Populo, vel maiori parte ipſius,vt de communi teſtatur *Collegium Florent. inter conſil.Curt.ſenior.conſ.21.num.13.Clar.d.§. fin.q.9.in princ.*

74 Et licet plures *DD.* dicant,in hoc delicto non eſſe neceſſe,vt proferatur ſententia declaratoria, Tamen quidquid ſit de Iure, de conſuetudine indiſtinctè ſeruatur, vt etiam in criminibus notorijs requiratur dicta declaratio *Clar. vbi ſup.n.7.*

75 Non ſufficit euidentia facti ad inducendum notorium,ſed requiritur quod in publico fiat, & multitudini hominum ſit euidens *Bal.& Salyc. in l.ea quidem C.de appellat,* ità vt Vniuerſus populus, vel maior pars ipſius teſtis eſſe poſſit *Maſcard.d.concluſ.1105.n.16.*

76 Notorium facti permanentis duplex etiam eſſe poteſt, vel quia notorium ſit Iudici, vel quia per teſtes probatum fuerit,ſi eſt notorium iudici vt iudici, & tunc quamuis forſan procedere poſſit abſque ſententia declaratoria,tamen hæc opinio eſt valdè Iudici periculoſa, vt dixit *Clar.d.q. 9.ſub num.4.* Et ideo debet Iudex ſuper tali notorio informationem capere,& ſuper notorietate pronunciare *Decian.in tract.crimin.lib.7.c.42. nu. 4.* Et Iudices aliter faciendo poſſent incidere in linguas mordaces,& damnum,vel dedecus pati in ſyndicatu, & quo ad Iudices perpetuos in regno noſtro apud Viſitatores generales ſi per mortem teſtium, vel propter aliud non poſſent iuſtificare notorium, vt dicit *Boſſ.tit.quomodo procedatur in crimine notorij n.3. Farinac.q.21.n.85.*

77 Praxim procedendi ſuper notorio crimine ponit *Foller.in praxi 2.p.2.partis tit. item quod eſt notorius delinquens num.13.& ſeqq.* vbi dicit quod aut Iudex vult procedere via ordinaria, & non eſt opus capere informationem de qualitate notorij,aut vult procedere via extraordinaria iuris ordine non ſeruato,& tunc neceſſè eſt,vt informatio capiatur de qualitate ipſius notorij ſi procedatur contra abſentem, vel præſentem negantem,ſecus vero ſi procederetur contrà præſentem non negantem, quia in 2.caſu ſi dicta informatio non præcedit, tenet *Foller.* quod proceſſus erit nullus,idem tenet *Ant.de Butr.Tract.de notor. art.4.num.15.in fine, & n.28. & 40.Boſſ.vbi ſup. n.9.Scacc.d.c.76.n.12.*

78 Et in caſu quo aliqui vaſſalli Suę Maieſtatis Catholicę Neapolitani,inter quos erant duo nobiles,vnus feudatarius, aduenerunt cum claſſe maritima gallorum, ad inuadendum Regnum noſtrum Neapolitanum,& fuerunt viſi publicè in Inſula Procitæ capta à gallis prædictis, fuit dubitatum in Regia Iuncta contra rebelles, ſi contra illos potuiſſet procedi ſine citatione tãquã contra notorios rebelles. Et quia difficultas erat in facto, nam licet illi ſe aſſociaſſent cum hoſtibus,& in Inſula Procitæ cum eis viſi fuiſſent, & demum in Claſſe inimica aſcenderunt, tamen non erat notum ſi in ea adhuc tunc permaneret, ad hoc vt potuiſſet dici, continuò permanere, ſed permanſiſſe, & ſic non erat notorium facti

Digitized by Google

permanentis, ſed tranſeuntis, ſeu momentanei, aut ad plus facti reiterati, quo in caſu eſſe citandum reum *ſup.* diximus ex *Farinac. d. q. 21. n. 85.* 88. maximè quando agitur contrà abſentem *nu.* 94. Item non fuit probatum fuiſſe viſos, niſi in littora Procitæ, vel in ipſa Inſula, non tamen fuit probatum locum illum eſſe, in quo omnes de dicta Inſula conuenire ſolebant, & licet per *d. cap. Nuper apud Tranum* dicatur quod oportet delictum eſſe notorium, & manifeſtum, tamen eſt aduertendum quòd copulatiue deſideratur, & certe manifeſtum eſt minus quam notorium *Bar. in l. heredes pal. n. 2. ff. de teſtam. Iaſ. & Alex. in l. ſi verò §. qui pro rei ff. qui ſatiſd. cog.* Ideo die 29. Sept. 1648. fuit reſolutũ in Reg. Iuncta ad euitandum DD. opiniones, & videndũ ſi aderãt requiſita notorij, quod tutius erat pro fiſco eſſe procedendũ cũ citationibus; pro vt cũ effectu citationes fuerunt expeditæ, eos citando ad dicendum cauſam quare non erant declarandi incidiſſe in crimen læſæ Maieſtatis, & in pœnas pro dicto delicto ſtatutas, & feudatarius fuit citatus in loco feudi iuxta doctrinam *Iſern. in cap. 1. de milit. Vaſſali. qui contumax eſt. Anna ſing. 153. R. Rouit. in prag. 2. de citat. n. 20. R. Sanfel. dec. 237. nu. 1. & in praxi ſect. 12. n. 5.* de qua re dicemus *infra. q. 12.* & alij ex quo ignorabatur certus locus, & non erant in regno, nec tutus dabatur acceſſus fuerunt citati per edictum, latè *R. Capic. Latro d. dec. 167. p. 2.*

79 Diximus *ſupra* Principem in gratioſis poſſe præiudicare, nunc in ſpecie, & diſtinctè dicimus, quod Princeps poteſt alteri præiudicare ſuper iure quærendo, ſeu in ſpe quæſito, etiam omiſſa citatione *Bar. in l. gallus §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſth. Socc. conſ. 63 num. 11. & conſ. 87. nu. 2. lib. 3. Gabriel d. concluſ. 1. num. 17. Rebuff. de citat. in præfat. num. 39.* & de hoc eſt *tex. in l. 2. ff. de nat. reſtitut.*

80 Ex hac ratione Princeps poteſt legitimare baſtardos, ſeu naturales *nemine citato*, quia non præiudicat iuri quæſito, ſed Iuri delato ex teſtamento, & adhuc non quæſito, quod ius dicitur eſſe delatum de Iure poſitiuo *l. 3. ff. de teſtam. Socc. conſ. 63. num. 11. vol. 3.* & non dicitur facere præiudicium agnatis qui aliàs ſucceſſiſſent, quia Princeps legitimando vtitur iure ſuo, & ius ſuccedendi competens agnatis erat euentuale, ſcil. ſi alij agnati decederent ſine filijs legitimis, & naturalis, & ità Princeps impedit ne eueniat ille caſus, in quem agnati ſuccedere debuiſſent *Curt. iun. conſ. 1. num. 22. verſ. 4. concluſ. 10. Felin. in c. quæ in eccleſiarum num. 49. de conſtit. Rot. in recentiſſ. dec. 730. num. 4. p. 1.* quæ eſt *deciſio Andr. 48. num. 5. R. Capic. Latr. dec. 166. num. 8. & ſeqq. lib. 2.* qui infinitos refert.

81 Sic etiam Papa, qui poteſt tollere impedimentum à iure poſitiuo proueniens, poteſt etiam illo ſublato diſpenſare in radice matrimonij, & reſoquere matrimonium in terminis priorum conſenſuum, & ſic verum, & validum pro vt ex tunc, ac ſi diſpenſatio illud præceſſiſſet *Anchar. conſ. 409. num. 5. Io. Andr. in cap. per venerabilem n. 30. qui filij ſint legit.* & ibi *Abb. n. 22.*

82 Et ex eodem tempore poteſt prolem ſuſceptam legitimare, quaſi legitimè ab initio nata fuiſſet, & ad ius ciuile reducere primæuum ius naturæ, quo omnes legitimi naſcebantur, vt in *Auth. quibus modis nat. effic. legit. poſt princ. Molin. de primogen. hiſp. lib. 3. cap. 2. num. 12.* poſt alios *Rot. in recent. dec. 687. n. 8. p. 2.*

83 Et cum Suprema, & ampliſſima ſit poteſtas Papæ circà matrimonia *cap. propoſuiſti de concess. præb. Mand. de ſignat. grat. tit. de diſp. matr.* dixi-
84 mus *ſup. q. 1.* ideò in diſpoſitione loquente de filis natis ex legitimo matrimonio, veniunt filij legitimati à Papa mediante diſpenſatione in radice matrimonij *Socc. in l. gallus §. ſi eius num. 5. verſ. & ad argum. ff. de liber. & poſth. Peregr. de fideicommiſſ. art. 23. n. 45. & art. 24. n. 80.*

85 Et nulli dubiũ eſt ex tali diſpenſatione conſecutiuè oriri præiudicium tertij, cui propter impedimentum contrahentium matrimonium ſucceſſio erat delata, vndè ſublato impedimento per diſpenſationem, præiudicium tertij, quod conſecutiuè venit, non attenditur *Ruin. conſ. 186. num. 16. lib. 2. Put. dec. 483. num. 2. lib. 2. Rot. in recent. deciſ. 455. nu. 8. p. 1.*

86 Sic vt diximus, in alijs materijs, quando Papa reuocat ea, quæ ſunt iuris poſitiui, omittit citationem, & reuocat pro vt ex tunc, & poteſt facere, vt res factæ habeantur pro infectis, etiam quo ad effectus præteritos *Card. Imol. & alij in clem. 1. de immun. Eccleſ. Tiraq. de conſtit. poſſeſſ. p. 3. limit. 7. num. 47. Rot. diuerſ. dec. 149. num. 3. p. 2. gl. in d. clem. 1. in verb. pro infectis* ibi: *& vide quanta eſt papalis poteſtas circà ea, quæ ſimpliciter ſunt de Iure poſitiuo, quia reuocat illa, vt ex tunc Barboſ. de Iure Eccleſ. lib. 1. cap. 2. num. 97.* vbi id dicit de omni Principe poſt *Affl. dec. 263. num. 2. Menchac. illuſtr. lib. 1. c. 1. num. 4. Menoch. conſ. 103. nu. 38. conſ. 181. num. 24. Farinac. in praxi q. 97. num. 25. & 26. & alios.*

87 Papa ſimiliter commutat vltimas voluntates, derogat fideicommiſſis, vnit beneficia, eaque diſmembrat, & ſimilia facit, nemine citato, quando de per ſe facit, ſecus quando alteri committit faciendum, quia tunc ſeruanda eſt forma reſcripti *Molin. de primogen. lib. 2. c. 8.* vbi *addit. ad nu. 33. verſ. namque ex Gilcher. ad lib. 6. C. ad l. gallus, §. & quid ſi tantum, & l. 6. C. num. 251. fol. 725. Reg. Tap. dec. Senat. Ital. 20. R. Ponte conſ. 152. lib. 2. P. Molfeſ. conſ. 18. Moneta de commut. vltim. volunt.* ſequitur *Cenſal. de Peregr. de fideicom. art. 52. verſ. ſexta eſt aſſertio.* Et quod Papa poſſit pias defunctorum voluntates commutare patet ex *tex. in clem. quia contingit de religioſ. domibus* vbi *Barboſ. num. 13.* poſt *Tiraq. de priuil. cauſ. piæ priuil. 135. Pinell. in rubr. de reſcind. vendit. p. 1. cap. 2. nu. 10. Perez. ad tit. 2. lib. 5. ordin. pag. 72. Henriq. in ſumma lib. 7. cap. 378. 2. lit. F. & lib. 9. c. 22. §. 6. lit. M. Mench. illuſtr. c. 25. nu. 26. & ſeqq. Fr. Eman. qq. regular. tom. 4. q. 125. art. 9. Ludouic. Beia reſp. caſuum conſcient. p. 4. caſ. 22. Iacob. Graff. de arbitr. confeſſ. lib. 3. c. 69. num. 1. Cened. pract. canon. qq. lib. 1. q. 35. num. 12. Melch. Phoeb. dec. Luſit. 47. num. 2. & ſeqq. tom. 1. Idem Barboſ. de Iure Eccleſ. p. 3. alleg. 83. num. 1. Carp. de execut. vltim. volunt. lib. 3. c. 4. n. 4. & ſeqq.*

88 Citatio non requiritur quando Princeps exprimit aliud velle *Gabriel. conſ. 22. num. 34. lib. 1.*

Rot.

Rot.in recent.dec.210.num.3.& 4.p.1.
89 Procedens de plenitudine poteſtatis contra
eius ſubditum poteſt ius à ſe conceſſum vel priui-
legium, aut beneficium tollere non citato eo,cui
conceſſit. Bal.in l.qui ſe patris 11.col.verſ.& ſcias
C.vndè liberi Socc.conſ.156.nu.6.7.& 8.vol.2.R.
Tapia dec.Senat.Ital.20.num.27. poſt Peregr. de
fideicommiſſ.art.23.num.68.& circa finem, & art.
52.num.128.verſ.immo. Secus contrà non ſubdi-
90 tum,contrà quem non poteſt vti plenitudine po-
teſtatis poſt alios Socc.conſ.120.num.11.vol.3.

S V M M A R I V M.

1 *Quando Papa delegat alteri cauſam, vult quod il-*
le procedat iuris ordine ſeruato. & vt pars cite-
*tur,& num.2.Etiam ſi addat:*procedas tuo arbi-
trio, & nu.3.
4 *Item ſi addat clauſulam:* ſola facti veritate in-
ſpecta.
5 *Et* manu regia. *Vel* ſine figura iudicij. *Vel* ſum-
mariè, & iuris ordine non ſeruato. *Vel ſi cau-*
ſa ſit commiſſa alla dritta,more militari , ſine
aliqua forma *Vel* ſimpliciter , & remota iuris
ſollemnitate, *Vel* ſupplentes omnes defectus.
& à n.6.ad n.15.
16 *Delegatus non poteſt omittere citationem , & parte*
citata acquirit iuriſdictionem , & num.17.18.
19.20.21.
22 *In citatione tenetur inſerere tenorem ſuæ delega-*
tionis,vbi limitationes,& à n.23.ad n.38.
39 *Caſus in quibus iudex delegatus procedit ſine cita-*
tione, & à n.40.ad n.48.vbi declaratur.

An Citatio poſſit omitti per Delegatum?

QVÆSTIO III.

QVando Papa, ſeu Princeps delegat al-
1 teri cauſam cognoſcendā,non eſt præ-
ſumendū , quod voluerit tollere iuris
ſollemnitates,ſed velle,quod proce-
datur iuris ordine ſeruato Bal. in ru-
br.ff.de offic.deleg.Mobed.dec.7.num.5.de reſtit.ſpo-
2 liat.& maximè quod pars citetur,quæ eſt ſollem-
nitas magis priuilegiata , & nunquam remiſſa
cenſetur Oldrad.conſ.43.in princ. Caldr. conſ.8.in
princ.Vant.hic nu.3.4.& 8.Rot.in recent. p.1.dec.
234.num.6. intermiſſis Mandel. Alben. conſ.222.
n.39.Cartar.d.dec.61.n.13.Baron.decis.q.15.n.20.
3 Et ſi Papa committat , vt Iudex ſuo arbitrio
procedat, intelligitur pro vt de iure , & citata
parte Felin.in cap.quæ in Eccleſiarum de conſtit.2.
col.Beniten.dec.31.num.1.& ſeqq. Rot.diuerſ.dec.
349.num.6.p.1.Galliſ.in praxi p.2.cap.2. num.2.
Cartar.dec.61.num.14.Carpan.ſuper ſtatut.Mediol.
cap.1.nu.5.Baron.de citat.q.15.n.45.
4 Idem ſi reſcribat cum clauſula *ſola facti verita-*
te inſpecta, quia de iure, & ſic parte citata debet
iudicare Bar. conſ.172. Roman. conſ.248. Beniten.
dec.44.n.2.Etiam ſi ſit appoſita clauſula ; *manu*
5 *regia,& ſola facti veritate inſpecta*,quæ licet tollat
ſollemnia, non tamen tollit ſubſtantialia iudicij
Bar.in extrauag.ad reprim. in verb.de plano num.3.
ad fin.Seraphin.dec.377.num.7. Rot.in recent.dec.
6 490.num.6.p.1.Vel clauſula ; *vt procedatur ſine*
figura Iudicij Socc.conſ.12.lib.1. Grauat. ad Veſtr.
lib.5.cap.1.num.8.Gabriel.de citat.d.concluſ.1.nu.
7 41.Vel *ſummariè , & iuris ordine non ſeruato* Ga-
briel.de d.concluſ.1. num.36. & ſeqq. Gregor. dec.
545.num.5.
8 Nec citatio in examine teſtium remiſſa cenſe-
tur, quamquam Princeps omnem Iuris ſollemni-
tatem remiſiſſet Boſſ.in tract.de teſtibus tit.de oppo-
ſit.contra teſtes Silua conſ.94.num.4.Viu.p.1. com-
mun.opin.378.verb.teſtes Bertazol.conſ.359.n.23.
lib.2.Carthar.dec.21.n.30.
9 Dum diximus pluries ſup.q.1. Poſſe Papam
tollere citationes reſpicientes defenſionem ciui-
lem non autem vnā illa citationem reſpicientem
defenſionem naturalem, poſt Gabriel.de citat.con-
10 cluſ.1.num. 35. & alios. Ideo quando concedit
facultatem procedendi extraiudicialiter , poteſt
Iudex procedere abſque citatione Rot. poſt con-
ſil.Farinac.dec.50.num.2. p.2. Quod intelligitur
11 niſi contentio eſſet inter partes ſuper eo,nam eo
caſu non poſſet Iudex extraiudicialiter ſe infor-
mare,niſi citata parte Abb.in conſ.41.num.1.verſ.
ex quibus vol.1.Rot.diuerſ.dec.636.n.4.p.1.
12 Sic etiam in caſu,quo Papa reſcribit , vt ſen-
tentiam ferat ſecundum ſuam conſcientiā , nam
tunc poſſet ferre partibus abſentibus, etiam non
citatis, ſecus tamen ſi ageretur de alicuius præ-
iudicio,quia tunc requireretur cauſæ cognitio,&
ſic etiam citatio l.fin.C.ſi per vim , vel alio modo
l.in cauſæ §.cauſa cognita ff. de minor. Nam con-
ſcientia debet eſſe legibus munita , & ſecundum
leges regulata,non autem intelligitur de ea, quā
quiſque ſibi fabricat arg.l.codicillis §.fin ff.de leg.
2.Nicell.in concord.gloſſ.concord.52.fall.15.
13 Item quando cauſa fuiſſet commiſſa *alla dritta*
more militari , & ſine aliqua forma proceſſus , tunc
licet non ſit neceſſaria ſolemnis citatio, tamen
requiritur extraiudicialis, & ſine ſcriptis voca-
tio,ſeu denunciatio, Nam ex dictā clauſula tol-
litur forma proceſſus,& conſequenter ſcriptura,
quæ eſt de illius ſubſtantia c.quoniam contra de
probat. adeo vt, nec minima forma ſit ſeruanda
Tiraquel.in l.ſi vnquam in verb.omnia n.14.in fin.
verſ.nam illud verbum C.de reuoc.donat. Rot.in re-
cent. dec.716.n.1.p.2.
14 Idem quando haberet facultatem procedendi
ſimpliciter, & remota iuris ſollemnitate quia tunc
etiam ſimplex citatio requiritur Cephal.conſ.89.
n.28.lib.1.Gabriel d.concluſ.1.n.38.
15 Et caſu quo Papa reſcripſiſſet cum clauſula
ſupplentes omnes defectus, & ex certa ſcientia , & de
plenitudine poteſtatis, talis clauſula non operatur
niſi quo ad defectus ſurgentes ex defectu ſollem-
nitatis introductæ à iure poſitiuo,prout eſt cita-
tio clem.paſtoralis de re iudic. Spec. in tit. de legat.
§.nunc oſtendendum verſ.16. & ibi Io: Andr. in
addit.Butr.& Imol.in c.1.de tranſact.Socc.conſ.120
nu.4.vol.3.Dec.conſ.410.col.penul. Gomez in comp.
ſignat.iuſtit.fol.90.col.1. & ſeqq. dicens de Iure
communi tollere d. clauſulam *ſupplentes* , omnes
defectus Iuris poſitiui , ſed per regulas Cancel-
lariæ eoſdem non tollit , niſi fuerint ſpecificati,
aut ſupplicatio fuerint ſignata per verbū *fiat vt*

petitur poſt plures *Marta de clauſ.p.1. clauſ.181.*

Secus quo ad defectus prouenientes de Iure naturali, vt eſt citatio. *Marta ibidem num.7.* Sanatur tamen per dictam clauſulam, quando non fuit ſeruata forma, nam tunc per ſignaturam Papæ ſanatur, ſed additur altera clauſula: dummodo ad notitiam citati peruenerit. *Marta ibidem.*

16 Delegatus non poteſt omittere citationem, etiam ſi in commiſſione expreſsè non daretur facultas citandi, nam vt dicitur in *l.2.ff.de Iuriſd. omnium Iudic.* Cui Iuriſdictio data eſt, ea quoque conceſſa eſſe videntur ſine quibus iuriſdictio exexplicari non potuit. Latius exponitur in *c.præterea de offic.deleg.* & ibi *Barbbs, & alij Card Tuſc. lit.A.concluſ.77. Idem Barboſ.axiom.4.n.9.*

17 Imò delegatus non acquirit iuriſdictionem, ſeu iuriſdictionis exercitium, niſi partem citauerit, adeo vt ſi moriatur delegans ante emiſſam citationem, Iuriſdictio non perpetuatur *cap.gratum de offic.delegat.* vbi *gl.in* verb. *maxime* dicit: hoc benè dicit maximè, quia idem eſſet, ſi eſſet certus præmiſſa citatione, quia poteſt procedere etiam ſi eſſet certus de morte delegantis. *Gabriel de citat.concluſ.2.in fine Grattan.dec.108.n.11.*

18 Imò ad perpetuandam delegati iuriſdictionem ſufficit ſolum decretum citationis factum viuente delegante, licet executio fuiſſet facta poſt mortem eiuſdem delegantis. *Rot.dec.9.de dolo, & contumac.in antiq. Abb. in cap. gratum col.2.* verſ. *quæritur ergo de offic.deleg.* Maxime de Iure canonico *Io:Andr. & alij in cap.fin.de offic.deleg. Caputaq.dec.124.p.2.*

19 Ad eundem effectum ſufficit ſola intimatio delegationis, ſeu ſubdelegationis facta parti, quia ſi ea fuerit intimata non requiritur alia citatio, nam ſcientis dicitur eſſe certa, quando facta eſt intimatio *Imol.Card.& alij in clem.cauſam §.intimatio de elect. Mantic.dec.84.nu.4.& 5. Muta ſuper Cap.Reg. Alfonſi 540. nu.100.* vbi teſtatur de praxi Siciliæ requiri ſaltim notificationē noui iudicis.

20 Et ſi delegatus procederet ante reproductionē citationis, ſeu intimationis nulliter procederet *Franc.in cap.cum parati num.42.de appellat. Vant.hic num.146.* Niſi tamen Iudex habuiſſet

21 probabilem cauſam credendi, quod pars fuerit citata; vt purà quando productio citationis fuiſſet facta verbo cum promiſſionē illam de facto exhibendi, vt per *Rot.diuerſ.dec.48.n.2.& 3.p.4.*

22 Et in citatione Delegatus tenetur inſerere tenorem ſuæ delegationis *c.cum in iure de offic.deleg.* ibi: *Niſi de mandato ſedis apoſtolicæ certus extiteris, exequi non cogeris, quæ mandatur*, & *cap.præterea de dilat.* ibi. *Reo ad iudicium legitimè conuocato, ſi ex reſcripto tibi tranſmiſſo plenè potuit inſtrui ſuper eo de quo in iudicio conuenitur. Gratian. diſcept.170.num.25.& ſeqq.* vbi *D.Luca nos* laudat *Pellege.in praxi p.2.ſect.1.ſub ſect.1.num.25. Scraleya de forindic.c.5.num.17. Ripol.var.tit. de citat. num.331. Baron.de citat. q.16.n.200.* diximus *in obſ.ad conſ.33.lib.3.R.Roniti*, & latiſſime *ſup.rubr. 9.q.3.& 4.*

23 Valeret tamen conſuetudo in contrarium tanquam præter ius, quia *d.cap.cum in iure* non exigit inſertionem, ſed ſolam ſcientiam, quę etiam aliundè poteſt haberi. Item *c.præterea* non exigit inſertionem, ſed pręſupponit tranſmiſſionem, quæ poteſt fieri etiam ſinè inſertione, Sic quod

24 requiratur inſertio commiſſionis in citatione non eſt deciſum in iure, ſed procedit ex magis communi opinione, quæ poteſt variari. *Achill. dec.10.de dolo, & contum. Put.dec.241. n.1.lib.3.*

25 Et an citatus teneatur comparere coram Delegato eſt diſtinguendum, Nam aut eſt citatus per nuncium, & tunc debet comparere, nam ſi comparet, poteſt illi fieri fides de ſua poteſtate. *Rot.in nouiſſ.dec.15.de dolo, & contum.nu.1.* Sed ſi eſt citatus per litteras abſque facultatis inſertione, non tenetur cōparere *d.c.cum in iure de off. deleg. Socc.de citat.art.12.n.10.* Verū quando quis

26 de facili poteſt habere notitiam commiſſionis, non eſt inſerenda commiſſio in citatione ad dicendum contrà commiſſionem *Ludouiſ.deciſ.137. num 1.& dec.127.n.1.& 5.* & ibi *addit.n.8.*

27 Antequam autem Delegatus citet ſiuè per nūcium, ſiue per litteras debet eſſe certus de ſua iuriſdictione per pręſentationem reſcripti ſibi factam, aliàs nulliter procederet *c.2.* & ibi *Dec. in 1.not.de offic.deleg. Caputaq.dec.114.num.2. & dec.405 p.5. Rot.in recent.p.2.dec.214.nu.2.* De-

28 bet pręſentari originale, etiam ſi pars aduerſa non opponeret, nam etiam poſt ſententiam poſſet opponere de hac nullitate ex defectu iuriſdictionis *DD. in d.cap.cum in iure de offic.deleg. Rot.in recentiſſ.dec.9.n.1.& 2.p.2.*

29 Sufficiens eſt, quod litteræ fuerint coram eo præſentatæ *gl.in cap.tibi qui*, & ibi *DD.de reſcript. in 6. Rot.dec.25.de conceſſ.præb. in nouiſſ. Achill.dec. 2.in princ.& num.12.de offic.deleg. Put.deciſ.246. num.2. & ſeqq.lib.3.* Nec officeret ſi poſtea Iudex

30 aſſereret eas non legiſſe. *c.quoniam contra cum* ibi *notat de probat. Crauett.conſ.171.num.7.* & at-

31 teſtanti non creditur in his, quæ concernunt laudem eius, vel vituperium *Rot.in recent.dec.487.*

32 *n.6.p.2.* Nec iuuat ſi Delegatus dicat commiſſionem fuiſſe præſentatam. *Rot. Rom.* penes *Farinac. dec.495.num.2.p.1.in poſth.*

33 Delegatus non poteſt probare per teſtes vel aliàs, quam per reſcriptum ſuæ delegationis poteſtatem, antè quam ſibi fuerit præſentatum reſcriptum, & per ipſum receptum, per *cap. Sanctimus 25.q.2.* Cum commiſſio, ſeu delegatio ſcripturam requirat *l.1. C.mandat.Princip. Maſcard. de probat.concluſ.949.n.1.*

34 Sed ſi poſt receptionem perdatur, poterit probari per teſtes, vel aliàs, per communia iura *Bellam.dec.110.num.15. Maſcard de probat. concluſ.*

35 *492.n.16.* Quod intelligendum eſt quando reſcriptum fuiſſet ſemel in iudicio productum, & in acta publica redactum, quæ ſint indè caſu aliquo deperdita, alioquin ſi acta non ſint amiſſa, ſed ex eis conſtat reſcriptum in iudicio præſentatum non fuiſſe, teſtes ad eius tenorem probandum non admittuntur, dicunt *ijdem DD.* per *Maſcard.* allati per ſua opinione nempe *Spec.tit.de probat.§.videndum reſtat.num.1.verſ.ego credo Bouer.ſing.7.num.10.* verb. *delegatio tom.1. ſingular. Henric.Boic.in cap.cum iure num.2. de offic. deleg.* additur *Iac.Iordan.de re iudic.fol.53.num.54.* nec diſſentit idem *Maſcard.concluſ.949.nu.5.* optimè

Digitized by Google

mè poſt hos *Cammarat. reſp. 12. num. 10. lib. 2. & reſp. 13. eodem lib. 2.* & hoc caſu teſtes debent
36 deponere delegationis reſcriptum fuiſſe præſentatum, & parte preſente publicatum, quando proceſſus, & libri ſunt deperditi. *Maſc. d. concluſ. 497. n. final. Cammarat. d. reſp. 13. num. 2. lib. 2.* diximus *ſup. rubr. 9. q. 3. 4.*
37 Delegatus antè præſentationem, & receptionem commiſſionis, nõ recipit iuriſdictionis exercitium *cap. paſtoralis de reſcript. cap. ſuper eo de appellat. Rot. dec. 6. num. 1. de offic. delegat. in nouiſ. c. præſentia de dilat. Vbert. de citat. lib. 1. cap. 8. nu. 252. Baron. de citat. tom. 1. q. 39. num. 2. & tom. 2. in addit. fol. 599. Salgad. de ſupplic. ad Sanctiſſ. p. 2. c. 24. à num. 44. & cap. 26. num. 67. & cap. 30. à nu. 11. Cammarat. d. reſp. 12. num. 2.* diximus *ſup. rubr. 9. q. 3. 4.*
38 Vt ad nos reuertamur, ſi in commiſſione ſint tres dati Iudices delegati inſolidum, ſi per vnum ex eis aliquis fuerit citatus, vt compareat coram ſe, vel ſuo collega qui non citauit, non tenetur comparere, nec valeret proceſſus per eundem collegam ſine noua citatione. *Franc. & alij in c. cum plures de offic. deleg. in 6.* & *not. in cap. audita de reſtit. ſpoliat. & in l. inter ff. de re iudic. Rot. in nouis dec. 2. de offic. deleg.*
39 Datur tamen caſus vbi Iudex ſiue delegatus, ſiue ſubdelegatus poteſt omittere citationem ad ſententiam, vt puta quando illa fuit facta coram delegante. *Caſtr. de Iacob. dec. S. Georg. in l. edita ff. de edendo Spec. de citat. §. fin.* verſ. *item quæritur num. 8. Roman. ſing. 208. Cardin. in clem. 1. in fine de foro compet. Nicell. in concord. gloſſ. limit. 114. n. 369. gl. 52. Puteus deciſ. 348. n. 4. lib. 1. Socc. de citat. art. 7. nu. 15.* Ideò ſi Epiſcopus citaret ad ſen-
40 tentiam, & poſtea remitteret cauſam Vicario pronunciandam, tunc Vicarius delegatus non tenetur iterum ad ſententiam citare quaſi tunc factum vnius ſit factum alterius, cum ſit idem auditorium. *cap. non putamus de conſuet. lib. 6.* & ibi *gl. Gonzal. reg. 8. gl. 9. §. 1. in annot. num. 134. Grat. in addit. ad dec. Marcb. 108. num. 7.* vbi idem dicit quando eſſemus in iudicibus conſtituentibus idem Tribunal per hebdomadas, qui alternatim certa negotia expediunt, & vnus, ac alius pronunciat, nam tunc non eſt neceſſaria noua citatio. *Baron. de cit. q. 16. n. 200.*
41 Contrarium tamen verius eſt, quo ad primam concluſionem, vt requiratur noua citatio ſaltim vnica per delegatum, etiam quod ordinarios citaſſet partem peremptoriè ad ſententiam, & poſteà illam delegauerit terminandam per alium *Bal. in l. conſentaneum in 7. not.* verſ. *modo quæritur num. 7. C. quomodo, & quando Iud. Io. Andr. ad Spec. §. fin. de citat.* verb. *mortuo* vbi limitat, niſi iudex citaſſet ad ſententiam ferendam per ſe, vel eum, cui commiſiſſet, deciſum refert *Gratian. d. dec. 108. Ripol. var. c. 3. de citat. n. 126.*
42 Verum ſi Iudex citauit ad ſententiam, & poſtea fuit remotus, & in eius locum alter ſubrogatus, ſeu delegatus, tunc ipſe delegatus non poteſt citationem omittere, & nulliter pronunciaret non facta noua citatione ad ſententiam *gl. in conſentaneum in verb. à quo C. quomodo, & quand. Iud.* & ibi *Bar. num. 13. Bal. num. 7. Felin. in c. qui a*

Camana num. 4. in fin. de Iudic. Gonzal. d. gl. 9. §. 1. in annot. 133. Gabriel. de citat. concluſ. 1. nu. 120. & ſeqq. Poſt. de manut. obſ. 12. num. 159. Baron. de citat. q. 16. num. 265. & q. 15. n. 70. q. 19. n. 146.
43 Sic citatio, & contumaciæ, mutato Iudice nõ ſufficiunt ad procedendum ad prolationem ſententiæ, ſed noua requiritur citatio coram ſucceſſore. *Mirand. dec. 28. Franch. dec. 457. nu. 3. R. Capic. latr. dec. 69. num. 12. & 13.* extendens ſiuè agatur ordinariè ſiuè ſummariè, aut extraiudicialiter, & ſola facti veritate inſpecta, comprobat *nu. 31. R. Rouit. in pragm. 4. num. 2. de ordin. iudic. Cancer. var. lib. 3. tit. de procurat. num. 54. & ſeqq. Reg. Sanfel. in praxi cap. 59. num. 5.* dicens id procedere, ex equitate Sacri Conſilij. *Petr. rit. 508. nu. 10. D. Scop. ad Gratian. dec. 108.* Vnde ſi Iudex
44 citet reum ad foriudicandum, & agnatos, & cognatos ad dicendum cauſam quare, tunc mortuo Iudice, Succeſſor debet denuo citationem expedire, ita per doctrinam *Franch. d. deciſ. 457.* firmat *Scialoia de foriudic. c. 2. nu. 29. Muſcatell. in praxi p. 7. gl. ſententiam n. 13.*
45 Et procedunt dicta etiam ſi primus iudex citaſſet ad totam cauſam, & ad ſingulos actus nam licet facta tali citatione non requiratur alia, cum ſit contumax *Innoc. in cap. conſuluit de offic. deleg.* & reliquæ citationes, quæ de ſtylo fiunt, potius fiunt ex vrbanitate, quam neceſſitate *Vant. rubr. fin. num. 111. Aſin. in praxi §. 7. gl. 5. nu. 71.* Tamẽ hæc procedunt coram primo iudice, ſecus corã ſucceſſore *Gratian. in addit. ad deciſ. 108. n. 16.*
46 Quandò verò aliquis Iudex protulit ſuam ſententiam, tunc ſi eius Succeſſor, ſiuè ſubrogatus vult illam ſubſcribere, poteſt abſque alia citatione, in caſu quo ſententia fuiſſet prolata ad fauorem certæ perſonę, ſecus autem ſi fuiſſet lata pro vt in cedula, quo caſu nulliter ſubſcriberet ſinè partis citatione *Put. deciſ. 348. nu. 4. & 5. lib. 1. Gratian. in addit. ad dec. 108. n. 9.*
47 In Rota Romana vnus Auditor poteſt ſubſcribere ſententiam alterius Auditoris defuncti propter commiſſionem generalem, quę dat formam, vt defuncto vno Auditore alius poſſit ſubſcribere ſententiam latam per defunctum nondum ſubſcriptam, & in tali ſubſcriptione non requiritur citatio partis, ea ratione quia vnus Auditor non profert ſententiam niſi de conſilio aliorum, & in fauorem certæ perſonæ, & ideò cum omnes dicantur proferre, non mirum ſi Auditor ſubſcribens, tanquam vnus miniſter non tenetur aliquem citare, ex quo citatio nihil eſſet profutura *Put. d. dec. 348. num. 1. & ſeqq. lib. 1.*
48 Subſcribit tamen ille Auditor qui à D. Decano ſubrogatus eſt, & non alius, & cum huiuſmodi ſubrogationes dependeant à nutu eiuſdem Decani ſunt validæ etiam parte non citata *Rot. in recent. dec. 297. num. 7. p. 2. Gratian. d. dec. 108. in addit. num. 9.*

S V M M A R I V M.

1 *Iudex procedens iudicialiter debet citare partem, & n. 2. & omnes partes ſi plures ſint, & n. 3. 4.*
5 *Nec teſtes poteſt recipere non citata parte.*
6 *Quando Iudex procedit extraiudicialiter an debeat*

Digitized by Google

beat citare partem? & *n.7.8.9.10.11.*

12 *An poſſit omittere citationem ſi procedat iudicialiter ex officio?* & *num.13.14.* & *à num.15. ad num.25.*

26 *Quid ſi procedat ad partis inſtantiam?* & *n.27.28.*

29 *An teneatur citare partem, ſi debeat adhibere cauſæ cognitionem?*

39 *Quid ſi proferat ſententiam diffinitiuam?* & *n.31.32.33.34.* & *35.*

36 *Quid ſi interloquutoriam?* & *à n.37. ad n.4.*

43 *In caſibus, quibus Iudex poteſt omittere citationem, intelligitur ſi ipſe velit.*

An Citatio poſſit omitti per Iudicem ordinarium?

QVÆSTIO IV.

1 IN hac re diſtinguimus plures caſus. Primus eſt ſi Iudex procedit iudicialiter, ſecundus ſi procedit extraiudicialiter. Si iudicialiter. Tertius caſus eſt ſi procedit ex officio. Quartus ſi procedit ad inſtantiam partis. & non tenetur adhibere cauſæ cognitionem. Alter ſi tenetur adhibere. Si non tenetur adhibere alter caſus eſt ſi incipit ab executione, ſeu Præcepto, vel Inhibitione. Si tenetur adhibere cauſæ cognitionem. Septimus caſus eſt ſi fert ſententiam diffinitiuã, Octauus ſi fert interloquutoriam.

2 Si Iudex procedit Iudicialiter debet vocare partem *l. de vnoquoque ff. de re iudic.* & ſi plures ſunt omnes vocari debent *Mynſing. cent. 6. obſ. 6. n. 1. Berlich. pract. conclaſ. tom. 1. concluſ. 10. nu. 34.* &
3 *ſeqq.* Et omnes ſunt citandi ſi plures ſunt litis conſortes, & non ſufficit citare vnum, vel alterũ *l. 1. 2. C. conſort. eiuſd. lit. l. planè ff. famil. erciſc. Alex. conſ. 125. lib. 7.* deciſum refert in Camera Imperiali *Mynſing. cent. 5. obſ. 50. Ant. Fab. in C. lib. 2. tit. de in ius voc. defin. 8. n. 3.* Et nihil poteſt fa-
4 cere in præiudicium non vocati *cap. inter quatuor de maiorit. & obedient.* ibi *Iuſtis namque ratio poſtulat, vt in eorum præiudicium, quibus eadem Eccleſiæ ſunt ſubiectæ nihil ordinemus de ipſis, cum nec citati ſint, nec conuicti, nec per contumaciam ſe abſentent.*

5 Nec teſtes recipere poteſt parte non citata *cap. 2. de teſtibus.* ibi: *Ecce admonendus eſt ſemper aduerſarius, vt ad audiendos teſtes veniat, quod quia hic omiſſum eſt, neceſſe eſt, vt quod contrà legem actũ eſt non habeat firmitatem* vbi *Barboſ. refert mille, Ricc. dec. 139. p. 4.* vbi id probat, etiam in iudicio, vbi eſt data Iudici facultas procedendi *ſola facti veritate inſpecta* quidquid dicat *dec. 54.* vbi deciſum refert per Curiam Archiepiſcopalem Neap. vt ſcil. teſtes poſſint recipi in iudicio recognitionis manus litterarum cambij abſque partis citatione, nam deciſio illa nullo iure eſt fundata, de hac re dicemus latius *infrà*, vbi ponemus ampliationes, & limitationes.

6 Quando procedit extraiudicialiter, (& *eſt Secundus caſus*) citatio non requiritur *Rot. poſt conſil. Farinac. dec. 50. num. 2.* & *3. p. 2. Marta de clauſul. clauſ. 53. Gabriel. concluſ. 1. de citat. num. 312.*

7 Vtpotè quando vult extraiudicialem informationem ſumere, nam tunc poteſt omittere partis citationem. *Felin. in cap. cum olim de re iudic. Pur. dec. 432. lib. 2.*

8 Sic quando vult aliquid expedire ſecundum ſuam conſcientiam, nam eo etiam caſu neminem citare debet *Bal. in l. ſi qua* verſ. *ſed ponè C. de epiſc. & cleric.* & *in l. certum* verſ. *item oppono C. vnde legat. Alex. in l. de vnoquoque ff. de re iudic. Maranta in ſpec. p. 6. rubr. rectè concip. citat. nu. 21. Menoch. de arbitr. q. 17. lib. 4. Gallup. in praxi S. C. p. 2. c. 2. num. 53. Sfortz. Odd. conſ. 20. num. 41. Borrel. in ſumma deciſ. tit. 44. num. 316. Baron. de citat. q. 18. num. 36.*

9 Item quando aliquid facit ad ſui inſtructionẽ. *Bal. in loc. allegatis Maranta vbi ſup. n. 20. Mandoſ. de inhibit. q. 42. n. 4.*

10 Pariter ſuper ſtylo ordinario Iudex poteſt parte non citata ſe informare extraiudicialiter *Bar. in l. 3. in fin. ff. de teſtibus Bal. in l. 1. in fin. C. vt quæ deſunt Aduoc. Iud. Ludouiſ. dec. 484. num. 6. Burg. de Loudem. p. 3. inſpect. 35. num. 13.* & *ſeqq.* & de modo proced. ex abrupto *q. 15. nu. 16. 17. 18. Sicul. Coſta conſ. 2. num. 45.* & *conſ. 19. num. 19. 20. Giurb. d. conſ. 39. Baron. de citat. q. 18. num. 35.* Se-
11 cus autem in deciſorio ex adductis per *addentem ad Ludouiſ. d. dec. 484. num. 8. Ricell. in concord. gl. concord. 52. fall. 96. Socc. de cit. art. 7. n. 66.* verſ. *decimus caſus* diximus *q. 1.*

12 Iudex procedens iudicialiter ex officio (*eſt Tertius caſus*) ad publicam vtilitatem, tunc poteſt omittere citationem, putà ſi inhibeat nè delinquentes receptentur *l. congruit ff. de offic. præſid.* Item ne quid fiat quando imminet peccatum *Abb. in cap. suam num. 12. de ordin. cognit. Gabriel. de citat. concluſ. 1. num. 82. Lancellot. de attent. 2. p. cap. 20. de attent. poſt inhibit. in præfat. q. 5. n. 227. Feretra dec. 68. num. 11.* & *de manu reg. p. 1. cap. 7. num. 5. Rolan. conſ. 8. n. 30. lib. 4.* Nè maritus, &
13 vxor cohabitent, donec cauſa finiatur, quando dubitatur de validitate matrimonij, iuxtà terminos *cap. itner. de re iudic.* & ibi: *DD.* Ne fiat con-
14 tra libertatem Eccleſiaſticam, vtpote ne Iudex laicus mandet executioni aliquam conſtitutionem contra libertatem eccleſiaſticam *Gabriel. d. concluſ. 1. num. 84. Lancellott. vbi ſup. num. 228. Socein. regul. 107.* & *200.* vbi ponit plures caſus.

15 Sed eſt aduertendum quod Iudex etiam procedens ex officio, & nemine petente neque citato, debet adhibere cauſę cognitionem, quod eſt intelligendũ non de cauſæ cognitione iudiciali, quæ neceſſario requirit partis citationem *c. romana §. ſi verò de appell. in 6. Conar. pract. qq. c. 24. n. 3. Lancellott. p. 2. cap. 20. in præfat. num. 230.* Sed de extraiudiciali informatione, & inquiſitione, quæ requiritur ad informandum animum, & conſciẽtiam Iudicis procedere debentis ex ſuo officio, in qua non requiritur citatio *Bal. in l. non dubium num. 13. C. de legibus Gratian. dec. March. 231. n. 8.*

16 Exemplum eſt cum Iudex debet dare Curatorem furioſo, & prodigo, & illi inhibere, & interdicere adminiſtrationem ſuorum bonorum, quod publice intereſt *l. 1. ff. de curat. furioſ.* ſed hoc non poteſt facere ſine cauſæ cognitione *l. obſeruare ff.*
17 *eodem tit.* Et tamen inhibitio poteſt fieri furioſo

ſiue

ſine partis citatione *Bal. Ang. Imol. & alij in l. ſi is cui bonis ff. de verb. obligat. Alex. in l. de vnoquoque num. 15. verſ. item fallit ff. de re iudic.* diximus *rubr. 11. q. 8. 9.*

18 Eodem modo ſecundum aliquos poteſt inhiberi prodigo. Nam licet *Ang. in d. l. ſi is cui verſ. an autem ff. de verb. obligat.* dicat citationem requiri *Bertran. conſ. 222. Tuſc. lit. P. concluſ. 265. Ant. de Virgil. de legit. perſon. cap. 9. nu. 7. Ant. Fab. in C. lib. 5. tit. 40. defin. 7. in annot. n. 6.* Tamen

19 contra eos dicunt adeſſe opinionem veriorem, ea ratione quia prodigus æquiparatur furioſo *d. l. ſi is cui.* Et cum prodigus nequeat contradicere, & impedire quod ſibi inhibeatur, & interdicatur adminiſtratio non requiritur eius citatio *l. 4. §. illud ff. de fideicommiſſ. libert. l. qui poteſt. ff. de reg. iur. Dec. conſ. 274. num. 5. Vbert. de citation. tom. 1. q. 3. num. 11. verſ. & eodem modo,* qui dicit inquiſitionem, & informationem debere fieri diligentiſſimè ad euitandas colluſiones, & fictiones, quæ fieri poſſent in alterius damnum ſuper furore, de mentia, & prodigalitate ex *Bero q. 24. n. 2. Mandoſ. de inhibit. q. 18. n. 8. ſeqq.*

20 Mihi vero ſemper placuit prima opinio, vt requiratur citatio prodigo facienda, cum regula ſit, quod in ijs, in quibus cauſæ cognitio requiritur, ſemper citandi ſint omnes quorum intereſt *l. de vnoquoque ff. de re iudic. l. etiam ff. de minor.* & cauſa cognitio adhiberi non poſſit, niſi parte citata *l. in cauſę §. cauſa cognita ff. de minor.* vt probant *DD. ſupra citati.* Nec eſt verũ in omnibus, prodigum furioſo æquiparari, vt latè probat *Grammat. dec. 103. nu. 5.* & contra *Dec. eſt addit. d. conſ. 274. lit. B. ex Bertron. d. conſ. 222.* Eſt benè verum dictã citationem non requiri ſimpliciter in prolatione ſententiæ, ſed ſufficere adeſſe in actu diſcuſſionis ſuper veritate, in notorio prodigo, ſed in non notorio requiri etiam in prolatione Sententiæ poſt *Roman. conſ. 482.* dicit *Rip. in d. l. ſi is cui nu. 28.* Hanc opinionem nouiſſimè tuentur *Conſ. Hodiern. contr. 41. num. 22. & ſeqq. D. Prat. diſcept. 2. num. 12. lib. 1. & obſ. 87. Conſ. Rocc. reſp. 78. n. 8. & ſeqq. lib. 2.* prout diximus *in obſ. ad conſ. 76. nu. 7. R. Rouit. lib. 3. Baron. de citat. q. 19. num. 8. & ſeqq.*

21 Hinc Iudex poteſt facere banna generalia ſine partis citatione, cum cauſa tamen, aliàs ſine cauſa non valerent *Paris de ſyndic. fol. 77. Nicell. concord. 52. fall. 58.*

22 Item ſi vult aliqua facere ad ſui inſtructionem quia tunc non requiritur citatio. *Bal. in l. non dubium col. 6. C. de legib. verſ. iuxta hoc quæro Nicell. d. concord. 52. fall. 43. Gabriel. d. concluſ. 1. num. 344. Salgad. in reg. protect. p. 1. c. 2. num. 139. Giurb. conſ. 39. num. 49. 50. Coſta Sicul. conſ. 2. nu. 62. 63. R. Tap. Senat. Ital. 23. nu. 27. Burg. de Laudem. p. 3. in ſecti. 35. num. 14. Borrell. d. tit. 44. num. 383.* Putà

23 quando ex officio vult examinare teſtes vel ſuper abſentia, vel ſuper morte, nam tunc poteſt omittere citationem *Felin. in c. in nomine domini de teſtibus Nicell. d. concord. 52. fall. 52. Baron. de citat. q. 16. n. 89. & ſeqq.* & dicemus *infrà.*

24 Quando Iudex Eccleſiaſticus implorat brachium ſeculare non tenetur citare partem. *c. 1. de offic. ordin. Nicell. d. concord. 52. fall. 50.* de qua concluſione *nos* diximus *rubr. 3. q. 20. & ſeqq.*

25 Si vero Iudex ex officio procedit iudicialiter ad priuatam vtilitatem, non poteſt omittere citationem, neque cauſæ cognitionem *Vbert. de citatio. tom. 1. c. 3. n. 8.*

26 Quartus caſus eſt quando Iudex procedit ad partis inſtantiam, tunc ſi non requiritur cauſę cognitio, poteſt omittere citationem *l. 3. §. ſi cauſa cognita ff. de bonor. poſſeſſ. Bal. in l. nec quicquam §. vbi decretum col. 1. ff. de offic. proconſul.* poſt alios *Gabriel. d. concluſ. 1. n. 363.* dicens valere regulam negatiuè, ſcil. non eſt neceſſaria cauſæ cognitio, ergo nec citatio *Baron. de citat. q. 16. num. 218.* & melius *q. 18. n. 5. Gallup. in praxi S. C. p. 2. c. 2. nu. 29. Giurba conſ. 39. num. 67.* vbi diſtinguit triplicem cauſæ cognitionem. Ideo quando vult reuo-

27 care id, quod de facto factum fuit, poteſt cauſę cognitionem, & citationem omittere *gl. in l. 1. in verb. infirmabuntur ff. de fer. & in l. minor. in verb. Seius ff. de euiction. R. Marin. lib. 1. cap. 45. nu. vl. Ricc. collect. 3973. Contard. in l. vnic. lim. 16. nu. 15. C. de moment. poſſeſſ. Farinac. conſ. 87. num. 27. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 155. num. 25. tom. 1. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 1. tit. 44. num. 404. & 405. R. Tap. dec. Senat. Ital. 23. num. 27. in fine, & 28. Aſin. in praxi §. 7. c. 5. lim. 134. & 135. Gratian. diſcept. 914. num. 8. 9. Coſta Sicul. conſ. 2. num. 52. & 54.* poſt alios *Baron. de citat. q. 19. num. 60. & ſeqq.*

28 Pariter, & eſt quintus Caſus quando de Iure poteſt incipere ab executione, præcepto, vel inhibitione nõ poteſt omittere citationẽ, & etiam quando præcipit cum clauſula, ſi quis ſenſerit, prout late probat *Vbert. de citation. cap. 2. n. 7. & ſeqq. Gabriel. concluſ. 1. num. 377. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 44. n. 329. Port. lim. 31. Baron. d. q. 18. n. 7.*

29 Sextus caſus eſt cum tenetur adhibere cauſæ cognitionem, tunc argumentum non procedit affirmatiuè, hoc eſt requiritur cauſę cognitio, ergo requiritur citatio; quia procedit in his, quæ pariunt magnum præiudicium, ſecus in his, quę modicum, vel nullum, & maximè ſi extraiudicialiter procedatur *Bal. & alij in l. ſed ſi hac, §. prætor ait ff. de in ius voc. Alex. in apoſtill. ad Bar. in l. 3. §. ſi cauſa cognita ff. de bonor. poſſeſſ. Gabriel. d. concl. 1. num. 363. Baron. de citat. q. 18. nu. 6.*

30 Septimus caſus eſt quando Iudex fert ſententiam diffinitiuam, & tunc non poteſt citationem omittere; cum reſpiciat defenſionem naturalem, quæ nemini eſt deneganda per quemuis Iudicem, quantumuis haberet abſolutam poteſtatem. *Alex. conſ. 65. col. 2. lib. 1. Affl. dec. 391. V ant. hic nu. 2. & ſeqq. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 2. tit. 28.* diximus *ſup. q. 1. & 2.* & dicemus *infrà.* Siuè Iudex ferat

31 ſententiam diffinitiuam in petitorio, ſiuè in poſſeſſorio, nam citationem omittere non poteſt *Caputaq. dec. 189. p. 3. per tex. in c. licet epiſcopus de preb. in 6.*

32 Ideo ſicut Iudex non poteſt aliquem non citare, ità non præſumitur aliquem velle priuare ſua poſſeſſione *Bal. in l. 2. num. 14. C. vbi in rem act. Socc. conſ. 18. num. 19. lib. 1. Caſ. de graſſ. dec. 3. n. 2. de verb. ſignific.*

33 Et quamuis Iudex alium immittens priuet poſſeſſorem ſua poſſeſſione *Ang. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas n. 2. in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.*

34 ta-

ſed potius negotiorum geſtoris, procuratoris, vel nuntij functurus eſt officio, qui in explicandis negotijs ſibi libere commiſſos nõ egent ſententia conſtituentium *Bal.in l.fin.num.19.ver.2. caſu C.de contrah.empt.& conſ.64.lib.3.Rot.in recentiſſ.dec.52.n.7.p.t.*

8 Quibus procognitis,arbiter ſiue neceſſarius, ſiue voluntarius non poteſt citationem omittere quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorũ *l.1.ff.de receptis arbitris arg. tex.in l. diem proferre §.ſi quis litigatorum ff.de arbitr, Innoc.in cap.ex parte de arbitr.*poſt alios *Lanfranc.de arbitr.q.10. Borrell.de compromiſſ.§.3.gl.4.nu.62. Roman.conſ.72.num.4.R.Marin.lib.1.cap.45.num.3. Caualer.dec.527.num.2. Anna alleg.99. num.1. Coſta de Scient.& ignor.diſt.66.cent.1.Baron.de citat.q.16. num.205.& ſeqq.Rot.apud Burat.dec.458. num.6. & dec.307.num.6.p.9. Vrſell.concluſ.legal.133.n.116.Aſtolin.reſol.66.num.35.Ricc.dec.64.*

9 Niſi tamen in compromiſſo citationi ſit expreſſè renunciatum *d.l.diem proferre §.ſi quis litigatorum ff.de receptis arbitr. Rot.Rom. apud Marcheſ.p.1.fol.1126.num.6.de commiſſ.Vbert.de citat.cap.8.num.282.Vdalrich.Zaſ.in l.ſi quis arbitratu num.33.fall.1.ff.de verb. obligat. Borrell, de compromiſſ.§.3.gl.4.nu.64. Hippol.de Marſil.ſing.273; in fin.Laganar.ad R.Romit. in prag.1. de arbitr.*ſequitur *D.Scoppa ad Gratian.dec.62.num.46.* Quãuis non deſint plures dicentes non poſſe renunciari,quos refert, & ſequitur *Becc.conſ.99. num.19.lib.1.*

10 Vel etiam ſit dictum in compromiſſo, vt poſſit procedi partibus abſentibus. poſt plures *Hippol.de Marſil. ſing.173. Raphael Comman. conſ.7.*cui ſe ſubſcripſerunt *Fulgoſius Chriſtof. de Caſtilliono Tadeus de Vico Mercato,Th.de Cambiatoribus , Petrus Matheſilanus Ziliotus de Caluntellis Iacob.de Salyceto Bartol.de Boſco , Marcus de cannetulo,Florianus de S.Petro , & Antonius de Albergottis* qui fuerunt flores Italiæ,vt dicit *Borrell. ubi ſup.num.63.* Quod non eſt verum , nam incontrarium eſt ipſa veritas , ea ratione , quia aliud eſt poſſe procedi partibus abſentibus , aliud partibus non citatis , & differunt abeſſe , & ignorare, & abeſſe,& eſſe informatus *Anna d.alleg.99.Coſta ubi ſup.Boer.dec.283.n.37. R.Romit. ubi Lag.in d. prag.1.n.2.de arbitr.&Marſil.d.ſing.173.*dicit cõtrarium , vnde errauit hac vice *Borrell. Intrigl. ſing.196.lib.1.Baron.de citat.q.15. num.53. & q.16.verſ. ſuprà poſitam concluſionem.*

11 Sed per renunciationem in compromiſſo poteſt remitti citatio , quatenus eſt defenſio iuris ciuilis , non autem quatenus eſt iuris naturalis, quæ tolli non poteſt. *Clem. paſtoralis de re iudic. Mantica dec.299.num.1. & ſeqq.* nec partes poſſunt primæ citationi renunciare, vt diximus *q.1.* addimus *Card.Tuſc.lit.C.concluſ.268.num.17. & lit.R.concl.171.R.Cap.Latr.dec.188.nu.40.* Ideò

12 non obſtante renunciatione requiritur qualis, qualis notificatio. *Felin.in cap.dilecti col.2. de re iudic. & in cap.cumlem de re iudic. Rum.conſ.62. num.20.lib.5.Gabriel. d.concluſ.1. num.49. Vbert. de citat.c.8.num.284. Baron.de citat.d.q.16.num. 211.in fin. Aſtolin.reſol.66.num.40.*Et partes au-

13 diri debent in diſcuſſione negotij, licèt non vocentur in actu declarationis *DD.ſup.citati.*

14 Nam nec cognitio etiam extraiudicialis ſine partium præſentia haberi poteſt, cum negotiorũ merita partium aſſertione pandantur *l.vl.C.ſi per vim,vel alio modo Creſcent.dec.2.num.3. de arbitr.* quem ſequuta fuit *Rot.in recentiſſ.dec.52.num.7. p.1.Curt.ſen.conſ.23. num.5.* vbi dicit non valere laudum Arbitratoris quando ſe informauit parte non citata,allegando *Caſtr.conſ.48.* latè *Mantica dec.299.num.1.Gratian.diſcept.529.num.30. Rot. dec.52.num.7.p.1.in recentiſſ. Aſtolin.reſ.66. num.34.*

15 Quando in compromiſſo data eſt facultas procedendi *de Iure* tantum,licet partes dixiſſent compromittere tanquam in arbitrum, & arbitratorem,tamen illa verba *de Iure* important,vt cẽſeatur arbiter *Rom. in rubr.ff.de arbitris Caſ.de Graſſ.dec.11.num.4. & 5. de probat. Seraphin.dec. 697.nu.2.*

16 Sic etiam cenſẽtur Arbitri quando fuit appoſita pœna , & quando fuerunt electi iuris periti non obſtante quod partes dixiſſent compromittere, quia intendunt amicabiliter rem decidere, & litibus parcere *Caſ.de Graſſis d. dec.11. num.7. & ſeqq.*

17 Et quando eliguntur arbitri cum clauſula ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, cenſetur remiſſus ſolus rigor iuris ciuilis,& attenditur ſola ſolemnitas iuris gentium *Seraphin.deciſ.698.n.2.*

18 Laudum eſt nullum ob defectum citationis, quamuis compromiſſum ſit de Iure , & de facto. *Mantic.d.dec.299.nu.1. & 2.Vrſell. concluſ.legal. 133.num.116.*vbi idem dicit ſi ſit factum in folio albo cum ſubſcriptione partium.

19 Verum eſt ſingulariter obſeruandum , quod licet poſſit laudum valide proferri ſine citatione partis *ex DD.ſup. citatis.* Tamen ſi arbiter voluerit illam adhibere, & poſtea illius terminum non ſeruauerit prout tenebatur de Iure,actus prolationis laudi inde ſecutus remanet vitio nullitatis infectus,vt latè per *Felin.in cap. cum ordinem num.2.de reſcript.& in cap.qualiter , & quando in princ. de accuſ.col.3.Decian.reſp.30. num.24. vol.1.Rota deciſ.348.num.4. p.9.* Ratio eſt manifeſta quia cum in voluntate arbitri eſſet poſitum citare, vel non citare partem ad ſententiam *Ludouiſ. dec.204.nu.14.*quod etiam indicant verba illa ſolita poni in compromiſſis , *quod poſſit procedere nullis præcedentibus citationibus , &c.*ponderando illud verbum *poſſit* quod affirmatiue prolatum importat facultatem, & liberam voluntatem , & non neceſſitatem *l.ſæpè* cum ibi *not.ff.de offic.Præſid.& l.1.C.quomodo, & quando Iud.Barboſ.dictione 268.num.1.*Et ſic cum idem Arbiter citando declarauerit ſe nolle vti facultate ſibi in hac parte in compromiſſo tributa, ſed Iuris communis inhærere diſpoſitioni,iuxtà quam,*vt ſup.*diximus citatio eſt omninò neceſſaria , ſi hoc fecerit minus legitimè, & ſollemniter, quam ipſo Iure cauetur, actus ſubſtineri non poteſt , non quidem ex facultate ſibi tributa in compromiſſo,quia illa vti noluit, & minus ex diſpoſitione iuris , ex quo illius formam ipſemet non ſeruauit,& ſic intrat regula , de qua *in c.ſuper de offic.delegati,*ſci-

Digitized by Google

licet *quod primis uelint &c.* bene *Altobin. d. reſol. 66. num. 41. & ſeqq.*

20 Diximus de arbitro qui debet procedere, & iudicare prout de Iure, nunc dicemus de Arbitratore, qui poteſt iudicare ſecundum veritatem ſibi quomodolibet notam *Lap. alleg. 77. circa fin. Bal. conſ. 240. num. 2. lib. 1. Abb. in c. quintaualliſ n. 7. de iur. iur.* Rot. *in recentiſſ. p. 1. dec. 380. n. 2.*

21 Arbitrator non poteſt omittere citationem, quando compromiſſum fuit factum de re litigioſa, aliàs ſecus, & omni caſu ſufficit citatio in diſcuſſione negotij, licet non fiat in actu declarationis *Bal. in l. fin. num. 19.* ver. *ſecundus caſus Creſcent. dec. 2. de arbitr. Rot. in recentiſſ. dec. 52. n. 7. p. 1.* quamuis contra dicant *Roman. d. conſ. 72. Gratian. diſcept. 162. num. 6.* vbi bis deciſum refert requiri citationem *Rota apud Pin. dec. 636. num. 1. Gabriel. d. concluſ. 1. de citation. num. 194. & n. 200.* ea ratione quia coram arbitratore non ſeruatur ordo iudiciarius, vndè coram eo non porrigitur libellus, nec procedit, vt Iudex in aliquo de neceſſitate *Innoc. in cap. quintaualliſ de iur. Ancharan. conſ. 270. Zabarell. con. 139. num. 6. & ſeqq. Menoch. conſ. 208. num. 5. D. Rodcer. ad* R. *Marin. cap. 45. num. 11.* poſt alios *R. Marin. lib. 1. reſol. d. c. 45. nu. 5.* vbi id maxime procedere dicit ſi ſit arbitrator cum poteſtate procedendi de Iure, & de facto. *D. Rodcer. vbi ſup. n. 15. & ſeqq.*

22 Quando tamen Arbitratori eſſet data expreſſa poteſtas procedendi, & pronunciandi ſine citatione, tunc indubiè laudum valeret latum parte non citata, tamen non noceret niſi parti intimaretur *Nicell. in 52. concord. gloſſ. fall. 29.* Et

23 pars intimata ſi non reclamaret, non poſſet amplius impugnare laudum prætextu omiſſæ citationis. *Grat. conſ. 76. col. 1. in fin. lib. 2. Gabriel. d. concluſ. 1. de citat. nu. 53.*

24 Quando Arbitrator haberet facultatem procedendi extraiudicialiter non poſſet ferre laudū ſine partis citatione, niſi quando præceſſiſſet plena negotij diſcuſſio facta, vel cum citatione, vel in præſentia partis *Bar. in l. ſi quis arbitrata ff. de verb. oblig. Florian. in l. 1. §. fin. num. 3 ff. ſi menſor. fal. mod. dixer. Rot. in recentiſſ. dec. 585. n. 1. & 2. p. 2.*

25 Et ſi Arbitrator aſſerat audiuiſſe partes, vel fuiſſe cum eorum interuentu, regulariter ei non creditur, niſi conſtet anteà partem fuiſſe citatam, ſeu intimatam. *Burr. conſ. 24. num. 8. Alex. in l. ſtipulandum num. 25. in fin. ff. de verb. obligat. Caualer. dec. 527. num. 6.* Si vero eſſet veriſimilis eorum aſſer-

26 tio ei ſtandum eſſet, & non eſt veriſimile, quod partes compromittentes negligant eorum negotium, & non curent ſæpius arbitratorem electum informare *ad tex. in cap. niſi eſſent de præb. in 6. & in cap. ad audientiam de præſcrip. 1. Rot. in recent. dec. 52. nu. 7. p. 1.*

27 Eſt tamen notandum quod quando in compromiſſo fuit data facultas procedendi extrà iudicialiter, ſeu ſinè ſcriptis, tunc partes cenſentur etiam voluiſſe ſtare eiuſdem arbitri aſſertioni, cū acta extraiudicialiter, & ſine ſcriptis nequeant per ſcripturam probari, & ità licet non ſtetur aſſertioni arbitratoris in his, quæ poſſunt probari per ſcripturam, tamen ſecus eſt, quando per ſcripturam probari nequeunt *gl. in l. ne in arbitris in verb. iudice, & in verb. ſermones C. de recept. arbitr.* vbi *Bart. n. 6.* verſ. *aut poſtquam,* & verſ. *ſolum & Bal. num. 10. Rot. in recent. p. 1. dec. 553. num. 9.*

28 Si tamen acta facta extraiudicialiter, vel ſinè ſcriptis poſſent probari per teſtes, tunc non ſtaretur aſſertioni arbitratoris ex deductis per *Rot. in recent. dec. 515. n. 10. p. 1.*

29 Et ſic quando de contrario non conſtaret per teſtes, in dubio præſumeretur arbitratores ſuper re extraiudicialiter diſcurientes, & terminantes partes ipſas ad ſaturnitatem audiuiſſe *Gozadin. conſ. 100. num. 103. Rot. in recentiſſ. dec. 52. num. 7. in fin. p. 1.*

30 Item quando partes in compromiſſo remiſiſſent omnia conſcientiæ arbitratoris, vel etiam ſine iuramēto promiſiſſent ſtare nudo, & ſimplici arbitratoris verbo vel quando partes iuraſſent ſtare laudo ferendo, vel etiam ſi dixiſſent, quod arbitri poſſent ferre laudum partibus abſentibus, & non citatis, & in quolibet caſu laudum non poſſet cenſeri nullum ex defectu citationis, & ſufficeret laudi intimatio *Gabriel. d. concluſ. 1. a n. 52. ad n. 54. & n. 195. & 198.*

31 Quod fertur laudum in vltima die termini compromiſſi, ſi eſt arbitrator poteſt omittere citationem in prolatione laudi, & tunc dies interpellat per homine. *Socc. de citat. art. 7. n. 57.*

32 Quando an procedat in Arbitro eſt valdè dubium, nam quod eadem concluſio procedat etiā in laudo proferendo in vltima die compromiſſi, vel termini præfixi ab homine, dicunt *Bal. in auth. ei, qui C. de tempor. appell. Paul. de Caſt. in l. admonendi col. antepenul. ff. de iure iur. in l. properandum, §. & ſi quidem col. fin. C. de iudic. Innoc. in c. ſuper eo col. 2. de appell. Alex. in l. de vnoquoque col. fin. ff. de re iudic. Iaſ. in l. nec quicquam col. 5.* verſ. *principaliter ff. de offic. proconſul Morian. col. 53. in tract. citat. in 3. caſ. Bar. in l. 2. C. de tempor. appel. Hippol. in d. l. de vnoquoque col. 26. in 3. limit. ff. de re iudic. Bar. in l. qui ante Kal. col. fin. ff. de verb. obligat. Bal. in cap. quintaualliſ de iur. iur. col. 3. Affl. dec. 47. in 2. dub. Hippol. ſing. 428. Rom. ſing. 372. Nicell. in 52. concord. in fall. 61. Pariſ. conſ. 107. col. 7. in fin. vol. 3. Ruin. conſ. 209. col. 8. vol. 1.* poſt *Alex. & Iaſ. Rom. Socc. Spec. Bal. Felin. in pluribus locis Gabriel. de citat. concluſ. 1. num. 306. verſ. 3. limita Borrell. in ſumma deciſ. tit. de citat. num. 198. & 441. Barboſ. in cap. ſuſceptis num. 15. de cauſ. poſſeſſ. Aſin. in praxi §. 7. cap. 5. lim. 55.* poſt alios *Baron. de citat. q. 18. num. 30. Scacc. de ſententia gl. 9. num. 72. & 77.* vbi dicit contra *Blanc. infra citandum* DD. per ipſum citatos dicere contrarium.

33 Sed contrarium tenet Bal. *in cap. fin. in 2. col. quo tempore miles;* quamuis allegetur per DD. *pro concord.* expreſſius tenet *Salyc. in d. auth. ei, qui in fin. C. de temp. appell.* Blanc. *de compromiſſ. q. 9. de ſent. num. 8.*

34 Concordat Bal. *in d. auth. ei, qui* vbi facit dixtinctionem in caſu, quo terminus ſit præfixus ab homine, vel à lege, vt primo caſu poſſit pronunciare ſine citatione, vt *ſup. hic* diximus, ſecus ſecundo caſu, ſequitur hanc dixtinctionem *Marian. conſ. 136. in fin. addit. vol. 2. Maranta in ſpec. p. 6.*

p.6.membr.1.n.18. quamuis male pro ſecunda opinione adducatur à *Borrell.de compromiſſ.* §.3. *gl.4.num.65.* dum agens ipſe de compromiſſis legis nempè *regia pragm.1. de arbitr.* in noſtro Regno Neap. dicit poſſe arbitrum proferre laudum in vltima die termini abſque citatione, & affert *Maranta loco citato.*

35 Contrà hanc dixtinctionem *Bal. & aliorum*, tenent *Paul.de Caſtr. Rom. Alex. & Socc. in d.l.ſi quis arbitratu ff.de verb.obligat. & Salyc. in d.auct. qui in fin.C.de tempor.appellat.* & optime meo iudicio, nam nulla alia ratione videtur, quod poſſit arbiter omittere citationem in vltima die termini, niſi propter periculum in mora, ex dictis per *Innoc.in cap.ſignificauit in fin.de teſtibus Imol. & Alex.in d.l.de vnoquoque col.fin. de re iudic.* & ibi *Hippol.col.26. in 3.limit. Anchar. conſ. 277.col.pen.& fin.duplicato conſil.439. Socc.conſ. 262.col.6. & reg.406. fall.6. Nicell. de concord. gloſſ.concord.52.fall.44.*

36 Sed hæc ratio mihi tuta non videtur, & concludens, quia dum partes nunquam citarunt ad ſententiam, ſignum eſt, quod voluerunt, vt compromiſſum euaneſceret, id quod non poteſt conſiderari tamquam periculum imminens, & cum arbiter debeat procedere prout de Iure, nequit citationem omittere, vt *ſup.* diximus, huius opinionis eſt *Vbert.de citation.lib.1.cap.8.n.321.*

SVMMARIVM.

Executor gratiæ apoſtolicæ poteſt eſſe merus, & mixtus.

2 *Qui ſit merus, & qui ſit mixtus, & quæ clauſulæ*
1 *faciant merum, & quæ mixtum, & à num.3. ad num.101.*

102 *Mixtus executor aſſumere debet partes iudicis, poſſeſſorem citare, & alia ſicut iudex facere.*

apud acta *Bal. in l. ſancimus C. de Iudic. nu. 1. Ant.
de Butr. in cap. conſuluit n. 16. de offic. deleg.* & ibi
Abb. n. 12. Foller. infrà n. 19.
12 Alia diſtinctio fit inter præſentiam partis, &
monitionem Iudicis, Nam quando aliquid fit
parte præſente, tunc præſentia partis ſupplet de-
fectum citationis, & valet iudicium præſente nō
citato, intantum, vt ſi pars in vno loco ſit citata,
& actus fiat in alio loco eo pręſente, nihilominus
actus valet propter pręſentiam partis, quod eſt
intelligendum ſi cum præſentia concurrat etiam
ſcientia, & intelligentia actus, nè alias præſens
ex inaduertentia decipiatur, vt poſt alios notat
*Felin. in cap. 1. num. 18. de iudic. Caualer. dec. 117.
num. 1. Miſing. cent. 6. obſ. 6. nu. 8. Paul. Ducan. dec.
Rot. Rom. 6. num. 7. Farinac. q. 72. num. 75. Ripol.
var. tit. de citat. nu. 308. & ſeqq. R. Galeat. contr. 12.
ſub n. 32.* verſ. *3. lib. 2.* poſt *alios* latè *Baron. de ci-
tat. tom. 1. q. 18. n. 12. & ſeqq.*
13 Quandò verò aliquid fit monita parte, tunc ſi-
uè pars ſit præſens, ſiuè non, pars reputatur con-
tumax, quia monitio Iudicis habet vim citatio-
nis peremptoriæ. *Bal. in d. l. ſancimus num. 1. C. de
Iudic.* poſt *alios Maranta in Spec. p. 6.* verſ. *rectè
concipiatur citatio num. 48. & 49. Foller. in pract.
crim. rubr. vel eos verbaliter citari faciat num. 19.
ex l. 2. C. quomod. & quand. Iud. gl. in cap. conſuluit
de offic. deleg. verb. terminum.* Sic etiam ſi Nun-
14 cius moneret partes Iudice præſente, illa non
diceretur citatio, ſed Iudicis monitio, cum ſit fa-
cta Iudice præſente, & apud acta, vt dicit *Bal. in
l. 2. num. 2. C. quomodo, & quando Iud. Vbert. de ci-
tat. tom. 1. cap. 7. n. 13.*
15 Nam quod fit præſente Iudice, videtur ab eo
factum quādo illud Iudici incumbit, iuxtà *textum
l. 1. C. de error. Aduoc. Add. ad Mattheſil. ſing. 130.
Ant. Corſet. in ſing.* verſ. *citatio n. 1.*
16 De monitione, & præſentia partium ſtatur
aſſertioni Notarij Cauſæ, quia in actis non ſunt
neceſſarij teſtes, licet in extraiudicialibus debe-
ant adhiberi. *Dec. in cap. quoniam num. 19. de
probat. Rot. dec. 295. num. 2. p. 5. diuerſ.* Quod pro-
17 cedit etiam ſi non exprimat partes fuiſſe pręſen-
tes, quia cum non poſſint moneri qui non ſunt
præſentes, ſupponitur præſentia partis, vt actus
operetur, & non reddatur falſus *Socc. conſ. 68. n.*
18 *3. & 4. lib. 4.* Niſi contrarium probetur *Bal. in
rubr. C. de contrah. empt. num. 36. q. 18. Gratian. di-
ſcept. 738. nu. 21. & 22.* per *tex. in l. optimam C. de
contrah. empt.* ibi: *& ſi inter præſentes partes res
acta eſſe dicitur, & hoc eſſe credendum.*
19 Dicitur Iudex citare per alium, quando com-
mittit, vel Parti, vel Notario, vt aliquem citet,
vel quando citatio fit per Nuncium publicum,
ſeu Curſorem ad id deputatum. Nam nemo abſ-
que Iudicis Commiſſione poteſt citare *textus eſt
in l. ſed ſi hac lege §. prætor ait ff. de in ius voc.* ibi:
Prætor ait in ius ſine permiſſu meo ne quis vocet, &
in §. ſed ſunt quidem, Inſtit. de action. ibi *vſque quo
iuſſu magiſtratuum noſtrorum, conueniatur,* idem
dicitur *in l. neminem C. de exhib. reis* ibi: *neminem
in iudicio exhibendum eſſe præcipimus, niſi de cuius
exhibitione Iudex pronunciauit Maſtrill. dec. 275.
num. 2. Borrell. tit. 44. num. 10. Barboſ. in l. cum cleri-
cis C. de Epiſc. & cleric. n. 6. 7. 8. Ricc. dec. 204. Bar-
boſ. in cap. ex parte il 2. num. 3. de reſcript. & in cap.
propoſuiſti num. 3. de foro compet. Nouar. dec. 155.
num. 2.* poſt *alios Baron. de citat. q. 30. nu. 4. & ſeqq.*
& dicemus *q. ſeq. num. 2. & infrà.* Imò debet puni-
20 ri *l. qui nomine prætoris ff. ad l. Cornel. de falſis* cu-
ius verba hæc ſunt. *Qui nomine prætoris literas
falſas reddidiſſe edictumue falſum propoſuiſſe dicetur;
ex cauſa actione in factum pœnali tenetur quamquā
lege Cornelia teneſit.*
21 Itaque Iudex poteſt committere parti, vt dicat
ſuo aduerſario, quod compareat die tali, & ita

etiam

etiam ipſe compareat, & ità eadem pars debet
exequi, & dicere aduerſario, vt compareat de
ordine iudicis *Spec.in lib.2. p.2.tit.de citation.§.
ſequitur num.2. Maranta de ordine Iudic.p.6.ver.
rectè concipiatur citatio num.44. Paz in praxi pri-
ma partis tom.1.temp.3.num.37. Viſtr.in praxi lib.
4.cap.3.num.7.*vbi loquitur de citatione emana-
ta à Curia Romana, quod non procedit de *Iure*
noſtro Neap. per *conſtitut.regni* edictorum, & *ibi
per Aff.in 3.notab.Foller.in pract.crim.rub.vel eos
verbaliter citari faciat nu.19. Scialoya de fortudic.
cap.6.num.2.*
22 Sed hic cadit triplex difficultas. Prima quo-
modo quis poſſit eſſe Iudex in cauſa propria.
Secunda cur quis teneatur credere ſuo aduerſa-
rio. Tertia Cur Iudex teneatur credere relationi
partis? Ad primam difficultatem dicimus non
implicare, quod quis ſit nuntius in propria cau-
ſa per *tex.in l. cum qui emit §.ſi epiſtola ff.de furtis*
vbi *Bar. & alij Maranta in ſpec.p.6.verſ.rectè con-
cipiatur citatio num.44.cum ſeqq. D. Honofr.Cigala
in tit.de action.Inſtit.lib.4.§.19.n.29.*
23 Et quod Iudex poſſit committere executioné
parti, dummodo reſiſtenti vim non inferat de-
clarat *Bar.in l.iuſtè poſſides nu.2. & 3.ff.de acquir.
poſſeſſ.* & ibi *Alex.num.31. Bal. conſ.345. num.2.
lib.1.Card.Tuſc. lit.E.concluſ.524.Gratian.dec.12.
num.10.*vbi limitat ſi ſententia contineret quan-
24 titatem. Imò etiam captura perſonę, dummodo
fiat ſine violentia, & periculo armorum fiat, no-
tat.*Bal.in auth. ſed omnino C. ne vxor pro marito
num.37.Mandel.conſ.47.Clar.q.28.nu.54. & 57.*
Et ſi partes occiderent carcerandũ non teneren-
tur de occiſo. *Mandel. d.conſ.47. Bosard. q.28.
num.29.*
25 Eſt tamen verum non debere capturam ſic de
facili concedi, & in mandato de capiendo bonũ
eſt apponere verba: dummodo non accedant par-
tes offenſæ. *Petr.ad Grammat.dec.41.nu.11. Mar-
cell.de Mauro alleg.93.* & ibi *Abb. de Mauro ad-
dens* deciſum refert *Foller.in praxi in rubr. Nota-
tos capiat de perſona num.14.* & ibi *de Angelis n.
37.Guazin.defenſ.5.c.1.n.11.*
26 Ad ſecundam difficultatem. Diſtinguendum
eſt. Quod ſi pars nudo verbo citet, non tenetur
aduerſarius credere, nam monet *Eccleſiaſticus c.
12. Non credas inimico tuo in æternum &c.* & eſt
*tex.in cap.accedens il 2.vt lit.non conteſt.*ibi; ſi *ta-
men miſſæ iſ fuiſſent, non debebat credere ſuis ini-
micis.Speculat.lib.2.p.1.tit.de citat.§.ſequitur n.2.*
27 Si verò citet in ſcriptis, & oſtendat litteras
citatorias in publica tamen forma, & de manda-
to Iudicis, & à Notaro ſubſciptas, tunc ei cre-
dendum eſt *Bal.in l.2.C.de annal.except.n.15.*
28 Ad tertiam difficultatem dicimus, quod non
eſt ſtandum partis relationi, niſi aliundè proba-
retur, putà per teſtes *Bal.in l.ſi vt proponis 2.lect.
num.4. C.quomodo, & quando Iud. Franch.in cap.
cum parati num.17.de appellat.Maranta in ſpec.p.
6.verſ.rectè concipiatur citatio nu.45.in fine.* Nam
29 litigantes veluti inimici facile mentiuntur *l.1.
§ præterea ff.de queſtion.* ibi; *inimicorum queſtioni
fides haberi non debet, quia facilè mentiuntur.* Verũ
30 talis commiſſio parti non debet committi niſi in
ſubſidium ad euitanda ſcandala, deficiente nun-
tio. *l.non eſt ſingulis ff.de reg.iuris,* & ibi *DD.*
31 Ideo melius eſſet, ſi committeret citationem
proprio famulo, vel alteri priuatæ perſonæ, quod
fieri poteſt. *Card. in cap.cum ſit Romana col.fin.
de appellat.* & ibi *Abb.num.29.Foller.in pract.cri-
min.in rubr.Vel eos verbaliter citari faciat nu.17.
verſ.ſunt qui dicunt,*qui dicit ſecus eſſe in Regno
Franciæ, & hic Neap. vbi ſunt publici appari-
tores *Scialoya de fortudic.cap.6.n.2.*
32 Vel debet committere Notario, vt citet, defi-
ciente nuntio. *Spec.lib.2.p.1. de citat.§.ſequitur n.
1.Maranta d. verſ.rectè concipiatur citatio nu.47.
Io: Mil.in ſua pract.crim.in gl.præſentes fol.46.Fol-
ler.vbi ſup.n.20.*& ibi *add.de Angelis n.26.Scialo-*
33 *ya ibid.n.1.*Et hoc caſu ipſemet poteſt ſcribere
feciſſe citationem *Bal.in l.2.num.15. C.de annal.
except.Mil.& Foller.vbi ſup.Scialoya ibid.*
34 Et Notarius actuarius cum ſit publica, & iu-
rata perſona, habet præſumptionem pro ſe, quod
fideliter exequatur ſibi commiſſa. *cap. ad audien-
tiam de præſcript.* ibi. *nec credentes ipſum Scrinia-
rium, cum iuratus ſit officium ſuum fideliter exequi,
aliud ſcripſiſſe, quam a teſtibus diceretur.*
35 Poſſet dubitari quando vnus exequi poſſit du-
plex officium notarij, & nuncij? Sed reſoluitur
per *tex.in l.ſi quis decurio C.ad l.Cornel.de falſis,*vbi
gl.verb. permanes colligit, vnum gerere duplex
officium ſcil.decurionatus, & Tabellionatus, ſeu
Scriptoris.
36 Poſſet etiam dubitari, quomodo Notarius
poſſit conficere inſtrumentum publicum de eo
quod à ſe geſtum eſt, & ſic de executione cita-
tionis à ſe facta.*l.vnic.C.de mandat.Princip.l.pro-
hibitum.C.de Iure fiſci lib.10.*
37 Sed reſponſio eſt, quod vbi duo officia non
ſunt repugnantia, vnus poteſt vicem duorum ſub-
ſtinere *l.ſi conſul ff.de adoption.* cuius verba ſunt
*ſi Conſul, vel Præſes filiusfam.ſit, poſſe eum apud ſe-
metipſum, vel emancipari, vel in adoptionem dari,*
38 *conſtat.* Et quod quis non poteſt facere tanquam
ipſe, facit tanquam alius *l.ſi pater fam. §.1. ff.de
adoption.* ibi; *facit.n.hoc quaſi quilibet, non quaſi*
39 *omni.*Et licet regulariter nemini credatur dicẽ-
ti ſibi aliquid fuiſſe commiſſum, tamẽ ſi talis cõ-
miſſarius ſit notarius actorum illius Cauſæ, ei
creditur *Bar.in l.ex ſententia num.3. ff.de teſtam.
tutel.Caſm.dec.247.p.2.Rot.* poſt *conſ. Farinac.p.
2.dec.351.n.3.*
40 Eſt bene verum, quod licet nuncio publico
credatur ſine teſtibus, vt *infrà* dicetur, tamen ſe-
cus eſt in notario, qui in executione citationis
debet adhibere teſtes, aliàs ſi faceret relationem
ſe citaſſe, vel intimaſſe non adhibitis teſtibus, vel
illis adhibitis, qui noluerunt dare nomina ſua,
talis intimatio, ſeu relatio non valeret *Rot.di-
uerſ.dec.36.n.1.p.3.lib.2.* Niſi aliter de ſtylo ſer-
41 uaretur, pro vt in Hiſpania. *Ludouiſ.dec.426. n.
& ſeqq.& dec.453.num.4.*Imo in hiſpania eſt ma-
42 gis approbatus modus citandi per Notarium,
quam per nuncium, vt dicit *Fontanell.dec.567.n.
19.Pegas reſol.2.num.10.*Et per *totam reſol.*diſpu-
tat an ſit bona praxis in illo Regno Portugal-
liæ, Vt fiant citationes pro committenda cauſa
rei iuramento cum comminatione, quod reo
non comparente, iuramentum reo referretur, &
ibi

ibi oſtendit quo modo debeant fieri huiuſmo-
di citationes, & an valeant factæ per Nuncius,
vel debeant fieri per ſcribas, vel Actuarios.
43 Citatio per nuncium publicum fit per illam
perſonam deſtinatam in Tribunalibus ad citan-
dum,& in omnibus ferè Tribunalibus ex publi-
co ſunt deſtinati certi nuncij ad citandum, quo-
rum conditio vilis reputatur. *Felin.in cap.pruden-
tiam num.13. de offic.deleg.* & omni vitiorum ge-
nere ſperſos dicit *Farinac.tit.de teſtibus q.56.nu.
370.*ex *l.prohibitum l.defenſionis C. de Iure fiſci
lib.10.Fontanell.dec.567. num.17. Pegas reſol.fo-*
44 *renſ.cap.2.n.10.*Et cenſentur infames. *Bar.in ex-
trauag.ad reprimendum* in verb. *nuncium*. Et pro
modico vini dolio illos deiurare non dubitat
*Hoſtienſ.in ſumma rubr.de contumac.§.qualiter.*ver.
contra Fontanell.d.dec.567.n.18.Pegas vbi ſup.
45 Vt cognoſcantur ſolēt deferre certa ſigna
particularia, putà infulſam rubeam,baculum de-
pictum, ſeu Virgam *DD.in cap.cum parati, & in
cap.cum ſignificauit de appellat.Spec.lib.2. p.2.tit.
de citat.§.ſequitur nu.5.Maranta d.verſ.rectè con-
cipiatur citatio num.43. Farinac. de carceribus q.*
46 *32.num.37.* & eſt hic Neap.in Porterijs noſtri
S.R.C.qui extrà Ciuitatem portant ſceptrum,
ſeu mazzam de piltro,ſunt verba *Afſl.in conſtit.ci-
tationum litteræ num.6.* In Curſoribus Papæ *Nig.
de execut.rei iudic.c.15.§.7.num.72.*
47 Illa tamen ſigna non poſſunt deferre extrà
territorium, vbi ſunt deſtinati nuntij, nam
Iudex extrà territorium eſt priuatus *l.3. ff.de
offic.Præſid.Rebuff.de citat.art.1.gl.1.num.5.*Bene
verum in territorijs baronum congruum eſt ad
euitandos tumultus,vt executores, vaſſalli,vel
illius officiali ſignificent,quę habeant in manda-
tis, & ſint facturi legitimè, & videatur illos non
excedere formam exequendi *Amad.de Ponte de
Landem.q.24.num.55.Maſtrill.de magiſtr. lib.5.c.
16.num.140.*
48 Secundum locorum varietatem, varia habent
nomina. Plazarij, Mazzerij, Baliui, Viatores,
Porterij, Alguzerij, Curſores,in Iure etiam
varijs nominibus appellantur, Miſſi, Officiales,
Apparitores,Executores, Portarij.Nuntij, Opi-
natores,Miniſtratores, Clientes, Notarij,Mini-
ſtri, præparantes cauſam Cæſariani, Catholicia-
ni, Exceptores,Miſſarij,Baculi *Spec. vbi ſup.de
citat.§.ſequitur num.5.*affert *tex. & DD.Sebraſt.de
feud.tom.2.part.10.ſect.16.num.40.*verb. *Nuncius.*
49 In Vrbe ſunt diuerſę Curiæ, & ſucceſſiuè di-
uerſi Nuntij. Seruientes Curiæ Vicarij, Guber-
natores, & Capitolij dicuntur Mandatarij. Ser-
uientes Curiæ Romanę dicuntur Curſores Papę
de quibus loquitur *tex. in cap.dilecti de dolo, &
contumac.*
50 Iſti ſunt verè teſtes,quales de Iure ciuili eligi
deberent,vt *in auth.de Iudicib.§.is qui cauſas coll.
6.*ibi: *hos autem omninò locupletes, & probatos eſſe,
vt neque ab eis aliquid peccetur,neque prodatur, ne-
que malignè agatur.*
51 Curia Romana, & Papæ eſt vbi reſidet Papa
*Io:Monac.in cap.vbi periculum num.3.de elect.in
6.Bal.in l.2.§.legatis* verſ.*nota, ff.de iudic. Abb.in
c.ego N.n.6.de Iur.iur.*Niſi in aliquo loco Papa
52 moraretur aliquantulum, cito Romam redditu-
rus, abſque officialibus. *DD.in clem.ne romani, §.
ſanè de elect.in d.cap.ego N.de Iure iur.*
53 Et abſente Papa Curia etiam dicitur remane-
re Romæ, quando ibi remanet audientia cauſa-
rum,vt eſt *tex.in d.clem.nè romani §. ſanè de elect.*
& ibi notat *DD.Couar.pract.cap.4.num.10. Perez
l.39.tit.19.lib.8.ordin.pag.389.Garz.de benefic.p.
5.cap.1.num.388.*Igitur Curſores Papæ ſunt,qui
54 ſeruiunt Romanæ Curiæ,quæ,vt eſt dictum, in-
telligitur eſſe nedum,vbi Papa degit,ſed etiam
vbi redditur audientia ab eius officialibus, vide-
licet ab Auditoribus Rotæ, ab Auditore Cama-
ræ,Clericis Camaræ,Camerario,& ab alijs Præ-
latis Iudicibus Commiſſarijs.
55 Curſores iſti à Summis Pontificibus pluribus
priuilegijs ſunt decorati, inter alia habent,quod
ſolum ipſi in Vrbe in cauſis Commiſſarijs cita-
tiones poſſunt facere, Quod priuilegium
56 intelligitur de Cauſis Commiſſarijs, in quibus
iudicialiter non autem in quibus extraiudiciali-
ter proceditur. Vndè non intrant coram Iudice
Commiſſario pronunciante ſuper alienatione
rerum Eccleſiaſticarū. *Creſcent.dec.12. de priuil.*
57 Et adeò eſt eorum priuilegium,vt quandò Vi-
carius Vrbis, & alij Iudices procedunt vigore
commiſſionis Papæ, citationes in illo iudicio
nulliter fiunt per mandatarios, cum debeant fieri
per Curſores. *Marcheſ.de commiſſ.nullit. Sanat.§.
3.num.33.p.3.* Pro vt eſt in noſtris Porterijs S.
58 R.C.Neapolitani, & Regiæ Cameræ Summa-
riæ, & Regiæ Cancellariæ, & M.C.V. nam in
quolibet Tribunali eſt taxatus certus numerus
per *prag.34.§.8.de offic.Magiſtr.Iuſtitiar.*& officia
porteriorum S.R.C. venduntur per ſuam Maie-
ſtatem,vt ex littera Regis expedita die 10.men-
ſis Aprilis 1603.vt *in apoſtilla ad prag.1. de Por-*
59 *terijs.* Dicta tamen nullitas in Curia Romana,
poteſt ſanari per Papam. *Capntaque dec.159.n.2.
p.1.Marcheſ.de commiſſ.nullit ſanat.§.3.n.33.p.3.*
60 Quod dicti Curſores ſint perſonæ publicæ, &
fide dignę, & illis maior fides adhibeatur,quam
alijs nuntijs dixit *Rot.in nouiſ.dec.15. in fine de
dolo, & contumac.* Ideo ſi Curſor referat procu-
61 ratorem in Curia,reperiri non poſſe, ex tali re-
latione cenſetur abſentia legitimè probata, de
ſtylo Curiæ, vt dixit *Rot. diuerſ.dec.262. lib.2.p.*
62 *3.*Prout de ſtylo ſeruatur in Porterijs noſtrorū
Tribunalium Neap. Ciuitatis, nam duo,vel tres
Porterij fidem faciunt de abſentia, & eis datur
plena fides, & facta hac probatione ſi abeſt pro-
curator,vel citatur principalis, vel procurator
citatur domi, vt fundat R.*Roiut. in rubr.de citat.
num.60.*poſt *Bar.& Bald.*& deciſum refert per S.
C.anno 1651.*D. Petra in rit.108.num.8.* Item
63 ſi Curſor referat aliquem ſe citaſſe, & illum di-
xiſſe nolle venire, creditur; pariter ſi referat N.
intimaſſe ſequeſtrum, qui reſpondit, quod illud
acceptabat, etiam creditur,vt dixit *Rot. coram
Puteo dec.187.lib.3.*
64 Et citatio quando fit in longinquas partes, li-
cet debeat inſeri facultas, id fallit quando habet
adminiculum, putà ſi eſt facta per Curſorem
Papæ, quia tunc ſine inſertione facultatis cita-
tioni creditur. *Put.dec.246.n.6.lib.3.*
65 Duę ſunt differentiæ inter nuntium priuatum,
& pu-

Digitized by Google

& publicum. Prima, quia quilibet Iudex poteſt
citare per publicum nuntium, non autem per
priuatum. Nam Iudex inferior, & etiam arbiter
vtuntur nuntio Superioris *Bar. in extrauag. ad re-
primendum in* verb. per *nuntium n. 9.* Altera quia
66 nuntio priuato pars citata non tenetur credere
ſine litteris Iudicis citantis. *gl. in cap. prudentiam
in* verb. per *certum nuntium de offic. deleg. & in c.
cum parati in* verb. *ſuus nuncius de appellat. Ma-
ranta d. verb. rectè concipiatur citatio num. 45.* &
commiſſio facta nuncio expirat finito officio cō-
mittentis. *Bal. in l. 1. C. de poſtul. Alex. in l. fundi ff.
de acquir. poſſeſſ. Aimo ſing. 119.*
67 Sic nuntio delegati non creditur ſine litteris
Bar. in d. conſtit. ad reprimendum in verb. per *nun-
tium num. 8. Spec. lib. 2. p. 2. de citation. §. ſequitur
num. 4.* Et hoc eſt adeo verum, quod citatio ema-
nata vigore delegatæ iuriſdictionis quam Iudex
non habet, non ſubſtinetur ex poteſtate ordina-
ria, quam ſimul habet *Salgad. de ſuppl. ad Santiſſ.
2. p. c. 12. §. vnic. num. 7. & ſeqq.*
68 Et nuntio priuato referenti ſe citaſſe aliquem
nec pars nec Iudex tenetur credere, ſed vel duo
teſtes adhiberi, vel ſaltem debent mitti duo nun-
tij priuati, vt teſtimonium ſtet in ore ſaltim duo-
rum. *cap. in omni de teſtibus Spec. vbi ſup. num. 6.
Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 30. ſub num. 25. & c. 32.
num. 23.* circà finem *cap. 48. num. 8. circà finem, &
cap. 68. nu. 14.* Nam nec Euangelium, nec vlla
69 diuina, vel humana lex, vnius teſtimonio, etiam
idoneo quempiam condemnat, vel iuſtificat *c. ad-
monere 33. q. 2. d. cap. in omni Maſcard. de probat.
in proem. q. 11. num. 10. Rodolfin. de ſuprema, & ab-
ſoluta princip. poteſt. cap. 6. num. 24. & ſeqq. Aldou.
conſ. 26. num. 38. Farinac. q. 63. num. 1. & ſeqq.* vbi
ampliat in teſte Senatore, vel Præſide. Secus eſt
in leuibus cauſis, & modici præiudicij, nam po-
terit Papa ex cauſa facere conſtitutionem, vt vni
teſti plenè credatur *Scacc. de iudic. lib. 2. c. 9. dub.
9. num. 396. Buccaron. de different. inter iudic. ciuil.
& crim. differ. 82. num. 2. Barboſ. in d. cap. in omni
de teſtibus.*
70 Sed nuntio publico, ſoli eius verbo pars cita-
ta credere tenetur, ſine litteris iudicis. *Spec. vbi
ſup. num. 6. & 10. & Maranta d. ver. rectè concipia-*
71 *tur citatio num. 45.* Et ſufficit ſi relatio ſit in actis
Bal. in l. 2. num. 1. C. de ſportulis niſi contrarium
72 probaretur *Bart. in tract. de citat. num. 14.* Etiam
73 ſi non conſtet de commiſſione *Bart. in d. tract. de
citat. num. 13.* nec requiritur quod nuncius afferat
74 litteras ſui officij, quia præſumitur eſſe nuncius
illius iudicis, cuius citationem exequitur *Soccin.
de citat. art. 74. q. 5. in fine Rebuff. in tract. nomin. q.
64. principal. num. 110. Rouit. in prag. 2. de citat. n.*
75 *25.* Cum ex conſuetudine mandatum de citando
præſumatur. *Vantius hic num. 41. Rot.* poſt *conſil.*
76 *Farinac. p. 2. deciſ. 355. num. 1.* Quod procedit etiā
de ſtylo Rotę. *Caputaq. dec. 268. n. 1. p. 2.*
77 Relatio citationis debet fieri à nuntio ſua ma-
nu confecta, & non per alium. *Bazard. ad Clar.
§. fin. q. 31. n. 59. Maſcard. de probat. concluſ. 1125.
num. 15. Barboſ. in cap. prateria num. 3. de dilation.*
& illam debent facere infine ſcripturæ notificatę
cum expreſſione ſi ſit facta perſonaliter, vel do-
mi *Berlich. in p. 1. concluſ. 20. num. 27.* vbi teſtatur
de *Iure ſaxonico.* Et ſoli relationi nuntij publici
78 ſine teſtibus creditur. *Rot. in recent. p. 1. dec. 699.
num. 3. Nell. de teſtibus num. 85. caſu 18. Farinac. q.
63. num. 40. & 41.* Ea ratione quia cum ſint ex
publico inuenti, & iurati, non præſumitur quod
deiererent *cap. ſiauctimus 1. q. 8.* Nam ſi eis non cre-
79 deretur, nulla eſſet eorum vtilitas, cum nequeant
ſemper teſtes ſecus habere, nec eos cogere, vt ad-
ſint *l. iudices C. de fide inſtrum. Spec. vbi ſup. num. 6.
circa princ.*
80 Et ſic creditur nūtio ratione publici officij, &
iuramenti præſtiti in aſſumptione officij, quod
nullatenus in ſingulis relationibus eſt reiteran-
dum. *Bal. in l. 2. num. 1. C. de ſportul.* Et ità ſeruatur
de praxi, & conſuetudine, vt ait *Soccin. de citat.
art. 13. in fin.* quidquid dicat *Aimon. ſing. 20.* di-
cens debere referre cum iuramento citaſſe reum,
aliàs ipſi non creditur.
81 Et Neapoli Nuntij eliguntur perſonę proba-
tæ, ſcientes ſcribere, & matriculatæ, & præſtant
cautionem defideliter adminiſtrando per *pragm.
34. de offic. magiſtri iuſtitiar. §. 8. Scialoya de fortud.
cap. 6. num. 8.* Vbi quando quis citatur ad infor-
mandum ad Capitula, & ad foriudicandum per
Magnam Curiam Vicariæ, Nuncius debet eſſe
matriculatus, & ipſe nuncius debet ſcribere re-
lationem, & non alius *prag. 7. de citat.* alias citatio
tanquam facta contra legem eſt nulla *Scialoya
de fortudic. cap. 6. num. 7.* Idem eſt in citatione ſu-
per tenore inſtrumenti per *d. prag. 7. & prag. 8. §.
6. de inſtr. liquid Scialoya ibid. num. 8.* qui *ibidem*
probat, validam eſſe citationem ſi ab alio ſcriba-
tur, & per ipſum ſubſcribatur, nam qui ſubſcribit
videtur ſcribere poſt *Afſl. dec. 346. nu. 14. Nouar.
q. 70. nu. 13. p. 2. & alios.*
82 Creditur tamen eis ſolum in ſpectantibus ad
eorum officium. *gl. in cap. cum parati* in verb. *ſuus
nuntius de appell. in l. vt perfectius C. de annali ex-
cept. Seraphin. dec. 498. n. 1.*
83 Sic etiam cuilibet officiali atteſtanti de his
quæ pertinent ad eius officium, creditur. *cap. ad
audientiam* cum ibi *notat de præſcript. Seraphin.
dec. 442. num. 1. & dec. 792. num. 3. & dec. 1390.
num. 2. Rot. in recent. p. 2. dec. 525. num. 5.* Non
84 obſtante quod ſit vnicus *Rot.* poſt *conſil. Farinac.*
85 *p. 1. dec. 77.* Et ſemper eſt præſumptio pro nun-
tio, quod rectè, & legitime executus fuerit cita-
tionem, cum hoc pertineat ad eius officium. *Al-
ciat. de præſumpt. reg. 3. præſ. 14. num. 4. Menoch. de
arbitr. Iudic. caſ. 112. Martin. Andr. dec. 1. num. 9.*
86 Ideò ſi nuncius, cui commiſſum fuit, quod cita-
ret Titium perſonaliter, ſi eum reperiret, aliàs
quod citaret ad domum ſuæ habitationis, ſi retu-
lerit citationem, & omnia benè feciſſe, quæ ha-
buit in mandatis, creditur, & citatus non com-
parens habetur pro contumace *Rot. in nouiſ. dec.
1. de dolo, & contumac. num. 2. & in recentiſſ. p. 2.
dec. 577. num. 4.*
87 Creditur etiam Nuntio ne dum in reſpicien-
tibus eius officium, ſed etiam in connexis, & de-
pendentibus ab eo. Ideò ſi referat feciſſe diligē-
tias pro reperiendo citatum, & illum non potuiſ-
ſe reperire, creditur, quia diligentiam facere eſt
de connexis. *Put. dec. 287. lib. 3. Seraphin. dec.*
88 *1123. num. 3.* Et ex tali relatione cenſetur legi-
timè

Digitized by Google

timè probata abſentia citandi. *Rot. diuerſ. dec. 262. lib. 2. p. 3.*

89 Similiter ſi nuntius referat citaſſe de manda-
to Iudicis, creditur, etiam ſi non appareat de
mandato, cùm ſit de connexis *Verall. dec. 268. p. 2. Cauall. q. 380. num. 2. & ſeqq. Guazin. defenſ. 10. cap. 4. num. 7.* quod ex diutina conſuetudine
90 obſeruatum procedere poteſt, alias ſecus. *Aſin. in pract. §. 9. cap. 3. nu. 7. Guazin. ad defenſ. defenſ. 10. cap. 2. & cap. 5. num. 10.* Et dicemus latius *in-*
91 *fra* Prout notario creditur de ſui deputatione,
& authoritate ſibi conceſſa *Verall. ibidem Rot.* poſt
Farinac. p. 2. dec. 351. n. 3.

92 Creditur ſi referat citatum ſibi reſpondiſſe,
nolle venire, vt ſic citatus dicatur manifeſtus
contumax *Bar. in l. fin. num. 11. ff. de in integr. re-
ſti. & in l. tres denunciationes num. 3. C. quomodo, & quando Iud. & in l. ex conſenſu §. fin.* vbi *Imol. ff. de appellat. Put. dec. 187. lib. 3.* Cum reſponſio cita-
93 ti dicatur eſſe de pertinentijs citationis. *Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 14. num. 2. Tiraq. de re-
tract. lignag. §. 7. gl. 9. Gabriel de citat. concluſ. 4. in fin. Aſin. in pract. §. 6. cap. 3. num. 6. Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 189. num. 5. & ſeqq* vbi id dicit verũ
ſi concurrat aliqua alia præſumptio. Licet re-
94 mitti in arbitrium iudicis, qui attenta qualitate
citati, & negotij grauitate, hoc iudicet, dicit
Menoch. de arbitr. caſ. 112. num. 16. & ſeqq. Caball. d. c. 127. n. 4. Guazin. defenſ. 10. c. 5. n. 9.

95 Pro vt officiali Publico etiam credendum eſt
nedum in concernentibus ad eorum officium,
ſed etiam in connexis *Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 13. in princ. & præſ. 14. Rot.* poſt *conſil. Farinac. dec. 319. num. 4. p. 2.* putà de replicatis à
citato in eodem actu, & alijs *Put. dec. 187. lib. 3. Gargiar patrocin. 41. num. 41. num. 8. lib. 1. R. Rouit. in prag. 2. de citat. n. 19.*

96 Hinc executori nedum creditur de actu exe-
cutionis, vtpotè immiſiſſe in poſſeſſioné, quod at-
tinet ad eius officium, ſed etiam quod bona illa
ſint debitoris, contrà quem fecit executionem,
quia eſt de connexis, & dependentibus ab offi-
cio niſi tamen contrarium probetur *gl. in l. 1. C. de priuil. fiſci in* verb. *reſtituantur*, & ibi *not. Bal. & Alex.* tradit *in l. à diuo Pio §. ſi ſuper rebus nu. 17. ff. de re iudic. Tiraq. de retract. conſang. §. 8. gl. 9. n. 22. Ludouiſ. dec. 402. num. 2.* Ea ratione quia præ-
ſumptio eſt pro officiali, quod rectè fecerit: vel
quia quando contradictor, qui non poſſidet ſe op-
ponit, venit vt actor, vel quia reus præſumitur
dominus, vt per *Bal. in d. l. 1. C. de priuil. fiſci.*

97 Pariter in diſcuſſione bonorum ſi nuntius re-
ferat nulla bona alicuius reperijſſe, creditur. *Bar. in l. à Diuo Pio §. in venditione num. 9. &* ibid.
*Alex. num. 39. ff. de re iudic. Gabriel. de citat. con-
cluſ. 4. num. 11. Boer. dec. 349. num. 8. in princ. Nig. de execut. rei iudic. c. 14. n. 27.*

98 Sic quando de adeptione poſſeſſionis conſtat
ex ſola relatione nuncij ſeu executoris, datur ni-
hilominus mandatum de manutenendo, quia ſta-
tur relationi nuntij. *Tiraq. de retract. lignag. §. 8. gl. 9. num. 22. Rot. in recent. dec. 211. num. 2. p. 2.*

69 In Ijs, quę non pertinent ad officiũ, vel ab eo
non dependent, neque connexa ſunt nuntio nul-
latenus creditur *Iaſ. in l. age nu. 12. C. de tranſact. & in l. properandum l. & ſi quidem in 6. not. nu. 7. ff. de iudic. Menoch. de arbitr. caſ. 112. nu. 12. Aſin in pract. §. 9. cap. 3. nu. 3. & ſeqq. Guazin. ad defenſ. re-
rorum defenſ. 10. cap. 5. num. 6.* Ideò ſi nuncius re-
100 ferat ſe in citando fuiſſe verberatum, non cre-
ditur. *Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſ. 14. num. 5. Ti-
raq. de retract. lignag. §. 8. gl. 9. num. 19. Gabriel. d. concluſ 4. de citat. num. 4. Franc. Marc. dec. 51. p. 2. Maſcard de probat. concluſ. 189. num. 6. Borrell. de magiſtr. edict. lib. 3. cap. 4. num. 79. R. Rouit. in prag. 2. de citat. num. 19.* Vel alia iniuria affectum *Abb. in cap. cum parati de appell. ver. in 3. membr. Iaſ. in l. age num. 12. C. de tranſact.* Cum hęc non concer-
101 nãt eius officium. *Rot. in recentiſſ. dec. 460. nu. 8. p. 1.* latiſſimè *Aſin. in pract. §. 9. c. 2. num. 5.* & dicit
ſufficere ſolum ad inquirendum, vbi teſtatur ali-
ter ex conſuetudine Franciæ, & Dalfinatus ob-
ſeruari, ſed quomodo ſit intelligenda dicta con-
ſuetudo Vide *Caball. in reſol. crim. 127. num. 10. & ſeqq. Tiraq. d. gl. 9. nu. 14. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſ. 14. num. 3.* vbi ſubdit in hoc verſari iudicium
Iudicis, qui inſpecta nuncij, & citati perſona,
videat, an veriſimile ſit Nuncium ab iſto citato
verberatum fuiſſe, latiſſimè *Caball. d. reſol. 127. num. 2. & ſeqq.* Licet loquatur non in nuncio, ſed
ſatellitibus aſſerentibus fuiſſe impeditos in exe-
cutione, vbi inter alias declarationes ponit, vt
nunquam ſit credendum vni birruario, & quan-
do deponerent fuiſſe percuſſos, vel iniuriatos ab
illis, contrà quos exequi non debebant; & eis
non credatur quando ex captura poſſent conſe-
qui lucrum, vel præmium.

102 Eodem modo non creditur nuncio dicenti ſe
fuiſſe impeditum, nè ſibi mandata, exequeretur,
vt poſt *Alciat. d. præſumpt. 14. num. 2. ver. ſed pone Iudex Menoch. d. caſ. 112. num. 15.* dicentes, talia
impedimenta non eſſe eorum officio connexa
Caball. d. caſ. 127.

103 Eſt tamen verum quod præſumptio, quę eſt
pro nuntio, ſeu officiali admittit probationem
in contrarium, vt ſcil. eis eorumq; libris credatur,
niſi contrarium probetur *Hoſtienſ. in ſumma tit. de contumac. §. 2. ver. quid ſi abſens Soccin. de ci-
tat. art. 12. num. 7. Franc. in cap. cum parti num. 38. de appell. Baiard. q. 21. num. 64. Aſin. in pract. §. 9. cap. 21. Maſcard. de probat. concluſ. 189. num. 8. ad-
dit. ad Facian. de probat. lib. 2. c. 38. num. 67.* Ideò
104 ſi pars negaret cum iuramento ſe fuiſſe cita-
tam, & eſſet perſona probatæ vitæ, & ageretur
de cuius pręiudicio, magis credendum eſſet par-
ti, quam nuncio. *Specul. de citat. §. ſequitur num. 6. circà finem. Aretin. in §. actionum Inſt. de action. num. 22. &* ibi *Iaſ. num. 28. Omet. num. 31. Alciat. de præ-
ſumt. reg. 3. præſ. 14. num. 10. Abb. in cap. cum parati num. 12.* ver. *primo caſu de appell.* vbi exemplificat
in Epiſcopo iurante non fuiſſe citatum, & alijs
perſonis in dignitate conſtitutis. *Cauall. q. 381. n. 2. Guazin. defenſ. 10. cap. 5. num. 2.* vbi id ſine dif-
ficultate dicit procedere in cauſis criminalibus
poſt *Aſin. in pract. §. 9. cap. 2. num. 11. & cap. 10. Gram. vot. 21. num. 7. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſ. 14. in fin. Menoch. de arbitr. caſ. 113. num. 9. in fi-
ne* Rot. *Rom. dec. 15. in fine de dolo, & contum.*

105 Si Notarius ſcripſiſſet, nuntium ſibi retuliſſe
qualiter citauit, & nũtius negaret ſe citaſſe, minus
cre-

Digitized by Google

crederetur nuntio, quam notario *Cyn.in l.ſi quis de curio C.de falſis*, quando ſcil.ſpecificatum eſſet
nomen nuntij, & ad quid pars fuiſſet citata,
ſecus ſi nomen nuntij eſſet in albis,nec appare-
ret ad quem effectū emanaſſet citatio,& perſona
citata eſſet incerta, vt per *Rot.Rom.in recentior. dec.535.num 2.p.1.* Niſi notarius eſſet ſuſpectus
106 ex antea geſtis, *Abb.in d.cap.cum parati nu.12. ver.2.caſu principali de appell.Foller.in pract.crim. in rubr.fiat relati nuntij nu.12. Marta voto 131. Vulp.in praxi c.29.n.6.*
107 Et niſi de pœna falſi ageretur *Alex. conſ.70. col.2. conſ.74. col. penult. vol.3. Felin. in cap.ad audientiam col.2.& in cap.cum cauſam in fine de teſtibus* poſt hos,& alios, quos allegat. *Bœard.q. 31.num.57.Guazzin.defenſ.10.c.9.n.5.*
108 Sed ſi ipſe nuncius dicat feciſſe talem relatio-
nem actuario,ſed illam eſſe falſam, ex quo cita-
tionem non notificauit reo, in hoc caſu ſtatur
primæ relationi,& non creditur ipſi Nuncio di-
centi feciſſe falſam relationẽ *gl. in d.c.cum parati verſ.ſuus nuncius de appellat. & in cap.quoniam contrà verb.citatione in fine de probat. Boer.dec. 335.num.3.circà finem Guazzin.defenſ.10.cap.6. Marta d.voto 131.n.6.Scialoya de foriudic. cap.6. n.27.Guazzin.defenſ.10.c.6.n.3.& ſeqq.*
109 Relatio nuncij debet fieri iudici *Grammat. conſ.52.num.19.Afin.in pract.§.9.cap.13. num.1.* Sed de conſuetudine poteſt fieri tantum magiſtrō
actorū,& non requiritur præſenti à iudicis *Guazzin.defenſ.10.cap.3.num.2. Maranta in ſpec. p.6. membr.1.num.57. Afin.in praxi §.9.cap.13. nu.2. Scacc.de iudic.cap.48.num.18. D.Petra in rit.94. Berlich.tom.1.concluſ.10.num.29. & 30. Foller.in praxi crim.*rubr.*fiat relatio nuncij num.5.De Nigr. in cap.Regni ſine quis num.19.* verb. *debent etiam apparere* de Iure noſtri Regni eſt *prag.2.de citat. prag.28.§.3.de offic.S.R.C.* poteſt fieri etiam ſcri-
bæ *Carauit.rit.82. num.2. D.Campan.de foriudic. reſol.18.poſt n.2.*
110 Nuntius publicus,ſicut, & quilibet alius exe-
cutor,ſi fuerit negligens in citando,debet ab of-
ficio remoueri *l.2. C.de ſportulis.* Et quando nun-
111 tius nollet aliquem citare, & periculum eſſet
in mora, ne poſſet poſtea citari, tunc poſſet pars
coram notario,& teſtibus proteſtari contrà nun-
tium, & coram eiſdem, ſi litteras citationis habe-
ret, aduerſario oſtendere, & eum requirere, vt
compareat juxtà iudicis præceptum, & talis ci-
tatio valeret *Bar.in extrau.ad reprimendum*, In
verb.*per litteras num.4. Rebuff.de citat. in præfat.*
112 *num.80.* Cum neceſſitas legem non habeat *gl. in l.1.in verb.expedire ff.de offic.conſul. Thom.de Thomas reg.189. Surd.dec.86. num.8. Tuſc.lit.N. concluſ.19.Eſcob.de ratiocin.cap.14.à nu.10. Velaſc. de priuil.paup.p.2.q.65. num.51. Sanch.de matrim.lib.3.diſp.10.num.27.*poſt *alios Vaz. in axiomat.iuris lit.N.n.27.*
113 Licet Nuntius habeat facultatem à publico
citandi quemlibet, non poteſt tamen, citandi
cauſa,in ciuili ſcil.domum intrare *l.plerique de in ius voc.* Præcipitur in *Deuteron.cap.24. & eccleſiaſt.cap.21. in l.lex Cornelia ff. de iniur. & ſummiſ. libellis* dicitur lex Cornelia de iniurijs
Rebuff.in conſtit. gall. tom.3. tit. de citat. art.2.
114 *gl.3.num.11.* Verum non faceret ille iniuriam
ſi domum apertam intraret nemine prohibente
l.ſatis ff.de in ius voc. ibi: *ſed ſi aditum ad ſe præſtat, aut ex publico conſpiciatur, rectè in ius vocari eum Iulianus ait,Rebuff. vbi ſup.num.12. & 13.*
115 Et dum in *clem.cauſam de elect.*diſponitur, vt
intimatio appellationis extraiudicialis fiat in
domo ſolitę appellati habitationis *gloſſa ibi in* verbo *in domo* exponit,ideſt antè domum, nam
eo inuito non debet domum ingredi, faceret
116 enim iniuriam. Vnde nuntius debet pulſare
Oſtium. & deinde antè domum alta voce poſtu-
lare,an ibi ſit is, quem vult citare juxta *tex.in l. diffamari C.de ingen.manumiſſ.* Qui ſi reſpiciat per
feneſtram eum citabit *Card.in clem. 1.q.2. de iu-*
117 *dic,* Et ſi quis dicat eum abeſſe,citabit verbo
in perſonam illius domeſtici, qui reſpondebit,
vel ſi habebit litteras,dimittet, vel in manibus
familiaris, vel in oſtio capiam, & ità ſeruari di-
cit *Rebuff.de citation.art.2.gl.3.num.19.& 20.*ci-
tat, & ſequitur *Baron.de citat.q.12.n.128. & ſeq.*
118 Apud nos Praxis eſt,quod vbi citato ſit extrà
Ciuitatem, & locum vbi Iudex degit ex *conſtit. citationum litteræ, & pragm.2.de ordin.Iudic.*cita-
tio fit coram duobus teſtibus, & teſtes illi in re-
latione nominãtur,nec eſt neceſſaria ſubſcriptio,
quamuis ſubſcriptionẽ *dicta prag.2.* requirat,quã
taliter praxis interpretata eſt teſte *Cauenſ.ibidem num.31.Foller.in cap.Regni remedia ſtudioſe nu.8. in fin.R.Sanfel.in praxi Iudic.in ſumma ordin.proced.num.7.*Quam praxim non eſſe improbatam
de Iure communi dicit *R.Rouit.in pragm.prædicta num.4. Muſcatell.in praxi p.2. gl.intimato nu.18. Præſ.de Franchis dec.560.num.3.Scialoya de foriudic.c.6.n.29.Rocc.de offic.tit.de offic.Commiſſar.rubr.15.nu.44.& ſeqq.*
119 Si Citatio eſt facienda in loco vbi reſidet ci-
tationis Iudex,tunc non requiruntur teſtes, ſed
ſufficit ſi faſſetur citaſſe perſonaliter, vel domi,
vt per *pragm.28. §.3. de offic.S. R.C.* vt aduertit
R.Rouit.in pragm.2.de citat.num.15. In qua *pragmatica* licet iubeatur, vt in relationibus pona-
tur dies & hora, & relationes à magiſtris acto-
rum ſcribantur, tamen illa in hoc non ſeruatur,
ſed ſeruatur alia *pragm.34.num.8. de offic. Magiſtr. Iuſtit.* iubens relationes fieri per Porterios
ſcribere ſcientes.*D.Petra in rit.94. R.Rouit.in d. prag.2.* & ſi fiat domi porterius debet exprimere
nomen perſonæ, cui dictam citationem reliquit,
vt dicta *pragm.28.§.3.* mandat *Scialoya de foriudic.c.6.n.29.*
120 Sic etiam de Iure hiſpan. per *l.1. tit.7.p.3.* ſi
Nuncius eſt Iudicum inferiorum requiruntur
duo teſtes, ſi regis vnus ſufficit *Montaluus in l.6. tit.3.lib.2.fori* verb.ſu home *Didac.Perez in l.1.tit. 9.lib.2.ordin.& l.1.tit.2. lib.3.gl.1. p.23. Menchac. lib.2.vſufr.c.24.Caual.q.381.n.5.*
121 Et *Franch.d.dec.560.*diſputat, ſuppoſito quod
in citatione facta intus Ciuitatem non requiran-
tur teſtes, ſi nuncius referat citaſſe Titium per-
ſonaliter præſente pro teſte Caio, & alio, non
expreſſo illius nomine, & cognomine, an valeat
talis citatio? quod valeat facit, nam non requi-
runtur teſtes,ideò ſi voluerit adhibere, fuit ad
maiorem cautelam, & ſi talis cautela fuit inſuf-

ſciens non debet præiudicare parti *l. in teſtamen-
tis C. de teſtam.* Quod non valeat, facit, quia licet
non requirantur teſtes, tamen nuncius ſe arctauit
ad modum citandi, pro vt extrà locum iudicij,
qua propter eſt nulla citatio, deſumpto argum. ex
l. fin. §. ſin autem hoc aliquis C. de Iure deliber. &
ſecundum hanc opinionem deciſum refert. Sed
hanc opinionem impugnat *D. Petra in tit. 94. à n.
36.* dicens quod regulariter vtile per inutile non
vitiatur *cap. cum ſuper de offic. deleg. gl. in l. non
ſolent ff. de reg. iuris*, vbi probat quod abundans
cautela non nocet, & ſuperfluitas non vitiat *d. l.
in teſtamentis C. de teſtam.* Sic ſi obtineatur ſuper
alienatione aſſenſus non neceſſarius, tamen ille
non ſit ritè obtemptus, non propterea alienatio
erit nulla, ſed dicendum eſt, prout de verbis ſu-
perfluis adiectis in ſtipulatione, vt ſi dictum eſ-
ſet: *arma virumque cano, l. quæ extrinſecus 65. ff. de
verb. obligat. R. Ponte de poteſt. proreg. tit. 8. §. 5. n. 4.*
diximus poſt *mille in obſ. ad conſ. 13. R. Rouit. nu.
12. lib. 1.* & reſpondet *D. Petra ad tex. in d. §. ſin
autem*, vt ille procedat quando hæres expreſſè
ſe coarctauit velle vti termino ad deliberandum,
dum habebat nouum beneficium inuentarij, ſed
in caſu noſtro propoſito, hic nuncius expreſſè
non ſe arctauit ad faciendam citationem prout
extra iudicium, ſed fecit, aut ex errore, aut ad
maiorem cautelam, quę non debet nocere, vt *ſup.*
diximus, imo addimus *nos in caſu d. tex.* quod hę-
res agebat negotium proprium, & poterat iuri
ſuo renunciare, ſed hic nuncius agebat negotium
alienum, & domino non poterat præiudicare ſine
illius expreſſo conſenſu, *ad tex. in l. non debet ff.
de reg. iuris Card. Tuſc. lit. A. concluſ. 313. Ouid. de
Aſſe. de Iure emphyt. q. 10. & 11. Vax. axiomat. iur.
lit. A. num. 233. & lit. F. num. 41. & lit. P. num. 48.
& ſeqq.*

122 Quando verò eſt citanda Vniuerſitas, Collegiū
vel Capitulum, tunc Nuntius ingredi poteſt,
quando erit Vniuerſitas congregata, & ſic citare
Barbat. in d. clem. cauſam col. 2. de elect. alias Vni-
uerſitas non poteſt citari, quæ non ſolet extrà
123 domum congregari *Rebuff. de citation. art. 2. gl.
3. num. 13. Baron. de citat. q. 12. num. 128. in fine.*
De relatione nuncij dicemus latè *infrà*.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit citatio iudicialis?*
2 *Non ſit ſine iudicis commiſſione, & n. 3.*
5 *In quocumque actu iudiciario requiritur citatio,
alias non eſt actus iudicialis.*
6 *In actu extraiudiciali non requiritur, cum non
fiat proceſſus, & n. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.*
17 *Alia eſt citatio generalis ad totam cauſam, alia ſpe-
cialis ad aliquem actum, explicatur, & à num. 18.
ad nu. 36.*
37 *Alia citatio eſt vniuerſalis, alia particularis, vbi
explicatur, & à n. 38. ad n. 59.*
60 *Quomodo citetur Vniuerſitas, & an ſufficiat citare
Syndicum? & à n. 61. ad n. 76.*

De citatione Iudiciali, & extraiudiciali, generali ad totam cauſam, & de ſingulari ad quemlibet actū, & de Vniuerſali, & particulari.

QVÆSTIO IX.

VIdebimus de Citatione Iudiciali. Iudi-
1 cialis eſt litis exordium, & iudicij
fundamentum *§. fin. Inſtit. de pœna te-
merè litigant. Bal. in cap. vt debitus nu.
13. de appellat. Mantica dec. 304. num. 5.* diximus
q. 2. addimus *Barboſ. in l. ſi quis poſtea num. 62. ff.
de re iudic. & in extrauag. vnic. de dolo, & contu-
mac. num. 6.* Non ſit ſine Iudicis commiſſione *l.
2 ſed ſi hac lege §. prætor ait ff. de in ius voc. l. nemi-
nem C. de exhib. reis Roman. conſ. 497. num. 6. Gaill.
obſ. 54. p. 1. Mining. ob. 10. cent. 6. Tuſc. concluſ. 230.
lit. C. D. Petra in tit. 108. Duen. reg. 97. P. Barboſ. in
l. ſi quis poſtea quam num. 62. ff. de iudic.* poſt alios
*Aug. Barboſ. in cap. ex parte 12. de reſcript. num. 3.
Bellech. lib. 1. concluſ. 10. nu. 18.* diximus *ſup. q. 8.
num. 19.* & eſt clarum de *Iure* noſtro per *prag. 2.
de ordine iudic. Pax in praxi 1. p. tem. 1. temp. 3. n.
36.* & dicemus *infra* in requiſitis citationis. Et
non ſufficit quod nuntius habeat generale man-
datum ad omnes cauſas ex *Rebuff. ad ll. gall. tit. de
citat. in præf. num. 67. & art. 1. gl. 2. nu. 3. Menchac.
illuſtr. cap. 24. num. 5. Rodrig. in pract. cap. 4. nu. 13.*
Conualidatur ſi citatus taceat *Muſcard. concluſ.
344. nu. 11.*

5 Et in quocumq; actu iudiciario requiritur cita-
tio *l. de vnoquoq; & ibi DD. ff. de re iudic. Gratian.
diſcept. 100. num. 13. diſcept. 671. nu. 5. Cartar. dec.
61. num. 18. 19. Aſin. in praxi §. 6. cap. 13. nu. 1. Re-
buff. ad conſtit. gall. tit. de cit. in præfat. num. 2. tom.
3. Ricc. in praxi tom. 4. reſ. 34. num. 1. 3. 5. Baron. de
citat. q. 15. num. 1. 6. 24. & q. 16.*

5 Imò Iudicialis actus non dicitur, qui ſit ſine
citatione partis, & ſine contradictione, vndè qui
exhibet Iudici teſtamentum petens licentiam
ingrediendi poſſeſſionem abſque citatione, &
contradictione, non dicitur vſus fuiſſe ſcriptura
teſtamenti in iudicio. *cap. forus de Verb. Signific.
Menoch. de retin. remed. 5. num. 148. Caualer. dec.
480. nu. 4.*

6 Quo ad citationem extraiudicialem difficul-
tas eſt, quia quando committitur alicui, vt proce-
dat extraiudicialiter, tunc citatio non requiri-
tur. *Marca de clauſ. clauſ. extraiudicialiter Gabriel
de citation. concluſ. 1. num. 3. 12. Rot.* poſt *conſ. Fari-
nac. dec. 50. n. 2. p. 3. Rot in nouiſſ. dec. 355.*

7 Et in extraiudicialibus non eſt neceſſarius
proceſſus, neque ſcriptura, neque rogitus Nota-
rij *Rot. in recent. dec. 434. nu. 2. p. 1.* Ideò in extra-
8 iudicialibus cum non fiat proceſſus, non poſſet
probari, ſi quis fuerit citatus, vel non. *Sarmient.
lib. 1. ſelect. interpretat. cap. 8. num. 3. Rot. in recent.
dec. 210. n. 2. p. 1.*

9 Ad tollendam hanc difficultatem ſunt ani-
maduertenda duo. Primū quod æquè propriè vo-
catio ad actus extraiudiciales, qui ſunt volūtariæ
Iuriſdictionis dicitur citatio, ſicut, & vocatio,
quæ fit ad actus iudiciales, qui ſunt Iuriſdictio-
nis contentioſæ, nam vtraque eſt neceſſaria ra-
tione defenſionis naturalis, quando agitur de al-
te-

Digitized by Google

10 terius præiudicio. Nam quo ad actus iudiciales debet vocari is, cuius intereſt, eſt tex.in l.de vnoquoque ff.de re iudic. Et quo ad actus extraiudiciales vocari debeat is,qui lędi poteſt tex.eſt in l.nam ita diuus ff. de adoption. Sicut æquè propriè
11 iuriſdictio eſt tam contentioſa,quam voluntaria ità etiam ęquè propriè citatio eſt tam iudicialis, quam extraiudicialis.
12 Secundum quod eſt animaduertendum eſt, eſſe differentiam an Iudex procedat extraiudicialiter,quod fieri poteſt , etiam in actionibus contentioſę iuriſdictionis ex reſcripto tamen Principis,an verò exerceat actus voluntariæ iuriſdictionis, pro vt eſt legitimatio, adoptio , & ſimiles: Nam quando procedit extraiudicialiter, dũmodò non agatur de alicuius præiudicio , citatio non requiritur, & non fit proceſſus , vt diximus,ſecus quando agitur de alterius pręiudicio, quia tunc eſt neceſſaria in quolibet actu læſiuo, etiam in extraiudicialibus Gabriel de citat. concluſ.1.num.64.cum ſeqq. Et quamuis Citatio ne-
13 queat probari,vbi non fit proceſſus,ſeu ſcriptura, tamen ea pręſumitur ex coniecturis. Nam licet ſolemnitas extrinſeca non pręſumatur ad notat.in l.Scien.ium ff.de verb.obligat.& in l.quęcumque §.fin.ff.de public.in rem act. Donad. de renunciat.cap.18. num.10. Tamen in extraiudicia-
14 libus pręſumitur cap. quia nonnulli de his quæ fiunt à Prælat.ſinè conſenſu iuncta gl.in verb.intelligi debe Gemin conſ.87. num.1. verſ.in contrarium Rot.Rom.per Farinac.dec.434.num.12.tom 1.p.1. in recent. repetita in poſth.lib.2.dec.117.num.7.
15 Etiam ſi in actu non enuncietur Federic.de Senis conſ.259.num.2.Rot.in d.dec.Farinac 434.num.12. p.1. Cammarat.reſp.21.n.18.& 19.lib.1.
16 Maximè ſtante temporis diuturnitate , quia ob temporis curſum ſollemnitates extrinſecæ pro actu præſumuntur l.qui in aliena, in princ. & ibi Bart.& alij de acquir.hered.l.filius fam. C. de petit.hered.vbi Bar.num 4. Gonzal. ſuper reg.Cancellar.8.gl.47.ſub num.64.Maſcard.de probat.concluſ.1322.num.1.Coſta ſinal.conſ.79.num.26.Rot. per Mant.dec.340.num.5. Rota per Rub.dec.255. num.2.lib.2 Donad.de renunciat d.cap.18. nu.13. Cammarat.d.reſp.21.num.30. & ſeqq. vbi totam materiam explicat,quando actus pręſumatur per curſum temporis,tam ſi ſit enunciatus,quam non.
17 Citatio alia eſt generalis ad totam cauſam, alia ſingularis ad quemlibet actum , vt diximus, nam poteſt quis citare ſimul ad omnes actus, vel particulariter ad ſingulos. Citatio generalis ad totam cauſam fit , quando perſona citanda degit in longinquis partibus : quia propter loci diſtantiam , & viarum difficultatem difficile , & diſpendioſum eſſet abſentem de longinquo citare in quolibet actu.cap.cum dilecti de dolo, & contumac. cap.cum ex litteris in fin.de in integr.reſtit. cap.fin.de dilation gl.in cap.2.in verb.& ſi nec venerint de teſt.cog. Capell. Tholoſ.dec.428. Rot.diuerſ.p.5.dec.199.num.16.Canal.q.22. Maranta in ſpec. de citat.num.118.Ybert.de citat.p.2.cap.9.num. 409. Ricc.collect.3895. Card. Tuſc.lit.C. concluſ. 240.254.Baron.de citat.q.13.num.1.
18 Talis citatio poteſt fieri , vel cum expreſſione ſingulorum actuum,qui de Iure requiruntur in proſequutione cauſæ , vel in genere ad totam cauſam , ſeu ad ſe defendendum , ſeu ad omnes, & ſingulos actus,abſque illorum ſpecificatione, Veſtr.in praxi lib.4.c.2.n.6.
19 Sed ad hoc vt talis citatio arctet, & non cõparentem reddat contumacem ad omnes actus, vel debet fieri cum peremptorio. Add.ad Veſtr. d.cap.2.num.19.quod bene poteſt maturari vnica
20 ca citatione pro tribus cum termino arbitrario, vt declarat gl.in cap. illicita in verb. peremptorio 24.q.3.& not.l D.in cap.1.de dilat. Vant.hic num. 208. Bal. conſ.214. ver. quarto quia vol.3. Caſtr. conſ.369.num.2.vol.1.
21 Vel debet fieri cum comminatione, quod procedetur ad ſententiam incluſiuè , quę comminatio habet vim peremptorij. Bar. in l.ſi finita §.ſi plures ff.de damno infect.Bald.dec.42. Burſat.conſ. 73.num.17.vol.2.Campanil.in rit.2.nu.7. Cauall. q.22.Petr.ſuper rit.94.num.11.vel ſi dicatur:aliàs procedatur in cauſa illorum non obſtante contumacia, vel procedatur in contumacia ad expeditionem cauſæ. Aut alijs verbis exprimentibus proteſtationem vlterioris proceſſus. Vital. Camban.de clauſul. in rubr. An ſollemnitatibus Iuris poſſit renunciari nu.10.Vin.dec.11.Capic.dec.205. num.5.& ſeqq.Apicell.de dilat.quinquennium num.14. in fine Gait.de credit.cap.2.tit.9.num.3256.Conſ. Rocc.reſp.29.num.8.lib. 1. vbi dicit: quod ſi quis ſit citatus ad omnes actus vſque ad ſententiam incluſiuè,accuſatis contumacijs poſſunt fieri omnes actus ad ipſum reum condemnandum.
22 Sed illa comminatio, quæ ſolet fieri poſt peremptorium, quod procedetur , vt iuſtum fuerit, vel prout de Iure poterit , vt per Spec.de citat.in verb. viſo peremptorio de per ſe non habet vim peremptorij Rot. in nou.dec.10. de re iudic. poſt med. Fraſ.de Franch.dec.457. Petr. ad Capic.dec. 1.num.11.D.Petra nepos in rit.29. vbi late de peremptorio,& eius effectu.
23 Datur caſus,quo redditur citatus ad totam cauſam contumax abſque peremptorio, vel comminatione,quando reſpondiſſet,ſe non venturum ad cauſam. Vant.hic num.98. Rot. in nou. d.dec. 10.de re iudic.circa finem Add. ad Capell. Tholoſ. dec.428.ver.& maximè, & dicemus infra vbi latè agemus de peremptorio.
24 Igitur citatus ad totam cauſam , & non comparens in termino , vlterius in cauſa non debet citari. Put.dec.202. num. 1. lib.2. Niſi mutetur iudex, nam tunc debet denuo coràm illo iudice citari Minad.dec.28.Franch.dec.467.num.3.Nicol.in praxi iur.ciuil.num.130.Grattian.dec.108.R. Rouit.in pragm.4.de ordin.iudic.Muſcatell.in praxi ciuil.p.1.gl.ſententiam ſub num.13. D.Petra in rit.108 num.10.& rit.94.num.11. Taliſque citatio requiritur etiam à ſucceſſore in executione ſententiæ prolatæ ab extincto iudice Carauit.in rit.128.nu.8.tam ſi agatur ordinariè, quam ſummariè, & extraiudicialiter , & ſola facti veritate inſpecta R.Capic.Latr.dec.69.num.13. R.Sanfel. in praxi ſect.59.n.6.
25 Sed illę citationes,quę fiunt ad ſingulos actus per contradictas, ex vrbanitate fiunt non ex neceſſitate Rot.diuerſ.dec.332.nu.2.p.3.lib.3. Nam
26 vnica citatio hæc generalis ad totam cauſam ſuffi-

ſufficit ad tollendam nullitatem ex defectu citationis præcedentem. *Seraphin. dec. 455. nu. 8. Miſing. obſ. 71. num. 3. cent. 1.*

27 Eſt tamen aduertendum, quod ſi citatus generaliter, compareat, debet poſteà citari particulariter ad quoſcumque actus. *Vant. hic num. 113. Bar. in extrauag. ad reprimendum in verb. ſuper dicta crimine num. 2. Larrea dec. 2. Baron. de. q. 13.* At
28 ſi recedat non dimiſſo procuratore, poteſt procedi tanquam contrà contumacē *c. vnic. 8. q. 5. & c. certum 11. q. 3. add. ad Capell. Tholoſ. dec. 428.*

29 Et ſi poſtea reuocauit procuratorem, quem dimiſerat, poteſt procedere ad alios actus tanquam contrà contumacem *cap. auditis de procurat.* vbi *DD.* ſignanter *Barboſ. Rec. collect. 3895.* At ſi
30 nemo compareat in termino citationis factę ad totam cauſam, poteſt nihilominus Iudex poſt terminum procedere per contradictas contrà abſentem eius contumacia non obſtante ſine noua citatione *Rot. in nou. dec. 14. de dolo, & contumac.*

31 Si vero citatus ad totam cauſam in prima inſtantia non comparuerit, non tamen in ſecunda inſtantia poteſt contrà illum procedi per contradictas vigore primę citationis, ſed debet de nouo citari, alias proceſſus, & ſententia non valeret *Achill. dec. 13. de dolo, & contumac. Coccin. dec. 61. num. 1.*

32 Sic etiam ſi quis ſit citatus ad omnes, & ſingulos actus, & non ſit dictum vſque ad ſententiam incluſiuè, vel ad totam cauſam debet de nouo citari ad ſententiam, etiam quod adſit clauſula *aliàs procedatur prout Iuris eſt. Baron. de citat. q. 16. num. 195. Franch. dec. 457.* vbi diſputat, quid dicendum in caſu, quo aliquis ſit inquiſitus de extractione extrà regnum contrà formam *pragmaticarum*, & ante captam informationem ſe obſentet, capta poſteà informatione fuerit citatus ad informandum, & fuerit reputatus contumax, perſiſtente in contumacia fuit citatus quod infrà 8. dies compareat ad dicendum cauſam quare non debeat priuari officio, quod tenebat, aliàs quod procederetur pro vt Iuris fuerit, fuerunt accuſatę contumacię, & in eius contumaciam datus terminus ad probandū, & defendendū, in quo termino fiſcus ſuos teſtes examinauit, fuit facta publicatio in contumaciam, an poſſit ferri ſententia priuationis ſine noua citatione, refert deciſum quod ſic, ſimiliter *R. Sanfel. deciſ. 71.* in caſu, quo quis fuit citatus ad informandum pro extractione pecunię ad partes infidelium, frumenti extra regnum, ac pro emptione liberantiarum contra formam *Reg. prag.* & facto contumace inſtetit fiſcus exequi pro pecuniaria pęna pro nunc, ſine noua citatione, & ſic fuit deciſum, ea ratione quia pæna hęc reſpicit proceſſum, & eius eſt quid acceſſorium. Alia dicemus in *rubr. penul. de citat. ad ſententiam.*

33 Citatio ſingularis ad quemlibet actum, ſit quādo perſona citanda, vel eſt præſens in iudicio, vel non longè abeſt ad *tex. in cap. fin. de dilat. Soccin. de citat. art. 20. num. 40.* verſ. *ex loco igitur propinquo.*

34 Quando quis dicatur de longinquo, vel de propinquo abeſſe, pendere ex arbitrio Iudicis, dixit *Soccin. de citat. art. 20. num. 4.* verſ. *& de longinquitate.*

35 Quando autem quis in Villa degit, vel in diſtrictu ad tollendam citandi difficultatem citari poteſt, & compelli ad eligendum domicilium in Ciuitate vbi citari poſſit, nam eſſet durum ſemper mittere nuncium ad villam, ad citandam partem *Angel. de Peruſ. in l. qui ante Kal. ff. de verb. obligat. Add. ad Capell. Tholoſ. A. dec. 428. circa finem Baron. de citat. q. 13. in fine.* Hic Neapoli ſer-
36 uatur, quod quando citatus degit extrà Ciuitatem, citatur per nuncium, qui ſi comparet auditur, & cū perſona ipſius legitimè proceditur, ſi nō comparet, accuſatis contumacijs proceditur contrà illum in contumaciam. Si vero degit in Ciuitate, aut ſuburbijs, citatur ſemper per nuncium, in ſingulis actibus, & non accuſantur contumaciæ, ſecundum doctrinam *Vant. hic num. 98. Reg. Rouit. in pragm. 3. de ordine iudic. num. 3.* vbi teſtatur de praxi ſicut, & nos teſtamur, & de praxi Siciliæ teſtatur *Muta in cap. Ru. 97. num. 3.* & ibi *Bentern.* Si vero adſit in ſuburbijs non accedit Porterius propter impenſam, ſed obtinetur à D. Pręſide S.R.C. quod liceat fieri talis citatio per quemlibet ſeruientem, & etiam talis citatio fit in vno quoque actu.

37 Ex quo poſſunt aliqui citari vti vniuerſi, vel vti ſinguli, Ideò alia Citatio eſt vniuerſalis, alia particularis. Vniuerſalis eſt quando citatur corpus, ſeu Vniuerſitas, Capitulum, Conuentus, Monaſteriū, Confraternitas, Communitas, Collegium, & Populus, quæ qualiter fieri debeat eſt
38 videndum. Vniuerſitas aut eſt talis, quæ ſolet certo loco congregari, prout Capitulum, Collegiū, Fraternitas, & Conſiliū. Aut non habet certum locum, quo congregari ſoleat, pro vt Populus ruralis. Si habet certum locum, citator curare debet, vt ea conuocetur, quæ dum fuerit more ſolito congregata, locum intrabit, & Vniuerſitatem citabit *gl. in l. non poteſt dolo carere* ibi, *vt ergo Vniuerſitas vel Eccleſia ſit contumax citetur in capitulo, vel areago ff. de reg. iur.* vbi etiam *Caguel. R. Marin. lib. 1. reſol. 340. num. 4. Loſaus de Iure Vniuerſit. p. 2. cap. 1. num. 63. Ludouiſ. dec. 61. num. 2.* vbi *addit. Modet. in §. plebiſcitum dub. 61. & 126.*

39 Cauere debet, vt citet capitulares, vel Collegiatos pro vt Vniuerſos, & ſub nomine Vniuerſitatis, ſeu Collegij, nam ſi citaret vti ſingulos, citatio eſſet nulla, cum alia ſit cauſa Vniuerſitatis & alia ſingulorum. *Io: Andr. in cap. bona il 2. de elect. Socc. de citat. art. 20. num. 52. Rota dec. 36. nu. 4. apud Farinac. in 1. collect. nouiſſ. Eadem Rota dec. 382. num. 2. apud eundem Farinac. collect. 1. nouiſſ.* alias *p. 4. diuerſ.* vbi dicit contrà moniales citationem non valere, ſi illæ non fuerint congregatæ capitulariter, ſequitur *Barboſ. in cap. ſi capitulo de conceſſ. preb. in 6.* Et aliud ſunt ſinguli,
40 aliud Vniuerſi. *Felin. in cap. ramte nu. 13. de reſcript. ver. aliud ſinguli.*

41 Ideo debet fieri relatio, quod Canonici, ſeu Ciues fuerunt citati collegialiter, ſeu capitulariter, & nō ſufficeret dicere: *Capitulum fuiſſe citatum,* niſi expreſſe dicatur, quod fuit citatum capitulariter. *Anchar. conſ. 283. Felin. in d. cap. ramte n. 13. de reſcript. Pariſ. conſ. 92. n. 26. lib. 4.*

42 Vt Capitulum legitimè citetur, debet congregari in loco ſolito ad eundem effectum, vt cite-

tur,

tur, nempè vt adſit maior pars Capitularium, & abſentes ſufficit,quod fuerint vocati, cũ ſit actus neceſſarius, in actibus autem voluntarijs nihil fieri poteſt in Capitulo, niſi omnes conſentiant. *gl.in cap.cum omnes* in verb.*conſtitutum*, poſt *medium de conſtit.* & ibi *Felin.num.24.* & *ſeqq.* declarat quibus caſibus collegiati debeant collegialiter conſentire, & quibus caſibus ſeparatim valeant etiam conſentire. *Barboſ.in d.cap.ſi capitulo de conceſſ.præb.in 6.*

43 Tunc dicitur aliquid factum capitulariter, quando præceſſerunt ſigna Capituli, vt putà ſonus campanæ,vel alia conuocatio, locus, & ordo conſuetus *Bellamer.dec.10. in fin.* & numerus *Felin.in d.c.cum te in prima addit. de conceſſ.præb.*
44 *lib.6.* Sed quo ad numerum dicit *gl. in d.c.ſi capitulo in verſ.facta in 1.addit.de conceſſ.præb.in 6.*quod in edictis, citationibus, & denunciationibus Vniuerſitati faciendis,ſufficit quod in loco congruo coram maioribus, & alijs ibidem inuentis publicè proponatur, per *iura*, quæ allegat.

45 Ideò ſi Canonici citarentur in choro, citatio eſſet nulla tanquam non in loco congruo, & nõ conſueto, cum in Eccleſia non ſoleat tractari de negotijs capitulariter,nam ille eſt locus ad diuina peragenda; & non dicuntur actus capitulares quando fiunt in loco vbi non conſueuerunt Canonici Capitulariter congregari. *Bal.in rubr. de poſtul.prælat.15.verſ.porrò. Felin. in d.cap.cum te num.13.circa fin.* verſ. & *ſcias de reſcript.Ludouiſ.dec.vl.num.2.*

46 Si verò Canonici ſint ad aliud negotium per ſonum campanæ congregati, ſufficit ad alia etiã negotia, ità vt rectè illis poſſit fieri intimatio mandati Rotalis, vt reſpondit *Rota in legionenſ. Canonicatuum 16. Decembr.1622. coram Manzanedo,& in Serana beneficij 18.Iunij 1630. Coram Merlino.*

47 Sic contrà Monacos,Moniales,Conuentum, ſeu Collegium, citatio debet fieri illis Capitulariter, ſeu collegialiter in loco conſueto congregatis. *Rot.in diuerſ.p.4.dec.172. num.4. Ludouiſ. dec.vl.num.2.*& ibi *add.num.6.* Sed quo ad Con-
48 uentum, ſi ex actis conſtaret in Eccleſia non eſſe conuentum, ſed ſolum Commendatarium, tunc ſufficeret illum citare *Mantuae.c.219. nu.5.*
49 Intimatio facta quibuſdam Canonicis, non tamen capitulariter congregatis, non afficit Capitulum *Seraphin.dec.1116.num.1.*Vel facta Cano-
50 nicis in Platea inuentis, nam neque cenſetur Capitulum citatum. *Cauaker.dec.435. num.2.addit.ad Ludouiſ.dec.vl.lit.B.*vbi bis deciſum refert per Rotam Rom.

51 Et *Rota in antiquis dec.1. de ſentent.excommunic.*dicit, quod ſi mandetur citari Decanus, & Capitulum alicuius Eccleſiæ ſub pœna excommunicationis, ſi ſint certi Canonici facientes Capitulum,& illi apprehendantur, vti ſingulares perſonæ,non poſſunt excommunicari, licet citati fuerint, tanquam facientes capitulum, quia aliud eſt gerere vicem Capituli, & aliud vicem ſingularum perſonarum,nam quælibet perſona vt ſingularis non punietur, eſt ſimilis deciſio *Berſagn.1.de dolo,& contumac.*

52 Pariter Citatio contrà Confraternitatem, debet fieri in loco, vbi confratres,ſeu officiales illum repræſentantes ſolent congregari. *Bar. in l. vl.ff.quod cuiuſque vniuerſit.nom.* Rot. *in recentiſſ. dec.624.num.5.p.2.*

53 Quis poſſet dicere, hęc omnia procedere caſu, quo vellet Vniuerſitas ſe congregari, putà quia tractaretur de ſui fauore, ſed ſi nollet ſe congregare, ex quo agitur de ſuo damno, inferendo forſan per citationem, quid eſſet faciendum? Reſolutiuè dicimus in hoc caſu ſi non vult congregari, & impedit ſe citari, citatio habetur pro legitimè facta, ſi fiat contrà ſingulos, & per affixionem in loco vbi ſolet congregari. *cap.quoniam frequenter §.porrò* vbi *Abb.num.3. vt lite non conteſt.Creſcent.dec.18. num.2. de ſentent. & re iudic.Seraphin.dec.1094.num.3.& 4.add.ad Ludouiſ.d.dec.vl.num.6. Baron.de citat.q.8. nu.41.*

54 Et agendum eſt, quod docet *gl.in d.cap.ſi capitulo,* in verb.*factam de conceſſ.præb.in 6.* ibi; *requirat illum qui habet conuocare conſilium,vt ipſum conuocet vel per ſonum Campanæ, vel per alium modum in Eccleſia ſolitum,ſi autem ſe includeret, vel impediret nè fieret præſentatio,perindè eſt, ac ſi præſentatio eſſet facta, ad inſtar eius qui latitat,vel impedit quod citari non poſſit,addit. ad Lud. d.dec.vl. Alph.Modst.in §.plebiſcitum dub.61.n.6.R.Marini lib.1.c.340.num.6.*

55 Ideò ſi Citator nõ feciſſet debitas diligentias pro congreganda Vniuerſitate, citatio facta per affixionem in loco,& contrà ſingulos de Vniuerſitate non valeret *in extrauag. ad reprimendum in verb.citatum.Alex.conſ.219.num.2. lib.6. Socc. de citat.art.20.num.52.* verſ.*aut non habet Rot.in recentiſſ.dec.628.n.4.p.1.Foller.in praxi rubr.vel eos verbaliter n.23.Cald.Pereira poſt qq.forenſ.cõſ.11.*

56 Diligentiæ ſunt, Vt Citator debeat facere inſtantiam coram eo, ad quem pertinet conuocare Vniuerſitatem, & ei præfigere terminum, intrà quem conuocet dein per ſe illam congregare ſi poteſt iuxtà prędictam *gloſſam in d.c.ſi Capitulo* poſtremò debet adire Superiorẽ, qui cogat illos de Vniuerſitate,ſeu Capitulo ad ſe collegialiter, ſeu Capitulariter legitimè congregandũ, & quatenus hæ diligentiæ nõ proſint,poteſt fieri citatio cõtrà ſingulos,& per affixionẽ in loco,ità declarauit Rota *in vna Compoſtellana corã Gambara* dicit *Addit.ad Lud.dec.vl.lit.B. Modst. in §.plebiſcitum dubit.128.*& melius *dub.61.n.6.*vbi dat modũ citandi Collegium,vel Capitulum, vel Vniuerſitatem *Corſet.qq.forenſ.q.10.Pereira d.conſ.11.*

57 Sed ſi eſſet citanda Communitas, & Ciues clauderent portas,ne nuncius ingrederetur, tunc ſufficeret affigere citationem ad portas Ciuitatis, & ſi non eſſet tutus acceſſus, committenda eſſet citatio per edictum in locis vicinis, vel illud affigere ad portas Eccleſiæ Ciuitatis conuicinæ *Maranta in ſpec.p.6.* verb.*rectè concipiatur citatio num.94.Grauat.ad Veſtr.in praxi lib.4.cap.3.num. 12.Menoch.de recuper.remed.8.limit.6. num.119. Virgil.de legit.perſon.cap.21.num.32. Corſer.qq.forenſ.q.10.Foller.vbi num.23. Borrell.in ſumma deciſ.tom.1.tit.44.n.26.*

58 Si vero Vniuerſitas eſt talis, quæ non habeat certum locum, in quo congregetur, pro vt eſt po-

Digitized by Google

populus Ruralis, qui non ſolet congregari, niſi
in Eccleſia pro audienda Miſſa, tunc vel fieri po-
teſt per proclama, vt ſcil. Nuncius per villam
clamet, quod ipſe ex parte talis Iudicis, & ad in-
ſtantiam talis, citat Vniuerſitatem, nam cum ta-
lis citatio fiat de multitudine, ſufficit fieri per
præconem *Bar. in extrauag. ad reprimendum in*
59 *verb. citatum*. Vel ſi inueniat illos congregatos
in Eccleſia, poterit illis ſingulis exeuntibus oſtē-
dere citationem, & illam ad eiuſdem Eccleſiæ
valuas, affigere *Rot. diuerſ. dec. 1057. p. 3. lib. 3. Ca-
ualer. dec. 408. n. 1.*
60 Sed difficultas eſt, An ſufficiat citare illos,
qui præſunt Vniuerſitati, vt ſunt Antiani Recto-
res, Decani, vel Syndici, ſeu Procuratores ge-
nerales? Non ſufficere dicunt *gl. in l. non poteſt,
& ibi Bar. ff. de reg. iuris idem Bar. in l. fin. ff. quod
cuiuſque Vniu. nom. & in §. ſi ortularum Auth. de
Sanctiſſ. Epiſcop. & in l. 1. num. 2. 3. C. de Iure reip.
lib. 11.* dicens quod ſi ſit citatus, & non compa-
reat eius contumacia non nocet Vniuerſitati, ſe-
cus ſi compareat, nam tenet iudicium *Virgil. de
legit. perſon. cap. 21. nu. 31. Sur. de citat. art. 17.*

Sufficere dicit idem *Bar. in d. extrauag. ad re-
primendum* in verb. *citatum*, nam vt ipſe dicit,
quando quis vult citare certam perſonam, ſatis
eſt quod videat eius caput, licet non totum cor-
pus aſpiciat, vt quando eſt in feneſtra *l. ſatiſque
ff. de in ius voc.* Sic quando municipes debent iu-
rare, ſufficit vt iurent illi, qui municipij vices
61 gerunt *l. municipibus ff. de condit. & demonſtrat.
Luc. de Penna in l. fin. C. de re milit. lib. 12. Lud.
Rom. & add. ad eum ſing. 763. Caret. qq. forenſ. q. 10.
Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. p. 5. §. 9. num. 17.*
qui dicit, quod ſufficit citare Rectores, qui ſi eli-
gunt, Syndicū ſufficit poſtea citare Syndicū. *Ber-
li. h. lib. 1. conc. 10. n. 49. Viſcont. com. inſ. Iuris verb.
Vniuerſitas Balb. dec. 80. & 156. Nell. de bannitis
q. 8. Gail. de pace publ. lib. 2. cap. 9.* poſt *num. 3. Fa-
rinac. q. 24. num. 153. in fine R. Ponte de poteſt. Pro-
reg. tit. 4. de regal. ampl. num. 30. & 34. Euard. ad
Clar. q. 16. num. 20. in fine R. Rouit. in prag. 2. de ci-
tat. num. 13 in fine.*
62 Vlterius dicitur, quod qui præſunt Vniuerſita-
ti, ſunt loco Tutorum, Syndici autem loco Pro-
curatorum. Et tutores pro defenſione pupilli
poſſunt, vel in ſe iudicium ſuſcipere, vel pupil-
los exhibere, vt ipſi authoribus iudicium ſuſci-
piatur *l. 1. §. ſufficit ff. de adminiſtr. tutor.*
63 Et qui vult agere contrà aliquem, poteſt vel
eligere Principalem, vel procuratorem *l. fin. C. de
procurat.* Verum *Loſæus de Iure Vniuerſit. p. 2. c. 1.
num. 63.* verſ. *contrarium*, dicit eſſe tutiorem pri-
mam opinionem, & in ſua Patria Pedemontana
ad euitandas diſputationes, in citationibus ap-
poni clauſulam, vt citetur Syndicus, & habeatur,
ac ſi Vniuerſitas eſſet citata, & dicit hodie adeſ-
ſe nouum decretum, vt poſſit citari ſyndicus pro
Vniuerſitate. Et apud nos ſeruatur, vt ſyndicicus,
& electi citentur *Borrellan ſumma deciſ. tom. 1. tit.
44. num. 28.*
64 Si lis ſit contra Capitulum, ſufficit ſi ci-
tetur illius ſyndicus, ſeu œconomus *l. omnes hoc
nihilominus C. de Epiſcop. & Cleric. Guid. Pap. dec.
321.* & idem dicit in Guardiano fratrum mino-
rum, & in Priore alicuius Monaſterij, quia quā-
do plura corpora exiſtunt ſub vno capite eiuſdē
naturæ, & ſub eodem modo qualitatis, ſolum ca-
put eſt in conſideratione *l. Caius Seius ff. de leg. 2.
Riſol. var. cap. 3. n. 157. & ſeqq.*
65 Sic agens contrà Vniuerſitatem, vel debet il-
lam citare forma, qua *ſupra*, vel poteſt citare
Rectores, ſeu Syndicum illius cum citatione di-
recta contrà illam *Bar. in conſt. c. ad reprimendum
verſ. citatum*. Sed primam citationem eſſe notifi-
candam Rectoribus, ſeu Iuratis, nec ſufficere
citare ſyndicum dicit *Virgil. de legit. perſ. d. c. 21.*
66 *nu. 31.* Tamen dicti Sindici, Decuriones, & pro-
curatores generales debent citari perſonaliter, &
non domi, non obſtante in Regno noſtro *prag. 2.
de ordine iudic.* nam illa loquitur quando quis
citatur vt perſona priuata, non vt perſona repræ-
ſentans aliam perſonam, vt fundat *R. Marinis lib.
1. reſ. c. 340.*
67 Differentia eſt an citetur Vniuerſitas congre-
gata, an verò rector, ſeu Syndicus. Nam ex *gl. in
l. non poteſt dolo carere ff. de regul. Iur.* ſi citetur
Syndicus, vel Actor Vniuerſitatis, Vniuerſitas
non videtur eſſe in dolo, nam vt dicitur in *l. ſed
ex dolo §. 1. ff. de dol. mal.* ex ſuo dolo non poteſt
de facili dari actio de dolo in municipes, nam de
facili nihil facere poſſunt, ſed cùm difficultate,
vt campana pulſata, quia videbuntur omnes facere
quod conſilium facit, vel maior pars, pro
vt ſupplet *gl. in d. §. 1.* in verb. *facere poſſunt*. Et
68 *in l. 1. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* habetur, Vniuer-
ſos conſentire non poſſe. In contrarium tamen
69 facit *tex. in l. 2. ff. de acquir. poſſ. ff.* vbi dicitur,
Municipes poſſe poſſidere, & vſucapere, ſiue per
eos, quibus adminiſtratio Vniuerſitatis commiſ-
ſa eſt, ſiuè per ſe ipſos, ſi maior pars illorum in
hoc conſenſiat, vt ibidem ſupplet *gl. 1. & in verb.*
70 *acquiratur*. Pro concordia dicit *gl. in l. non poteſt
dolo carere ff. de reg. iuris.* quod Rector ſeu Syndi-
cus poſſunt facere ea, quæ expediunt communi-
tati, non quæ nocent. Nam nec confeſſio procu-
ratorum, tutorum, curatorum domino, pupillo,
vel minori nocet *l. certum §. ſed ſi, & ipſos ff. de
confeſſ.* diximus poſt mille *DD. in obſ. ad conſ. 25.
num. 21. lib. 2. R. Rouiti*. Et quod tutoris pactum
71 pupillo proſit, non autem noceat, eſt *tex. in l. tu-
toris quoque ff. de pactis.*
72 Prima ergo differentia eſt, quod Citatio Vni-
uerſitatis reddit illam contumacem veram, cita-
tio vero Rectoris, ſeu Syndici reddit illam con-
tumacem fictam, vt etiam poſt prædictam *gl. in
d. l. non poteſt dolo carere in fin.* notat *Bar. in d. ex-
trauag. ad reprimendum* in verb. *citatum*.
73 2. Quod citatio licet faciat litem, & attenta-
ta, tamen citato ſolo Rectore, vel Syndico, Vni-
uerſitas non cenſeretur attentaſſe, quia ſcientia
aliquorum officialium non ſufficit pro ſcientia
Vniuerſitatis. *Aff. dec. 376. num. 1. Scraphin. dec.
1046. num. 5.*
74 3. Quia ſi citentur Maſſarij, & alij Officiales,
eſt neceſſe, quod conſtet eos eſſe tales, aliàs cita-
tio non valeret, niſi quando Procurator Commu-
nitatis legitimè conſtitutus poſt citationem
compareret *Rot. diuerſ. dec. 188. nu. 2. & dec. 200.
p. 1. p. 3 lib. 3.*

75 4. Quia

75 4. Quia quando citantur officiales, vel ſyndicus, ſi ipſe non compareat, & cum eo conteſtetur lis, ipſo, per lapſum temporis ſui officij, mutato, eſt citandus alius ſyndicus, alias nulliter cum illo procederetur, vt benè probat, & deciſum refert per ſuum Senatum Cathal, *Ripol. var. reſol. cap. 3. de citat. n. 316. & ſeqq.*

76 Eſt aduertendum ad hanc materiam, quod licet citari ſoleat Capitulum, & Canonici, & Cõmunitas, & homines, & ſic de alijs Vniuerſitatibus, tamen Canonici, & homines non intelliguntur citati, vt ſinguli, ſed tanquam Vniuerſi, & non pro intereſſe particulari, ſed Vniuerſali. *Put. dec. 10. num. 2. & 3. lib. 1. Rot. in recent. dec. 458. n. 4. p. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Quid ſit citatio realis? &* n. 2. 3. 4. 5.
6 *Eſt potentior alijs citationibus.*
7 *Per citationem verbalem inducitur præuentio, &* num. 8.
9 *Et per citationem realem, &* n. 10.
11 *Præuentio realis præfertur præuentioni verbali, & quando non, &* n. 12. 13. 14.
15 *Qui poſſint citari realiter? & quomodo fiat? & contra quos fiat? & à* num. 16. *ad* n. 26. & 137.
27 *In ciuilibus quomodo fieri dicatur citatio realis? &* n. 28. 29. 30.
31 *Captura, quæ fit per ſuſpicionem fugæ debitoris eſt citatio realis, & quando poſſit fieri? & à* 32. *ad* num. 50.
51 *Solum iuramentum debitoris ſuſpecti an ſufficiat ad tollendam capturam? & à* n. 52. *ad* n. 62.
63 *Suſpectus de fuga poteſt carcerari etiam ſi dies ſolutionis non venerit; etiam in die feriato, & à* nu. 64. *ad* nu. 74.
75 *Si fideiuſſorem dare non poteſt talis carceratus, an ſufficiat iuratoria cautio? &* n. 76.
77 *Iniuſte, & nulliter carceratus, an debeat excarcerari ſine cautione? & à* n. 78. *ad* n. 85.
89 *Citatio realis in quo loco poſſit fieri? &* num. 87. 88. 89.
90 *Quæ perſonæ non poſſunt carcerari? & à* nu. 91. *ad* num. 111.
112 *An, & quando carceratus ad inſtantiam vnius poſſit arreſtari ad inſtantiam alterius, &* n. 113. 114. 115. 116.
117 *An detur alia citatio verbalis? & an poſſit fieri in Eccleſia? & à* n. 118. *ad* n. 136.
138. *Alia citatio verbalis.*
139 *Alia citatio ſcripta, alia non ſcripta, & à* num. 140. *ad* n. 158.

De Citatione reali, & Verbali, ſcripta, & non ſcripta.

QVÆSTIO X.

1 Citatio alia eſt Realis, alia Verbalis. *Iaſ. & ſcribentes in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. in princ. & in auth. atqui ſemel C. quomod. & quando, Reg. Sanfel. in praxi ſect. 27. num. 1. Pax in praxi p. 1. tom. 1. temp. 3. nu. 14. & ſeqq.* eo tento quod aliquis poteſt vel duci manu, vel captura per executores ad iudicium, vel vocari per nuncium. Citatio realis eſt captura rerum, vel perſonæ ſecundum *Maranta in ſpec. p. 6. verſ. recte concipiatur citatio num. 58.* Vel ſecundum *Iaſ. in d. l. 2. & in l. conſentaneum C. quo modo, & quand. Iudex* dicitur quando Iudex perſonam parte inuita facit trahi ad iudicium *Reg. Sanfel. vbi ſup. num. 2. Pellegr. in praxi Vicar. p. 2. ſect. 1. ſub ſect. 1. n. 3.*

2 Vel verius diſtinguendum, quod captura perſonæ, vel fit ante ceptum iudicium, vt in criminalibus, quando quis capitur in fraganti, vel de mandato pro aliquo delicto commiſſo. Et in ciuilibus quando quis capitur vel ſuſpectus de fuga, nam tunc captura eſt quaſi *in ius vocatio iuris experiundi cauſa*, vt ſcil. ille ſe defendat, & iſte, vt caueat; Sicut, & quando quis ſuum debitorem carceratum fecit recommendari, & arreſtari ante iudicium cum eo ceptum, ſed quando captura fit poſt iudicium ceptum, & ſic in executione mandati relaxati, tunc non eſt citatio, ſed executio rei iudicatæ, & fit vt ſoluat, non autem, vt ad iudicium ſe defenſurus veniat. *Scacc. de iudic. lib. 1. c. 33. num. 17. Baron. de citat. q. 5. n. 1.*

3 Non deſunt dicentes capturarum rerum eſſe citationem realem, ſed id eſt falſum, nam citatio præcedit immiſſionem, quæ fit in executionem
decreti Iudicis, non autem cauſa vocandi ad iudicium, & miſſio ex primo, & ſecundo decreto
datur ratione contumaciæ *l. vl. C. de his qui ad*
Eccleſ. confug. Et ideo illa commiſſio, non poteſt
4 dici citatio contumacis, quia eſt executio in
pœnam contumaciæ, & quod in miſſione in poſſeſſionis ex primo decreto requiratur citatio trãſit ſine difficultate, ſed ſolum dubitant DD. an trina requiratur, vel vna ſufficiat *Gabriel. de citat. concluſ. 1. n. 254.*

5 Citatio igitur realis eſt, quando quis per manus impoſitionem, & capturam ducitur ad iudicium, vt *in cap. ſi clericos de ſentent. excommun. lib. 6. ibi, etiam per laicos capi faciens, & eos* (ne fugiant) *in carcere pœna debita poſtea caſtigandos includas l. neminem C. de exhib. reis.* Et hæc citatio
6 potentior eſt alijs *l. 1. C. qui bonis cedere poſſunt, Scr. de citat. art. 3. num. 1. Boſſ. in praxi crim. tit. de foro compet. nu. 97. Greg. Lop. in l. 12. tit. 7. p. 3. verb. Emplazado, in fine Foller. in pract. crim. rubr. audiantur excuſatores num. 76. Pax. in pract. 1. p. tom. 1. temp. 3. nu. 15.*

7 Ideo, ſuppoſito, induci cauſæ præuentionem coram vno Iudice, tam per citationem verbalem per tex. *in l. ſi quis poſtea quam, & l. vbi acceptum ff. de iudic. Maſtrill. dec. 210. num. 1. Boſſ. de foro compet. num. 105. Guazin. ad defenſ. reorum defenſ. 3. cap. 9. num. 6. Farinac. in pract. crim. tit. de inquiſit. q. 7. num. 56. Tonnut. de præuent. cap. 9. à num. 1. vſque ad num. 15. Capibl. de baronib. prag. 8. p. 2. nu. 282.* vbi reijcit *Annæ* opinionẽ *ſing. 79.* aſſerẽtis per citationem verbalem cauſam non dici præuentam, quæ opinio *Annæ* reijcitur etiam à *Baldaſſ. de Angelis ad Foller. in rubr. audiantur excuſatores* poſt *num. 55.* verb. *dubitaremus* Requiritur
8 tamen, vt citatio ſit notificata reo, ſit valida,
rite

Digitized by Google

rite, & rectè expedita *Boſſ. vbi ſup. de foro compet. num. 105. Guazin. d. cap. 9. num. 9. & 10. Capibl. d. prag. 8. p. 2. num. 211. & ſeqq. Carleual. de Iudic. diſp. 2. q. 7. ſect. 3. num. 879.* vbi alios allegat
Tonnut. d. cap. 9. num. 16. & 22. Scialoya de foro compet. cap. 7. num. 43. Et quod reus compareat, vel in
dicta citatione ſit incuſata contumacia. *Farinac. q. 7. num. 60.*
9 Quam per citationem realem, & ſic per capturam rei. *Guazin. d. cap. 9. num. 13. De Angelis vbi*
ſup. Carleual. d. ſect. 3. num. 881. Dummodo captura
10 ſit legitime facta, ſecus ſi illegitima, puta quia
Curia non erat in probatis, vel non aderat delictum, propter quod poterat procedi ad capturã
de facto, nam tunc in hoc caſu carceratio non
inducit præuentionem. *Capibl. d. pragm. 8. p. 2. num. 215.*
11 Præuentio realis quando eſt legitimè facta,
prefertur præuentioni factæ per citationem verbalem, ſi realis ſit prius facta, vel eodem die.
Foller. d. rubr. audiantur excuſatores num. 159. Iul. Clar. §. fin. q. 38. num. 28. Idem eſt ſi ſimus in du-
12 bio quæ nam citatio prius facta fuerit, nam
adhuc realis præuentio præfertur *Carleual. d. ſect. 3. num. 883.*
13 Imò quamuis citatio verbalis præcedat citationi reali, tamen licet aliqui teneant, quod illa
præferatur præuentioni poſtea factæ per citationem realem, ſunt *Soccin. in cap. propoſuiſti num. 23. de foro compet. Maſtrill. d. deciſ. 210. num. 2. Gallup. in praxi S. C. p. 2. cap. 6. num. 98.* Tamen in contrarium eſt magis cõmunis opinio, & hæc ſeruatur
in praxi, vt ſcil. realis præferatur, vt dicunt *Capibl. de Baron. d. prag. 8. p. 2. num. 214. Guid. Pap. dec. 203. num. 4. Foller. in d. rubr. Audiantur excuſatores num. 76. & 159. Grammat. dec. 30. num. 6. & conſ. crim. 28. num. 12. Guazz. d. cap. 9. num. 14. Carleual. d. ſect. 3. num. 886. Farinac. d. q. 7. num. 53. Boſſ. de foro compet. num. 97. Caracciol. d. q. 44. nu. 3. & 12. Cancer. var. lib. 2. cap. 2. num. 238. Campagn. in cap. Regni illuſtri n. 34.*
14 Limita tamen ſi præuentio realis ſit facta in
fraudem citationis verbalis anteà factæ, puta ſi
poſt citationem verbalem reus ſponte compareat coram alio Iudice, & faciat ſe carcerari,
nam in hoc caſu talis præuentio facta per carcerationem ſpontaneam, non præfertur præuentioni anteà factæ per citationem verbalem. *Boſſ. de foro compet. num. 98. Maſtrill. dec. 210. num. 9. Rouit. ſuper pragm. 1. num. 71. & ſeqq. vbi de delict. Capibl. in d. prag. 8. p. 2. num. 217. Boer. dec. 289. num. 10. Guid. Pap. conſ. 153. num. 2. Cancer. d. cap. 2. nu. 228. Caracciol. d. q. 44. num. 14. Guazin. d. cap. 9. n. 15. & ſeqq. Carleual. d. ſect. 3. num. 888. Farinac. d. q. 7. num. 53. verſ. ſublimita primò. Scialoya de foro compet. cap. 7. num. 45.*
15 Realiter poſſunt citare maiores Iudices habentes ordinariam iuriſdictionem, ſaltem cum
mixto imperio *§. ſi verò etiam quidam in Auth. de*
16 *exhib. reis* Item etiam delegati nè dum à Principe, ſed etiam ab inferiore, ſi ſibi commiſſum ſit
d. cap. ſi clericus de ſentent. excommun. in 6. Maxi-
17 mè de Iure Canonico, ſecundum quod delegati
poſſunt etiam ea quæ ſunt meri imperij, vt in
cap. quod ſedem de offic. ordin. cum *ibi* notat. *Soccin. de citat. art. 4. n. 7.*

18 Carceratio eſt actus iuriſdictionis *DD. in l. imperium ff. de Iuriſd. omnium iudic. Coc. deciſ. 6. num. 3. Canalc. de brachio regio p. 2. num. 1. Iannius de citatione reali lib. 1. cap. 1. num. 3. Guazin. ad defenſ. reorum defenſ. 5. cap. 1.* diximus *ſup. rubr. 9. q.*
19 *2. n.* Ideò non poteſt exercere extrà territoriũ *l. vl. ff. de iuriſd. omnium iudic. Boſſ. de captura n. 39. Genuen. tit. de delict. c. 9. n. 4. Foller. in pract. rubr. notatoris n. 3. Scacc. de iudic. cap. 42. num. 12. Canalc. de brachio reg. p. 2. num. 40. Guazin. defenſ. ſ. c. 1. num.*
27. Ideò ſi familia curiæ inſequatur delinquentem, non poteſt illum capere quando peruenit
extrà fines ſui territorij. *Boſſ. de captura num. 34. Clar. in §. fin. q. 29. n. 10.*
20 Citatio hæc realis in criminalibus ſit contrà
delinquentem, quando malefactor reperitur in
fraganti, tunc poteſt à quouis propria authoritate capi, & duci ad Iudicem *gl. in l. nemini C. de exhib. reis* & ibi *DD. l. interdum fur. §. qui furem ff. de furtis Socc. de citat. art. 4. num. 8.*
21 Poſt delictum commiſſum committitur citatio
realis contrà quærelatos, ſeu indicatos *d. l. neminem* cum *ibi* notat *C. de exhib. reis Bal. in l. ſi quando 12. q. C. de teſtibus Marante d. verſ. rectè concipiatur citatio nu. 61.*
22 Si delinquens ſe abſentauerit, decernitur contrà eum citatio in ſcriptis, vel ſono tubæ ad cõparendum peremptoriè, cum interpoſitione tridui inter vnam, & aliam citationem *l. inter accuſatorem ff. de publicis Iudic. Rebuff. de citat. art. 2. gl.*
23 *1. num. 11.* Sed hodie debent vocari tribus edictis, vel vno pro omnibus, & quilibet illorum
debet habere internallum 30. dierum *Auth. qui ſemel C. quomodo, & quando Iud. Spec. in tit. de citat. §. nunc, num. 1.* de qua re eſt videndus Berlich. tom. 1. concluſ. 10. num. 7. & ſeqq. & *nos* latius *infra*
24 Citatio hæc realis poteſt fieri contrà quamcumque perſonan de delicto accuſatam, vel inquiſitam, etiam in quocunque loco, etiam in domo propria, fracto oſtio, vt dicunt *Iaſ. & alij in l. plerique ff. de in ius voc. Foller. in praxi verb. Notarius capiat informationem num. 4. Canalc. de brachio regio p. 2. num. 34.* Et etiam in domo aliena
& illam perquirere inuito domino domus *Foller. ibidem nu. 9. Soccin. de citat. art. 17. num. 16. Guazin. defenſ. 5. cap. 1. nu. 23.* ad materiam eſt *Nig. de execut. rei iudic. cap. 14. §. 12.* Non tamen in loco
25 ſacro, & immuni *cap. inter alia de Immun. Eccleſ.* Niſi in delictis exceptis in *bulla* Gregorij XIV. *Nig. de execut. rei iudic. c. 14. §. 11.*
26 Citatio hæc in criminalibus regulariter non
ſit ſine indicijs præcedentibus, *Angel. de Maleſic. verſ. quod fama nu. 4. Boſſ. in praxi tit. de captura nu. 3. Miſing. obſ. 69. cent. 5. Scacc. de iudic. lib. 1. c. 42. nu. 7. Baron. d. q. 5. nu. 36. & ſeqq. Farinac. in praxi q. 27.*
27 In ciuilibus citatio realis fieri dicitur, quando, vel capitur debitor ſuſpectus de fuga *l. ait prætor §. ſi debitorem,* & ibi: *Bar. ff. quæ in fraud. credit. Marſil. ſing. 43. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 37. nu. 6.* poſt alios *Baron. de citat. q. 5. n. 5. Berlich. lib. 1. concluſ. 73. num. 23. 24. D. Veloſa cap. 19. §. 4. nu. 24.* vel quando debitor carceratus arreſtatur pro
alio credito *Farinac. q. 27. Iannin. de citatione reale lib. 1. c. 2. Franch. dec. 425.* vbi *add.*

28 Ca-

28 Capitur etiam in ciuilibus perſona, vel pro-
pter contumaciam *l.ſi conſentaneum*, & ibi *Bar.*
C.quomodo. & quando Iud.Auth.de exhib. reis §.ſi
verò Natta conſ.32. Cumia ſuper rit.cap.1.num.9.
Maranta in ſpec.p.6.membr.1.num.58. Baron.de
citat.q.5.num.4. Vel propter condemnationem,
29 ſeu rem iudicatam, ſeruato tamen ordine, vt
prius capiantur bona deinde perſona per *tex.in*
l.à diuo pio §.in venditione ff.de re iudic. vbi *DD.*
Nam aliàs in ciuilibus nō poteſt incipi à captu-
ra perſonæ *gl.& Bar.in l.3.§.tutor ff.de ſuſpect.tu-*
tor.Bal. & alij in d.l.conſentaneum C. quomodo, &
quand.Iud.Abb.in cap.quo ad conſultationem de re
iudic.Maranta d.p.6.verb.rectè concipiatur citatio
num.58.Scacc.de Iudic.lib.1.cap.37. Baron.d.q.5.
num.3.& 32.

30 Eſt bene verum huiuſmodi capturam propter
contumaciam,vel condemnationem, non poſſe
dici citationem,quia eſt executio, quæ non po-
teſt concedi niſi præuia citatione *arg.l.3.§.ſi ad*
diem ff.de re milit.Bal.in l.ſi quis curialis in verb.
conuentione C.de Epiſc.& cleric.

31 Sed captura quę fit propter ſuſpicionem fugę
eſt verè citatio realis, quia fit, vt debitor veniat
ad iudicium, & conceditur abſque citatione,
nè alias inſtrueretur ad fugam *l.fin.in fin.ff.de*
requir.reis Bal.in l.conſentaneum C. quomod. &
quand.iud.& in l.2.C.de ſeru.fugit. Caſtr.conſ.471.
num.1. verſ. *circa ſecundum lib.1.* dicemus *infrà*
ver.*adhoc.*

32 Captura ſuſpecti debitoris poteſt fieri autho-
ritate propria ipſius creditoris per *tex. in l.ait*
Prætor §.ſi debitorem ff.quæ in fraud.credit. vbi *gl.*
& DD. Spec.in tit.de accuſat. ver.*idem fortè Bal.in*
cap.1. §.1.de pace iuram.firm. Iaſ.in l.1. num.71.
de offic. eius Marſil.ſing.43. & 243.Pariſ.conſ.
107.num.52.conſ.99.num.3. vol.3. Ruin.conſ.18.
nu.4.vol.5.Ricc.dec.198. p.2. Coler.de proceſſ.exe-
cut.p.1.cap.2.num.276.& cap.3.num.24. Miſing.
obſ.69.cent.4.in fin. Phoeb.dec.54. Ripol.var.cap.
1.à num.82.Gutier.pract.lib.1.q 82. & ſeqq. De
*Cuenca de depoſit.clauſ.30. à nu.21.*poſt alios *D.*
Petr.cit.170.n.2.Cauol.q.267. Fontanell.dec.232.
num.3. R.Sanfel.in prax. ſect.27. num.9. Et ſi de-
bitor armata manu reſiſtat, poteſt vulnerari *Ga-*
ill.obſ.44.lib.1. Berlich.lib.2. conclus.73. num.35.
55.D.Viloſa d.c.19.§.4.

33 Etiam ſi extarent ſigna euidentia fugæ *Vin.*
opin.177.num.4.Berlich.d.concluſ.73.nu.27. Nul-
la eſſet difficultas ſi debitor actu fugeret *Rocc.*
de decoct.mercat.nota 33. num.104. Imo creditor
Laicus poteſt capere clericum debitorem ſuſpe-
ctum de fuga ſine periculo excommunicationis,
dummodò pręſentet illum Iudici Eccleſiaſtico
Vin.ibidem nu.5.Ricc.d.dec.198.nu.5. Capr.conſ.
75.nu.7.Galter.in pract.inſtr.fol.mihi 165. nu.20.
Baron.d.q.5.num.7.Scacc.d.cap.37.num.9.Rumen.
conſ.21.num.21.Theſ.dec.220. Fontanell.d.dec.
232.nu.6.

34 Difficultas eſt, an captura hæc poſſit fieri per
Iudicem incompetentem? *Anchar.conſ.184. &*
*Roman.conſ.139.*tenet indiſtinctè poſſe fieri.*Rol.*
à Valle conſ.65. nu.5. Ant.Herring.de fideiuſſ.cap.
5.num.41.Ripol.var.cap.1. num.83. DD.apud Ber-
lich.lib.1.concluſ.73.nu.48. In contrarium facit

35 quod captura, vt *ſup.*diximus, eſt actus Iuriſdi-
ctionis, & debet decerni præuia cauſæ cognitio-
ne,vt latè probat *Guazin.d.defenſ.5.cap.3.per to-*
tum Berlich.d.concluſ.73.num.29. ideò non vide-
tur poſſe fieri à Iudice incompetente, latè *Are-*
tin.conſ.95.Boer.dec.215.num.24. Rolan.conſ.65.
num.6.vol.3. vbi teſtatur de communi cum alijs
adductis per *Farinac.in prax. q.27.nu.4. Caualc.*
de brachio reg.p.4.nu.329.& ſeqq.Guazzin.defenſ.
5.c.1.n.1.& ſeqq.propriè n.8.

36 Mihi verò ſemper placuit diſtinguere. Nam
aut perſona capienda eſt fugitiua,aut eſt ſuſpecta
de fuga. Primo caſu quia periculum eſt in mora
poteſt capi per creditorem,ac etiam per Iudicem
incompetentem,nam tunc non adhibenda eſt ali-
qua cauſę cognitio, & ratione periculi Iudex
illius loco vbi eſt fit competens *l.1.* vbi *gl. in*
verb.*à iudice C.vbi quis de Curiali &c.Farinac.q.*
27.num.7.Iannin.de citat.real.lib.1.cap.1. nu.15.
vbi teſtatur de communi *Baiard.q.28.num.1. &*
ſeqq. Caualc.de brachio reg.p.4. num.329. & ſeqq.
Vin.dec.341.num.12.Miſing.obſ.65.cent.2. Reg.
Sanfel.in prax. ſect.27. num.14. Et hoc caſu Iu-
37 dex incompetens taliter captum debet remitte-
re ad ſuum Iudicem *Felin. in cap.ſi verò col.2.ad*
med. verſ.*tamen limita de ſentent. excommun. Ro-*
lan.conſ.65.num.29.lib.3.Natta conſ.430.nu.21.
& 23.lib.2. Bar.in l. Magiſtratibus in 1.q. & ibi
DD. communiter *ff. de Iuriſd.omnium iudic.* vbi
firmat, quod Magiſtratus municipales poſſunt
capere delinquentes corporali pœna dignos, &
ad maiorem remittere iudicem per *tex. in §.*
audieris Auth.de defenſ. Ciuit.col.3. qui *textus* li-
cet loquatur de defenſoribus Ciuitatis, tamen
debet intelligi in omnibus Iudicibus. *Boer.dec.*
215.num.34. circa med. cum alijs adductis per
Farinac.q.27. num.25. vbi teſtatur de communi
Caualc.de brachio reg.p.2.nu.6. in princ. Guazin.
d.defenſ.5.c.1.n.9.

38 Bene verum in ciuilibus talis captura facta
per incompetentem Iudicem eſſet nulla omninò,
ſi conſtaret quod debitor poſſideret bona in foro
ſuo. *Dec.conſ.75.num.2.* poſt *Aretin.conſ.95. col.*
3.Bal.conſ.312.lib.5.Rip.reſp.13.n.29.

39 2.Caſu quando debitor eſt ſuſpectus de fuga,
quia cognitio præcedere debet, & decretum,
ideò non poteſt capi per Iudicem incompeten-
tem, ità diſtinguunt *Caſtr.conſ.38.in princ.Soc-*
cin.conſ.99.nu.1.& ſeqq.lib.4. Cuccialup.de debit.
ſuſpect.q.4.nu.4.in fin. & q.7.in princ.in tractati-
bus tom.3.p.2.Gratian.diſcept.forenſ.cap.875.nu.1.
& ſeqq.

40 Debitor ſuſpectus de fuga dicitur ille, qui nō
poſſidet immobilia,& ſæpius interpellatus non
ſoluit,frequenter ludit,ſumptuosè vixit, ſua con-
ſumpſit, & dilapidauit, & de quo fama eſt quod
plus debeat,quam in bonis habet, & fugam ma-
chinauit. *God.conſ.2.de iniur.num.41.vol.9. Bal.*
in l.ſi vt proponis nu.2.C.quomodo, & quando Iud.
Berlich.lib.1.concluſ.73.num.41.& 42. D.Viloſa
d.c.19.§.4.n.27.

41 Ad hoc vt Iudex competens poſſit decernere
citationem realem, ſeu capturam ſuſpecti debi-
toris, ſeu mandatum ſuſpicionis fugæ, quod idē
eſt, debet conſtare de credito per inſtrumentum,

Digitized by Google

vel ſcripturem, vel confeſſionem, de deteriora-
tione poſt debitum contractum per inſtrumentũ
publicum, vel per ſcripturam priuatam ſcriptam,
vel ſubſcriptam per debitorem, & de ſuſpicione
fugæ per teſtes examinatos, etiam parte non ci-
tata, & per iuramentum partis, & ſic ſummariè.
Rolan. conſ. 65. num. 12. & ſeqq. lib. 3. late *Nouar in alleg. inſerta per Ricc. dec. 198. p. 2.* vbi ſingulatim
refert, & examinat requiſita, & ſingula legibus
conuallat. *De Angelis ad Gizzarell. dec. 82. nu. 5.*
vbi etiam *Ioſ. Mele num. 1. & De Mari. n. 1. Gal-
lup. in praxi S. C. p. 2. cap. 30. nu. 30. Amat. dec. Ferr.
13. Vrſill. ad Affl. dec. 170. num. 4. Calà de modo
articul. & prob. fol. mihi* 284. *num. 606. Vilhalm. Ra-
delant. dec. poſth. Cur. Tur. Triaueſ. 73. Petr. rit. 170.
num. 1. & 8. Caenca de depoſit. clauſ. 30. num. 24.
Baron. de cit. q. 5. num. 21. & ſeqq. Fontanell. deciſ.
230. & ſeqq. Berlich. lib. 1. concluſ. 73. num. 46. Ri-
pol. var. d. cap. 1. num. 85.* vbi de iuramento præ-
ſtando per creditorem, quod creditum eſt liqui-
dum, & certum, teſtatur de praxi Cathaloniæ.

42 Poſt verò capturam debet talis ſuſpicio probari
per apertiſſimas probationes. *Natta conſ. 29. num.
10. lib. 1.* aliàs debet relaxari. *D. Viloſa d. cap. 19.
§. 6. num. 26.*

43 Requiritur etiam adhoc quis poſſit capi tan-
quam fugitiuus, vt non poſſideat ſtabilia, vt ſupra
diximus *Grammat. conſ. ciuil. 17. num. 13. & ſeqq.*
adeſt noſter *Ritus M. C. 170. Menoch. de arbitr. iu-
dic. cnſ. 87. num. 16. Calà de modo articul. nu. 606.
& ſeqq. Maſcard. de probat. concloſ. 455. num. 1. &
ſeqq. & concluſ. 823. Muta ſuper rit. cap. 34. nu. 35.
Berlich. d. concluſ. 73. num. 41.* Sufficit nè carcere-
44 tur, ſi poſſideat ſtabilia, etiam non æquiualentia
debito *Caccialup. q. 1. nu. 9. & 10. Gratian. diſcept.
875. num. 11.* quamuis contra teneat hoc caſu
45 *Berlich. vbi ſup. num. 42.* Et quamuis mutauit ſta-
tum, mutatio non ſit notabilis, & inſignis *Grat. d.
diſcept. 875. n. 16. Barber. ſuper ſtatu agricult. c. 29.*

46 Eſt tamen neceſſe, vt ſuſpicio fugæ ſuperue-
niat poſt factum inſtrumentum, & debitum con-
tractum, deteriorando ſubſtantiam ſuam, *Marſil.
de bannitis in* verb. *capti num. 48. Caccialup. q. 6.
num. 1. Vgo conſ. 71. num. 3. Pech. de Iure ſiſt. cap. 5.
num. 18. Iodoc. in praxi cap. 64. num. 20. De Graſſ.
de effect. cler. eff. 4. num. 296. Berlich. lib. 1. concluſ.
73. num. 57. Dom. Viloſa de fugit. cap. 19. §. 2. num.
96. & ſeqq. Valaſc. de priuil. pauper. p. 1. q. 45.* Ea
ratione quia ſibi debet imputari creditor dum
contraxit cum aduena, & fugitiuo *Suar. in l. poſt
rem iudicatam limit. 7. n. 38. D. Petr. rit. 170. n. 10.
Vrſill. ad Affl. d. dec. 170. num. 4. Galter. in pract. in-
ſtrum. fol. mihi* 166. *num. 23. Baron. d. q. 5. num. 23.
Fontanell. dec. 232. Ripol. cap. 1. num. 84.* Niſi tem-
pore debiti eſſet modica ſuſpicio, & poſteà cre-
uerit *Carauit. rit. 172. n. 16.*

47 Et licet *D. Petra loco cit.* dicat in caſu, quo peri-
culum creditoris erat certum tempore contractus
facti cum debitore, quod licet non poſſit carcera-
ri ex ſupra dictis, quod debeat cauere de iudi-
catum ſoluendo ex *Vrſill. d. dec. 170. nu. 4. & Gal-
ter. in praxi Inſtr. fol. mihi* 167. *num. 14.* Pace tanti
viri dixerim hoc non eſt verum, nam neque ta-
lem cautionem tenetur debitor præſtare, vt apud
Vrſill. & Galter. loco cit. legitur.

48 Vel quando ſaltem ad notitiam ipſius credito-
ris poſt contractũ debitum peruenerit *l. mulier. C.
de ſponſal. l. qui bona §. illa ff. de damno infect. gl.
in l. ſi is in quo* verb. *acceperit ff. vt in poſſeſſ. legat.
Nouar. in d. dec. 198. Ricc.*

49 Sed an in dubio præſumendum ſit, creditorem
notitiam habuiſſe conditionis debitoris tempo-
re contractus, diſputant *Menoch. de arbitr. caſ. 87.
num. 16. Roman. conſ. 12. num. 38. Valaſc. conſult.
66. num. 33. Fontanell. dec. 232. num. 9. & dec. 233.
& de pactis nuptial. cl. 5. gl. 1. p. 2. ex nu. 37. Barber.
ſuper ſtatu agricult. c. 29. D. Viloſa d. §. 2. n. 100.*

50 Si tamen debitor ab initio non fuit ſuſpectus,
ſed lite pendente fiat non ſoluendo, & ſuſpectus
de fuga, poſſunt eius bona, & perſona capi *Pe-
ch. de Iure ſiſt. cap. 4. num. 5. Berlich. lib. 1. concluſ.
73. num. 57.*

51 Sed An ſolum Creditoris iuramentum ſuffi-
ciat de ſuſpicione fugæ, *DD.* non conueniunt. Nã
ſolum iuramentum ſufficere, dicunt *Bened. de
Plumb. & Angel. in repetit. l. nemo carcerem C. de
de exactor. tribut. lib. 10.* Roman. *in l. fideiuſſor §.
fin. ff. qui ſatiſdare cog. Io: de Imola* poſt *princ. &
Iaſ. num. 19. in l. 2. ff. ſolut. matr. Pariſ. conſ. 107. nu.
54. vol. 3. Alex. conſ. 19. nu. 2. vol. 3. Natta conſ. 29.
num. 2. & 10. vol. 1. Paul. de Caſtr. conſ. 474. num. 1.
vol.* qui dicit hanc opinionem totum mundum
ſeruare. *Caccialup. in tract. de debitore ſuſpecto q. 9.
nu. 18,* latiſſimè *Viu. opin. 177.* qui ità dicit ſerua-
ri in omnibus Curijs Italię. *Menchac. q. 26. nu.
1. Turett. conſ. 45. num. 10. vol. 1.* vbi dicit ſic fuiſſe
declaratum per duas ſententias. ſequitur *Cauol.
q. 133. Fontanell. dec. 230. DD.* apud *Berlich. lib. 1.
concluſ. 73. num. 43. D. Viloſa d. cap. 19. §. 4. num.
81. & ſeqq.*

52 Sed quod ſolum iuramentum non ſufficiat, ſed
requiratur quod legitima ſuſpicionis cauſa ſit al-
gata, & probata per duos teſtes, dicunt *Bal. conſ.
285. num. 3. & 4. vol. 1. in l. apertiſſimi num. 9. C. de
Iudic. Ang. Aretin. in princ. Inſtit. de action. num. 8.
Alex. in l. 2. num. 12. ff. ſolut. matr. Iaſ. in princ. Inſt.
de action. num. 91. Furſ. conſ. 101. nu. 5. vol. 3.* hanc
opinionem dicit communem *Rip. in ſuis ſing. re-
ſponſis tit. de legibus, & longa conſuetudine cap. 11.
num. 28. Lanfranc. in cap. quoniam contra in cap. 3.
de recuſat. num. 9.* & ibi *Celſus* eleganter *in addit.
di probat. Grammat. conſil. ciuil. 17. num. 12. & ſeqq.
Moria in empor. in p. 1. tit. 8. q. 15. num. 3.* DD.
53 apud *Berlich. d. concluſ. 73. num. 44.* Quamuis ſuf-
ficere vnicum teſtem dicat *Coler. p. 3. c. 1. n. 74.*

44 Quid dicendum? mihi ſemper placuit Secun-
da opinio, vt iuramentum de per ſe non ſufficiat
ad probandam fugam, cum generet magnum
pręiudicium, vt colligitur ex *l. in bona fide C. de
reb. credit.* & *in l. admonendi de Iure iur. Maſcard.
de probat. concluſ. 813. num. 1. & 2.* Et non dubita-
tur capturam eſſe magni pręiudicij *auth. & om-
nimodo C. ne filius pro patre*; ſequitur quod non
poſſit fieri ex ſolo iuramento creditoris. *cap. de
legitima de appell. lib. 6:* alias rationes tradit *Bal.
conſ. 283. n. 3. vol. 1.*

55 Maxime dè *Iure* noſtri Regni Neap. per *ritum*
170. per quem requiritur probatio fugę per du-
os teſtes ibi: *& duo teſtes dicunt reum nihil poſſide-
re immobile in regno, licet non aſſignent bene cauſam*

Iſten-

ſcientia, vbi mirandum cur *Vin.*regnicola *d.opin.*
177 teneat contrarium. *Cald. de modo articul. & prob.num.*610.*fol.*285. *Muſcatell.in praxi lib.*2.*p.*3.*gl.fin.n.*26.
56 Poſſet tamen procedere prima opinio, quan-
do immineret periculum fugæ euidẽtis, ſi fierent
probationes de fuga, vt dicit *Carauita d.rit.*170.
*num.*13. *De Angelis ad Gizzarell.dec.*82. *num.*1.
*Ruginell.pract.q.*99.*cap.*11.*De Mari ad Gizzarell.*
*d.dec.*82.*nu.*1.*Galter.in pract.instrument.*3.*p.princ.*
57 *verb. expectatur citatio n.*16. Vel in debitore
paruæ quantitatis ſecundum *Roman.ſing.*69.*Hip-*
*pol.conſ.*103.*num* 26. *Grattan.reg.*58. *num.*14. &
58 pro parua ſumma poteſt procedere opinio *Co-*
*ler.loco ſupra cit.*licet pro modica ſumma non
procedat carceratio *Scacc.de iudic.lib.*1.*cap.*32.
*num.*12.*Barber.ſuper ſtatu agricult. cap.*29. *lit.A.*
59 Ideò remitti in arbitrum Iudicis dicit *Scacc.de*
*Iudic.lib.*1.*c.*37.*n.*12.
60 Et ſic nõ concurrẽtibus dictis requiſitis carce-
ratio fieri non poteſt, nec debet, vt dicit *Angel.in*
*l.ſi ab arbitrio in fin.ff.qui ſatiſdare cogantur.*Cum
61 captura inferat præiudicium irreparabile *Cara-*
*uit. ſuper rit.*52.*Alex.conſ.*17.*num.*7.*vol.*1.*Rolan.*
*conſ.*65.*num.*16.*lib.*3.*Natta conſ.*438. *nu.*8.*lib.*2.
62 Et infamiam. *Farinac.de Carcerib. & carcerat.q.*
27.*Berlich.lib.*1.*concluſ.*75.*n.*35.
63 Concurrentibus dictis requiſitis debitor fugi-
tiuus poteſt carcerari ad finem aſſecurandi credi-
torem, etiam ſi dies ſolutionis non venerit, cum
fiat ad effectum aſſecurãdi iudiciũ, non ſoluendi.
*Muta ſuper rit.c.*101.*n.*37.*D.Viloſa de fugit.c.*19.
§.4.*n.*53.*Pariſ.conſ.*101.*n.*8.*Suar.in l.poſt rem iu-*
dicatam in 7.*limit.n.*2.*ff.de re iudic.Carauit.d.rit.*
170.*n.*3.*Ludouis.conc.*8. *ver.*3.*limita Surd.de ali-*
*ment.tit.*8. *priuil.*77.*n.*8.*Idem deciſ.*120. *n.*13. &
*dec.*261. *num.*7. *Viſcont. in concluſ.* verb.*debitor*
*ſuſpectus de fuga fol.*47. *Amat.dec. Ferrar.*13.*Ber-*
*lich.concluſ.*73. *num.*28. *lib.*1. *Ricc.collect.*2499.
*Mele ad Gizzarell.dec.*82. *num.*1. vbi etiam *alij*
*num.*1.*in fine Galter.in pract.inſtrum. num.*19.*fol.*
mihi 165.*Petr.rit.*170.*num.*3.*Giurb.dec.*4. *nu.*28.
*Tuſc.concluſ.*52.*lit. D.Hodierna. ad Surd.dec.*307.
*R.Sanfel.in add.ad dec.*308.*lib.*2.*Bertazol. & ad-*
*dit.conſ.*464.*lib.*2. *Manſon. de cauſ.execut. ampl.*
22.*num.*9.*Milan.dec.*15.*num.*12.*lib.*2. *Vbert.de*
*Citat.lib.*1.*c.*7.*num.*173.*Baron.de cit.q.*5.*num.*17.
& 18.Etiam pendente appellatione, & non di-
citur attentata *Vbert.d.c.*7.*n.*174.
64 Eſt etiam neceſſe, vt ſtatim poſt ſuſpicionem
creditor inſtet pro captura, ſecus ſi inſtet elapſo
quinquendio, vel alio longo tempore ad arbitriũ
iudicis *Marſil.ſing.*284. Et loco inſtrumenti pu-
65 blici, ſufficit ſi creditor habeat tantum apocham,
vel teſtes *Afflict.dec.*109.*Maria voto* 182.*nu.*2. &
3.*De Mari ad Gizzarell.dec.*82.*n.*1.
66 Et quamuis debitum non ſit certum, & liqui-
dum, ſufficit ſi adſit lis ſuper debito. *Alex.conſ.*
106.*vol.*3.*Carauit.d.rit.*172. *num.*3. *Trentacinq.*
*var.reſol.*10.*lib.*3.*Amat.dec.Ferr.*13.*Galter.f.*165.
*num.*18.*Ludouic.dec.Peruſ.*41.*num.*8. Sufficit etiã
67 ſi ſe præparauerit ad fugam, licet non ſit fugi-
tiuus *De Leo dec.*22.*Galter. in pract. inſtrum.fol.*
165.*num.*17.*Berlich.d.concluſ.*73.*nu.*31.quę præ-
68 ſumitur ſi Mercator v.g.alienaret omnes merces
ictu oculi per *tex.in l.omnes* §.*Lucius ff.de his quæ*
in fraud.Gomez. §.*item ſi quis Inſtit.de action.Strac.*
*de decoct.p.*3.*num.*20. & *ſeqq. Gait.de credito c.*4.
*q.*5.*num.*181.*D.Rocc.de decoct.Mercat.num.*36.&
ſeqq. & *reſp.*10.*lib.*2.Et *Berlich.d.concluſ.*73.*num.*
31.& *ſeqq.*ponit alios modos ſuſpicionis fugę.
69 Poteſt capi cum dictis requiſitis etiam in
die feriato *gl.in l.dies feſtos C.de fer.* verb.*fideiuſ-*
*ſionis DD.in l.*2.*ff.de ferijs Minſing.obſ.*65. *cent.*2.
*num.*4. *R.Rouit.ſuper prag.de fer. num.*10. *Rubin.*
*dec.*23.*Ricc.collect.*1203.*Carauit.in rit.*80.*num.*3.
& *rit.*170.*num.*13. *Apicell.filius in addit.ad tutam*
*pauper.patris ad num.*213.*num.*427.*Mele ad Giz-*
*zarell.dec.*82.*num.*6.*Vin.opin.*177.*num.*2.*Gamba-*
*curt.de immun. Eccleſ.lib.*4. *cap.*15.*num.*3. *Couar.*
*var.reſol.lib.*2.*cap.*20. *num.*14. *Borrell.in ſumma*
*deciſ.tit.*37. *num.*235. *tom.*2. *Fontanell. dec.*232.
*Berlich.concluſ.*73. *num.*50.*D.Viloſa d.cap.*19.§.
70 7.*num.*18.& *ſeqq.*Etiam in die feſto ad honorem
Dei *Carauit.d.rit.*170. *num.*4. *Guid.Pap.dec.*251.
*Galter.in praxi Inſtrum.*3.*p.princ.*verſ.*verum debi-*
*tor de perſona compareat num.*3. *Barboſ.in l.fin.nu.*
3.*C.de ferijs Viloſa vbi ſup.num.*19. Ac etiam in
71 die Paſchatis, ac Natiuitatis Domini noſtri
Ieſu Chriſti, ſecundum *Bal.in cap.fin.col.fin.de*
ferijs Cotta in memorial.in verb *creditor inhærens*
*Maranta in ſpec.p.*4. verſ. *validum num.*92. *Graſſ.*
*de except.in prælud.num.*137.*Vbert.de citat.cap.*7.
*num.*175. *Nouar.dec.*17. Nam ſi gauderet ferijs
inſtrueretur ad fugam *Socc.ſen.conſ.*99. *num.*9.
*lib.*4.*Baron.de citat.q.*5. *num.*15. *Ricc.reſol.*386.
72 *p.*4. Et eodem tempore fieri probationes ſuper
ſuſpicione fugæ, ex regula, quod qui vult conſe-
quens, vult neceſſarium antecedens ad *tex.in l.ad*
rem mobilem, & *l.ad legatum ff.de proc. Galter.d.f.*
165 *n.*15.& 15.
73 Praxis noſtrorum Tribunalium pro carceran-
do debitore fugitiuo eſt, vt porrecta comparitio-
ne cum requiſitis enunciatis *ſup.* ſit decretum,
quod capiatur ſummaria informatio, & conſtito
de credito, & ſuſpicione fugæ, vt *ſup.*expediun-
tur litteræ executoriales quod debitor fugitiuus
capiatur de perſona, & ducatur ante præſentiam
Iudicis, eoque ducto, ſi habet fideiuſſores de ſtan-
do iuri, & iudicatũ ſoluendo, ſecundum deciſa
per noſtrum S.C.apud *Gizzarell.dec.*82. vbi *Ad-*
dentes ſignanter *De Mari* qui *nu.*2.deciſum aliàs
refert per idem S.C.liberabitur, ſin autem man-
cipatur in carceribus.*Nunc.Tartaglia in praxi Ci-*
*uili cap.*1.*nu.*53. *De Mari ad Gizzarell.d.dec.*82.
*n.*1. vbi oblitus dictæ deciſionis *Gizzarell.* me-
minit ſolum cautionis de ſtando iuri, & non
meminit cautionis de iudicatum ſoluendo, me-
minit tamen infra. *Dom.Prat. ad Muſcatell.in*
*praxi lib.*2.*p.*3.*gl.fin.ad n.*15.
74 Et ſic captus dando fideiuſſores, vel pignus
non carceratur, vel carceratus liberatur, vt di-
cunt *Gizzarell. d.dec.*82.& ibi *Addentes omnes*
*Valaſc.dec.*12.*Fab.in C.dec.*1.*C.de fideiuſſor.Gal-*
ter. in pract.inſtrument. in verb. *expediatur citatio*
*n.*25.*Cartar.dec.*117.*Fontanell.dec.*235.
75 Sed ſi fideiuſſorem dare non poteſt, puta ob
paupertatem, an admittatur ad iuratoriam cau-
tionem? pro debitore facit, quod vbicumque is,
qui fideiubere tenetur ob paupertatem impedi-

tur, loco fideiuſſionis admittitur eius cautio iu-
ratoria. §. *ſed hodie. Inſtit. de ſatiſd. auth. generali-
ter* vbi *omnes C. de Epiſc. & cleric. Seraph. de priuil.
Iuram. priuil. 18. num. 1. Gayll. pract. lib. 2. obſ. 47. n.
8. Franch. dec. 497. num. 5. Surd. dec. 141. Caſtill. de
vſufr. cap. 18. Ant. Fab. in C. lib. 2. tit. 36. de ſatiſd.
defin. 9. & 14. Buccaron. de different. inter iudic. ci-
uil. & crim. differ. 144. num. 2.* Ratio eſt euidens,
quia impoſſibilium nulla eſt obligatio. Et impoſ
ſibile eſt, vt pauper inueniat fideiuſſores, nam
alias pauper non eſſet *Gincha dec. 5. nu. 9. Valaſc.
de priuil. paup. p. 1. q. 53. Nouar. in prag. 2. de ferijs
nu. 10. Surd.* vbi *Hodiern. d. dec. 141.* quid quid di-
cat *D. Viloſa de fugit. cap. 19. §. 6. n. 20. & ſeqq.*

76 Quæ cautio eſt præſtanda cũ promiſſione iu-
rata de ſoluendo quid quid fuerit iudicatum,
& cum iuramento, quod perquiſiuit fideiuſſores,
& non inuenit, hoc vltimum requiritur etiam, &
non ſufficit primum, vt dicit clarè *Imp. in d. l. ge-
neraliter C. de Epiſc. & cleric. Oſaſch. dec. 70. nu. 2.
Ant. Fab. in C. lib. 2. tit. 36. de ſatiſd. defin. 9.* Deci-
ſum, refert per ſuum Senatum *Fontanell. dec.
236. num. 5. Ripol. var. cap. 1. nu. 87.* Vbi dicit hoc
verum ſi captura prouideatur per quemlibet or-
dinarium, non verò ſi captura prouideatur per
conſulatum Logię Marię, quia ibi ex priuilegio
non admittitur iuratoria cautio ex *Cancer. lib. 3.
var. cap. 8. num. 9. Fontanell. vbi ſup.* Et in caſu quo
requiratur cautio, an, & quando ſufficiat cautio
iuratoria, diſputat latiſſimè *Salgad. in labyr. credit.
p. 1. cap. vl.* ad quem recurrendum in hac materia.

77 Facit ad materiam, ſi quis fuerit iniuſtè, &
nulliter carceratus pro debiti ſolutione, vel pro
cautione prædicta; putà quia non interuenerunt
ſuprà narrata requiſita pro captura ordinanda,
An debet excarcerari abſque cautione? Et ſtante
78 debito videbatur dicendum non eſſe excarceran-
dum *Ludouic. dec. Peruſ. 40. Marc. q. 1061. Hier. de
Monte q. 23. num. 24. Dec. conſ. 449. Magon. dec.
79 Flor. 126.* In contrarium eſt veritas, vt non ſer-
uatis dictis requiſitis in captura, mandatum de
capiendo, & captura ſit nulla, & reuocanda.
*Bar. in l. ſi creditores num. 1. ver. nam primo ff. de
priuil. credit. Bal. in l. aſſertiſſimi num. 9. C. de iudic.
Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 87. num. 14. lib. 2. cent.
1. Ioſ. Ludouic. dec. Peruſ. 41. num. 1. Rot. Rom.* poſt
*Zachiam de obligat. Camerel. dec. 118. num. 3. & 4.
in recent. dec. 430. num. 5. p. 1.* quæ eſt *duplicata in
recentiſſ. dec. 500. num. 3. p. 1.* Nec ſufficeret ſi poſt
80 capturam doceretur, vel de credito, vel de ſuſpi-
cione, quia tanquam ex actis non iuſtificata eſſet
annullanda *Natta d. conſ. 430. num. 26. lib. 2. Theſ.
dec. 220. num. 3.* Cum ſit inſpiciendum initium
negotij *Reg. Ronit. in prag. 1. num. 28. & ſeqq. ad
Senat. conſult. Maced.* deciſum refert per omnia
Tribunalia *D. Petra in tit. 170. n. 12. & ſeqq.*

81 Et nulliter, & iniuſtè carceratus eſt antè om-
nia relaxandus, nam Iudex dicitur vim infer-
re, eumque propria libertate ſpoliare, & propte-
rea debet ad eam ante omnia reſtitui. *Capoll. conſ.
82 19. num. 2.* Et Iudex ſicut fuit facilis ad decer-
nendam capturam, ità debet eſſe facilis ad reuo-
candam *l. 1. §. hoc edictum ff. ſi mulier. ventris nomi-
ne Roman. ſing. 766. & conſ. 320. Muta dec. 24. nu.
12. Coler. de proceſſ. execut. cap. 3. p. 1. nu. 74. Staib.
reſol. 12. num. 20. Faſt. de manut. obſ. 12. n. 43.* & nos
diximus *alibi in hoc tract.*

83 Etiam ſi ſuperueniat debiti confeſſio facta per
debitorem carceratum, quam dicunt ſufficere *Cac-
cialup. q. 14. num. 4. Magon. dec. Flor. 126.* Nam
illius confeſſio quamuis benè probet debitum,
non per hoc ſequitur, quod ſi requiſita ad captu-
ram non pohentur, captura conualidetur, vt di-
cunt *Sola ad conſtit. ſuband. tit. de captura pro cauſ.
ciuil. in gl. 3. p. ſub num. 5. Pechius de Iure ſiſt. cap.
84 12. num. 9.* Sic etiam captus nulliter non poteſt
recommendari ad inſtantiam eius creditorum,
ſed reponendus erit priſtinę libertati *Peguer. dec.
Cathalon. 133. Franc. dec. 425. Michel. Ferr. in 3. p.
obſ. cap. 19. Maria voto 79.* deciſum refert *Thor. p.
3. comp. verb. captus ſeu carceratus* dicemus *hic in-
fra Dom. Viloſa de fugit. cap. 19. §. 6. num. 40. &
ſeqq.*

85 Si verò captura eſſet nulla ex ſolo defectu ci-
tationis, & tamen verè conſtaret de debito, vel
per confeſſionem, vel alio modo, tunc male ca-
ptus, benè retinetur, & non eſt locus relaxatio-
ni *Rot. diuerſ. dec. 153. num. 5. cum ſeqq. p. 2. Ludo-
uic. deciſ. peruſ. 40. Marc. q. 1061. Hier. de Monte q.
23. num. 24. Dec. conſ. 449. Magon. dec. ſoc. 126.
Monac. dec. Fon. 26. num. 1.* Niſi ſit nulla ex defe-
ctu iuriſdictionis, & litis pendentiæ *Caualc. dec.
1. de iudic. Barbec. cap. 29. lit. D. circa finem Baron.
de citat. q. 5. num. 26. Iannin. de citat. real. cap. 1. lib.
2. à num. 2. & c. 2. lib. 1. Dom. Viloſa de fugit. c. 19.
§. 6. num. 32.*

86 Citatio hæc realis poteſt fieri in quouis loco,
etiam in domo *Iaſ. in l. plerique num. 26. ff. de in
ius voc. Fab. in C. tit. de in ius voc. num. 12. Gaill. de
Pace publ. lib. 6. cap. 16. num. 31. Cuiac. lib. 7. obſ. 15.
Donell. lib. 23. comment. cap. 9. Vueſſembec. conſ. 43.
num. 5. 6.* ad materiam eſt *Nig. de execut. rei iudic.
cap. 14. §. 12. Berlich. d. concluſ. 73. num. 51.* licet re-
ferat *Bal.* in contrarium *Dom. Viloſa de fugit. cap.
19. §. 7. num. 1. & ſeqq.* vbi reſpondet contrarijs.
87 Etiam de nocte *Pech. de iure ſiſt. cap. 7. num. 2.* li-
cet contradicat *Cuenc. de depoſit. clauſ. 30. nu. 37.
D. Petr. in tit. 170. num. 11. Dom. Viloſa d. cap. 7. nu.
88 28. in fine.* Etiam infrà tempora ad conficien-
dum inuentarium poſt *Ang. in l. 1. §. hac ſtipula-
tio col. 12. ff. ſi cui plus quam per l. falcid. Iaſ. in l.
vinum ff. ſi certum petat. Berlich. concluſ. 73. n. 54.
D. Viloſa d. c. 19. §. 4. n. 73.*

89 Non tamen ab Eccleſia extrahi poteſt contra
Iaſ. in l. vinum num. 5. ff. de reb. credit. defendit *D.
Viloſa d. cap. 19. §. 7. nu. 6. & ſeqq.* poſt *Oldrad. conſ.
24. Auſc. ad Capell. Tholoſ. dec. 422. Bocc. dec. 215.
num. 7. Abb. in cap. inter alia num. 22. de immun.
Eccleſ. & alios*, cum Eccleſia ſit locus immunis,
nec ius canonicum illos excludit à tali immuni-
tate in ciuilibus.

90 Plures tamen ſunt perſonæ, quæ de iure com-
muni nequeunt pro debito carcerari, Primo ra-
tione ætatis Pueri carcerari non poſſunt *Bal. in
l. 1. num. 10. C. qui bon. cedere poſſ. Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 328. num. 17. Baez. de inop. debit. cap. 8.
num. 2. & ſeqq. Nig. de execut. rei iudic. cap. 14. §. 5.*
91 Idem eſt in minoribus *Bal. in d. l. 1. num. 15. C.
qui bon. ced. poſſ. Caccialup. de debit. ſuſpect. q. 5. Nig.
d. §. 5. num. 6. Dom. Viloſa de fugit. cap. 19. §. 2. nu.*

33. &

33.& ſeqq. Idem in Sene Septuagenario, qui ſe-
92 cundum æquiorem opinionem non poteſt carce-
rari. *Anchar.conſ.336. num.2. Carpan.ſuper Sta-
tut. Mediol.p.1. cap.243. num.6. Gratian.diſcept.
328.& 505.Intrigl,conſ.18.num.1, De Graff,de
except.in prælud. num.177.178. Narbona de ætate
anno 70.q.10.Donad.de renunciat.cap.32. nu.39.
tom.2.Nig.d.§.5. num.2, & ſeqq.* debet tamen ſe-
nex egredi ab anno 70. & non ſufficit intraiuiſſe
dictum annum *l.maiores §.ff.de Iure immun.Reg.
Rouit.in prag.5.de fid.memorial.* Et in viſitationi-
93 bus carcerum ſolent huiuſmodi ſenes excarce-
rari,vt teſtatur *Gratian.diſcep.328.num.14. Ricc.
collect.1862.& 2215.* verſ.*ſenex.* vbi id verum
putat in ſexagenario *Taſſon.de antef.obſ.3. num.
102.* Et in octnagenario loquitur *Lara in comp.
vita homin. cap.31.num.63.* Sed hoc beneficio
ſenes prædicti gaudent pro debitis contractis an-
te dictum 70.annum, non pro contractis cum
iuramento poſt dictum annum *Anchar.q.8. p.2.
num.9.Gratian.diſcept.328.num.20. Paſcal,de vir.
patr poteſt.p.2.cap.9.num.83. Manſ.de cauſ.execut.
lim.13.num.15.R.Rouit.in d.prag.5. de fid.memo-
rial.num.3.in fine D.Vileſa d.cap.19.§.2.nu.44.&
ſeqq.* vbi limitat quo ad debitum fiſcale. Ille
94 verò qui exiſtens ſeptuagenarius contraxit de-
bitum cum iuramento, non gaudet priuile-
gio,vt non poſſit carcerari. *Anchar.sup.q.8.nu.9.
p.2.Carpan.d.cap.243. num.8.p.1, Gratian.d.cap.
328.nu.20. Maur. Burg.de laudem.p.3.inſpect.36.
num.37.* contra *Intrigl.conſ.18.col.1. Graff.de ex-
cept.in prælud.num.177.R.Sanfel.in praxi ſect.35.*
95 *num.39.* Et licet tali priuilegio renunciari non
poſſe,dicant ex doctrina *Bal.in l.1. num.8. verſ.
sit tres ſunt caſus C.qui bonis cedere poſſ.Sarain.ad
Matthesilan.ſing.108.num.3.Duen.reg.312.lim.2.
ad Medic,ver.& ideo ſuccedit num.2. Aſin.de exe-
cut.§.2.cap.7.nu.13. Valaſc.de priuil.miſerab.per-
ſon q.18.num.63,Donad.de renunciat. cap.32. nu.
39.tom.2.* Tamen contraria opinio verior vide-
tur maxime vbi accedit iuramentum, vt expreſ-
sè tenent *Amescua de poteſt.in ſe ipſum lib.2.c.23.
num.7.Garz.de nobil.gl.6.in princ.num.19.Barboſ.
in l.alia §.elegantir num.13.ff.ſolut.matr. Couar.in
cap.quamuis p.2.in princ.num.2. Gutier.de iuram.
confirmat.cap.13. num.46. & 52. Gratian.diſcept.
328.num.13.Narbon.d.anno 70.q.10.n.6.*

96 2.Ratione ſecus mulieres nequeunt pro de-
bito ciuili carcerari, intellige de honeſtis, non
autem de inhoneſtis.*l.1.C.de offic.diuerſ.iudic.Au-
then.hodie nouo iure C.de cuſtod.reorum §.urreſſarum
auth. vt nulli iudic. Menoch. de arbitr.iudic. lib.
1.q.88.num.10. & ſeqq. Narbon.de ætate d.q.10.
num.3. Dom.Rota de priuil.mulier. Nig.de execut.
rei iudic.cap.14.§.6.* vbi ampliat, & limitat *Tu-
ſc.lit.C.concluſ.80.num.13. & lit.M. concluſ.416.
num.1.& ſeqq.Coler.de proceſſ.p.2.cap.3.num.119.
& ſeqq.Berlich.lib.1.concluſ.75.num.30.* vbi con-
trarios refert, & limitat, & concordat. *Dom.Vi-
loſa d.c.19.§.9.n.83.& ſeqq.*

97 3.Ratione dignitatis Doctor capi non poteſt
pro debito ciuili *l.medicos* vbi *gl.& DD.C.
de profeſſ. & medic. lib. 10.. Matthesil. ſing.59.
Iaſ.in l.generaliter in fin.ff.de in ius.voc. Menoch.
vbi ſup.num.7.Bruneman.in d.l.medicos Cacciolup.
de debit.ſuſp.q.5.princ.nu.9. Rebuff. & Horat.Luc.
de priuil.ſcolar.Ant.Gomez in l.fin. Tauri num.17.
ver.tertium priuilegium Franc.Curt.q.19.num.4.&
ſeqq.Bart.de inop.debit. cap.16. num,148. & ſeqq.
Iacob.Ben,tract.de priuil.I.C.p.2.priuil.49.Berlich.
p.2.concluſ.28.num.55. Farinac.de carcer.nu.77.
Nig.de execut.rei iudic.cap.14.§.2.*vbi contrarios
aliquos refert, & refert ampliationes, & limi-
tationes, & §.4. diſputat in ſcholari *Coler.de
proceſſ.execut.p.2.cap.3.num.131. & ſeqq. Pech.de
Iure ſiſt.cap.5.num.13. Idem Berlich.lib.1.concluſ.
75.num.17. & ſeqq.Doctiſſ.D.meus D.Raphael de
Viloſa in suo. Tract.de fugitiuis cap.19. §.2.num.
10, 17.*

98 Quartò ratione priuilegij à lege conceſſi, ne
quis teneatur vltrà quam facere poteſt, de quo
priuilegio eſt *tex.in l.ſunt qui ff.de re iudic.* Pro-
ut eſt miles *l.miles, & l.item miles ff.de re iudic.*
Et à maioritate rationis,clericus tanquam miles
cæleſtis militiæ,qui nequit pro debito ciuili car-
cerari *gl.in d.l.miles in verb.facere poteſt ff.de re
iudic. Aretin.in l.alia §. elegantir ff. ſolut.matr.
Franc,in cap.ſi clericos de ſentent.excommun.in 6.
Farinac.de carcer. & carcerat.q.27. num.70. Ge-
nuens in praxi Archiep.Neap.cap.3. num.16. eſt ſ.
eduardus de ſolution. Gutier.de contr.iur.cap.16.n.
48.*vbi *num.49.* dicit tali priuilegio non poſſe
renunciari,etiam cum iuramento *Reg.Rouit.in
prag.11.de milit.num.40.* & extendit contrà *R.de
Ponte* etiam ad milites ingreſſos militiam poſt
debita contracta poſt *Bellug.in ſpec.Princip.rubr.
30.à num.24.Vbert.de citation.cap.5.num.112.&
ſeqq. Squillante de priuil. cleric. cap.10. Nig.
de execut.rei iudic. cap.14. §.2.3.* vbi explicat,
& limitat *Caſtagna de beneſic.ded. q.10. Berlich.
tom.1.concluſ 10.n.15.& concluſ.75.n.25.D.Vi-
loſa d.cap.19.§.2.num.37.* Officialis omnis, qui
99 in ſyndicatu fuit condemnatus ob imperitiam
Caſtagna d.tract.q.14.

100 Ambaſciatores,& Legati non poſſunt carcera-
ri ratione officij,nec in loco legationis, nec in
itinere. *l.conſenſiſſe 2.§.legatus l.ſi quis in legatione
ff.de iudic.Coler.de proceſſ.p.2.cap.3. num.191. &
ſeqq.Petr.Pech.de Iure ſiſt.cap.4.num.9.Berlich.lib.
1.concluſ.75.num.26. & ſeqq.* vbi alios caſus po-
nit *D.Viloſa d.cap.19.§.2.num.81.& ſeqq.* & per
*totum d.cap.*alia etiam ponit.

101 Ille cui ab actore debetur reuerentia non
carceratur,nec conuenitur, niſi in quantum face-
re poteſt *l.maritum ff.ſolut.matr. Nig.de execut.rei
iudic. cap.14.§.7.* Patronus Eccleſiæ ſi conuenia-
tur à clerico, quem præſentauit *Nig.§.9.num.9.*
Prælatus, vel Rector, vel Curatus conuentus à
ſubdito *ibid.n.30.*

102 Parentes aſcendentes, & deſcendentes *l.pa-
rentes ff.de in ius voc. Caſtagn.de beneſic.deduct.ne
103 egea.q.5. Nig.§.9.* Dominus reſpectu Vaſſalli
*Nig.ibid.§.8.num.3.4.& §.9.num.8.*Maritus de
104 dote conuenitur in id,quod facere poteſt *l.per-
ſonam ff. de re iudic. d.l. maritum Caſtagn. in
tract.de deduct.ne eg.q.1.num.1. & ſeqq.* vbi ampliat,
& limitat. *Surd.de alimentis tit.1. q.78. num.13.
Nig.de execut.rei iud.d.§.7.* Socer, & pater viri
105 conuenti pro dote *d.l.ſunt qui ff. de re iudic.
Caſtagn.q.7.Surd.de alim.tit.1.q.78.n.14.Franch.
dec.164.*

109 Pa-

Digitized by Google

106 Patroni, & patronæ conuentæ à filijs libertis
Surd.de alim.tit.1.q.78.num.7. addendo idem
dicendum in filijs, & deſcendentibus patroni
Caſtagna q.5.ampl.1.& fall.1. vbi limitat ſi tale
ius amiſerunt *Nig.vbi ſup.§.8.*
107 Donator erga donatarium *l.inter eos ff.de re*
iudic.Nig.d.cap.14.§.9.num.13. Filius fam.qui ſe
108 obligauit pro patre *l.2.ff.& C.quod cum eo &c.*
Giurb.dec.42.Franch.dec.281. & 221.vbi *adden-*
109 *tes Nig.d.cap.14.§.10.* Frater ad inſtantiam
fratris vtrinque coniuncti *Surd.de alim.tit.1.q.*
78.num.6.Nig.d.§.8.num.11.& §.9.num.7.Theſ.
dec.119.Eſcob.de ratiocin.cap.35.num.8. quamuis
diſſentiat *Gaſp.Baez.de inop.debit. cap.17. nu.80.*
& ſeqq.D.Viloſa d.cap.19.§.1.num.27. Altograd.
conſ.39. licet contrà teneant *Michalor.de fratrib.*
lib.3.cap.53. Hedi.Felic.de ſociet.cap.31.num.61.
& *alij.*
110 Eadem ratione Socius omnium bonorum à
conſocio non conuenitur, niſi in quantum facere
poteſt *d.l.ſunt qui ff. de re iudic. Nig.d.cap.14.§.*
9.num.12.Berlich.d.conclus.75.num.24.D.Viloſa
d.c.19.§.2.n.28.
111 Quando quis eſt ſuſpectus de fuga, poteſt car-
cerari non obſtantibus prędictis priuilegijs iuris,
quæ tendunt ad ſoluendum. Nam carceratio de-
bitoris ſuſpecti fit ad effectum ne fugiat, ſed ca-
ueat, ſed quando conſtaret quod nec cauere poſ-
ſet, tunc veniret relaxandus is, qui non tenetur
vltrà quam facere poſſet *Vbert.de citat.c.7. num.*
189.Pech.de Iure ſiſt.cap.5.num.2.Caccialup.de
deb.ſuſp.q.5.nu.22. Dueñ.reg.312. Carpan.ad ſta-
tut.Mediol.cap.253.num.19.D.Viloſa d.c.19.§.2.
num.108. vbi *num.110.* dicit debitum Camerale
cali priuilegio derogare.
112 Alia citatio realis eſt quando debitor carce-
ratus ad inſtantiam vnius arreſtatur pro credito
alterius, nam illa retentio fit ad effectum, vt in
iudicio reſpondeat, & caueat *l.2. C. de exact.*
tribut.lib.10.Farinac.q.27.n.152.
113 Arreſtatio prædicta fieri non poteſt pro debi-
to non liquido *Bal.in l.apertiſſimi in fin. C. de iu-*
dic.Neuiz.conſ.52.num.13. Grat.conſ.138.num.5.
lib.2.Natta conſ.430.num.8. & ſeqq.lib.2. Rot.in
recent.dec.478.nu.4.p.1. Theſ.dec.220. num.2.3.
Gaſp.Manzius de patroc.debit.dec.2.q.6. nu.3. D.
Viloſa de fugit.c.19.§.4. n.92.
114 Neque fieri poteſt recomendatio in carceri-
bus, quando prima captura fuiſſet nulla, quia ſi
non tenet carceratio non debet tenere carceris
recomendatio *Bar.in auth.ei qui C. de bonis auth.*
Iudic.poſſid. vbi etiam *Bal. Brun.de ceſſione bonor.*
19.q.4.principal.nu.24.Franch.dec.415. diximus
hic ſup. Socc.iun.conſ.100. num.3. lib.4. qui dicit
quod ſi recomendatio fuit facta ſeruato Iuris or-
dine, & cum cauſæ cognitione, valet quia non
aſſumit totaliter vires à prima captura, *Franch.*
d.dec.415.num.3. Contrà tamen quod iniuſtè car-
ceratus poſſit pro alio debito ab alio creditore
emparari dicit *Farinac.d.q.27.n.152.*
115 Nec poteſt arreſtari pro debito ciuili, qui pro
cauſa criminali eſt carceratus. *Ludouic.dec.70.p.*
2.Caball.reſol.crim.296.nu.35. Brun.de ceſſ.bonor.
q.11.4.princip.num.33.Farinac.d.q.27. num.155.
Et captus pro indicijs non poteſt pro debito
arreſtari *Guazzin.defenſ.6. cap.1. num.85.* quid
quid dicat *Boſſ.tit.de captura reor.num.90.* vt poſ-
ſit recommendari pro debito ciuili captus pro
cauſa criminali. Cuius opinionem ſeruari in Cu-
ria Archiep.Neap. dicit *Genuenſ.in praxi Archie-*
piſc.cap.28.
116 Et indebite captus pro cauſa criminali vigo-
re nouæ reformationis Pauli V. Summi Ponti-
ficis per horam non poteſt carcerari pro debito
ciuili *Guazz.d.defenſ.6.cap.1. num.85.* & ſic de-
bet expectari, vt eius captura ſit difficilis *Man-*
ſon.de cauſ.execut.ampl.27.nu.29. Marta dec.51.
Fontanell.de pactis nuptial.clauſ.4.gl.18.p.4.num.
31.Conciol.reſol.crim. verb.captus num.7. vbi re-
probat *Cancer.p.2. cap.5. in fine* contrarium te-
nentem.
117 Verbalis citatio, vt ad diſtinctionem *in princ.*
propoſitam reuertamur, eſt, quæ fit non manu, ſeu
captura, ſed ſolis verbis, & viua voce per nun-
tium, quę poteſt fieri in domo, etiam ianuis clau-
ſis, ſcil.antè domum, tunc quando citandus ſe
præſentat in feneſtra, vel apertis ianuis, quando
non prohibetur ingreſſus *l.ſatiſque pæne ff. de in*
ius voc. ibi: *ſed ſi aditum ad ſe præſtat.aut.ex publico*
conſpiciatur, rectè in ius vocari eum Iulianus ait.
118 Vel ſi latit in domo poteſt citari affigendo ce-
dulam citatoriam in Oſtio, vel illam in domum
proijciendo *Iaſ.in l.plerique n.1.ff.de in ius voc.*
119 Sed an iſta citatio verbalis poſſit fieri in Ec-
cleſia, dubium eſt. Nam quod non poſſit fieri, fa-
cit, quia citatio eſt de proceſſu, ſeu eſt de actis
iudicij, vt eſt *tex.in cap.quoniam contra falſam ibi*
Vniuerſa acta iudicij conſcribant videlicet citatio-
nes. Imò citatio eſt principium, & fundamentum
totius iudicij, vt in *§.fin.Inſtit.de pœna temerè li-*
tig. Et proceſſus quicumque iudicum ſecularium
habiti in Eccleſia, eorumque cæmiterijs, & ſpe-
cialiter ſententiæ latæ in dictis locis, ſunt nullę
ipſo Iure *cap.cum Eccleſia de Immun.Eccleſ.& c.*
1.eodem tit. & *cap.decet de immun.eccleſ.in 6.* latè
Sperell.dec.51. ergo ità videtur dicendum in hoc
caſu.
120 Et ſi citatio eſt nulla proceſſus ſuper ea fa-
bricatus pariter eſt nullus, & ſententia; cum ci-
tatio ſit principium, & fundamentum totius iu-
dicij, vt dicit *Maranta in ſpec.p.6. de citation.*
num.10.cap.cum Paulus 1.q.1.d.§.fin.Inſtit.de pœ-
na tem.litig. Baron. de citat.q.15. Vnde ſequitur
121 quod citatio facta in Eccleſia, vel cæmiterio ſit
ipſo Iure nulla, etiam ſi ſit verbalis, quia de
reali quæ fit per capturam perſonæ, non eſt du-
bium, vt *ſup.* diximus.
122 Nec obſtat *tex.in l.præſenti in princ.* & quod
ibi dicit *Bar.C.de his qui ad Eccleſ.confug.* vbi ſit
diſtinctio inter citationẽ verbalem, & realem,
quod verbalis poſſit fieri in eccleſia, non realis,
quia loquitur in cauſis ciuilibus, vt probat clarè
tex.ille in §.cum autem monitus in princ. ibi: *actio-*
ne ciuili, per quod videtur eſſe ſecus eſſe in cri-
minali, quia qui de vno diſponit, videtur de op-
poſito contrario, vel ſeparatè, negare.
123 Facit vlterius, quia talis exiſtens in Eccleſia
ſi poſſet citari ad audientiam Iudicis ſecularis,
quę ſit in loco profano, eſſet citatus ad locum
notoriè non tutum, quia eſt locus profanus, in
quo

Digitized by Google

quo ſi compareat caperetur, & detruderetur in carcerem, nec ibi poteſt comparere per procuratorem, quia eſt caſus criminalis vt in *l.penult.§. ad crimen ff. de publ.iudic.* & *in cap.1. de iudic.* & *cap.1. de iudic.lib.6.* Vndè cum citatio ſit facta ad locum notoriè non tutum, non tenetur citatus comparere, & ſi contra eum procedatur citatio eſt nulla, ſicut, & proceſſus, & ſententia *tex.* eſt in *clem.1.aſſertain* verb. *Piſanaque ciuitas* iuncta *gl.ibi* in verb. *notorię de re iudic. Gaill.de pace publ.lib. 2.cap.11.num.7.* & *pract.lib.1.obſ.52.n.3.* R.*Marin.* in terminis *lib.1.reſol.44.*

124 Eſt etiam *tex. in cap.reum 17. q.4.* vbi dicit, reum ad Eccleſiam fugientem nemo extrahere audeat, nec inde damnare ad pœnam, vel ad mortem, ponderantur illa verba; *nec inde damnare*, quia denotare videntur quod non ſolum tales fugientes non citentur realiter, quod patet per illa verba; *nemo extrahere audeat* ſed etiam quod non citentur verbaliter, vt indè ſequatur pœna, vel mors, quod patet per illa verba; *Nec indè damnare ad pœnam vel ad mortem.*

125 Facit quod Citatio facta in die feriato in honorem Dei ad diem non feriatum, eſt inualida *l.dies feſtos C.de fer. Abb.in cap.fin.tit.eodem.* pari ratione citatio, quæ fit in eccleſia eſt nulla, argumento ducto de tempore ad locum, & è contrà quod in iure eſt validum *l.ſi quis ff. de aur.* & *arg.legat.* ſic diſcurrit *Card.Alban. ad Bar.in l.plerique nu.3. verſ.quærit. poſtea Bar.ff.de in ius voc.*

Hanc opinionem omniſſimè tenent *Ricc.coll.* 109. *Rspol.var.tit.de citat.à num.146. Barboſ.de poteſt.Parochi cap.13.num.15.* & *in cap.parati nu. 3.de appell.in cap.decet num.6. de immun.Eccleſ. in 6.* & *de Iure Eccleſ. Vniu. de Immun.Eccleſ. cap.3.nu.7.*

126 Sed quod poſſit fieri citatio verbalis dicit *Abb.in cap.inter alia num.8.* & *9.de immun.Eccleſ.* vbi dicit quod confugiens ad Eccleſiam poteſt citari in cauſis ciuilibus, & criminalibus, dummodo talis citatus non condemnetur ad pœnam mortis, vel aliam pœnam corporalem, & allegat *tex.ibi* quatenus dicit; *ſuper hoc tamen quod ſui ſ; fecit eſt legitimè puniendus* vbi *gl.in* verb. *puniendus* declarat, ſcil. pecuniariter duntaxat, vel alia ſatiſfactione præter pœnam corporalem, quia licet Eccleſia cedat tutum ſua immunitate, non tamen vult vt remaneant ad eã confugientes, impuniti, & omnino iuſtitia pereat ſaltem eodem modo, quo de Iure fieri poteſt, ſequitur, tenendo hanc opinionem *Archidiac.in d.cap.reum 17. q.4. Bar.in l.præſenti nu.3. C.de his qui ad Eccleſ. confug. Bal.in l.2.num.9.C.de Sacr.Sanct.Eccleſ.* & *in l.34.§.ſi de qualitate ff.de iur.iur.* vbi *Add.Guileb. Bar.* & *Bal.in l.plerique ff. de in ius voc. Socc. Jen.de citat.art.12.num.46. R.Sanfel.dec.17.141.* poſt *Valaſc.conſul.81.à num.4.* R.*Rouit.in pragm. 1.de Iuriſd.inuic.non turb.num.17.* & *prag.2. de citat.nu.12.*

127 Et vt procedi poſſit contrà eum, qui ad Eccleſiam confugit, debet reus à Iudicibus ſecularibus promiſſionem cum iuramento de vita, & membris ſaluandis, obtinere, & ſub hac confidentia poterit exire, formari proceſſus, ſequi ſententia, & mandari executioni in bonis. Sed ſi nullo modo confidat iudici non extrahetur ab Eccleſia, ſed poterit in ea citari, vt compareat per ſe vel per procuratorem, eſtque caſus fallentię *l.penul.§.ad crimen ff. de publ.iudic.* Sed ſi noluerit comparere per ſe vel per procuratorem, procedetur contra eum vti contumacem, & hæc eſt practica *Abb.in d.c.inter alia n.9.* & 10.

128 Contraria non obſtant quod citatio ſit de proceſſu, & proceſſus factus in eccleſia ſit nullus. Nam reſpondetur citationem conſiderari tribus temporibus, vt dicit *Maranta in ſpec.tit.de citationibus nu.* primò quando fit commiſſio de citando 2. quando ipſa citatio fit parti per nuntium. 3. Quando fit relatio ipſius citationis, ſecundum *Bal.in cap.quoniam contra de probat. Io: Andr.in cap.romana §.contrahentes de foro comp. lib.6.* Quo ad commiſſionem de citando illa citatio eſt actus iudicialis, & pars proceſſus, & hoc eſt quod dicit *Bal.in d.c.quoniam.* exponẽdo citationes, id eſt commiſſiones, vbi *Felin.in gl.verb. citationes Bal.in l.nemo apoſtolorum num.4. C.de Sacr.Sanct.Eccleſ. Phil.Franc.de Peruſ.in cap.decet ver.5. quæritur de immun.eccleſ.in 6.* Et hæc commiſſio de citando non poteſt fieri extrà territorium, & in Eccleſia, vt dicitur in *l.extrà territorium ff.de iuriſd.omnium iudicum.*

129 Si ſumamus citationem in 2. & 3. modo non dicitur actus iudicialis, ſed eſt quædam executio facti ſecundum *Bal.* & *Philipp. Franc.vbi ſup.* Ideo

130 ſi Iudex faciat commiſſionem in ſuo territorio poteſt fieri citatio per nuntium, & ſic executio in territorio alieno, vt eſt *tex.in c.romana §.contrahentes de foro compet.in 6.l.omnes §.ſi verò apparitor C.de epiſc.* & *cleric.* & ibi, *Bar* & *Bal.* nulla iudicis expectata licentia, vel implorato auxilio poſt alios *Franc.Molin.de brachio regio lib.2. c.23.num.5.verſ.contrariam ſententiam*, & cum hoc reſpondetur ad allata per *Cardin.Alban.in d.l.plerique nu.3.ff.de in ius voc.*benè R.*Sanfel.d. dec.17.* & 141.

131 Ad id verò quod dicitur, quod nemo tenetur comparere ad locum non tutum, dicitur quod eſt verum quando non poſſet comparere per procuratorem, vel poſſet puniri corporaliter, ſed hic vt diximus poſſet comparere per procuratorem, & non poteſt puniri pœna corporis afflictiua ſecundum *Abb.in d.cap.inter alia.* Ad *tex.in d.c.reũ*

132 *17.q.4.* dicimus, quod illa verba; *ad eccleſiam fugientem nemo extrahere audeat, nec indè damnare ad pœnam, vel ad mortem*, ſonant, vt non extrahantur, & extracti de facto non damnentur ad pœnam, vel mortem.

133 Hanc noſtram opinionem tenent *Maranta in ſpec.6.de citation. num.129. Bonacoſſ.in recollect. commun.opin. tom.4. tit.de action. loco 10.cap.10. Aluar. Valaſc.conſult.81. R.Rouit.in 1.de Iuriſd. inuic.non turb.num.17.* & *prag.2.de citat.num.12. R.Sanfel.in d.dec.17.141.lib.1.* R.*Marenti lib.2. reſol.44.* (qui fundat ſecus eſſe in caſu, quo quis exiſtens in Eccleſia fuerit citatus, vt ſub pœna ex illa exiret, & ſe reciperet in ſuam domum, à qua non exiret, donec aliter per ipſum eſſet ordinatum, cum hoc caſu non eſſet citatio verbalis ſed realis, ex pluribus, quos allegat) *Baron.de citat.q.42.num.29. Epiſc.Sperell.* iuriſdictionis Eccle-

cleſiaſticæ acerrimus defenſor *dec.51.num.26. & ſeqq. De Angel.in C.in l.nemo C.de Sacr.Sanct. Eccleſ.Baron.de citation.q.42. num.27. & ſeqq.* ſignanter *d.num.29. & in tom.2. in addit.ad locum prædictum Thor.in ſuppl.*verb.*citatio Scialoya de foriudic.cap.6.num.12.Cald.conſ.81. num.9. Idem Sanfel.in praxi ſect.35.num.6.Barboſ.in d.l.præſenti num.13.C.de his qui ad Eccleſ.confug. D.Petra in rit.94.num.9.in fine.*Multò magis hæc opinio procedit quando citatio fieret in Eccleſia in cauſis vertentibus inter Eccleſiaſticas perſonas, quam opinionem tenent etiam tenentes opinionem contrariam. *Marcheſ.de commiſſ.p.1. c.5.nu. 153.Ripoll.d.c.3.de citat.n.146.*

134 Non tamen poſſet fieri citatio alicui exiſtenti in eccleſia, vt ſub certa pęna ſe domum conferat, cum talis citatio dicatur realis non perſonalis, vt latè fundat R.*Marin.lib.1.d.reſol.*44.

135 Nec poteſt nuntius prohiberi, quin Eccleſiam ingrediatur ad effectum citandi, nam ſicut confugiens ad Eccleſiam nequit ab ea inuitus extrahi, ità è conuerſo nullus poteſt prohiberi quin Eccleſiam ingrediatur, nam ea eſt publici iuris, & quilibet in eam habet aditum *l.1. §.huius ſtudij ff.de iuſti.& iure* Bar.*de citat.num.*4.Sed ſi la-

136 titet debet per Superiorem Eccleſię præſentari in loco infrà fines Eccleſiæ, vt poſſit per nuntium illi præſentari monitorium, vel citatio *d.l. præſenti C.de his qui ad Eccleſ.confug.* vbi *gl.* verb. *præſent.*

137 Alia quando debitor non ſuſpectus de fuga poſſit carcerari ſine citatione, ponit *Iannin.de citat.reali libr.2.c.1.à n.*424.

138 Citatio verbalis poteſt etiam fieri per præceptum pœnale ad inſtantiam prætendentis aliquid, cum clauſula iuſtificatiua: *ſi ſenſeris te grauatum l.de pupill.§.meminiſſe* verb. *eum ff.de non. oper.nunciat. cap.ex parte §.fin.* verb.*ſi vero dubij de verb.ſignif.* vbi *gl. & Ang.R.Rouit.in rubr.de citat.num.*2.Poteſt etiam fieri per viam prouiſionis abſque pœnæ impoſitione aduerſus petitionē per aliquem oblatam, de qua *Maranta in ſpec.p.6. 1.membr.num.118.Carau.in rit.123.num.7. in fine* R.*Sanfel.in prax.ſect.28.n.12.13.*

139 Alia diſtinctio eſt, quod alia Citatio eſt ſcripta, alia non ſcripta, nam verba, vel proferuntur, vel ſcribuntur, hæc diſtinctio habetur in *l.ſed & interpellatur §.arbiter ff.de receptis arbitris* vbi dicitur Arbiter, adeſſe litigatores, vel per nuntium vel per epiſtolam, iubere poteſt. Habetur etiam expreſsè, & in *l.cum vero §.euocari ff.de fideicom.libert.*ibi, *proinde denunciationibus, & edictis, litteriſque euocandi ſunt* Baron.*de citat. q.7. Duen.reg.93.Paz in praxi 1.p.tom.1.temp.3. num. 22.Pellegr.in praxi p.2.ſect.1.ſubſect.1.nu.5.*Citatio ſcripta eſt illa, quæ fit per litteras ſigillatas ſigillo proprio, vel publico, vt in *l.publicanus §. 1.ff.de publ.l.ſi qua per calumniam C. de epiſc. & cleric. cap.poſt ceſſionem de probat. Cumia in cap.1. rit.num.12. Maranta in ſpec.p.6.membr.1. nu.73. Scacc.de Iudic.cap.33.num.2.in ult.o cap.32. n.23.* qui dicit eſſe differentiam inter citationem in ſcriptis, & per litteras, nam poteſt eſſe citatio in ſcriptis quę ſollummodo verba lis fit, putà quando ponitur ſchedula in domo ſolitæ habitationis, vel quando datur ſchedula parua parti, quod fieri ſolet quia nuncius non retinet in mentem omnia contenta in citatione non quia in ſcriptis.

Sed quod tales litteræ publicentur manu Notarij; tutius eſſe putat Bar.*in extrauag.ad reprimendum* verſ.per *litteras num.2.* & ità ſeruatur communiter.

140 Citatio per litteras, vel dirigitur in perſonam ipſius citandi, qua is citatur, vt compareat, vel dirigitur alteri Iudici, vel vniuerſis, & ſingulis, quibus committitur, vt illum citent: Si dirigatur ipſi citatio debet illi pręſentari, vel per nuntium, vel per notarium coram teſtibus, & de præſentatione fieri publicum inſtrumentum, aliàs poſſet negare ſibi fuiſſe præſentatas litteras *Secc.de citat.art.24.num.1.*verſ.*ſecundò quæro, & n.11.*verſ. *ſexto quæro.*

141 Hodie litteræ citatorię non diriguntur amplius, vt antiquitus fiebat, ipſis citandis, ſed alicui Iudici, *Rota Rom.*conſueuit dirigere vniuerſis clericis, ſiue tabellionibus, & reliquis in eadem prouincia, in qua litteræ ſunt exequendæ, conſtitutis *noſter Vant.hic num.*79.In noſtro Sacro Regio Conſilio citatio dirigitur Porterijs dict. S.R.C.& ſeruientibus quarumcumque Curiarum, In Magna Curia Vicariæ citatio dirigitur *alguzerijs, & ſeruientibus quarumcumque Curiarū,* & nos teſtamur de praxi.

142 Forma litterarum eſt ſeruanda, aliàs citationis executio eſt nulla *l.eleganter ff.mandati. c. venerabilis de offic.deleg.* Ideo ſi Papa mandaret alicui, vt moneat Tiberium, quod intra 15.dies reſtituat beneficium Caio, aliàs citet eum, vt intrà tres menſes per ſe, vel per procuratorem cōpareat. Et ille receptis litteris dicat: *Moneo te, vt intra 15.dies reſtituas beneficium Caio, alioquin ex nunc te cito, quod compareas coram Papa,* talis citatio non valet, quia non eſt ſeruata forma mandati *Soccin.de citat.art.24.n.13.*

143 Multi tamen ſunt Caſus, in quibus citatio per litteras, vel in ſcriptis eſt neceſſaria. Primo debet citare in ſcriptis Iudex delegatus, qui cum inſerto tenore ſuæ commiſſionis citare debet, qui tenor apparere non poteſt, niſi in ſcriptis *cap. præterea* vbi *Abb.& Canon.de dilat.* Maranta *in ſpec.p.6.membr.1.num.75.Baron.de citat.q.7. n.4.*

144 2.Nuntius quando vult citare realiter faciendo capturam in bonis, vel in perſona, quia debet oſtendere commiſſionem in ſcriptis *Bar.in l.palatinos C.de collect.fiſc.lib.11.nu.12.Boſſ.de citat. num.12.Scacc.de Iudic.lib.1.cap.33. num.3.* verſ. 25. *Guſman.de euict.q.9. num.19.* Baron.*ibidem num.5.*

145 3.Quando citatur aliqua perſona illuſtris, vel Clariſſima *l.quoties C.de dignit. lib.12.*vbi Bar.*n. 7.Iaſ.in §.quadrupl. num.24. Inſtit.de action. Sebaſt. Medic.reg.1.Boer.in repetit. l.conſentaneum num.53.C.quomodo, & quand.Iud.Soccin.de citat. art.8.num.2. Guſman.vbi ſup. num.16. Corſet.in ſing.* verb.*citatio Scacc.d.c.33.nu.3. Cauall.q.59. num.5.Muta ſuper pragm.tit.2. de offic.Iud. M.R. C.num.19.Rebuff.ſuper conſtit.gall.tom.3. tit.de citat.in præfat.n.54.& 56.* quod intelligit de prima citatione.

146 4.Quando citatio fit in domo, & non perſo-

na-

naliter,nam non valet ad effectum reddendi citatum contumacem,niſi fiat cum litteris.*Bal.& Ang. in l. vt perfectius C.de annal.except.Alex.in addit. ad Bar.in l.palatinos nu.3. C.de collat.fund.fiſcal. lib.11. Andr.in conſtit.Regni citationis*. Sed hæc
147 citatio per litteras intelligitur de ſchedula, non autem de vera citatione per litteras,vt dicit *Scacc.d.cap.33.num.16.& c.32.n.23.*
148 5.Quando deſtinatur nuntius ad capiendum bona fiſco delata, nam non creditur ei ſine litteris *l.prohibitum, in fin. C.de Iure fiſci lib.10.*vbi *Amaya num.16.& Valenz.n.25.*Sic etiam quando
149 mittitur ad exigendas pecunias fiſcales, vt firmant *DD.in d.l.palatinos*, vbi Bruneman.
150 6.Quando Nuncius citans non eſt nuncius conſuetus,nam ſibi non creditur, nec valet eius citatio ſine litteris *Bal.in l.vt perfectius num.18. C.de annal.except. Bar.in l.eum qui §.ſi epiſtola ff.de furtis, & in l.iuſtè poſſidet ff.de acquir.poſſeſſ. & in extrauag.ad reprimendum* verſ. *per litteras Franc.in cap.cum parati num.29.de appell.Aſin.in praxi cap.7.limit.5.Scac.d.c.33.nu.15.*
151 7.Quando citatio fieret extra prouinciam, quia non valet, niſi fiat in ſcriptis cum litteris. *Bar.in d.extrauag. ad reprimendum* verb. *per nuntium* per *tex.in Auth.de collat.§.eis Scacc.vbi ſup. num.2.*verſ.*tertius Aſin.in praxi §.6. cap.7. limit. 6.nu.1.Muta d.num.19.ſuper pragm.tit.2. de offic. Iud.M.R.C.*
152 8.Quando adeſſet priuilegium, quod fieret in ſcriptis *Muta vbi ſup. nu.19.* hos caſus referunt *Duen.reg.93.*Maranta *in ſpec.p.6.*verſ.*recte concipiatur citatio à nu.75.ad n.81. Baron.de citat.q.7. Veſtr.in praxi lib.4.c.2.*
153 Quilibet Iudex poteſt citare per litteras, ſiuè ordinarius,ſiue delegatus.*Scac.d.art.24.n.2. & 9.*
154 *3.& num.3.*Imo etiam Arbitri, & Iudices pedanei *Rebuff.de citat.in præfat.n.63.*
155 Citatio ſcripta dicitur etiam ea, quę fit per edictum, de qua *infra* dicemus, & probatur in *l.cum verò §.cus.ari ff. de fideicommiſſ.libert.* ibi: *proinde denunciationibus, & edictis, litteriſq; euocandi ſunt.*
156 Citatio non ſcripta eſt illa monitio, quę fit per Iudicem,atque etiam illa citatio, ſeu denunciatio,quæ fit per nuntium, de qua diximus *ſuprà hac rubr.quæſt.7.num.9.de citatione Iudicis nu.66.* de citatione per nuntium priuatum, *& num.43.* de citatione per nuntium publicum,addimus *R. Sanfel.in praxi ſect.1.& ſeqq.& ſect.28. num.1. &*
157 *ſeqq.* Quando nuncius citat aliquem perſonaliter poteſt citare ſolis verbis, & illis exprimere ad quem, & coram quo, & ad cuius inſtantiam citetur, ſed quando citat domi debet citare cum dimiſſione cedulæ, ad hoc vt citatus ex ea inſtrui poſſit vt *ſup.*diximus.
158 Differt citatio ſcripta, & non ſcripta, quia quando nuntius citat ſine ſcriptis,debet eſſe talis, vt citatus debeat credere illum eſſe nuntiũ, ſed ſi citet in ſcriptis ei neceſſariò credendum eſt, quod litteræ ſint Iudicis citantis *Bar.in extrauag. ad reprimendum* verb.*per litteras num.2.* diximus *ſuprà.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio primò eſt facienda perſonaliter, & n.2.*
3 *Si non poteſt citari perſonaliter, factis diligentijs poteſt citari domi. & n.4.5.*
6 *Quando ſunt faciendæ diligentiæ? & n.7.8.9.*
10 *In criminalibus prima citatio debet eſſe perſonalis, & in alijs caſibus, & num.11. & a num.12. ad n.31.*
32 *Si nuncius referat citaſſe, & non dicat perſonaliter,vel domi,quomodo præſumatur citaſſe? & num. 33.34.35.36.*
37 *Nuncius an poſſit declarare relationem generalem?*

De Citatione perſonali.

QVÆSTIO XI.

1 Citatio alia eſt perſonaliter facta,alia domi,alia per edictũ,alia per ſonũ,ſiue tubę, ſiuè campanę facta,de vnaquaq; dicemus.Ordo iuris eſt, vt quis primò citetur perſonaliter, ſcil.ad faciem *l.ſcire etiam oportet §.qui autem ff. de excuſat.tutor.* ibi *oportet autem ei manifeſtari à Præſidibus,vel in faciem, vel ad domum,* quę alternatiua eſt ordinis non autem electionis, vt ſcil.primò ad faciem, deindè in ſubſidium,ſi non reperiatur, citetur ad domum, vt declarat *Bar.in l.4.§.prætor ait nu.2. ff.de damno infect.Caputaq.dec.111.num.9.p.1.& dec.119. num.6.& 7.lib.3.Vant.hic n.95.Surd.conſ.88.nu. 16.vol.1.Vin.dec.274.num.1.* Burſatt.*conſ.73.nu. 25.& 26.& conſ.64. num.60. vol.1. Creſcen.dec. 7.de dolo Fulgoſ.conſ.76.Corn.conſ.57.lit.H.in fin. lib.3.& conſ.52.lit.D. vol.4. Gratian.diſcept.145. num.9. & ſeqq. Epiſc.Campanil.ſuper rit.17. Cur. Archiep.ſub num.2. Farinac.dec.569. num.2. dec. 637.num.2.p.2.tom.2. Scialoya de foriudic. cap.6. num.9. & ſeqq.* ratio eſt quia citatio perſonalis inducit indubitatam ſcientiam, nam non poteſt dubitari quin citatio perſonalis peruenerit ad notitiam citati. *Rot.diuerſ.dec.758.num.3.p.3.Innoc.in cap.ad petitionem col.2.*verſ.*item de accuſat.* Ricc.*collect.3896.Clarlju.contr.148.& 205.n.13.*

2 Ideò ſemper citatio perſonalis requiritur in principio,ſcilicet in introductione cauſæ *clem.2. de re iudic. cap.cauſam* vbi *gl.& DD. de dolo, & contum. l.1.in princ. ff.de libee. agnoſc. Rot. in recent.dec.569.num.2.p.1. col.vl.de eo qui mitt. in poſſeſſ. cap.quiſquis 4.q.6. can.1. qui matr.acc.poſſ. clem.1.de iudic.Ricc.coll.3896. Peregr.dec.112.n. 4.Tuſc.lit.C.concluſ.248. num.1. Baron.de citat.q. 11.num.4.R.Retcet.dec.224.num.2.* & ibi *R.Marin.num.3. Reg.Rouit.in rubr.prag.de citat.num.5. Maſtrill.dec.226.num.12.* quid quid contra dicat *Valaſc.conſul.144.* & ita eſt praxis noſtrorum Tribunaliũ, vt teſtatur *R.Marin.ibid* & *reſol.43. num.1.lib.2.* & eſt relaxanda copia dictæ primæ citationis *Creſcent.dec.1. de dolo, & contumat.* quamuis aduerſarius non petierit *Tholom.dec. 762.p.3.lib.3. diuerſ.* & expenſis citantis *Achil. dec.9.de dolo, & contumat.Ripol.c.3.n.364.*

3 Quando verò non poſſet perſona citanda inueni-

ueniri, tunc fieri debent diligentiæ de ea reperienda, & poſteà citari domi, etiam in introductione cauſæ. *Mobed.dec.2.de dolo, & contumac.* de diligentijs faciendis dicemus latè *q.ſeq.*

4 Dicitur noua lis, etiam ſi fuerit incohata lis & ea demum per tranſactionem finita, nam ſi cötingat reſtaurari, tunc cum dicatur noua lis, in eius principio requiritur citatio perſonalis *Mobed.dec.3.*poſt *medium,de tranſaction. R.ce.collect.* 3896. ver. *eſt ſciendum Baron.de citat. q.11.n.4.*

5 Quod probatur euidenter. Nam ſi fuerit vnus Iudex primæ cauſæ,ea domum tranſacta, ſi contingat agi contra dictam tranſactionem, Iudex illius tranſactionis cognoſcit de dicto contractu, vel de nullitate, vel reſciſſione illius *Carleual.de iudic.tom.1.diſp.2.q.4.num.163.& ſeqq.* Si ibi debitor reperiatur *Barboſ.in cap.licet 20. num.5.de foro compet.R.Sanfel.in praxi ſect.11.num.6. Tenaut.in tract.de praeuent.cap.18.nu.8. & ſeqq.Obrect. de Iuriſd.lib.3.cap.12. num.18. Borrell.in ſumma deciſ.tit.43.nu.32.& ſeqq. Scialoya de foro compet. c.5.n.3.10.*

6 Prædicta diligentia de reperienda perſona antè quam poſſit citari ad domum, requiritur quando vlterior citatio committeretur exequenda perſonaliter,ſi fieri poteſt,ſin minus domi. *Seraphin.dec.972.num.6.* de qua re dicemus late *q.*

7 *ſeq.* Nunquam poſſet conſtare de vera contumacia, niſi præceſſiſſet citatio perſonalis *Seraphin.dec.972.num.4.* Et proceſſus factus tanquam

8 contrà contumacem eſſet omninò nullus *Seraph. dec.1276.nu.4.Rot.in recent.dec.637.n.2.p.2.*

9 Quando verò in principio fuit facta citatio perſonalis, ſi citatus non comparet, vtique conſtat de contumacia, & bene contrà eum proceditur per contradictas. *Caput.dec.102.num.1. & 2. & dec.135.p.3.Ludouiſ.dec.430.nu.1. Tuſc.lit.C. conc.260.& 261.Borrell.deciſ.tit.44.n.487.Baron. de cit. q.8.n.43.& q.11.n.16.Ciarlin.c.205.n.14.*

10 In Criminalibus prima citatio debet eſſe perſonalis *Caſte.in l.ſeruum quoque num.12. ff.de procurat.Caſſad.dec.2.de dolo, & contumac. Rot.Rom.* poſt *Cenc.de Cenſib.dec. 123.n.3. Ricc.coll.3896.* verſ.*Inſuper Farinac.q.76.nu.143. & ſeqq.Ciarl. diſcept.9.num 242. & ſeqq.tom.2. Baron.de citat. q.11.nu.6.* de quare infrà *q.ſeq.* Etiam in cauſa

11 poſſeſſorij,nam illa non eſt leuis,ſed grauis præiudicij *Caput.dec.119.p.3.n.3.Marc.conſ.21.n.6.*

12 Sententia excommunicationis lata cötrà perſonaliter non citatum eſt nulla, cum non poſſit ferri niſi contrà verum contumacem *cap.facto,& cap.contingit il 2.de ſentent.excommunic. Couar.in cap.alma mater p.1.§.9.num.4.eodem tit.in* 6.dixit *Rota in larienſ.penſionis 15.Decembris 1621. corã Vbaldo Ricc.in praxi tom.4.reſol.19.Salgad.de ſuppli.ad Sanctiſſ.2.p.cap.24.nu.12. & ſeqq.* niſi probetur,citationem deueniſſe ad illius notitia *Speroll.dec.48.num.3.37.p.1. Genuenſ.in pract.Archiep. cap.28. num.12. Afflict.in conſtit.regni* incip. *citationis litteræ* poſt *num.2.*vbi dicit Neap.adeſſe conſtitutionem ſynodalem diſponentem, vt ſi quis bis ſit domi citatus, & ſic contumax,poſſit excommunicari,meminit *Scialoya de foriudic.c.6.*

13 *num.11.* Niſi vel procurator comparuit, vel quando non patet tutus acceſſus *Seraphin.dec. 1296.n.2.& 3.Ciar.contr.164.n.19.& 148.n.11.*

14 Requiritur citatio perſonalis non ſolum in introductione cauſæ, ſed etiam poſt eam introductam, ſcil. in actibus non modici præiudicij *Vant.hic num.83.Cumia ſuper rit.Sicil.c.1.nu.24.*

15 Sic in cauſa priuationis requiritur citatio perſonalis *Caſſad.dec.2. de penſ.Achill.dec.5.n.4. de penſ.Caput.dec.114.p.1.Seraphin.dec.1366. Petr. ſuper ritu M.C.94.num.3.Tepat.lib.1. var.iur.tit. de in ius voc.*ver.*perſonaliter, &* verſ.*citatio requiritur etiam Ricc.coll.203. Cauall.q.819. num.21.*

16 Verum ſi is,contrà quem agitur de priuatione beneficij, non inuenitur, & non poteſt citari principaliter,debet in eius Eccleſia ter citationis edictum publicari, & poſt vltimum edictum per ſex menſes expectari, alias ſententia priuatoria non valeret *Mantica dec.12.num.2.Seraphin.dec. 290.nu.4.dec.1346.n.2.dec.1366.n.1.*

17 Requiritur pariter Citatio perſonalis ad videndum ſe declarari incidiſſe in pœnas, & canonizari regreſſum *Achill.dec.5. num.4. de penſ.*

18 Pariter requiritur ad effectum, vt poſſit deueniri ad ſententiam diffinitiuam, ſiue in poſſeſſorio, ſiue in petitorio *Caput.dec.119. num.3.p.3. Ricc.in praxi tom.4. reſol.31. & 33.* vbi quando

19 ſecus, alias eſſet ſententia nulla,niſi tamen præceſſiſſet prima citatio perſonalis *Rot.in nouiſſ.dec. 1.de dolo, & contum.n.1.Caputaque dec.117.n.1.*

20 *p.1.* Vel niſi extaret ſtylus loci, vt ad ſententiã ſufficeret citatio domi *Rot.in recent.dec.644.nu. 5.in fin.p.1.* Vt quis conſtituatur in mora, vel

21 in culpa requiritur pariter citatio perſonalis. *Gratian.diſcept.708. num.8. Rouit.ſuper pragm.2. de ordine iudic.n.5.*

22 Citatio ad videndum iurare teſtes non valet domi facta, ſed debet eſſe perſonaliter executa *gl.in cap.cauſam in* verb.*ad domum de dolo,& contum.Innoc.in cap.ſignificauit in* verb.*denunciando, de teſtibus Abb.conſ.64.lib.2.Vant.hic nu.90.Cocc. dec.216.num.22.* Maxime in examine teſtium

23 ad futuram rei memoriam, niſi periculum eſſet in mora. *Farinac.de teſtibus q.76.num.143. Virgil.de legit.perſon.cap.14.num.11.* Secus eſſet quã-

24 do quis fuiſſet ſemel citatus perſonaliter ad cauſam, & poſteà vel non reperiatur,vel difficiliter citari poteſt, nam tunc ſufficit citatio domi facta, dimiſſa copia *Bar.in l.4. §.prætor ait nu.4. & Alex.num 18. ff.de damno infect. Put.dec.279. lib.2.Rot.in antiq.dec.8.de dolo, & contum.& in nouiſ.dec.1.eodem tit.Coccin.d.dec.216.num.22.& 24.Guazin.defenſ.10.c.2.*

25 Et licet impediens ſe citari habeatur pro legitimè citato *cap.quomodo frequenter §.porro* vbi *Abb.num.3.vt lite non conteſt. Creſcent.dec.18.nu. 2.de re iud. Rot.in recentiſſ p.1. dec.324. num.2. eadem Rot.* poſt *conſil.Farinac.p.2.dec.348. nu.3. Salgad.de reg.protect.2.p.c.2.a num.64 .& ſeqq. & cap.8.num.87. & de ſuppl.ad Sanctiſſ.2.p. cap.20. num.3.Carleual.de iudic.lib.1.tit.1. diſp.2.q.7.nu. 879.Ripol.var.cap 3.num.115.& ſeqq.* facit *tex.in clem.fin.vt lite pendente* ibi: *Vel per eam factum fuit quo minus ad eius notitiam peruenerit,Gratian. diſcept.66.num.32. Barboſ.in extrauag.vnic.de dolo, & contum. num.3. Farinac. in fragm.crim.p.2.* verb.*litigioſa num.784.& ſeqq.* vbi id intelligit ſi ille doloſè impediat ſe citari *Addit.ad Ludouiſ. dec.*

dec.vl.in fine. Tamen non dicitur perſoaliter
26 citatus is, cuius dolo factum eſt, ne poſſit per-
ſoaliter citari, etiam doloſè latitando *Rot.*poſt
Farinac.p.1.conſil.dec.84.num.17.p.1. Niſi citan-
27 dus abſtuliſſet, vel auferri feciſſet citationem
de manibus Notarij, vel nuncij, quia tunc habe-
retur pro citato perſonaliter. *Bellam.dec.576.*
Seraphin.dec.972.num.13.
28 Requiritur vlterius citatio perſonaliter in
Curia, in cauſis Commiſſarijs, aliàs actus non
valet. *Rot.in recentiſſ.dec.495.nu.3.p.1.* Sic etiã
29 coram Auditore Camaræ quando procedit in
vim Commiſſionis. *Rot.in Roma.prætenſarum*
mercium coram Litta apud Marcheſ.de commiſſ.p.3.
30 *fol.96.* Quando verò procedit iuxtà ſuas ordi-
narias facultates, ſufficiunt citationes factæ do-
mi, & ſic ſtylus eſt notorius, qui ſeruari debet
Rot.in recent.dec.644. num.5. in fin. p.1. Defe-
31 ctus citationis, quæ perſonaliter exequenda
erat, & non fuit executa, niſi domi dimiſſa co-
pia, ſanatur per terminorum obſeruationem *Se-*
raphin.dec.858.n.1.

32 Sed difficultas hic eſt. Si Nuntius refert ci-
taſſe, & non dicat perſonaliter, vel domi, quomo-
do præſumatur citaſſe, perſonaliter, vel domi? In
hoc articulo factum poſſet eſſe quatuplicis ſpe-
ciei. Primò quando Iudex diceret: Citetur Ti-
tius perſonaliter 2. Quando diceret: Citetur Ti-
tius perſonaliter, ſi poſſit reperiri ſin minus, domi.
3. Citetur Titius, aut perſonaliter, aut domi. 4.
Vel citet, & referat in forma. Primo caſu dicitur
citaſſe perſonaliter, tam ſi dicat nuncius *refero ci-*
taſſe Titium, quam ſi dicat: *refero citaſſe Titium,*
modo mihi commiſſo, ea ratione quia relatio nuncij
regulariter à commiſſione *R.Sanfel.dec.225.n.8.*

33 2. Caſu ſi Nuncius referat citaſſe Titium, ſim-
pliciter, nec addat *perſonaliter*, aut *domi*, & tunc
ex quo hæc citatio eſt abſcura, & incerta, non
valet, vt dicunt *Alex.conſ.201.num.2.lib.2. Vrſil.*
in pract.lib.4.cap.3.num.9. (licet in Curia Audi-
toris Cameræ dicat *Guazzin.defenſ.10. cap.3.n.*
23 in fine, quod ſi curſor referat ſimpliciter *fe-*
ciſſe, intelligatur *perſonaliter*) Niſi addat: *modo, &*
forma mihi commiſſis abſque eo quod afferat *domi*,
aut *perſonaliter*, vel *omnia feciſſe pro vt habuit in*
mandatis, & *continetur in litteris citatorijs*, nam
tunc cum Citatio ſit ordinatè commiſſa, tunc ge-
neralis relatio valet. *Bal.in l.properandum §.ſi*
quidem num 12.C.de iudic. Rot.dec.1. aliàs 48. *in*
addit.de dolo, & contumac.in nouiſſ. Aſin.in pract.
§.9.cap.7.num.5.cum ſeqq.Scacc.de iudic.lib.1.cap.
48.num.7. Ea ratione quia hoc caſu relatio nun-
tij ſe refert ad factum, quod cum ſit certum, &
ab eo potuerit percipi, ſequitur, quod ipſa rela-
tio dicatur certa, & non obſcura. *Scacc.ibi.ſt* ver.
ſi verò, & nos dicemus *infrà R.Capic.Latro dec.*
161.n.17.& ſeqq.

34 3. Caſu ſi referat citaſſe Titium, ſimpliciter,
vel etiam ſi addat; *modo, & forma mihi commiſſis*,
vel *pro vt continetur in litteris citatorijs*, tunc ra-
tione obſcuritatis, & incertitudinis non valet,
nam illa alternatiua non eſt certa, niſi per rela-
tionem ad diſpoſitionem iuris, quę reſoluit
alternatiuam in copulatiuam ſubſidialem,
idest vt citetur perſonaliter ſi reperiatur,
ſin minus domi, *Abb. in cap. cauſam num.8.*
de dolo, & contumac.Socc.de citat.art.17.num.21.
Tuſc.lit.C.concluſ.249.num.5.Guazin.defenſ.10.c.
2.num.19. poſt alios *Baron.de citat. q.12.nu.20.*
quidquid dicat *Palma diuerſ.iur.gl.20.num.6.* di-
cens electionis eſſe alternatiuam non ordinis.
Niſi eſſemus in ſtatuto, vt dicemus *q.ſeq.n.62.ver.*
ſi verò, quę iuris diſpoſitio quia præſumitur mani-
feſta iudici, ideò eius commiſſio ad eam refer-
tur. *Bar.in l.4.§.prætor ait num.17.ff.de damno in-*
fect.Alex.conſ.2. num.3.lib.3. Aſin.in pract.§.9.c.
7.num.7. ſed diſpoſitio iuris eſt certa, ergo, &
commiſſio iudicis ad eam relata. Secus eſt in re-
latione nuncij, qui cum ignoret diſpoſitionem
iuris non poſſumus dicere, quod eius relatio re-
feratur ad ea, vndè remanet incerta, & obſcura,
vt dicunt *Alex.d.conſ.2.num.3.& 4.Maranta in*
ſpec.p.6.membr.1.num.127.Aſin.§.9.cap.6.num.3.
& dicemus *infrà Scacc.d.cap.48.num.7.R.Capic.*
Latr.dec.161.n.18.

35 4. Caſu Idem dicimus, quod in ſecundo caſu
diximus, nam illud verbum *in forma* intelligitur
in forma iuris, Sed ſeruata forma iuris debet prius
facere diligentias de citando perſonaliter, vt di-
ximus *ſup.*

36 Verum quia diximus 2. caſu in limitatione
quod citatio valet, difficultas eſt quomodo præſu-
matur executa perſonaliter, an domi, nam multũ
refert, an vno vel alio modo, vt patebit infrà?
Et reſolutiuè dicimus præſumi reũ citatum domi
Bal.in d.l.properandum, §.& ſi quidem num.13.C.
de iudic.Alex.d.conſ.2.num.7.lib.3.Addit.ad Rot.
d.dec.1.de dolo, & contumac.in nouiſ. Maranta d.
membr.1.num.127.Aſin.c.7. num.5. Ea ratione
quod ſit facienda interpretatio, quę excludat ma-
ius delictum, argumento *tex.in l.merito. ff.pro So-*
cio.Scacc.d.cap.48.num.8.Beninten.dec.Bonon.57.
num.3.Guazin.defenſ.10. cap.3.num.13. R.Capic.
Latr.dec.161. num.20. Scialoya de foriudic.c.6.nu.
37 31. Admittitur nuncius ad declarandam, & ſpe-
cificandam citationem generalem, ſi non fiat
adeò tarda, vt poſſit præſumi ſuſpecta, & dum-
modo alia aliqua ſimilis coniectura oblitionis,
vel doli non reſiſtat, quę omnia arbitrio Iudicis
ſunt remittenda, vt dicit *Scacc.d.cap.48.nu.9.* ſe-
quitur *Guazin.defenſ.10.c.3.n.14.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio domi facta non inducit veram notitiam,*
ſed præſumptam.
2 *Debet fieri in ſubſidium, & num.3.4.5.6.7.8.*
9.10.
11 *Debet quis citari domi factis diligentijs, & quo-*
modo fieri debent, & quomodo conſtare? & d nu.
12.ad nu.21.
22 *Si iudex committat, vt quis citetur perſonaliter, vel*
domi, an nuncius poſſit citare domi? & d nu.23.
ad num.27.
28 *Poteſt quis citari domi non factis diligentijs in*
pluribus caſibus, & d nu.29.ad n.46.
47 *Si nuncius referat citaſſe domi, & nõ dicat ſolitæ*
habitationis, *an valeat citatio? & d num.48*
ad nu.73.
74 *An in cauſa graui ſufficiat citatio domi? & d n.75.*
ad n.82.

83 *Quando permittitur citatio domi, de qua domo intelligitur? & à n. 84. ad nu. 148.*

149 *Quomodo debeat fieri citatio domi? & à n. 150. ad n. 167.*

De Citatione facta Domi.

QVÆSTIO XII.

3 Quando verò non poſſet perſona citanda inueni-

ueniri, tunc fieri debent diligentiæ de ea reperienda, & poſteà citari domi, etiam in introductione cauſæ. *Mohed. dec. 2. de dolo, & contumac.* de diligentijs faciendis dicemus latè *q. ſeq.*

4 Dicitur noua lis, etiam ſi fuerit incohata lis & ea demum per tranſactionem finita, nam ſi cõtingat reſtaurari, tunc cum dicatur noua lis, in eius principio requiritur citatio perſonalis *Mohed. dec. 3.* poſt *medium, de tranſaction. Ricc. collect. 3896.* ver. *eſt ſciendum Baron. de citat. q. 11. n. 4.*

5 Quod probatur euidenter. Nam ſi fuerit vnus Iudex primæ cauſæ, ea domum tranſacta, ſi contingat agi contra dictam tranſactionem, Iudex illius tranſactionis cognoſcit de dicto contractu, vel de nullitate, vel reſciſſione illius *Carleual. de iudic. tom. 1. diſp. 2. q. 4. num. 163. & ſeqq.* Si ibi debitor reperiatur *Barboſ. in cap. licet 20. num. 5. de foro compet. R. Sanfel. in praxi ſect. 11. num. 6. Tonnut. in tract. de præuent. cap. 18. nu. 8. & ſeqq. Obrect. de Iuriſd. lib. 3. cap. 12. num. 18. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 43. nu. 32. & ſeqq. Scialoya de foro compet. c. 5. n. 3. 10.*

6 Prędicta diligentia de reperienda perſona antè quam poſſit citari ad domum, requiritur quando vlterior citatio committeretur exequenda perſonaliter, ſi fieri poteſt, ſin minus domi. *Seraphin. dec. 972. num. 6.* de qua re dicemus late *q.*
7 *ſeq.* Nunquam poſſet couſtare de vera contumacia, niſi pręceſſiſſet citatio perſonalis *Seraphin. dec. 972. num. 4.* Et proceſſus factus tanquam
8 contrà contumacem eſſet omninò nullus *Seraph. dec. 1276. nu. 4. Rot. in recent. dec. 637. n. 2. p. 2.*

9 Quando verò in principio fuit facta citatio perſonalis, ſi citatus non comparet, vtique conſtat de contumacia, & bene contrà eum proceditur per contradictas. *Caput. dec. 102. num. 1. & 2. & dec. 135. p. 3. Ludouiſ. dec. 430. nu. 1. Tuſc. lit. C. conc. 260. & 261. Borrell. de cit. tit. 44. n. 487. Baron. de cit. q. 8. n. 43. & q. 11. n. 16. Ciarlin. c. 205. n. 14.*

10 In Criminalibus prima citatio debet eſſe perſonalis *Caſtr. in l. ſeruum quoque num. 12. ff. de procurat. Caſſad. dec. 2. de dolo, & contumac. Rot. Rom.* poſt *Cenc. de Cenſib. dec. 123. n. 3. Ricc. coll. 3896.* verſ. *Inſuper Farinac. q. 76. nu. 143. & ſeqq. Ciazz. diſcept. 9. num. 242. & ſeqq. tom. 2. Baron. de citat. q. 11. nu. 6.* de quare infrà *q. ſeq.* Etiam in cauſa
11 poſſeſſorij, nam illa non eſt leuis, ſed grauis pręiudicij *Caput. dec. 119. p. 3. n. 3. Marc. conſ. 21. n. 6.*

12 Sententia excommunicationis lata cõtrà perſonaliter non citatum eſt nulla, cum non poſſit fieri niſi contrà verum contumacem *cap. facro, & cap. contingit il 2. de ſentent. excommunic. Couar. in cap. alma mater p. 1. §. 9. num. 4. eodem tit. in 6.* dixit *Rota in lariceaſ. penſionis 15. Decembris 1621. corā Vbaldo Ricc. in praxi tom. 4. reſol. 19. Salgad. de ſuppli. ad Sanctiſſ. 2. p. cap. 24. nu. 12. & ſeqq.* niſi probetur, citationem deueniſſe ad illius notitiam *Speroll. dec. 48. num. 3. 37. p. 1. Genuenſ. in pract. Archiep. cap. 28. num. 12. Aſſl. in conſtit. regni* incip. *citationis litteræ* poſt *num. 2.* vbi dicit Neap. adeſſe conſtitutionem ſynodalem diſponentem, vt ſi quis bis ſit domi citatus, & ſic contumax, poſſit excommunicari, meminit *Scialoya de foriudic. c. 6.*
13 *num. 11.* Niſi vel procurator comparuit, vel quando non patet tutus acceſſus *Seraphin. dec. 1296. n. 2. & 3. Ciar. contr. 164. n. 19. & 148. n. 11.*

14 Requiritur citatio perſonalis non ſolum in introductione cauſæ, ſed etiam poſt eam introductam, ſcil. in actibus non modici pręiudicij *Vant. hic num. 83. Cumia ſuper rit. Sicil. c. 1. nu. 24.*

15 Sic in cauſa priuationis requiritur citatio perſonalis *Caſſad. dec. 2. de penſ. Achill. dec. 5. n. 4. de pēſ. Caput. dec. 114. p. 1. Seraphin. dec. 1366. Petr. ſuper ritu M. C. 94. num. 3. Tepat. lib. 1. var. iur. tit. de in ius voc.* ver. *perſonaliter, &* verſ. *citatio requiritur etiam Ricc. coll. 203. Cauall. q. 819. num. 21.*

16 Verum ſi is, contrà quem agitur de priuatione beneficij, non inuenitur, & non poteſt citari principaliter, debet in eius Eccleſia ter citationis edictum publicari, & poſt vltimum edictum per ſex menſes expectari, alias ſententia priuatoria non valeret *Mantica dec. 12. num. 2. Seraphin. dec. 290. nu. 4. dec. 1346. n. 2. dec. 1366. n. 1.*

17 Requiritur pariter Citatio perſonalis ad videndum ſe declarari incidiſſe in pœnas, & canonizari regreſſum *Achill. dec. 5. num. 4. de penſ.*

18 Pariter requiritur ad effectum, vt poſſit deueniri ad ſententiam diffinitiuam, ſiue in poſſeſſorio, ſiue in petitorio *Caput. dec. 119. num. 3. p. 3. Ricc. in praxi tom. 4. reſol. 31. & 33.* vbi quando
19 ſecus, alias eſſet ſententia nulla, niſi tamen præceſſiſſet prima citatio perſonalis *Rot. in nouiſſ. dec. 1. de dolo, & contum. n. 1. Caputaque dec. 117. n. 1.*
20 *p. 1.* Vel niſi extaret ſtylus loci, vt ad ſententiā ſufficeret citatio domi *Rot. in recent. dec. 644. num. 5. in fin. p. 1.* Vt quis conſtituatur in mora, vel
21 in culpa requiritur pariter citatio perſonalis. *Gratian. diſcept. 708. num. 8. Rouit. ſuper pragm. 2. de ordine iudic. n. 5.*

22 Citatio ad videndum iurare teſtes non valet domi facta, ſed debet eſſe perſonaliter executa *gl. in cap. cauſam in* verb. *ad domum de dolo, & contum. Innoc. in cap. ſignificanti in* verb. *denunciando, de teſtibus Abb. conſ. 84. lib. 2. Vant. hic nu. 90. Cocc. dec. 216. num. 22.* Maximè in examine teſtium
23 ad futuram rei memoriam, niſi periculum eſſet in mora. *Farinac. de teſtibus q. 76. num. 143. Virgil. de legit. perſon. cap. 14. num. 11.* Secus eſſet quā-
24 do quis fuiſſet ſemel citatus perſonaliter ad cauſam, & poſteà vel non reperiatur, vel difficiliter citari poteſt, nam tunc ſufficit citatio domi facta, dimiſſa copia *Bar. in l. 4. §. prætor ait nu. 4. & alex. num 18. ff. de damno infect. Put. dec. 279. lib. 2. Rot. in antiq. dec. 8. de dolo, & contum. & in nouiſſ. dec. 1. eodem tit. Coccin. d. dec. 216. num. 22. & 24. Guazin. defenſ. 10. c. 2.*

25 Et licet impediens ſe citari habeatur pro legitimè citato *cap. quomodo frequenter §. porro* vbi *Abb. num. 3. vt lite non conteſt. Creſcent. dec. 18. nu. 2. de re iud. Rot. in recentiſſ. p. 1. dec. 324. num. 2. eadem Rot.* poſt *conſil. Farinac. p. 2. dec. 348. nu. 3. Salgad. de reg. protect. 2. p. c. 2. à num. 64. & ſeqq. & cap. 8. num. 87. & de ſuppl. ad Sanctiſſ. 2. p. cap. 20. num. 3. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 7. nu. 879. Ripol. var. cap 3. num. 115. & ſeqq.* facit tex. in *clem. fin. vt lite pendente* ibi: *Vel pro eam factum ſuit quo minus ad eius notitiam perueneris, Gratian. diſcept. 66. num. 32. Barboſ. in extrauag. vnic. de dolo, & contum. num. 3. Farinac. in fragm. crim. p. 2.* verb. *litigioſa num. 784. & ſeqq.* vbi id intelligit ſi ille doloſè impediat ſe citari *Addit. ad Ludouiſ. dec.*

dec.vl.in fine. Tamen non dicitur perſonaliter
26 citatus is, cuius dolo factum eſt, ne poſſit per-
ſonaliter citari, etiam doloſè latitando *Rot.*poſt
Farinac.p.1.conſil.dec.84.num.17.p.1. Niſi citan-
27 dus abſtuliſſet, vel auferri feciſſet citationem
de manibus Notarij, vel nuncij, quia tunc habe-
retur pro citato perſonaliter. *Bellam.dec.576.
Seraphin.dec.972.num.13.*

28 Requiritur vlterius citatio perſonaliter in
Curia, in cauſis Commiſſarijs, aliàs actus non
valet. *Rot.in recentiſſ.dec.495.nu.3.p.1.* Sic etiã
29 coram Auditore Camaræ quando procedit in
vim Commiſſionis. *Rot.in Roma.pecten ſarum
mercinum coram Litta apud Maechesſ.de commiſſ.p.3.*
30 *fol.96.* Quando verò procedit iuxtà ſuas ordi-
narias facultates, ſufficiunt citationes factæ do-
mi, & ſic ſtylus eſt notorius, qui ſeruari debet
Rot.in recens.dec.644. num.5. in fin.p.1. Defe-
31 ctus citationis, quæ perſonaliter exequenda
erat, & non fuit executa, niſi domi dimiſſa co-
pia, ſanatur per terminorum obſeruationem *Se-
raphin.dec.858.n.1.*

32 Sed difficultas hic eſt. Si Nuntius refert ci-
taſſe, & non dicat perſonaliter, vel domi, quomo-
do præſumatur citaſſe, perſonaliter, vel domi? In
hoc articulo factum poſſet eſſe quatuplicis ſpe-
ciei. Primò quando Iudex diceret: Citetur Ti-
tius perſonaliter 2. Quando diceret: Citetur Ti-
tius perſonaliter, ſi poſſit reperiri ſin minus, domi.
3. Citetur Titius, aut perſonaliter, aut domi. 4.
Vel citet, & referat in forma. Primo caſu dicitur
citaſſe perſonaliter, tam ſi dicat nuncius *refero ci-
taſſe Titium,* quam ſi dicat: *refero citaſſe Titium,
modo mihi commiſſo,* ea ratione quia relatio nuncij
regulariter à commiſſione *R.Sanfel.dec.225.n.8.*

33 2. Caſu ſi Nuncius referat citaſſe Titium, ſim-
pliciter, nec addat *perſonaliter*, aut *domi*, & tunc
ex quo hæc citatio eſt abſcura, & incerta, non
valet, vt dicunt *Alex.conſ.201.num.2.lib.2. Veſte.
in pract.lib.4.cap.3.num.9.* (licet in Curia Audi-
toris Cameræ dicat *Guazzin.defenſ.20. cap.3.n.
13 in fine,* quod ſi curſor referat ſimpliciter *fe-
ciſſe,* intelligatur *perſonaliter*) Niſi addat: *modo, &
forma mihi commiſſis* abſque eo quod aſſerat *domi,*
aut *perſonaliter*, vel *omnia feciſſe pro vt habuit in
mandatis, & continetur in litteris citatorijs*, nam
tunc cum Citatio ſit ordinatè commiſſa, tunc ge-
neralis relatio valet. *Bal.in l.properandum §.ſi
quidem num.12.C.de iudic.Rot.dec.1.aliàs 48.in
addit.de dolo, & contumac.in nouiſſ. Aſin.in pract.
§.9.cap.7.num.5.cum ſeqq.Scacc.de iudic.lib.2.cap.
48.num.7.* Ea ratione quia hoc caſu relatio nun-
tij ſe refert ad factum, quod cum ſit certum, &
ab eo potuerit percipi, ſequitur, quod ipſa rela-
tio dicatur certa, & non obſcura. *Scacc.ibi.&* ver.
ſi verò, & nos dicemus *infrà R.Capic.Latro dec.
161.n.17.& ſeqq.*

34 3. Caſu ſi referat citaſſe Titium, ſimpliciter,
vel etiam ſi addat; *modo, & forma mihi commiſſis,*
vel *pro vt continetur in litteris citatorijs,* tunc ra-
tione obſcuritatis, & incertitudinis non valet,
nam illa alternatiua non eſt certa, niſi per rela-
tionem ad diſpoſitionem iuris, quæ reſoluit
alternatiuam in compulatiuam ſubſidialem,
id eſt vt citetur perſonaliter ſi reperiatur,
ſin minus domi, *Abb. in cap.cauſam num.8.
de dolo, & contumac.Socc.de citat.art.17.num.21.
Tuſc.lit.C.concluſ.249.num.5.Guazin.defenſ.10.c.
2.num.19.* poſt alios *Baron.de citat. q.52.nu.20.*
quidquid dicat *Palma diuerſ.iur.gl.20.num.6.* di-
cens electionis eſſe alternatiuam non ordinis.
Niſi eſſemus in ſtatuto, vt dicemus *q.ſeq.n.62.ver.
ſi verò,* quæ iuris diſpoſitio quia præſumitur mani-
feſta iudici, ideò eius commiſſio ad eam refer-
tur. *Bar.in l.4.§.prætor ait num.17.ff.de damno in-
fect.Alex.conſ.2. num.3.lib.3. Aſin.in praxi §.9.c.
7.num.7.* ſed diſpoſitio iuris eſt certa, ergo, &
commiſſio iudicis ad eam relata. Secus eſt in re-
latione nuncij, qui cum ignoret diſpoſitionem
iuris non poſſumus dicere, quod eius relatio re-
feratur ad ea, vndè remanet incerta, & obſcura,
vt dicunt *Alex.d.conſ.2.num.3.& 4.Maranta in
ſpec.p.6.membr.1.num.127.Aſin.§.9.cap.6.num.3.*
& dicemus *infrà Scacc.d.cap.48.num.7.R.Capic.
Latr.dec.161.n.18.*

35 4. Caſu Idem dicimus, quod in ſecundo caſu
diximus, nam illud verbum *in forma* intelligitur
in forma iuris, Sed ſeruata forma iuris debet prius
facere diligentias de citando perſonaliter, vt di-
ximus *ſup.*

36 Verum quia diximus 2. caſu in limitatione
quod citatio valet, difficultas eſt quomodo præſu-
matur executa perſonaliter, an domi, nam multũ
refert, an vno vel alio modo, vt patebit infrà?
Et reſolutiuè dicimus præſumi reũ citatum domi
*Bal.in d.l.properandum, §.& ſi quidem num.13.C.
de iudic.Alex.d.conſ.2.num.7.lib.3.Addit.ad* Rot.
*d.dec.1.de dolo, & contumac.in nouiſ. Maranta d.
membr.1.num.127.Aſin.c.7. num.5.* Ea ratione
quod ſit facienda interpretatio, quæ excludat ma-
ius delictum, argumento *tex.in l.merito. ff.pro So-
cio.Scacc.d.cap.48.num.8.Beninten.dec.*Bonon.57.
*num.3.Guazin.defenſ.10. cap.3.num.13. R.Capic.
Latr.dec.161. num.20. Scialoya de foriudic.c.6.nu.*

37 35. Admittitur nuncius ad declarandam, & ſpe-
cificandam citationem generalem, ſi non fiat
adeò tarda, vt poſſit præſumi ſuſpecta, & dum-
modo alia aliqua ſimilia coniectura obliuionis,
vel doli non reſiſtat, quæ omnia arbitrio Iudicis
ſunt remittenda, vt dicit *Scacc.d.cap.48.nu.9.* ſe-
quitur *Guazin.defenſ.10.c.3.n.14.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio domi facta non inducit veram notitiam,
ſed præſumptam.*

2 *Debet fieri in ſubſidium, & num.3.4.5.6.7.8.
9.10.*

11 *Debet quis citari domi factis diligentijs, & quo-
modo fieri debent, & quomodo conſtare? & à nu.
12.ad nu.21.*

22 *Si iudex committat, vt quis citetur perſonaliter, vel
domi, an nuncius poſſit citare domi? & à nu.23.
ad num.27.*

28 *Poteſt quis citari domi non factis diligentijs in
pluribus caſibus & à nu.29.ad n.46.*

47 *Si nuncius referat citaſſe* domi, *& nõ dicat* ſolitæ
habitationis, *an valeat citatio? & à num.48.
ad nu.73.*

74 *An in cauſa graui ſufficiat citatio domi? & à n.75.
ad n.82.*

83 *Quando permittitur citatio domi, de qua domo in-*
telligitur? & à n.84. ad nu.148.
149 *Quomodo debeat figi citatio domi? & à n.150.*
ad n.167.

De Citatione facta Domi.

QVÆSTIO XII.

1 Citatio domi facta non inducit veram
notitiam, ſed præſumptam. Nam cita-
tio facta in domo vbi quis habitare
conſueuit, præſumitur ad notitiam ci-
tati peruenire, ex quo ibi moram, vel reſidentiã
facit *l.1. in princ. ff. de liber. agnoſc. Creſcent. dec.9.*
num.4. de dolo, & contumac. Peregr. Ian. inter conſil.
Farinac. conſ.85. num.50. vbi improbat opinio-
nem *Deciani in tract. crimin. lib.7. cap.47. de ſent.*
& appell. num.10. quem ſequitur *Tap. dec. S.C.16.*
num.1. & 2. Sforz. Odd. conſ.42. nu.14. Capol. conſ.
241. num.55. & ſeqq. Barz. dec.153. num.6. Scacc.
de iudic. cap.51. nu.14. Ricc. dec. Cur. Archiep.202.
num.4. p.1. Vrſ. dec.274. n.7. Gratian. diſcept.707.
nu.14. & dec.111. nu.2. Tuſc. lit. C. concluſ.249. n.
19. Giurba conſ.95. num.1. Ricc. coll.3892. Rouit.
ſuper pragm.2. de citat. num.11. poſt alios *Baron.*
de citat. q.12. num.130. Salgad. de reg. protect. p.2.
cap.8. nu.77. Ciarlin. contr.148. n.8.

2 Ideo Iuris ordo eſt, vt non fiat niſi in ſubſi-
dium, quandò perſonalis, ex qua vera notitia
inducitur, fieri poſſit. Nam in defectum veræ no-
titiæ conuenit, vt ſaltem præſumpta eliciatur, fa-
cit *tex. in l.1. in princ. ff. de liber. agnoſc.* ibi: *ipſo*
marito vel parenti in cuius poteſtate eſt, aut domum
denunciare, ſi nullus eorum copiam habeat. Domum
accipere debemus hoſpitium, ſi in ciuitate ma-
neat, quod ſi non ſit in Villa, vel municipio illic
vbi larem matrimonio collocauerunt. Idem ha-
betur *in l.4. §. prætor ait. ff. de damno infect.* ibi.
Prætor ait dum ei, qui aberit prius domum denun-
ciari iubeam. Tuſc. lit. C. concluſ.248. & 249. Vir-
gil. de legit. perſon. cap.14. num.9. Cutia ſuper rit.
Sicil. cap.1. num.25. Tepat. tit. de in ius voc. ver.
antè quam Brun. à Sole in comp. reſol. verb. *citatio.*
Gratian. cap.60. num.1. & 2. Mutadec.75. nu.17.
Ricc. coll.213. & 2104. poſt alios *Baron. decit. q.12.*
Balb. dec.60. Trentacin. var. de citat. reſ.3.

3 Stante præſumptione prædicta, non aliter ne-
ceſſe eſt, vt probetur, citationem domi factã de-
ueniſſe ad notitiam citati *gl. in l. ex conſenſu §. vl.*
in verb. *eum, qui cognouit ff. de appellat. & in l.1.*
in verb. *notitiam ff. quæ ſentent. ſine appell. reſc. ind.*
Specul. de citat. §. ſequitur num.16. Barboſ. in l.6. in
princ. C. de repud. Ricc. collect.2299. Rebuff. de citat.
art.2. gl.3. num.4. Tepat. d. tit. de in ius voc. verſ. *ci-*
tatio facta ad domum Gizzar. dec.17. num.12. Chri-
ſtin. dec.16. q.4.

Si eſt validè executa. *Barboſ. in d. l.6. nu.2. C.*
de repud.

4 Nam præſumitur quod citatio peruenerit ad
notitiam citati *gl. in l. & ſi legibus C. de Epiſcop.*
aud. Bar. in l. ſi tutor §. fin. C. de peric. tutor. & in l.
quidam §. fin. ff. de adminiſtr. tutor. poſt alios *Tap.*
dec. S.C.16. num.9. R*ipol. de citat. cap.3. num.25.*
26. Seraph. de Iur. priuil.4. à n.139. Trentacinq. ſup.

5 Benè verum ſupradicta præſumptio non eſt
iuris, & de Iure, ſed iuris tantum, & ſic admittit
probationem in contrarium. *Bar. in l. extrauag. ad*
6 *reprimendum,* in verb. *neglexerit.* Etiam per iura-
mentum partis. *Baron. q.12. nu.124.* Itaque cita-
7 tus ad domum ſi non compareat, eſt fictus con-
tumax, & poteſt appellare à die habitæ notitiæ.
Rot. dec.2. & dec.16. de dolo, & contumac. in nouiſ.
Scacc. d. cap.48. num. Gratian. dec.111. nu.2. Ricc.
8 *coll.3892.* Verum ſi in citatione erit breuis ter-
minus ad comparendum, tunc nec dicta ficta no-
titia præſumitur *Dom. de Ciriacis inter conſil. Fa-*
9 *rinac. conſ.86. num.45.* Et probato quod per ab-
ſentiam non fuerit à familiaribus, nec à vicinis
certior factus, citandus erit ex integro, reſciſ-
ſis ijs, quæ poſt citationem facta ſunt, *Parlador.*
rerum quotid. lib.2. cap. fin. q.4. §.9. à num.10. Vir-
gil. de legit. perſ. cap.14. num.12. Et licet *Decian.*
10 *tract. crim. lib.7. cap.47. de ſent. & appell. num.10.*
dicat, quod ad hoc vt quis contumax poſſit dici,
requiritur, quod Iudici conſtet reum notitiam
habuiſſe de citatione, alias nec fictè, nec verè
cenſendus eſt contumax, Tamen contrà ipſum
eſt veritas, vt videre eſt apud *Pereg. Ian. inter*
conſ. Farinac. conſ.85. num.50. ea ratione quia ſi
citatus habuerit notitiam citationis, tunc non
erit fictus, ſed verus contumax, ergo ille dici-
tur fictus qui non habuit notitiam, niſi iuris præ-
ſumptione *Baron. q.12. num.130.* poſt *mille* quos
allegat *DD.*

11 Debet quis citari ad domum in principio
cauſæ, tunc quandò facta diligentia non reperi-
tur principalis, neque procurator, qui poſſit prin-
cipaliter citari *gl. in cap. cauſam in* verb. *ad domũ*
de dolo, & contumac. & ibi *Abb. num.5. Mohed. dec.*
2. eodem tit. Seraphin. dec.1123. num.1. Guazin. de-
fenſ.10. cap.2. num.14. Pacian. de probat. cap.48. n.
24. & ſeqq. Erzen. conſ.2. num.11. Gratian. cap.489.
num.24. Baron. d. q.12. num.14. & ſeqq. Macer. lib.
1. cap.58. nu.12. Socc. de citat. art.17. num.22. &
47. vbi dicit, quod debet quærere procuratorem,
etiam quod non ſit notum adeſſe, quod durum
mihi videtur, nam id poſſet procedere ſi conſta-
ret de procuratore cum legitimo mandato, ſiue
ſpeciali ad illam cauſam, ſiue generali ad lites
Vant. hic num.94. & ſeqq. Rot. in nouiſſ. dec.31.
de proc.

12 Diligentia debet fieri in Ciuitate, & ſubur-
bijs *d. l.1. ff. de liber. agnoſc. Vant. hic num.93. &*
94. Triuiſan. dec.55. num.1. & ſeqq. lib.1. Chriſtin.
dec.70. nu.1. Scacc. de Iudic. lib.1. cap.45. num.12.
qui dicit de conſuetudine non ſeruari hanc dili-
gentiam, cum ſufficit ſi nuncius eat directo ad do-
mum citandi, & interroget familiam, an ibi re-
periatur ille talis. *Bal. in l. conſentaneum num.44.*
C. quomodo, & quand. Iud. Maranta in ſpec. p.6.
membr.1. num.126. Imo dicit ſufficere, nulla præ-
miſſa interrogatione, an citandus ſit in domo, ſed
ſufficit ſi relinquat citationem in manibus alicu-
ius ibi cõmorantis, vel eam projiciat in rimulas
hoſtij, vt dicit pariter *cap.32. num.23.* ver. *hæc*
tamen regula.

13 Quando igitur ſcitur què eſſe extrà Ciuitatem
in certo loco, ibidem citari debet perſonaliter,
& non

Digitized by Google

& non ſufficeret citatio ad domum, *Caput.dec.*
117.num.3.p.1.Sforz.Odd.conſ.72.nu.19. & ſeqq.
Barber.ſuper ſtat, Agricult. cap.24.lit.A.Imol.conſ,
105.col.1.Baron.d.q.12,n.19.& 127.
14 De hac diligentia conſtare debet,cum ſit ſol-
lemnitas extrinſeca, quæ non præſumitur *Ricc.*
coll.213.Baron.de citat.q.12, num.20, Et nuncius
debet teſtari de tali diligentia, nam in illo non
præſumitur. *Palma in diuerſ.iur,commun.gl,20.Ar-*
mon.in conſuet.Aluern.tit.1.art.3.num,7.& tit.34.
*art.24.num.2.Tuſc.lit.C.*verb.*citatio concluſ.249.*
num.7.& 8.*Virgil.de legit.perſ.cap.14. num,9.Cu-*
*mia ſuper rit.Sicil.cap.1.num,25.*Baron.*de citat.q.*
15 22.*num.25.*Nuntio teſtanti de diligentia credi-
tur. *Gratian.cap.60.num.3.Tiraq.de retr.lignag.§.*
8.gl.9.num.23.Seraphin.dec.1123.num.3.Put.dec,
182.lib.3. Vel citandum non facere copiam ſui
Barboſ.in cap.cauſam quæ ſub num.5, de dolo, &
contum.
16 Inſuper ne dum fieri debet diligentia in prin-
cipio cauſæ, ſed etiam in quouis alio actu, ad
quem ex decreto Iudicis præmittenda eſſet cita-
tio perſonalis; vtpotè ſi Iudex ad aliquem actũ
mandaret partem citari perſonaliter ſi fieri poſ-
ſet, ſin minus,ſolitæ habitationis domi,quia non
conſtito de diligentia facta de citando partem
perſonaliter, citationis executio non valet *DD.*
ſignanter *Bar.in l.4.§.prætor ait ff.de damno infect,*
Alex.conſ.201, lib.2.& conſ.2,lib.3.Veſtr.in pra-
xi lib.4.cap.3.num.9.Abb.conſ.84. vol.2. Gramat.
*conſ.2.*poſt *deciſiones.*Ideò debet referre, feciſſe
17 diligentias pro, eo notificando perſonaliter, &
non reperiſſe; alias ſententia fundata ſuper tali
citatione eſt nulla.*Guazin.defenſ.10, cap.4. nu.7.*
Scialoya de foriudic.cap.6.num.10. Baron.q.12.de
citat.Aſin.in praxi §.6.cap.1.num.4. & ſeqq. Ma-
cerat lib.1.reſol.58. num.12. vbi *num.17.* limitat
in cauſis ſummarijs, & celeritatem deſideranti-
bus poſt *Vant.hic num.93.Aſin.d.§.6.cap.2.* verſ.
*quintò Rot.*Rom.*in nouiſſ.dec.12.n.3.p.1.*
18 Etiam ſi nuncius retuliſſet citaſſe, *vt ſupra*,
quia tunc relatio non fieret ad omnia,quando di-
xiſſet citaſſe domi dimiſſa copia,nam relatio cẽ-
ſeretur facta ad id,quod expreſſum eſt,vel potius
intelligenda eſſet habita relatio ad materias cõ-
tentas in monitorio, quam ad eius executionem
Seraphin.dec.972.n.6.& 7.
19 Cum certum ſit,vt diximus,quod forma,& or-
do datus in citatione, ſi peruertatur, citationis
executio remanet nulla. *Capuc.dec.111.p.1.nu.1.*
& ſeqq. Franch.dec.658. num.6. Farinac.conſ.89.
nu.3.Scacc.cap.45.nu.1. Guazin.defenſ.10.cap.2.
20 *n.22.*Et quamuis *Bal.in l.properandum nu.13.C.*
de iudic.Vant.hic num.97. dicant contrarium ex
illa regula, quod in dubio actus præſumitur va-
lidus *l.quoties ff.de regul.iur. Guazin.defenſ.10. c.*
*4.num.9.Benint.dec.57.nu.3.*Tamen mihi ſemper
21 placuit diſtinguere. Vt ſecunda opinio proce-
dat,quando Iudex committit citationem perſo-
nalem fieri, ſi fieri poſſit, ſin minus domi, nam
tunc dicendo Nuncius, citaſſe domi modo, &
forma ſibi commiſſis, videtur feciſſe prius dili-
gentias pro reperiendo citandum, de perſona,
& quia non reperit, citaſſe domi, & idem ſi di-
xiſſet, *modo, & forma,vt ſup.R.Latr.dec.161.* Pri-
ma verò quando Iudex committit citationem
ſeruata forma iuris, ſeu ſtatutorum,nam cum Iu-
dex hoc caſu ſe referat ad ius, non poteſt dici
hoc caſu quod nuncius intelligat dicti iuris,di-
ſpoſitioné,nec cadit in ſenſum Nuncij,& ſic cita-
tio tanquam incerta, & obſcura non valet poſt
Dec.Natt.Tiraq,Rot,Bon.& Rot.Gen,tenet *Franc.*
dec.322,R.Latr,d,dec.161.Scacc.de iudic. cap.48.
Guazin.defenſ.10,c.4.
22 Aliqua Difficultas eſt,ſi Iudex commiſiſſet, vt
quis citaretur perſonaliter, vel domi, an ſuffice-
ret ſi citaret domi,tanquam alternatiua penderet
ab electione, & placito nuntij? Et videtur dicen-
23 dum ſufficere,nam hæc eſt natura alternatiuæ,vt
per adimplementum alterutrius actus dicatur
perfectus *l.vbi autem §.qui illud ff.de verb,obligat.*
Menoch.de præſumpt.lib.4.q.83,n.66.Cened.pract.
*& can.qq.ſing,29. num.1. Dyn.*in terminis *in l.1.*
§.1.ff.de liber.agnoſc. & alternatiua hoc caſu eſt
voluntatis non ordinis, & ſic ſufficit citationem
fieri domi, niſi cauſa ſit grauis *Gratian.diſcept.*
145.nu.10,Palma in diuerſ,Iuris com.gl,20,ſub n.
*6.*verſ.*ſed prima ſeruatur,*In contrarium eſt veri-
24 tas, nam vt *ſup.*diximus de citatione perſonali
per *tex.in l.ſcire oportet §.qui autem* ibi; *vel in fa-*
ciem,vel ad domum, & in l.1, in princ.ff.d, liber.
*agnoſc.*ibi;*ipſi marito,vel parenti,aut domum denũ-*
ciare ſi nullus eorum copiam habeat, dictam alter-
natiuam eſſe ordinis non electionis ad dicta per
Bar.in l.4,§.prætor ait ff.de damno infecto Scacc.de
*Iudic,lib.1.cap.45.num.2.*Et ſic dum Iudex com-
25 mittit alternatiuè perſonaliter, vel domi, illa
deberet intelligi ſecundum ordinem iuris, vt
prius perſonaliter, & perſona non reperta, do-
mi;facit *gl.in l.ſed niſi ff.de iure dotium* ibi;& *no-*
ta huiuſmodi verba intelligi ſecundum iuris effectũ.
Caſtr.& Alex.in l.1. C.de his quib. vt indign. &
poſt *Bar.*tradut *alij in d.l.4. §.Prætor ait ff.de dã-*
no infect.Vant.hic num.95, Soccin.de citat.art.17.
nu.22.in fine Tuſc.lit.C.concluſ.249.nu.5.Guazz.
defenſ.10,c.2.num.19, Pract.Papienſ.in form.reſp.
rei conu.gl.1, num.12. vbi *add.lit.L.* niſi ſimus
in terminis ſtatuti,vt dicemus *infrà num.62.*ver.
Si verò.
26 Ideo vt citatio valeat ſi eſt facta domi, eſt ne-
ceſſe,vt Nuntius dicat citaſſe domi, ex quo fa-
ctis diligentijs non reperit citandum de perſona,
nec ſufficit ſi referat citaſſe domi ſimpliciter, vel
citaſſe domi *modo,& forma ſibi commiſſis*,ratione,
qua vſi ſummus *ſup.num.21.*poſt *Franch.dec.322.*
addimus *Guazin.ad defenſ.reorum defenſ.12. c.2.*
num.20. & defenſ.10. cap.4. Reg. Latr.dec.161.d
*num.15.Scacc.lib.1.cap.48.num.11.*ver.*contrariũ.*
Scialoya de foriudic.cap.6.nu.9. vbi dicit recepta
citatione ad informandum, & ad capitula per
nuncium, prius perquirere debet reum in locis
ſolitis, & conſuetis, vt ipſum citare poſſit de
perſona, & eo non comperto, debet citare domi
ſolitæ habitationis. *Tonnut.de præuent. cap.9. nu.*
31.& ſeqq.lib.1.
27 In caſu retractus prædiorum ruſticorum ex
*conſtitut.Gregory XIII.*fuit reſolutum in Camera,
intimationem, ſeu citationem perſonalem fuiſſe
neceſſariam, niſi conſtitiſſet præſentiam haberi
non poſſe, ad dicta per *Bar.in tract.de citat.n.8.*
& in

& in l.4.§.prætor ait num.2.& ſeqq. & ibi Add.ff. de damno infect. Abb.conſ.84.nu.1.p.2. Rot. in recentiſſ.p.2.dec.273.nu.4.

28 Diximus de Iure communi ad validitatem citationis ad domum, requiri perquiſitionem in reperiendo citandum perſonaliter. Verum quia in terminis talis iuris ſunt plures caſus, in quibus nulla facta perquiſitione poteſt citari ad domum, ideò illos ponimus. Primus eſt quando prima citatio eſt facta in perſona, nam aliæ, vt diximus, poſſunt fieri in domo abſque perquiſitione, vltra citatos ſup. verſ.poteſt tamen ſunt Scacc. de iudic.lib.1.cap.45.num.4. Affl.in conſtit.citationis num.2.Sacca conſ.87.num.2.& conſ.88.nu.17. Tiraq.de retract.lignag.§.9.gl.2.num.46. Ricc.coll. 1145.vbi de citatione ad ſententiam. Farinac.q. 76.num.146.& in fragm.poſt repert.indic.verb.citation.17.Idem Ricc.in praxi excom.dec.454.nu.6. Cocc in.dec.216.nu.23. vbi dicit, quod licet regula ſit, quod citatio debeat eſſe perſonalis, fallit tamen quando quis fuit ſemel perſonaliter citatus, & poſteà vel non reperitur, vel difficulter poteſt citari, quia tunc ſufficit citatio domi, dimiſſa copia Rot.dec.79.num.24.poſt Cenc.de cenſib. Ricc.in praxi for.Eccleſ.tom.4. reſol.31. nu.3. Guazin.defenſ.10.cap.2.num.16. & 17.Baron.de citat.q.12.n.48.in fine Balb.dec.16.

29 Fallit niſi ſit citatio ad excommunicationem, & ad pœnam. Tiraquell.d.gl.2.n.2.Ricc.coll.213. Innoc.in cap.fin.de ſentent.excommun.in 6.Mobed. dec.3.de dolo, & contumac.Vel quando agitur de

30 aliquo priuando Verall.dec.114.Ricc.vbi ſup.

31 Fallit 2.in examine teſtium ad perpetuam rei memoriam, niſi periculum eſſet in mora.Bar.Dyn. & Salyc.in auth.ſi quis C. de teſtibus Bouer.ſing. 58.Tiraq.d.gl.2.

32 Fallit 3.In citatione ad ſententiam diffinitiuã contrà regulam Iuris communis Innoc.in cap.ſi aduerſarius de eo qui mitt.in poſſeſſ.Verall.dec.117. Ricc.coll.213.& 1470.vbi dicit etiam quod citatio ad ſententiam facta, ſi remanſit ricunducta per non comparitionem citantis nihil releuat.

33 Fallit 4.In citatione ad ea, quæ ſunt grauis præiudicij l.ignorare §.ſunt, & alij ff.vt lit.non conteſt.Abb.in cap.fin. de eo qui mitt.in poſſeſſ. Anchar.in clem.1.in vlt.notab.de Iudic. Verall.d.dec. 117.Sacc.conſ.88.nu.9.Tiraq.d.gl.2. num.6.Ricc. d. coll.213. Chriſtin.dec.227. Rot.in recent. dec. 172.n.4.p.2.

34 Fallit 5.quando quis eſt extrà ciuitatem in certo loco, quia tunc debet citari perſonaliter Ricc.d.coll.213. dicemus infrà dum agemus de

35 citatione per edictum. Has fallentias, vt ſint de regula, intelligas procedere, niſi facta fuerit diligens perquiſitio, vel non permiſerit citandus ſe citari, quia nos loquimur, vbi nulla fuit facta diligentia.

36 Secundus caſus, in quo poteſt fieri citatio ad domũ nulla facta perquiſitione eſt in cauſis, quæ celeritatem deſiderant l.4.§.prætor ait ff.de damno infect. vbi Bar.Sacc.d.conſ.88.Vant.hic n.93. Tiraq.vbi ſup.num.48. Topat.var.Iur.lib.1. tit.de in ius voc.verſ.citatio ad domum Pract.Pap.in forma reſp.rei conu.gl.in termino ſibi aſſignato nu.8. Maccorat.lib.1. reſol.58. num.17. Abruzz.ſuper pragm. vnic.de modo proced.ſummar.& de plano p.2. cap.2. effect.30.à n.99.Baron.de citat.q.12.n.48.

37 Tertius caſus eſt quando ſtatutum, vel conſuetudo hoc permitteret. Mobed.dec.2. de dolo, & contumac. Sacc.conſ.88. num.38. Ricc.d.collect. 213. Nam tunc nulla eſt neceſſaria præcedens perquiſitio citandi Tiraq.vbi ſup.n.56.

38 Quartus caſus eſt in Eccleſia, quando ſcil.ageretur de cauſa alicuius Eccleſię requirentis reſidentiam, & eſſet citandus Clericus illius Eccleſiæ, quia tunc ſufficeret citare ad Eccleſiam, nam ſi reſidentiam requirit Eccleſia illa, debet reſidere, & per hoc valet talis citatio.Scacc.de iudic.lib.1.c.45.nu.7.

39 Quintus caſus eſt quando tale eſſet vitium, per quod transferretur tota, vel vera poſſeſſio ex ſecundo decreto Innoc.in cap.fin. extrà de eo qui mitt.in poſſeſſ.vbi Abb.n.15.

40 Sextus caſus eſt ſi citandus reperiatur alibi ſua culpa detentus, vel carceratus Mynſing.cent.2. obſ.69.Tiraq.d.gl.2.n.38.Ricc.d.coll.213.

41 Septimus eſt ſi Citatio fuerit perſonalis facta in perſona vxoris, & in domo habitationis mariti, quia tunc tenet citatio ad domum, & in contumacia poteſt procedi contrà ipſum maritum Guid.Pap.dec.445. & conſ.121. Ricc.d.coll. 213.& dicemus q.ſeq.

42 Octaus caſus eſt in cauſa ſummaria. Bal.conſ. 118. lib.1. Sacc.d.conſ.88.num.31. Bald.Abruzz. de modo proced.ſummar.p.2.c.2. effect.30. nu.101. conferunt DD.allegati caſ.2.

43 Nonus, in omni cauſa, in qua litis conteſtatio non requiritur. Sacc.d.conſ.88.nu.33. Carpan.ſuper Stat.Mediol.c.2.num.12.

44 Decimus caſus eſt poſt litem conteſtatam. Tiraq.vbi ſup.poſt multos Gratian.diſcept.145. n.11.

45 Vndecimus quando citatus anteà, etiam ſemel, comparuit in iudicio.Tiraq.vbi ſup.n.47.Nouar.ſuper pragm.in rubr.de citat.num.62.vbi dicit, quod citatio ad ſententiam facta domi valet, ſi ſemel anteà fuiſſet perſonaliter citatus, & comparuiſſet. Pract. Pap.in forma reſp.rei conu.gl.in verb.termino ſibi aſſign. nu.8. Rota Rom.in antiq. dec.396.& in nouis dec.48.apud Put.dec.279.lib. 2.Verall.dec.117.lib.1.

46 Duodecimus caſus eſt, quando agitur de re reali, & tali realitate, quę domum illam concerneret. Caſſan ſuper conſuet. Burg.rubr.3. §.1. ver. Aulien.nu.13. de omnib. Trentac.d.reſ.3.

47 Difficultas hic eſt, ſi nuncius referat citaſſe domi, & non dicat ſolitæ habitationis, an relatio valeat? Et eſſe dixtinguendum ſecũdum aliquos, aut refert ſimpliciter ſe citaſſe domi, & tunc. Quod non valeat tenent Bar.in l.4. §.prætor ait ff. de damn.infect.Grammat.conſ.4.poſt deciſ.& conſ. ciuil.152.num.11.Alex.conſ.2.num.8. lib.3. Maranta in ſpec p.6.membr.1.num.127. Aſin.in praxi §.9.cap.7.num.3. Rebuff.ad conſtit.gall.art.2.gl.3. num.23.Farinac.in fragm. poſt repert.iudic. verb. citatio num.26. Tuſc.lit.C. concluſ.249. num.31. Cumia ſuper rit. Sicil.cap.1. num.25. Carpan.ſuper ſtatut.Mediol.c.1.num.165.Scacc.de iudic.cap.48. num.11.Caſtill.dec.121. Palma in diuerſ.iuris gl. 20.num.7.Baron.de citat.q.12.nu.6.& 82.vbi dicit nec ſufficere ſi dicat citaſſe domi habitationis.

R.San-

R.Sanfel.dec.225.num.8. Idem Farinac.q.11. nu.
*41.*verſ. *& in propoſito Scialoya de foriud. c.6.nu.*
16.D.Conſ.Roſa conſult.3. num.15. vbi rationem
ponit, quia intantum citatio facta domi valet,in
quantum dicta citatio præſumitur peruenire ad
notitiam ipſius citati , dum domeſtici eius de
illa,citandum certiorem faciunt , ſed cum quis
poſſit habere plures domos, vnam vbi habitat,
aliam vbi non habitat , ideò ſi nuncius referat
citaſſe domi , non ideò præſumitur citaſſe domi
ſolitæ habitationis , & *ibidem* dicit etiam non
valere relationem nuncij dicentis citaſſe domi,
quæ fuit Titij,cum debeat dicere *domi* ſolitę ha-
bitationis Titij, & probat etiam citationem,quę
debet fieri domi ſolitæ habitationis , non poſſe
fieri in domo diruta poſt *Bar.Bart.de Capua* , *&*
Thor.in comp.tom.1. verb *citatio ad foriudicandum.*
addimus *Tuſc.lit.C. concluſ.240. Baron.de citat.q.*
*12.num.2.Fenzon.ad ſtatut.Vrbis cap.51.nu.5.*vbi
dicit non ſufficere eſſe dominum domus, niſi etiã
ipſe eam inhabitet.
48 Sed quod valeat , & quod præſumatur pro
nuncio citaſſe domi ſolitæ habitationis tenet
Menoch.de præſumpt.lib.2.præſ.25. Cum in dubio
fieri debeat interpretatio , vt actus valeat *l.quo-*
ties ff.de reg.Iuris l. vbi ita donatur ff.de donat.
*cauſa mortis,*in terminis fundat *Reg.Sanfel.d.dec.*
225.num.10.& ſeqq. vbi dicit nulla lege caueri,
quod in relatione exprimatur clauſula illa; *ſolitæ*
habitationis,& ita refert reſolutum per M.C.V.
nam ſolum in *d.l.4. §.prætor ait* dicitur *domum in*
*qua degit,*non autem ſolitæ habitationis *ff.de*
damn.infect. Et addo ego *in prag.2. de ordine iu-*
dic. dici tantum *in domo habitationis. Thor.in*
*ſuppl.comp. deciſ.*verb.*citatio an vitietur Idem S.*
Fel.in praxi ſect.35. num.9. addit quod ſi citatus
vnam tantum habeat domum, præſumitur in illa
citatus , & incumbit onus citato probandi plu-
res habere domos poſt *Bar. Bal.& Aret.Aymon.ſu-*
per coniunct.Aluer.tit.1.art.3.num.5. *Reg.Latr.dec.*
161.num.22.
49 Mihi verò . quod valeat, verior videtur opi-
nio, rationibus pro ea allatis , nec eſt bona
ratio *D. Roſæ.* citandus poteſt habere plures do-
mos,igitur debet ſpecificari domus ſolitę habita-
tionis, nam pluralitas domorum non pręſumitur
l.omnium C.de teſtam. Vaz axiomat.Iuris lit.P.nu.
*76.*Verum ſi probaretur,citatum habuiſſe plures
domos, & fuiſſe citatum in illa non ſolitæ habi-
tationis,benè procederet opinio contraria, vt di-
cit *R.Sanfel.d.ſect.35.num.9.* Poſſet procedere
50 etiam opinio contraria, ſi iudex in commiſſione
citationis poneret clauſulam, vt citaret in domo
ſolitæ habitationis , nam relatio debet eſſe con-
formis commiſſioni *R.Sanfel.d.dec.225. num.8.*
Franch.dec.322. licet etiam hoc caſu valere ta-
lem relationem,dicat,& bene *Guazzin.defenſ.10.*
*c.2.num.7.*poſt *Scacc.de iudic.lib.1.cap.48. n.10.*
ad hoc vt actus valeat . Et licet *Baron.de citat.q.*
43. num.21. verſ.*contrarium* dicat *Guazzin.loco*
ſup.allegato firmare , & deciſum referre contra-
rium per *Rotam Rom.*& ipſum ſequi hanc opinio-
nem contrariam, tamen ſi bene legatur *Guazzin.*
*loco cit.*firmat, & deciſum refert contrarium non
in caſu noſtro , ſed in alio caſu diligentiarum
faciendarum, vt legenti patet , & ſic perperam
adhæſit opinioni contrariæ.
51 Aut refert ſe citaſſe domi , & alia feciſſe iux-
tà formam commiſſionis , & iuris , & hic ſub-
dixtingue. Vel iudex commiſit ſimpliciter, quod
citaret, quę commiſſio eſt valida , quia eſt intel-
ligenda ciuiliter,vt dicit *Bar.in d.§.prætor ait nu.*
13.& 14.Alex.conſ.2. num.3. lib.3. Afin.§.9.c.7.
52 *num.7.* Vel commiſit ordinatè,quod citaret per-
ſonaliter ſi poterat inuenire perſonam,ſin minus,
quod citaret domi . Primo caſu quando ſimpli-
citer commiſit , relatio eſt inualida duplici ex
capite; primò quia refert ſe citaſſe domi , & non
exprimit *ſolitæ habitationis* , quo caſu relatio non
ſufficit, vt diximus *ſup.* licet valida ſit ſecundum
53 noſtram opinionem,2.quia cum in commiſſione
alia iniunctio non contineatur , relatio ad illam
nulliter refertur , & minus poteſt referri ad di-
ſpoſitionem,ſeu formã iuris, quam ignorat *Alex.*
conſ.2.num.3.& 4.Maranta in ſpec.p.6.membr.1.
num.127.Afin.d.§.9.c.6.n.3. ver. *Id autem Gram-*
*mat.conſ.1,*poſt *deciſ.n.5.& 6.*
54 2.Caſu quando Iudex ordinatè commiſit , vt
prius perquireret perſonam &c. & tunc iterum
dixtinguimus: Vel iudex commiſit, vt citaret do-
mi, ſine alia expreſſione, & iſto caſu relatio non
tenet,vt diximus *ſup.* licet ſecundũ opinionẽ no-
55 ſtram ſit valida . Vel commiſit quod citaret do-
mi ſolitæ habitationis , & tunc videtur dicen-
dum , quod relatio ſit valida propter illam ge-
neralem relationem , *Afin.d.§.9.cap.7.nu.5. cum*
ſeqq. Ea ratione, quia iſto caſu relatio nuncij ſe
refert ad factum, quod cum ſit certum, & ab eo-
dem potuerit percipi , ſequitur quod ipſa rela-
tio dicitur certa , & non obſcura. *Afin.d.§.9.c.*
6.num.3. & cap.7.num.7. ibi: *At ſecus,Card.Tuſc.*
verb.*citatio concluſ.249.*
56 Verum in hoc contrarium dicunt alij,nam illa
verba : *& alia feciſſe* indicant ſeparationem à re-
latione facta in ſpecie , ita vt illa relatio gene-
ralis nullatenus reſpiciat domum, ſed ſolum per-
quiſitionem perſonæ , ſeu quid aliud ei in com-
miſſione iniunctum . Vnde relatio facta in ſpecie
remanet in ſuis puris terminis, Sed in ſuis puris
terminis non valet,vt diximus *ſup.*& additionem
non recipit à ſubſequenti generali relatione, er-
gu ſequitur quod ſit inualida , ſed nos fundaui-
mus eſſe validam talem citationem,
57 Aut refert citaſſe *domi modo, & forma ſibi com-*
miſſa non adiecta particula illa;ſolitæ habitatio-
nis , & tunc etiam ſecundum opinionem nobis
contrariam talis relatio valet *Franch.dec.322.*
& 514.num.11. Scialoya de foriudic.c.6. num.16.
in fine R.*Rouit.in prag.2.de citat.num.8.* Aut re-
58 fert ſe citaſſe domi ſolitæ habitationis, & etiam
ſubdixtinguimus. Vel loquimur de Iure commu-
ni,vel ſecundum ſtatuta, & conſuetudines . Si de
Iure communi rurſus dixtinguimus . Vel loqui-
mur de ſecundis citationibus , vel de primis . Si
de ſecundis, dicimus relationę eſſe validã, quia
perquiſitio perſonalis non eſt neceſſaria,vt dicũt
Alex.conſ.2.n.2.lib.3. Maranta in ſpec.p.6.membr.
1.num.126.in fine Vant.hic num.91. Scacc.de iu-
dic.lib.1.c.45. num.4. Etiam ſi citaretur ad ſen-
59 tentiam *Rot.dec.8.* aliàs *369.de dolo , & contu-*
mac.

Digitized by Google

mat.in antiq.& dec 1.aliàs 48. eodem tit.in nouiſ.
vbi additio.Grauat.ad Veſtr.in pract.lib.5. cap.13.
num.12.
60 Si de primis variæ ſunt DD.opiniones, Nam
Bal.in l.ſcire oportet §.multa verò in fine ff.de ex-
cuſat.tutor.Paul.de Caſtr.in l.4.§.prætor ait num.2.
ff.de damno infect. Franc.Aretin.in l.heres inſtitu-
tus verſ.ſed ad primam q.ff.de acquir.hæred.tenent
61 quod relatio valeat.Sed quod adhuc non teneat,
niſi expreſſerit etiam ſe prius diligenter perqui-
ſiuiſſe perſonam,eamque non potuiſſe inuenire,
tenent Bar.in d.§.prætor ait num.12.& 14.clarius
Roman.conſ.454.ſub n.4.dicens hanc eſſe ſollem-
nitatẽ extrinſecam,quæ non præſumitur, & hanc
opinionem tanquam veriorem, & magis com-
munem dicit Aſin.§.6. cap.6. num.3. Card.Tuſc.
lit.C.concluſ.278.Tonnut.de preuent.cap.19. num.
31.p.1.
62 Si verò loquimur ſecundum ſtatuta, & conſue-
tudines,dicimus relationem validam, quia iſta
perquiſitio perſonę omittitur, etiam in primis
citationibus. Pro vt in noſtro Regno Neapoli-
tano per prag.2.de ordin.iudic. diſpoſitum eſt, vt
citatio poſſit fieri,vel perſonaliter,vel domi,quæ
diſpoſitio eſt intelligenda, vt loquatur electiuè,
& non diſpoſitiuè, aliàs eſſet ſuperflua, cum di-
ſponeret id,quod diſpoſitum fuit à iure commu-
ni per tex.in l.1.§.1.ff.de liber.agnoſc.& diximus
nos latius ſup.Hanc opinionem in terminis dictæ
prag.2.de ordine iudic.tenet contrà Aff.in conſtit.
citationis litteræ Gram.conſ.1. num.6. poſt dec.
Recc.coll.2104.Foller.in pract.rubr.vel reos verba-
liter num.28. Petr.in tit.94.num.7. verſ.attamen.
Ideò ſi Iudex dicat citet,& referat in forma.tunc ſi
nuncius referat citaſſe domi, valida eſt citatio,
nam de forma, per d.prag. ſufficit ſi citet domi.
Benintend.dec.57.Rouit.in prag.3. num.6.de citat.
ſecus de Iure communi, vt diximus q.12. nu.35.
verſ.4.caſu. Et eſt valida etiam ſi referat citaſſe,
nec dicat domi,nec perſonaliter, ſed dicat:modo,
& forma mihi commiſſis, ex eadem ratione Petr.ad
Grammat.conſ.1. poſt dec. num.2. Vel ſi dicat ci-
taſſe domi modo, & forma vt ſup.nam etiam valet
citatio, quamuis non dicat modo, & forma mihi
commiſſa. vt deciſum refert per Collateralem
Conſilium Reg.Sanfel.in praxi ſect.35.n.9.in fine.
R.Marin.lib.1.cap.340. num.2. qui dicit num.7.
dictam pragm.non procedere,quando non vti pri-
uatus citatur,ſed quando aliam perſonam reprę-
ſentat, pro vt ſunt Procuratores ad lites, qui
non citantur domi,ſed perſonaliter ſunt citandi.
63 Niſi aliter Iudex mandet, prout in citatione
facienda ad informandum, & capitula, nam in
illa ſolet poni clauſula, perſonaliter,ſin minus do-
mi, Franch.dec.322. in princ. Nam tunc debent
pręcedere diligentiæ. Petr.d.tit.94. n.7. Scaleja
de ſeriudic.c.6.n.9.10.D.Scop.ad Grattan.dec.62.
64 Et in Vrbe Romana per ſtatuta lib.1. cap.51.
& lib.2. cap.2. Item in toto ſtatu Eccleſiaſtico
per Conſtitutiones Marchiæ lib.4. cap.10. Luc.Pæt.
in pract.capitol.lib.1.cap.8. num.9. Flamin.Cartar.
de execut.ſentent. cap.fin.num.181. loquens de
conſtitutione Marchiæ Farinac.in pract.q.18.nu.
41.Ea ratione, vt diximus,quia alternatiua ſta-
tuti, vel pragmaticæ, eſt alternatiua volun-
tatis, non ordinis, & ſufficit vnum ex duo-
bus adimpleri nulla facta diligentia, an reper-
riatur, vel non.Guazzin.defenſ.10. cap.2. num.19.
Scacc.de iudic. lib.1. cap.45. num.6. qui dicit:ità
vſu receptum eſt hic in Vrbe,etiam ſi ſimus in
primis citationibus, quia ſufficeret illam fieri
domi de directo relicta copia. Pacian.de probat.
cap.48.num.42.Tuſc.lit.C.concluſ.248.nu.6. Bar-
ber.ad ſtatut.Agricult.c.24.lit.A.Soccin.reg.14.fall.
4.Pract.Papienſ.in forma reſp.rei conu.gl.1. nu.12.
Guazzin.defenſ.10.cap.4.num.19. D.Luc.ad Gra-
tian.diſcept.145.num.11.& 12. Fenzon.in d.cap.
51.lit.B. De Iure, & conſuetudine Cathaloniæ
ſufficit primam citationẽ fieri domi ſolitæ habi-
tationis,& quod relinquatur citatio perſonæ cõ-
iunctæ rei Ferrer.3.p.obj.cap.131. Ripol.c.2.n.24.
65 Quid quid dicat Grimal.in addit.ad Pract.M.
C.V.Nuntij Tartagl.ad cap.5.verſ.conſtitutio dicẽs
hæc verba recipere interpræationem à Iure,
vt Nuntius debeat perquirere citãdum perſona-
liter, ſin minus domi Rebuff.de citat. art.2.gl.2.
num.2.Baron.de citat.q.12.nu.31.Ea ratione quia
ſtatuta inducta ad iuris communis confirmatio-
nem non debent contrarium operari, quod ope-
rarentur, niſi a iure communi interpretationem
reciperent Menoci.conſ.187. num.31. ſequitur
Scaleja de ſeriudic.c.6.num.9.in med.Baron.decit.
66 q.12.num.13. Nam reſponſio eſt clara per ea,
quæ diximus,nam tale ſtatutum neceſſario corri-
git ius cõmune in hoc, alias eſſet ſuperflua illius
diſpoſitio,Trentacinq.d.reſol.3.n.22.Scop.ſup.n.6.
67 Aut refert citaſſe domi ſolitæ habitationis,
& alia feciſſe, prout habuit in mandatis, & hoc
caſu etiam diſtinguimus. Vel Iudex commiſit
ordinatè quod citaret perſonaliter,ſi poterat per-
ſonam apprehendere,ſin minus, quod citaret do-
mi,& tunc dicimus relationẽ eſſe validam nã illa
verba: & alia feciſſe idoneè poſſunt notare per-
quiſitionem perſonæ, & ità procedunt quæ tradit
Aſin.d.cap.6.nu.3. verſ.Id autem, & cap.7. nu.7.
68 Vel commiſit ſimpliciter quod citaret,& tunc
dicimus non valere, quia non conſtat de perqui-
ſitione perſonæ, vt dicit Bar.in d.§.prætor ait nu.
12. & 14. & ità eſt intelligendus Roman.conſ.
454.latè Scacc.de iudic.lib.1.c.48.n.11.
69 In terminis ſtatuti Iubentis citari Titium per-
ſonaliter, vel domi, quam dictionem alternatiuã
diximus eſſe electionis, non ordinis, Si Nuntius
referat generaliter, feciſſe ea quæ habuit in mã-
dato,pręſumitur ad domũ citaſſe,potius quã per-
ſonaliter.Cotta in memor.verb.Citationis forma eſt.
Tepat.var.tit.de in ius voc. verſ.in ſimplici citatio-
ne.Beninten.dec.57.Rouit.ſuper pragm.2.de citat.n.
7.Gallup.in praxi S.C.p.2.c.2.n.15.
70 Si Nuntius dicat citaſſe domi, vel perſonali-
ter,vt Iudex commiſit, citatio non valet Tuſc.d.
concluſ.249.& hoc ratione incertitudinis, vt ſu-
prà diximus ex Alex.conſ.201.n.2.lib.2.
71 Cum ſit citatio domi, ipſa debet notificari vni
de domo, & nuncius in relatione debet expreſsè
referre cui de domo citationem notificauit Fol-
ler.in pract.crim. in rubr.fiat relatio nuncij num.8.
De Nigris in cap.regni incip.ſiue quis nu.19. verſ.
& debet,Danza de pugna DD.tom.3. tit. de varijs
crim.cognit.cap.4.num.23.aliàs notificatio eſt nul-
la

Digitized by Google

la *Grammat.conſ.crim.71.num.4.& conſ.ciuil.152.*
72 *nu.5.*imo debet præſtari iuramentum per illum
de domo, vt quamprimum potuerit notificabit
citationem citato, vt *in conſtit.regni incip.cita-
tionis littera,*aliàs ſi non ſit preſtitum tale iura-
mentum citatio non valet *Feller.d.rubr.fiat rela-
tio nuncij num.9. Maranta pract.memb.1. nu.124.
Grammat.conſ.71.num.5.* Quod iuramentum præ-
ſtari ad vberiorem cautelam,dicit *Affl.in d.con-
ſtit.citationis litteræ* , & ſic nunquam fuiſſe ſerua-
tum teſtantur de praxi, & teſtatur *Scialoya de
foriudic.d.cap.6.num.13.* dicit tamen *ibid.in fine*
eſſe in vſu citationem debere notificari vni de
domo inquiſiti, alias notificatio eſt nulla.
73 Si verò in domo ſolitę habitationis nullus
habitaret,an valeret citatio? dicemus *infrà.*
74 Difficultas eſt, an In cauſa graui ſufficiat ci-
tatio ad domum? reſolutiue dicimus cum *Gra-
tian.diſcept.145.num.8. verſ.Imò,* non ſufficere,
antè litis conteſtationem,idem dicit *diſcept.531.
num.76.diſcept.708.num.8. & 9. & diſc.715.nu.
15.Farinac.de teſtibus q.72.num.4. q.76.nu.152.*
diximus *ſup.ver.fallit 4. Tuſc. C.concl.249.n.21.
& 28.Carpan.ſuper ſtatut.Medeolan.cap.2.num.11.
Dec.conſ.460.num.30. Sacc.conſ.88. num.9.*Ricc.
*in praxi excommun.dec.454.num.2. & 3.Tiraquel.
de retract.lignag.gl.2.num.46.R.Marin.lib.1.reſol.
340.num.8.* Et *Gratian.d.diſcept.708.* exemplifi-
cat ad conſtituendum aliquem in mora,& in cul-
pa, ſequitur *Reg.Rouit.in prag.2. de ordine iudic.
in fine.*
75 Quę concluſio intelligitur quando malitiosè
non latitat,quia ſi facta diligenti perquiſitione
conſtet malitiosè latitare,vtique etiam in Cauſa
graui citatio ad domum valet *Tuſc.d.concluſ.
249.num.28.Abb.& Canoniſt.in cap.fin.de eo qui
mitt.in poſſeſſ.num.13.14.& 15. addit ad Matthe-
ſil.ſing.132.num.8.* penes quos habes quando di-
catur malitiosè latitare. *Farinac.d.q.76. n.154.
Ricc.vbi ſup.num.4.* vbi dicit, quod quando reus
ſe abſcondit, vel impedit quominus perſonaliter
citetur,tunc ſatis eſt,vt ad domum ipſius excom-
municandi citatio fiat, dummodo conſtet iudici
reum ſe abſcondere, vel ſaltim habeantur inditia
validè probabilia, idem firmat *Gratian.d.c.145.
num.9.cap.531.num.76.* vbi ex *Bertazol.* monet,
nuncios, quod debeant inquirere diligenter ci-
tandum antè quam relaxent citationes domi, Se
ſic præſupponit, quod ſi facta diligenti perquiſi-
tione per nuncium, citandus non reperiatur,
quod domi citari poſſit, tanto magis, quia *Ro-
man.conſ.454.num.4.* per eum allegatus ſic loqui-
tur. Ex iis *dictis diſceptationibus* inquit *Gratian.*
quod ſi per ſtatutum concedatur alternatiue,fieri
citationem perſonaliter,vel ad domum, quod li-
cet ſecundum aliquos non eſſet perquirenda
perſona, tamen in cauſa graui ſecundum aliquos
non operatur alternatiua, vt ſit omittenda prius
citatio perſonalis (intelligendo tamen vt *ſup.* ſi
latitet) ſupradicta;in *cap.145.ſub num.11.& 12.*
limitat *Gratian.* dummodo non ſimus poſt litem
conteſtatam, vel poſt quam ſemel citatus com-
paruit,vel in cauſis extraordinarijs, quæ celeri-
tatem deſiderant.*Tiraq.d.gl.2.nu.6.* vbi rectè fir-
mat, quod etiam in cauſa poteſt fieri citatio ad
domum, & teſtatur ità ſeruari in gallia, quem
intelligas facta prius diligenti perquiſitione, vt
ipſemet videtur ſentire, dum ſe remittit ad dicta
nu.7.& 44.
76 Similiter pacto adiecto in contractu, quod ci-
tatio ſit facienda eidem Titio, vel adſint verba
perſonalitatem importantia, ſicut ſunt verba *ipſi,*
& ſimilia, non poteſt fieri ad domum, vt firmat
77 *Gratian.diſcept.215.num.14.*quod intelligit *Gra-
tian.*quando dolosè non latitat nè citari poſſit,
cum dolus non debeat doloſo patrocinari *Dec.
reſp.2.num.53.Muta conſue.26.num.2.Giurba dec.
29.num.7.& dec.36.num.6. Coſta Sicul.conſil.50.
num.18.Corn.de abſolut.à iuram.p.4.r.3.n.88.*
78 In criminalibus,an poſſit ad domum citari,nõ
facta perquiſitione perſonæ? Dicimus quod licet
plures *DD.*relati per *Farinac.in praxi q.11.* di-
cant ſufficere citationem factam domi. Tamen
79 verior eſt opinio contraria, ratione magni præ-
iudicij.*Maranta in ſpec. p.6.memb.1. nu.272. Ro-
lan.conſ.47.num.18.lib.1.Eugen.conſ.2.num.1. &
ſeqq. Scacc.de iudic.cap.45. num.23.* vbi teſtatur
de communi, *aliaſque* allegat *Farinac.q.11. num.
41. Guazzin. defenſ. 10. cap.2. num.15. Rotæ
Rom.dec.123.*poſt *Tract.Cenc.de cenſib. Vbert.de
citat. cap.7. num.216.* Reg.*Capic.Latr. dec. 161.
num.10.*
80 Verum ex communi practica ſemper in cita-
tionibus præſcribitur certa forma,vt ſcil.citetur
perſonaliter, ſi de perſona apprehendi poteſt,
aliàs domi ſolitæ habitationis, & ad valuas. *Rot.*
poſt *conſil.Farinac.dec.3.p.1.* & ibi *add. Scialoya
de foriudic.cap.6.num.9.& ſeqq.Ciazz.diſcept.9.n.
242.& ſeqq. lib.2.* De *Iure* noſtri Regni Neap.
81 tam citatio in ciuilibus, quam in criminalibus
ſufficit ſi fiat domi per *prag.2. de ordin.iudic.*
82 Quando aliqua citatio facta ad domum per-
uenerit ad notitiam ipſius citati, tunc reli-
quę citationes ad domum fieri poſſunt *Ricc.in
praxi tom.1.in praxi excommun.dec.454.n.7.*
83 Quando de Iure permittitur citatio ad domũ,
intelligitur de domo, quam quis inhabitat tem-
pore citationis,& ſolitę habitationis *Corn.cõſ.52.
num.7.lib.4. Tiraq.de vtroque retract.tit.1. §.9.gl.
2.num.27. Capyc.dec.117. num.2.p.1. Gaitar.de
execut.ſentent.cap.fin. num.181. Farinac.q.11.nu.
41.in fin.* Reg.*Sanfel.in praxi ſect.32. nu.4. Car-
dinalis Tuſc. pract. concluſ. 240. lit.C. Baron.
de citat.cap.12. num.94.Scialoya de foriudic.cap.
6.num.16.*
84 Sic etiam ſi Iudex mandet quem citari *domi
ſolitæ habitationis,*intelligitur de domo ſolitæ ha-
bitationis tempore ipſius citationis, vt poſt *ſup.
citatos DD.& alios*, probat *Marcian.conſ.18.nu.
14.tom.2.Seſſ.dec.59.num.40.& ſeqq.Barboſ.in re-
miſſ.ad Ord.lib.3.tit.1.§.9. num.2.* Nam qualitas
adiecta verbo intelligitur ſecundum tempus ver-
bi *l.in delictis §.ſi extraneus ff.de nox.action. l.Ti-
tius ff.de milit.teſtam.* latè *Caſtill.contr.iur. lib.5.
cap.90.num.22.& ſeqq.Roſa conſult.3.num.14.* R.
Sanfel.in praxi ſect.32.n.4.
85 Nam ſi ſit facta citatio in domo, in qua tunc
citatus non degerat, actus indè geſtus nullus re-
maneret *gl.in l.accuſatoribus C.de accuſat.Gratian.
cap.103.num.16.Menoch.conſ.962.3.nu.59. Fen-*

gon. ad ſtatut. Vrbis cap. 51. n. 1. Roman. conſ. 454.
num. 6. & 8. Caputaq. dec. 119. num. 7. p. 3. Coccin.
dec. 74. nu. 2. Franch. dec. 514. vbi deciſum refert,
Citationem factam inquiſito ad foriudicandum
ad domum, quam olim conductam habebat cita-
tus cum familia, ſi de præſenti aliò familia eius
habitet, nullam eſſe, & comparentibus agnatis
pro eo, debere iterum citari, ſequitur *Rouit. in*
pragm. de ſentent. foriudic. num. 3. Top. in conſtit. ci-
tationis littera Thor. in C. cuſ. 1. num. 87. Petr. ad
Gram. conſ. 1. num. 4. poſt *deciſ.* Et non ſufficit quod
domus ſit habitationis citati, ſed oportet, vt ſit
ſolitæ habitationis. Et non ſufficit ſi nuncius refe-
rat citaſſe ad domum habitationis, ſed debet di-
cere *ſolitæ habitationis Turret. conſ. 44. nu. 14. lib.*
3. & conſ. 82. num. 26. lib. 2. Guazzin. defenſ. 10. c.
2. ſub num. 16. Baron. de citat. q. 12. num. 81. 82. de
qua re *infrà* verſ. *difficultas eſt.*
86 Eſt benè verum, quod ſi citatus in domo, in
qua non habitat, poſteà compareat, cenſetur il-
lam domum approbare pro domicilio. *Rot. dec.*
11. de dolo, & contum. in non. Rum. conſ. 61. n. 33.
lib. 5. Coccin. dec. 256. num. 26. Frezen. ad ſtatut.
87 *Vrbis cap. 51. n. 12.* & convalidatur citatio, &
iudicium *Petr. ad Capic. dec. 82. a nu. 1. ad Gram.*
conſ. 1. num. 12. poſt *deciſ. Franch. dec. 514. num. 9.*
Vin. dec. 274. num. 16. Gabriel. de cit. 1. concluſ. 3. n.
7. Pegas q. 2. n. 44. & ſeqq.
88 Concluſio *ſup.* poſita *nu. 83.* ver. *quando de Iu-*
re, procedit etiam in ſtatutis diſponentibus de
citatione ad domum *Farinac. q. 31. num. 41.* poſt
alios *Baron. de citat. q. 12. n. 79.*
89 Facta in hoſpitio contrà illum, qui habet de-
terminatam habitationem, non valet, quia non
dicitur facta ad domum ſolitæ habitationis. *Bar.*
in l. 1. §. habitare ff. de his qui deiec. vel effud. Alex.
in l. 4. §. prætor ait num. 4. in princ. ff. de damno in-
fect. Cavenſ. ſuper pragm. 2. num. 5. de ordine iudic.
loquens etiam ad explicationem *noſtræ pragm. 2.*
de ordine iudic. l. 1. ff. de ulrat. Cuſ. ſab. dec. 71. n. 20.
Ricc. coll. 3892. Carpan. cap. 1. nu. 152. Intrigl. ſing.
51. lib. 1. Baron. de citat. q. 12. num. 115. Si verò nõ
90 habeat aliquam propriam habitationem, tunc
in hoſpicio citari poteſt. *Carpan. d. cap. 1. num. 32.*
Barboſa in l. 2. C. vbi de crim. agi oport. num. 6. Macer.
rat. var. lib. 1. cap. 13. num. 8. & ſeqq. Guazin. defenſ.
10. cap. 2. num. 16. Baron. de citat. q. 12. n. 117. Item
in domo conductitia *Tiraq. de retract. lign. §. 9. gl.*
2. num. 33. Baron. de citat. d. q. 12. nu. 78. 83. Et in
91 eodem poteſt citari quando quis decreuit in
hoſpitio diutius habitare. *Carpan. vbi ſup. Tiraq.*
de retract. lignag. §. 9. gl. 2. n. 32.
92 Maxime quando ibi diutius habitare, ſeu cõ-
morari non erat ſolitus. *Sfirz. Cad. conſ. 72. nu.*
12. & ſeqq. qui dicit non ſufficere citationem fa-
ctam ad ſtationem, domum, hoſpitium, vel came-
ram locandam, vbi quis per breue tempus com-
moratur, vel in illo loco pro aliquo tempore ra-
tione alicuius officij, vel mercaturę commoraretur,
& *ſub num. 16. & 17.* poſt alios, quos allegat,
niſi officium eſſet perpetuum, vel ad vitam. *Caſtill.*
dec. 15. num. 14. Guazin. defenſ. 10. c. 2. num. 16. Ba-
93 *ron. q. 12. num. 116.* Nec ad tugurium, vel Capan-
nam. *Bal. in l. 3. col. vl. C. quemod. & quand. Iud.*
Alex. in d. l. 4. §. prætor col. 2. ff. de damno infect. nec
ad domum, in quam eſt immiſſus ex primo de-
creto; quia ille, qui in dicto loco moratur non
habitat, niſi vt tędio affectus debitor ſoluat. *Gra-*
tian. diſcept. 258. num. 13. Niſi tugurium, vel ca-
pannam habeat citandus pro habitatione ſua, &
totius familię. *Intrigl. ſing. 61. nu. 7.*
94 Neque valet citatio facta in fundaco, ſeu
Apoteca quando habet certum domicilium *Alex.*
d. §. prætor ait num. 4. Caſtill. d. dec. 15. num. 15. R.
Sanfel. d. ſect. 32. num. 4. Gratian. diſcept. 697. n. 25.
Cavenſ. ſuper d. pragm. 2. de ordine iudic. num. 6. vbi
loquitur etiam ad explicationem *noſtræ prag. 2.*
de ordine iudic. Carpan. ad ſtat. mediol. c. 1. nu. 151.
Borrell. tit. 44. num. 23. Farinac. in fragm. verb. *cita-*
tio num. 17. Mut. conſ. 1. num. 66. Ricc. coll. 2104. &
2299. Barbos. ſuper ſtat. Agricult. c. 14. lit. A. Add. ad
Beſtaz. conſ. 159. lit. A. poſt alios *Baron. de citat. q.*
12. num. 89. Frezen. ad ſtatut. Vrbis cap. 51. nu. 9.
95 Niſi fundacus, ſeu Apoteca ſit iuncta cum do-
mo habitationis, ità vt per apotecam accedatur
ad domum *Bar. & Alex. in l. 4. §. prætor ait ff. de*
damn. infect. Reluſ. de citat. num. 18. Socc. art. 17. n.
35. Carpan. vbi ſup. Scop. ad Grat. dec. 62. n. 14.
96 Et quando fit in apoteca ſeparata à domo ha-
bitationis, non debet fieri in valuis apotecę, ſed
in manibus alicuius ex familia exiſtentis in
apoteca. *Gratian. cap. 541. num. 25.* ea ratione,
quia in domo ſolitæ habitationis per affixionem
in valuis, facilis eſt notitia citati, quod non eſt
in apoteca prædicta.
97 Sed an poſſit quis validè citari in domicilio
originis, ſi citatus aliud habeat ratione officij? Et
poſſe, eſt concluſio, quam comprobat *Borr. q. 11.*
num. 1. p. 1. quem citat, & ſequitur *Tepat. tit. de*
in ius voc. verſ. *citatio facta ad domicilium originis*
Vbert. de citat. tem. 1. c. 7. num. 255. Sed quod non
98 poſſit, verior eſt concluſio, nam reus eſt citandus
domi, in qua habitat tempore citationis, & non
domi ſolitæ habitationis, quam anteà tenebat, vt
ſup. diximus, & dicunt. *Plot. conſ. 60. num. 1. Clar. q.*
31. verſ. *intelligo de domo Guazin. defenſ. 10. cap. 2.*
num. 21. Luc. ad Franch. 322. in fine, & in termi-
nis dicit *Engen. conſ. 2. num. 9.* qui dicit citatio-
nem factam in domo originis non valere, ſi citan-
dus contraxerit habitationem in alio loco, ſe-
quitur *Guazin. defenſ. 10. cap. 2. num. 16.* ſufficeret
99 tamen quem citari domi ſolitæ habitationis, li-
cet ſit certum ipſum eſſe in carceribus, vt fundat
Anna ſing. 68. poſt *gl. in l. 3. C. ex quib. cauſ. maior.*
Bal. in cap. dilectis num. 3. de appellat. & *Fab. de*
Anna ibi *addens* dicit eſſe videndum *Tiraq. in*
tract. de retract. lignag. §. 9. gl. 2. num. 38. vbi in
princ. fundat hanc opinionem, poſtea citat DD.
aſſerentes. quomodo debeat citari carceratus.
100 Creditur Nuncio teſtanti, domum, ad quam
fuit facta citatio, eſſe citari ſolitam habitatio-
nem ità poſt *Abb. Dec. Iaſ.* & alios firmat *Carpan. ad*
ſtatut. Mediol. cap. 1. num. 156. ſequitur *Baron. de*
citat. q. 12. n. 88.
101 Dum *ſup.* meminimus domus ſolitæ habitatio-
nis, libet explicare quæ nam illa ſit, ad explica-
tionem faciunt aliqua iura. Primum *in l. 1. §. ha-*
bitare ff. de his qui deiect. vel effuder. ibi: *habitare*
autem dicimus vel in ſuo, vel in conducto, vel gra-
tuito, hoſpes planè non tenebitur, quia ibi non habi-
tat

tat, ſed tantiſper hoſpitatur, tantum autem intereſt inter habitatorem, & hoſpitem, quantum intereſt inter domicilium habentem, & peregrinantem. 2. in l.lex cornelia *ff.de iniur.* ibi: *Domum accipere debemus non proprietatem domus, ſed domicilium, quare ſiuè in propria domo quis habitauerit, ſiuè in conducta, vel gratis ſiue hoſpitio receptus, hac lex locum habebit,* & ibi *gl.* in verb.*hoſpitio* explicat *non tamen ad momentum, vt Viator,* & hoc aperte dicit *tex.in* §.*ſeq.* ibi: *cęterum ad hoc pertinebit, qui inhabitant non momenti cauſa.* 3.*gloſſam in l.& habet in* verb.*non intelliguntur ff.de procur.*ibi:*vel ſi dicas hoſpites, qui ad hoſpitium recipiuntur per Cauponem, vel ſtabularium, qui nihil pro domo dant, ſed pro comeſtibilibus, & quandoque pro lecto, tunc magis dicitur detineri in domo, quam ipſe domum teneat, vel pro conducto, vel precario.*

102 Quibus poſitis, domum ſolitæ habitationis dicimus eſſe illam domum, vbi quis cum familia habitat, vel ſi ſit ſolus ſolet ibi habitare non tanquam peregrinus, nec ad momentum, & ſiue domus ſit propria, ſiuè conducta, ſiuè gratuito, vel precario ſit conceſſa, & ſiuè domus ſit in Ciuitate, ſiuè in Villa, vt dicit *d.l.ex Cornelia ff.de iniur.* ibi:*quid ſi quis in Villa habitet, vel in hortis? idem erit probandum,*& *gl.*ibi ſupplet, in Villa, in qua domus erat, & in quam dominus ſe recipiebat quandoque *Borrell.in ſumma dec.tit.44.n.24. Barboſ.in clem.cauſam num.8.de elect.Socc.de citat. art.27.num.36.Carpan.ſuper ſtatut.mediol.c.1. à n. 144.Baron.de citat.q.12. num.83.* Et ſi dominus

103 iret ad Villam, deberet citari in domo, quam apertam habet in Ciuitate, ſecus ſi clauſam reliquiſſet, vt ſi tempore æſtiuo cum familia ſe contuliſſet ad Villam, nam tunc domus Villæ eſt domus habitationis tempore ſcil.æſtiuo, & domus Ciuitatis tempore hyemali. *Corn.conſ.57. col.4.lit.H.vol.3.& conſ.52.col.vl.vol.4.* Socc.*de citat.art.4.Rebuff.de citat.art.2.gl.3. n.24.*

Differentia inter domicilium, & habitationē, eſt, quia domicilium habet is, qui in aliquo loco animo permanendi cum ſuis fortunis conſiſtit *l. ciuis C.dè incol. lib.*10. Habitationem verò quis

104 habere poteſt, etiam ſine animo permanendi, dummodo non habitet tanquam hoſpes *d.l.1.§. habitare ff.de his qui deiec.vel effud.*vbi *Alberic.n. 10.Feder.de Senis conſ.254. num.6. Bar.in l.4.§. Prætor ait num.24.ff.de damno infect.Felin.in cap. quoniam num.2. de offic.ordin. Rebuff.in repet.cap. extirpandæ §.qui verò n.134. & 135.de præb.Menoch.de præſumpt.lib.6.præſ.42. num.2. Carauit.ad rit.301. ex num.30. Carlenal.de iudic.lib.1. tit.1. diſp.2.num.12.Scialoya de foro compet.cap.2. n.30. & ſeqq.*diximus *in obſ.ad conſ.48.lib.2.R.Rouit.*

105 Et dum dicitur quod quis poteſt citari in loco domicilij, intelligitur de domicilio ratione habitationis, non rei, vel originis, quia ſi ibi non habitaret non poſſet citari *gl.*ſingularis *in cap. ſtatutum §.cum verò in* verb.*vnam dietam de reſcript.in 6.Felin.in cap.1.col.fin.de ſponſal.& cap. nuper col.3.de ſentent.excommun. Rebuff.de citat. art.2.gl.3.n.5.*

106 Sed ſi quis nuper habitauit in aliqua domo, deindè tempore citationis neſcitur vbi habitat, tunc poteſt citari validè in loco vltimæ habitationis, licèt re vera tunc ibi non habitaret, poſt quam neſcitur de eo tempore citationis quò ſe tranſtulerit *Imol.in clem.cauſam de elect. num.6. Ant.Auguſt.in epit.de dolo, & contumac.* Rot.Rom. apud *Garz.de benefic. 6.p. cap.2. num.216. antè fin.fol.567.col.2.* Vel ſi traſtulerit ſe, & ſuam fa-

107 miliam in aliquam Ciuitatem, vbi citatio fieri non poteſt, puta ſi ſe tranſtulerit in Ciuitatem Beneuenti, & delictum ſit commiſſum hic in Ciuitate Neapolis, nam poteſt citari in domo, in qua conſueuit habitare Neapoli. *Andr.in d. conſtit.citationis litteræ, ver.ſed ſi non reliquit.* Vel per edictum, vt deciſum refert *Franchis dec.516. in fine.*

108 Sic etiam ſi quis tenetur morari in aliquo loco, ibidē citari debet, quia pręſumitur, quod illi de domo nuncient citato *Bal.in l.meminerit nu.1.*

109 *C.unde vi,* & quod ità citatio perueniat ad notitiam eorum, quorum intereſt iuxtà *clem.vnic. ver.ſi verò dicti de foro compet.*Et ſi aliqualis fami-

110 lia alicuius in aliqua domo habitet, licet principalis alibi maneat, nihilominus dicitur ibi ſuā habitationem habere *Carpan.de ſtat.mediol.cap.1. num.147.Gratian.diſcept,697.n.25.* dicens, poſſe citari in domo vbi habet vxorem, & filios, licet ibi tunc non habitet.

111 Hac ratione ſtante ſufficit citare maritum in domo, in qua vxor habitat, quia maritus præſumitur habitare cum ſua vxore *cap.1.qui matr.accuſ.poſſ.Alciat.de præſumpt.reg.1. præſumpt.35. Rebuff.de citat.art.2.gl.3.num.7.& 8.l.1. §.domum ff.de libr.agnoſc.* facit *tex.in l.2. C.vbi ſenat. vel Clariſſ.& in l.1.§.fin.ff.ad Syllan.*latè ad comprobationem *Ann.Robert.rerum iudic.lib.4.cap.1.*poſt alios *Myſing.obſ.cent.3.obſ.37. num.7. Tiraq.de retract.conſang.§.9. gl.1. num.7. Menoch.de præſ. lib.2.præſ.27.num.1. Carpan.ad ſtatut. mediol.cap. 1.à num.144. Palma in diuerſ.iur. gl.20. num.10. Gratian.cap.967.num.25. Fenzon.ad ſtatut. Vrbis*

112 *cap.51. nu.7.* Etiam ſi maritus alibì habitet, dummodo cum ea coeat *Carpan.ibidem,* Niſi

113 vxor reperiatur non in domo ſolitæ habitationis mariti. *Gratian.c.541.ſub n.18.*

114 Verſa vice vxor etiam in domo viri citari debet, quia ibi eſt ſuum domicilium *Bal.in l.ab ea C.quomodo, & quand.Iud.num.14. Accurſ.in l.aut qui §.ſi det ſeruus ff.quod vi aut clam. Mele ad Gizzarell.dec.17.nu.23.Rebuff.vbi ſup.Rouit.ſuper pragm.2.de citat.nu.10.& 11. Barboſ.in clem.cauſam nu.3. de elect. Ped.ſuper rit. cap.96. Maſtrill.dec. 131.à num.4. Tap.dec.S.C.16. num.1. & 2.Ricc.*

115 *collect.214.* Nam puella ducta ad domum viri domicilium mutat. *l.quedam puella,*& ibi *gl.* in verb.*perueniat ff.de iuriſd.omnium iudic.*& proce-

116 dit etiam ſi vxor alibi habitet *Alba conſ.255.*

117 *lib.2.* Quæ concluſio procedit etiam ſi maritus ſit vagabundus, nam etiam in domo vxoris poteſt citari. *Innoc.in cap.vl.de eo, qui mitt.in poſſeſſ.*

118 Et etiam ſi ipſa vxor faciat citare maritum ipſum *Innoc.ibidem Tiraq.vbi ſup. & Menoch.ibi-*

119 *dem.* Quod procedit etiam attenta diſpoſitione noſtræ *conſtitut. Neap.*incip.*Citationis litteræ,* qua attenta vir poteſt citari in eius domo vbi vxor habitat. Vt habetur in verbis.*d.cōſtit.* ibi:*ſufficere volumus, quod denunciatio domi fiat, in qua vxor*

*eius, vel filij, vel alia ſpecialis familia commore-
tur. D. Scoppa ad Gratian. dec. 62. n. 15.*
120 Quæ concluſio limitatur ſi vxor odio habet
maritum ipſum, nam ideo *DD. ſup. relati* dicunt,
citationem viri factam in domo vxoris, valere,
quia ob mutuum amorem præſumitur illum cer-
tiorem facere de citatione prædicta, nec ſe fun-
dant in ſimplici matrimonio, vt conſiderat Iuriſ-
conſultus *in l. cum hic Status 33. §. ſi mulier ff. de
donat. inter virum, & vxor.* ibi: *non n. coitus matri-
monium facit, ſed maritalis affectio.* Et ſic vbi con-
iectura eſt aliqua ceſſare inter eos côiugalē affe-
ctionem, vndè præſumendum ſit, quod vnus alteri
citationem non denunciabit, æquum eſt non offi-
cere marito illam citationem, ceſſante legis ra-
121 tione. Nec eſt nouum reperiri caſus, in quibus
eſſet omninò inter coniuges coniugalis affectio
vt nos quotidiè experimur; & dicit *tex. in l. cum
hic ſtatus §. ſi diuortium* ibi: *plerique enim cum bona
gratia diſcedunt, plerique cum ira animi ſui, & of-
fenſa ff. de donat. inter virum Tiraquell. ad ll. con-
nubial. l. 8. gl. 1. p. 8. n. 18. & ſeqq.*
122 Et eſt magni præiudicij, præſertim vbi de
crimine agitur, citationem notificare ei, qui ve-
roſimiliter non denunciat ad inconueniens ſal-
uandum *Iacob. de Aretio* tenet non ſufficere cita-
tionem factam vxori, eum refert *Guid. Pap. dec.
445. nu. 1. Tiraquell. de retract. conſang. §. 9. gl. 1. &
2. Myſing. cent. 3. obſ. 37. n. 1.*
123 Proinde *Boer. in Conſuet. Bituring. tit. de iuriſd.
§. 19. Alciat. in l. abeſſe de verb. ſignific. Imbert. fo-
renſ. lib. 1. cap. 5. Guid. Pap. conſ. 121.* tunc valere
dicunt citationem factam vxori aduerſus mari-
tum, vt exindè poſſit contrà eum tanquam contrà
contumacem procedi, ſi tria præcisè concurrant.
Primum vt fiat in domo vxoris vbi vir habitat,
& illi relinquatur citationis copia, ſeu alijs do-
meſticis, quod cautum eſt in noſtra *conſtit. Cita-
tionis litteræ.* 2. ſi non agatur de graui præiudicio,
quod in noſtro Regno non eſt admittendum
propter expreſſum tenorem dictæ *Conſtitutionis.* in
contrarium. 3. Si veroſimile ſit citationem ad
aures mariti per vxorem deferri, pro vt tenet
etiam qui eos refert *Adattionator Matthæus ad
dictam deciſ. 445. Guid. Pap. Scopp. ſup.*
124 Ex quibus in M.C.V. delegata in iudicio nul-
litatum propoſitarum per Inquiſitum aduerſus
ſententiam foriudicationis contrà ipſum latam
pro homicidio proditoriè commiſſo in perſonā
eius ſoceri, cenſuit anno *1633.* nullam rationem
habendam de citationibus intimatis vxori dicti
Inquiſiti, nam ſupponebatur, homicidium ab eo
patratum fuiſſe, quia ſocer traduxerat filiam
ſuam vxorem à domo viri ad ſuam, propter ni-
miam ipſius viri ſæuitiam, & ſic ſeorſum à viro
habitabat, vnde odio ſpeciali coniuges ſeſe pro-
ſequebantur, Vt refert *D. Præſ. Merlin. lib. 1. contr.
c. 41. Scialoya de foriudic. cap. 6. n. 14. Ricc. collect.
3892. ver. tamen eſt aduertendū.* Eadē ratione ſi ci-
125 tatio ſit notificata alicui de domo, qui ſit infans
pupillus, vel furioſus, vel alteri, qui nō poſſit da-
re notitiam inquiſito de tali citatione, citatio eſ-
ſet nulla, vt bene diſcurrit *Scialoya de foriudic. c.
6. n. 14. in fine.*
126 Si quis haberet plures domos ad habitandum
difficultas eſt in qua debeat citari. Dicimus
quod ſi quis habet plures domos ſimpliciter pro
habitatione, tunc debet citari in ea domo, in
qua plus habitat. *Barber. in ſtatut. Agricult. cap. 24.
lit. A. Gratian. cap. 697. num. 27. R. Sanfel. in prax.
ſect. 32. num. 8. Carpan. ad ſtatut. mediol. c. 1. n. 156.
& cap. 2. num. 21. Barboſ. in cap. omnes num. 4. de
maior. & obed. Socc. de citat. art. 17. num. 36. Palma
in diuerſ. iur. gl. 20. num. 8. & R. Rouit. in pragm. 2.
de citat. nu. 20. in fin. Cald. Pereira de renouat. emph.
q. 6. n. 11.* cum quis dicatur habitare vbi pro ma-
iori parte anni habitat *Afflict. dec. 384. nu. 11. Bar-
boſ. in clem. cauſam num. 9. de elect.* quid quid dicat
Gratian diſcept. 697. num. 26. Vt habitans duas
diuerſas domos diuerſis temporibus, poſſit in
vtraque citari, etiam in ea, in qua non frequen-
tius habitat, poſt *Bal. & Suar.* nam prima opinio
eſt verior, & ſecurior. *Fenzon. ad ſtatut. Vrbis c.
51. n. 8. Ripol. c. 3. n. 245.*
127 Vel in domo vbi degit tempore citationis.
*Palm. & Barber. locis citatis Gratian. cap. 541. num.
23. Rebuff. gl. 3. de citat. num. 22. tom. 3. Carpan. vbi
ſup. Abb. in cap. cap. cauſam num. 13. de dolo, & con-*
128 *tumac.* Si verò æqualiter habitet in eis, debet
citari, vel in qua habitat de præſenti, vel ad
vtramque *Socc. d. art. 17. num. 37. in fin.* vbi dicit,
tutius eſſe quod fiat in vtraq; domo *Cald. de Iu-
re emphyt. lib. 1. q. 6. num. 11. & ſeqq.* Sic etiam eſt
129 ſeruandum quando neſcitur, in qua tunc habi-
tat, nec in qua ſolet ſæpè ſæpius habitare *Card. in
clem. cauſam §. 1. q. 4. de elect.* licet non deſint, qui
130 dicant ſufficere ſi citetur ad alterutram earum
Carpan. ad ſtat. Mediol. c. 2. nu. 21. Gratian. c. 484.
131 *num. 18. in fine.* In hoc caſu Nuncius debet re-
ferre ſe citaſſe in domo propriæ habitationis, in
qua degit, nec ſufficeret ſi diceret ſe citaſſe domi,
quia non intelligeretur de qua domo, & relatio
eſſet incerta, & poſſet eſſe citatio facta vbi non
degit, & non valeret. *Rebuff. de citat. nu. 22. gl. 3.*
132 *num. 3.* Et *Rebuff. vbi ſup. nu. 24.* aduertit, quod
nec valeret relatio ſi diceret ſe citaſſe in domo
ſolitæ habitationis, quia forte erat ſolita in
hyeme, non in æſtate, quo tempore citauit, vel
fortè tempore citationis ibi non degebat. Sed
quando in eis æqualiter habitat, ſufficit referre
citaſſe ad domum propriæ habitationis, licet non
expreſſerit de qua domo, cum ad quamcumque
domum ſit ius citandi in caſu ſupradicto *Socc. de
d. art. 17. n. 37.*
133 Si Clericus habeat duas domos, vnam ad locū
beneficij, vt puta in certa Eccleſia, & aliam vbi
degit, debet citari ad domum vbi degit, non ad
locum beneficij. *Spec. in tit. de accuſat. lib. 3. §. 2.
nu. 139. Palma in diuerſ. iur. gl. 20. nu. 14.* At ſi do-
134 mus ſit in confinio duarum Parochiarum, vel
citandus habeat duas domos in diuerſis Paro-
chijs, vel vna ſit domus habens duas partes, tunc
eſt in electione citare facientis, vel Nuntij vbi
voluerit eum citare; niſi in vltimo caſu vna por-
ta ſit frequentior altera, quia tunc dominus Pa-
rochianus frequentioris portæ citandus eſt. *Car-
pan. ad ſtatut. Mediol. c. 2. n. 28.*
135 Si verò in domo ſolitæ habitationis nullus
habitet, cum citatio ibi facta non poſſit perueni-
re ad notitiam citati, crederem non poſſe ibi
fie-

fieri, nam intantùm valet hæc citatio, in quantum ex tali citatione præſumitur habita ſcientia à citato, ſed in caſu propoſito non poteſt haberi talis ſcientia, ergo &c. *Parlador.rer.quotid. lib.2. cap.ſinguł.4.§.9.à nu.10. Virgil.de legit.perſon.cap.14.num.12.* & pro nullitate talis citationis tenet *ex Imola conſ.105.col.p.Verall.dec.117. nu.3.lib.3.Barber.ſuper ſtatut.Agricult.c.24. lit.A.* ſequitur *Baron.de citat.q.12.n.127.*

136 Scio diſputari, an hæc procedant de Iure noſtri regni, per *conſtitut.incip.citationis litteras.Intrigl.conſ.22.n.48.49.* dicit ſimpliciter poſſe fieri citationem in tali domo poſt *Aff.& alios*, dummodo nuncius referat citaſſe in domo eius ſolitæ habitationis, vel in qua habitare conſueuit, ſequitur *Carpan.ad ſtatut. Mediol.cap.1. num.155. Aff.in d.conſtit.not.3.* dicit valere citationem factam in tali domo, cum requiſitis *dictæ conſtitut.* quæ ſunt, vt citatio in limine domus affigatur ſub teſtimonio duorum, vel trium, & legatur, & publicetur coram teſtibus, & elapſo termino triginta, vel ſexaginta dierum, & deinde reputetur contumax, ſequitur *Aſflictum Foller.in pract.crim.in. rubr. vel eos verbaliter citari n.29.*

137 Sed Pace omnium, eorum opinio mihi non placet, quia dicta *conſtitutio* hunc caſum non poſuit & ſic ille remanſit in diſpoſitione Iuris communis *l.ſi verò §.de viro ff.ſolut.matr. l.commodiſſimè ff.de liber.& poſth.Van.axiomat.Iuris lit.C. nu.14.* Tres caſus tantum poſuit, vnum quando citandus eſt præſens, vt debeat citari perſonaliter. 2.quãdo neſcitur vbi eſt, vel latitat, nè citetur, tunc citandus eſt domi vbi habitat vxor, vel filij, vel alia ſpecialis familia. 3.quando domus non aperitur citare volenti, & in hoc caſu dicit debere fieri affixionem per *Aff.* poſitam. Hic tertius caſus propoſitus per *conſtit.* non eſt caſus noſter propoſitus, nam ibi *conſtitutio* ſupponit domum non aperiri malitiosè per habitatores domus, & ſic ſupponit eſſe familiam citandi in dicta domo, quæ non aperit domum illam, vt recipiat citationem, ſed in caſu noſtro ſupponimus domum vacuam, igitur non bene applicantur termini *conſtitutionis* ad caſum propoſitum de Iure regni, ſed eſt decidendus per ius commune, vt *ſup.*diximus *Baron.de citat.q.12.n.105.*

138 Vt ad rem reuertamur, quando citandus eſt Canonicus, ſi eius perſona non poſſit reperiri, eſt citandus in domo ſolitæ habitationis, cum dimiſſione copiæ, & etiam ad valuas Eccleſiæ Cathedralis iuxtà *clem.cauſam de elect.Rot.diuerſ.dec. 897.nu.1.p.4.* Ricc.*collect.3892.*

139 Si citandus eſt clericus, & non reperitur, nec habet domum particularem, tunc ſi obtinet Eccleſiam requirentem reſidentiam, in ea debet citari, quia ibi rector tenetur reſidere. *Creſcent.dec. 9.num.5.de dolo, & contumac. Vant.hic nu.118. Rebuff.tit.de citat.art.1.gl.2.num.8. Barboſ.in c.ex tua n.2.de cleric.non reſid.Anna ſing.153. circa med.Prat.ad Muſcatell.p.2.gl.intimato ad n.28.*

140 Imò quod etiam non facta diligentia de reperiendo perſonam, ſufficiat citatio contrà Rectorem ad Eccleſiam reſidentię *Papar.in addit.ad dec.22.de reſcript.in nou.Capyc.dec.117. n.2.p.1.* dictum fuit in vna Tuden.beneſic. impreſſa per *Gonz.de beneſic.6.p.cap.8.nu.216. Rot.diuerſ.dec. 19.lib.1.p.3.Vant.hic n.120. Scacc.de iudic.lib.1. c.45.n.7.*diximus *ſup.*

141 Sed ſi citandus ſit deuius, qui nec domum particularem habeat, nec Eccleſiã reſidentiæ, citandus erit in Eccleſia Cathedrali illius loci *Menoch.conſ.100.num.100. Guazin.defenſ.10.c.2. num.31. Coſta de remed.ſubſid.remed.13.num.45. Ricc.collect.288.2106. 2290. Tuſc.lit.C. concluſ. 256.num.13.Farinac.q.11. nu.48. Idem Ricc.de 99.Baron.de citat.q.8. nu.11.ſeqq. Gaill.lib.1.obſ. 57.Verall.dec.117.*

142 Et ſi lis ſit de aliquo ſimplici beneficio, etiam in illo loco citari debebit, facta tamen prius diligentia de reperiendo perſonam in loco domicilij, vbi vltimo inhabitare conſueuerat, iuxtà *clem.cauſam de elect. Rot.in nou.dec.10. de appell. Vant.hic n.119.& 120.* licet regulariter in do-

143 mo beneficij litigioſi non poſſit fieri citatio, cum ibi reſidere non teneatur, cum non ſit pacificus poſſeſſor. *Rebuff.art.2.de citat. nu.8. Borrell. in ſumma deciſ.tit.44.n.541.*

144 Eſt tamen hic aduertendum, quod ſi notarius in decreto citationis contrà Rectorem omiſit ponere, quod ea fieret in Parochiali, & ſcripſit ſolum quod ſi non poſſet fieri in perſonam, fieret ad domum habitationis, non addito in Parochiali, citatio valeret ad domum, quia de Iure communi citatio valet ad domum, etiam contrà Clericum, quando cauſa non eſt beneficialis, ſed prophana. Nam *clem.cauſam.de elect.* procedit in beneficialibus, ità cenſuit Rot.apud *Achill.dec. 17.de dolo,& contumac. Put.dec.355.per tot.lib.3.*

145 Pariter aduertendum eſt, quod ſi citatio decreta fuit in Parochiali, ſuper qua litigabatur, & in Parochiali viciniori, ſi loco Parochialis viciniоnis eſſet executa in Cathredali, valeret tanquam pinguius impleta, quatenus ſcil.in Parochiali Eccleſia ſe intruſiſſet is, qui citandus erat, nam aliàs non poſſet præſumi deueniſſe citationem ad notitiam citati, ſi in illa Parochiali non conſueuiſſet habitare *Achill.dec.19. de dolo, & contumac.*

146 Scholaris poteſt citari in domo, in qua habitat in loco ſtudij, licet ibi domicilium non habeat. *Soccin.de citat.art.17.n.36.*

147 Feudatarius in loco feudi, vt diximus *q.2.nu.* vl.addimus *Scialoya de foriudicat.c.6.n.17.Arreſt. 640.inter collect.per* R. *Donat.Anton.de Marinis* Cum baro ibi dicatur habere domicilium *Anna ſing.153.Idem Scial.de foro compet.cap.36.nu.32. Reg.Tap.dec.Senat.Ital.5.num.10. & in Iure regni in conſtitut.edictorum num.10.ex tex.in l.4.§.prætor ait ff.de damn.infect.* ibi; *quod ſi nec habitatorem habeat ad ipſum prædium erit denunciandum*. in dicto feudo debet citari ærarius baronis, & Capitaneus *Tapia ibid.* & ibi debet citari feudatarius etiam ſi ſit abſens à regno, etiam cauſa reip.vt fundat, & deciſum refert per Senatum Ital. *Reg.Tap.ibidem num.18.in fine. Reg.Galeot. contr.67.nu.7.lib.1. Baron.de citat.q.12. nu.110. Taſſon.de anteſ.verſ.3.obſ.4.num.134.* Borrell.*in ſumma dec.tit.44.n.562.*

148 Officialis habitans ratione officij in aliquo loco ibi debet citari Beer.*dec.11. Amendol.ad*

Fran-

Digitized by Google

Franch. dec. 322. num. 8. Dom. Petra in rit. 94. n. 9.
149 Citatio domi debet fieri publicè, & ſic non de
nocte, de quo tempore quid palam, ſeu patenter
fieri non dicitur, & ideo nuntius debet ad
oſtium pulſare, & vocitare taliter, quod quilibet
aſtantium audire poſſit *Bal. in l. diffamari* per il-
lum *tex. C. de ingen. & manumiſſ. Vant. hic nu. 88.*
Carpan. ad ſtatut. mediolan. cap. 1. nu. 136. Baron. de
citat. q. 12. nu. 113. late *Annecbin. de præuent. c. 3.*
n. 13. fol. 270. & dicemus *infra*, & ſi fiat de nocte
debet fieri tribus luminibus accenſis ad tollēdam
dubietatem ad *tex. in l. 1. §. tria ff. de ventr. inſpic.*
Gallup. in praxi p. 2. c. 2. n. 32. Et quoniã vox ſine
150 litteris de facili euaneſcit, & vox præconum
paucis innoteſcit. *auth. qui ſemel C. quomod. &*
quand. Iud. Ideo debet citationis copiam, ſi nemo
reſpondeat, vel in Ianua domus affigere. *Bal. in l.*
conſentaneum in 2. not. C. quomodo, & quand. Iud.
Vant. hic nu. 88. Scacc. de Iud. lib. 1. cap. 32. nu. 23.
151 *verſ. hoc tamen.* Tempore, & loco congruo. *Aſin.*
in praxi §. 6. cap. 6. verſ. ſeptimo. Grattan. diſcept.
152 *541. n. 24.* Non autem dimittere per rimulam
oſtij, nec in angulo, vel ſub Oſtio *Bal. in l. ſed &*
ſi pupillus. §. de quo palam per illum *tex. ff. de in-*
ſtit. act. in lect. aut. Ang. in §. omnem in auth. de litig.
Chartar. dec. 14. n. 6. Grattan. diſcept. 60. n. 6.
153 Vel ſi familiares reſpondeant, dimittere copiã
in manibus eorum, & inſtare, vt quanto citius ci-
tato denuncient. *Rebuff. de citat. art. 2. gl. 3. nu. 20.*
Grammat. conſ. 127. num. 4. vbi addit, quod nuntius
in relatione debet dicere cui de familia intima-
uerit, & *n. 5.* quod debeat exigere iuramentum à
familiaribus, vt quam primum notificent citatio-
nem ipſi citato abſenti, *Barber. ſuper ſtat. Agricult.*
cap. 24. lit. A. & cap. 34. lit. B. Sforz. Odd. conſ. 72. n.
24. Baron. de citat. q. 12. num. 211. & ſeqq. vbi dicit
non valere citationem non dimiſſa ſchedula cita-
154 tionis. Sed hæc non ſeruantur de ſtylo, vt dixi-
mus *q. 11. verſ. diligentia* addimus *Grattan.*
diſcept. forenſ. cap. 946. num. 17. dicentem, ſufficere
ſi nuntius fidem faciat de dimiſſione copiæ domi
ſolitæ habitationis, abſque eo quod dicat dimiſiſ-
ſe in manibus cohabitantium. *Parlador. rerum*
quotid. lib. 2. c. fin. p. 5. §. 9. n. 13.
155 Seruari hic Neap. dicit *Griwald. in addit. ad*
Tartagl. in praxi M. C. V. ad cap. 1. fol. 14. vt nun-
tij nunquam faciant diligentiam in perquirendo
perſonam citandam, ſed quod de directo vadant
ad domum, & referant ſe citaſſe reũ abſq; aliqua
perquiſitione, & hoc ex generali cõſuetudine, de
quã dicit teſtari *Maranz. in ſpec. tit. de cit. n. 126.*
156 Eſt verum ſic ſeruari quo ad perquiſitionem,
quam non faciunt per Ciuitatem, & loca ſolita,
ſed citandum perquirunt ab hominibus habitan-
tibus in domo, qui ſi dicunt, abeſſe, dimittunt eis
notulam citationis, in qua deſignatur ad inſtan-
tiam cuius citatur, & coram quo Iudice, & in
quo Tribunali, & quo actuario, vt non teſtamur
157 deniſu. Et ſi aliter facerent Porterij eſſent di-
gni reprehenſione, & ſupplitio, nam alias poſſent
deludere, & frandare pauperes citados, dum cita-
tio domi, vt valida ſit, debet eſſe domus ſolitæ
habitationis, vt *diximus*, in qua ſolent eſſe per-
ſonæ quæ referant citationem citando, ad hoc il-
lius habeat notitiam, & ſe defendat, nam ſi alias
hæc diligentia non eſſet neceſſaria, procederetur
in cauſa abſque citatione requiſita ab omnibus,
vt *in princ. huius rubricæ* diximus. Cum idem ſit
non citare, ac citare modo, quo in notitiam ci-
tandi non poſſit venire. *Sforz. Odd. conſ. 72. nu. 9.*
& 10. Carpanus in terminis ad ſtatut. Mediol. c. 1.
n. 162. c. 5. n. 52. & c. 1. n. 11.
158 Pariter in Regno Siciliæ dicit *Intrigl. ſing.*
20. lib. 1. quod de conſuetudine generali ſufficit,
quod nuntius de directo vadat ad domum citan-
di nulla prius facta perquiſitione per ciuitatem,
ſeu per loca ſolita, & interroget familiam vtrum
ſit ibi, & ſi reſpondetur quod non eſt, poteſt lit-
teras citatorias ibi dimittere. *Cumia ſuper rit. Si-*
cil. cap. 1. num. 25. & 26. Virgil. de legit. perſon. cap.
14. n. 9. in fine. & hodie relinqui ſchedulam cita-
tionis affixam, dicit *Baron. de citat. q. 12. num. 51.*
Dicens omnes citationes mandari per Iudices
cum clauſula: Ex quoquæ vult dicere: ex quo nõ
159 facit copiam ſui. In ſtatu Mediolani idem
eſſe dicit *Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 1. nu. 132.*
160 *& 133.* In Vrbe ex *conſtitut. Pauli V. ſuper re-*
form. Tribunal. Vrbis tit. de Curſoribus, & mandata-
rys, verſ. inſuper curent, dicitur quod tam Curſo-
res quam mandatarij curent omnes citationes
perſonaliter exequi, & ſi perſonas commodè ha-
bere non poterunt, teneantur dimittere citatio-
num copiam in manibus alicuius de familia, qui
ſi non adſit, aut fores aperire noluerit, citationes
affigant ad ianuam domus ſibi cognitæ, adhibito
ſaltem vno teſte, quam conſtitutionem reperio
apud *Fenzon. ad ſtatut. Vrbis cap. 51. fol. mihi 96.*
161 Et in *verſ. citationes, intimationes, & alia*, ca-
uetur vt non exequantur ſiuè perſonaliter, ſiuè
domi dimiſſa copia poſt tertiam horam noctis,
per affixionem autem non niſi de die.
162 Ad explicationem noſtræ *conſtitut. citationis*
litteræ, & prag. 2. de ordin. iudic. difficultas eſt in
citatione facta extrà locum vbi degit Iudex ci-
tans. Si Nuncius referat citaſſe Titium domi ſo-
litæ habitationis, nec non citaſſe Caium de per-
ſona præſentibus pro teſtibus Tali, & Tali. Vel
è contra, referat citaſſe Titium de perſona præ-
ſentibus tali, & tali, nec non citaſſe Caium do-
mi modo, & forma ſibi commiſſis, non repetito
præſentibus Tali, & Tali; vel alijs, an ſit valida
citatio, & proceſſus ſuprà illam fabricatus? Et
eſſe nullã reſpectu illius citati ſine teſtibus, facit
nam *noſtra conſtitutio* in vtroque citatorum, re-
quirit dictos teſtes, ſed hic deficiunt, ergo &c.
nec verba illa ſubſequentia: nec non citaſſe Ca-
ium de perſona præſentibus Tali, & Tali, conſti-
tuunt vnicum actum citationis, vt teſtes men-
tionati in actu citationis perſonalis, interueniſſe
in actu citationis domi factæ, quia ſunt plures
actus facti diuerſis vicibus, locis, & perſonis, &
non conſtituunt vnicum actum, & de vno ad
alium non infertur, vt late diſcurrit *Incertus in*
quadam allegatione inſerta per Lagunr. ad Reuit.
in pragm. 2. de citationibus.
163 Sed quod ſit valida poteſt defendi, nam rela-
tio prædicta conſtituit vnicum actum per dictio-
nem, *nec non*, quæ ſonat in dictionem, *Et, Fonta-*
nell. dec. 493. num. 4. Flamin. de reſign. lib. 3. q. 6. n.
22. Gonzal. ad reg. 8. Cantell. gl. 3. n. 3. & gl. 5. §. 7.

num.

num.78.Barbaſ.de diction.dict.nec non Repetitque
164 omnes qualitates precedentes.*Gratian.diſcept.* *70.num.32.& diſcept.147. num.18.* Sicut eſt di-
165 cto *Et.Gratian.d.diſcept.147.num,16.poſt alios Barboſ.d.dict.Et*

166 Tanto magis quod teſtes ſunt poſiti in fine relationis, & clauſula in fine poſita refertur ad præcedentia.*Maria de clauſulis lib.4.clauſ.23.per tex.in l.1.&* ibi:*Iaſ.num.4.& ſeqq. C.de liber.præterit Felin.in cap.cauſam, quæ nu.4.verſ.clauſula de reſcript. Mandoſ.ſuper reg.q.2. nu.2. in prælud. Capic.dec.108.nu.9.Gabriel de clauſ.concluſ.9.nu.1.& per tot.*

167 Quo verò ad ſecundum caſum propoſitum,vbi relatio teſtium, nõ eſt facta in vltima citatione, ſed in prima,aliqua eſt difficultas, nam dicto caſu non adaptatur concluſio, & doctrina, quod clauſula in fine poſita refertur ad precedentia. Adaptatur tamen eadem doctrina naturæ dictionis. *Nec non.* Sed meo iudicio dicta doctrina ſufficit, & facit alia doctrina, quod clauſula in principio poſita refertur ad ſubſequentia *l.quiſquis vbi gl.de leg.3. l.filium ff.quando dies leg.cedat Bar.in l.cum in princ.verſ.item oppono ff.de condit.& demonſtrat.& in l.eu tamen adiectio de leg.3. Cacheran.conſ.7.num.48.& conſ.74.num.38. Roman.ſing.150. Menoch.lib.1.præſ.28. num.24. & de arbitr.caſ.64.nu.19.Alex.conſ.51.num.2.vol.3.* & ibi *add.Tiraq.de retract.lignag. §.1. gl.14.nu.25.Maria d.lib.4. clauſ.24.*

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus leges per edictum in albo proponebant.*
2 *Edictum ponitur in albo, ad hoc, vt ad notitiam omnium perueniat.*
3 *Citatio per edictum dicitur modus poſtremus citandi.*
4 *Plures caſus,in quibus quis nequit citari perſonaliter,aut domi,& n.5.6.7.*
8 *Nullus poteſt citare per edictum ob non tutum acceſſum de Iure canonico, niſi cum licentia Papæ & num.9.*
10 *Talis poteſtas competit ſolum iudicibus maioribus.*
11 *Quomodo citetur quis per edictum?& num.12.13.14.15.16.17.18.19.20.21.22.23.*
24 *Talis citatio ob non tutum acceſſum expeditur etiã die feriato,& n.25.*
26 *In tali citatione ſtabilitur terminus competens, & à n.27.ad n.33.*
34 *Debet poni talis citatio in loco publico, & vbi? & à n.35.ad n.43.59.60.61.62.*
44 *Leges vbi debeant publicari? & à n.45. ad n.52.*
53 *Citatus per edictum poteſt probare,quod ei non innotuit,& n.54.*
55 *Quomodo debeat fieri contra Clericum? n.56.57.*
58 *Citatus per edictum poteſt appellare à die ſcientia.*
63 *Per quantum tempus debeat eſſe affixum?64.65.*
66 *Plures alij caſibus in quibus quis citatur per edictum,& à n.67.ad n.93.de praxi Neap. & nu.124.125.126.127.*
94 *Talis citatio debeat legine? & à nu.95.ad n.103.*
104 *Originalis citatio,vel copia debeat affigi?& num.105.106.107.*
108 *An requiratur etiam dimiſſio copiæ? & à n.109. ad num.113.*
114 *An nuncius debeat in executione teſtes adhibere?& quod plures citetur?& n.115.*
116 *Abſens ſi ſciatur vbi ſit, non citatur per edictum.*
117 *Quomodo citetur abſens? & num.118.ad n.123.*

De citatione per edictum,quando quis latitat, & impedit ſe citari, & ob non tutum acceſſum?

QVÆSTIO XIII.

1 QVando quis non poteſt in ius vocari ad faciem, neque ad domum, & nec ad veram, neque ad præſumptam citati notitiam citatio deduci poteſt, æquum eſt, vt ſaltem ad veriſimilem deducatur, vtpotè,quod citatio proponatur, vel affigatur in publicis locis legenda, vt veriſimiliter ad abſentis citati notitiam poſſit peruenire. Sic magiſtratus,qui iura reddebant,vt ſcirent ciues, quod ius de quaq; re quiſque dicturus eſſet, ſeq; præmunirent,edicta proponebant *l.2.§.eodem tempore ff.de orig.Iuris.* Et prætores eorum edicta in albo, ſeu tabula dealbata publicè conſpicienda populo proponebant,nè quis ignoraret, quibus de rebus ijdem pretores ius dicerent.*l.ſi quis id quod ff.de Iuriſd.omnium iudic. l.ſi familia ff. eod.l.1.§.edere ff.de edend.Tholoſ.ſyntag.iuris vniuerſ.lib.47.cap.30,nu.20.* Borell.*de magiſtr.edict. lib.3.cap.18.nu.5.6.*Quæ edicta publice propoſita facilius ſubiectis innoteſcere poſſunt,quam publicata præconia voce, quæ paucis innoteſcit. *auth. qui ſemel C. quomod, & quand.Iud. Camill, Borrell, in ſumma deciſ. tit. 44. num.76. Aymon.ſuper conſuet. Aluern.tit.1. art.3. num.10. Menoch.conſ.1000.n.176.Tuſc.lit.C.concluſ.256. n.3.4.Rebuff. ad conſtit.gall. tom.3.tit.de citat.in præfat.num.93.* [illegible] *de citat. q.8. Afin.de execut. §.6.c.40.*

2 Et ius,quod talem modum citationibus poſuit violenter præſumpſiſſe credendum eſt, vt quæ in eodem albo, tot ipſius albi publicum locum frequentantium oculis paterent legenda, ad citati notitiam peruenirent, vt recenſuit *Summ.Pontifex* in *extrauag.Rem non nouam de dolo, & contumac.in extrauag.com.* Ità vt citandum adeò arctet,vt faciat eum haberi pro vero contumace tanquam perſonaliter citato *Maſtrill.de magiſtr. lib.3.cap.4.nu.174.Perege.de immun.Eccleſ.cap.7. nu.32.& 33.*

3 Citationis hic modus dicitur poſtremus, fundatus in *cap.fin.de dolo, & contumac.clem.1. de iudic.* de Iure noſtri regni *in prag.2. de ordin.iudic.Tiraq.de retract.lignag.§.9. gl.3. & vl.num.3.* & ad illum peruenitur in caſu neceſſitatis *Tuſc. d.concluſ.256.in princ.Cumia in cap.1. Rit.num.3. Cauall.q.809.num.30.P.Barboſ.in l.ad peremptorium nu.104.ff.de iudic.* Et in ſubſidium *Decian.conſ. 23.lib.5.Becc.conſ.12.Vant.hic nu.123.Surd.conſ. 181.lib.2.Ricc.dec.109.num.6.Coſta de ei vel.ſubſid.remed.13.nu.1.*Alias iudex grauaret, & poſſet Iudex appellationis reparare.*Maranta in ſpec.p. 6.membr.3.nu.82.Scacc.cap.34.nu.7.Gaill.obſ.27. lib.*

*lib.1.Ricc.coll.*288.2212. Et rigoroſus, & ſtrictè intelligendus *Theſ.q.38.nu.4.lib.2.Barz.dec.*158. *n.*13.*Baron.d.q.*8.

4 Plures ſunt caſus, in quibus quis nequit citari perſonaliter nec domi. Primus eſt quando citandus latitat, & impedit ſe citari. Secundus quando degit in aliquo loco, ad quem tutus non patet acceſſus, & in iſtis duobus caſibus fit citatio per edictum iuxtà formam *clem.1. de iudic.* Tertius quando quis fuit perſonaliter citatus ad totam cauſam, & non comparuit. Quartus quando comparuit, ſed poſteà à loco iudicij receſſit, non dimiſſo procuratore, vel eo reuocato. In his duobus caſibus in Vrbe fit citatio per contradictas, & in partibus ad valuas. Quintus quando comparuit, & poſteà in eodem loco iudicij latitat, & tunc fit citatio in Curia (vt aiunt) per diligentias. Sextus, quando quis non habet locum permanentem, ſed eſt vagabundus. Septimus quando ſunt plures generaliter intereſſe habentes, qui certi non ſunt, & tunc citatio fit per proclama, & præconia voce. Octauus quando multitudo, ſeu Vniuerſitas eſt congreganda, & tunc conuocatio fit ſono campanæ, de quibus breuiter dicemus.

5 Habemus in *extrauag.* incip. *Rem non nouam, de dolo, & contumac.* Vt qui ſe citari impediunt, vel faciunt, vel per ſe, vel per alios quoquo modo nè citationes ad eos perueniant, vel qui habent domicilia in locis ad quę tutè, vel liberè pro illis citandis adiri non poſſunt, contra eos fiát citationes ad inſtar edictorum in albo propoſitorum proponendæ in audientia literarum Apoſtolicarum, aut in Aula Palatij Apoſtolici, & poſt modum affigendæ in ianuis maioris Eccleſiæ illius loci, in quo Romana Curia reſidebit, vt ità cunctis patere poſſint, & deuenire ad notitiam citati, & hoc modo citatos voluit haberi, ac ſi perſonaliter fuiſſent citati.

6 Verum quia nimis rigor videbatur, vt qui non certam, ſed dumtaxat veriſimilem notitiam potuiſſet habere, haberetur pro perſonaliter citato. Ideò *Clemens V. in clem. 1. de iudic.* moderando rigorem Conſtitutionis prædictę, reſtrinxit prædictum modum citandi ad eos tantum, qui vel impediunt, & procurant quoquo modo ne citatio ad eos poſſit peruenire, vel quorum domicilium, ſeu loca non poſſunt tutè, liberéue adiri, ſed ſubſtulit illum rigorem *d. Conſtitutionis Bonifacij Octaui*, quod talis citatio ita arctet, ac ſi ad eos perſonaliter deueniſſet. Et vt ſubiungit *gl. in verb. reſtringamus*, graue eſſet dicere, quod quis verè contumax fiat ex tali citatione, quæ facilè poterit non venire in eius notitiam.

7 Et idem *Clem. V. in clementina Curſam de elect.* ſtatuit quod propter appellati, aut ſuorum metum, vel potentiam intimatio fieri nequeat in loco aliquo publico, ſed ſollemniter fiat, quod ad appellati notitiam poſſit veriſimiliter peruenire, & quod intimatio aliter facta omni careat iuris effectu. Et idem quoque in alijs caſibus obſeruari voluit, in quibus requiritur intimatio facienda.

8 Ex *Iuribus* prædictis ſunt plura notanda. Primum, quod citationes ob non tutum acceſſum de Iure canonico nullus Iudex decernere poteſt abſque ſpeciali Papæ commiſſione *tex. eſt in d. extrauag. 1. de dolo, & contumac.* ibi: *d nobis ſpecialiter & ex certa ſcientia iubentibus*, & *idem gl. in* verb. *albo*, dicit *Papa hoc ſpecialiter, & ex certa ſcientia iubente*, & in *d. clem. 1. de iudic.* ibi *ipſo Papa ſpecialiter, & certa ſcientia mandante*, vbi *gl. in* verb. *ſpecialiter* dicit: *non ſufficeret ergo generale mandatum de citando, niſi Papa ſpecialiter exprimat citationem fieri per hanc formam*, *Fulu. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 48. nu. 58.* Rot. Rom. *apud Reg. Marinus lib. 2. cap. 43. Baron. de cit. q. 8. nu. 58.* & *Bart. ſuper d. Conſtit. ad reprimendum in* verb. *edictum nu. 1.* notat, quod licet modus citandi per edictum conueniat ordinarijs, & delegatis à Principe, & non alijs, tamen de Iure canonico non poteſt fieri, niſi de ſpeciali commiſſione Papæ, *Vant. hic nu. 125. Ricc. in praxi tom. 3. reſol. 96. tit. de cit. per edictum n. 2. Ripol. tit. de cit. à n. 351.* & tunc ſolum contra eos, qui procurant nè ad eos citatio perueniat, vel ad quorum loca non poteſt tutè accedi, quod dicit valdè ęquum eſſe, quia licet Iudex poſſit citare, vel per nuntium vel per epiſtolas, non eſt tamen æquum, quod citet per edicta, & ſi faceret, grauaret partem, & proceſſus poſſet per Iudicem appellationis infringi. *Granat. ad Veſtr. in praxi lib. vl. cap. vl. num. 34. Maranta d. membr. 1. num. 82. Scacc. c. 34. nu. 7. Vant. hic nu. 123. Gaill. obſ. 17. lib. 1. Ricc. coll. 288. & 2212. Baron. de cit. q. 8. nu. 5.* Niſi ipſe qui citãdus eſt, latitet, & doloſe ſe occultet *Borrell. d. tit. 44. num. 79. & ſeqq. Menoch. conſ. 100. num. 95. 96.* Nam tunc à quocumque Iudice etiam ſine licentia Papæ, poteſt fieri citatio per edictum ponendum in loco vbi citandus ſolitus eſt habitare. *Baron. de citat. d. q. 8. nu. 58.* ver. *Aduerte.*

10 Quod procedere per edictum competat ſolummodò Iudicibus maioribus, ac ordinarijs & delegatis à Principe, & non alijs Iudicijs pedaneis, & delegatis ab inferiore, latè probat *Fuln. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 48. num. 48. cum ſeqq. Guazzin. defenſ. 10. c. 2. nu. 29.* verſ. *Scias Menoch. conſ. 100. num. 94. & 95. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. c. 4. nu. 174. Baron. d. q. 8. n. 58. Ripol. de citat. n. 351.*

11 Et quod citatio per edictum permittatur ſolũ quando quis latitat, & impedit ad ſe citationem deuenire, vel quando locus citati tutò adiri non poteſt, per iura allegata dixerunt etiam *Bar. in l. dies cautioni §. prætor ait nu. 2. & 23. ff. de damno infect. Imol. in l. qui autem Kal. num. 4. Aret. n. 7. de verb. obligat.* adeſt *clem. 1. & 2. de iudic. clem. 1. de foro compet. & c. quoniam frequenter §. porrò, &* ibi *ſcribentes vt lite non conteſt. Cumia ſuper rit. Sicil. ſuper cap. 1. num. 14. Veſtr. in pract. lib. 4. cap. 2. ſub nu. 3. Maranta in ſpec. p. 6. membr. 1. num. 85. Vant. hic nu. 124. & 131.* vbi ponit formam huius citationis *Gaill. in pract. obſ. lib. 1. obſ. 57. num. 2. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 34. num. 9. & 10. Cauall. q. 898. num. 29. & q. 809. num. 22. Conſ. Rocc. reſp. 29. nu. 1. lib. 1. Ventrig. in praxi lib. 1. annot. 3. §. vnic. Buratt. dec. 943.* Rot. apud *R. Marinus lib. 2. cap. 43. nu. 18. Cumia ſuper rit. cap. 1. num. 13. Baron. de citat. q. 8. num. 18. & ſeqq. Auguſt. Barboſ. in d. l. ad Peremptorium num. 102. ff. de iudicijs.*

12 Et ſi neutrum ex actis appareret, citatio facta

per

per edictum non valeret. *Mantica dec.232.nu.6. Bar.in extrauag. ad reprimendum in* verb.*per edi-*
ctum quem refert , & ſequitur *Maranta in ſpec.p.*
6.membr.1.nu.82.Scacc de iudic.cap.34.n.8.Ven-
trigl.d.§.vnic.Dec.conſ.440. nu.26. Ripol.vbi ſup.
num.354.& ſeqq. ſicuti non valet quando quis
habet procuratorem in iudicio conſtitutum.
Rota dec.466.n.2.apud Farnac.p.2.tom.2.
13 Sic etiam ſi domus delinquentis ſit per Curiā
diruta ob graue delictum , & dubitat vbi ſit ci-
tandus,cum domum non habeat , tunc citari po-
teſt per edictum *Barthol de Capua ſuper conſtit.ci-*
tationis littera Aſſ.ibidem not.3.Franch.dec.516.
num.17.& ſeqq. loquentes in terminis *d.conſtitu-*
tionis exiſtentis in Regno iubentis citandos reos
perſonaliter,vel domi.*Gizarell.dec.17. nu.13. R.*
Rouit. in rubr.de citat n.3.
14 Et Papa non dat Iudicibus facultatem citan-
di per edictum , niſi cum clauſola : *conſtito prius*
ſummariè de non tuto acceſſu , propter quam clau-
ſulam neceſſario debet fieri informatio per Iu-
dicem ſuper eo.*Scacc.de Iudic.lib.1.c.34.n.12.*
15 Differentia eſt inter citationem factam à Pa-
pa, & illam factam ab inferiore commiſſario. Nā
Papæ citatio per edictum poteſt apponi in Ciui-
tate Romana , in Papali Palatio contra vnum-
quemque habitantem in partibus,quantumcum-
que remotis.Edictum vero aliorum Iudicum de-
bet apponi in loco vbi ſolitus eſt habitare , &
conuerſare citandus , & non alibi. *Maranta*
*d.p.6.membr.1.nu.84.*quem refert,& ſequitur *Ba-*
ron.de citat.q.8.n.58.
16 Sufficit ſuper hoc,quod teſtes dicant credere,
quod impoſſibile ſit , vel non tutum,citare eos
Rot.in antiq.dec.22.de reſcript. Caſſador.dec.2.nu.
2.de dolo,& contumac.Buratt.dec.943. nu.2. ver.
item per deponentes de credulitate Maſcard.*de pro-*
bat.concluſ.18.Rot.dec.693. Scacc.de Iudic.d.cap.
34.num.11.Ripol.d.c.3.n.358.& ſeqq. R.*Marin.*
d.lib.2.c.43.
17 Ex *formularia terminorum fol.17.* vbi ponitur
forma interrogandi teſtes ſuper non tuto acceſ-
ſu,concluditur,benè concludere teſtes,ſi reſpon-
deant,quod ad perſonam citandam , ſeu ad eius
domicilium,aut Eccleſiam Parochialem ad exe-
quendum litteras citatorias propter ipſius , ac
ſuorum parentum , & amicorum potentiam,tu-
tum non patere acceſſum, & quod ipſi teſtes in
eandem perſonam non auderent facere aliquam
executionem in illis partibus , quia in eorum
vita , vel corpore periclitarentur *Scacc.d.c.34.*
num.11. Baron.de citat. q.8. num.47. Non ſuffi-
18 ceret ſolum iuramentum partis ſuper non
tuto acceſſu . *Rot.in antiq.dec.22.de dolo,& con-*
tumac.Scacc.d.c.34.n.11.Baron.de citat.q.8.n.57.
19 Nec ſufficit ſola iudicis aſſertio , iuxtà nota-
ta *in c.quoniam contra de probat. Beroi.conſ.65.n.*
*154.*verſ. *nec Iudici aſſerenti lib.1. Mandoſ.de*
commiſſ.forma 4.in verb.*etiam per edictum publicā*
20 *antè fin.* Sufficit tamen probatio de non tuto
acceſſu, per teſtes ſingulares ,vt ſeruare Rot.dicit
Mandoſ.in d. verb.*etiam per edictum , in* ver. *&*
ibi dictis addo Scacc.d.c.34. nu.11. Buratt.d.dec.
943.Veſtr.in praxi lib.4.c.2.nn.3. verſ.*oportet* hoc
caſu Rot. apud *R.Marinis lib.2.cap.43.num.13.* &
duos teſtes requiri dicit *Menoch.de recuper. poſ-*
ſeſſ.remed.8.nu.114.Ripol.d.c.3.num.361. Et per
21 teſtes examinatos , etiam coram alio Iudice, &
clauſula : *conſtituto ſummariè de non tuto acceſſu.*
*Rot.*coram *Oran.dec.27.nu.1.& per tot.p.4.diuer.*
22 *Burati.dec.943.nu.1.* Eſt bene verum,quod ſi ſit
non tutus acceſſus probatus contrà vnum, non
ſufficit contrà alium citandum vigore clauſulæ
commiſſionis;*omneſq;alios Caſſad.d.dec.2.n.1.de*
23 *dolo, & contumac.* Ad petendam dictam citatio-
nem requiritur ſpeciale mandatum , vel vt pro-
mittat de rato *Veſtr.in praxi lib.4. cap.2.n.4.*
24 Secundum notandum eſt ex Iuribus prædictis,
Hanc citationem per edictum ob non tutum
acceſſum,decerni , & exequi poſſe etiam die fe-
riato juxtà prædictam *extrauag.1.de dolo, & con-*
tumac. & in d.clem.1.de Iudic. Etiam tempore
25 feriarum Paſchalium, aut generalium de menſi-
bus Iulij , Auguſti , & Septembris *Veſtr.in pra-*
xi lib.4.c.3.n.6. & ibi *add.n.13.*
26 Tertium notandum, quod hæc citatio debet
decerni cum termino competenti , vt in *d.extra-*
*uag.1.de dolo,& contumac.*ibi *poſt terminum lapſū*
quem conſiderata locorum diſtantia volumus citatio-
nibus ipſis competentem apponi, eademque verba
ſunt relata in *d.clem.1. de iudic.* & debet eſſe
competens terminus,& peremptorius *Perez de*
Lara de cappellan.c.10.n.40.Garz.de benefic.p.9.
cap.4.num.7.Barboſ.in c.fin.de elect.in 6.n.9.Rota
in Valentina beneſic.31.Ian.1622.coram Rembol-
do, meminit *Lotter.de re benefic.lib.2.q.17.n.45.*
27 Vt poſſit venire in notitiam citati , qui poſteà
valeat ad citationis locum comparere , nè alias
edictum contineat impoſſibile.*Bar.in extrauag.ad*
reprimendum in verb.*per edictum Caput.dec.263.*
28 *num.10.p.2.* Maximè quando agitur de magno
præiudicio *Bellam.dec.88.Maſcard.de probat.con-*
cluſ.291. Ricc.collect.2175. Baron.de citat. q.8.
num.68.
29 Poſſet dici , quomodo Iudex poſſit moderare
hunc terminum , ſi ignoretur vbi eſt citandus?
Dicimus quod ſi per teſtes, etiam de fama con-
ſtet,citandum abijſſe ad certa loca , illorum di-
ſtantia attendi debet , aliàs conſideranda eſt di-
ſtantia loci , vbi habitare conſueuerat.*Bar.in d.*
30 *extrauag. ad reprimendum.* Et ſic in his citationi-
bus per edictum eſt duplicandus terminus dari
ſolitus in alijs citationibus, ità vt ſi locus diſtet
diuerſ.p.5.dec.36.n.57.

37 Sed quod defectus talis citationis reddat ſen-
tentiam nullam,quia eſt de ſtylo Curię,& Iudex
vult illum obſeruari,quando decernit proceſſum
per contradictas,videtur verius dicendum. Nam
quidquid ſit de ea opinione quando citatio fuit
omiſſa, & apparet quod Iudex voluit abſque
ea pronuntiare,Tamen non eſt par ratio quando
vt nos loquimur,eſt manifeſtum,Iudicem voluiſ-
ſe ſequi honeſtum, & laudabilem ſtylum Curiæ,
vt pars etiam ad omnes actus citetur, de quo te-
ſtatur *Put.& Rot.*vbi ſup.allegati, & tunc non
ſubſtineatur eo modo, quo poterit, ſi non valet,
vt agitur *Abb in cap.cum ſuper in fin. de offic.de-*
leg.Creſcent.dec.20.num.6.de dolo.& contumac.Ti-

raq. de retractu lignag. §. 36. gl. 2. nu. 49. & ſeqq. afferimus *tex. in l. fin. §. ſin autem C. de Iure deliber.* in quo *textu* habetur, quod ſi is qui beneficio illius legis vti poterat in conficiendo inuentarium iuxtà formam *d. legis*, petierit terminum ad deliberandũ iuxtà formam *legis antiquæ*, etiã quod confecerit inuentariũ, tenebitur inſolidũ creditoribus, ſuper quo *tex. Odofr.* allegat rationẽ, quia ſibi imputet quod pro nouo beneficio vetus elegerit grauamen. Et *Salyc. in d. l. 1. col. ver. vnia, & ſigna tex.* dicit quod de duobus vijs eligens deteriorẽ, ſeu magis periculoſã, debet ſibi imputare, & *Fulgoſ. in §. ſed quidem 1. col. ver. in tex. ibi; eius effectus* dicit, *quod eligens vnam viam, videtur alteri renunciare, quamuis ſit vtilior, & fructuoſior*, vt in ſimili diſcurrit, & concludit *Praſ. de Franchis dec. 560.* in caſu, quo vt *ſup.* diximus, citari poſſunt inquiſiti domi per M.C.V. abſque teſtibus, nam ſi nuncius citet cum vno teſte, dicit citationem nullam, cum nuncius vtendo via citationis cum teſtibus, requirebantur duo, & non vnus teſtis.

38 Et licet contra *hanc deciſionem Franchis* fortiter teneat *D. Petr. ſuper rit. M.C.V. 94. nu. 16. & ſeqq.* pluribus rationibus, quas *ſupra* retulimus. Tamen melior ratio in caſu illius deciſionis ad fauorem Regij fiſci erat, quia non Iudex, aut fiſcus elegit viam citandi cum teſtibus, ſed nuncius ipſe, pro inde eius negligentia non poteſt nocere fiſco in rebus nõ neceſſarijs *l. 2. C. de error. aduoc. l. errore C. de teſtam. Bar. in l. ſi librarius in princ. ff. de reg. iur.* diximus *ſup.*

39 Tamen in caſu noſtro hæc non ſunt applicabilia, nam Iudex licet poſſet procedere abſque citatione per contradictas, tamen illa vti voluit, & voluit ſe conformare cum ſtylo Curiæ, & ſic debet illum ſeruare in omnibus eius partibus, nam electio ſemel facta retractari nequit *c. quod ſemel de reg. iur. in 6. l. quod in hæredem §. eligere ff. de tribut. act. Giurb. ſuper conſuet. Meſſan. c. 10. gl. 6. p. 1. à n. 22. cum ſeqq.*

40 Mihi autem ſemper placuit prima opinio, vt ſententia per defectum talis citationis per contradictas, non ſit nulla, rationibus *ſup.* allatis, ego addo aliam, Nam ratio quare defectus citationis annullat actum, eſt quia tollitur parti facultas ſe defendendi, comparendi, & contradicendi, ſed quando proceditur per contradictas nemo eſt qui velit ſe defendere, comparere, vel contradicere, ergo &c.

41 Et ſtylus Curiæ dictæ citationis eſt, vt in officio contradictarum ſoluantur tres Iulij pro huiuſmodi citationibus, quas conficiunt, & legunt ibidem Notarij, & vt plurimum inculeatè, & poſteà in illis ponunt datam, & aliquando vel benè, vel malè abſque interuentu, & facto partis *Vbert. de citat. cap. 7. nu. 332.*

42 Decretum de procedendo per contradictas regulariter extenditur per ſolum Notarium, etiam inſcio Auditore, ſtatim quod parte inſtante videt citatum non comparuiſſe apud acta in termino citationis, vndè non poteſt inferri quod hæ citationes ità ex decreto Iudicis fiant neceſſariæ, vt earum omiſſio, vel mala executio poſſit inducere nullitatem, & quod hæc nullitas debeat procedere ab ignorantia, vel incuria Notarij, abſque procuratoris, vel partis culpa. Nam notarij error, vt *ſup.* diximus non poteſt præiudicare partibus *d. l. 2. C. de error. aduoc. & l. errore C. de teſtam.* in terminis *Rot. coram Coccin. dec. 373. n. 10.*

43 Et ad id, quod dicitur, quod Iudex videtur ſe conformare cum ſtylo Curiæ, reſpondetur ex *dictis*, Iudicis voluntatem non eſſe ſe conformadi cum dicto ſtylo, ſed potius Notarij, & notarius non poteſt præiudicare partibus, vt diximus *ſup.*

44 Ex quo citatio per contradictas non facit proprie citandum verum contumacem, de æquitate *Rot. Rom.* admittit eius appellationem à decreto poſt tempus ſtatutum ad appellandum, infra tamen decem dies à die ſcientiæ *Rot. dec. 22. alias 137. de appell. in nou. Marcheſ. de commiſſ. appell. ſuper diuerſ. c. 28. Lancell. de attent. lim. 50. n. 146. Scacc. de appell. q. 12. n. 16.* vbi in ver. *reſtringe*, reſtringit ſi quis in principio cauſæ fuit citatus perſonaliter, & conſtituit procuratorẽ, qui ſe abſentauit poſt *Lancell. ſup. n. 147.* dicit tamen eſſe audiendum via reſtitutionis in integrum poſt *Lancellot. n. 148.*

45 Difficultas eſt. In quo differat citare per edictum, & per contradictas? Reſolutiue dicimus, citare per edictum, & citare per contradictas differre tanquam genus, & ſpeciem, non autem tanquam diuerſas ſpecies, nam citare per contradictas aliud non eſt, quã citare contumacẽ per edictum legendum in audientia contradictarum. Citatio per edictum eſt loco generis ſignificans omnem citationem, quæ fit, ſeu proponitur in publico, velut in albo, & continet ſub ſe plures ſpecies, vna eſt citatio per edictum, quæ fit contrà contumaces, & tempore iuridico legitur in officio contradictarum, & dicitur citatio per contradictas, tempore autem vacantium, quia dictum officium ſilet, affiguntur ad valuas curiæ, & in acie campi Floræ, & dicitur citatio per edictum. Altera quæ fit contra latitantes, & ſe impedientes citari, & contrà exiſtentes in loco, ad quem tutus non patet acceſſus, & dicitur citatio per edictum ob non tutum acceſſum, quæ in primis pariter legitur in audientia contradictarum, deinde in alijs locis publicis in Curia, & in alijs vicinis extra Curiam, vt in *d. extrauag. 1. de dolo, & contumac.* & in *d. clem. 1. de iudic.* Alia eſt quæ fit contrà incertos, & dicitur citatio per proclama, quæ pariter fit in locis iudicij publicis *Bar. in extrauag. ad reprimendum in verb. per edictum, in fine late Vbert. de citat. lib. 1. cap. 7. num. 334. & ſeqq. Scacc. de appell. q. 12. n. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Quomodo fiat citatio per diligentias? & n. 2. 3. 4.*

5 *An proceſſus factus per diligentias ſit nullus ex eo quod comparens poſt ſententiam probat ſe fuiſſe abſentem? & n. 6. 7. 8. 9.*

10 *Citatus per diligentias poteſt appellare à die ſcientiæ.*

11 *Vagabundus quis ſit, quomodo debeat, & vbi citari, & delinquens puniri? & à num. 12. ad num. 31.*

De

De Citatione per diligentias, & de Citatione vagabundi.

QVÆSTIO XV.

Citatio per diligentias fit in Curia,
quando is, qui in iudicio comparuit,
non amplius reperitur,vt perſonaliter
citari poſſit. Diligentia hęc fit huiuſ-
1 modi.Primò Curſor refert feciſſe diligentiam,
& non inueniſſe, qua relatione reproducta actor
petit, & obtinet diligentias committi duobus,
quibus factis, & relatis,Iudex decernit proceſ-
ſum per affixionem ad valuas Curiæ,& in acie
campi Floræ,iuxtà notorium ſtylum *Vbert.de ci-
tat.tom.1.c.7.n.341.& ſeqq.*
2 Sic etiam aliæ diligentiæ, quæ fiunt tam in
Curia,quam extrà ad probandam negatiuam cō-
mittuntur duobus officialibus, ſeu Notarijs, qui
tamen inſuper debent referre medio iuramento,
& pars debet citari ad videndum fieri diligentias
& relationem. *Capyc.dec.265.p.1. Rot.in recent.
dec.323.num.4.p.2.* licet *Ludouiſ.dec.287. num.2.*
dicat ſufficere iuramentum, quod officiales præ-
ſtiterunt in ſuſceptione officij de fideliter exer-
cendo, licet non præſtiterint in relatione, diximus *ſup.q.7.*
3 Eſt differentia an quis per diligentiam citari
debeat ante introductum iudicium,vel poſt.Nam
antè,citatio debet decerni ad locum domicilij
habitationis, & eo non reperto citari debet ad
domum, vel in Eccleſia reſidentiæ. Poſt,ſufficit
generalis citatio facta diligentia de perquirendo.
Mobed.dec.8.de fide inſtrum.
4 Et quando committitur cauſa ad partes cum
poteſtate citandi, debet fieri citatio, & diligen-
tia in loco domicilij,& non reperta parte,edictū
poni in Eccleſia cathedrali iuxtà formam *clem.
cauſam de elect.Rot.in nou.dec.22.de reſcript.Mi-
les in repert.*verb.*citatio Mobedan.vbi ſup.*
5 Difficultas hic eſt An proceſſus factus per di-
ligentias ſit nullus ex eo, quod comparens poſt
ſententiam allegat, & probat, ſe fuiſſe abſentē?
Videtur dicendum eſſe nullum,nam abſens cita-
tur per contradictas,non autem ſufficit vt citetur
per diligentias.*Vant.hic num.110. Veſtr.in peaxi
lib.1.c.5.nu.4.Rota apud Ludouiſ.dec.110. Additio
ad eundem dec.430.num.8.* In contrarium eſt ve-
6 ritas,nam vt citatio per contradictas poſſit de-
cerni contrà eum, qui receſſit, neceſſe eſt quod
per teſtes probetur abſentia, aliàs non decerni-
tur *Veſtr.in peaxi lib.1.c.5.num.4.* Alias ſi decer-
neretur, proceſſus eſſet nullus *Rot.in recent.dec.
486.nu.3.p.2.* Ea ratione quia abſentia tanquam
quid facti non pręſumitur *l.in bello §.facta ff. de
captiu.& poſt lim.reuerſ.*
7 Igitur dum is qui perſonaliter eſt citandus
non reperitur, non eſt præſumendum quod abſit,
& non probata eius abſentia, non poteſt obtine-
ri proceſſus per contradictas, nec ſufficit, quod
poſt ſententiam idem reus probet ſe fuiſſe abſen-
tem, quia de ea debebat conſtare tempore cita-
tionis, & hæc eſt pulchra cautela ad euertendos
proceſſus, quod quis latitaret,& clam recederet,
deindè poſt ſententiam probaret ſe ad fuiſſe.
8 Proceſſus ergo per diligentias eſt bonus, quā-
do quis latitat, & non allegatur eius abſentia,
nec per domeſticos,nec per curſores,quandoqui-
dem quilibet requirendus eſt in loco vbi ſolet
permanere,val poteſt veriſimiliter eſſe *Bart.conſ.
102.Rot.diuerſ.p.5.dec 183.num.7.*& receſſus, vt
dictum eſt,non præſumitur.
9 Sed ſi abſentia,tunc quandò fierent diligentię,
allegaretur, & poſſet probari, melius, & tutius
eſſet, praeuia eius probatione, debere citari per
contradictas, & non per diligentias, quia tunc
fruſtatoria eſſet diligentia in Curia de reperien-
do citandum, quia ab ea palam, & alijs ſcienti-
bus receſſiſſet. Imò ſi in termino citationis com-
pareat aliquis excuſator dicens citatum eſſe ab-
ſentem, & offerat ſe probaturum abſentiam, &
impedimentum, & Iudex contempſit, proceſſus
remanet nullus, quaſi per iudicem ſteterit quo
minus probata eſſet abſentia, vt per *Bart.in con-
ſtit.ad reprimendum in* verb.*neglexerit n.3.*
10 Ex quo citatio hæc per diligentias facit cita-
tum contumacē fictum,poteſt ille appellare à de-
creto poſt tempus ſtatutum ad appellandum, ſed
intrà decem dies à die ſcientię *Scacc.de appellat.
q.12.nu.18.*
11 Vagabundus dicitur ille,qui non habet locum
permanentem,& de facili, nec de perſona, nec
domi citari poteſt,cum certam non habeat habi-
tationem *l.4. §.prætor ait ff.de damno infect.* ibi:
quod ſi nec habitationem habeat vbi *gl.*ſupplet,*qua
eſt vagabundus Guid.Pap.dec.202.num.2.Boſſ.tit.de
foro compet.num.70. Capell.conſ.crim.58. num.24.
Mar.Socc.in cap.licet ratione num.57.de foro com-
pet.Iul.Clar.pract.crim.§.fin.q.39.* ver.*ſed hic quæ-
ro Caball.reſol.crim.caſ.178.num.4.Tuſc.lit.V.con-
cluſ.10.Chartar.de execut.ſentent.cap.1. num.248.
& ſeqq.Foller.in pract.crim.rubr.audiantur excuſa-
tores num.126.Carleual.de Iudic tom.1. diſp.2.nu.
46.Coſtbl.de baron.prag.S.p.2.num.222. Farinac.
pract.crim.tit.de inquiſit.q.7.num.15.Danza de pu-
gna DD.tom.1.tit.de vagab.a num.17. vſque ad n.*
44. vbi multas vagabundi ponit diffinitiones.
*Scialoya de foro compet.cap.49.n.1. Rouit.ſuper ru-
br.de vagab. Peguer.dec.3.*
12 Sed is qui à patria aufugit cauſa delicti non
dicitur vagabundus, quia domicilium non amit-
tit, & cenſetur habitare in patria,vbi eius fami-
lia habitat *l.ſi mulieri ff.quibus modis vſusfr.amitt.*
ibi: *quemadmodum familiam ſuam domi reliquiſſet,
eaque peregrinaretur,* vbi *gl. & Bar.*notat, quod
quis retinet poſſeſſionem per familiam ſuam, &
dicitur habitare vbi familia ſua habitat, & *idem
Bar.in l.1.§.permittitur ff.de libe.agnoſc.*poſt *gl.n.*
7.notat quod in Ciuitate dicitur manere qui nō
eſt præſens,ſi tamen ibi retinet familiam ſuam,
13 Et ſic ibi citari poteſt. *Danza d.tit.de vagabund.
num.58.Foller.in pract.crim.* rubr. *vel eos verbali-
ter &c.n.33.*
14 Item qui habet fixam habitationem,licet non
habeat domicilium,non dicitur vagabūdus: alio-
quin officiales Curiæ,aduocati,ſcholares, & qui
in alijs prouincijs domicilium non habent, cen-

ſeretur vagabundi, quod eſt abſurdum. *Vbert. de citat. q. 7. n. 346. verſ. item qui.*

15 Vbi citari, & qualitèr debeat vagabundus, dicimus breuiter: illum poſſe conueniri, & citari vbi reperitur, ne alioquin creditor ius ſuum perderet, vt probat *gl. in l. hæres abſens §. proindè in* verb. *debebit, in princ. ff. de iudic.* idem notat, & cõprobat *gl. in l. 1. in* verb. *reperiuntur C. vbi de crim. agi oport.* ibi: *vel dic quod loquitur ibi de vagabundis, vt illi vbilibet poſſint conueniri. Plot. conſ. 133. num. 13. Carlreual de Iudic. diſp. 2. q. 3. nu. 47. Danza de pugna DD. tit. de vagabundis tom. 1. nu. 71. Obrecht. de Iuriſd. lib. 3. cap. 11. num. 42. Scialoya de foro compet. cap. 49. num. 5. Baron. de citat. q. 8. n. 17. Beſold. in theſ. pract.* verb. *hauſhelich.*

16 Tamen ſi vagabundus velit ſatiſdare de ſtando iuri in loco ſui domicilij, in hoc caſu remittitur ad locum ſui domicilij, ſi locus ille, & locus Iudicis, à quo petitur cauſæ remiſſio ſint in iuriſdictione vnius Principis *Farinac. tom. 1. q. 7. num. 13. Couar. pract. qq. c. 11. num. 7. Ricc. reſol. 84.*

17 Sed ſi non reperiatur, nec aliquis ſit eius procurator, tunc ſi contrà eum ſit agendum actione perſonali, tunc citandus erit in loco contractus, facta prius diligentia de eo reperiendo per edictum, & eo non reperto per edictum in locis publicis affigendum, quia hoc modo citantur regulariter abſentes, qui domicilio carent, & neſcitur vbi ſint, vt declarat. *Innoc. in cap. 4. de eo qui mittitur in poſſeſſ. cauſ. rei ſeru. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 34.*

18 Si agitur actione reali, tunc citabitur in loco rei ſitę pariter per edictum affigendum loco publico in illa re, de qua agitur per *l. 4. §. prætor ait, & ibi per gl. &* Bar. *in ff. de damno infect. Fant. hic num. 122. Caput. dec. 117. num. 4. p. 1. Papirus in pract. in forma reſp. rei conuenti gl. 1. num. 11. Scacc. d. cap. 34. nu. 14. Ripoll. de citat. cap. 3. n. 244. 245.*

19 Dum agitur actione ad rem contrà vagabundum, neceſſe eſt, quod eadem res poſſideatur ab aliquo, vel nomine proprio, vel nomine eiuſdem vagabundi. Primo caſu non eſt alius citandus quam tertius poſſeſſor, hypotecaria, vel rei vendicatione. 2. caſu citandus eſt is, qui nomine vagabundi poſſidet tanquam eius procurator, qui poterit in iudicio nominare dominum, & inſtare pro dilatione, quo non veniente fiet immiſſio in poſſeſſionem, & ſi vagabundus reuertatur audiẽdus erit ſuper proprietate, non ſuper poſſeſſione, iuxtà *tex. in l. ſi quis alterius nomine. C. vbi in rem actio* vbi *DD. omnes.*

20 Et ſi à nemine fortè poſſideatur, poſſet affigi citatio ad prędium. *Innoc. in d. cap. 4. de eo qui mitt. in poſſeſſ. cauſ. rei ſeru. num. 5.* poſt *DD. ſup. tit.* ver. *ſi agatur Baron. de citat. q. 8. nu. 12.*

21 Vagabundus in omnibus citatur per edictum ad loca ſolita. *Iul. Clar. §. fin. q. 31.* verſ. *ſed quid ſi reus Decian. reſp. 18. num. 85. lib. 1. Farinac. q. 11. n. 42.* & concordat *ſtatutum vrbis lib. 2. cap. 2. in nouiſ. Guazin. defenſ. 10. c. 2. num. 31. Petra ad Grammat. dec. 26. num. 12. Scialoya de foro compet. cap. 49. num. 6.*

22 Sed ſi conſtaret quod vagabundus in aliquo loco ſoleret habitare, vel magis conuerſari, ibi etiam deberet citari ex adductis per *Soccin. de citat. art. 17. nu. 24. Maranta in ſpec. p. 6.* verſ. *rectè concipiatur citatio num. 83. Ricc. d. reſol. 96. num. 7. Menoch. conſ. 100. num. 100. & de recuper. poſſeſſ. remed. 8. num. 116. Decian. reſp. 18. num. 85. lib. 1. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 44. nu. 8. Guazin. defenſ. 10. cap. 2. nu. 31. Baiardus ad Clar. q. 31. num. 66. Caſta de remed. ſubſid. remed. 13. n. 4. 5. Ricc. collect. 288. coll. 2106. & 2290. Tuſc. concluſ. 256. nu. 13. Farinac. q. 11. n. 42. Caual. d. q. 809. num. 30. Ricc. dec. 99. n. 2.* loquens de citando extero.

23 Et quando citatur vagabundus, poſſent etiam requiri agnati, vel amici ipſius, vt eum defendant per *l. hac autem ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur.* ibi *ſi autem non habeat tutores requirendi ſunt cognati, vel affines, & ſi qui forte alij ſunt, quos veriſimile eſt defenſionem pupilli, pupillique non omiſſuros, vel propter neceſſitudinem, vel propter charitatem, vel qua alia ratione Paul. Fuſc. in tract. de viſitat. lib. 2. cap. 22. nu. 21.*

24 Nuncius in citando vagabundum ſufficit ſi referat illum citaſſe, ſimpliciter, non exprimendo vbi citauit. *Clar. in §. fin. q. 31. num. 21. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de vagab. c. vnico.*

25 Dum citatur vagabundus per edictum, non adhibetur ſummaria cognitio, quod ſit vagabundus, quia hoc de conſuetudine non ſeruatur *Scacc. de Iudic. lib. 1. c. 45. in fin.* ſequitur *Baron. de citat. q. 8. nu. 11.* diximus etiam *ſup.*

26 Vagabundus punitur vbi reperitur, licet alibi deliquiſſet *gl. & DD. in l. 1. C. vbi de crimin. agi oport. Mar. Succ. in cap. licet num. 58. de foro compet. Guid. Pap. dec. 202. num. 1. Peguer. dec. 3. num. 10. Clar. q. 39.* verſ. *caterum Franc. Marc. dec. 1059. n. 1. Capell. conſ. 58. num. 29. Boſſ. de foro compet. nu. 70. & nt. ne citat. num. 34. Chartar. de execut. ſent. cap. 1. num. 247. Farinac. q. 7. num. 13. Capibl. de baronibus prag. 8. p. 2. num. 222. Ricc. dec. 241. num. 2. p. 3. Tartagl. in pract. crim. cap. 8. Carleual. tom. 1. diſp. 2. nu. 746. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de vagabundis a n. 70. vſque ad num. 80. Beſold. vbi ſup.*

27 Et ſi Iudex loci delicti petat, vagabundum ſibi remitti à Iudice capiente, hoc caſu vagabundus debet remitti ad ipſum Iudicem loci delicti *Ricc. in prax. p. 2. reſol. 84. Couar. pract. qq. cap. 11. nu. 7. Peguer. dec. 3. in fin. Carlreual. d. q. 7. nu. 816. cum ſeqq.* Maxime ſi delictum eſt enorme *Foller. in pract. crim. rubr. audiuntur excuſatores num. 126.* poſt *Abb. in cap. fin. nu. 21. de foro compet. Rouit. ſuper rubr. de vagabundis. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de vagab. cap. vnic. num. 78.* vbi *num. 79.* declarat.

28 Quod eſt intelligendum quando Iudex capiens vagabundum, & Iudex delicti ſunt ſub eodem Principe, aliàs ſecus. *Farinac. d. q. 17. nu. 14. Scialoya de foro compet. c. 49. num. 4.* qui alia ponit ad materiam vagabundorum ad explicationem *noſtrarum pragmaticarum ſub tit. de vagabundis. Carleual. d. q. 2. nu. 874. & ſeqq. Danza vbi ſup. Rouit. & Nauar. in dict. pragm.*

29 Si vero vagabundus habet domum, debet affigi edictum citatorium in portis ſuæ domus, in præſentia duorum, vel trium teſtium, vel notario per noſtrã *conſtit. Regni. incip. Citationis, & in l. 4. §. toties ff. de damno infect. Maranta d. p. 6. memb. 1.*

num.

num.83.Ricc.in praxi tom.3. tit.de citat.per edictũ num.8.& collect.2106. vbi etiam dicit quod affigenda in valuis Eccleſiæ non ſufficit affixa in-fuiſſe,niſi dicatur tempore celebrationis diuinorum,vbi erat populi multitudo.

30 Sic etiam ſi conſtet citandum eſſe in certo loco non ſufficit citatio per edictum. *Coſta d.remed.13.n.6.Gamma dec.Luſit.15. & 237.Borrell. d.tit.44. n.89. Barboſ.in l.ad peremptoriũ n.99.de Iudic.Surd.dec.5.Ricc.dec.31. & in d.tit.de citat. per edictum nu.7.& collect.117.* Niſi ſit locus in-
31 longinguis partibus, & adſit aliqua cauſa *Ricc. dec.91, coll.288. & 2106. vt ſup.* diximus *q.13. n.116.Valẽz.conſ.105.n.50.Larrea alleg.107.n.6.*

S V M M A R I V M.

1 *Citandi ſi ſint incerti, citantur per proclama, & quomodo fiat hæc citatio, & n.2.3.*

4 *Contra has citationes an admittatur exceptio ignorantiæ?*

5 *Qui poteſt citari per edictum an poſſit per proclamas & è contra?*

6 *Certi an poſſint citari per proclama? & n.7.8.*

9 *Exempla incertorum qui poſſunt habere intereſſe, & a n.10.ad n.45.*

46 *Affines, & amici an ſint citandi in foriudicatione alicuius rei? & à n.47.ad n.63.*

64 *Amici, & affines an poſſint allegare abſentiam rei,& ſi denegetur terminus ad denunciandum, an poſſit appellari? & à n.65.ad n.83.*

84 *Admiſſa abſentia quis terminus debeat concedi? & num.85.*

86 *Quomodo poſſit fieri citatio per proclama?*

87 *Quando requiratur citatio hæc? & nu.87.88.89.*

90 *Sententia lata cũ primo ſubſtituto an noceat alijs ſequentibus? & quomodo debeant citari? & à n. 91.ad nu.110.*

111 *Habens intereſſe principale ſic citatus eſt purè citatus.& n.112.113.114.115.116.*

117 *Videntur citati principaliter hi in ſequentibus caſibus,& n.118.ad n.120.*

121 *Quod præiudicium ſit citato, quatenus ſua putauerit intereſſe,& à n.122.ad n.131.*

132 *An citatio per proclama liget ignorantes, & mulieres? & n.133.*

De Citatione per Proclama contra intereſſe habentes.

Q V Æ S T I O XVI.

1 QVando citandi ſunt illi, qui poſſunt habere intereſſe, & ſunt incerti, ità vt neque perſonaliter,neque domi citari poſſunt, generaliter citantur voce præconis per proclama,ſeu per edictum *Bar.in extrauag.ad reprimendum in verb.per edictum, in fin.Abb.in cap.cum in tua col.2. in princ.qui matr.accuſ.poſſ.Felin.in c.quoniam §.porrò col.2.verſ.conſidera,vt lite non conteſt. num.14.* poſt alios *Borrell.in ſumma dec. tit.44. num.100. Barboſ.in cap.tabellio n.3.de fide inſtrum.& in cap. cum olim num.2. de priuileg. Coſta de remed.ſubſid. remed.13. num.1. Brun.à Sole in comp.reſol.* verb. *citatio Nouar.dec.13. num.1. Fejr. Barboſ.in l.ad peremptoriam num.101.de Iudic.Scacc.de iudic.lib. 1.c.35.num.1.Mangil.de euiction.q.197. num.10. Fontanell.de pactis nuptial.cl.5.gl.8.p.7.num.43.& 44.Ciarlin.contr.171.num.30. Capic.Latr.dec.74. num.25.Tuſc.lit.C.concluſ.257. & 262. num.14. & concluſ. 256.à num.1.* Vbi ampliat in cauſa beneficiali,criminali, in ijs quæ petuntur officio Iudicis expediri,quia ſi non fiant citationes ſpeciales contra certos,& generales contrà incertos decretum erit obreptitium,& nullum, idem dicit *concluſ.257.num.5.*Et *d.concluſ.256. nu.11.* ampliat in omni materia, quia ſpecialis requiritur contrà certos,generalis contrà incertos, & *n.14.* ampliat in tertio poſſeſſore incerto citando in diſcuſſione, quia ſufficit citatio generalis.Idem dicunt *Affl.dec.24.nu.26. Vrſill.ad Affl.dec.289. num.5.*alijque quos refert, & ſequitur *Baron.de citat.q.8.num.23.& q.9.R.Valenz.conſ.63.nu.15. 16.& conſ.105.num.50.Gratian.diſcept.194.nu.9. diſcept.359.num.29.diſcept.859.num.5. Foeb.dec. 4.num.8. Sforz.Odd.de reſtit.in integr.q.34. num. 49.& ſeqq.*

2 Hęc citatio non dicitur præciſa citatio, ſed cauſatiua, & conditionalis *Caſtr.conſ.4. n.6.lib.*
3 *3.*Eſt,quando Præco publicus citat per plateam publicam alta, & intelligibili voce aliquem abſentem,vel incertos contradictores: ſi ſua putauerint intereſſe, vel aliter *Maranta in ſpec.p.6. membr.1.num.97.Cumia ſuper Rit.Sicil.c.1.nu.14. Aſin.de execut.§.6.cap.41.* licet à *Tuſc.*verb.*citatio concluſ.253. & 259.* & à *Soccin.de citat.art. 53.*vocetur citatio per præconem, ideò dicta per eos ibi faciunt ad materiam præſentis quæſtionis

4 Contra huiuſmodi citationes non poteſt allegari ignorantia, & ſi allegauerit ad ipſius probationem non admittitur,vt dicit *Grammat.dec.36.nu. 15.*nam id,quod publice factum eſt,quilibet ſcire pręſumitur, late *Aſin.de execut. §.6. cap.38.* quid quo ad citationem per proclama dicemus *num.132.*

5 Miror tamen de *Reg.Capit.Latr.dec.74.nu.26.* vbi dicit,quod in omnibus caſibus, quibus quis poteſt citari per edictum, poteſt citari per proclama, & allegat *Marant.in ſpec.p.6. membro 1.n. 95.* Qui ſi benè legatur hoc non dicit, ſed dicit, quòd in caſibus, in quibus quis poteſt citari per proclama,poteſt per edictum, quia per edictum res efficitur magis notoria,quam per proclama, quod non eſt è contra, vt dicit *Reg.Latr.loco cit.* Ideo hanc opinionem tenet *Scacc.de Iudic.lib. 1.cap.35.in fine*, quem pro ſua opinione refert *Reg.Latr.nu.1.* Et eſſe differentiam inter citationem per edictum, & proclama dicit *Borrell.in ſumma deciſ.tom.1.tit.44.nu.76.*licet quo ad effectum nullam adeſſe,dicant *Put.dec.76. Coſta ſicul. conſ.78.nu.14.15.*

6 Quando autem illi, qui habent intereſſe,ſunt certi,vel incerti,qui poſſunt certificari, non poſſunt hac generali citatione vocari,ſed ſpecialiter & nominatim ſunt citandi, aliàs proceſſus non valet *Bar.in d.*verb.*per edictum num.16. Marant. vbi ſup.num.89.Brun.à Sole d.* verb.*citatio Tuſc.d. concluſ.256. num.16. & à num.20. cum ſeqq. &*

con-

concluſ.257.Caualc.dec.17.nu.36.p.1. Ripoll.var.
cap.3.num.45. & 46. Menoch.conſ.100. num.94.
conſ.665.num.8.conſ.962.1 num.53.962.3.nu.4.
conſ.449.nu.4.& conſ.1125. num.30. & de recu-
per.poſſeſſ.remed.8.num.102. Cutell.de donat.tract.
1.diſt.2.p.6.num.65.& 74. Baron.poſt alios de ci-
tation.q.8.num.24.Aſin.de execut.§.6. cap.32.nu.
24.& cap.35.num.2. & ſeqq. Vbi infert ad ſtatu-
tum diſponens proximiores agnatos eſſe citan-
dos,vt de citationo ſpeciali,non generali intelli-
gatur, & num.12.in fert ad aliud ſtatutum diſpo-
nens, vt in datione inſolutum ſatis ſit ſi citatio
generali proclamatione, vel edicto fiat, vt ſit re-
ſtringendum ad illos,qui facillimè ignorari poſ-
ſunt, non ad poſſeſſores, quorum ſcientia facilli-
mè haberi poteſt. Fontanell.de pactis nuptial.cl.5.
gl.8.p.7.num.43.& 44.Amat.reſol.11.num.5.Con-
tard.in l.diffamari in gl.num.27. & 28. qui dicit,
quod quando illi qui erant certi fuerunt per
proclama citati, & non ſpecialiter, non eſt ne-
ceſſe appellare Reg.Valenz.conſ.63.num.15.16.
lib.1.& conſ.105.nu.50.Gratian.diſcept.194. n.3.
Sforz.Odd.d.q.34.nu.51.
7 Ideò quando cauſa eſt commiſſa contrà poſ-
ſeſſores, tunc contradictores, & intereſſe haben-
tes cenſentur certi, & ſunt nominatim, & parti-
culariter citandi, nec ſufficeret generalis citatio
per proclama,iuxtà notata in cap.fin. de fide in-
ſtrum. & in auth.ſi quis in aliquo C.de edend.Alex.
conſ.106.num.14.lib.1. & conſ.150. num.4. verſ.
hic primò lib.6.Rot.in recent.dec.258. num.2.p.2.
Contard.in d.l.diffamari in gl. num.34. Aſin. de
execut.§.6.cap.35.nu.5.16.& 17.Peregr.dec.145.
num.14.Ripoll.d.cap.3.à nu.44.Seſſ.de inhibit.c.8.
§.3.nu.37.dicens,quod vbi conſtat de certo ſpo-
liatore, & poſſeſſore,is nominatim, non per edi-
ctum citari debet.Maranta vbi ſup.num.89. Gra-
tian.diſcept.339.num.29.431.num.5.489.nu.12.
& 13.& 859.nu.5.Parlador.lib.2. rerum quotid.c.
fin.p.5.§.9.nu.18.Gratian.diſcept.238.num.72.di-
ſcept.431.nu.5.489.nu.12.13. Niſi concurrant
cauſæ, quas poſuimus ſup. dum loquuti ſumus de
citatione per edictum.Si verò certi eſſent plures,
tunc ratione multitudinis ſufficeret proclama,
ſi negotium tangeret vniuerſaliter multos Con-
tard.d.l.diffamari in gl.n.27. & 28. Secus ſi ſin-
8 gulariter tangeret,quod paucis notum,& notabi-
le dixit Iaſ.in l.decem num.43. ff.de verb. oblitat.
citatus à Contard.quem etiam citat, & ſequitur
Parlador.rerum quotid.lib.2.c.fin.p.5.§.9.num.16.
R.Latr.dec.74.num.25.Peregr.conſ.21. nu.16.lib.
1.Coſta remed.13. nu.7. & ſeqq. limitat in multi-
tudine, quæ regitur collegialiter,quę collegiali-
ter eſt citanda Menoch.conſ.1125. nu.32. Baron.
d.q.8.n.27.
9 Exempla incertorum, qui poſſunt habere in-
tereſſe ſunt plura, quorum eſt Primum, quando
quis moritur ab inteſtatò, & non apparet, quod
aliquem habeat ſucceſſorem, quo caſu bona va-
cantia deferuntur in fiſcum hæredem iuxtà tex.
in l.vacantia C.de bonis vac.lib.10.Aſin.de execut.
§.6.cap.49.num.24.25. Afſl.in cap.vnic. de regal.
num.7.Peregrin.de Iure fiſci tit.3.num.30. Boſſ.tit.
de bonis vac.num.12. Nouar.ſuper d.l.vacantia n.
2.in fine Franch.dec.123.vbi addentes. Vel in
10 caſu confiſcationis bonorum facienda à fiſco
Abb.conſ.105.nu.1.Iaſ.in l.ſi ſtipulatus fuerit §.cũ
ſtipulatus col.2.ff.de verb.obligat. Curt.iun. in l.1.
num.76. & ſeqq. ff. ſi cert.petat. Aſin.de execut.
§.6.cap.52.
11 2.Quando prędium pignori datum debet ven-
di,tunc intereſſe habentes ſunt incerti, videlicet
creditores,qui fortè habent hypotecam, ideò fit
proclama generale, vt ſi aliquis prætendat ius,
veniat iuxtà tex.in l.ſi eo tempore C.de remiſſ.pi-
gnor. Quo caſu difficultas eſt, ſi non compareant
creditores anteriores,an eorum hypoteca, & ius
ſit extinctum ſuper illare?
12 Quod ſit extincta hypoteca ſuper illa re,vide-
tur dicendum, per verba dicti textus: Si eo tempo-
re,dum dicitur:ſi eo tempore quo prædium diſtrahe-
batur programmate admoniti creditores cum præſen-
tes eſſent,ius ſuum executi non ſunt, poſſunt videri
obligationem pignoris, amiſiſſe. Ratio ponitur per
Ant.Fabr.ibidem nu.6. quia oportet emptorem
eſſe ſecurum, cum prętoris authoritate poſſideat,
hanc opinionem ſequuntur Boer.dec.112.nu.10.
& 11.& 14.Crauett.conſ.148.Rebuff.de litter.obli-
gat.art.11.gl.2.& in tract.de precon.gl.1.art.5.in
fin.Tepat.lib.1. tit.quibus mod.pignus verſ.creditor
1.& 2.vol.2. Put.dec.266. num.2. Amat.reſol.11.
diximus in obſ.ad conſ.12.lib.3. R.Romis.Rema-
13 net tamen actio perſonalis,Teſtas alleg.24. num.
40.& 41.
14 Et ad excludendum prædictos creditores non
requiritur terminus peremptorius, ſed ſufficit
vnica citatio,vt dicit Put.d.dec.266.nu.6. ex Sa-
lyc.in l.ſi ea verſ.quar. C. qui accuſ.non poſſ.Alfan.
in collect.1326.Mantica de tacit.tit.31.lib.11.nu.
42.& 43.Pancirol.conſ.20. num.33. Ant.Fab.in
C.tit.de remiſſ.pignor.def.2. licet duas citationes
requiri, dicat, poſt Contard. & Rip.Amat.d.reſol.
15 11.n.8.Secus ſi eſſent tantum præſentes in ven-
ditione, & ſcientes creditores,& non citati,nam
tunc per præſentiam, & ſcientiam creditorum,
non excluduntur, cum ſciant eorum ius dura-
turum Fab.d.def.2. diximus d.obſ.12.num.11.&
ſeqq.
16 Quę diximus procedunt quando creditores
ſunt incerti, ſed quid dicendum ſi creditores ſint
certi,an ſufficiat citatio per edictum ad illos ex-
cludendum ab eorum iuribus? Et etiam hoc caſu
eſſe excluſos dictos creditores, quamuis non
fuerint citati perſonaliter, cum ſufficiat citatio
per proclama, ſeu edictum, dicit Coſta ſicul.conſ.
78.num.20. verſ.Sed quidquid ſit, & hoc ex ver-
bis dicti tex.d.l.ſi eo tempore, dum ibi indiſtin-
ctim diſponit creditores præſentes, vel per pu-
blicum proclama, vel per edictum citandos eſſe,
igitur non eſt neceſſe creditores præſentes citari
nominatim.
17 Sed dictos creditores eſſe citandos nomina-
tim, & non ſufficere per edictum,& proclama,
dicunt Becc.conſ.12.num.10.& ſeqq. Ant.Fab.in
C.lib.7.tit.32.de bonis auth.iudic.poſſid.& cap.14.
18 eodem tit. Nam dicta citatio per edictum refer-
tur ſolum ad incertos, & ignotos creditores.
Becc.d.conſ.12.num.9.10. vbi ſubdit idem obſer-
uari debere, vbi perſona eſt incerta, ſi tamen
de facili poteſt ſciri,& certificari Capic.dec.101.

19 Hanc

19 Hanc opinionem tenent Cancer.var.lib.2.c.
7.de refist.ſpoliat.nu.14. Mangil.de ſubhaſt.q.104.
num.2.& ſeqq.Conſ.Staib.reſol.5. num.4. ver.licet
ego Conſ.Crot.obſ.62. Fontanell.de pactis nuptial.
clauſ.5 gl.3. nu.42. verſ. Nec conturbat Bar.in d.
l.ſi eo tempore C.de remiſſ.pignor.& in extrauag.ad
reprimendam verſ. & per edictum num.13. & 14.
Bal.in auth.ſi omnes nu.3.C.ſi vt ſi ab herede ſe ab-
ſtin.& in l.fin.nu.41.C.de edict.D.Adr.toll.Card.
conſ.74.& 138.n.5.& 6.
20 Et quamuis poſſit afferri textus d.l.ſi eo tempo-
re: ibi creditores cum præſentes eſſe, vt ſcil.ſufficiat
citari per proclama creditores præſentes,vt dicit
Coſta d.conſ.78.nu.20.Tamen tex.loquitur ibi de
creditoribus,ſed ignoratis emptori , ſecus ſi ſint
cogniti, ſed abſentes ſint,vt ſup.diximus.
21 Et quoties creditores anteriores ſunt citati
nominatim , & non comparent , perdunt eorum
iura ſuper re vendita,vt dicunt Carleual.de iudic.
tom.2.lib.1.tit.3.diſp.2.& diſp.22.num.8. & ſeqq.
Bolicher.de ſucceſſ.ab inteſt.theor.6.nu.47.diximus
in obſ.ad conſ.12.lib.3 .R.Rouiti vbi alia poſui-
mus ad materiam.
22 Eſt bene verum poſſe Principem mandare,
quod creditores certi citentur per proclama,
Alciat.in cap.placuit 3 nu.81. de præſcript.Coſta ſi-
cul.conſ.78 nu.22.qui loquitur in Principe, &
delegato,dicens illos poſſe mandare etiam in il-
lis caſibus, in quis perſonalis requiritur citatio,
vt fiat per edictum,vel proclama. Cutell.tract.22.
num.14.& 20. dicens Principem poſſe mandare,
vt creditores certi citentur vna cum incertis per
publicum proclama Abruz. de modo proced.ſum-
marie p.2.c.2.nu.210.ex Coſta & Amat.dicit: Nē
dominia ſtent in incerto ſolere concedere, quod
creditores citati per publicum proclama, quate-
nus compareant infrà certum tempus deducen-
do eorum iura ſuper aliqua re , aliter excludan-
tur ab eorum petitionibus, & actionibus.
23 Tertium exemplum eſt quando minor vult ſe
abſtinere ab hæreditate, & petit reſtitutionem in
integrum,creditores qui ignorantur,vel ſunt ab-
ſentes, ſunt vocandi per proclama iuxtà tex.in
Auth.ſi omnes creditores C.ſi minor ab hered.ſe
abſtin. vbi Bal.col.1. verſ.quarto quæro Maranta
in ſpec.p.6.membr.2.num.103. Sforz.Odd.de reſtit.
in integr.q.34.n.51.& 56. Baron.de cit.q.9.n.15.
24 Quartum exemplum quando hæres vult inuē-
tarium conficere , quia ſi creditores vel ſunt ab-
ſentes, vel ignorantur , citandi ſunt generaliter
per proclama Papienſ.in formn libell..quo pet.he-
red.ex teſtam. in gl.parè inſtituit num.18. Bal.in
tract.de adit. cum inuent. circa princ.§. fiat igitur
Auth.de hered.& falcid.Seraphin.dec.371. num.4.
Additio ad Ludouiſ.dec.475.num.22. Ricc.collect.
2106.Cauall.q.809.num.32.Gratian.cap.711.nu.
5.Reg.Latr.dec.96.nu.30.Capic.dec.10. Tuſc.con-
cluſ.256.num.28.Becc.conſ.12.lib.1. num.9.Vela-
ſc.dec.52.nu.21.Gama dec.115. Idem Gratian.c.
767.n.38.39. & c.720.Baron.de citat.q.17.n.93.
& cap.8.n.50.& q.9.nu.13. Imo ſufficere gene-
25 ralem,licet perſonæ eſſent certę, quando adeſſet
multitudo creditorum Gratian.cap.797. num.18.
26 Sufficere vnicam citationem hoc caſu Achill.de
graſſ.dec.3.de teſtam.Gratian.d.c.797. nu.4. Aym.
ſuper conſu.Aluern.tit.1.art.3.n.8.
27 Qui vero ſunt certi , & præſentes debent no-
minatim citari. Bar.in l.fin.§.cum igitur nu.3.C.de
iure delib.Bal.in auth.ſed cum teſtator C.ad l.falcid.
Ludouiſ.dec.473.nu.1.& ibi addit.nu.22. Aſin.de
28 execut. §.6. c.35. Et ſufficit quod certi citentur
domi dimiſſa copia,alij verò incerti per affixio-
nem Iaſ.in d.l.fin. §.ſin autem C.de iur.delib. &
ibi Bal.in 5.requiſito Caualer.dec.308.n.2.
29 Quintum exemplum eſt cum aliqua perſona
Eccleſiaſtica ſpoliat laicum poſſeſſione alicuius
rei, quia poteſt laicus adire Iudicem ſæcularem,
vt per viam defenſionis extraiudicialis recupe-
rare poſſit reſtitutionem ſiç amiſſæ poſſeſſionis,
& tunc quia Iudex ſæcularis non poteſt ſpecia-
liter clericum citare,poteſt vnam citationem ge-
neralem per edictum exponere ad inſtantiam
ſpoliati , vt quicumque ſua putauerit intereſſe
compareat ad allegandum quare ille laicus reſti-
tui non debeat ad poſſeſſionem. Maranta in
ſpec.p.6.membr.1. num.88. Scacc.d.c.34. num.30.
Ricc.in praxi tom.3.tit.de citat.per edictum nu.13.
collect.2106.& 2290. Menoch.de recup.poſſeſſ.re-
med.8. num.118 Borrell.in ſumma deciſ.tom.1. tit.
44.n.102.& ſeqq. de quare diximus q.13.
30 Sextum exemplum eſt quando litigator poſt
litem conteſtatam ſe abſentat, & eſt neceſſe , vt
citetur ad aliquem actum, & non habet domum,
vel neminem reliquit in domo, tunc poteſt cita-
ri per publicum proclama in locis publicis , ſe-
cundum Bal.in l.ſi quando q.11. C.de teſtib. Socc.
conſ.56.col.5.in fin.vol.4.Carpan.ſuper ſtat.mediol.
31 c.1.nu.49. Et proclama debet fieri in illa vici-
nia, vbi conſueuerat citatus conuerſare DD.in l.
4.§.prętor ff.de damno infect. Maranta vbi ſup.nu.
100.Aſin.de execut.§.6.c.33. & c.41. dicit ſuffi-
cere,ſi præco dicat,proclamaſſe per Ciuitatem
in locis publicis , nec eſſe neceſſe dicere locis
32 conſuetis, & debet fieri lingua vlgari, vt facile
ab omnibus exaudiatur , & percipiatur l.ſed, &
ſi pupillus §.præſcribere ff.de inſtit.action.latè Aſin.
33 de execut.§.6. cap.39. Et ex quo à iure non eſt
ſtatutum quanto tempore durent proclamata, &
præconia, ideo eſt arbitrariū iudici,& ſic à præ-
cone exprimi non debet Aſin.d.c.41. ſi vero ſta-
tuto,aut conſuetudine tempus ſtatutum ſit, men-
tio à prçcone fieri debet. Aſin.ibid.n.6.
34 Septimum exemplum eſt quando Epiſcopus
vult procedere contrà illos, qui cum ſpoliauerūt
ſua Sede , quia poteſt accedere ad alienam diœ-
ceſim conuicinam , & ibi citare dictos expulſo-
res per publicum proclama in aliquibus illius
diœceſis diebus feſtiuis,quando populus in Eccle-
ſijs congregatur , quando non poſſet illos perſo-
naliter citare propter non tutum acceſſum clem.
1.de foro compet. vbi Barboſ.
35 Octauum exemplum eſt, in quo non ſolum
permittitur, ſed etiam eſt neceſſaria citatio per
proclama , quando contrahitur matrimonium,
nam monent per proclama parochi in Eccleſia
ſub certis diebus illos, qui nouerint aliquod im-
pedimentum cum certo termino , quo lapſo non
audiatur contradicens, niſi iuſtam cauſam alleget
cap.cum inhibitio vbi Canon.de clan.deſp.c.cum in
tua qui matr.accuſ.poſſ. Caſtbal.conſ.421. num.51.
lib.3.

Digitized by Google

lib.3. Maranta d.p.6. membr.1. num.102. Rebuff. in præfat. num.76. de citat. Concil. Trid. ſeſſ.14. cap.1. de reformat. Barboſ. in d.c. cum inhibitio, & in d. cum cum in tua.

36 Nonum exemplum eſt quando datur Curator ad litem abſenti, vt ſi quis habeat legitimum mandatum compareat, aliàs ſi adeſſet procurator & iudicium fieret cum Curatore, eſſet nullum, quo caſu proclama fieri debet, vbi reus reſidebat *Maſtrill. dec.226. nu.11. Virgil. de legit. perſ. c.14. Amat. reſol.33.*

37 Decimum exemplum eſt quando quis vult ſibi adiudicare prædium, quod exiſtit pro derelicto, quia poteſt per proclama citare hæredes, ſeu intereſſe habere putantes, qua citatione facta, & nemine comparente, datur Curator à Iudice cauſæ, aliquis conſanguineus illius, cuius eſt hæreditas, contra quem dirigitur actio. *Ripoll. var. tit. de citat. n.30. & 31.*

38 Vndecimum quando aliqua domus ratione publicæ vtilitatis eſt diruenda, vel ad publicum vſum conuertenda, & eius pretium domino eſt ſoluendum, *Baron. de citat. q.9. num.20. Amat. reſol. 21. nu.17.* vbi dicit in Regno Sicil. ex particularibus Proregum prouiſionibus ſeruari emptoribus alicuius prædij præſentibus, vt tutius emant abſque periculo futuræ moleſtiæ per proclama omnes incertos citari cum termino, quo elapſo omnino excluduntur *Coſta Sicul. conſ.78. R. Conſtat. in l.1. nu.165. C. pen. fiſcal. cred. præſ. lib.10.* Hæc tamen citatio non nocet, creditoribus exiſtentibus extrà prouinciam, quibus datur reſtitutio, poſt *Virgil. Peregr. Nouar. Hodier. Baron. de citat. q.9. nu.22. Amat. d. reſol.33.*

39 Difficultas pro vndecimo exemplo eſt. An in materia *l. diffamari C. de ingen. & manumiſſ.* Sufficiat citatio per proclama, vel per edictum? & ſufficere dicunt *Bal. & Salyc. in auth. ſi quis ab aliquo C. de teſtibus*, & dicunt modum eſſe, vt aliquid ſubmittatur qui diffamet, nam iudicium intentatur contra ipſum, & generaliter contra omnes alios. *Natta in repetit. clem. ſæpè, in princ. col.35. de verb. ſignific.* Sed non ſufficere dicit *Cagnol. in d.l. diffamari num.13. verſ. ego oppoſitum verius*, ea ratione quia remedium dictæ legis non datur, niſi contrà diffamantem, & ex conſequenti contrà alios non datur, cum factum vnius alteri illi præiudicium afferre nõ debeat, vt inuitus contrà iuris regulas agere compellatur *arg. l. ſi vnus §. ante omnia ff. de pactis Roman. conſ.73.* Poteſt tamen ex cauſa, talis citatio concedi, putà dum officialis finito officio vult diſcedere, nam poteſt citare facere omnes intereſſe habentes contrà ipſum infra talem terminũ, alias via agendi præcludatur *gl. in d.l. diffamari Angel. Aretin. in rubr. Inſtit. de except. col.16.* & ità de conſuetudine ſeruatur, & nos in noſtro Regno Neap. de viſu teſtamur, latè *Aſin. de execut. §.6. c.36.*

40 Duodecimum exemplum eſt quando eſt mouenda aliqua lis contrà abſentem, qui non inuenitur, nec habet certam domum, nam tunc poteſt citari per proclama, dummodo non ſit prima citatio, in quæſtione de re mobili. *Bal. in l. ſi accuſatoribus col. fin. C. de accuſat.* & ibi etiam *Cynus, & in l. inter minores in fine in prima lect. ff. de in integr. reſtit. Alex. in l.4. §. prætor ff. de damno infect.* vbi *Bar. & alij Maranta d. membr.1. num.101. Camill. ſuper rit. Sicil. c.1. n.14. Carpan. ad ſtatut. Mediol. c.1. n.160.*

41 Sed An ſint citandi amici eius, & conſanguinei, an velint eum defendere ante quam ipſe per proclama citetur? *gl. in cap. cauſam extra de dolo, & contumac.* quem ſequitur *ibi Io. Andr.* tenet quod ſint prius requirendi amici, idem firmat *Specul.*
42 *tit. de citat. art.2 gl.1. num.6.* Sed quod non ſint citandi tenet *Cyn.* poſt *Petrum l. properandum C. de bonis auth. iudic. poſſid. Ant. in cap. fin. de dolo, & contumac.* vbi *Abb. num.14. Bal. in auth. ſed cum teſtator col.vl. C. ad l. falcid. Imol. in l. ſi finita* vbi etiam *Alex. §. fin. ff. de damno infect. Virgil. de legit. perſon. c.14. n.17.*

43 Sunt tamen citandi in aliquibus caſibus, in *l. ergo ff. ex quibus cauſ. maior. l. hoc autem ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eat. l. aut qui aliter §. ſi forte ff.*
44 *quod vi aut clam.* Ac etiam quando eſt facienda miſſio in poſſeſſionẽ contrà aliquem abſentem, qui non defenditur *l. item ait prætor, & l. ergo* vbi *Bar. Bal. & DD. ff. ex quibus cauſ. maior. in integr. Maranta vbi ſup. n.107. Tiraq. de pœnis temp. cauſ. 22. n.69. & 70. Socc. reg.52. & 194.* quæ opinio eſt *Canoniſtarum.* Sed *legiſtæ* tenent contrarium, & ipſorum opinionem magis communem, & ve-
45 riorem eſſe dicit *Alex.* Sed *Decius* conatur defendere canoniſtarum opinionem in *c. conſultationibus num.21. de offic. deleg.* & diſtinguit, quod ſi citandus eſt abſens ex iuſta cauſa citandi ſunt amici, ſin minus, ſecus.

46 Verum quia inter defectus citationis aduerſus ſententiam foriudicationis ille numeratur v.d. quod affines, cognati, & amici non fuerint citati, vnde videndum quid Iuris? Et nulli dubium eſt, de Iure, non tantum ipſos reos eſſe citandos, vel perſonaliter, vel domi, vt *ſup.* diximus *per tex. in l. ſcire etiam oportet §. qui autem ff. de excuſat. tutor. l.4. §. prætor ait ff. de damno infect.*

47 Sed vbi agitur de graui eorum præiudicio, debere citari eorum affines, & amicos, vt habetur ex *Vlpian. in l. hoc autem §.1. quibus ex cauſis in poſſeſſ.* ibi *Si autem non habeat tutores requirendi ſunt cognati, vel affines, & ſi qui alij forte ſint, quos veriſimile eſt defenſionem pupilli, pupillíue non omiſſuros, vel propter neceſſitatem, vel propter charitatem, vel qua alia ratione*, ex *Paul. in l. ergo ff. ex quib. cauſis maior.* & de amicis eſt *tex. cum gl. in l. fin. vbi pupill. educ. debeant Tiraquell. de pœnis temper. cauſ.22. nu.69. & 70.*

48 Ex quibus origo habuit ortum, vt abſentes à quocumque defendi poſſint, vt dicit *Capell. conſ. crim.64. Rot. Rom. dec.420. nu.2.* plures apud *Carol. de Graff. de effect. amicitiæ n.91.*

49 Ex quibus inoluit praxis in noſtra M. C. V. citandi, ante quam ad foriudicationis Sententiã contrà reum deueniatur, ne dum affines, & cognatos, ſed amicos, vt eius, ſi velint ſuſcipiant defenſionem, teſtatur *Marin. Caraman. in conſtit. Regni pœnam eorum verb. foriudicari.* Ratatio eſſe poteſt, quia certius, & ſecurius eſt amicitiæ, quam ſanguinis vinculum teſte *Valer. Maximo in proœm. lib.4. cap.7.* Et amicitia æquat, & ſuperat fraternitatem *Tiraquel. de pœnis temp. cauſ.22. n. 20.*

10.*De Graſſ.de effect.amicit.n.81.& 82.* Imo amicitia conſanguinitati præponitur, vt obſeruat *Menoch conſ.683.n.23.lib.7.*

50 Sed an ſit nullitas, ſi amici non ſint citati, & ſi debeant citari, an ſufficiat illos citare per edictum, & proclama, vel debeant citari perſonaliter *DD.* non conueniunt. Nam quod debeant citari amici perſonaliter, alias ſit ſententia nulla, dicit *Praſ.de Franch.dec.516.nu.3.* poſt *Foller.in praxi crim.* verb.*foriudicentur R.Tap.in conſtit.* Regni. *Pœnam eorum num.4.in fin.lib.5.Iuris Regni.*

51 Sed quod non debeant citari amici, ex quo hæc citatio leuis eſt ſollemnitatis, dicunt *Bal.in rubr.C.de ſucceſſ.edict.col.2.ver. non tamen Bar.in auth.qui ſemel nu.13.* verſ.*iſtud autem C.quomodo, & quando Iudex Bertachin.in repert.* verb.*amicorum citatio*, Ideo eius omiſſio non vitiat actum *Carol.de Graſſ.de effect.amicit. num.247.* & refert hoc eſſe de praxi Regni Siciliæ, vt nunquam citentur amici.

52 Et id quod dicit *Praſ.de Franch.d.dec.516.* quod non ſufficiat generaliter citari, ſed debere ſpecialiter citari, fuit intellectum loqui de affinibus, & conſanguineis tantum, pro vt cum intelligunt *R.Rouit.in rubr.de ſentent.foriudic.nu.3. Mele & Mari ad Gizzarel.dec.17.nu.12.* & ipſe *Gizzarell.* poſt *Aſſit.in conſtit. Pœnam eorum n.19.* dicit ſufficere in materia foriudicationis, citari affines, & coniunctos.

Et de Iure comprobatur ex *tex.in l.ergo ſciendum. ff.ex quibus cauſis maior.* ibi; *non aliter hoc edictum*, & ex *Vlpian.in l.aut qui alter §.ſi quis ff. quod vi, aut clam.* ibi. *Et ſi forte non ſit cui denuncietur, neque dolo malo factum ſit nè ſit, amicis denique denunciandum eſt.* Ex quorum *textuum* verbis habetur, quod citatio amicorum requiritur vbi alius non eſt, qui interrogari poſſit an abſentem defenſurus ſit, ſecus vbi alius eſſet, & ſen-
53 tentiam foriudicationis non eſſe nullam ex quo amici non fuerunt citati perſonaliter, ſed tantum voce præconis, refert deciſum per *S.C.D.Praſ. Merlin.contr.39 lib.2.* addimus *Scialora de foriud. cap.11.nu.4.R.Latr.dec.74. Rocc.de offic.commiſſ. general.rubr.15.nu.175.Baron.de citat.q.9. nu.31.* vbi *alios* refert.

54 Sed quid dicendum, vbi ſit citata vxor inquiſiti, & filij, & vnus ex fratribus germanis, non autem pater, & alter frater germanus, an poſſit procedi ad foriudicationem pro aliquo delicto per ipſum patrato? Et ſi fuerit proceſſum, an ſententia foriudicationis ſit nulla? Et quod non ſit nulla, facit quia non eſt neceſſaria citatio ad foriudicandum de iure *noſtræ conſtit. Pœnam eorum*, ſed ſufficit, vt citato reo ad informandum, & capitula, ſi ille effectus contumax permaneat per anni circulum in contumaciam, ſtatim foriudicatur, vt dicit *gl.in d.conſtit. in* verſ.*foriudicari* vbi refert vtramque opinionem, & hanc dicit eſſe veriorem, licet opinionem quod requiratur, dicat æquiorem, *ibidem Andr.col.2.* verſ.*cum quid autem* ſic etiam *Lall.de Tuſca ibidem* dicit, vtramque opinionem poſſe ſuſtineri.

55 Igitur ſi non eſt neceſſaria, ſi deficiat, vel ſi fiat talis citatio, & non citentur omnes, non eſt nullitas, nam hoc fit ad maiorem cautelam, & maior cautela non nocet *l.non ſolent 94.ff.de reg. Iuris l.quæ extrinſecus 65 ff.de verb.obligat.l.pediculis 32.§.labro ff.de aur. & arg.legat.Vax.axiom. iuris lit.S. num.73.* Et licet de conſuetudine ſeruetur talis citatio, vt dicunt *Aff.in d.conſtitut. pœnam eorum col.ante penul.* verſ.*in gl.2.Praſ.de Franchis dec.515.* Tamen fit ad hoc, vt poſſit haberi defenſor, vnde ſat eſt quod principali, & ſtrictioribus ſit denunciatum, veluti vxori, filijs, & alij germano, ex verbis *d.text.hæc autem* ibi: *quos veriſimile eſt defenſionem pupilli, pupillæue non omiſſuros.* Eò maximè cum filijs denunciatum fuit quibus eſt proxima ſpes ſucceſſionis *l.1.§.denunciatio ff.de ventr.inſpic.* ex quibus ſic deciſum refert per M.C.V. *Reg.Sanfel.dec.225.* Imò ità pariter deciſum refert, quamuis in citatione expreſſum eſſet, vt citaretur pater, qui non fuit citatus.

56 Sed quod ſententia foriudicationis ſit nulla dicunt alij, ex *tex.in l.1. §.denunciationibus ff. de ventr.inſpic.* ibi *Iiſdem eſt denunciandum, quibus proxima ſpes eſt ſucceſſionis* probat *Puluerin.in addit.ad conſtit.pœnam eorum de forban.col.3.gl.in* verb.*foriudicari*, dicens citandos eſſe tam minus ſtrictos, quam magis ſtrictos, quia poſſet eſſe, quod vnus poſſet allegare aliquas rationes alijs incognitas, & allegat *gl.in d.l.hæc autem §.1.in* verb.*cognati Franch.dec.516.num.3.Praſ.Merlin. contr.39.nu.21. & 33.lib.2. Rouit.in rubr.de ſent. foriudic.nu.3.Mele ad Gizzarell.dec.17.nu.20.* Et illis debet relaxari copia citationis *Merlin.controu.41.num.9.lib.1.* Sufficere tamen ſi citatio fiat domi, vt fundat *Sanfel.d.dec.225.n.9.*

57 Dixtinguit *Conſ.Rocc.in tract.de offic. tit.de offic.Commiſſ.generalis rubr.15.nu.179.* dicens, deciſionem procedere ſi de patre, & matre non fuerit habita notitia, quia in citatione ad foriudicandum non debeant citari omnes agnati, & cognati, ſed tantum illi, de quibus notitia habetur, cum contrà incertos, & abſentes procedatur per edictum *R.Tap.dec.S.C.50. Nouar.dec.12.& Scialoya de foriudic.c.11. nu.4.* dicit teneri Iudicem reſcribere Vniuerſitati loci vt det liſtam affinium, & cognatorum, & dicit etiam *Merlin.d. contr.39.* & habita notitia, ſpecialiter citandos eſſe ſentit *Rocc.vbi ſup.nu.178. & reſp.92.tom.2. nu.14.* vbi tenet eſſe citandum etiam fratrem vxoris.

58 Sed contra hanc dixtinctionem facit deciſio *Sanfel.vbi ſup.* qui teſtatur reiectam nullitatem ex hoc capite, in cauſa Andreæ figliomariæ, & ſororum inquiſitarum de homicidio, quamuis in citatione expreſſum erat, quod citetur pater.

59 Facit etiam alia *deciſio* relata per *Thor.C.rerum iudic.in alleg.42.num.* vbi 19.dicit, quod inter alias nullitates propoſitas adducitur, quod citata erat mater inquiſitorum de homicidio in Ciuitate Capuæ, quod per multum tempus antè intimationem mater conduxerat domum Neap. vbi habitabat, & proinde citatio erat nulla ex deciſis per *Franch.dec.514.* Et tamen in fine refert *Thor.* fuiſſe proceſſum ad foriudicationem per Gubernatorem Capuæ per S.E.delegatum.

60 Ego concurro cum opinione priori contra *Sanfel. d.dec.225.* ex *deciſis per Franch.d.dec. 516.& Merlin.d.contr.39.& alios ſup.citatos* alias

ad nihil deſeruiret liſta conſanguineorum,& affiniũ ſi de illis habita notitia, non deberent notificari. Nec eſt verum citationem ad foriudicandum non eſſe neceſſariam, ex *DD. ſup. citatis* quibus addimus *Aff. in conſtit. citationis litteræ in 3. notabil. in* verb. *& quia Franch. dec. 516, nu. 1.* Concurro tamen cum opinione *Conſ. Rocc. vbi ſup.* vbi aliquis agnatus eſt incertus, nam ſi non citetur, non eſt nulla ſententia foriudicationis, cum ille citetur per edictum.

61 Si verò agnatorum aliquis, & cognatorum eſſet non in regione citantis, ſed abeſſet à Regno, vel in Ciuitate Beneuentana, tunc ſufficeret citatio per edictum, vt dicit *Franch. dec. 516. R. Tapia d. dec. S. C. 50.* Secus ſi eſſet in Regno *Rocc. d. reſp. 92. nu. 12.*

62 Contra eſt deciſio, quam refert *Sarn. in praxi crim. tit. de foriudic. nu. 49. in fin.* vbi dicit in foriudicatione patris, fuiſſe citatam per edictum filiam exiſtentem in Monaſterio S. Annæ Ciuitatis Sueſſæ, dum poterat citari perſonaliter. Sed dicta deciſio, vel proceſſit quia dicta monialis erat in loco immuni, vel quia dicta deciſio proceſſit de facto, non de iure, nam aduerſus illam non fuit propoſita nullitas hęc, & deciſum, illam non obſtare, & ſic nihil ad rem.

63 Si filij ſint minores, tunc ſi pater eſſet foriudicandus erunt citandi filij, & dandus Curator filijs minoribus, vt dicit *Franch. d. dec. 516. num. 3. & 14. Thor. in C. rerum iudic. alleg. 42. n. 17.*

64 Iſti amici, vel conſanguinei citati pro inquiſitis poſſunt allegare abſentiam dicti inquiſiti, quæ regulariter debet admitti, & eſt concedenda *l. inter accuſatorem, & l. penul. §. ad crimen. ff. de publ. iudic. l. abſens ff. de procur. Clar. q. 32. ver. prædicta autem Foller. in pract. crim. rubr. audiantur excuſatores nu. 10. Guaz. ad defenſ. reorum c. 1. defenſ. 12. Scialoya de foriudic. cap. 8. n. 87. Reg. Sanfel. dec. 31.* Et dum conceditur debet notificari excuſatori *Viu. dec. 361. num. 3.* ſecus ſi concederetur in continenti præſente excuſatore, nam tunc non notificatur *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de abſentia cap. 3. n. 26. & ſeqq. Scialoya de foriudic. cap. 8. num. 121.*

65 Poteſt allegari hæc abſentia ſine aliquo mandato *Farinac. q. 11. n. 52. & q. 99. n. 278.* Et ſi exceptio abſentiæ non fuerit admiſſa, & terminus ad certiorandum non fuerit conceſſus, proceſſus eſt nullus. *Farinac. de inquiſit. n. 52. & q. 99. num. 293. Guazzin. defenſ. 12. c. 1. n. 4. Scialoya d. c. 8. nu. 90. & ſeqq.*

66 De *Iure* noſtri Regni Neap. per *Capit. Regni poſt commiſſum* non admittitur abſentia allegata quando inquiſitus fuit viſus die delicti, vel præcedenti, nam tunc abſentia eſt malitioſa, & fraudulenta, cum abſentia proxima delicto latitatione fungatur *Guazzin. d. c. 1. num. 17. Farinac. q. 11. nu. 52. R. Tap. dec. S. C. 16. Foller. in rubr. audiantur excuſatores num. 20.* qui exemplificat intrà duos menſes poſt ſequutum delictum. Et licet *Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de abſentia c. 1. nu. 12.* dicat paucis vicibus practicatum *d. cap. poſt commiſſum*, Tamen ſalua illius pace, dormiebat cum hæc diceret, dum ex *Franch. dec. 327. & 589. Sanfel. dec. 33.* contrarium manifeſte apparet.

67 Si verò multum tempus effluxerit poſt delictum, etiam quod inquiſitus viſus fuerit tempore delicti, admittitur abſentia *Guazz. n. d. c. 1 nu. 12. Scialoya d. c. 8. nu. 94.* Idem eſt ſi Iudex, vel fiſcus
68 dederint cauſam fugæ inquiſito, nam non obſtãte quod viſus fuerit die delicti, vel præcedenti, conceditur dilatio *Gizzarell. dec. 17. num. 9. Scialoia d. c. 8. n. 97.*

69 Eſt bene verum, quod ſi ſit denegata abſentia tempore citationis ad informandum, & ad capitula, ex eo quod reus viſus fuerit tempore delicti, vel die præcedenti, iuxtà diſpoſitionem *d. cap. poſt commiſſum*, dum inquiſitus citatus fuerat immediatè poſt delictum, ſi poſtea pars aduerſa obtinuiſſet abreuiationem termini foriudicationis, & per conſequens reus iterum citaretur poſt aliquod tempus, abreuiatione, ſi hoc tempore allegaretur abſentia, *Franch. d. dec. 327.* deciſum refert, debere concedi, tanquam ſi fuerit reus citatus poſt tempus conſiderabile, quia primo loco reus ſciebat gaudere anno ad comparendum ad impediendam foriudicationem, & ideò confiſus termino anni potuit ſe abſentare, ſequitur *Foller. d. rubr. audiantur excuſatores num. 20. verſ. pone quod delictum.* Sed quod neque hoc caſu de-
70 beat concedi dilatio, deciſũ refert *R. Sanfel. dec. 32.* Nam ratio poſita per *d. c. poſt commiſſum* ea eſt, quia hac abſentia proxima delicto latitatione fungitur, vel ſi veritati conſenſiat propter timorem ſceleris fuga præſumpta rationabiliter comprobatur, quæ non tollitur per curſum temporis poſt contractam contumaciam, & illa latitationis, vel fugę præſumptio non purgatur, niſi per præſentationem, argumento *l. contumacia ff. de re iudic.* Nec poterat eſſe confiſus de anno, nam nõ datur annus ad comparendum, ſed ad augendam contumaciam pro ſententia foriudicationis.

71 In caſu, quo abſentia admittitur, fit decretum hoc modo. *Per Curiam &c. Viſa ſupradicta comparitione fuit prouiſum, & decretum, ſupradictum Caium fore, & eſſe condemnandum, pro vt præſenti decreto condemnatur ad pœnam in citatione contentam, & contumax reputetur. Verum ſi comparuerit infra menſem, ſiue duos menſes &c. deleatur à contumacia, & interim non ſcribatur in libro contumacium, & ſi fuerit viſus, vel captus, quod non gaudeat, ſed remaneat ex nunc condemnatus.* Altera forma decreti eſt: *Firma remanente contumacia, ſi dictus Caius comparuerit infra dies tot, pœna contumaciæ nõ ſcribatur in libro inferni, dummodo dictus Caius non fuerit viſus, vel captus.* Elapſo tempore abſentiæ interponitur decretum per Curiam: *Stante lapſu termini abſentiæ, dictus Caius inquiſitus remaneat condemnatus, & pœna contumaciæ deſcribatur in libro inferni.* Et praxis eſt, quod pendẽte dilatione, ſeu abſentia conceſſa, relaxatur mandatum de capiendo, & carcerando inquiſitum, teſte *Danza de pugna DD. lib. 2. tit. de abſentia c. 6. n. 42.*

72 Si abſentia denegetur, aliud decretum interponitur, videl. *Fuit prouiſum, & decretum quod abſentia allegata per Caium excuſatorem non obſtante, Titius remaneat contumax, & ponatur in libris condemnatorum.*

73 Si fuiſſet viſus in termino conceſſo pro abſentia, & conſtaret, inſtante fiſco, interponitur de-

decretum. *Quod ex quo dictus Titius fuit viſus, non gaudeat dilatione prædicta, hoc ſuum &c.* & tunc à die interpoſitionis dicti decreti incipit currere terminus ſtatutus pro foriudicato. Et informa-
74 tio, ſi fuerit viſus in die delicti, vel die ante, capitur per iudicem ad eius inſtructionem, etiam extrà informationem delicti abſque partis citatione, iuxtà praxim traditam per *Franchis d.dec. 327. Sanfel.dec.33.n.1.*

75 Iſti conſanguinei, & amici citati ante prolationem ſententiæ ad foriudicandum, poſſunt multa opponere, puta abſentiam citati, foriudicandum eſſe mortuum, quod citatus à iudice laico, ſit clericus, poſſunt ipſi allegare iudicem ſuſpectum, exceptionem indultus opponere, poſſunt petere copiam actorum ordinatoriorum, & dicere de nullitate dictorũ actorũ, imo etiã cõſanguineus, qui non fuit citatus poteſt petere dictã copiam, & impedire ſententiam foriudicationis, diſcutiuntur dictæ nullitates dummodo non tangant factum principale, ſed tantũ acta ordinatoria *Gizzarell.dec.16.in fine Nouar.dec.Reg.Aud. 14.late Scaleya de foriudic.c.11.n.13.& ſeqq.*

76 Sed in caſu, quo ſit oppoſita abſentia, & non ſit admiſſa, putà quia fuit viſus inquiſitus die delicti, vel ante, an à decreto denegationis dictę abſentiæ, poſſit appellari, & obtineri in noſtris Tribunalibus Neap. quod à decreto lato per M.C. fiat verbum in S.C. dubia res eſt. Nam quod poſſit appellari de iure communi dicit *Bal.in Margarit.Innocent.*verb.*officium* verſ. *& ſi excuſatio ſua* vbi ponderat ad hoc *tex.in l.liberto in fin. ff.de negot.geſt.* vbi *tex.* dum cauſas abſentiæ ab Amico allegare permittit, ſubdit, culpam contraxiſſe non videtur, quod à ſententia contrà abſentem dicta, ipſe non prouocauit, & colligit *Bal.* ex hoc, poſſe prouocare, hanc ſententiam ſequitur *Socc.d.c.veniens col.3.*verſ. *& aduerte, de accuſat. Rebuff.ad conſtit.gall.tit.de accuſat.n. 15. Petr.l.ic.ſol.ſuper conſtit. Regni Pœnam eorum* (quę ponitur in *lib.comment.pragmat.*) *nu.13.* in excuſatore foriudicandi per *tex. in l.ſi iter §.2.ff. de excuſat.tutor.*

77 Probatur etiam, quia, Quibuſcumque data eſt poteſtas abſentem defendere, quamuis reum capitalis criminis, allegando abſentiæ cauſas, per *tex.in l.ſeruum quoque §.publicæ ff.de procur. & in l.reos C.de accuſat.*vbi *gl.in* verb.*per procuratorem*, & *de iure* noſtro patrio per *rit.M.C.269.* quilibet admittitur ad excuſandum citatum abſentẽ, vel infirmum, vel captiuum. Nam excuſare eſt quędam ſpecies defenſionis, imò defenſio *d.§.publicæ Andr.in conſtit.Regni edictorum in* verb. *excuſatio.* Igitur ſi admittitur ad defenſionem, cauſas abſentiæ allegando, non eſt deneganda appellatio, quæ eſt ſpecies defenſionis *cap.cum ſpeciali §. porrò de appellat.Socc.conſ.193.col.3.vol.2. Marãta in pract.*ver. *& quandoque appellatur n.247.*

78 Secundum hanc opinionem deciſum refert *Franchis dec.589.*vbi refert à decreto M.C. denegante abſentiam, fuiſſe obtemperatum à D.Præſidente S.C. decretationem, quod M.C. referat in S.C. in terminis, *cap.poſt commiſſum*, deciſum pariter refert *Reg.Tap.in conſtit.Regni: citationis litteræ in* verb.*ad notitiam, & dec.S.C.17. Danza de pugna DD.lib.2.tit.de abſentia n.27. Scaleya de foriud.c.8.n.91.*

79 Sic etiam poſſe appellari à denegatione prorogationis termini abſentię, dicit *Danza de pugna DD.lib.2.tit.de abſentia c.3.nu.17. Scaleya de foriud.cap.8.num.* qui dicit poſſe appellari quando eſt conceſſa modica dilatio ad comparendum. Quod non poſſit appellari pluribus medijs fundat *R.Rouit.in rubr.de appellat.a nu.13.*& idem abſque alio fundamento refert *Bajard.ad Clar.q. 34.a nu.9.ad n.12.*

80 Et de *Iure* regni noſtri Neap. ſemper fuiſſe obſeruatum à dicta denegatione excuſationis ob allegatam abſentiam, denegatam fuiſſe appellationem, & per Præſidentem S.C. fuiſſe prouiſum quod eadem M.C. iuſtitiam faciat, vel debite prouideat, teſtatur *Franch.dec.327.Rouit.vbi ſup.*

81 Et licet *Reg.Tap.& Franch.in locis citatis*, contrarium ſeruatum aliquando referant, tamen in dictis caſibus alia occurriſſe, & benè dicit *Reg. Sanfel.d.dec.33.*& deciſum refert. Sic etiam fuit ſeruatum per Collat.Conſil.anno 1673. nam dũ M.C. quæ procedebat vti delegata, denegaſſet abſentiam cuidam inquiſito citato ad informandum, & ad capitula, pater illius appellauit ad Collaterale Conſilium, & per illud fuit facta decretatio: M.C.V. iuſtitiam faciat, hoc teſtor de viſu in mei conſcientiam.

82 Stante hac opinione, ſi excuſator adit Iudicem Superiorem, & præſentet Iudici inferiori prouiſiones, vt prouideat de iuſtitia ſuper abſentia allegata, Iudex inferior non debet prouidere pracisè, & ſic poteſt abſque prouiſione procedere ad vlteriora, *Scaleya d.c.8.n.90.& ſeqq.*

83 Verum ſi in aliquo loco eſſet vſu recepta contraria opinio, debet Iudex inferior ſpecificè prouidere, alias ſi nõ prouidet, & ad vlteria procedit nulliter agit *Danza d.c.2. num.10.* poſt *Mele ad Gizzarell.dec.17.nu.14. Angel ad Foller.*verſ. *audiantur excuſatores n.14.*

84 Admiſſa tali abſentia debet dari competens dilatio ad denunciandum, ſecundum diſtantiam loci, vbi allegatur, reperiri inquiſitum *Aff.in conſtit.exceptiones nu.4. Danza de pugna DD.tom. 2.tit.de abſentia c.2. nu.4.* Et eſt concedenda ad rationem 20.milliarium pro quolibet die *l.1.ff.ſi quis cautiun.& l.3.ff.de verb.ſign.ſ.Bajard.ad Clarum §.fin.q.34.nu.2.Danza d.tit.de abſent.c.3.per totum* vbi diſputat quomodo debeat eſſe terminus dandus allegantei abſentiam.

85 Si ſit data dilatio vnius menſis ad denunciandum reo abſenti, quot dies debeat continere talis menſis? Et *tex.in l.vbi lex. ff.de reg.iuris*, dicit quod ſi lex faciat mentionem de duobus menſibus, qui venerit in 61.die audiendus eſt. Et *gl.in l. fin.§.1.ver.ſexaginta C.de iure deliber.Reg.Capic. Latr.dec.29.nu.5.p.1.* dicunt menſem accipi pro 30.diebus. Verior opinio mihi videtur, quod ſi die 10. Auguſti ſit data dilatio vnius menſis, dicta dilatio durat per totum diem decimum Septembris *Menoch.de arbitr.lib.2.cent.1.caſ.50.nu. 21.& ſeqq.Franch.*in ſimili *dec.471.* Et in iſta dilatione abſentiæ, connumerantur dies feſtiui *l.ſiue pars §.feriæ C. de dilation. Scaleya de foriudic.cap.8.num.100.& ſeqq.* Et ibi *n.103.& ſeqq.*

diſputat vſque ad quod tempus poſſit opponi exceptio abſentiæ,infirmitatis, & aliæ.

86 Citatio generalis per proclama poteſt fieri, vel voce præconis, vel per affixionem edicti.Sed differentia eſt,quia ſi fit per præconem, non afficit abſentes, ſed præſentes dumtaxat *Curt.in d. extrauag. ad reprimendum in verb.per edictum nu. 16.verſ.ſed qualiter*, Et *gl.in auth.quæ in prouincia in verb.præconia C.vbi de crimin.agi oport.* declarat hodie loco vocis præconiæ, fieri citationem per edicta,quia vox præconis paucis innoteſcit, vt dicitur *in auth. qui ſemel C.quomodo, & quando Iud.Afflic.de execut.§.6.c.42.*

87 Sed hæc citatio generalis per proclama, ſeu per edictum contrà incertos eſt neceſſaria,vt ſententia,ſeu actus præiudicet illis, de quorum intereſſe ſecundario agitur, iuxtà doctrinam *Alex. in l.de vnoquoque ff.de re iudic* quam ſequuta eſt *Rot.per Achill.dec.5.de dolo, & contumac.Cocci n. dec.449.n.3.*

88 Ad effectum validitatis ſententiæ ferendæ contrà habentes principale intereſſe, non requiritur citatio generalis contrà ſua intereſſe putantes, ſed ſolum quo ad effectum eorum præiudicij, vt nequeant ſententiæ executionem impedire. *Achil. dec.3.de re iudic.n.2.*

89 Rota Rom.perpetuò obſeruauit,vt ſaltem fiat citatio generalis contra habentes intereſſe ſecundariò *Seraphin.dec.1241.nu.1. Rot.diuerſ.p.5.dec. 65.num.11.* Putà contra creditores conditionales & contrà ſubſtitutos, fideicommiſſarios, & alios habentes ius in ſpe. *Put.dec.91. nu.3. lib.3. Amat. reſol.33.*

90 Nam licet quæſtio vulgaris ſit,ſi ſententia lata cum primo ſubſtituto, noceat cæteris ſubſtitutis non citatis. Et alij dicant nocere, ad *tex.in l. ex contractu ff.de re iudic.Oltrad.conſ.94.num.18. 22.& 23.Tiraq.de primog.q.35. num.17. Anchar. in cap.licet de voto.Mantar.de fideicom.q.72. Menoch.conſ.501.Anna ſing.474. & alleg.47. num.4. Caual.dec.2.num.46.p.2.Gabriel conſ.45.Petrus Gregor.de Iudic.cauſ.feud.q.44. Caſſ.ib.dec.157. Peregr.de fidei art.53.num.45.Couar.pract.cap.13. num.6.in fin.Simanc.de primog.Hiſp.lib.4. cap.23. Cauall.q.636.Ponte conſ.90.n.5.conſ.75. Surd.dec. 256.n.15.conſ.189.n.44.Cancer.var.lib.2.c.16. num.98. Palaez de maiorat.p.4 q.14.num.7. Valſq. de ſucceſſ.creata lib.1.§.6.num.28.Cald.in l.ſi curatorem gl.probil.ettà a nu.77. ad num.86.C.de in integr.reſtit.Molina de prim. gen.lib.4.cap.8.nu.3. Greg.Lopez in l.20.tit.22.p.3.verſ.Pero.Practl.t.1. p.3.num.49.C.de bonis matern.Gratib.dec.1.nu.15. Leo dec.93.num.9. & 10. Fuſar.de ſubſtit.q.622. Nouar.dec.29.Amat.reſol.32.& 79.Caſtil.Sotomaior contr.157.num.33.tom.6.& nu.22. Ant.Fab.in C.lib.7.tit.19.def.4.7. & 15. de re iudic.Monac. de feud.n.45.ex n.26.Peguer.dec.121.nu.5.Fontanell.dec.594.& ſeq.* vbi affert rationem, quia aliàs ſequeretur abſurdum, & inconueniens manifeſtum,quod omnes in infinitum agnati litem eſſent ſuſcitaturi, id ipſum ſibi non nocuiſſe ſententiam perpetuò allegaturi,eandum ſemper cantilenam decantaturi, in magnum Reip.damnum, & perniciem, quod eſt contrà *tex.in l.ſingulas 6. ff.de except. rei iudic.* Niſi appareat colluſio *l.ſi ſeruus pluribus §.ſi hæreditatis iudex ff. de leg.1. DD.in l.præſes C.de pignor. Alciat.conſ.44. lib.9. Amat.reſol.79.num.14.& ſeqq.Fontanell.dec.595.* nos diximus *in obſ.ad conſ.1. num.40.Reg.Rouiti lib.1.Fuſar.d. q.622. nu.13. D.Fratris diſcept.2.à num.52.Caſtill.lib.6. contr.157.à nu.25. Andecol. contr.157.nu.5.Cammarat.reſp.25.num.86. lib.1. Amat.conſ.100.num.66.R.Caleat.contr.50.n.6.lib. 2.Cutell.dec.23.num.9.lib.1.* nam colluſio operetur iudicij nullitatem *Decian.reſp.11.nu.110. lib. 1.Anna conſ.104.nu.19.Vrſ.dec.296. Caſtill.dec. 89.nu.22.Medic.caum.39.n.14.*

92 Et alij teneant non nocere alijs ſubſtitutis nõ citatis *Dec.conſ.445.num.23. Soccin.iun.conſ.18. num.93.vol.2.Tiraq.de nobil.cap.37.num.7.Frecc. de ſubfeud.lib.3. q.9. Otalor.in ſumma nobil.Hiſp.p. 2.ſ.3.princ.cap.8. Decian.conſ.54.num.54. vol.2. conſ.54. num.4.5.6.vol.3. Solon.de Pace conſ.14. num.18.*

93 Alijque dixtinguunt conciliando, vt primam opinionem *DD.*tenentes procedat quando iure hæreditario ſuccedi tur in primo genijs, Poſteriores verò, in ijs qui ſuccedunt iure ſuo, & ex ſua perſona ſunt vocati, non vt hæredes primogeniti prædeceſſoris. *Otalora d.c.8.num.1.3.& 7.* quam dixtinctionem ſequitur *Menoch. conſ. 118.à n.1.ad n.6.*

94 Quid quid ſit de hac quæſtione (*nos* ſubſtinemus veriorem primam opinionem in *obſ.ad conſil.1.num.40.& ſeqq.R.Rouiti lib.1.*) ſi quis ſequi velit hanc vltimam dixtinguentem, debet citare ſubſtitutum, cum clauſula: *quatenus ſua putauerit intereſſe* iuxtà notata per *gl.in l.ea quidem C.ſi mancip.ità fuer.alien.Iaſ.Roman. & aly in l.de pupillo §.1.ff.de oper.nou.nunciat, & in l.fin.C.de*
95 *edict.Diu.Adr.toll.* Vt ſententia illi præiudicet. Ex *Iaſ.in l.nec quicquam §.vbi decretum num.34. 36.ff.de offi.proconſul.Crauetta conſ.11.nu.8. Decian.conſ.54.nu.4.5.vol.3.Caſſad.dec.1. de except. Caualc.dec.6.n.6.p.4.*

96 Qui modus citandi non habilitat citatum, niſi ſuum doceat intereſſe *Caſt.in l.libertus ff. de in ius voc.Ang conſ.98.Tuſc.lit.A.concluſ.253. nu.2. concluſ. 263.num.6.& ſeqq.Intrigl.lib.1.ſing.335. Berg.de laudem p.2.in ſpec.5.ad finem. Soccin.Regul.264.fall.1.Menoch.de adipiſc.remed.4.nu.6.& 16.Capic.dec. 1.Rot.gen.dec.143.nu.6.Rolan.conſ. 29.num.5.vol.2.Gram.dec.61.Farinac.q.8.nu.88. cum ſeqq & in repert.iud.verb.citatio n.19. Baron. de citat. q.45. num.43.* vbi plures alios citat.

97 Vel citare ſubſtitutos per proclama *Fuſar.d.q. 622.num.34.*poſt *plures*,quos allegat.Melior pra-
98 xis tamen eſt, qua vtuntur noſtra Tribunalia Ciuitatis Neapolis, vt vocatis detur Curator, qui illorum iura defendat, & ità vidimus millies ſeruatum, & hoc iure vtimur.

99 Si verò velis tenere opinionem,quod ſufficiat ſola citatio generalis per proclama, illa citatio non procedit quod ad pupillum, & minorem, vt illis præiudicet in intereſſe ſecundariò,quia contrà eos requiritur ſpecialis citatio, quæ requirit etiam aliquid poſt ſe,videlicet deputationem curatoris *Achil.dec.6.de dolo, & contumac. Muta ſuper Capit.Reg.Alphonſi 521.num.49. Contard.in l. diffamari in gl.num.32.Caſtill.dec.55.nu.22. Ball.*

lib.

lib.4.particul.99.q.3.num.9. Et quatenus afficeret
100 minores, deberent illi reſtitui infra quatrien-
nium à die ſcientiæ Alex.conſ.31.num.2.& ſeqq.
vbi apoſtill. Affl.dec.370. Tuſc.lit.B.concluſ.4.num.
12.lib.1. Caſtill.ibid.num.33. Amat.reſol.11.n.11.
Sforz.Odd.de reſtitut.q.72. num.16. Schenar.conſ.
10.nu.13. R.Conſtant.in l.1. C.pœnis fiſcal.credit.
praeſ.lib.11.n.167.
101 Sic etiam habens intereſſe ſecundariò citatus
per proclama, ſi non compareat, non poteſt in
ſententia condemnari, ſed ſententia illi præiu-
dicat, vt ſit exequenda, ſi autem comparuit, & in
iudicio ſe defendit, poteſt in ſententia condem-
nari Bellam.dec.11. Caſ.de graſſis dec.9.num.4.de
re iudic. Farinac.de inquiſit.q.8.num.90. in fine.
Guzman.de euictiou.q.6.num.45. & 46. & 47. Ca-
roc.ſing.42. Baron.de citat.q.24.n.7.& 8.
102 Nam hæc citatio generalis contrà quoſcumq;
intereſſe putantes non eſt arctatoria, ſed monito-
ria, ità quod omnes, qui putauerint ſua intereſſe
poterunt venire ad cauſam ſi volunt, & cum illis
qui veniunt poteſt procedi, aliàs non, prout no-
tat Hoſtienſ.& Innoc.in c.dilectis de except. Rot.in
nou.dec.18 nu.2.de dolo,& contumac. Rot.diuerſ.de-
ciſ.545.n.2.p.3.lib.3.
103 Talis citatus eſt potius actor, quam reus, ſeu
potius reus voluntarius, quam neceſſarius, & non
comparendo non fit contumax, & contrà eum
ſententia ferri non poteſt. Affl.dec.2. num.9.24.
25.27.in fin. Socc.de citat.art.20. nu.22. Seraphin.
dec.512. num.3. Rot gen.dec.143. num.7. Franc.
Marc.dec.493.nu.4.6.& 7.p.1. Surd.dec.26.nu.
7. Vtu.dec.30.num.2. Farinac.d.q.8. num.88. Put.
dec.846.lib.1. Decian.conſ.54. num.1. Borrell.tit.
44. n.507. Barboſ.in l.ea quidem.n.9. C.ſi mancip.
Petr.Barboſ.in l.2.§.legatis n.294.& 295. Maſtrill.
dec.79.n.1. Tuſc.lit.C.concl.239.n.6.& 12. Capic.
dec.8. Baron.de cit.q.24.n.3.& 4. Giurb.dec.1.n.
21.& 50. Vela diſſ.40.n.71. Guſ de euict.q.7.n.43.
104 Cum dicta citatio ad comparentium volunta-
tem redacta ſit, ex Dec.poſt Felin.in cap.cum inter
num.16.de except. Decian.conſ.54.nu.1. Surd.dec.
26.num.7.& 8. Vtu.dec.30. n.1. Giurba dec.1.nu.
105 21. Et negotium cum eo principaliter non agi-
tur, ſed ex tranerſo venit Rot.gen.dec.13.num.1.
dec.143. Natta conſ.99. Affl. dec.15. Auch.conſ.
283.num.2.& 3. Cornac.dec.215.nu.8.& 9. Tuſc.
lit.A.concluſ.83.nu.3. Giurba dec.1.nu.21. & ſeqq.
106 Tamen ex quo non ſuſcipit defenſionem, pote-
rit contingere, quod ob neglectam defenſionem
ab eo qui principaliter fuit citatus, actor obti-
neat, & ſic citatus modo prædicto præiudicetur,
nam ſententia, & actus cum principali geſti, no-
cent quoque tertio citato cum dicta clauſula.
Amat.poſt alios reſol.32.n.1.& 2. Surd.conſ.334.
num.11.in fin. Caſtill.dec.2.nu.14. Tuſc.lit.C. con-
cluſ.239.num.8.& 253.n.1. vbi dicit quod cita-
tus pro omni ſuo Iure, & intereſſe, qui ſemper
tacuit, & nunquam comparuit, non poteſt poſteà
in executione ſe opponere, & ſententia exequi-
tur, ſequitur Baron.d.q.24.n.15.
107 Ex his ſequitur, quod Iudex laycus poteſt ci-
tare clericum cum clauſula: quatenus ſua putauerit
intereſſe. dummodo non conſtiterit eum eſſe prin-
cipaliter intereſſatum. Bar.in l.conſulta C. de te-
ſtam.& in l.teſtamenta vbi Caſtr.& Alex. C.eodem
Angel.in l.1.§.hæc ſtipulatio ff.ſi cui plus quam per
l.falcid. Borrell.tit.44. num.508. Caroc.dec.19.nu.
70.& ſing.42. Virgil.de legit.perſonæ in prælud.nu.
93. Graff.de effect.cleric.eff.1. num.480. cum ſeqq.
Mut.ſuper Capit.Reg.Alfonſ.511.num.41.& ſeqq.
tom.5. Maſtrill.dec.79.nu.1. Cutell.de donat.tract.
1.diſc.2.p.6.num.56. Guſman.de euictiou.q.6.num.
43. Ripol.de citat.cap.3. num.20. Squill.de pri-
uil.cleric.cap.7.num.75.dub.4. Mangil.de euiction.
q.6.num.3. Farinac.q.8. num.78. Stacc.de Iudic.
cap.11.num.100. Aſin.de execut.§.6.cap.49. Sal-
gad.de reg.protect.p.1.c.2.n.133.& ſeqq.
108 Etiam familiares S. Officij, vel alterius iuriſ-
dictionis, poſſunt quatenus ſua putauerint inte-
reſſe, citari in alio foro Amat. poſt alios reſol.32.
109 in princ. Niſi ſint ſalariati habentes vocem
actiuam, & paſſiuam, nam iudicium debet fieri
in S.Officio. Amat.reſol.52.num.4.lib.2. Baron.de
citat.q.24.nu.11.
110 Virtute talis citationis non poteſt quis extra-
hi de Ciuitate, quæ habet priuilegium, quod eius
Ciues non extrahantur, nam dicta citatio non
adimit priuilegium fori, vt diximus, tamen tollit
priuilegium loci, ne quis ab illo extrahatur, quod
eſt ſeparatum cap. dilecti filij de foro compet.
Proinde Ciues Panormitanos, Meſſanenſes, &
Dræpanenſes, habentes priuilegium ne extrahe-
rentur, nunquam fuiſſe extractos per citationem:
quatenus ſua putauerint intereſſe, vt Corſet. in re-
pert.verb.citatio. dicit teſtari Baron.de citat. q.24.
num.12. De tali priuilegio Meſſanenſium, Pa-
normitanorum, & Drepanorum teſtantur Ca-
racciol.dec.30.& 38. Giurb.dec.83.nu.6. Caſtill.
dec.196.num.12. Amat.reſol.86.nu.77.
111 Id quod diximus ſup. quod quando intereſſati
cū dicta clauſula quatenus &c. citātur, nō intelli-
gūtur citati principaliter, habet multas fallētias.
Primo quando taliter citatus docet de ſuo prin-
cipali intereſſe, nam tunc erit conditio purificata
& ſic purè reputabitur citatus, & per conſequens
dicitur principaliter citatus, & erit reus neceſ-
ſarius Alex.in l.de pupillo §.ſi ſeruo ff.de oper.nou.
nunciat. Coſta de remed.ſubſid.remed.13.n.15.
112 Et hoc eſt, quod dicit Capic.dec.8. nu.3. quod
citatus ad cauſam ſi ſua putauerit intereſſe, ſi aſ-
ſerat ſe poſſidere, ratione poſſeſſionis fit reus ne-
ceſſarius Alex.d.§.ſi ſeruo. Et ſi habet priuilegium
fori poteſt petere remiſſionem, hanc ſententiam
firmant Grammat.dec.61.num.3. Carocc.dec.19.nu.
75. Affl.dec.380.num.7. Ludouic.concluſ.5.ver.in
cauſa Coſta d.remed.13. num.25. Honded.conſ.25.
num.16. Lancellott.de attentat.4.num.142.p.2. Fa-
rinac.q.8.limit.8.ſub limit.2. Caſtill.dec.12.nu.10.
113 Amat.reſol.32. Hoc caſu dictus principaliter in-
tereſſatus quatenus &c. poteſt petere, vt non
audiatur actor, dum ſe principaliter dirigit con-
trà alium, eo citato quatenus, & vt ſe dirigat
contrà ipſum principaliter Caſtill.d.dec.12.n.11.
114 Sed id, quod dicit Capic.d.dec.8.num.3. quod
citatus ad cauſam &c. ſi aſſerat ſe poſſidere, ſit
remittendus, eſt intelligendum quando cum dicta
aſſertione concurrat verificatio talis poſſeſſionis,
vt loquuntur omnes DD. per ipſum allegati. Sic
115 etiam eſt corrigendus Carocc.d.dec.19. nu.73.
dum

dum dicit ſimpliciter, quod clericus citatus ſi
ſua putauerit intereſſe, ſi petat cauſam ad ſuum
Iudicem remitti, quod ſit audiendus in quacum-
que parte iudicij. Nam debet intelligi ſi doceat
de ſuo principali intereſſe, vt *DD.* per ipſum ci-
116 tati loquuntur. Vndè bene *Amat. reſol. 32. à n. 4.*
dixtinguit. Quod aut citatus quatenus ei puta-
uerit intereſſe, poſſidet, & tunc quia reus eſt non
voluntarius, ſed neceſſarius principaliter eſt ci-
tandus, & poteſt fori declinatoriam opponere,
niſi poſſeſſio poſt iudicium inceptum in eum trã-
ſierit, quia tunc uno eodemque iudicio ius ipſius
cognoſci, & terminari debet. Aut non poſſidet
ſed habet intereſſe ratione hypotecæ, aut alterius
iuris, & non poteſt forum declinare, nam
ex quo non poſſidet pro intereſſe quod ha-
bet, ſemper debet eſſe actor, & conſequenter fo-
rum rei ſequi tenetur, ſecundum quam opinionẽ
pluries fuiſſe deciſum teſtatur addimus viden-
dos *Virgil. de legit. perſon. d. præluđ. Caſtill. dec. 242. Tuſc. lit. C. concluſ. 239. num. 11. Viu. dec. 30. nu. 6. Maria de iuriſd. cent. 4. caſ. 37. num. 16. Rol. à Valle conſ. 29. num. 18. lib. 2. Ibanuc. de Innent. q. 240. à num. 22. cum ſeqq. Reg. Marin. lib. 2. reſol. 76. num. 9.*
117 2. Quando vltrà dictam clauſulam: *Si ſua pu-
tauerit intereſſe*, in citatione ſubest verba: *alias
procedetur in eius contumaciam.* Nam tunc natura
citationis: *quatenus* videtur alterata, & videtur
citatus principaliter, vt reus neceſſarius, *Capic. dec. 8. num. 4. Argel. de legit. contradict. art. 2. num. 96. & 97. q. 3. Virgil. d. præluđ. n. 137. Socc. de cit. Art. 2. q. 14. Carocc. d. dec. 19. num. 74. & d. ſing. 42.* nam verba illa *alias procedetur in contuma-
ciam* oportet, vt referantur ad ipſum citatum *qua-
tenus*, non ad alios.
118 3. Quando prædictæ clauſulæ *quatenus* eſt
adiuncta alia clauſula: *Omni alio meliori modo*, quia
tunc videtur principaliter citatus, & vt reus ne-
ceſſarius. *Ruin. conſ. 9. vol. 5. Riminald. iun. conſ. 23. num. 117. & 147. vol. 1. Beccat. conſ. 64. num. 12. & 13. in ciuil. Rot. Lucenſ. dec. 43. nu. 72. Burſat. conſ.*
119 *102. num. 23.* Et licet *Io. Ludouic. dec. 117. nu. 77.* teneat contrarium, tamen *DD.* contrarium
tenentes ſunt plures numero vnde in dubio eſt
adhærendum *DD.* dixtinguentibus hac dixtin-
ctione aut Copula *Et* præcedit clauſulam *omni
modo meliori*, & tunc intelligitur etiam principa-
liter citatus, & tanquam reus neceſſarius: Aut nõ
præcedit, & tunc habet locum contraria opinio.
Burſat. conſ. 47. n. 21. Put. dec. 24. n. 1.
120 Firmat ex *Giurb. & Seraphin. Amatus d. reſol. 32. n. 6.* Quod ſi citatio tertij concipiatur pro vt cõ-
muniter ſolet concipi: Scil. tam principaliter,
quam quatenus, & omni alio modo meliori, &
nomine, tunc ſubſtinenda eſt eo modo, quo va-
lere poteſt, & ideò ſi citatus non poſſidet, circũ-
ſcripto verbo illo, *principaliter*, cenſetur, & re-
manet: quatenus ſua putauerit intereſſe. Si verò
poſſidet, circumſcripta clauſula: *quatenus ſua pu-
tauerit intereſſe*, cenſetur, & remanet principaliter
citatus.
121 Videbimus hic, quod nam præiudicium infe-
ratur citato quatenus ſua putauerit intereſſe?
Pro reſolutione eſt dixtinguendum, Aut citatio
fuit generalis per proclama, ſeu per edictum, vt
quicumque eorum putauerit intereſſe, compareat.
Aut ſpecialis citando nominatim, & ſpecialiter
aliquos certos: Si citatio fuerit generalis facta
de incertis per edictum, vel per proclama tunc
iterum cum *Scacc. de iudic. cap. 34. num. 17.* dixtin-
guendum eſt, Aut actum eſt pro conſeruatione,
& manutentione. Aut acquiſitione vel recupera-
tione. Si pro conſeruatione, vel manutentione,
tunc ſententia lata in fauorem actoris, & facto
proceſſu cum dicta citatione generali, prodeſt
indixtinctè contrà omnes, ac ſi ſinguli fuiſſent
nominatim citati, ſeu comparuiſſent in iudicio
vigore d. citationis *Veſtr. in pract. lib. 4. cap. 4. nu. 8. Niger ſuper Capit. Regni 213. nu. 12.* Niſi gene-
122 raliter citatus compareret, & oſtenderet ali-
quod impedimentum legitimum, ob quod non
potuit comparere, vel oſtẽderet ignorantiam ci-
tationis, quia eſſet de nouo admittendus ad agẽ-
dum, ſeu excipiendum per *DD.* quos allegat *ibi
Scacc.*
123 Si verò actum eſt pro acquiſitione, vel recupe-
ratione, & tunc talis ſententia cum tali citatio-
ne generali non præiudicat, quia is taliter cita-
tus ad huc remanebit in poſſeſſione *Veſtr. & Ni-
ger vbi ſup. Scacc. de iudic. d. cap. 34. nu. 16. verſ. ſi
in ſecundo caſu.*
124 Secundo principali caſu, ſi citatio, *quatenus
ſua putauerit intereſſe*, fuit facta ſpecialiter, & no-
minatim, tunc eſt difficultas ſi citatio omnimodè
præiudicet, ità vt contrà eum ſententia exequi
poſſit. Et quod ſententia lata contrà citatum
quatenus, non poſſit mandari executioni, dicit *Ca-
roc. d. c. 19. num. 80. poſt Ægid. dec. 2. num. 8. Me-
nocb. de recuper. remed. 15. num. 228. Farin. q. 8 nu.*
125 *90. in fine.* Sed contrarium firmant *Iaſ. in l. nec
quicquam §. vbi decretum num. 34. & 36. ff. de offic.
proconſul. Crauett. conſ. 11. num. 8. Decian conſ. 54. num. 45. vol. 3. Caſſador. dec. 1. de except. Caual. dec.*
126 *6. num. 6. p. 4.* Quæ opinio eſt verior, nam aut
comparuit, & proſequutus fuit iudicium, & fuit
effectus legitimus contradictor, & hoc caſu di-
citur actor non reus, vt dicit *Farz. dec. 106. n. 12.*
127 Aut verò non comparuit, & tunc quia ſciuit
de re ſua agi, ſibi præiudicat *l. ſæpe ff. de re iudic.*
128 Quod tamen intellige cum moderatione, de
qua in ipſo *tex. in fine*, vt tunc præiudicetur cita-
tus quatenus, ſi cauſam habeat ab eo, qui princi-
paliter conuenitur, & ex eo iure, quo citatus
principalis victus eſt, ipſe citatus ad ſe pertine-
re intereſſe ait, & poterat prohibere citatum
principaliter, ſecus ſi citatus quatenus, citatum
principaliter prohibere non potuit, vel ab eo
cauſam non habebat, ità ſummat illum *tex. Bar.*
& ità poteſt procedere ſententia *Carac. & DD.*
ab eo allegatorum. Sicut etiam procedere poteſt
in Clerico citato, *quatenus.* Verum *Virgil. de legit.
perſon. in præluđ. num. 136. & ſeqq.* loquens in cle-
129 rico, Eccleſia, vel aliqua perſona Eccleſiaſtica
ſic dixtinguit, aut comparent, & præiudicantur
in iuribus ſuis, & ſententia lata à Iudice non ſuo
eis nocet, niſi Clericus comparendo opponat de-
clinatoriam fori, & petat ad ſuum iudicem com-
petentem remitti, vel niſi citetur, quatenus, cum
clauſula, quod niſi compareat in eius contuma-
ciam

Digitized by Google

ciam procedetur,Aut non comparent, & ſenteo-
tia eis non nocet.

130 Si clericus citetur à Iudice ſeculari, qui neſciat eum clericum, & clericus taceat, & litiget; ſi lata ſententia contrà eum, dum prætenditur illius executio, ſe opponat de nullitate proceſſus, & ſententia, quod poteſt facere per *tex in c.ſi diligentis de foro compet.* & notat poſt *Couar.Clar.& Carau.Barboſ.in l.4.§.ſi quis ex aliena nu.70.de Iudic.Graſſ.de effect.cleric.eff.1.n.885.*

131 In pœnam ſuæ taciturnitatis tenetur actori ad expenſas.*c.exceptionem de except.Bellam.dec.226. Borrell.d.tit.44.num.561. Virgil.de legit perſon.in prælud.num,52.Viter.bo dec.141. à num.1.& dec.145.num.13.lib.2.Graſſ.eff.1.num.880. Maſcard.de ſtatut.concluſ.1.num.160.Scacc.de re iudic.gl.7.q.3.lim.1.num.23.*Qui *num.24.* id intelligit procedere, quando clericus citatur ſimpliciter, pro vt citantur merè layci,nulla expreſſa qualitate, aut ſigno, quod ſit clericus. Secus ſi citetur tanquam clericus,quia tunc non tenetur ad iſtas expenſas, ea ratione quia tunc citatio eſt ipſo iure & notorie nulla ex defectu iuriſdictionis. Vnde aduertat clericus,vt ſi fuerit citatus, quatenus, ſi iſte eſt principalis, & poſſidet,vt ſtatim excipiat de ſuo foro, & de ſua poſſeſſione,etenim non excipiendo conſtituitur in dolo, quia patitur aduerſarium ſuum decipi. *Baron.de citat. q.25.n.4.*

132 An citatio per proclama liget, & comprehendat ignorantes, & conclude non comprehendere
per *tex.in l.fin.ff.de decret.ab ordin.faciend.Felin.*
in cap. 2. de except. in princ. cap. apoſtolicæ de
cler.excommun.Card.Tuſc.lit.B.concluſ.12, Caſtill.
dec.55.num.24.Canalc.dec.17.num.30.p.1. An
133 mulieres?ſic,*Caſtill.d.dec.55.*alios DD.ad ma-
teriam videat lector apud *Baron.de citat.q.8.num.*
74.& ſeqq.

SVMMARIVM.

1 *Contumax poteſt citari ſono tubæ, & voce præconis, & num.2.*
3 *Vox præconis afficit præſentes.*
4 *Citatur per præconem, qui nuncios cædit.*
5 *In examinandis teſtibus citatio non requiritur in poſito caſu.*
6 *Sono campanæ congregatur Vniuerſitas ad conſilium, & Capitulum, & n.7.*
8 *Sonus campanæ innoteſcit ſolum præſentibus, non abſentibus, & n.9.10.11.12.13.*
14 *Quando pulſatur campana, & ad quem effectum? & n.15.16.17.18.19.*
20 *Citatio legitima, & ordinaria eſt, quæ fit per capturam.*
21 *Anomala eſt quæ fit per capturam priuata authoritate, & n.22.23.24.25.26.27.*

De citatione per ſonum, ſiuè Tubæ, ſiuè Campanæ, ſeu alterius inſtrumenti; de citatione legitima, ſeu ordinaria, & anomala, ſeu extraordinaria.

QVÆSTIO XVII.

1 ETiam certa perſona contumax poteſt de Iure citari ſono Tubæ, & voce præconis iuxtà *tex.in auth.qua in prouincia C.vbi de crim.agi oportet* ibi:*ſed ſi nec ipſe, qui dominum præſentare debuit,compareat,præconia voce vocatus condemnetur, quia contumacia eius pro præſentia eſt* vbi *gl.in* verb.*præconia* addic hodiè per edicta,quia vox præconis paucis innoteſcit, quod etiam ad litteram dicitur *in auth.qui ſemel C.quomodo, & quand.Iud.* ibi: *qui ſi cauſam perſequi differat,reo poſtulante tribus edictis citetur per interualla triginta dierum, quia vox præconia paucis innoteſcit* vbi *gl.*reddit rationem, quia innoteſcit audientibus tantum, & quibus hi dixerint, ſed edictum ſic per multos dies poſitum, omnibus liquet. *Petr.de Gregor.in ſyntagm. Iuris p.3.lib.48.c.2.nu.10.*

2 In pluribus locis, rei in criminalibus, citabantur per præconem, quando aberant;*textus* eſt *in l.dies feſtos C.de ferys.* ibi: *præconis horrida vox ſileſcat.*

3 Eſt benè verum, vocem præconis non afficere, niſi præſentes in loco, vt dixit *Bar.in extrauag. ad reprimendum in* verſ.*per edictum num.6.circa fin.Soccin.in tract.de citat. art.25.q.9.n.8.*

4 Adeſt tamen caſus, quo Iudex poteſt manda-
re, vt qui nec abſens eſt,nec latitat, poſſit citari
per præconem,videlicet quando apparet,quod is
qui citari debet,ſit ſolitus nuntios cædere, & cõ-
tumelijs afficere, quando tentant citationes exe-
qui contrà ipſos *Roman.conſ.433.Rebuff.de citat.*
5 *art.2.gl.1.nu.10.* Proue dicimus in examinandis
teſtibus, poſſe omitti citationem,quando adeſſet
periculum propter terribilitatem, & potentiam
aduerſarij,dummodo eſſet, vel periculum mortis
vel diuturnæ abſentiæ, vel amiſſionis facultatis
probandi, teſte *Felino in cap.in nomine Domini num.13.de teſtibus* dicemus *infrà.*

6 Campanæ ſono citatio,ſeu potius conuocatio Vniuerſitatis fit cauſa faciendi conſilium, ſeu congregationem *l.2.C.de decur.lib.10.* vbi dicitur:obſeruare oportebit Magiſtratus,vt decurionibus ſollemniter in Curia conuocatis nominationem ad certa munera faciant, vbi *gl.*in verb. *ſollemniter* exponit,*ad ſonum Tubæ, ſeu Campanæ, Bal. & Paul.de Caſtr.in l.2.C.de procurat.Cumia ſuper rit.Sicil.cap.1. num.15. Card.in clem.1.in cauſis de elect.Pancirol.rerum memorabil.lib.2.tit.9.*

7 Sic etiam Campanæ ſono conuocatur Capitulum iuxtà *tex.in cap.ſi capitula de conceſſ.præben.* ibi. *per ſolam illorum præſentiam Capitulo ipſi factam,*vbi *gl.*quærit quomodo fiet hæc præſcotatio Capitulo, & reſpondet, requirat illud, qui habet conuocare Capitulum, vt illud conuocet,videlicet per ſonum Campanæ, vel per alium modum in Eccleſia ſolitum, & eſt *tex.in c.in cauſis de elect.* ibi:*Capitulum verò cum tota illa die ipſorũ præſentiam expectaſſet ſub ſequenti die campanam pulſari fecerunt, ſicut moris eſt ad capitulum congregandum Spec.de elect. §. 1. gl.in* verb. *feſtum Scacc.de iudic.c.36. num.1. Maranta d.membr.1.nu.*

nu. 111. *Rebuff. ſuper conſtit. gall. tom.* 3. *tit. de citat. in præfat. num.* 106. *Barboſ. in cap. in cauſis num.* 2. *de elect. & elect. poteſt. Baron. de cit. q.* 10.

8 Citatio campanæ ſono, ſicut dictum eſt de citatione per tubam, non poteſt innoteſcere, niſi præſentibus, Ideò Canonici præſentes ad Capitulum conuocati ſono campanæ, qui non accedunt contumaces reputantur, & actus ſine illis factus valet *c. cum in Eccleſijs de præb. in* 6. cum ibi *notat. Rebuff. de citat. in præfat. n.* 107.

9 Abſentes ſi fuerint Canonici, tunc negotia minora poſſunt per præſentes fieri, pro grauioribus debent vocari, iuxta *tex. in cap. cum in Eccleſijs de præb. in* 6. ibi: *abſentes Canonici ſi commodè fieri valeat, ſunt vocandi niſi conſuetudo habeat eos ad talia vocari Hermoſill. ad Gregor. Lopez. gl.* 1. *l.* 15. *tit.* 5. *p.* 5. *num.* 37. nam ſonus campanæ non arctat ad comparendum abſentes, externs, ſurdos. *Menoch. de arbitr. caſ.* 121. *num.* 15. nec illos exiſtentes in loco, in quo non poteſt ſonus audiri *Rip. in tract. de noct. tempor. cap.* 5. *num.* 15. *& ſeqq. Danza de pugna DD. lib.* 1. *tit. de campan. c. vnic. n.* 28.

10 In negotijs, quæ non poſſunt expediri per præſentes, ſed in illis abſentes ſunt vocandi, non ſufficit vocatio per campanam, vt in *c. cum inter, & in cap. quia propter de elect. & elect. poteſt. l. fin. C. de præd. decur. lib.* 10.

11 Abſentes vocantur, vel per nuncium, vel per litteras *Abb.* poſt *Innoc. d. c. in cauſis col.* 2. *de elect.* ſequitur *Felin. in cap. cum omnes num.* 38. verſ. *ſecunda opinio de conſt. Maranta in ſpec. p.* 6. *memb.* 1. *num.* 111. *Mantica dec.* 288. *n.* 2.

12 Exiſtentes in eadem Prouincia ſunt taliter abſentes, qui commode poſſunt vocari ad electionem, ſeu præſentationem faciendam, niſi tamen prouincia eſſet ità lata, vt exiſtentes in extrema parte non poſſent commodè vocari, vt declarat *gl. in cap. coram de elect. in* verb. *in prouincia*

13 Sed quando abſentia eſſet affectata, & ſuſpecta, tunc abſens non eſſet vocandus *Mantica d. dec.* 288. *n.* 1. *& ſeqq.*

14 Pulſatur etiam campana ad hoc, vt homines loci perſequantur malefactores exiſtentes in territorio, vt dicit Rouit. *in prag.* 1. *de perſequen. malefact. Gennenſ. in praxi c.* 35. *n.* 14. *Pancir. d. tit.* 9. *Danza de pugna DD. vbi ſup. Capibl. de baron. tom.* 1. *in prag.* 19. *n.* 56. & ſi aliqui non cõpareant debẽt puniri, *Rouit. & Capibl. ibid.* Verũ debet probari, quod illi fuerint in loco ſeu territorio, in quo cãpana pulſatur, & ſignũ audire potuerunt, & quod non fuerunt in loco, in quo cęteri ciues ſe cõuenerunt, nã dũ ignorantia præſumitur, debet ſciẽtia probari, & debet cõuinci fuiſſe præſentes, & audiuiſſe ſignum campanę, quod ab alijs fuit auditum *Oſaſch. dec.* 176. *n.* 4. *Ioſ. Ludou. dec. Peruſ.* 19. *nu.* 22. *Rouit. ibid. Danza ibid. num.* 27.

In delictis grauibus debet campana pulſari, nam in leuibus ciues non tenentur exire armati, nec poſſunt multari *Capibl. ſup. num.* 58. *Nouar. de grauamin. vaſſ. grau.* 330. *nu.* 3. *tom.* 1.

15 Campanæ ſono conuocantur etiam homines ad extinguendum ignem iuxtà *tex. in l.* 1. *ff. de offic. præfect. vigil.* ibi: *erat autem familia publica circa portam, & muros, diſpoſita, vnde ſi opus eſſet euocabatur,* vbi *gl.* explicat, quia illa familia vocabat homines vocibus, & cornibus, vt irent ad extinguendum ignem, ſed hodie in diuerſis locis campanis vtuntur. *Panciról. d. tit.* 9. Vt arctet ſonus campanæ, aut timpani, aut tubæ ad comparendum, debet exprimi ſonus ſolitus ad illam rem faciendam, nam diuerſimodè campana pulſatur ad congregandum conſilium, diuerſimode ad arma, & diuerſimodè ad mortoriũ *Baron. de citat. q.* 9. *n.* 3.

17 In alijs locis, vt eſt hic Neapoli in M.C.V. & Sacro Regio Conſilio, certa hora pulſatur campana pro iure reddendo, qui ſonus habetur pro citatione eorum, qui cauſas habent *Soccin. de citation. art.* 26. verſ. *nonnumquam vero eſt ſignum iudicij Panciról. d. tit.* 9.

18 Sed quando poſſit committi nullitas in cauſis expeditis poſt ſonum Campanæ in M.C.V. & Sacro Conſilio, praxis eſt, vt ſententiæ, & decreta, quę fiunt finitis tribus horis ſtatutis pro iure reddendo, (quarum finis habetur per ſonum campanæ ad id deſtinatæ tantum) nullitati ſubiacent ea ratione, quia dictum tempus trium horarum eſt ſtatutum ad cauſas expediendas, & non aliud & intrà dictum terminum tenentur partes aſſiſtere, & non vltrà, & ſic quod fit extrà tempus ſtatutum non dicitur fieri. *Vant. hic num.* 73. *Paſtenſ. in forma reſp. rei conu. gl. in termino ſibi aſſignato n.* 6. vbi *addit. Gratian. diſcept.* 333. *num.* 18. *& ſeqq. Tuſc. lit. C. concluſ.* 236. *num.* 22. *Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap.* 1. *num.* 127. *Baron. de citat. q.* 35. *num.* 14. & ſententia facta extra horam in citatione demonſtratam eſt nulla *Gratian. diſcept.* 333. *nu.* 58. 910. *num.* 9. *Antonel. de tempore legali lib.* 4. *cap.* 32. *num.* 6. dicemus *in rubr. ſeq. Thomat. dec.* 23. *nu.* 91. *Fetea in eit.* 186. *num.* 4. Benè tamen ſi eſt inceptum votari in cauſa per aliquem ex Iudicibus, quamuis campana ſonet, eſt procedendum ad vlteriora ad diffinitionem, nec poſſunt Iudices à dicto loco diſcedere non finitis votis, etiã ſub pæna nullitatis, ratio eſt quia vota debent diſcuti vnico actu, & non debet procedi ad extraneos actus per *prag.* 1. *de cauſ. decid.*

19 Sed hic eſt aduertendum, quod quamuis Campanæ ſint benedictæ, non tamen prohibentur retineri, & vti pro exercitijs, etiam prophanis, dũmodo non impediatur cultus diuinus *Io: Andr. Butr. Ancbar. Hoſtienſ. & Abb. in extrauag.* 1. *de offic. Cuſtod. Seraphin. dec.* 223. *per totam* licet contrà teneat *Nicol. in floſcul.* verb. *campana num.* 4. *Abb. Iuſtinian. in addit. ad Summ. bullae. Nouary tit. de campanis.* ex littera S. Congregationis *Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. p.* 2. *alleg.* 27. *nu.* 48. In quibus alijs caſibus poſſint campanę pulſari, habemus apud *Angel. Rocca in tract. de campanis Caſtal. in praxi ceremonial. c.* 10. *de campan. miniſtr. Nicol. vbi ſup. Barboſ. vbi ſup. num.* 46. *& ſeqq. Panciról. d. tit.* 9. *de campanis* vbi *addit.*

20 Citatio, quo ad formã, qua fieri poteſt alia eſt legitima, ſeu ordinaria, alia anomala, ſeu extraordinaria, quod intellige de citatione reali, legitima, & ordinaria eſt, quæ fit per capturã de mãdato Iudicis *l. nemini C. de exhib. reis Bal. in l. ſi quãdo* 12. *q. C. de teſt. Maeſta in ſpec. p.* 6. *membr.* 1. *n.* 61.

21 Anomala verò, & extràordinaria eſt, quæ fit in

in caſu neceſſitatis per capturam priuata authoritate plura ſunt exempla. Primum *in l.generali 54.C.de decur.lib.10.* vbi dicitur: *generali lege ſancimus, vt ſi quis ſuum decurionem curiæ vindicare maluerit: ſi præſidis deſit copia, in eundem manus iniectione conceſſa &c.*

22 2.Eſt in *l.vnica §.1.C.de raptu virgin.* ibi: *ne igitur ſine vindicta talis creſcat inſania: ſancimus per hanc generalem conſtitutionem, vtiq;, qui huiuſmodi crimen commiſerint, & qui eis auxilium inuaſionis tempore præbuerint, vbi inuenti fuerint in ipſa rapina, & adhuc flagranti crimine comprehenſi, & à parentibus virginum, vel ingenuarum, vel viduarum, vel quarumlibet fœminarum, aut earum conſanguineis, aut à tutoribus, vel curatoribus, vel patronis, vel dominis coniuncti interficiantur* vbi *Bar.* notat ſex caſus, in quibus poteſt quis ſine Iudice propria authoritate ſibi ius dicere.

23 3. Eſt *l.ait prætor.10.§.ſi debitorem ff.quæ in fraud.credit.* vbi dicitur *ſi debitorem meum, & complurium creditorum conſecutus eſſem fugientem, & pecuniam ſecum ferentem, & abſtuliſſem ei id, quod mihi debebatur &c.*

24 4. *in l.2.C.quando liceat vnicuique &c.* ibi: *cuncti etenim aduerſus latrones publicos, deſertoreſque militiæ ius ſibi ſciant pro quiete communi exercendæ publicæ vltionis indultum.*

25 5.Eſt *in l.capite quinto ff. ad l.Iul. de adulter.* ibi: *cauetur, vt viro adulterum in vxore ſua deprehenſum, quem aut nolit, aut non liceat occidere, retinere horas diurnas, nocturnaſque continuas non plus quam XX.teſtandæ eius rei cauſa, vt vti ſine fraude ſuo iure poſſit, liceat &c.*

26 De hac anomala citatione loquuntur *DD.in cap.gratum de offic.deleg.* vbi *Felin.num.5.* quærit, an citatio anomola perpetuet iuriſdictionem, vt putà citatio, quam facit creditor debitoris fugitiui, quæ permiſſa eſt à lege, vt per *Bar.in d.l. neminem C.de exhib.reis* per *tex. in l.ait prætor §.ſi debitorem ff.quæ in fraud.*& diximus *ſup.* Et refert opinionem affirmatiuam *Innocentij in cap.propoſuiſti de foro compet.* & negatiuam *Antonij de Butrio ibidem.*

27 Sed mihi verior videtur opinio *Ant.de Butr. & aliorum,* ea ratione, quia talis citatio non eſt legitima, & non emanat à iudice, ideo non poteſt perpetuare iuriſdictionem, quamuis ſit permiſſa à lege propter neceſſitatem *Abb.in cap.1.de iudic.* qui allegat *gl.in cap.cum ſit Romana, in verb.ſolent de appell.* & citatio valida perpetuat Iuriſdictionem *cap.gratum de offic.deleg.* vbi *Dec. num.10* poſt mille *Baron.de citat.q.45.nu.13.Gratian.diſcep.156.num.11.& 13.* & nulla, & inualida non perpetuat iuriſdictionem *Barboſa in d.c. gratum de offic.delegat.& in cap.propoſuiſti nu.5. de foro compet. Gabriel commun. concluſ.tit.de citat. concluſ.3.Tiraq.de retract.lignag.§.8.gl.2.n.4.*

SVMMARIVM.

1 *Cur dicatur peremptorium?*

2 *Quomodo conſtituatur? & nu.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.*

14 *Quantum tempus debent aſſignari in peremptorio, in citatione vnica pro tribus? & n.15.16.17.*

18 *Quando detur peremptorium? & à num.19. ad num.36.*

37 *An edictum peremptorium circunducatur morte, & an qualibet citatio? & à num 38. ad nu.64.*

65 *Peremptorium quando requiratur? & à num.66.ad num.115.*

116 *Quē nam terminum debeat Iudex præfigere in peremptorio? & à n.117.ad n.126.*

127 *Caſu, quo requiratur peremptorium, an requiratur certo modo, vel ſufficiat quoquo modo adhibeatur? & à nu.128.ad nu.152.*

De citatione conuentionali, monitoria, peremptoria. Vbi plura de citationis circunductione.

QVÆSTIO XVIII.

1 AD effectum, vt poſſit procedi, & pronunciari contrà abſentem, debet impetrari peremptorium, quod quomodo procedat, & practicetur, dicemus. Quo ad nominis ſignificationem, vt habetur, in *tex.in l.& tertium ff.de iudic.* dicitur peremptorium, quia perimit diſceptationem, hoc eſt vltrà non patitur reum tergiuerſari *Spec.tit.de peremp. §.viſo num.1.p.2.Bal. & Bar.in l.tres denunciationes C.quomodo, & quand.Iud.Cumia ſuper rit.Sicil. c.2.n.1.Carpan.ſuper ſtat.Mediol.c.5.n.22.Rebuff. in tit.de cit.n.7.in præfat.*

2 Peremptorium, licet *Paul.de Caſtr.in d.l.ſi finita §.ſi plures num.9.& Cumia d.c.2.num.5.* pluribus differentijs conſtituat. Tamen nos quatuor modis illud conſtitui affirmamus. Primo quando quis citatur tribus diſtinctis citationibus, & vicibus, iuxta *tex.d.l.tres denunciationes, & ibi Bar. & Paul.de Caſtr. Auth.qui ſemel C.quomod. & quando Iud.& l.tertium ff.de iudic. l.contumaciam l.de vnoquoque ff.de re iudic.l.abſentem ff.de pœnis cap.ex litteris de conſtit.* & tradunt *Marſ.in d.l.de vnoquoque num.151.Maranta in ſpec.p.6. membr. 1.num.1.Boſſ.tract.crim.tit.de citat.num.1. D.Petra*

3 *in rit.M.C.V.29.num.6.* Iſtud, *Paul.de Caſtr.in d.l.ſi finita §.ſi plures, & Cumia d.rit.cap.2. n.10.* vocant fictum peremptorium. Et hoc procedit tā

4 in ciuilibus, quam criminalibus. *Boſſ.vbi ſup.nu. 1.& de ſent.n.7.Angel.de malefic.* in verb. *qui Iudex fecit ſibi &c.num.2.Iaſ.in l.properandum §. & ſi quidem num.7.C.de Iudic.Rol.à Valle conſ.90.ſub n.11.lib.3.Scacc.de Iudic.lib.1.c.91.n.* de quare *infra lim.13.*

5 2.Quando citatur quatuor vicibus iuxtà *tex. in d.l.& tertium,* & ibi *Bar.& l. & poſt edictum ff. de iudic.Paul.de Caſtr.in d.§.ſi plures num.9.Cumia d.c.2.num.6.in fin.Myſing obſ.9.cent.6* Hanc cita-

6 tionem ex abundanti addimus, vt notat *Innoc. in cap.conſuluit de offic.deleg.* quem refert, & ſequitur *Rot.dec.3.* aliàs *69.de dolo, & contumac. in nou.*de communi obſeruantia teſtatur *Bar.in d.l. tres denunciationes num.1. Trentacinq.var.lib.2. tit.de citat.reſol.4.nu.18.* Sic ſeruari in Curia

7 Domini Gubernatoris Vrbis *Scacc.* dicit *in tract.de Iudic.cap.92.nu.3.* Hoc *Paul.de Caſtr.in*

Kkk *d.l.*

d.l.tres denunciationes num.1. & in l.ad peremptorium num.1.ff.de Iudic.& Cum.d.c.2.n.6.in fine,
vocant peremptorium ſolemne.

8 3.Quandò ad maiorem abundantiam additur
quinta citatio iuxtà *tex.in l. & poſt edictum* , &
ibi:*gl.in* verb.*citari ff.de iudic. Paul.de Caſtr.in
d.l.ad peremptorium num.1. ff.eodem Cumia d.c.2.
num.9.*dicens, hoc eſſe ſolemniſſimum peremptorium.

9 4.Quando citatur vnica , vel bina citatione
pro tribus iuxta *tex.in l.non nunquam,& in l.contumacia ff.de iudic. & l.conſentaneum C. quomodo,
& quand.Iud.Caſtr.conſ.*369.*nu.*2.*vol.*1. *Pal.conſ.*
214.*vol.*4. verſ.*quarto quia D.Petra d.tit.*29.*n.*7.

10 Vndè vt docet *Paul.de Caſtr.in d.l.nonnunquã
nu.*2.communis ſtylus citandi eſt , quod dicatur
altero de duobus modis; *Citamus te, vt compareas
ad ſententiam infra ſex dies, vel duodecim* , prout
Iudici videbitur, *quorum duos, vel quatuor pro primo, alios duos, vel quatuor pro ſecundo , & totidem
reliquos pro tertio , & peremptorio aſſignamus* , vel
ſimpliciter dicat, *pro prima, ſecunda , & tertia citatione*, aſſignando vnum terminum peremptoriũ
ſinè aliqua illius diuiſione.

11 Requiritur etiam in iſta citatione expreſſo
peremptorij, vt tradunt *Bar.in l.ſi finita §.ſi inſtipus col.*2.*ff. de damno infect. Paul.de Caſtr. in d.l.
tres denunciationes num.*2.*C.quomod.& quand.Iud.
& in l.prepesandum §. & ſi quidem num.*4.*C.de
Iudic.Rot.dec.*10.aliàs 145.*num.*1. *de re iudic. in
nou.Beer.in l.conſentaneum nu.*24.*C.eodem Vant.
hic num.*102. *Boſſ.tract.crim. tit.de ſentent. num.*4.
*Marant.in ſpec.p.*6.*membr.*1.*nu.*72. licet loquantur per diuerſa verba.

12 In hoc conſiſtit virtualis differentia inter hoc
peremptorium , & illud , quod inducitur tribus
citationibus, quia ; & ſi iſta vnica citatio contineat eundem terminum , quem continent omnes
ſimul illę tres, tamen illę tres citationes inducunt
peremptorium, quamuis non exprimatur, vt tradit *Paul.de Caſtr.in d.l.tres denunciationes num.*1.
& eſſe communem opinionem tradit *Scacc.de Iudic.cap.*91.*num.*23.*verſ.requiritur* , vt reſpondet
Bologn. & Cumia contrarium ſentientibus , benè
*Carpan.ad ſtatut.Mediol.cap.*5. *nu.*11. *Trentacinq.
var.reſol.lib.*2.*tit.de cit.reſol.*4.

13 Bene verum de conſuetudine generali hodiè
ſufficere vnicam citationem ad determinationem
totius cauſæ , etiam ſi non ſit expreſſum verbum
peremptorie dicit ex *Paul.de Caſtr.Barboſ.in d.l.ad
peremptorium num.*171.*ff.de iudic.D Staiban.reſol.*
107. *cent.*2. *Zanger.de except.p.*2. *cap.*6. *num.*9.
*Hortm.Piſtor.p.*1.*q.*3. *nu.*9. *Coler.de proceſſ.execut.
p.*1.*cap.*2.*num.*18.*& ſeqq.Gaill.lib.*1. *obſ.*53.*num.*
22. poſt *alios Berlich.lib.*1.*concluſ.*10 *n.*8. dicens
ſufficere vnicam citationem, ſed requiri, vt dicatur *peremptorie n.*9.

14 Sed difficultas eſt an in citatione vnica , quę
pro tribus datur, debeat aſſignari tantum tempus
quantum aſſignatur omnibus tribus citationibus.
Et *gl.in l.nonnunquam* vbi *DD.ff.de Iudic. Cumia
ſuper Rit.cap.*2.*num.*6.*Gaill.obſ.p.*1.*obſ.*53. *nu.*12.
15 de iure communi qualibet citatio debet habere terminum decem dierum. *l.ad peremptorium
ff.de iudic.* vbi *Barboſ.num.*157. & ſic vnica citatio pro omnibus , debet continere terminum
16 vnius menſis. De *Iure auth.per auth.qui ſemel C.
quomod.& quand.Iudic.* quæ videtur corrigere *d.
tex.l.ad peremptorium*, in qualibet citatione requiritur terminus menſis vnius, & per conſequens in
citatione vna pro tribus debet contineri termi-
17 nus trium menſium. Per noſtram *conſtitut.* incip.
Edictorum terminus dictæ vnicæ citationis pro
tribus eſt 30. dierum in præſentibus in Regno,
& 40.in abſentibus.Sed in præſentibus remittit
arbitrio Iudicis, ſi vult dare breuiorem terminum,
qua *conſtitutio* conſonat cum dicto *Aretin.in §.
omnium num.*23.*Inſtit.de pœnis temer.litig.* ſequuti *gl.in cap.de illicita* 23. *q.*3. dicentis , hoc remitti arbitrio Iudicis, quod dicit etiam *Caſtr.in
d.l.nonnunquam* vide *infra verſ.ſed an.*

18 Multoties hoc edictum poſt tot numero edicta quæ præceſſerunt , datur ; nonnunquam poſt
vnum, vel alterum; non nunquam ſtatim , quod
appellatur vnum pro omnibus , hoc æſtimare
oportet eum , qui ius dixit, & pro conditione
cauſæ, vel perſona, vel temporis, ità ordinem edictorum , & compendium moderari *l.nonnunquã
ff.de iudic.Cumia in tit.Sicil.c.*2.

19 Et conſeotaneum fuit temporibus ad præſentiam partis aduerſæ præſcriptis , præſidem prouinciæ, impleta iuris ſollemnitate, & aduerſario
ternis litteris , vel vno pro tribus omnibus peremptorio edicto, vt præſentiam ſui faceret, admonito vt ſi in eadem contumacia perſeuerauerit præſentis allegationes audire , quod vel ſucceſſor eius facere curabit *l.conſentaneum C.quomodo, & quando Iud.*

20 Contumax ille eſt, qui tribus edictis propoſitis, vel vno pro omnibus, (quod vulgo peremptorium appellatur) litteris euocatus præſentiam ſui
facere cõtemnit *l.contumacia ff.de iudic.* At ſi ex
21 edicto peremptorio, quod neque propoſitum eſt,
neque ad notitiam peruenit, abſentis condemnatio ſit , nullius momenti eſſe ſententiam, conſtitutiones permonſtrant *l.*1.*§.item cum ex edicto ff.
quæ ſentent.ſine appell.reſcind.* Et ſi nihil facile
22 mutandum ſit ex ſollemnibus , tamen vbi æquitas euidens poſſit, ſubueniendum eſt, Itaque ſi citatus non reſpondit , & ob hoc more pronuntiatum eſt , ſtatim autem pro tribunali ſedentem
adijt, exiſtimari poteſt non ſua culpa, ſed parum
exaudita voce præconis defuiſſe *l.diuus Antoninus ff.de reſtit.in integr.*

23 Nec ſemper compellitur Iudex , vt aduerſus
abſentem pronunciet , tam & ſi contrà abſentes
ſententia dari ſoleat, id enim eò pertinet , vt Iudex etiam abſentem damnare poſſit, non vt omninò neceſſe habeat *l.*2.*C.quomodo , & quando Iud.*
ibi: *id enim eo pertinet , vt etiam abſentem damnare
poſſit non vt omninò neceſſe habeat.*

24 Etiam euangelica authoritate Sacri Canones
voluerunt , vt quicunque tribus authoritatibus
Iudicis conuocatus eſt , vel tribus edictis fuerit
ad Iudicem prouocatus , aut vno pro omnibus
peremptorio, ideſt quod cauſam extinguit, fuerit
vocatus, & præſentiam ſuam apud eum Iudicem,
à quo ei denunciatum eſt, exhibere noluerit aduerſus eum quaſi contumacem iudicari poteſt
cap.de illicita verſ.quicunque 24. *q.*3. & ibi *gl.in*
verb.

Digitized by Google

verb.ex *euangelica authoritate* ſupplet,nam pater
famil.bis miſit ſeruos,tertiò filium, ad inuitatos,
& textum euangelij non allegat. *tex.* eſt *Matthei*
cap.22. vbi legitur; *ſimile factum regnum Calorum*
homini Regi,qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſer-
uos ſuos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant
venire. Iterum miſit alios ſeruos dicens:dicite inui-
tatis:ecce prandium meum paraui,tauri mei, & alti-
lia occiſa ſunt, & omnia parata, venite ad nuptias,
illi autem neglexerunt,& abierunt, alius in villam
ſuam, alius vero ad negotiationem ſuam, reliqui ve-
rò tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos occi-
derunt. Rex autem cum audiuiſſet, iratus eſt &c. &
ità non miſit filium, ſed exercitum, & ſic velut
ſeruato peremptorio.
25 Primum edictum dicitur conuentionale; ſe-
cundum monitorium, tertium Peremptorium.
In prima citatione, vt ait *Specul.de citationibus*
*§.viſo nu.16.*quodammodò dicitur;*Veniat tali die*
*coram tali.*In ſecundo.*Vade,mone eum quod veniat*
Tertio;*Niſi veniat procedetur ad condemnationem;*
Ita vt primũ videatur præſeferre beneuolentiã,
alterum cohortationem, vltimum poteſtatem.
Nam ſollemnitas peremptorij quæritur ad con-
uincendam malitiam,& proteruitatem non com-
parentis, non ad ſollemnizandum iudicium. *l.ad*
peremptorium,& ibi *not.DD.ff.de iudic.Vant.hic n.*
26 106.Prima citatio dicitur conuentionalis à cõ-
ueniendo, quia ab ea incipit actor reum in iudi-
cium conuenire, 2.dicitur Monitoria, quia per
eam Iudex monet citatum, ſeu conuentum, vt
compareat.3.dicitur Peremptoria quia Iudex in
ea comminatur ſe etiam citato non comparente
cogniturum, & pronunciaturum. *l.in peremptorio*
*ff.de Iudic.*Et ſi vna citatio,vel duæ factæ ſint ab
27 antecesſore,ſucceſſor eas connumerabit, & ter-
tiam faciet. Quod ſi numerus ab antecesſore fi-
nitus ſit, poterit ſucceſſor vnam facere *l.edictum*
ff.de iudic. ibi *edictum quod ab anteceſſore datum*
eſt in numero trium edictorum connumerari debet,
planè licet omnis ab anteceſſore numerus finitus ſit,
ſolet ſucceſſor vnum edictum dare.
28 Elapſo tempore ſi citatus non comparet, re-
putatur verus contumax *l.contumacia ff.de re iu-*
dic. & ad inſtantiam actoris comparentis Iudex
poteſt cauſam cognoſcere, & debet pronunciare,
prout de Iure,ſiue contrà reum,ſiue contrà acto-
rem *l.& poſt edictum ff.de iudic.* Poteſt etiam Iu-
29 dex reum contumacem expectare, & item eum
citare ex benignitate tamen,ſed non poteſt cogi
gl.in d.l.conſentaneum in verb.a quo C.quomodo, &
30 *quando Iud.* Sed quatenus Iudicantis Iuriſdictio
expiraret, Iudex debet procedere, nè fruſtrà iu-
dicialis iuriſdictio euaneſceret *cap.conſuluit de*
31 *offic.deleg.* Et peremptorium plures mitti poteſt
Spec.tit.de citat.§.viſo. ver. *item peremptorium n.2.*
32 Non autem cogitur,neque etiam poteſt in graua
præiudicium partis. *Rota faſtols cauſ.33.dub.62.*
num.3.
33 Deberet tamen reus,qui iuxta de cauſa non
potuit comparere, audiri per viam reſtitutionis
in integrum *cap.coram de reſtit. in integr. cap.pa-*
ſtoralis de except.Bellam.dec.722.num.4. Nam po-
teſt excuſari reus, quare non venerit,quia fortè
citationes ad eius notitiam non peruenerint *l.*
dium Antoninus ff.de reſtit.in integr.l.1.§.item cum
ex edicto ff.quæ ſentent. ſine appell.reſcind. Sforz.
Odd.de reſtitut.in integr.q.34.num.41.& 55. Et ſi
reus non venerit ex aliqua cauſa Iudici ignota,
35 & Iudex contrà eum ſententiam tulerit, valet
quidem ſententia, ſed probata legitima abſentia
cauſa retractabitur; quod ſi impedimentum ple-
nè non probetur, non retractatur ſententia, niſi
doceatur de eius iniquitate *cap.cum Bertoldus de*
re iudic.
36 Sunt tamen aliquę perſonæ, quas edictum pe-
remptorium non arctat,nec afficit,vt ſunt pupilli
vel minores de Iure communi 25.annis, de Iure
noſtri Regni annis 18. Qui reip.cauſa abeſt, &
qui eodem tempore ad Maius Tribunal vocatur
l.contrà pupillum ff.de re iudic.De Nigr.in c.Regni
228.num.30.Guazz.in.defenſ.1. cap.10. num.20.
Scialoya de foro compet.c.7.nu.51. Farinac.in pra-
xi q.7.num.63. Ant.de Matth.de prorogat.Iuriſd.
nu.33.Azeued.in l.10.tit.13.lib.8.recopil.n.73.
37 Tale edictum circunducitur etiam morte *l.in*
ſumma §.fin.ff.de re iudic. l.& poſt edictum §.1.ff.
38 *de iudic.* Circunducitur ſi neuter comparet. *cap.*
conſuluit. cum ibi *notat de offic.delegati d.l. & poſt*
edictum §.1. ff.de iudic. Card.Tuſc.lit.C. concluſ.
233.a num.4.& concluſ.266. Guazz.in.defenſ.10.c.
2.num.26. Cartar.de execut.ſentent.capt. bann.cap.
fin.167. Farinac.in fragm. poſt *repert.iudic.* verb.
citatio num.34.Cumia ſuper rit.cap.3.num.30. Mo-
noch.conſ.230.n.119.
39 Citatio circunducta non eſt citatio,quia habe-
tur,ac ſi nunquam eſſet facta *Bal.in l.fin.* verſ. *in*
eadem gl.ff.de eo per quem fact. erit Carauit.ſuper
rit M.C.V. 125.num.6. Franch. vbi *Amendola*
dec.232.num.4.R.Capic.Latr.dec.69. Molfeſ.conſ.
4.num.31.Cacbec.dec.142.num.37. Card.Tuſc.lit.
C.concluſ.233.& 266.Caſar.qq.Peregr.q.33.n.29.
40 Illa non inducit contumaciam, nec litis pen-
dentiam, poſt *DD.ſup.citatos. Franch.* vbi etiam
Amendola dec.471.Franch. Balb.*de præſcript.3.p.6.*
p.9.q.4.num.25.Reg.Sanfel.in addit.ad praxim in-
dic.ſcil.35.num.15.Aff. vbi *Vrſill.dec.366.Capoll.*
cau.191. Petr.ad Grammat.dec.65.num 4.Ricc.in
praxi reſol.522.num.4.Baron.de citat.q.46.num.4.
& 45.num.42.Grattan.dec.209.num.5. Barboſ.al-
41 *leg.19. num.18.* Et citatio perſonalis facta ad
ſententiam non releuat,ſi remanſit circunducta
per non comparitionem citantis. *Barboſ.in cap.*
cum ſpeciali §.porrò num.15.de appell.Grattan.cap.
66.n.40.41.42.& 43.
42 Citatio circunducitur in noſtro Reg. Neap.
quando per menſem in Ciuitate Neapolis, &
per duos à die citationis executę,in cæteris Re-
gni partibus, non inſtetit actor,quod accuſaren-
tur contumaciæ contrà citatum, & inſtitutum
iudicium non ſit proſequutus, ita dicunt *Aff.in*
conſtit.regni edictorum num.20.& dec.366.num.4.
Carauit.rit.123. num.8.Cartabn ſing.2. Foller.in
praxi crim. rubr.*accuſentur contumaciæ n.3. Fran-*
ch.dec.471.R.Marinis lib.1.reſol.54.num.16. vbi
dicit procedere tam in foro ſęculari, quam Ec-
cleſiaſtico ex *Ricc.dec.83.lib.1. & ad Reuert.dec.*
87.num.2.Galter.in praxi tit.3. §.princ. rubr.3.
num.8.Nicolin.in praxi iud.ciuil. num.71. Berlich.
*dec.German.1.*benè *Anechin.de præuent.inſtrum;*

Kkk 2 *cap.*

Digitized by Google

cap.3.q.7.num.8. vbi confutat *Aſfl.vbi ſup.* volentem, tempus circunductionis currere poſt contumacias incuſatas, ex eo quod nunquam id practicatum fuit, ſed ſolum conſideratur ſpatium temporis, quod lapſum eſt à termino citationis ad incuſationem contumaciarum *Baron.de citat.q. 47.num.1.* ſequitur *D.Petr.rit.122. nu.2.* Et ſic ſi
43 quis faciat citare aduerſarium quo ad aliquem actum iudiciarium faciendum coram iudice, debet iudicem adire infrà illum menſem, aliàs ſi illo elapſo actus ille fiat, eſt nullus, cum citatio illa ſit circunducta, de praxi teſtatur *D.Petra in rit.122.num.6.* ſicut, & pariter *nos* Verum ſi proceſſus ſtet penes ipſum iudicem per quodcumque tempus, citatio, ſeu monitio nõ circunducitur, vt videtur dicere *Giurb.d.dec. 102.n.8.* & teſtamur nos de praxi noſtrorũ Tribunalium.

44 Datur tamen alia ſpecies circunducendi citationem de qua *in rit.121.* & eſt quando impetrat quis citationem, & extrà Neapolim non facit eam intimari infrà ſex menſes, nam ipſis elapſis à data ipſius, citatio circunducitur, & euaneſcit, & ità deciſum habetur in cauſa Iacobi Barrilis in *rit.121.* vbi *Caramt. num.1.* dicit, ità ſeruari, & probat *Reg.Capic.Latr.dec.69. num.16. Nunt. Tartagl.in praxi ciuil.cap 4.nu.8.* ſequitur *D.Maiorana in op.praxi f.27.n.10.*

45 Scio ab *Annechino* refelli *loco ſup.citato cap.3. q.7.Caramitam d.rit.121.num.1.De Iudice Robert. in tract.de liquid.Inſtr. conſid.4.num.53.Galter.in praxi inſtr.liquid.* rubr.*expediatur citatio num.50.* præſcribentes circunductionis citationis ſpatium ſex menſium à data citationis, dum ipſe *Annechin.* dicit eſſe antiquatam diſpoſitionem *ritus M.C.V.121.* nec ſeruari in practica, quod ſcriptum eſt in *d.ritu*, & carpit verba ſequentis *ritus* ponentis in arbitrio litigantium, quam opinionem velint amplecti ex duabus relatis in præcedenti *ritu* circa tempus circunductionis; ibi: *modo tene quod vis, quandoque ſeruatur vnum, quandoq; aliud de duabus opinionibus.*

46 Sed decipitur *Annechin.loco citat.* nam vt diximus *ritus* prædictus loquitur de alia ſpecie circunductionis, quam poſuimus *ſup.hic ver.Datur,* & de hac ſpecie circunductionis loquuntur *De Iudic.de Robert. & Galter. vbi ſup.* Et diuerſa eſt circunductio quando poſt intimationem citationis non incuſantur contumaciæ infrà duos menſes, in quibus terminis eſt deciſio *Franch.dec. 471.* Nam neceſſe eſt, vt citatio ſit debito tempore reproducta *cap.quoniam contra* vbi *gl.de probat.* & ibi *Abb.n.17. Grat.diſcept.66.n.40. D. Maiorana d.fol.27. n.11.* vbi dicit quo ad vnum menſem, & duos mẽſes benè procedere in Curijs Neap. ſed in Curijs regni elapſo triduo poſt primã contumaciam incuſatã vltima cõtumacia incuſari debet, alias citatio habetur pro circunducta, & ex integro citari debet, poſt *Seuerin.ad R.Sanfel.dec.243.& D.Petr.in rit.123.num.38.& alios,* Aliud eſt quando citatio non intimatur infrà ſex menſes, quo caſu etiam illa circunducitur, & ità loquitur deciſio *Franchis 232.* præfigens terminum ſex menſium, hanc differentiam ponit *R.Sanfel.in praxi tit. de contumac. num.22.* *Scialoya de foro iudic.cap.6. num.6.* & omnium primus *Muſcatell.in praxi p.2.gl.Tribunali a num.8. Petr.ſuper rit.121.D.Maiorana in op.praxi loco cit. num.10.*

47 Circunductio tamen citationis ſolum à reo opponi poteſt, non ab actore, vt dicit *Berlich.dec. 1.* quem refert, & ſequitur *R.Marinis lib.1.c.54. n.17.& ad Reuert.dec.87.num.2.& dec.224.n.1.* ſequitur *Petr.rit.122. num.7.* Poteſt etiam talem
48 circunductionem opponere procurator aducẽſus ſententiam foriudicationis, vt dicit *Franch.d.dec. 232.* ſequitur *Reg.Latr.dec.59.num.34. Danza de pugna DD.tom.3.tit.de var.crim.cognit. cap.4.n. 29.R.Marinis ad Reuert.dec.87.*

49 Citatione circunducta, & ſic peremptorio, non proceditur, niſi parte denuò citata *d.l.& poſt edictum §.1.ff.de iudic.Seuerin.ad Reg.Sanfel.dec. 243. Baron.de citat.tom.2.& 3.q.47.* Et ſi proce-
50 deretur omnia acta ſunt nulla. *Oſaſch.dec.142. num.37.* nam citatio circunducta non eſt citatio, & habetur, ac ſi nunquam ſit facta *Muſcatell.p.2. lib.1.gl.gradum* vbi *Dom.Prat.in addit.* adducens *Gabriel.lib.1.commun.opin.tit.de citat.num.448.& 556.Dom.Petra in rit.121.* & diximus *ſup.*

51 De *Iure Siculo* dantur tres circunductiones. Prima quando in citationibus directis ordinarijs locorum, vel Porterio, infrà 40.dies citatio non eſt facta, cum litteræ citatoriæ habeant inſtantiam 40.dierum, ità vt neceſſarium ſit eas exequi infrà tales dies numerandos à die datarum litterarum, ſic diſponente *Ritu 96.* & notat *Cumia ſuper Rit.c.1.num.32.* Ideò ſi dicti 40.dies tranſierint non facta citatione, talis commiſſio eſt circunducta. Et ſi infrà dictos dies pars citabitur, ſtatim facta citatione reſiduum ipſius inſtantiæ euaneſcit, quia dicta inſtantia non eſt amplius in conſideratione. *Petr.de gregor.de iudic. cauſ.feud.q.15.Oct.Corſet.qq.forenſ p.1.q.1. Muta ſuper Cap.Rit.96.a num.35.* Vnde ſi fuiſſent tempore citationis tranſacti ſex, vel decem dies dictæ inſtantiæ, ſtatim ac partes fuerunt citatæ, corruit reſiduum, & incipit currere alia inſtantia ad referendum, de qua *infra.*

52 2.Circunductio eſt, quando facta citatione per ordinarium in executionem litterarum, vel per Porterium miſſum in partibus, ſtatim incipit currere ſecunda inſtantia 40.dierum ad referendam dictam citationem, vel ad expediendum reſponſale, & illud præſentandum infrà dictum tempus 40.dierum; aliàs illo elapſo, & reſponſale non præſentato, circunducitur citatio, ità poſt *Gregor.de iudic.cauſ.feudal.q.11.* ſcribit *Corſet.lib.1.qq.forenſ.q.1.Muta vbi ſup.num.39. & c. 97.num.28.Cumia d.num.32.Barbagall.in praxi p. 1.fol.mihi 240.num.6. & ſeqq.* Debet etiam incu-
53 ſari contumacia infrà dies octo poſt peremptorium, pro vt mandatur in dictis litteris citatorijs, aliàs citatio, & litteræ reſponſales dicuntur circunductæ. *Gregor.vbi ſup.num.5. Muta d.c.97. num.24.25.& 46.& cap.98.num.5.* Hodie tamen
54 ex diſpoſitione *Comitis Caſtri* §.50.ſi porterij citationem in partibus factam, infrà dies viginti, non referant, eſt circunducta.

55 3.Circunductio eſt poſt executionem, & relationem, elapſis ſex menſibus, infrà quos litteræ

cita-

citatoriæ effectũ habent ex diſpoſitione *ritus 98.*
per hæc verba: *pendente* cauſa io M.C. à ſex mẽ-
ſibus infrà, ſi pars aduocatum, & procuratorem
habeat, non eſt citatione opus, neque ad conclu-
dendum, neque ad audiendum ſententiam; à ſex
menſibus verò ſupra, adnocato, & procuratore,
licet pręſente ad concludendum, & audiendum
ſenteotiam, citari partem oportet, mentiouem fa-
ciunt *Petr. de Gregor. de iudic. cauſ. feud. q. 11. Cor-*
ſet. q. 1. in fin. & q. 11. lib. 1. Mut. ſuper d. rit. 98. nu.
56 4. Quo tempore elapſo, ôpus eſt noua citatiooe
ad concludendum, & audiendum ſententiam qua
non facta, ſententia erit nulla, vt dicunt *Corſet. d.*
q. 11. & Muta loco cit. num. 6. Maſtrill. dec. 83. nu.
13. Giurba dec. 102. num. 1. Dictus *Ritus*, licet lo-
57 quatur io M.R.C. tamen habet locum io Coo-
ſiſtorio S. R. C. in Tribunali Regij Patrimonij,
S. Officij, in Regia Monarchia, & in omnibus
alijs Curijs inferioribus *Corſet. q. 12. & 13. lib. 1.*
Giurba d. dec. 102. num. 3. Muta vbi ſup. num. 6. 7.
& 8. Adeſtq; *conſtitutio Comitis Caſtri* §. 46. Ha-
58 bet locum etiam in omnibus cauſis ſummarijs,
& executiuis *d. conſtit.* §. *46. Cutell. orat. 24. nu. 6.*
Giurb. d. dec. 102. num. 3. D. Benen. Eman. reſp. 24.
col. 166. ad Orat. Cutell. Ratio diſpoſitioois *d. Ri-*
59 *tus* eſt, quia ſtante lapſu prædicti temporis, vi-
deutur partes quodanmodo oblitæ de ſtatu cauſę
& ſilentium impoſuiſſe. Vodè ne ex tali obliuio-
ne præiudicium ioferatur, ſtatutum eſt, vt de
nouo citentur. *Corſet. d. q. 11. Mut. vbi ſup. num. 1.*
aliàs citatio eſt circunducta, & notat *Mut. vbi*
ſup. in addit. *lit. A.*

60 A quo die currant dicti ſex menſes, & quomo-
do ſemeſtre interrumpatur, videas *Corſet. &*
Mut. vbi ſup. Giurb. d. dec. 102. à nu. 7. Maſtrill. dec.
82. n. 14. Cumia ſuper rit. c. 3. vbi dicunt interrum-
pi, ſi proceſſus in Iuliana ſit notatus, ad quem
iudicem mittitur, vel quod fuerit proceſſus ali-
qua ex cauſa Iudici aſportatus, vel quod ab eo
ſit viſus, cum in eius dorſo notata ſit viſio, vel ſi
partes coram iudice allegauerint, quia eorum
alterum, aut ſimile ſatis eſt, vt verum ſit, quod ſi
aliquid ea in cauſa ab vna etiam ex partibus ge-
ſtum ſit, interrumpatur ſemeſtris, ita ſi iofrà di-
ctos ſex menſis pars ſportulas iudici debitas
penes acta dep oſitauerit, vt deciſum refert *Giurb.*
ibid. nu. 8. in fine.

61 De circunductione citationis quo ad contu-
macias dicemus etiam *infra*, dum agemus de con-
tumacia, citati. Quando circunducatur cita-
tio de Iure Cameræ Imperialis, & aliorum
locorum Germaniæ videodus eſt *Schuuanman in*
proceſſ. Cam. lib. 1. c. 31.

62 Sed quando quis eſt citatus peremptoriè ad
totam cauſam, neutro veniente, circunducitur ci-
tatio perẽptoria, quo ad illos actus, qui faciendi
erant in illo termino, ſed quo ad reliquos actus,
& quo ad ſententiam, quæ ferri poterat etiam eo
termino citationis elapſo, non circuoducitur, ad
eo, vt ſi poſteà venerit, vel actor, vel reus, ad cu-
iuslibet inſtantiam poterit ad vlteriora proce-
di ad diffinitiuam ioclusiuè, vt habetur in
d. c. conſulu it de offic. deleg. Rot. dec. 4. de dolo, & con-
tumac. in nouiſ. Vant. hic num. 110. 111. Veſtr. in
praxi lib. 4. cap. 4. nu. 1. Guazin. defenſ. 16. cap. 2. n.
26 Maur. alleg. 4. nu. 6. vbi fuodat etiam quod ef-
fecto contumace citato, non datur circunductio
videndus *Ricc. dec. 3. nu. 3. p. 1.*

63 Imò citatus peremptoriè ad totam cauſam
debet comparere etiam poſt terminum quantò
citius poteſt, aliàs condemnatur à tempore ci-
tationis emiſſæ in expenſis *c. 2. & c. cum dilecti de*
dolo, & contumac. ibi, *Praterea cum mandatur ali-*
cui, vt ad certum terminum ſe Iudici repræſentet duo
ſub hac forma mandantur, ſcil. vt ad Iudicem veniat
& ad diem ſibi præfixam, accedat, vnde ſi venire
non poſſit ad diem aſſignatum, tenetur nihilominus ſe
iudici præſentare &c. Et quod propter contuma-
64 ciam rei poſſit Iudex rem petitam ſequeſtrare,
& ipſum contumacẽ in expenſis condẽnare, quas
propter contumaciam, vel doloſam exceptionem
actor fecit, dicitur in *c. ex litteris de dolo, & cõtum.*
Vedibimus hic quando peremptorium requi-
ratur, & quando noo, de qua rę multa cu-
mulauit *Soccin. in ſuo tract. de citat. art. 27.* Sed tem
65 breuiter per ſtringendo pręmittimus, peremptο-
rium non requiri in extrà iudicialibus *Soccin. de*
citat. d. art. 27. num. 52. Gratian. diſcept. 797. nu. 4.
Aluer. ſup. conſuet. Aluern. tit. 1. art. 5. n. 8. Ideò vni-
66 ca citatio contrà incertos creditores in conſi-
ciendo inueotatio ſufficit, nec requiritur perem-
ptorium *Put. dec. 267. num. 4. lib. 3.* Neque trina
67 citatio requiritur ex ęquiori opinione, quam
tenuit *Rota* vt per *Achill. dec. 3. de teſtam.*

68 In Iudicialibus, in principio cuiuſque cauſæ,
ſiuè ordinarię, ſiue ſummariæ, vel beneficialis, ſi-
uè executiuæ, ſemper trina citatio, ſeu vna pro
omnibus, requiritur *d. l. conſentaneum C. quomodo,*
& quand. Iud. ibi; *Et aduerſario ſuo ternis litteris*
vel vno pro omnibus peremptorio edicto, vt præſentiã
ſui faceret commonefacto l. præſenti §. *ſed ſi hoc fa-*
cere C. de his qui ad Eccleſ. confug. ibi; *itaque ſi res*
immobiles poſſidet poſt edictorum ſollemnium recita-
tionem ex ſententia iudicantis vſque ad modum
debiti bonorum eius, ſiue prædiorum traditio, ſiue
venditio celebretur, vbi *gl.* in verb. *traditio* ex-
plicat, *ideſt in poſſeſſionem miſſio*, quæ eſt cauſa
ſummaria. Et ſententia quæ pro ea fertur eſt in-
terloquutoria, vt *ibidem gl.* io verb. *admodum in fi-*
ne vide *Bar. in d. conſtit. ad reprimendum in* verb.
ſummarie num. 5. Menchaca vſufr egn. c. 35. à princ.

69 Verius *Innoc. in cap. ad petitionem de accuſat.*
Bar. in l. ſi finita §. *Iulianus ff. de damno infect. &*
in l. conſentaneum num. 6. C. quomod. & quand. Paul.
de Caſtr. in d. l. finita §. *ſi plures num. 8. Cumia d. c.*
2. num. 12. & alij quos refert, & ſequitur *Boſſ.*
tract. crim. tit. de ſentent. ſub num. 2. e oumerant hos
tres caſus. Primum quando quis vellet abſolui
ab obſeruatione iudicij. Secundum ſi vellet mitti
in poſſeſſionem ex primo, aut ſecundo decreto.
Tertium quando vellet, proferri diffinitiuam
ſenteotiam, in reliquis verò actis, vt putà ad vi-
deodum iurare teſtes, publicari proceſſuoı, vel
ad alium ſimilem actum, dicunt ſufficere vnicam
citationem. *Ricc. collect. 1516. Barboſ. in cap. quo-*
niam contrà nu. 30. & 31. de probat. P. Barboſ. in l.
ad peremptorium num. 48. ff. de iudic. & num. 112.
Baron. de citat. q. 27. num. 19. & ſeqq. Trentacinq.
var. reſol. lib. 2. reſ. 4. nu. 1.

70 Nobis placet facere duas concluſiooes. Pri-
mam

Digitized by Google

mam Negatiuam, quod in caſibus, quibus non
agitur de actu, qui tendat immediatè ad expedi-
tionem cauſæ, ſeu priuationem alicuius iuris, ſeù
ad aliud magnum præiudiciũ peremptorium non
eſt neceſſarium. *Caſtr. in l. ſi finita §. ſi plures n. 8.
& 9. ff. de damno infect. Boſſ. tract. crim. tit. de ſent.
n. 2. Scacc. cap. 91. n. 36. Baron. q. 27. nu. 19:* ſecun-
dam affirmatiuam, quod requiratur in omnibus
caſibus, in quibus agitur de actu, qui immediatè
tendit ad finalem expeditionem, & ità procedunt
tradita per *DD. ſup.* allegatos. Item in omnibus
his, in quibus agitur de priuatione alicuius iu-
ris, ſeu priuilegij, vt tradunt *gl. in clem. 1. in* verb.
*tertio de vita, & honeſtat. cleric. Abb. in cap. ex qua
de cler. non reſid. Rebuff. de priuil. Doct. & ſchol. pri-
uil. 140. Crau. conſ. 103. num. 9. lib. 1.* Item in his,
72 in quibus agitur de aliquo magno præiudicio; &
ideò quando contumax reputaretur pro confeſ-
ſo, ſeu conuicto, non poſſet reputari contumax,
niſi eſſet prius tribus citationibus vocatus, &
quidem diſtinctis, vt dicemus *infrà* verſ. *ſecun-
dus eſt Scacc. de Iudic. d. cap. 91. num. 25. in fine
Caluel. in praxi §. citatio concluſ. 7. nu. 9.*

73 Limita hanc concluſionem, vt non habeat lo-
cum in ſequentibus caſibus. Primò in cauſis ſum-
marijs, quia in his peremptorium non eſt neceſ-
ſarium, quamuis ageretur de actu, qui immediatè
tenderet ad finem, & exitium cauſæ *Clem. ſæpè
§. ſententiam verò de verb. ſignific.* & ibi *Io-
annes Andr.* ſuper verb. *non peremptoriè Ang.
in l. ad peremptorium ſub nu. 1. ff. de iudic. Rot. dec.
10.* aliàs *245. num. 1. de re iudic. in nou. Alex. ad
Bar. in l. conſentaneum in* verb. *dicat veritatem in
fin. C. quomodo, & quand. Iud. Abb. in cap. cum olim
in princ. de teſtib. Felin. in d. cap. conſuluit num. 8.
Afſl. in conſtit. Incenſutilem n. 63. lib. 1. Maranta
in ſpec. p. 6. membr. 1. num. 72. Vant. hic n. 103. Gra-
uat. ad Veſte. lib. 5. c. 2. num. 7. Cumia d. rit. 2. nu. 6.
in fin. Ped. ſuper Rit. cap. 97. in princ.* licet in his
cauſis requiri peremptorium dicat *Trentacinq.
var. lib. 2. reſol. 4. nu. 8.* niſi procedatur in cauſa,
& ſummariè, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt
in noſtro regno Neap.

74 Hinc eſt quod in cauſis hæreticalibus perem-
ptorium non eſt neceſſarium, vt dicunt *Decian.
conſ. 18. nu. 164. lib. 1. Flamin. Carthar. tract. de exe-
cut. ſent. contra bann. cap. fin. nu. 186.* verſ. *& licet,
75 verſus finem* Quod intellige, quando proceditur
contra præſentem, hoc eſt comparentem, ſecus
contrà abſentem non comparentem in cauſa, nam
tunc requiritur peremptorium *Archid. in c. cum
contumacia nu. 4. 5. de hære. in 6. Lud. Cartar. de
hære. num. 128.* ſic diſtinguit *Scacc. de iudic lib.
76 1. cap. 92. n. 6.* Hinc etiam eſt, quod in cauſis be-
neficialibus non eſt neceſſarium peremptorium
Rot. d. dec. 10. aliàs *nu. 245. num. 1. de re iudic. in
nou. Vant. hic n. 103. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 9.
§. 1. in annot. nu. 131. Barboſ. in clem. ſæpe nu. 26. de
verbor. ſignific.*

77 Sic in Regno noſtro, ex quo omnes cauſæ
ſunt ſummariæ, vigore *cap. deteſtantes, & pragm.
1. de ordine iudic.* non requiritur peremptorium
*Maranta in ſpec. p. 6. membr. 1. n. 72. Cumia d. c. 2.
num. 6. Grauat. ad Veſtr. lib. 5. c. 2. ſub num. 7. Ped.
ſuper rit. cap. 97. in princ. Scacc. d. cap. 91. num. 26.
Monet. de Iudic. conſeru. cap. num. 29. Abrutz. ſuper
pragm. de modo proced. ſumm. p. 2. cap. 1. num. 190.
Carpan. ſuper ſtatut. Mediol. c. 1. nu. 21.* vbi ex *Me-
noch. de arbitr. iudic.* dicit quod nec in arbitrarijs
requiritur *Trentacinq. var. lib. 2. reſol. 4. num. 9.* vbi
dicit per *d. cap. deteſtantes, & prag. 1. de ord. iudic.*
eſſe correctam *conſtit. regni incip. edictorum,* & *ri-
tum incip. Item ſeruat.* Ratio eſt quia ea, quæ non
ſunt de ſollemnitate iudicij facilè omitti poſſunt
in cauſis ſummarijs iuxtà ea, quæ probat *Scacc.
78 de iudic. cap. 53. lib. 1.* Sed peremptorium fuit in-
uentum non ad ſollemnizandum iudicium, ſed ad
conuincendam malitiam, & proteruitatem non
comparentis *l. ad peremptorium ff. de iudic.* & tra-
dit *Alex. conſ. 123. nu. 1. in fin. lib. 2. Vant. hic n. 6.
Cumia ſuper rit. Sicil. c. 2. n. 3. & 4.*

79 Sublimita, & reſtringe hanc ſupràpoſitam limi-
tationem, vt procedat ſolum quando proceditur
contra præſentem, qui quandoque comparuit,
quia contrà eũ poteſt deindè agi ad ſententiã ſi-
ne perẽptoria citatione, ſecus ſi procedatur con-
trà abſentem, qui nunquam comparuerit, quia
contra eum non poteſt deueniri ad ſententiam
ſiue ſimilem actum, niſi fuerit peremptoriè cita-
tus, ſeu in quamplurìbus vicibus citatus, iuxtà
tex. in l. abſentem ibi ſæpius monitus ff. de pœnis, quẽ
textum procedere etiam in ſummarijs dicit *Scacc.
de iudic. lib. 1. c. 91. nu. 27. & c. 92. num. 5.* ſequitur
Baron. q. 27. nu. 35.

80 Hinc eſt quod abſens qui citaretur generaliter
ad totam cauſã, quamuis cauſa eſſet ſummaria,
nihilominus deberet citari peremptoriè, hoc eſt
vnica ſaltem citatione cum appoſitione perem-
torij ſicuti tradit *gl. in extrauag. ad reprimendum
in* verb. *ſuper crimine,* & ex *Bartoli* doctrina *eodem
loco,* firmat *Vantius hic nu. 105. Grauat. ad Veſtr.
lib. 4. c. 2. nu. 15.* Hęc limitatio ſeruatur ex ſtilo,
vt patet ex formula, quam tradit *Vant. hic n. 99.*

81 Nec obſtat, quod contrarium dixerit *Veſtr. d.
c. 2. nu. 6. cum ſeqq.* quia ipſe ſe fundat in allegata
dec. 10. Rotæ, quę loquitur de citatione per con-
tradictas ad ſententiam, quæ citatio ſolet permit-
ti contrà abſentem citatum generaliter potius de
honeſtate, quam de neceſſitate. *Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 131. n. 7. lib. 1. Scacc. de iudic. lib. 1. c.
88. num. 14.* Vnde debemus credere, quod cita-
tio generalis emanauerit cum expreſſione perem-
ptorij, & deindè eſſet orta difficultas ſuper alia
citatione, quæ emanauit ad ſententiam.

82 Hinc eſt quod in primis citationibus cauſa-
rum, quæ aguntur in hoc noſtro Regno, quamuis
hic omnes cauſæ ſint ſummariæ, vt diximus, re-
quiratur tamen in illis primis citationibus pe-
remptorium, vt patet ex *pragmatica 3. de ordine
iudic.* vbi habetur quod facta relatione citationis
ſi reus non comparuerit, actor in termino cita-
tionis comparens debeat illū accuſare contuma-
ciam, & deinde elapſo triduò ſi minus compa-
ruerit habetur pro contumace, & proceditur ad
primi decreti interpoſitionem, vel ad dationem
termini ad probandum, ad electionem ipſius acto-
ris, & ità ſeruatur.

83 Ità etiam ſeruatur in Curia Capitolina, vbi
ſtatuta lib. 1. c. 89. diſponunt, quod actor in cauſis
ſummarijs, ſi reus iterum, & tertiò citatus ad

re-

Digitized by Google

reſpondendum petitioni fuerit contumax, pro re,
vel ſumma petita, contrà eum tanquam contu-
macem relaxatur mandatum &c. nam requirunt
peremptorium iuxtà diſpoſitionem iuris, vt ſi
contingeret citatum non comparere, valeat actor
mediante peremptorio procedere contrà abſen-
tem ad expeditionem cauſę permiſſionem in
poſſeſſionem, vel per relaxationem mandati, iux-
tà diſpoſitionem dicti *ſtatuti vrbis Scacc. d. c. 91. nu. 27. in fine.*

84 Limita 2. (vt ad limitationes redeamus) Vt nō
procedat in actis, quæ fiunt poſt litis conteſta-
tionem, nam poſt illam omnes termini cenſentur
peremptorij, ſignanter de ſtylo Palatij, vt dicunt
*Rota d. dec. 10. num. 2. de re iudic. in nou. Vant. hic
num. 104. Gom. reg. de annal. q. 72. nu. 2. Grauat. ad
Veſtr. lib. 4. cap. 2. n. 14. & lib. 5. cap. 4. nu. 7. Marſ.
in Addit. ad pract. Pap. in forma reſp. rei conu. in gl.
termino in eodem verbo Scacc. c. 91. num. 36. Baron.
de citat. q. 27. nu. 30.* Purà ad videndum iurare
teſtes. *Bar. in extrauag. ad reprimendum in verb. ſu-
per dicrimine nu. 5. Petr. Barboſ. in l. ad peremptoriū
nu. 112. ff. de iudic.* vbi idem firmat in publicatio-
85 ne teſtium. Sic etiam ad audiendam ſententiam,
nam ſemel tantum, & ſine expreſſione perempto-
rij fit citatio per *tex. in cap. ſæpè de verb. ſignific.*
ibi; *ſententiam vero diffinitiuam citatis ad id, licet
non peremptoriè partibus. Paul. de Caſtr. in l. tres de-
nunciationes in fin. C. quomodo, & quand. Iud.*

86 Conclusio hæc procedit in cauſis ſummarijs,
& in beneficialibus, & in quibus proceditur ſine
figura iudicij, Secus in cauſis prophanis, & ordi-
narijs, in quibus eſt neceſſarium peremptorium
per *tex. in l. 1. §. item cum ex edicto ff. quæ ſentent.
ſine appell. reſcind.* ibi, *cum ex edicto peremptorio,
quod neque propoſitum eſt, neque in notitiam perue-
nit abſentis condemnatio ſit nullius momenti eſſe
ſententiam, conſtitutiones demonſtrant*, per quem
textum gl. in cap. conſuluit in verb. *terminum de offic.
deleg.* ità ait. *Niſi terminus peremptorius ſit ſtatu-
tus ad ſententiam audiendam, non valet ſententia
in abſentia partis alterius.* Sed *Rota in nouis d. dec.*
87 *10. de re iudic.* refert quod aliqui voluerunt di-
cere, quod etiam in cauſa prophana ſecundum
morem curiæ non ſit neceſſarium in citatione ex-
primere peremptoriè, etiam ad ſententiam
audiendam, quia poſt litis conteſtationem omnes
termini ſunt peremptorij, licet id non exprima-
tur, vt notat *Spec. de citat. d. §. viſo num. 4. Felin.
d. c. conſuluit nu. 13. de offic. deleg.* De obſeruantia
88 Curiæ Romanę, etiam teſtatur *Vant. hic num.*
104. Et *Veſtr. in praxi lib. 4. c. 2. nu. 7.* dicit quod
Rota non deſiderat peremptorij expreſſionem, ea
ratione, quia in beneficialibus ſubintelligitur à
lege, & in prophanis ex ſtylo Romanæ Curiæ.

89 Dicit tamen *Grauat. ad Veſtr. lib. 5. cap. 2. nu. 6.
& 7.* quod ſi non eſſet os ponere in Cęlum, ipſe
crederet, quod in ordinarijs etiam peremptoriū
in citatione ad ſententiam non requiratur, ea
ratione *ſup.* poſita, quia omnes termini poſt litis
conteſtationem ſunt peremptorij, præſertim quā-
do à lege, vel ſtatuto præfiguntur, nam tunc licet
nihil dicatur, tamen peremptorij ſubintelligun-
tur.

90 Verum enim verò hęc dicta *Veſtry, & Gra-
uat.* non plenè ſatisfaciunt. Nam peremptorij
ſollemnitas requiritur ad conuincendum malitiā,
& proteruitatem abſentis non comparentis, vt
notatur *in l. ad peremptorium ff. de iudic. Alex. conſ.
123. col. 1. lib. 2. Vant. hic nu. 106.* Sed quando ab-
91 ſens ab initio fuit citatus peremptoriè ad totam
cauſam, ſi comparet, & ſe defendit, non eſt ne-
ceſſe, quod ad ſententiam citetur peremptoriè,
cum non extet contumacia, quæ ſit conuincen-
da, Quando verò non comparet vel ſi comparet
recedit, tunc neque videtur, quod debeat perem-
ptoriè citari ad ſententiam, cum tanquam con-
tumax de Iure vlterius non ſit citandus, & ſemel
emiſſum peremptorium vlterius de Iure non ſit
reiterandum *l. & poſt ff. de iudic. gl. in l. conſenta-
neum C. quomod, & quand. Iud.* in verb. *à quo.*

92 Nec in contrarium facit *tex. in l. 1. §. item cum
ex edicto ff. quæ ſent. ſine appell.* quia tunc dicit ſen-
tentiam contrà abſentem ferri non poſſe, quando
vel non fuit oppoſitum peremptorium, vel non
deuenit ad notitiam abſentis, ergò à contrario
ſenſu, quando à principio cauſæ quis fuit citatus
ad totam cauſam cum peremptorio, non eſt ne-
ceſſe, quod ad ſententiam iterum citetur perem-
93 ptoriè. Et ſic etiam loqui videtur eadem *gl. in
d. c. conſuluit in* verb. *terminum de offic. deleg.* Nam
dicit quod ſine peremptorio ad ſententiam con-
ſtituto, ſententia non valet in abſentia partis, &
ità conſiderat ſolam abſentiam, non autem con-
tumaciam partis, & dum præceſſit citatio ad to-
tam cauſam cum peremptorio ille citatus ſi non
comparet non dicitur ſolum abſens, ſed contu-
max, & neque dici poteſt, quod peremptorium
ad ſententiam non fuerit conſtitutum.

94 Quantum ad dicta per *Veſtr.* dicimus, quod in
Rota committuntur cauſæ ſummariè, & pro vt in
beneficialibus, ergò ſi in beneficialibus ſubintel-
ligitur peremptorium à iure, eodem modo à Iu-
re etiam ſubintelligitur in prophanis, quæ ſunt
ſummariè in *Rota* commiſſę, cum in ſummarijs
citatio ad ſententiam peremptoria de Iure non
requiratur *d. clem. ſæpè de verb. ſignif.*

95 Quo verò ad dicta per *Granat.* non videmus
quis terminus ſiuè per ſtatutum, ſiuè per legem,
præfigatur ad ſententiam, ità vt dici poſſit quod
vigore præfixionis à lege terminus ad ſententiam
cenſeri poſſit peremptorius.

96 Certum tamen eſt in Curia ſiue ex ſtylo, ſiuo
de Iure in citatione ad ſententiam non requiri
peremptorium. Quod intellige verum quando
agitur contrà abſentem, & contrà contumacem
in non comparendo iuxtà *ſupradicta.* Nam quan-
do agitur contrà contumacem in non comparen-
do, tunc ad conuincendum magis proteruiam,
& contumaciam eius, qui vel non paruit lit-
teris executorialibus *Rotæ*, vel litteris apoſtoli-
cis, vel reſidere contempſit, ità vt vel ſit excom-
municandus, vel priuandus, tunc autē ad citatio-
nem ad ſententiam ſeruantur quatuor termini
ſubſtantiales ad docendum paruiſſe, primò pro
prima. 2. prò ſecunda. 3. pro tertia 4. pro quarta,
& ſuper abundanti dilatione iuxtà notorium
ſtylum, de quo *Veſtr. lib. 8. c. vl. nu. 19. Saluſt. Ti-
97 ber. lib. 3. c. 7. nu. 7.* quæ important peremptorium
iuxta *tex. in l. & tertium ff. de iudic.* vbi dicitur
quod

quod propoſitis tribus edictis tunc impetratur peremptorium, cum animaduerſione, quod quarta citatio peremptoria non eſt de neceſſitate, ſed ex vrbanitate facienda, nam tres citationes ſufficiũt etiam ſi in illis non poneretur verbum, peremptoriè. *Innoc.in cap.ad petitionem num.3. in princ. de accuſat.*

98 Habet etiam vim peremptorij citatio legis. Et hæc eſt 3. limitatio, nam licet lex non apponat verbum *peremptoriè*, vel aliud æquipollens, habet tamen vim peremptorij per *tex.in cap.1. de elect. in 6.* iuncto *c.1.de appell.in 6.* vt vtrobique notant *DD. & Rebuff.de citat.in præfat.num.48. Ripa in l.edita nu.3.C.de edendo.Baron.de citat.q.27. num.29.* Idem ſi citatio emittatur à Principe *Gaill.lib.1.obſ.13.nu.22.ſub fin.Berlich.lib.1.concluſ.10.nu.11.*

99 Limita 4. Vt non procedat quando Iudex ipſe moneret ad actum faciendum *tex.*in terminis, & *ibi DD.in l.ceſſante C.quomodo.& quando Iud.Bar. in l.ſi finita §.Iulianus num.4. ff.de damno infect. Bal.in l.vt profectus num.15. C. de annal.except. Paul.de Caſtr.in d.l.ſi finita §.ſi plures num.9. in fin. Alex.in l.contumacia nu.6. ver.7: fallit ff.de re iudic. Marſ.in l.de vnoquoque nu.123. & 155. ff.eodem Maranta in ſpec.p.6.membr.1. nu.48.49. Caraut.ſuper rit.120. nu.2.* de communi teſtatur *Alex.in addit.ad Bar.in d.l.ceſſante in* verb.*monitio Felin.in cap.conſuluit num.16. circa med.de offic.deleg.& in cap.in nomine nu.21. in fin.de teſtib.Vant.hic num.82. Bologn.in d.l.ſi finita §.Iulianus nu.58.ff.de damno infect.Cumia ſuper rit.Sicil.c.2.nu.14.Borrell.in ſumma deciſ.tit.44. nu.15. Barboſ.in l.ad peremptorium num.130. ff. de iudic: Mut.in addit.ad cap.Rit.97.lit.F. Scacc.de iudic. cap.91.nu.20.* vbi teſtatur de communi; & magis communi, *Trentacinq;var.lib.2.reſol.4. num.10. Berlich.lib.1.concluſ.10.n.12.* Quæ concluſio pro-
100 cedit quando fuit facta à Iudice pro Tribunali ſedente *Felin.in d.c.conſuluit ſub num.16.* Seu
101 iuriſdictionem exercente, vt dicit *Scacc.de Iudic.c.76.nu.8.ver. & licet iſto caſu.*

102 Quare praxis eſt, vt Notarij ſcribant penes acta, quod talis fuit monitus iudicialiter &c. ad tradita per *Felin.loco ſup.cit.* & clarius *Maranta d.p.6.membr.1.nu.49.* Ratio eſt quia, vt dicunt omnes, monitio Iudicis habet vim peremptorij, & ſecundum magis communem opinionem, de qua teſtatur *Boſſ.tract.crim.tit.de ſent. n.5.* ſufficeret, etiam vbi requirerentur tres citationes.

103 Quę limitatio ampliatur, vt habeat locum etiam ſi moneret nuncius præſente iudice *Felin. vbi ſup.*vbi ponit duas alias ampliationes *Scacc. d.cap. 91.nu.30.Trentacinq.vbi ſup. Barboſ.in d.l. ad peremptorium num.130. Aut.Lanc.ſuper* Rit.*c.92.in princ. Rebuff.de citat.in præfat. num.15.& 52. Aim. ſuper conſuet.Aluer tit.6.nu.24. Ricc.coll. 1104. Carpan.ſuper ſtat.Mediol.cap.5.n.12.& 17.* qui *nu.14.& 15.* intelligit procedere, niſi adſit ſtatutum requirens trinam monitionem.

104 Limita 5. Vt non procedat in loco vbi practica, ſeu ſtatuta extarent in contrarium. *Boſſ.tract. crim. tit.de ſent. num.10.in fine Clar.lib.5.recept. ſentent.q.31.*ver.*quaro modò Scacc.d.c.91.n.31.*

105 Limita 6. quando debet citari Titannus, vel alius qui ſit terribilis, quia tunc ſufficit vnica citatio. *Bal.in l.1.col.2.de milit.vaſſall.qui contum. Sola ſuper decret.Sabaud.fol.351.num.21. Carpan: ſuper ſtatut. Mediol.cap.5. nu.20. Larath.in theatr. feudal.p.10.dilucid.34. cauſa amiſſ.feud.27. nu.8. Trentacinq. d.reſol.4.n.12.*

106 Limita 7. de Iure canonico in citatione facta actori abſenti poſt datum libellum, quando reus inſtanter petit cauſam terminari, nam tunc vnica ſufficit citatio *Butr.in cap.cauſam de dolo, & contumac.*

107 Limita 8. quando citatus dixit nolle venire, quia tunc vnica citatio ſufficit *Caſſan.ſuper conſuet.Burg.rubr.4.§.23.n.28. Trentacinq. d.reſol.4. de citat.nu.5.*vbi *nu.6.*idem dicit, ſi citatus poſt citationem ſtatim aſcendat equum, & velit in longinquis partibus recedere.

108 Limita 9. in crimine lęſæ Maieſtatis *Menoch. conſ.100.nu.170.Caphal.conſ.304. nu.51.52.vol. 3.Trentacinq. d.reſol.4.n.36.*

109 Limita 10. quoticúmque in actu non requiritur ſententia Iudicis, quia tunc ſimpliciter citatio habet vim peremptorij. *Mota ſuper rit.171. num.4.*

110 Limita 11. In cauſis Principis, vbi vnica citatio ſufficit. *Catell.orat.4.ſub n.16.*

111 Limita 12. Quando in notorio requiritur citatio, quia tunc vna ſufficit etiam ad ſententiam. *Mont.de confirmat.cap.8.nu.29. Trentacinq. d.reſol.4.nu.13.*

112 Limita 13. In criminalibus *Bal.in l.2.ad finem C.quomod. & quand.Iud.Alex. in l.ſi accuſatorem ff.de publ.iudic. Clar.lib.5.ſententiar. §.fin. q.23.* verſ.*quæro modo Caphal.conſ.304. num.50. vol.3. Trentacinq.d.reſol.4. num.37.* licet contra teneat *Scacc.de iudic.lib.1.c.92.nu.3.*

113 Limita 14. ſecundum ea, quæ dicit *Innoc.in cap.ad petitionem de accuſat.* Citationem nuncij factam perſonaliter habere vim peremptorij. Sed contrarium tenuit *Butr.ibidem, & in cap.fin.de eo qui mitt.in poſſeſſ.cauſ.rei ſeru.* facit *gl.magna ad fin.in l.fin. ff.de reſtit.in integr.* & ibi *Bar. Felin.in cap.conſuluit de offic.deleg.nu.8.*verſ. *2.fallit Rolan.conſ.41. nu.8. lib.1.* Ea ratione quia ſi ſemel perſonaliter citatus non comparuit, expectauit alias citationes, quia ſciebat adhuc ſe bis citandum, & hęc ratio benè concludit vbi ſit neceſſaria trina citatio, nam tunc non ſufficit vna etiam perſonaliter, vt per eos.

114 Et quod dictum eſt *ſup.* poſſe fieri vnam citationem pro tribus, cum eodem interuallo, intelligitur ſic iudice mandante *l.conſentaneum C.quomodo, & quand.Iud.c.de illicita 24.q.3.* Sed non indè inferri poteſt, quod quia executor fecit primam citationem perſonalem, ideò reliquæ duæ ſunt omittendę, & vnica habeat vim peremptorij.

115 15 Quando citatus ſe occultauit, ſeu non patitur citationem ad ſe peruenire *Innoc.& Hoſtienſ. in d.c.ad petitionem Rot.dec.245. in nou. Trentacinq.d.reſol.4.n.11.*

116 His limitationibus abſolutis videbimus de nonnullis circa eandem concluſionem, & primo quemnam terminum debeat Iudex præfigere in peremptorio? Et diſtinguimus. Aut citandus eſt

præ-

eſt præſens, aut abſens. Si præſens dicimus, quod debet adminus in vnaquaque citatione illarum trium, præfigere terminum decem dierum, vt dicunt in tex. in l. per interuallum ff. de iudic. & in l. properandum §. ſi quidem C. eodem poſt Bar. Bal. & Innoc. Guid. Pap. dec. 429. nu. 6. Quod ſi vocetur
117 vnica citatione peremptoria, pro omnibus illis tribus, debeat in ea præfigere terminum triginta dierum, iuxtà ea, quæ diximus ſup. n. 9. &
118 10. Et iſte terminus eſt præfigendus quotieſcumque quis citatur ad aliquem actum ex illis, quos poſuimus ſup. verſ. limita hanc concluſionem, num. 73.
119 Si verò eſt abſens dicimus vltrà præfatum terminum eſſe eidem aſſignandam vnam diem pro ſingulis viginti milliaribus, ità vt conficiens in ſingulos dies iter triginta milliariorũ ſit certò peruenturus ad iudicium in termino præfixo, iuxtà tex. in l. 1. ff. ſi quis caut. l. 3. ff. de verb. ſignific. & in l. itinere ff. de verb. ſignific. & in §. qui autem excuſare, Inſt. de excuſ. tutor. Antonell. de tempore legal. lib. 4. c. 18. Parlad. lib. 2. var. quotid. c. 19. nu. 9. Tuſc. lit. D. concluſ. 405. & ſeqq. Caual. q. 897. n. 732. & ſeqq. Maſcard. de probat. conc. 1056. Bouadill. in Polit. lib. 4. cap. 5. nu. 53. Couar. lib. 2. var. c. 20. n. 5. Niſi eſſent homines; qui tantum itineris conficere nequeunt, nam tunc arbitrio iudicis relinquitur quomodo dieta computari debeat. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 206. num. 3. Hoſtienſ. in cap. nonnulli, & ibi Abb. nu. 6. de reſcript. & vltrà hos dies, dicimus eſſe eidem aſſignandam vnam diem pro quiete, proqualibet hebdomada, vt dicunt gl. in cap. cupientes §. 1. in verb. commodè de elect. in 6. Afflict. in conſtit. ſi quem noſtrorum n. 15. lib. 1. Gregor. Lopes in l. 4. verb. non perdieſen. tit. 16. p. 2.
120 Si verò iter eſſet per mare, tunc dieta eſſet quinquaginta milliariorũ Bart. in tract. de inſula §. aulbus enim nu. 1. in fine Marcheſ. de commiſſ. p. 2. cap. 7. §. 4. nu. 20. Dec. in c. olim num. 9. de except. Antonell. vbi ſup. n. 2.
121 Computatur dieta per vias frequentiores ad dictam rationem Parlad. vbi ſup. Maſcard. vbi ſup. Cabed. dec. 13. num. 4. p. 1. Tuſc. lit. M. concluſ. 203. Hermoſill. ad ll. hiſp. gl. 2. l. 24. nu. 5. p. 5. n. 44.
122 Et dies, quibus iter confici non debet, ex præſtituto tempore aliter conficiendum ſunt ſubducendi. Menoch. de arbitr. caſ. 2. num. 17. ſequitur Barboſ. in cap. cupientes de elect. in 6. nu. 18. Alia de dieta dicunt DD. ſup. citati Oter. diſp. 33. Cardoſ. in praxi iudic. & adu. verb. dieta Cotta verb. dieta Barboſ. in d. c. nonnulli de reſcript.
123 Milliarium eſt menſura mille paſſuum, & paſſus quinque pedum gl. in d. l. itinere in verb. milliaria Bertachin. in verb. milliarium.
124 Leuca tribus millibus paſſibus conſtat l. hiſpana 25. tit. 26. p. 2. Parlad. d. c. 19. Hermoſill. vbi ſup. Pes eſt menſura quindecim digitorum gl. in cap. ſicut in verb. paſſus 17. q. 4. Bar. in d. l. 1. n. 4. ibidẽ Alex. ff. ſi quis caut. Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap.
125 18. num. 4. & 5. Menſura digiti qualis ſit dicit Cepoll. de ſeruit. ruſtic. præd. n. 33.
126 De Iure Saxonico omnes, & ſingulæ citationes ſpacium ſex ſeptimanarum, & trium dierum continere debent Zanger. de except. p. 2. c. 6. nu. 8. & ſeqq. Berlich. lib. 1. concluſ. 10. nu. 14. Quod tempus incipit currere à die executæ citationis cap. ſuper §. vl. de appellat. l. 1. ff. ſi quis caut. Zanger. ibid. num. 10. Gaill. lib. 1. obſ. 53. nu. 3. & ſeqq. Berlich. ib. d. Et de dicto Iure ſaxonico ſi vnus dies deficiat, citatio eſt nulla, & noua eſt decernenda Conſult. conſtit. Saxon. tom. 3. p. 3. q. 25. Zanger. d. c. 6. n. 16. Berlich. ibid. n. 15.
127 2. Videbimus an in caſu, quo requiritur peremptorium, illud requiratur vno certo modo, & non alio, vel potius non referat, quo nam ex his, quos poſuimus ſup. verſ. limita hanc, adhibeatur? Reſpondemus, regulariter non referre quouis modo adhibeatur, extant tamen aliqui caſus, in quibus requiritur vno, & non alio modo. Primus eſt quando in loco iudicij extaret ſtatutum, quod mandaret, ad aliquem actum citari tribus citationibus, quia non ſufficeret vna citatio peremptoria pro omnibus. Bal. in l. ceſſante num. 11. C. quomodo, & quand. Iud. Felin. in c. conſuluit n. 15. fall. 3. de offic. deleg. Marſ. in l. de vnoquoque nu. 152. ff. de re iudic. Vant. hic nu. 32. in fin. Alderan. Maſcard. de general. ſtatut. interpretat. concluſ. 9. nu. 59. vbi etiam dicit, quod ſi ſtatutum exigeret duas citationes antè bannum; ſi Iudex in prima citatione poneret peremptorium, non valeret. Barber. ſuper ſtatut. Agricult. cap. 24. lit. E. Aymon. publ. ſuper conſuet. Alner. tit. 1. art. 5. nu. 7. Riminald. conſ. 190. n. 31. lib. 1. Ioann. de citat. reali lib. 2. c. 1. nu. 148. Tuſc. lit. C. concluſ. 231. nu. 11. Nam citatio inducta à ſtatuto ſub certa forma ea non ſeruata redditur nulla. Tuſc. vbi ſup. nu. 9. & concluſ. 272. nu. 88. Scacc. d. c. 91. nu. 33. Graſſ. except. 14. n. 60. poſt alios Baron. de citat. q. 27. nu. 40. Et ſic vbi
128 lex requirit tres citationes, non ſufficit vna peremptoria pro tribus, vt contrà Afflict. dec. 298. tenet Caual. q. 810. Vndè infert, quod in caſu l. Senatus §. diuus ff. de iure fiſc. & cap. fin. de vita, & honeſt. cleric. non ſufficit vna pro tribus. Item dicit in caſu Concil. Trid. c. 8. ſeſſ. 24. vt non ſufficiat vna monitio pro omnibus, niſi facta ſit in Synodo. Auendan. de exequ. mandat. p. 1. c. 22. num. 14. Pereira de manu reg. p. 2. c. 34. n. 12. verſ. in ſecunda autem parte.
129 Secundus eſt quando contumax haberetur pro confeſſo, quia ad inducendam huiuſmodi confeſſionem non ſufficeret vnica peremptoria, ſed requirerentur citationes. Bal. in l. receptitia n. 11. C. de non num. pec. Catald. de Syndic. nu. 82. q. 141. in fin. Felin. in d. c. conſuluit ſub nu. 15. fall. 5. & in cap. excommunicamus n. 1. col. 1. de haret. Marſil. in pract. crim. §. poſt quam nu. 66. Foller. in pract. crim. in verb. & ſi conſitebuntur n. 15. Crau. conſ. 254. n. 2. lib. 2. Rol. a Valle conſ. 68. nu. 32. lib. 2. poſt alios Flam. Cartbar. de execut. ſentent. capta bannit. cap. fin. nu. 186. verſ. & licet Mut. in cap. Rit. 97. n. 12. Scacc. d. c. 91. nu. 34.
130 Quæ diximus procedunt de Iure. De conſuetudine autem Vital. in tract. de malefic. rubr. de citat. nu. 1. Afflict. in conſtit. pœna eorum n. 65. in fin. & in conſtit. partes in iudicio ſub nu. 4. Clar. lib. 5. recep. ſent. q. 31. verſ. quaro modo. Cartbar. & Foller. vbi ſup. Decian. cõſ. 18. n. 169. lib. 1. Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. n. 14. teſtantur vnicã citationẽ perẽptoriam, quæ continet eundem terminum, quem de-

Digitized by Google

deberent continere ſimul iunctæ omnes illæ tres.
ſufficere, ſequitur Scacc.cap.91. n.34. Verum in
Curia Romana, & pluribus alijs locis aliter ſer-
131 uari, & adhiberi tres , vel quatuor citationes,
dicit Scacc.de Iudic.cap.91.nu.34.verſ.verum, &
ſignanter in criminalibus Scacc.de Iudic.cap.92.
num.3.
132 Si aliter ſtatuta diſponant, ſeruabis ſtatuta.
Nam ſtatuta Vrbis lib.1.r.68. diſponunt , quod
non reſpondens poſitionibus , habetur pro con-
feſſo , verum requirit , quod ille citetur ad re-
ſpondendum poſitionibus per verbum credit, vel
non credit infrà triduum , cum comminatione,
quod eo ceſſante reſpondere, habebitur pro cō-
feſſo ſuper omnibus &c.quo triduo elapſo , eoq;
contumace , & iterum citato, diſponunt , quod
Iudex pronunciet,eum haberi pro confeſſo;& ſic
in foro Capitolino ſufficit bina citatio, vbi Fen-
zon.per totum ſignanter n.74. & ſeqq. Aliud ſta-
133 tutum lib.2.r.2.in proceſſu , qui fit contra ex-
traneum,& habitantem extrà vrbem,& tria mil-
liaria infrà diſtrictum, diſponunt , quod ſufficiat
vnica citatio.
134 Hic Neap. habemus rit.70.79.120. & pragm.
8.de ordine Iudic. per quæ Iura diſponitur, quod
non reſpondens poſitionibus ſeù articulis factis
per partem aduerſam per verbum credit, vel non
credit,habetur pro confeſſo, Sed praxis inoleuit
interponendi tria decreta , vt quis dicatur con-
feſſus, quorum primum,vt ſcil.deponat tanquam
principalis infrà biduũ,& intimetur, quo elapſo
aliud interponitur, quod infrà aliud biduum de-
ponat,aliàs prouidebitur, & intimetur,quo noti-
ficato, & biduo elapſo, tertium profertur, quod
infrà aliud biduum præciſe, & peremtoriè depo-
nat,aliàs habeatur pro cōfeſſo,vel aliàs habeatur
dicta cōfeſſio facta,vt deterius,vt dicit Aff.in conſt.
partes in iudicio nu.4. & aduertit Anna ſing.406.
Hanc praxim recenſent Muſcatell.in praxi ciuil.
p.5.gl.legaliores ſub nu.16. & p.1. gl.Reus num.9.
Carraba ſing.33.& 126. Capibl.de baron.pragm.3.
nu.55.Conſ.Rocc.reſp.29.nu.7.lib.1. Gizz.ad Reg.
Capic.Latr.dec.86.nu.6. Nicolin.in praxi ciuil.nu.
135 100.Cum verò principalis , qui tenetur depo-
nere abſens eſt,tunc in vltima citatione inſeritur
tenor articulorum,ſuper quibus tenetur depone-
re,vt per d.rit.120. dicunt Aff.in d.conſtit.Partes
in iudicio.Carauit ſup.d.rit.120. in princ. Muſca-
tell.in praxi p.5.gl.legaliores nu.14. Non require-
136 rentur tamen tres citationes ſi citatus in prima
citatione diceret nolle venire,vel deponere, nam
tunc abſque alia citatione declarabitur contu-
max , & confeſſus: Spec.in tit.de poſit.§.9.num.3.
Muſcatell.d.gl.legaliores n.18.In his citationibus
137 tutius eſt ſaltem vltimam citationem notifica-
re principali perſonaliter , vt dicit Muſcatell.d.
gl.legaliores nu.19.Reſtal.ad Tartagl.in praxi ci-
138 uil.cap.154.nu.29.Poſt factum decretum vlti-
mum , pars non poteſt appellare , nec amplius
auditur,vt dicit d.rit.120. in fine Reg.Sanfel.in
139 praxi fect.38.nu.31. Niſi legitimas , & effica-
ces excuſationis cauſas,deducat , vt dicit gl.in c.
2.de confeſſ.in 6.vbi cauſas ponit, latè Pete.d.rit.
120.vbi alia ponit ad materiam.
140 Sed retenta opinione,quod requiratur trina
citatio,an vltima citatio debeat fieri perſonali-
ter,vel ſufficiat fieri ad domum ? Cauenſ.& Cara-
uit.ſuper d.rit.120.dicunt quod cũ intelligatur de
vero contumace , vt verus contumax non poſſit
dici,niſi perſonaliter citatus , ergo debet perſo-
naliter citari , quod dicunt procedere eſto quod
in primis duabus fuerit perſonaliter citatus,quia
adhuc in tertia, requiritur perſonalis citatio.
Vnde ibidem n.3.dicit Cauenſ.quod mulier , mi-
nor, & ruſticus non poſſunt haberi pro confeſſis
in terminis ſtatuti, quod ret citatus habeatur pro
confeſſo,etiam ſi perſonaliter fuerint citati, in
vltima autem citatione moniti à Iudice , ex quo
non poſſunt dici verè contumaces, ſi citati non
compareant.
141 Sed quid dicendum de citatione per edictum,
& ſit Tertius caſus. An ſufficiat vnica citatio pe-
remptoria pro omnibus? Io:Andr.in addit.ad ſpec.
tit.de cleric.non reſid. Ant.de Bute.in c.ex tuæ eodē
tit. Felin.in d.c.conſuluit nu.15. in fin.de offic.de-
leg.dicunt requiri tres citationes,& vnam perem-
142 ptoriam non ſufficere.Hæc opinio tunc maxi-
mè procederet quando lex mandaret , edictum
non ſolum affigi, ſed etiam publicari,vt ex Imol.
in d.c.ex tuæ referunt Felin.in cap.quoniam §.por-
rò nu.22.vt lit.non conteſt.Aff.dec.289.n.9.Nam
dum publicatio reiteratur, citatio facilius poteſt
tranſire in notitiam citati. Sed quando affigitur
ſolum, & præſertim,vt loquitur Felin.in d.§.por-
rò, non ſolet amoueri , durante termino videtur
ceſſare iſta , ſeu ſaltem tanta ratio , Scacc.d.cap.
91.nu.35.
143 Eò magis procederet hæc opinio, & ſit Quar-
tus caſus, quando Iudex intenderet contrà cita-
tum, & non comparentem procedere ratione cō-
tumaciæ ad aliquam pœnam,iuxtà tex.in clem.1.
in verb.tertiò de vita, & honeſt.cleric. quam com-
muniter approbari dicit Alex.in l.contumacia nu.
12.ff.de re iudic. vel ſaltem binam citationem
requiri dicit Crau.conſ.103.nu.9 lib.2.Carpan.ad
ſtatut.Mediolan.c.5.n.17.Sed mihi contraria opi-
144 nio placuit , Nam quod ſatis ſit vnico edicto
peremptorio pro omnibus citari , eſt communis
opinio, quam refert, & ſequitur Aff.dec.289. n.
145 6.Et quod ſufficiat vnica citatio peremptoria
pro omnibus ad imponendam pœnam,dicit com-
muniter Aff.ubi d.dec.289.nu.7.Clar.q.31.verſ.quo-
eo modo in fine Scacc.de Iudic.lib.1.c.99.num.18.
Scapp.de Iure non ſcript.lib.3.c.37.num.34.Baron.
de citat.q.27.n.45.
146 Quintus caſus eſt , vbi non ſufficit vna citatio
pro omnibus eſt in cauſa feudali de Iure com-
muni feudorum cap.vnic.de milit.Vaſſall.qui con-
tu. eſt, vbi gl.& Bal.Balzar.nu.6.& 23.Larath.in
theatr.feudal.p.10.dilucid.34. cauſ.amiſſ.feud.27.
d.num.4.ad finem de communi teſtatur. Trenta-
cinq.reſol.4.de citat.n.31.
147 Sed quod etiam in feudis,vbi agitur de priua-
tione, ſufficiat vna citatio cum verbo peremptoriè
dicit Carpan.ad ſtatut.Mediol. cap.5. num.16. ex
Burſat.conſ.225.nu.19.lib.2. Idem dicit Pariſ.de
Put.de reintegr.feud.fol.123.n.6.ſtante conſtit edi-
ctorum Petr.de gregor.de Iudic.conſ.feud.q.11.n.4.
ſe remittit ad dicta per Io:Baptiſt.de Sancta Se-
uerino in cap.1.de feud.cognit.p.6. differ.13. Mo-
ſtill.

ſtill.n addit. ſe remittit ad Capic.in inueſtitura feud.fol.92.verb.feudorum citationes,qui ſe remittit ad Andr.

148 Sed an in his quinq;caſibus ſufficiat in Regno vna citatio pro tribus, ſtante conſtitione incip. Editiorum, vbi diſponitur,quod citatio fiat vna pro omnibus, quæ peremptorium contineat? Reſpondemus ſic, nam vt dicit Aff.in d.conſtitut.nu.2.per dictam conſtitutionem corrigitur l.ad peremtorum ff.de iudic. dicta conſtitutio concordat cum tex.in l.tres denunciationes C.quomodo, & quand. Iud. & l.contumacia ff.de re iudic. Diſpoſitio d. conſtitutionis procedit licet in citatione non apponeretur verbum peremptoriè, ſed poneretur aliquod equipollens,vt putà ſi dicatur: ſi in termino ſtatuto non venict, non expectabit, ſed procedet vlterius ad talem actum. Aff.l.in d.conſtit.nu.3. & diximus ſup.in princ. licet Trentacinq.var.lib.2.tit. de citat.reſol.4 nu.9.dicat hodie in regno,attenta diſpoſitione c.detestantes, & prag.incip. diſpendiosa litium non requiri citationem peremptoriam, ex quo vigore dictarum legum proceditur ſummarè ſimpliciter,de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, poſt Maranta in ſpec.p.6. c.de citat. nu.72.R.Rouit.in prag.2.de ord.iudic.n.17.

149 Vim peremptorij habet etiam ſola præfixio termini ad proſequendam appellationem,quandò ſcil. vel Iudex detuliſſet appellationi,vel appellatus illam approbaſſet, & Iudex certum terminum parte ad eandem proſequendam,præſcripſiſſet,nam tunc talis præfixio termini operatur peremptorium, adeò vt abſque alia citatione poſſit procedi ad inſtantiam vnius contrà alterum abſentem,tanquam contumacem, vt in cap.perſonas de appell. ibi:appellationi ſuæ prolixum terminum præfixerit, & cap.reprehenſibilis 26. ibi; competens ad proſequendum appellationem terminus præfigatur, & in c.ſæpe 4. ibi, poſt terminum appellationi edicti peremptorij vices obtineat in cap.ex inſinuatione 50.ibi, appellationi terminum non præfigens, & ibi; hunc terminum appellationi præfixit,& in cap.oblatæ 57.& in cap.Nicolao 63. eodem tit.de appell. & in cap.1. de appell.in 6. Hoc expreſsi tenuerunt ibidem in cap.ſæpè de appell.Franc.nu.7.& 13.Bellam.nu.18.Abb.nu.22. Butr.nu.22. Imol.num.19. & in d.cap.Nicolao de appell.Abb.nu.5.Bellam.nu.2.& 3.Butr.num.8.Rot.dec.32.nu 5. & ſeqq.de appell.in non. Spec.de appell.§.qualiter n.25. & ſeqq. Scacc.de appellat.q.14.nu.15. & ſeqq. Eſtque tanta conſiderationis termini præfixio, vt aliqui

150 voluerint, quod ex ea ſola cauſetur deuolutio,& edictum peremptorium abſque alia delatione, vt per Imol.in d.cap.Nicolao nu.2. & 14. Butr.ibid.

151 n.3.licet alij ibidem contrarium teneant, maximè quando appellatio interpoſita eſt à diffinitiua Spec.de appell.§.qualiter n.25.Franc.in d.cap. ſæpe nu.39.

152 Si in citatione fit adiecta comminatio, quod eo non comparente,procedetur ad ſententiam ferendam iuſtitia mediante, an hæc comminatio habeat vim peremptorij? Ad reſolutionem ſunt diſtinguendi plures caſus. Primus eſt,ſi ſit facta comminatio, quod non comparente procedetur ad ſententiã iuſtitia mediante, & hoc caſu vnicã illam citationem vim peremptorij habere Trentacinq. d.reſol.4.de citat.nu.20. D.Petra in tit.29. num.7.Viu.dec.11.Berlich.lib.1.concluſ.10.nu.10.

2.ſi Iudex ponat clauſulam: alias elapſo dicto termino te non audiemus, & idem vt ſup. Trentacinq. ibid.nu.21.Tertius caſus quando Iudex citat cũ comminatione iſta: alias te non comparente procedemus contrà te,quantum de iure poterimus,vel procedetur,vt Iuris iuſtitia mediante, &non habet vim peremptorij Trentacinq.ibid. nu.22.23. Quartus caſus eſt quando Iudex facit citare pro tali die ad audiendam ſententiam,cum comminatione, quod aliàs elapſo termino procedet, vt iuris erit ad ſententiam proferendam iuſtitia mediante,vel quod contrà eum procedet, & pronunciabit, pro vt de Iure fuerit, & non habet vim peremptorij Trentacinq.d.reſol.4. nu.24. 25. Framb.dec.357. Petra ad Capic.dec.1.nu.11. Alia de peremptorio habentur apud Trentacinq; d.reſol.4. Caed. Tuſc. lit.C.concluſ.427.& lit.P.concluſ.297.

S V M M A R I V M.

1 *An valeat pactum, quod citatio fiat in perſonam alterius, vel in Curia Notarij, & n.2.3.4.5.6.7.*

8 *Si ſit factum pactum citandi Caium pro debitore,ſi ille Caius ſit mortuus,an poſſit citari domi? & nu. 9.10.*

11 *Si fiat pactum,vt citetur in Curia Notarij, ſi Notarius ſit mortuus,an poſſit ibi fieri citatio?*

12 *An poſſit fieri citatio in Curia, ſi ipſemet Notarius agat?*

13 *Pactum factum in ſcriptura priuata citationis in Curia, an valeat? & nu.14.15.*

16 *Ad recognoſcendum apocam debet quis citari perſonaliter, & non ſufficit citatio per edictum.*

17 *Pactum citationis in Curia in caſu liquidationis inſtrumenti, an extendatur in caſu, quo quis velit agere ex pacto executiuo?*

De Citatione in Curia Notarij, vel in domo,vel in perſona alterius,quam debitoris, ex pacto.

Q V Æ S T I O XIX.

QVando quis in aliqua ſcriptura obligatur ad ſolutionem alicuius quantitatis,vel alterius rei, vel obligatur ad aliquid faciendum,vel tradendum in certo tempore,ſolet fieri pactum inter contrahentes, quod deficiente obligato ad illud, ad quod obligatur, poſſit incuſari, & exequi inſtrumentum contrà illum, cum deſtinatione citationis,vel in domo Notarij, qui confecit ſcripturã, etiam ſi ibi Curia non ſit, vel quamuis domus iſta ſit diruta, vel in alio loco deſtinato, vel in perſona alterius, quæ citatio valeat, ac ſi eſſet facta de perſona. Difficultas eſt,an valeat hoc pactum,ità vt citatio facta tali modo, & alij actus

1 ſubſequentes, ſubſtineantur? Quod valeat hoc pactum, & citatio inde ſequuta modo prædicto, facit, quia cum nihil turpe contineat, valet. l.1. §.ſi conuenerit ff.depoſiti l.iuris gentium §.prætor ait ff.de pactis Barboſ.in l.alia §.eleganter num.47.ff. ſolut.matr. Valaſc.conſ.85 nu.7. & conſ.173.num. 17.Caed.dec.37.Gama deciſ.369. Cald.in l.ſi curatorem verb.vel dolo aduerſarij nu.22. C.de in integr.reſtitut.

2 Sed quod non valeat tale pactum citationis
in Curia, vel alia domo, verior eſt concluſio.
Nam pactum, quo conuentio fit, vt executio fi-
at in bonis debitoris, eo non citato, nec audito,
non valet, vt bene probat *Barboſ. in l. alia §. ele-
ganter nu. 74. ſolut. matrim. Carleual. de Iudic. tit. 3.*
3 *diſp. 1. nu.* 24. In caſu propoſito per tale pactum,
citatio in executione deficit, ergo &c. Quod de-
ficiat, patet, nam licet recepta ſit opinio, valere
pactum à contrahentibus initum, citandi ſuppoſi-
tam perſonam nomine abſentis, vt probat *Va-
laſc. conſult. 144. num. 1. lib. 2.* & poſt ipſum *Perei-*
4 *ra dec. 34. nu. 9.* Tamen hoc procedit, ea ratione,
quia hoc caſu videtur perſona illa conſtituta
procuratrix abſentis ad hunc actum, & ſic quan-
do citatur, valet citatio. Quod tamen, vt proce-
dat neceſſe eſt, vt perſona citationi ſuppoſita,
determinata ſit, & in ipſo contractu interue-
niat, & acceperit onus huius mandati, nam tene-
bitur tunc citationem poſteà factam abſenti de-
nunciare, quod ſi non fecerit, mandati actione
ad intereſſe condemnabitur, vt docent *Valaſc. &
Pereira locis citatis.* At ſi incerta perſona, & quę
hoc onus ignoret, aut non ſuſcipiat, deſignetur,
vtique pactum non valebit, Nam tunc videtur
citatio in effectu omnino remiſſa, cum ex ea nul-
lam notitiam in poſterum habiturum ſe, debitor
ſperet, ita *Valaſc. vbi ſup. nu. 7. Pereira d. dec. 34.
nu. 9. &* 10. ſequitur *R. Reuer. in rubr. de citat. nu.*
4. Et *nos ſup. q. 1.* probauimus, citationem, nec
partium conſenſu remitti poſſe.

5 Si iſta procedunt quando perſona citationi
ſupponitur, quid dicendum vbi locus tantum,
ſeu domus aliqua huic muneri deſtinatur? Præ-
ſertim ſi pactio adijciatur, vt eo loci citatio fa-
cta valeat, etiam ſi nemo habitauerit, vel ſit di-
ruta, quo caſu certum eſt, eam ad debitoris noti-
tiam peruenire non poſſe, latè *D. d. conſ. Roſa con-*
6 *ſult. 3.* Has pactiones reijciendas, vt admodum
Reipubl. pernicioſas, dicunt *Valaſc. & Pereira
vbi ſup.* nouiſſimè *Annecbin. de preuent. Inſtrum.*
2. *dub. 2. a nu. 9. ſol. 195. Conſ. Roſa conſult. 3. nu. 9.
Petr. ſuper rit. M. C. V. 166. nu.* 132. Et licet citatio
7 facta domi ſit valida, ut *ſup. q. 12.* diximus, tamen
diximus eſſe inualidam citationem factam domi, ſi
in illa ſit perſona aliqua, ſecus ſi nulla adſit per-
ſona, ut dicunt *DD. in l. 4. §. prætor ait ff. de damno
infect.*

8 Sed ſuppoſito, hoc pactum citandi in Curia
Notarij, validum eſſe, prout inualuit praxis in
noſtris Tribunalibus Neap. de qua praxi *nos* te-
ſtamur, & annuit etiam *pragm. 8. §. 6. de inſtrum.
liquidat.* quæ *prag.* mandat relationes nunciorum
talis citationis, debere fieri, interueniſſe in tali
citatione in Curia, duos teſtes de eadem platea,
vbi fit citatio, ſub pœna, nullitatis. Faciunt plu-
res difficultates. Prima eſt, ſi eſt pactum, vt poſſit
citari Caius pro debitore, vel perſonaliter, vel
domi ſolitæ habitationis, ſi Caius ipſe reperia-
tur mortuus tempore citationis faciendæ, an poſ-
ſit citari domi, vbi habitare ſolebat antè mortem,
maximè ſi domus illa tunc fuerit diruta? Et quod
non poſſit fieri talis citatio in dicta domo, vel
loco, verum eſt, Nam ratio, qua fuit factum pa-
ctum prædictum, fuit, vt dictus Caius denunciare
ipſum debitorem de citatione prædicta, Igitur
hoc caſu, cum ſit mortuus Caius, non poteſt ci-
tari domi ſolitæ habitationis, cum domum non
habeat, niſi ſepulchrum, ideoq; cũ non poſſit de-
nunciare, pactum hoc eſt inualidum, & ſucceſ-
ſiue citatio facta domi vbi habitabat Caius antè
mortem, non valet.

9 Et eſt certum, vt diximus *ſup.* domum ſolitæ
habitationis intelligi de domo ſolitæ habitatio-
nis tempore ipſius citationis, vt poſt *Roman. conſ.*
454. *nu. 7. & S. Cuman. Imol. Tiraquell. & alios* do-
cet *Verall. dec. 117. p. 1. nu. 2. Marcian. conſ. 18. n.
14. tom. 2. Seſſ. dec. 59. nu. 40. & ſeqq.* Eoque magis
10 hoc procedit, quando domus illa eſt diruta, nam
cum non ſit in rerum natura, non poteſt in ea
fieri citatio, nam vt diximus, quoties citatio eſt
facienda in domo ſolitæ habitationis, ſi illa eſt
diruta, non poteſt in illa citari, vt dicunt *Bar-
thol. de Capua in addit. ad conſtit. edictorum nu. 7.
& 8.* quem refert, & ſequitur *Thor. in comp. dec.*
verb. *citatio ad ſortiudicandum* latè *De Roſa d. con-
ſult. 3. nu. 17.*

11 Altera difficultas eſt, ſi pactum fiat, vt fiat cita-
tio in Curia Notarij, qui conficit inſtrumentum,
nec aliud addatur. Si Notarius ſit mortuus tem-
pore citationis faciendæ, an poſſit valide fieri
citatio in dicta Curia? Et non poſſe fieri, ſubſti-
neo, ea ratione, quia citationem in Curia fieri,
licet ſit quodammodo auferre citationem, vt *ſup.*
diximus, tamen re vera non tollitur in totum
citatio, nam ſi tolleretur, eſſet inutile pactum, vt
diximus *q. 1. & ſeqq.* Cum talis citationis poſſit
citandus habere notitiam à Notario in Curia
illa, exiſtente, Sed in caſu, quo Notarius ſit
mortuus hæc notitia haberi non poteſt, igitur pa-
ctum citationis in Curia reduceretur ad pactum,
non eſſe faciendam citationem, quod nullum
eſt, vt diximus. *Thor. in comp. dec. p. 1.* verb. *liquida-
tio inſtrumenti, & voto* 84. *n.* 172. vbi deciſum
refert per S.C.

12 Eadem ratione non valeret citatio facta in
Curia Notarij deſtinata ex pacto inter contra-
hentes, quoties ipſemet notarius liquidaret in-
ſtrumentum per ipſum ſtipulatum, ex alio pacto
in illo adiecto, vt ipſemet poſſet inſtrumentum
prædictum liquidare, cum eſſet conſtitutus cor-
reus credendi, ſeu adiectus ſolutioni, cum actio,
& paſſio in eodem ſubiecto concurrere non poſſit
*Bal. in l. ſi uxor C. de bonis auth. Iudic. poſſid. Gra-
tian. diſcept. 203. nu. 1.* & probat in terminis qui-
bus officialis creditor uellet inſtrumentum li-
quidare coram ſe ipſo. *R. Reuit. ſuper prag. in rubr.
de Inſtr. liquid. nu. 5.* explicando *Paridem de Puteo
de ſindic.* verb. *officiales nu. 10. Angel, & Aufles,*
refert, & ſequitur *D. Petra in rit. 166. n. 130.*

13 Tertia difficultas eſt à nemine; quem viderim,
tacta. Suppoſito pactum citationis in Curia va-
lere, iuxtà praxim noſtrorum Tribunalium, an
valeat, & vigore illius, poſſit citari in Curia, ſi
ſit adiectũ non in inſtrumento publico, ſed in
apoca banci, vel alia ſcriptura priuata, an inquã,
cum agitur de illa verificanda, poſſit citatio fieri
in Curia deſignata? Quilibet prima facie dice-
ret, non videre dubitandi rationem, & differen-
tiam, ideo id, quod diximus in inſtrumento, de-
bere

Digitized by Google

bere dici in apoca priuata , cum æquiparatorum eadem ſit ratio *l.1.ff.de leg.1. gl.in l.ſi quis ſeruo C.de furtis, & in c.ſi poſtquam §.fin. de elect. Tuſc.lit.E.concluſ.308. Vaz axiomat. iur.lit.A. nu. 180.*& ità ego pluries, & pluries practicarum vidi in Noſtra Magna Curia Vicariæ.

14 Mihi verò radicitus rem perſpicienti, ſemper placuit,magnam eſſe differentiam inter hunc , & *ſup.*poſitum caſum. Nam in pacto in inſtrumento publico, poteſt incipi ab illo , in executione dicti inſtrumenti,cum indubitatum ſit,pactum illud tanquam poſitum in ſcriptura publica,cum illa ſit probatio probata, & veritas apparés,eſſe verum,& indubitatum, igitur cum ſit indubitatum, & validum,vt *ſup.*diximus , bene poteſt ſequi citatio, & alij actus in executionem . Quod ſecus eſt in pacto appoſito in ſcriptura priuata , nam cum illa , ante recognitionem,ſit cartula , & ſic dubitabilis, *Maluaſia conſ.55.nu.37. Burſat.conſ. 453.nu.13.lib.4.& conſ.74.nu.57. lib.1.& conſ. 57.nu.7.lib.3.Crot conſ.182.num.83.lib.2. Caball. conſ.155.num.9.Genua de ſcript.priuat.q.4.num.3.* non poteſt ante recognitionem incipi illa executio,tanquam indubitata, nam citando in Curia, vigore pacti in illa adiecti , iam habetur tanquam vera,& indubitata dicta ſcriptura,ante recognitionem, quod non eſt *ex DD.citatis.*

15 Imò ſi poſſet exequi dictum pactum citationis in Curia , ante recognitionem , cur non poteſt exequi contrà debitorem pro quantitate in illa contenta, etiam ante recognitionem? cum tam confeſſio debiti,quam pactum illud, ſint in dicta apoca priuata , igitur ſi ante recognitionem poteſt exerceri dictum pactum, poteſt etiam exerceri executio. Igitur ſi non poteſt executio,non poteſt pactum illud: in terminis , vt dicunt terminantibus, fundaot *Melch.Phoeb.dec.200. num. 21.Mend in praxi 2.p.cap.1.nu.2.*quos refert, & ſequitur biennio poſt hæc ſcripta viſus *Pegas reſol.forenſ.q.11. num.42.* vbi deciſum refert anno 1660.& admodum gauiſus fui, reperijſſe Doctores comprobantes hanc meam ſingularem,veram veriſimamque opinionem.

16 Addimus nos,dictam ſcripturam priuatam debere recognoſci, adhoc vt probet , diximus *nu. 14.*& vt debitor recognoſcat , debet citari perſonaliter ad recognoſcendum , & non ſufficit per edictum facta , *alias habeatur pro recognita* dicit *Gutierr.lib.1.pract.q.122.nu.2.Ferex lib.3.tit.8.c. 9.*& ità deciſum refert *Pegas reſol.forenſ.cap.1.n. 7.& ſeqq.*licet alias talis citatio per edictum valeat,etiam in caſibus , in quibus citatio perſonalis requiritur,vt diximus *ſup q.13.*

17 Quarta difficultas eſt. Si pactum citationis in Curia adiectum in inſtrumento in caſu liquidationis inſtrumenti, poſſit extendi,ſi ageretur vigore pacti executioni ? Et videtur dicendum , poſſe,nam qui vult maius , multo magis vult minus *l.filius fam. §.fin. ff.de donat. l.marcellus ff.de donat.cauſ.mort. l.non debet ff.de reg.iuris cap.ex parte 27.de decim.Nouar.qq.forenſ.lib.1.q.24. nu. 5.* igitur ſi debitor vult citari in Curia in liquidatione , quod eſt iudicium criminale *R.Galeot. contr.54.nu 17.lib.1. Reg.Capic.Latr. dec.45.nu. 18.& ſeqq.*& ſic maius, ergò multò magis in pacto executiuo , quod eſt iudicium ciuile , & ſic minus . Tamen contrarium verius mihi videtur, Ratione *ſupra* poſita , quia hoc pactum eſt odioſum,vt diximus,& ſic non debet extendi de caſu ad caſum *l.cum quidam C.de lib. & poſth.cap. renonantes 22.diſt.c.odia 15.de reg.iuris in 6.cap.nemo aliqui de priuil.eod.lib. Seſſ.dec.18. num.102. dec. 45.nu.27.Mangil.de imput.q.6.num.6.q.52.n.19.*

SVMMARIVM.

1 *Prima citatio debet fieri in perſonam Domini , & n.2.ampliatur concluſio n.3.4.5.7.8.9.*

6 *Secus in ijs, quæ ſunt parui præiudicij.*

10 *Procurator legitimè citatur ſi dominus eſt abſens. declaratur n.11.12.13.*

14 *Prima citatio debet fieri in perſonam domini, ſi in mandato adſit clauſula , vt prima citatio debeat incipere à principali.*

15 *Quis dicatur abſens ? & num.16.17.18.19.20. 21.22.23.*

24 *An , & quando debeat dari terminus ad denunciandum principalem? & à n.25.ad n.49.*

50 *In quo loco debeat quis citari in caſu propoſito, & num.51.*

52 *Quæ nam citationes poſſint fieri in perſonam procuratoris ? imò debeãt fieri , & non in perſonam domini? & à nu.53.ad n.64.*

65 *Quid ſi ſint duo procuratores conſtituti inſolidum?*

66 *Conſtitutus in conuentione,an debeat reſpondere in reconuentione? & à n.67.ad n.80.*

81 *An mandatum per lapſum temporis cenſeatur reuocatum? & n.82.83.84.85.*

An, & quando loco Principalis poſſit citari Procurator? & an,& quando debeat dari procuratori terminus ad denunciandum,& conſulendum principalem ?

QVÆSTIO XVI.

DIximus *ſup.*de citatione perſonali. Verum quia multoties poteſt citari perſonaliter procurator ipſius Principalis,meritò dicemus hic,An,& quando loco principalis poſſit citari Procurator. In hac quæſtio-

1 ne facienda eſt diſtinctio inter primam citationem ad cauſam, & reliquas citationes. Si quæſtio ſit de prima citatione , regula eſt, quod vbi dominus poteſt commodè haberi, prima citatio fieri debet in perſonam domini *l.1. §.1. ff.de liber. agnoſc. Caſtr.in l.3. ff.de procurat.* & ibi etiam *Iaſ.DD.in l.cum, qui C.eodem Add.ad Bar.in l.2. C.de iure reip. lit.C.per tex.in cap.cauſam de dolo, & contum.Grattan.diſcept.145.à nu.1.ex l.aut qui aliter vel.aut ſi forte* , vbi *gl.in verb.ad dominum ff. quod vi,aut clam.Veſtr.in praxi lib.4. cap.3. nu.2. Idem Grattan.diſcept.208.num.9.diſcept.715. nu. 15. Tuſc.lit.C.concluſ.238.num.7. Gallup.in praxi p.2.c.2.num.35. Rouit.in pragm.1.de citat.num.5. Giurba dec.25.nu.4.5.Barboſ.in cap.dilectus nu.2. de*

Digitized by Google

de procur. Rend. in promptuar. recept. ſentent. tit. 94. de procur. num. 15. Golin. de procur. p. 4. cap. 3. nu. 1. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 8. nu. 674. Dom. Pilat. in addit. ad Franc. de proteſt. conſid. 5. n. 2. Farinac. dec. 569. num. 2. dec. 637. num. 2. p. 2. tom. 2. Dom. Petra in ett. 108. num. 6. Card. Tusch. contr. 205. num. 13. Tonnut. qq. beneficial. q. 77. nu. 8. Baron. de citat. tom. 1. q. 26. & tom. 2. in addit. Rendel. de Iure protb. verſ. veruntur nu. 4. Cittac. contr. 49c. num. 56. Fab. dec. 4. Valenz. conſ. 156. num. 75. Etiam ſi procuratio contineat ampliſſimas clauſulas. *Maſtill. dec. 226. nu. 12. Foeb. d. dec. 4. nu. 1.* Quidquid in contrarium teneat *Bar. in l. 3. ff. de proc.* quod poſſit
2 citari procurator *Granat. ad Veſtr. vbi ſup. nu. 10. Valaſc. conſult. 144.* Signanter in citatione ad recognoſcendum apocam ſubſcriptam eius manu, nam debet citari perſonaliter, & non ſufficit citari per edictum, aut eius procuratorem *Pegas reſol. 1. n. 7. & ſeqq.*

3 Quod eſt adeò verum, quod ſi in cauſa noua inſtantia ſuccedat, puta appellationis, dominus tanquam in re noua citandus eſt, non procurator. *Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. p. 5. §. 9. num. 29.*

4 In hoc caſu ſi citetur Procurator, & non compareat, eius contumacia non nocet domino *Bar. in l. quamuis ff. de damno infect. & in l. eum qui ff. de procur. Canoniſt. in c. cauſam quæ de dolo, & contumac. Angel. in Auth. de hæred. & falcid. §. hinc nor col. 1. Dec. conſ. 460. nu. 32.* Imò ſi citationes fue-
5 rint factæ de principali, quæ ſint nullæ, itaut iterum incohetur proceſſus, denuò eſt incipiendum à principali, quamuis ab initio fuerit conſtitutus procurator, ea ratione, quia non poſſunt ſimul iungi iſta acta, ex quo illa priora non ligauerunt principales, & quamuis procurator comparuerit occaſione citationis nullæ ad petendum copiam, non tamen ex hoc ſequitur, quod in iudicio de nouo cepto non debeant iterum citari principales, vt in ſpecie decisum refert *Claud. ad Bertazol. conſ. crim. 300. in fine* ver *hinc notandum eſt* ſecus eſt ſi citatio de principali fuit valida *Iafred. dec. 43. Grattan. diſcept. 145. nu. 6. 7.*

6 Concluſio *ſup. poſita* intelligitur in ijs, quę ſunt magni præiudicij, ſecus in ijs quæ ſunt leuis præiudicij *Rend. vbi ſup. Mut. in addit. ad cap. 98. Ritus lit. D. Menoch. de recuper. remed. 8. num. 76. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 8. num. 676. Mier. in conſtitut. Cathal. p. 2. coll. 11. p. 4. nu. 64.* Rota *apud Penia dec. 170. nu. 1. dec. 253. num. 8. dec. 312. nu. 1. dec. 336. nu. 2. 3.*

7 Nam Iudicium non eſt licitum incipere à Procuratore in ijs, quæ ſunt grauis præiudicij domino præſente, ſecundum veriorem opinionē, de qua poſt *Abb. Bar. & Iaſ.* teſtatur *Grat. c. 145. in princ. & nu. 3.* vbi alios citat. *& nu. 35. Rimnald. conſ. 320. num. 25. Gallup. ſup. ex Laffred. conſ. 20. num. 3 Cancer. var. reſol. c. 14. de procurat. num.*
8 *117. & 118.* Et ſic intelliguntur *Bar. in l. ſolet ff. de alim. legat. & in l. meminerint cuncti C. vndè vi Rot. dec. 750. in antiquis Dec. conſ. 460. col. 4. Crauett. conſ. 180. num. 11. Diaz. reg. 78.* vt loquantur præſente domino, quando tradunt, quod in his, quę ſunt magni præiudicij, procurator citari non poſſit, quia abſente domino citari poteſt procurator, vt ſtatim dicemus.

9 Quod diximus procedit non ſolum in priuato, ſed etiam in Vniuerſitate, vel Collegio, nam prima citatio non poteſt fieri in perſonam eorum procuratoris. *Palv. dec. 80.* qui teſtatur de communi *Villalob. commun. opin. ver. citatio n. 54.*

10 Si verò dominus eſt abſens, & non poteſt commodè citari, tunc procurator legitimè citatur. *l. aut qui alter in princ. verſ. & ſi forte, vbi gl. in verſ. ad dominum ff. quod vi, aut clam. l. ſi dictum §. præſente de euiction. cap. 1. qui matr. accuſ. poſſ. Grattan. diſcept. 145. nu. 2. Add. ad Rimnal. conſ. 320. lit. C. Rebuff. ſuper conſtit. gall. tit. de citat. art. 2. gl. 1. nu. 4. & 5. Bal. in l. 3. C. de procur. & in l. quamuis ff. de damno infect. gl. & DD. in cap. cauſam, quæ de dolo, & contum. Mynſing. obſ. 9. cent. 1. Teſaur. de mora vet.* verſ *citationis executio Palma in diuerſ. commun. pragm. 2. de ordine Iudic. gl. 17. nu. 36. & 37. Tuſc. lit. concluſ. 238. num. 8. Barboſ. in cap. dilectus nu. 2. de procur. Ripoll. de citat. nu. 112. Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. §. 9. num. 31. Henric. Kinſchot. reſp. 88. num. 87. Tiraquell. de retract. lignag. §. 9. gl. 7. num. 8. & 9. Gallup. in praxi p. 2. c.*
11 *2. num. 33.* Quod intelligitur ſi procurator acceptauit mandatum *Gallup. d. p. 2. c. 2. nu. 34.* Et
12 non ſolum poteſt citari, ſed debet citari. *Vaubie nu. 84. Rend. in recept. ſent. tit. 94. de procurat. n.*
13 *15.* Quod intelligitur de procuratore generali conſtituto ad omnes cauſas motas, & mouendas, actiuas, & paſſiuas, vt ex *Rot. Rom. dec. 27. de proc.* dicit *Add. ad Vlinam in rit. Archiep. Neap. 17. n. 5.* Cui datur terminus competens, ad denunciandū principalem, etiam ſi dicat nolle in hac cauſa interuenire, vt fuit practicatum in R. C. S. in Collat. Conſ. in cauſa regij fiſci cum Ill. Comite Conuerſani degente in Curia D. Noſtri Regis. Verum ad euitandas diſputationes ſemper bonū eſt, vt prima citatio fiat perſonaliter, nam ſi notificetur procuratori generali, eſto millies, quòd non recuſat interuenire, ità vt cum illo ſit compilatus proceſſus, ſuperueniens poſtea principalis conuentus poterit allegare proceſſum fuiſſe malè cum eius procuratore generali, compilatum ſi tamen non poterit conuinci, iudicij moti habuiſſe notitiam *Reg. Reuert. & Marin. d. dec. 224. num. 3.*

14 Datur caſus, quo procurator non poteſt citari, etiam abſente domino, quando ſcil. dominus in mandato ponit clauſulam, *Ita vt prima citatio debeat fieri in perſonam conſtituentis, Maſtrill dec. 226. nu. 12. Mut. in d. c. Ritus 98. nu. 16. Virgil. de legit. perſon. cap. 14. n. 22.* nam eo caſu, licet Iudex dicat, quod procedatur cum eo, ſi cum eo procedatur, omnia acta ſunt nulla *Cyn. in l. licet 4. q. C. de proc. Anchar. conſ. 14.* & deciſum refert per S. C. *R. Marin. ad Reuert. dec. 224 num. 2.* quod intelligit *Gizzarb. dec. 25. num. 2. & ſeqq.* in cauſis paſſiuis, in quibus pars ipſa in primis neceſſe eſt citari *cap. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Abb. conſ. 68. num. 4. lib. 2. Tuſc. lit. C. concluſ. 268. nu. 12. 13.* nam in cauſis actiuis ſufficit citare talem procuratorē, & *ipſe Gizzarb. ibi* agit in caſu, quo procurator actoris obtinuerat ſequeſtrum, & fundat potuiſſe illum citari quo ad diſſequeſtrum, non obſtante clauſula in ſuo mandato, *quod prima citatio fiat in perſona conſtituentis,* ea ratione, quia quo ad hoc
diſ-

diſſequeſtrum procurator ille erat iam inſtructus
ex *Triuis dec.55.num.5.*diccmus *hic infra.*
15 Diximus, domino abſente poſſe citari procu-
ratorem, difficultas eſt quomodo dicatur quis
abſens? *Alb.in cap.cauſam nu.6.de dolo, & contu-
mac.*loquens de citatione facienda in domo ci-
randi ex cauſa abſentię, tangit ſimilem quæſtio-
nem, in qua ſunt diuerſæ opiniones. Nam *Ho-
ſtienſ.ibidem* ſentit hoc eſſe, quando citandus eſt
extra prouinciam, quaſi velit dicere, quod ſi eſt
in prouincia, debet citari perſonaliter vbicumq;
reperiatur per *tex.in d.cap.cauſam, & in cap.cum
olim de dolo, & contumac.Cancer.cap.14.de procur.
num.119.*qui teſtatur ità ſeruari in practica. *In-*
16 *noc.in cap.fin.de eo, qui mitt in poſſeſſ.cauſ.rei ſer.*
dicit, quod ſufficit abſentia à Ciuitate per id,
quod habetur *in auth.de exhiben reis §.final.Scacc.
de Iudic.lib.2.c.8.nu.674.*vbi dicit abſentem dici
ſi non eſt in Ciuitate, nec *propè*, & quando dica-
tur *propè* remittit in arbitrium iudicis. *Bar.in l.*
17 *4.§.prætor ait ff.de damno infect.*dixtinguit quod,
aut cauſa requirit celeritatem, & ſufficit quod
non reperiatur in iudicio, ad hoc vt poſſit ad
domum citare *d.l.4 §.prætor ver.abeſſe iuncta l.1.*
18 *ff.de damno infect.* Aut cauſa non deſiderat cele-
ritatem, & tunc ſi eſt prima citatio, ſufficit ab-
ſentia à Ciuitate per *l.vt perfectius C.de annal.
except.*
19 Si verò eſt ſecunda, tunc ſufficit citatio ad
domum, quæ per ea, quæ notantur in *l.poſt edictū
ff.de iudic.& in auth.qui ſemel C.quomod.& quand.
Iud.& in l.ab eo C.eodem titul.* Hanc dixtinctio-
20 nem ſequuta eſt *Rota Rom.dec.41.* aliàs 45. &
*DD.*communiter, vt dicit *Soccin.de citat.art.18.
nu.24.in fine.*
21 Sed eſt aduertendum, quod licet hæc omnia
poſſint procedere in ea abſentia, quæ deſideratur
ad hoc vt quis poſſit citari ad domum, Non
tamen procedunt, vt poſſit dictis caſibus citari
procurator. Nam in citatione in domo receptum
eſt, vt non tantum non ſit neceſſaria citandi per-
quiſitio per prouinciam, ſed neque per territo-
rium Ciuitatis, vt *ſup.in hac rubr.* diximus *q.12.*
quod non videtur receptum in citatione procu-
22 ratoris. Ideò quando quis conuenitur coram M.
C.V.eſtò abſens ſit à Ciuitate Neapolis, vbi eſt
dicta M.C.V.non eſt in Regno, debet citari vbi-
cunque reperitur. *Fab.in §.1.Inſtit.de vſucapion.*
23 nam tali caſu quis non dicitur abſens, & ſic non
videtur tuta doctrina *gl.in l.i.tres abſens ff. de
Iudic.in auth.de fideiuſſ.§.1.ſuper verſ.præſentes,*
quam ſequitur *Troiſ.in Ritu M. C. V. Neap. rit.
266.n.1.*quod abſens accipitur in hac materia
is, qui eſt extrà territorium ius dicentis, etiam
ſi territorium, in quo citandus reperitur, eſſet
ſubditum ius dicenti.
24 Sed an in huiuſmodi caſu procuratori ſit dan-
dus terminus ad denunciandum, & conſulendum
Dominum? Et videtur dicendum non eſſe dan-
dum, nam procurator præſumitur à domino in-
ſtructus. *Innoc.in cap.dilectus de procurat. Luc.de
Penna in l.3.col.5. vet.155.præſum.C.de apoch.pu-
blic.lib.10. Menoch.de præſumpt lib.2.præſ.37.nu.
1.Plot.de in litem iur.§.29. limit.4. Caroc.de In-
ſtrumētis q.6.q.9.principal.num.1.Caſtill.dec.13.n.
22.Maſtrill.dec.116.n.11.*

25 In contrarium eſt veritas, & ſic quod de-
beat dari talis terminus, facit, quia procurator
non benè inſtructus de negotio poteſt, & debet
petere terminum ad denunciandum, & conſu-
lendum Dominum, ad *tex.in auth.qua in prouin-
cia C.vbi de crimine agi oport.Bar.in l.non ſolum
nu.8.ff.de procur.gl.in c.dilectus tit.eodem Iſern.in
cap.1.de controu.inter vaſſall.& aliam deb.Rebuff.
de dilat.art.2.gl.4.art.13. Vrſill. ad Aff.dec.92.
Golin.de procurat.4.p. cap.3. Hier.de Leon.dec.97.
Giurb.obſ.101.Mareſcot.var.lib.1. cap.91. nu.15.
& ſeqq.Gallup.in praxi S.C.p.2.c.1.nu.8.*
26 Et talis terminus concedi debet omnibus, qui
ex alienis negotijs conueniuntur, nam cum tra-
ctent aliena negotia, non poſſunt deliberare,
an cedere, vel contendere habeant. *Innoc.in cap.
expoſuit in gl.verſ.teneri de dilat. Vin.dec.384.nu.
2. Caſtill.d.dec.13.nu.2.p.1.Maſtrill.dec.116.nu.
2.lib.2.Virgil.de legit.perſ.cap.14.nu.25. & c.16.
num.76.in fine* diximus *rubr.11.q.32.num.90. &
ſeqq.*
27 Et non ſolum ijs, qui ex alienis negotijs con-
ueniuntur, conceditur, verum etiam omnibus his,
qui vti tales conueniuntur, quoties ad eos non
ſpectat negotium *Bar.in d.auth.qua in prouincia
n.6.& Caſtr.nu.4.*qui hoc ampliat, etiam ſi quis
conueniatur pro facto proprio dependenre tamē
à negotio alieno, nam etiam debet concedi talis
terminus.
28 Si non concedatur procurator ille poteſt ap-
pellare, & quod fit poſt appellationem nullum
eſt. *d.c.dilectus* vbi *DD.* ſignanter *Barboſ. de pro-
curat.*
29 Et id quod dicitur pro contraria opinione,
quod procurator præſumitur inſtructus à domino
procedit in procuratore ad vnam litem tantum,
& ſic cum ſpeciali mandato, ſecus in procurato-
re generali, nam eo caſu domino non eſt impu-
tandum, qui procuratorem non inſtruxerit, cum
non teneatur diuinare talem litem contrà eum
eſſe mouendam. *Hoſtienſ.in cap.dilectus* vbi *etiam
Abb.nu.5.ver.& concludendo de procur. Addit.ad
Muſcatell.in praxi p.3.gl.ſimiles lit.C. Menoch.de
præſum.37.nu.2.Addit.ad Oliua d.tit.17.nu.5. No-
uar.in rubr.de proc.ſuper prag.nu.65.* Dicitur quis
30 inſtructus quando de ea re, particularem ac ſpe-
cialem notitiam habet *l.fin.§.fin. autem à locis
C.de Iure delib.Theſ.dec.155.num.1.*verſ.*tertiò.*
31 Et quod tali procuratori generali ſit dandus
talis terminus, dicunt *Add.ad Oliua d.tit.17.num.
5.Vrſill.ad Aff.dec.92.num.2.Bar.in l.non ſolum
num.2.ff.de procur. Palma in diuerſ.iuris com.prag.
2.de ordin.iudic.gl.17.nu.42.Abruz.ſuper prag.de
modo proced.ſumm p.2.c.1.num.93.*ſecus procura-
32 tori deputato ad ſpecialem cauſam *Cuſſad. dec.
1.nu.1.de dilat.Rot.in nouiſſ.de procurat. dec.395.
nu.1.& 3.Mareſcott.var.lib.1.cap.91.num.15.* Et
33 *Mareſcott.d. c.91. nu.18.*idem tradit, quod pro-
curatori generali datur terminus prædictus, quā-
do dominus citatus eſt per edictum in partibus,
conſtito de non tuto acceſſu, & ibi ponit præ-
dicam huius noſtri Regni Neap.
34 Conceditur pariter talis terminus, etiam ſi
fuerit citatus in principio cauſæ ipſe Dominus,
ſed ſine expreſſione cauſæ, & miſerit procurato-
rium,

rium,nam tali caſu ipſe procurator poteſt petere
hunc terminum. Bar.in d.l.non ſolum nu.2.ff.de
35 procurat. Secus ſi fuerit citatus dominus cum
expreſſione cauſæ, nam hoc caſu ſibi debet impu-
tari ſi non miſerit procuratorem inſtructum Bar.
vbi ſup. niſi quid de nouo emerſerit Menoch.de
præſump.37.nu.4. Virgil.de legit.perſon. d.cap.16.
nu.76.ver.item ſi dominus Ripol.var.c.3. nu.113.
36 & 114. Et hoc caſu ſi procurator voluerit re-
ſpondere, punietur ipſe dominus vti contumax,
Bar.in l.prætor ait §.defendi ff. ex quib.cauſis in
37 poſſeſſ. eat. Nec hoc caſu putamus procedere
tex.in l.1.§.ſi procurator ff.ſi quis ius dicenti , vbi
quod ſi procurator ius dicenti non obtempera-
uerit, ipſe punietur, non dominus, cum ipſe do-
minus fuerit in culpa , non mittendo procurato-
rem inſtructum, vt ſup.

38 Benè verum eſt non ſufficere præſumptionem,
quod dominus certioratus fuerit à procuratore,
vt priuetur iure ſuo, vt ex Rot.Rom.in antiquis de
dolo, & contumac.dec.21.Creſcent.dec.194.Tiraq.
de retract.conſang. §.36.gl.2. tradit Seraphin.dec.
39 1239.nu.1. Si verò poſt citationem principalis
compareat procurator generalis, præſumitur do-
minus certioratus , & è contrà procurator in-
ſtructus. Idem Seraph.in.dec.654.n.6. Quod pro-
40 cedit etiam ſi deſierit eſſe procurator , ſi adhuc
compareat,vt ex Roman.conſ.481. num.8. in fin.
tradit idem Seraph.in.dec.1123. nu.4. Sic etiam
41 præſumitur certioratus dominus à procuratore,
quando lapſum eſt tempus termini dati l.ſi quis
forte ff.de pœnis Bellam.dec.551. Menoch.præſ.23.
ſub nu.45.lib.6.Maſtrill.dec.116.nu.13.

42 Talis terminus ad denunciandum ſolitus eſt
concedi ex iuſta cauſa arbitrio iudicis cap.4.§.
ſpatium verſ.iudicantes autem 3.q.3.Maſtrill.d.dec.
43 116.nu.7.Semel tantum conceditur d.§.ſpatium
44 Datur attenta locorum diſtantia,in quibus de-
gunt d.auth.qua in prouincia la 2.C.vbi in rem
actio Roman.conſ.481.Gratian.diſcept.853. nu.63.
& ex Specul.& alijs, tradit Muſcatell.in praxi S.C.
gl.defendendum n.28. & prius p.3. gl.ſimiles n.5.6.
7.vbi tradit terminum iſtum ad denunciandum,
ſeruari potiſſimum in S.C.& M.C.V.

45 Iſte terminus non conceditur procuratori
actoris, ſed tantum rei, ex quo procurator acto-
ris ſemper præſumitur , quod venerit inſtructus
ex Abb.in d.cap.dilecti nu.1.in 2.notab. tradit Ca-
ſtill.dec.13.nu.18.Virgil.c.14 nu.15. & vt dixi-
46 mus ſup.hic terminus non conceditur procura-
tori inſtructo, Maxime ſi conſtituens ſciuit cau-
ſam, ob quam ad Iudicium erat vocandus. Ma-
ſtrill.vbi ſup.nu.9.Caſtill.nu.20. ambo ex Bar.in l.
2.§.quod obſeruari num.24. C.de Iur.iur. Seraphin.
dec.654.num.4.deciſum refert Virgil.de legit.per-
ſon.c.16.nu.76. verſ.fallit Debet peti in prima
47 citatione , & non poſt quam ſunt facti plures
actus.Rot.Rom.dec.35.de procurat.in nou.Virgil.d.
cap.16.nu.76.ver.item nota.Talem terminum po-
48 teſt petere etiam ille, qui eſt in inſtrumento ſta-
tutus,vt citetur pro debitore , (quod poſſe fieri
diximus ſup.cũ explicationibus ibi poſitis) alias
videretur parti denegata defenſio Staib.conſ.19.
num.21.Valaſc.conſult.144.num.6.& 7.Et procu-
49 rator poteſt conſulere amicos informatos de
lite conſtituentis. l.2. ff.ex quibus cauſ.in poſſeſſ.
eat.Bal.in cap.dilectus num.1.in fin.de procur. Ma-
ſtrill.d.dec.116.n.14.

50 Sed difficultas eſt, ſi quis conuenitur puta Sa-
lerni, vbi non habet domicilium,ſed illud habet
Auerſæ,ſed ex aliqua cauſa,puta ratione reſiſt,
vel contractus debet Salerni conueniri , an tunc
ſi Salerni inueniatur procurator ipſius conueni-
endi, poſſit ille citari,vel debeat ille principalis
citari perſonaliter,vel domi? Et videtur dicendũ
poſſe citari procuratorem , cum ille poſſit citari,
principali abſente per gl.in d.l.lares abſens ff.de
51 iudic.Contrarium tamen mihi verius videtur,ea
ratione, quia ſufficit, vt quis dicatur præſens , ſi
reperiatur in eadem Prouincia l.fin. C.de præ-
ſcript.long.temporis ibi; & ſi vterque domicilium in
eadem habeat Prouincia cauſam inter præſentes eſſe
videri &c.

52 Si verò de alijs, quam prima citatione loqua-
mur, regula eſt, quod poſſunt fieri in perſonam
procuratoris. Paris.de cit.q.26.n.20.

53 Imò quando lis eſt cum procuratore conte-
ſtata, & procurator eſt effectus dominus litis,re-
quiritur in actibus citatio ipſius procuratoris,
nec ſufficeret citatio domini, etiam in abſentia
procuratoris Vant.hic num.85. Surd.conſ.99.nu.
33.vſque ad num.37.Gratian.diſc.145.nu.7.Scacc.
de Iudic.l.2. caſ.8. num.679.680. vbi loquitur
ante litem conteſtatam Muſcatell.in praxi p.7.gl.
ſententiam nu.20. Gram.conſ.9. in fine Garz. Ma-
ſtrill.dec.82.in fine.

54 Ità in ſpecie in citatione ad teſtium iuramen-
ta videndum , tradit Bal. in l.ſi quando §.7.de
teſtibus,& in l.fin.C.de ſentent.ex breuil.recit.Bar.
in l.furioſo ff.de re iud.Rebuff.ſuper conſtit gall.tom.
3.tit.de inquiſit.ſeu.commiſſ.art.13.gl.vnic.num.5.
Alb.in cap.2.de teſtibus ideò exameo eſt nullum
quia non arctabatur dominus ad comparendum;
Scacc.de Iudic.d.q.8.nu.683.Dec.in cap.in nomine
domini nu.77.de teſtibus Rot.dec.2. de proc.addit.
1.nu.1.alijque relati per Iuc.Pat.lib.1.c.8. de in
ius voc.nu.11.Feuron.ad ſtatut.Vrbis cap.52.n.5.
lit.B.Gallup.in praxi S.C.lib.1.cap.4.nu.4.5.Thor.
in C.rerum indic.caſ.10.nu.15.Muſcatell.in praxi
lib.1.gl.ſuſpectorum nu.21.de hac re infra.

55 Generaliter de citatione pro omnibus acti-
bus,tradit Bar.in l.procuratoribus ff.de procur. Tu-
ſc.lit.C.concluſ.238. Reudin. vbi ſup.num.15. ver.
nec eſt. Parlador.rerum quotid.lib.2. cap.fin. p.5.§.
9.num.26.Ripoll.de citat.cap.3.num.89. cum ſeqq.
Viſcont.concluſ.iur. verb.procurator,circa medium,
Donat.a fin.lib.3.de iudic. verb. procurator Tepat.
de in ius voc.verſ.ſi principalis , vbi dicit,quod ſi
principalis citatus in principio cauſę comparuit
per procuratorem legitimè conſtitutum , qui li-
tem incohauit, & poſta citetur idem principalis
ad aliquem actum in dicta cauſa , non tenetur
comparere, nam tunc debet citari dictus procu-
rator, & non dominus, aliàs ſententia , vel alius
actus erit nullus ; quod tamen limitat , quando
procurator dominum non defendit, idem firmat
Gratian.diſcept.145. nu.7.8. Abruxx.ſuper pragm.
vnic.de modo proced.ſummar.& de plano p.2.cap.1.
eff.46.nu.176. Vbi licet ſententia lata contrà
principalem , & non procuratorem effectum do-
mi-

minum litis, non valeat, tamen fallit ſtante ſu-
pradicta pragmatica mandante, in cauſis proce-
di debere ſummarie, & de plano. Vel princi-
56 palis citaretur tanquam melius inſtructus de ali-
quo emergenti, quo caſu valeret citatio principa-
57 lis *Gratian.d.c.145. num.8.* Et ſi principalis eſt
mortuus, poteſt procurator effectus dominus li-
tis, citari, & ſic iſto caſu mandatum non expirat
morte mandantis. *Carpan.ſuper ſtatut.Mediol.cap.*
5.nu.42.Fontanell.dec.96. nu.19. & ſeqq. de qua
re diximus in *rubr.11. Rota poſt Poſthum de*
manut.dec.361.nu.10.

58 Id quod diximus de neceſſaria citatione pro-
curatoris, fallit multis modis. Primo de Iure ca-
nonico, quo Iure non eſt neceſſaria citatio pro-
curatoris domini litis effecti, ſed ſufficit ſi cite-
tur dominus. *Bal.in l.1.col.3. ver. breuiter C.de*
ſentent.Vant.hic nu.85. vbi dicit tutius eſſe vtrũ-
que citari, procuratorem, & dominum ad euitan-
dum opiniones *DD.Scacc.de iudic.lib.2.cap.8.nu.*
683.ver.amplia 2.in fine.

59 2. Fallit quando dominus comparet ſponte,
ipſo procuratore non contradicente, *Bar. in l.à*
furioſo ff.de re iudic.Abb.in cap.2.col.pen. de teſti-
bus Burr.dec.285.Vant.hic nu.86.Baron.de citat.q.
26.nu.26.

60 3. Fallit quando procurator eſt abſens, & im-
peditus *DD.ſup.cit.Vant.d.nu.86. Tuſc.d.concluſ.*
258.num.3.Scacc.infra num.695.R.Rouit.in prag.
9.de ordin.iudic.n.19.

61 4. Vbi cauſæ ſunt ſummariæ, pro vt in regno
noſtro per *cap.deteſtantes ex Roman.ſing.20. Dec.*
in cap.in nomine n.82.de teſtib.Scacc.de Iudic.lib.
2.cap.8.num.693.& 694.Thor.in 2.p.comp. deciſ.
verb.nullitas vbi deciſum refert non fuiſſe nul-
lum tale examen factum citata parte, & non
procuratore. *R.Rouit.vbi ſup. num.20.* poſt *Cala*
de modo articul.§.4.

62 5. In foro Capitolino in Vrbe Romanæ, vbi
ad videndum iuramenta teſtium, & in alijs acti-
bus intermedijs ſufficit citare procuratorem, vel
dominum ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis *lib.*
1 cap.52.& 53.Scacc.d.c.8.n.696.

63 Apud nos praxis eſt, vt ſi procurator non re-
periatur in loco litis, vellatiter, facta fide per
duos Porterios, quod non reperiatur dictus pro-
curator, vel citatur principalis, vt diximus in
rubr.11.q. num & hic q. num. vel quod
notificetur domi dictus procurator, vt fuit deci-
ciſum per S. C. in cauſa Ill. Principis Conchæ
cum Ill. Principe Iſerniæ die 9. Decembr.1651.
in banca tunc Bortelli, meminit *Dom.Petra in rit.*
108.num.8. & fundat poſt *Bar.Reg.Rouit.in rubr.*
de proc.num.60.ver.ſ poſt litem Mangil.de ſubhaſt.
q.9.Rocc.de mandat.& complem.not.80. licet alias
procurator non poſſit citari domi, ſed debeat ci-
tari perſonaliter. *Reg.Marin.lib.1.c.340.*

64 De *Iure* nouiſſimo Romano per *ſtatutum lib.*
1.c.53. In omnibus cauſis ordinarijs, & poſſeſſo-
rijs recuperandæ, adipiſcendæ, & retinendæ poſ-
ſeſſionis, ad ſententiam audiendam, & in cauſis
executiuis ad videndum pronunciari inſtrumen-
tum, apocam, ſententiam, ſeu teſtamentum fore
exequendum; & ad videndum pronunciari arti-
culos haberi pro confeſſatis, citari debet procu-
rator, & dominus, in omnibus alijs cauſis ſufficit
citare, vel procuratorem, vel dominum. Sed ſi plu-
res procuratores in cauſa comparuerint, aut fue-
rint conſtituti, ſufficit citare vnum, dummodo is
onus acceptauerit, vltimo loco comparuerit, &
penes acta reuocatus non fuerit: Et citatio facta
non ſeruata forma huius ſtatuti eſt nulla *Scacc.de*
iudic.lib.1.cap.45.n.1.Lucat. Pat.in praxi fori Ca-
pitol.lib.1.c.8.num.1. Fenzon.ſuper d.c.53.idem
Scacc.eodem tract.lib.2.c.8.nu.697.

65 Difficultas eſt ſi fuerint duo procuratores cõ-
ſtituti inſolidum cum clauſula; *quod occupantis*
melior conditio non ſit, ſi per vnum ſit lis conteſta-
ta, an alter poſſit citari? *Soccin.de citat.art.5.n.6.*
diſputat ex *tex.in cap.ſi duo de proc.in 6.* vbi ha-
betur, quod ex duobus procuratoribus ſimplici-
ter conſtitutis, alter ſolus admitti non debet, ſi
verò inſolidum, vt in caſu propoſito, qui primo
conteſtatur litem admittitur, altero totaliter ex-
cluſo, niſi adiectum fuerit: *quod non ſit melior*
conditio occupantis, quo caſu altero non proſequẽ-
te, nec alium ſubſtituente reliquus admittitur, &
ſi ceſſet impedimentum primi, primus non poteſt
iterum ſe intromittere, niſi ſecundus ſit impeditus
vt *in §.cæterum*, & ibi *Barboſ.* refert *DD.* ad ma-
teriam *Scacc.de Iudic. lib.2. cap.8. num.698.* vbi
dicit, quod in caſu propoſito ſi alter produxerit
teſtes ſine impedimento alterius procuratoris,
examen valet ſi aduerſarius fuit præſens, & ta-
cuit, ſecus ſi contradixit, diximus in *rubr.11.*

66 Alia difficultas eſt, an ſi aliquis aliquem con-
ueniat, & in ipſa conuentione conſtituerit Procu-
ratorem, An procurator ipſo poſſit citari in re-
conuentione facienda ab aduerſario? Hic diſtin-
ctione eſt procedendum. Aut Procurator eſt con-
ſtitutus ad agendum cum clauſula; *Ita quod pri-*
ma citatio in paſſiuis fiat in perſonam conſtituentis,
& tunc non poteſt citari in reconuentione, quia
non eſt perſona legitima, cum tunc prima cita-
tio non valeat. *Virgil.de legit.perſon.c.16.nu.66.*

67 Aut procurator eſt ſimpliciter conſtitutus ad
agendum, & tunc eſt etiam conſtitutus ad de-
fendendum in cauſa reconuentionis. *Rouit.ſuper*
pragm.in rubr.de procur.num.41.Gallup.in praxi p.
2.c.8.num.18.Ponte conſ.2.nu.5.vol.2. qui ità de-
ciſum refert in Cauſa Sereniſs. Reginæ Poloniæ
cum Sereniſs. Regina Sueciæ, *Barboſ.in l.actiones*
num.3.C.de procurat. Donat.à Ron.lib.3. de iudic.
verb.procurator Virgil.d.c.16.nu.66. & in prælud.
68 *n.124.* Cum conſtitutus ad agendum, videatur
conſtitutus ad defendendum *l.ſeruum quoq; §.fin.*
ff.de procurat.cap.in iudicijs &c.non licet de reg.iu-
ris in 6.cap.prudentiam de mutuis petition. Et pro-
mittens in conuentione defendere, in reconuen-
tione ſuſcipiet onus *Molegnet.de reconuent. q.4.*
ſequitur *Dom.Mareſca de reconuent. enarrat.1.*
num.102.

69 Quod procedere dicit *Virgil.d.cap.16.num.66.*
etiam ſi eſſet conſtitutus ad agendum, *ex Barboſ.*
in cap.conſtitutis.de procur.Tuſc.concluſ.840.lit.P.
Reg.Marin.ad Reg.Reuert.dec.574. per *tex.in l.*
mutus §.pœnam ff.de procurat. Addo *tex.in l.qui*
procuratorem dat ff.eodem. Secus ſi eſſet conſtitutus
70 à reo, nam tunc non poſſet defendere, nam po-
teſtas defendendi, cum debeat eſſe principalis, nõ

venit conſecutiuè per *tex.* ſingularem ſecundum *Rom. ſing.* 125. *in cap. conſtitutus de procur.* vbi *Ant. Im. d. & Nicolaus, & Baiboſ. in fine capit. Virgil. de legit. perſon. cap. 16. num. 67.* Reg. *Marinis ad Rea. dec. 574.* qui ità intelligit *Mantic. de tacitis lib. 7. tit. 16. num. 26. Galin. de proc. p. 2. c. 3. num. 26.*

71 Si vero eſſet conſtitutus ab actore ad agendũ cũ dictione taxatiua tantũ tunc non dicitur idoneus procurator, & poteſt compelli per conuentum, vt dicit Bar. *in l. ſeruum quoque §. ut prætor ff. de proc.* Sed hæc exceptio debet opponi ante litem conteſtatam, ſecus poſt *Bar. in l. Pomponius §. rati, in fin. ff. eodem Milis in repert.* verſ. *procurator fol. mihi 390. at.*

72 Fallit tamen dicta concluſio poſita in 2. parte
112 Etiam in crimine hæreſi teſtes debent deponere parte citata.Port.ampliat.70.& 110.& lim.13. reg.43.Gerun.in tract.de heret.q.13. num.5. Ricc. coll.2491.Muta ſuper Capit.reg.Iacobi 25. nu.11. Farinac.d.c.2.nu.115.& ſeqq. & de hæreſi q.188. §.1.num.22.limit.2.Dec.in c.2.num.50. de teſtam. vbi dicit quod tex.in cap.fin. §.1. de heret.in 6. pro quo DD. aiunt contrarium, non dicit hoc ſimpliciter, vt DD. ſed quod inquiſitores hoc facere poſſunt, quando teſtibus graue periculum imminet propter potentiam aduerſarij, idem firmat Aſin.in praxi §.7.cap.5. limit.70. Pariſ.conſ. 2.col.18.lib.2.Et hoc, ratione, imò maiore, qua fundatur requiri hanc citationem, & hoc propter grauitatem cauſæ.

113 In contrariam ſententiam iuerunt poſt plures Borrell.in ſumma dec.tit.44.num.372. vbi firmat, quod citatio teſtium, & partis ad videndum illos iurare in cauſa hæreſis non requiritur, ea ratione, quia nec nomina teſtium dantur inquiſitis de hoc crimine Genuenſ.in praxi c.84.n.3. Et

114 Borrell.num.373. dicit quod hodie indiſtinctè apud officiales S. Inquiſitionis nomina teſtium

Non non

non publicantur, nec conceduntur ob imminens
115 periculum. Eò magis quia teſtes recipiuntur
per Inquiſitorem coram Notario, & duabus per-
ſonis religioſis, vel honeſtis. Borrell. ibid. n.374.
116 Requiritur etiam in examine teſtium ad per-
petuam rei memoriam. Ricc.dec.87.num.16.p.2.
Nouar.ſup.pragm.in rubr.de citat.n.36. Tuſc.lit.C.
concluſ.256.nu.15. vbi ſi perſona, contrà quam
quis petit examinari teſtes ad futuram rei me-
moriam, eſt incerta, ſufficit citatio per edictum,
idem dicit concluſ.257.num.4.Port. vbi ſup.ampl.
22. & 26. Mart.examin.95. num.35. Riminald.
conſ.429.nu.14. Gabriel.concluſ.1. num.121. Fa-
rinac.de teſtibus q.72.cap.1.num.2.& à nu.6. ad-
ducit limitationes, & q.76.num.141.& à n.160.
cum ſeqq. Gratian.diſc.890.nu.10.& ſeqq. Borrell.
d.tit.44.num.166.& ſeqq. Secus ſi perſona citan-
da eſſet in loco longinquo. Miſiag.obſ.49. cent.
4.Nauar.vbi ſup.Scacc.de iudic lib.2.cap.8.n.120.
& ſeqq. vbi latiſſime per millenum explicat, &
declarat. Borrell.in ſumma deciſ.lib.1.tit.44. num.
117 166.& 168. Procedit etiam hæc concluſio in
cauſa, in qua proceditur omni ſollemnitate iu-
ris omiſſa, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola
facti veritate inſpecta, vel ſi eſſemus coram Prin-
cipe, vt contrà Dec. conſ.54. ſcribunt Oſaſc.b.dec.
79.num.19.Surd.conſ.129. num.33. Nouar.d.dec.
68.num.1.Mart.vbi ſup.nu.38. Ricc.d.coll.2491.
Farinac.d.q.72.nu.13.& 14.Caluol.in praxi §.ci-
tatio concluſ.6.num.4.Burg.de laud.p.3.inſp.40. n.
326.& modo proced.ex abrupt. q.5. num.263. Fa-
rinac.ſuprà num.14.Rouit.ſuper d.pragm.1. de per-
ſeq.malefact.Abruz.ſuper pragm.de modo proced.ſum-
mar.p.2.c.2.eff.2.nu.6.& ſeqq. diximus ſup.
118 Requiritur etiam talis citatio in cauſa pecu-
niolæ, quia pars diues citari debet ad teſtium
iuramenta videndum ſuper paupertate alterius
prætendentis peculiolam Burg.de laud.p.3. in-
ſpect.37.num.18. & in addit. num.30. vbi dicit
non requiri quando pars non contradicit Gra-
tian.diſc.236.num.49. Mut.conſuet.13. nu.29. li-
119 cet in cauſa de equo, vel mulo mortuo, ſecus
dicat Fontanell.deciſ.533.nu.5.13.14.tom.2. Nõ
120 ſolum eſt neceſſaria citatio ad examinationem
teſtium, ſed etiam in concedendis remiſſorijs,
ſeu litteris de audientia teſtium. Caputaq.dec.
272.ſea 9.p.3.Scacc.de iudic.lib.2.c.8. n.67. Fa-
rinac.de teſtibus q.76.cap.3.Port.ampl.67.
121 Concluſio ſup.fundata habet plures limitatio-
nes. Prima eſt ſi ſtatutũ aliter dictaret Afflict.in con-
ſtit.Regni q.12.nu.1.Caluol.vbi ſup.nu.11. Qui lo-
quitur ſtante ſtylo, vel conſuetudine Gabriel d.
concluſ.1.num.111. & 219. Maranta in ſpec.p.6.
art.6.nu.2. vbi addentes lit.B.Farinac.dec.30. Ro-
lan.conſ.48.num.2. lib.3. Aſin.in praxi cap.32.fol.
340.Scacc.de Iudic.lib.2.c.8. nu.390. loquens de
122 ſtylo. Stylus, & conſuetudo debet concluden-
ter probari, & plenè, non autem per extraiudi-
cialem informationem, ſeu fidem cauſidicorum,
maxime ſi pars aduerſa vſa fuerit eodem modo
procedendi Poſſ.obſ.84.num.33.& ſeqq. latè Gra-
tian.diſcept.694.num.48.& ſeqq. licet contrà te-
neat Farinac.d.dec.30. ſufficere ſcil. extrà iudi-
cialem informationem.
123 Ob id verificatio extremorum ad executio-
nem faciendam, de Iure Siculo, fieri conſueuit
parte incitata, quia ſtatutum id permittit, ſed in
cauſa oppoſitoria debent repeti parte citata. Ma-
ſtrill.ad Petrum de gregor.ſuper bull.q.6. nu.97. &
102. Burg.de Laud.p.3.inſpect.40. nu.66. & 303.
Muta ſuper bulla num.326.Duard.de cenſib. §.3.
q.24.num.81.Giurb.dec.37. nu.2.& 6. quod ne-
ceſſarium non eſſe dicit Giurb. vbi ſup.num.6. ſi
teſtes cum proteſtati fuerint in proceſſu, daretur
terminus ad reprobandum. Sed hodie per pragm.
Comitis Caſtri §.37. debent in cauſa oppoſitoria
125 parte citata repeti. Sed quod talis ſtylus tan-
quam contrà leges non debeat ſeruari, dicunt
DD adducti per Ventrigl.in praxi rer.notabil.lib.
1.de citat.ad vid.iur.teſtes annot.31.§.1.ſub n.17.
& §.ſeq. latè Gratian.d.diſcept.694 n.48. & ſeqq.
vbi per Rotã Rom. deciſum refert contrà aliàs de-
ciſa.
126 2. In homine vili, qui poteſt torqueri, etiam ſi
teſtes contrà eum non fuerint examinati parte
citata Gabriel d.concluſ.1. nu.263. Farinac.q.72.
127 cap.2.num.95. Sed contrarium dicit, magis
communiter teneri Farinac.d.cap.2.num.96. de
qua re diximus ſup.
128 3. Quando mulier examinatur in domo pro-
pria, cui defertur iuramentum ſine partis cita-
tione Bar.in l.ad egregias ff.de iur.iur. vbi Ang.
Paul.de Caſtr.Salyc.& Iaſ.Hippol.in l.de vnoquoq;
ff.de re iudic.Marant.in ſpec.p.7. ver.rectè conci-
piatur citatio num.27.Reg Rouit.in prag.9. de or-
129 dine iudic. num.21. Contrarium tamen tenet
Roman.in d.l.ad egregias, & in ſing.272.Abb.in
cap.quis teſtium de teſtibus Felin.in cap.2. col.5.li-
mit.11. & in d.cap.ſi quis teſtium Soccin.reg.106.
limit.8.Nicell.in concord.gloſ.52.fall.43. cum hac
opinione eſt Gabriel d.concluſ.1. num.537. ver.
contrarium, hanc veriorem dicit Farinac.ſup.lim.
13.n.69.Borrell.in ſumma tit.44.n.338.
130 4. Quando teſtes recipiuntur in cauſa inquiſi-
tionis, nam ſecundum aliquos examinantur par-
te non citata. Ant.de Butr.in cap.2.de teſtib. Hoſt.
& Io:Andr.in cap.qualiter, & quando §.debet col.
7.de accuſat.Socc.reg.16.fall.3. Borrell.d.tit.44. n.
131 341. Sed contrarium tenent Port.ſup. limit.21.
Gabriel d.concluſ.1.num.102. & 103. vbi plures
allegat, præcipuè Roman.ſing.372. Hippol.in d.
l.de vnoquoque limit.11. Nam ſiuè agatur ad par-
132 tis inſtantiam, ſiue Iudex procedat per viam
inquiſitionis, eſt neceſſaria partis citatio in re-
ceptione teſtium Scacc.de iudic.lib.2.cap.9 nu.4.
vbi in d.capite tractat quando requiratur citatio
partis in teſtibus examinandis in cauſa crimi-
nali.
133 Quod tamen fallit in inquiſitione generali.
Angel.in l.ea C.quomod.& quando Iud.Iauot.in c.
bona col.2.de elect. Scacc.de Iudic.lib.2. cap.8.nu.
82.& cap.9.n.18.& ſeqq. Sed Gabriel.d.concluſ.1.
134 num.339. conciliando opiniones dicit, quod
opinio eorum, qui firmant non requiri citatio-
nem in inquiſitione ad examinationem teſtium,
procedere poteſt quando immineret graue peri-
culum teſtibus ob potentiam aduerſarij, per do-
ctrinam Decy in c.2.col.5. fall.4. de teſtibus. Vel
quando teſtes recipiuntur ante formatam inqui-
135 ſitionem ſuper fama, Mihi verò placet conci-
lia-

ſtate,vt ad inquirendum, & condemnandum in contumaciam inquiſiti ſufficiant teſtes examinati non citata parte , vt nos dicimus ex proceſſu informatiuo , ad condemnandum reum inſortijs, debeant repeti citata parte , vt diximus *ſup hic n.103.& ſeq.*
136 5.Quando dicto teſtis , vel alicuius declarantis omninò ſtandum eſſet, vel ex voluntate defuncti, vel de conſenſu partium , vel quia aliter ei nihil obijci poteſt *Gabriel d.concluſ.1.nu.346. Borrell. d.tit.44. num.375. Alex.conſ.130. lib.1. Caluol.vbi ſup.num.12.Port.limit.15. Marantq in ſpec.p.6.num.28.Scacc.de Iudic.lib.2.c.8.nu.363.* vbi *nu.ſeqq.* latiſſimè declarat.
137 6.In probatione naufragij facienda per teſtes, qui interfuerunt naufragio , quia poſſunt ibi examinari parte non citata , vt aliquandò probent coram Iudice. *l.2.*vbi *Bar.C.de naufrag. lib.11. Aſin.in praxi §.7. cap.5. limit.20. Add.ad Rimin.conſ.429. lit.D.* Marc.*Mantua ſing.164. num.2.Gabriel.d.concluſ.1. nu.352. Port.ſup.limit. 18.Barbat.de fideicommiſſ.p.1.c.5.num.13. Gomez var.tom.3.cap.12.de probat. delict.antè nu.22. Intrig.ſing.93.lib.lib.2. Hodiern.ad Surd.deciſ.131. num.11.Ripol.de citat.c.3.nu.388.Farinac.de teſtibus q.76.num.53.& 140.& q.72.num.53. Alciat. conſ.101.in fin.Maſtrill.dec.197.nu.26.*Ricc.*coll. 2491. Gratian.c.677. num.21.& 22. Fontanell. dec.533.lib.2.Scacc.de iudic. lib.1.c.8. num.111.* vbi *n.ſeqq.* exemplificat *Guazin.defenſ.24.cap.9.*
138 *nu.18.*Quod procedit vbi partes, quarum ſunt bona, nauca,vel merces eſſent de longinquo , ſecus ſi eſſent vicinę , vel poſſent commodè citari *Maſcard.de probat.concluſ.682.num.21.Scacc.vbi ſup.R.Capic.Latr.dec.60.num.1.2.3. & 4.Viſcont. verb.Mulioni, circa princ. Barbat. de fideicommiſſ. p.1.c.5.nu.13.Guazin.defenſ.24. c.9. nu.18.* Vbi dicit procedere, dummodo talis productio fuerit reproducta coram iudice competente.
139 7.In quolibet caſu occurrenti in remotis partibus , nam poteſt probari per teſtes etiam examinatos parte incitata. *Gabriel d.concluſ.1. num. 352. ver.ampl.a Caluol.vbi ſup.num.8. Marant.in ſpec.p.6.verſ recte concipiatur citatio n.26. Dec.in c.in nomine Domini nu.53. de teſtibus ,* vbi dicit, procedere duobus concurrentibus . Primo dummodo tales probationes exhibeantur infrà annũ, prout loquitur *tex.in l.2. C.de naufrag.* 2.quod agatur de probando caſu àd effectum, nequis indebitè, & ſine eius culpa damnum patiatur,ſecus ſi non tractetur de damno vitando, etiam ſi eſſet caſus , in quo poſſet culpa imputari. *Farinac.d. q.72.*
140 Quandò proceditur inſpecta naturali æquitate *l.ſcire oportet §.ſufficit ff. de excuſat.tutor. Gabriel de citat.concluſ.5.num.357. Raudenſ.dec.21. num.12.Aſin.limit.26.Farinac.loco cit.nu.59.Port. limit.20.Gratian.dec.231.n.2.& 3.* Vbi *Felinum* tetere contrarium tenentem *Scacc. de iudic.lib.*
141 *2.c.8.num.360.* Vel coram arbitratore ,cum coram illo procedatur extraiudicialiter . *Maſcard.de probat.concluſ.682. num.42. Scacc.de Iudic.d.c.8.n.361.362.*
142 9.Quando lex , vel ſtatutum in aliquo actu contentatur ſolis argumentis,vel indicijs,quia tunc teſtes poſſunt examinari parte incitata , ſi tamen immineat periculum,aliàs non. *Gabriel d. concluſ.1.num.259.& 260.Dec.in c.nu.54. de teſtib.Borrell.d.tit.44.num.380.Caroc.ſing.631.Maſtrill.dec.216.num.66.Farinac.q.72. cap.2. de teſtibus num.137.Port.limit.21.Scacc.de Iudic.lib.2. cap.8.nu.394.& ſeqq.* vbi declarat.
143 10.Quando pars dediſſet licentiam Iudici, vt ea licet abſente reciperet teſtium examen . *Gabriel.d.concluſ.1.nu.362.Aſin.d.c.5. limit.27. & 28.Farinac.vbi ſup. num.74. Port.loco cit.lim.22: Borrell.* vbi *ſup.nu.381.*
144 11.Quando teſtis vellet declarare ſuum dictũ obſcurum. *Aſin.limit.25. Gratian.diſc.68. nu.26. Nouar. ſuper prag.in rubr.de cit.n.102. Borrell.ſup. n.445 Barb..in c.cũ cauſam n.11.de teſtibus P.Barb. in l.ſi quis venditione 66. ff.de iudic. n.119.124. & 143.Guazin.defenſ.24.c.9.n.19. & defenſ.25. cap.1.num.29.Farinac.d.c.2.num.66.& 67.Scacc.*
145 *de iudic.lib.2.c.8.num.386.* Si verò teſtis vult addere eſt neceſſaria citatio *Rodulf.cautel.267. num.39.*
146 12.Quando agitur de grauiſſimo crimine,quia tunc ſuper eo poſſunt recipi teſtes, lite non conteſtata,etiam parte incitata , pro vt in crimine aſſaſſinij firmat *Gabriel.d.concluſ.1. nu.394. Honded.conſ.101.num.13.vol.1.Farinac.q.72.nu.132. Maſcard.de probat.concluſ.126.num.2. & ſeqq.Baſard.q.45. n.19. Plac.epit.delict. cap.19. num.17.* In crimine nefandi. *Barboſ.de poteſt. Epiſcop.p.2. alleg.44.num.19.Ricc.collect.2491. Port.limit.43.*
147 Sed in hoc contrarium verius eſſe puto ex *Farinac.d.q.72.num.123.Vin.opin.631.num.7.& ſeqq.Bertaz.conſ.359.num.21.in fin. & conſ.553. num.5.lib.2.Cabail.caſ.269.n.1.in fine Burſat.cõſ. 201.num.108.& ſeqq.vol.2.Rimin.iun.conſ.213.nu. nu.97.l.2.Guazin.defenſ.24.c.9.num.27.* loquens in crimine aſſaſſinij, in diſrobatoribus ſtratarũ, violentis raptoribus,ac committentibus atrociſſima crimina , & in quibuſcumque criminibus enormibus etiam in crimine læſæ maieſtatis. *n. 16.in fin.* diximus *ſup.n.112.*
148 13.Vbi examinantur teſtes omni exceptione maiores , vel valdè digni *Port.limit.88. & limit. 114.Aſin.ſup.limit.13.Farinac.d.c.2. num.47.& 48.* vbi dicit hanc limitationem ſibi videri duram.*Borrell.d.tit.44.n.354.& 355.*
149 14.In receptione teſtium ſuper morte , quos Iudex poteſt ex officio recipere nemine citato. *Port.limit.106. Gabriel.d.concluſ.1. num.499. Farinac.d.c.2.num.63.Cumia ſuper rit.cap.8. nu.11. & c.80.num.12.Intrigl.ſing.198.num.6.lib.2.Cutell.orat.19.num.1.Aint.in addit.ad cap. Ritus 73. lit.D.* qui omnes loquuntur in probanda morte, & ſucceſſione ad effectum executionem exercendi contrà heredes defuncti , vigore contractus initi cũ defuncto *Coſt. Capriol.in praxi Succeſſ.ab inteſtat.nu.22.*
150 16. Quando cauſa eſt commiſſa alicui cum clauſula: *Si reperies*, quia non eſt neceſſaria citatio in receptione teſtium *Gabriel. d.concluſ.1.nu. 503.Borrell.tit.44.num.449.Ricc.coll.2412. Rota dec.14.de dolo & contum.in antiq.Papaz.dec.2.n. 3.de offic.deleg.in nouiſſ. Mazza de clauſ.lib.1.clauſ.156.* vbi *num.2.*Secus dicit eſſe, quando talis

 clau-

clauſula adijcitur in perſona iudicis, & circa materiam iudicialē, nā tunc accipitur pro clauſula ſi conſtiterit, & ratione ſubiectæ materiæ importat cauſæ cognitionē, & ſic partis citationem.

151 Sic etiam ſi teſtis fuerit ab vna parte citatus, poteſt ab altera examinari, abſque citatione. *Ricc. collect. 2412.*

152 17. Quando agitur de impediendo peccatum, vel prohibendo, quia poſſunt recipi teſtes parte non citata, *Gabriel. d. concluſ. 1 nu. 520.*

153 18. Vbi Iudex teſtes ſuper notorio, ſeu fama publica ad ſuam informationem recipit. *Aſin. limit. 16. Coſta Sicul. conſ. 1. num. 24. Peregr. de Immun. Eccleſ. c. 3. num. 14. & 15. Guaz. d. defenſ. 24. c. 9. n. 20. & 23.*

154 19. In probanda conſuetudine *Bar. in l. iuliana in fine ff. de teſtibus Port. limit. 19. Aſin. loco cit. lim. 18. Farinac. num. 57. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 8. num. 322.* vbi *num. ſeqq.* declarat, extendit, & limitat *Borrell. in ſumma deciſ. tit. 44. num. 346.* vbi declarat concluſionem procedere in probanda conſuetudine in rebus concernentibus modicum præiudicium, & in reſpicientibus ordinem procedendi, & litis ordinationem, non autem illius deciſionem, & loquuntur potius de ſtylo procedendi, quam de vera conſuetudine recipiente cauſæ deciſionem, in qua requiritur plena probatio, & partis citatio poſt *Dec. conſ. 402. nu. 21. & ſeqq. Aufr. ad Capell. Tholoſ. dec. 115. & alios*

155 20. Quando Iudex ex ſuo mero officio pro ſua informatione teſtes examinatos, rurſus repetere, & interrogare velit. *Aſin. ſup. limit. 19. Borell. nu. 356. Maſcard. de probat. q. 5. nu. 39. ver. ſed intellige lib. 1. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 88. num. 29. & lib. 2. c. 8. 69.* vbi *nu. ſeqq.* exemplificat, & extendit. *Reg. Sanfel. in praxi ſect. 50. nu. 14.*

156 21. Vbi teſtes in contumacia citati vltima die termini recipiuntur *Aſin. limit. 21. & 50. num. 4. Fert. vbi ſup. num. 45. aſſ. dec. 47. Anna ſing. 518. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 8. n. 321.*

157 22. Vbi teſtes per cognitorem deſtinatum ad cognoſcendum, an quis ſit idoneus ad dignitatē, ſeu beneficium, *Aſin. vbi ſup. limit. 24.*

158 23. Quando Iudex parte præſente, & non cōtradicente, teſtes in alia ciuitate intrà certum tempus recipiendos interlocutus ſit, quia tunc litteris miſſis, partis citatio non requiritur. *Aſin. limit. 23. Borell. vbi ſup. n. 357.*

159 24. In examine teſtium ad perpetuam rei memoriam contrà illum, cuius potentia timetur. *Aſin. limit. 29. Ricc. coll. 203. Burg. de modo proced. ex abrupt. q. 5. num. 120. Borrell. in ſumma deciſ. tom.*

160 *1. tit. 44. n. 167.* Etiam ſi examinentur in termino *Farinac. d. c. 2. num. 43. Sola ſuper decret. Sabaud. fol. mihi 351. nu. 20. Raudenſ. dec. 21. nu. 12. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 8. num. 120. & ſeqq.* vbi la-

161 tiſſime explicat. Sed quod etiam hoc caſu requiratur citatio, niſi ſimus in cauſa fidei, vel agatur de modico, vel nullo præiudicio, vt dicit *Port. concluſ. 43. limit. 12. lib. 1.*

162 25. Vbi non requiritur cauſæ cognitio *Marſil. in l. de vnoquoque num. 92. ff. de re iudic. Aſin. limit. 69. Viu. dec. 118. num. 14. Scacc de iudic. lib. 2. c. 8. num. 388.*

163 26. Quando periculum eſt in mora, & adeſt ſuſpicio fugæ *Iaſ. in l. admonendi ſub num. 189. ff. de Iure iur. in 2. repet. Crot. de teſtibus p. 7. fall. 6. n. 29. Soccin. ſen. conſ. 262. num. 10. lib. 2. Farinac. q. 72. cap. 2. num 36. Ricc. coll. 2491. Poſt. de manut. obſ. 79. nu. 5. Mauſon. de cauſ. execut. q. 4. nu. 13. Veſtr in praxi lib. 6. c. 2 ſub num. 3. Gail. lib. 1. obſ. 93. nu. 4. Maſcard. de probat. concluſ. 682. num. 41. concluſ. 1366. num. 10. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 8. nu. 83.* Ea ratione, quia vbi periculum eſt in mora recedimus à regulis Iuris communis *Marſ. in pract. crim. §. conſtante num. 7. & ſeqq. Gail. pract. obſ. lib. 1. obſ. 13. num. 4. obſ. 16. num. 9. & obſ. 102. nu. 5. 6. Scacc. ibid. n. 85.* vbi *nu. ſeqq.* exemplificat, & extendit.

164 27. Quandò pars, quæ non fuit legitimè citata, dedit interrogatoria, per quę fuerunt interrogati teſtes examinati. *Ricc. collect. 1408. Raudenſ. dec. num. 9. Farinac. d. c. 2. nu. 34.* Ea ratione quia dans interrogatoria videtur vti depoſitionibus teſtium *Gratian. diſcept. 550. num. 34. Caualer. dec. 275. num. 4. Rota poſt Poſthum de manut. dec. 445. num. 2. Put. dec. 301. lib. 3. Mantica ſ. n. de commiſſ. ſ. 2. commiſſ. 2. ſuper nullit. c. 1. n. 58. 59. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 8. n. 392.*

165 29. Quando pars, quæ debet citari eſſet contumax in non comparendo; poſtquam à principio cauſæ fuerit citata ad totam cauſam, & ad ſingulos actus in eadem citatione. *Ricc. coll. 1408.* poſt *Rein. dec. 8. de teſtibus in nou.* & ſic refert deciſum *in vna Pampilonenſ. Prioratus 21. Iunij 1599.*

166 30. Quando ipſa pars aduerſa comparuit, aut alias præſens fuit tempore, quo teſtes iurarunt; nam præſentia partis ſupplet defectum citationis *Rot. recent. dec. 15. nu. 13. Guazin. defenſ. 24. c. 9. num. 25. Farinac. d. q. 72. c. 2. nu. 75. Ricc. collect. 1753. Port. vbi ſup. num. 27. Idem Ricc. collect. 1408.* vbi etiam, quod quamuis in citatione ad videndum iurare teſtes non ſit deſignatus locus examinis, pro vt requiritur, tamen ſi pars citanda aliunde ſit bene inſtructa, & de eo conſtat, ſuſtinetur dic um examen. *Rota poſt Poſthum de manut. dec. 652. num. 1. idem Poſt. de manut. obſ. 84. num 25. & ſeqq.* vbi *num. 18. in fine* poſt *Fenzon. ad ſtatut. Vrb. lib. 1. c. 72. num. 1.* dicit non ſufficere quod pars fuerit præſens decreto, quo Iudex mandauerit teſtes examinari.

167 31. Quando teſtis vult reuocare priorem depoſitionem, quia de conſuetudine pars non citatur. *Scopp. de Iure non ſcript. lib. 3. c. 28.*

168 32. Quando eſt facta monitio parti præſenti, cuius pręſentia præſumitur ex ipſa monitione, adeo vt transferat onus probandi contrarium in aduerſarium *Farinac. q. 72. num. 66. Gratian. diſcept. 738 nu. 16. & 20. addit. ad Bursat. dec. 118. num. 19. lit. C. Poſt. de manut. obſ. 84. nu. 25. & 26.*

169 Si iudex admiſiſſet articulos, mandando illos intimari parti ad effectum videndi iurare teſtes, nam ſi intimatio ſubſequeretur; non eſſet neceſſaria alia citatio. *Poſt. d. obſ. 84. num. 29. Rota poſt 2. vol. conſ. Farinac. dec. 280. nu. 3.*

170 34. Si fuerit facta citatio in executionem decreti, quo Iudex mandauit citari partes ad videndum iurare teſtes, *Rot. recent. dec. 345. num. 2. ſ. 2. & 557. nu. 2. & 9. p. 4. Poſt. d. obſ. 84. n. 30.*

Digitized by Google

171 35. Quando adeſſet citatio generalis ad omnia ad cauſam pertinentia, nam ea includeret etiam citationem ad videndum iurare teſtes. *Poſt. d. obſ. 84. num. 31. addi ad Ludouiſ. dec. 268. nu. 12. Rot. recent. dec. 557. nu. 1. & 9. p. 4. Feuſon. ad ſtatuta vrbis lib. 1. c. 71. n. 7.*

172 36. Stante curſu longi temporis, quia præſumeretur citatio. *Ludouiſ. dec. 535. num. 6. Poſt. d. obſ. 84. nu. 32.* dicemus *n. 192. & ſeqq.*

173 37. Si ſit ſtylus, & conſuetudo in contrarium concludenter, & plenè, non autem per extraiudicialem informationem, ſeu fidem cauſidicorum probata, maximè ſi pars aduerſa vſa fuerit eodē modo procedendi *Poſt. d. obſ. 85. num. 33. & ſeqq.* Secus ſi non adſit ſtylus, etiam ſi ſit aſſignatus terminus ad probandum. *Poſt. n. 35.*

174 38. Quando eſt intimata certa dies ad probandum, & producendum teſtes. *Poſt. d. obſ. 84. num. 44. Farinac. de teſtibus q. 72. num. 24. Rota recent. dec. 604. nu. 4. p. 2.*

175 39. Quando defertur iuramentum ſuper damnis, iuxta terminos *l. ſi quando C. vnde vi*, cum tale iuramentum deferatur neceſſitate Iuris poſt alios *Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 8. n. 377.*

176 40. Ad probandum debitum, vel debitorem ſuſpectum de fuga *Mauſon. de cauſ. execut. q. 4. nu. 18. Farinac. d. c. 2. num. 37. Port. limit. 2.* diximus *ſup. de citat. reali.*

177 41. Quando teſtes recipiuntur virtute monitorialium excommunicationis timore, licet, vt probent, debeant repeti parte citata ad videndum iuramenta illorum *Bertrand. conſ. 112. num. 14. vol. 6. Oſaſcb. dec. 128. num. 13. Franc. Marc. dec. 803. in fine p. 2. Menoch. de arbitr. caſ. 109. num. 1. Manent. conſ. 24. & 91. Thor. vot. 17. num. 26. lib. 1. Giurba dec. 95. num. 1. & 2. Raudenſ. dec. 21. nu. 11. Perez de Lara in compend. vitæ humanæ c. 20. num. 12. Tuſc. lit. T. concluſ. 163. num. 32. Coſta ſicul. conſ. 40. num. 14. Andreol. contr. 270. Duran. dec. 329. num. 2. dec. 338. num. 1. p. 2. dec. 107. num. 17. dec. 212. num. 15. p. 1.* quamuis non deſint contrarij apud *Danza de pugna DD tit. de teſtibus c. 2.* Niſi ſint mortui, quia probata eorum bona vita, probant *Coſta vbi ſup. Vin. dec. 78. Fontanell. dec. 183. num. 11. Thor. p. 3. compend.* verb. *teſtis*, vel niſi ſit Sacerdos, qui deponat *Ruiz. dec. 4. Rot. litium R. ec. coll. 3869. p. 8.* Cōmpetit tamen parti aduerſæ repulſa, vt decisum refert per S.C. *Thor. d. vot. 17. num. 85. p. 1.* diximus *in obſeru. ad conſ. 13. num. 47. & ſeqq. lib. 2. R. Reuiti.*

178 42. In poſſeſſorio ſummario, vbi teſtes parte inciatata recepti pleniſſimè probant. *Rolan. à Valle conſ. 8. num. 8. lib. 4. Maſcard. de probat. concluſ. 1366. num. 9. lib. 3. Coſt. conſ. 2. num. 66. Burg. de modo proced. ex abrupt. q. 5. num. 12. Farinac. vbi ſup. nu. 71. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 8. nu. 393.* licet contrarium dixerimus, & melius *ſup.*

179 43. In probando Clericatu, non ad obtinendam fori remiſſionem, ſed vt laicus debeat ſuperſedere *Graſſ. de effect. cleric. in præiud. num. 215. & ſeqq.* qui loquitur in alijs terminis *Port. vbi ſup. limit. 46.* & dicemus *infra Baron. de citat. q. 19. nu. 44.* vbi dicit, non requiri citationem quando clericus captus à Curia ſeculari vult oſtendere ſe clericum, quia poteſt hoc facere ſine partis citatione, ea ratione quia cum clericatus ſit probandus coram iudice Eccleſiaſtico, coram laico non dicitur fieri in vim plenæ probationis, ſed potius inſtructionis.

180 44. Quando eſt timor mortis, vel abſentiæ ipſorum teſtium, vel aliàs eſt periculum amiſſionis facultatis probandi, quia tunc poſſunt recipi, etiam lite non conteſtata, nedum parte non citata *Caluol. in praxi §. citatio num. 7. Farinac. d. c. 2. nu. 38.*

181 45. Quando depoſitio teſtis eſſet veriſimilis. *Farinac. d. q. 72. cap. 2. nu. 70.*

182 46. Quando teſtes examinantur pro informatione Curiæ *Cartar. dec. 62. num. 13. Gratian. dec. 231. nu. 7. & 8.* diximus *ſup. num. 103. & ſeqq.*

183 47. Quando examinantur teſtes in cauſa filiationis, nam tunc non requiritur citatio, *Bart. & Comm. in l. fin. C. de edict. D. Adr. Aſin. in praxi §. 7. c. 5. limit. 137. Montan. ad Olib. de action. p. 2. lib. 1. cap. 35. num. 13.*

184 48. Et vbicūq, deficeret relatio, & executio citationis, vel citatio eſſet vaga, ſeu aliàs nulla ſanaretur per comparitionem, & perſeuerantiam in iudicio occaſione eiuſdem actus *Saluſt. Tiber. in p. act. A. C. lib. 2. cap. 16. num. 10. Gratian. diſcept. 156. nu. 1. & ſeqq. Mantica dec. 352. num. 9. & 10. Poſt. de manut. obſ. 84. nu. 46. & ſeqq.*

185 49. Vt non procedat quo ad validitatem ſententiæ, quia licet teſtes in proceſſu ſint examinati parte non citata, tamen ſententia non proptcrea eſſet nulla, ſed ſolum remaneret iniuſta, quia poſſunt hæc ſimul ſtare, quod teſtes ſint nulliter recepti propter omiſſam partis citationem, & ſententia non ſit nulla, vt reſolutum fuiſſe in *Rota Rom.* dicit *Molhed. dec. 6.* alias *290. de teſtibus* ratio eſt quia probationes non ſunt de ſubſtantia ſententiæ, ſeu iudicij *Scacc. de iudic. lib. 1. c. 97. ſub num. 198.* vbi *nu. ſeq.* declarat, *& nos* dicemus *in rubr. ſeq.*

186 Adeo requiritur citatio partis ad videndum iuramenta teſtium, quod ſi citetur procurator partis principalis, & ille ſubſtituat alium ad videndum talia iuramenta teſtium examinandorū in partibus, ſi non citetur dictus ſubſtitutus, & examen recipiatur, nulliter recipitur *Laurent. deciſ. Auen. 69.* qui ſecus dicit, exiſtente in contrarium conſuetudine *Maſcard. concluſ. 681. num. 11. Rota* apud *Seraph. deciſ. 100. nu. 3.* & eſſe praxim noſtrorum Tribunalium dicit *Dom. Petra in tit. 145. num. 13.* Et in partibus non eſſe neceſſariam aliam citationem dicunt *Cauenſ. in tit. 158. Vintrigl. in praxi rerum notabil. lib. 1. de citat. ad vid. iur. teſtes annot. 31. §. 1. nu. 7. Muſcatell. in praxi gl. ſuſpectorum. n. 27.*

187 Alios caſus, in quibus citatio partis non requiritur ponunt *Nicell. in concord. gl. concord. 52. num 224.* vbi ponit 115. caſus per fallentias *Gabriel de citat. concluſ. 1. num. 302. & ſeqq.* qui ponit caſus 130. *Aſin. in praxi §. 7. c. 5.* qui ponit caſus 145. *Guazin. defenſ. 24. c. 9.*

188 Quibus fallentijs cognitis, eſt ſciendum circa *ſup.* dicta, quod ſi pars citata non compareat valet receptio teſtium. *Farinac. d. c. 2. n. 77.*

189 Talis citatio non eſt neceſſe, quod ſit perſonaliter facta, ſed ſufficit ad domum, quando alias

ad-

aduerſarius fuit in iudicio, imò ſi poſt litem conteſtatam ſe abſentet, & non habet dumum ſolitæ habitationis, poteſt citari per proclama. *Farinac. d.c.2. num.78.*

190 Sufficit vna citatio, nec trina, & peremptoria requiritur *Farinac. d.c.2. n.82.*

191 Requiritur in actu depoſitionis, & iuramenti, vt aduertit *Farinac. d.c.2. n.83.*

192 Eſt benè verum, citationem in examine teſtium præſumi ex curſu longi temporis *Gabriel tit. de citat. concluſ. 1. num. 36. Ludouiſ. dec. 535. nu. 6.* vbi agit in caſu, quo ferè 40. anni erant elapſi

193 Quod procedit ſi aliquo caſu producatur eorum examen abſque proceſſus, vt dicit *Ludouiſ. ibid.* Nam ſi exhiberetur proceſſu, & apparet teſtes non fuiſſe citatos, & tunc non eſt locus præſumptioni *Paul. de Caſtr. conſ. 81. num. 3 lib. 2.* quem ſequuta fuit *Rot. Rom. in vna Senogall. Syluæ 24. Maij 1577. coram Cotta Ludouiſ. dec. 416. nu. 5. 6. Dom. Petra in tit. 94. nu. 17. Larrea alleg. 107. nu. 11. 12. & per tot. Rot. Rom. dec. 171. n. 3. poſt Tract. Poſtij de manut.* & præſumptio cedit veritati *l. fin. in princ. ff. quod metus cauſa l. naptura in fine ff. de iure dot.* Et vbi de Iure præſumitur aliqua ſollenitas ceſſat dicta præſumptio, quando ex facie ſcripturæ, vel actorum apparet illam non interueniſſe *Surd. conſ. 28. nu. 110. & ſeqq. Menoch. conſ. 80. num. 25. lib. 2. Rot. Rom.* apud *Add. ad Ludouiſ. d. dec. 416. n. 8.* vbi poſt alias deciſ. *Rot. Rom.* ait negatiuam probari ex inſpectione, & reuolutio-

194 ne actorum. Eſt neceſſaria citatio in publicatione teſtium. *Gabriel d. concluſ. 1. nu. 122. & 230.*

195 Siuè loquamur de publicatione teſtium, quando rediguntur in publicam formam, ſiue loquamur de publicatione teſtium, quando Iudex teſtificata mandat aperiri partibus. *Medic. exam. 95. nu. 38. Port. concluſ 43. ampl. 27. & 56. Gabriel d. tit. 1. nu. 124. & 125.*

196 Verum ſententia lata teſtibus non publicatis non eſt nulla. *Dec. in cap. conſuluit num. 5. de offic. deleg.* nam ſuprema Tribunalia non curant de publicatione *Guid. Pap. dec. 586.* ſicut nec Rota Rom. *Ludouiſ. dec. 535. num. 11.* vbi *add.* citat *Farinac. q. 75. n. 6. & ſeqq. & num. 11. Aſſ. dec. 28.* qui dicit, non eſſe nullam ſententiam latam examinatis teſtibus non citata parte ad videndum illos iurare, ea ratione quia probationes non ſunt de ſubſtantia iudicis, cum poſſit moueri Iudex ad ſententiandum ex confeſſione extraiudiciali partium, vel ex alijs, de qua re dicemus latè *rubr. ſeq.*

197 Eſt neceſſaria citatio in productione, & præſentatione actorum, & inſtrumentorum, & ſcripturarum coram Iudice, & notario. *Innoc. in c. cum contingat col. 2. in gl.* in verb. *poſtulata de reſcript.* diximus *ſup. num. 52. verſ. item quando.*

198 Idem eſt ſi præſententur ſtatuta in alio foro *Gabriel d. num. 112.*

199 Niſi præſentententur inſtrumenta infrà terminũ datum ad probandum. *Canenſ. & Caraan.* per illum *ritum ſuper rit. M. C. V. 242. Maranta in ſpec. p. 6. act. 8. num. 35. Maſcatell. in praxi S. C. p. 7. gl. præſentatas D. Petra in d. rit. 242. num. 1.* Vel niſi

200 ſcripturæ præſententur vltima die termini. *Caraan. d. rit. 242. Muſcatell. vbi ſup. Card. Tuſc. lit.*

201 *T. concluſ. 69.* Vel niſi præſententur ſolum ad iudicis inſtructionem. *Bal. in l. ſi qua per calumniam C. de Epiſc. & cleric. Ricc. reſol. 12. Borrell. d. tit. 44. n. 164. & 165.*

202 Requiritur citatio in delatione iuramenti ſuppletorij. *Port. d. concluſ. 43. ampl. 62. Gabriel d. concluſ. 1. num. 240. & 241. Intrig. ſing. 170. n. 26. lib. 2. Nouar. ſuper pragm. in rubr. de citat. num. 56. Borrell. d. tit. 44. num. 222. Ricc. dec. 87. num. 25. p.*

203 *2. Capic. dec. 35.* Et in delatione iuramenti per horreſcentiæ *Maranta conſ. 113. col. 2.*

204 Requiritur citatio in admiſſione probationis poſt terminum *Felin. in cap. licet cauſam col. 12. de*

205 *probat.* Et ſi admittatur per proceſſum ad vlteriora *Gabriel d. concluſ. 1. num 298. Port. loco cit. ampl. 116. Grammat. conſ. ciuil. 76. col. 2.*

206 Requiritur in perquiſitionibus, & informationibus, quæ petuntur à vicinis. *Alex. conſ. 140. col. 4. vol. 7.*

207 Requiritur in tacita reiectione, & receptione exceptionum per proceſſum ad vlteriora *Felin. poſt Alexan. in cap. ſuborta col. 5. fall. 6. de re iudic. Port. ſup. ampl. 107. & 112. Gabriel d. concluſ. 1. num.*

208 *293.* Sed *Dec. in cap. nonnulli de reſcript. num. 21. de teſtib. us* dicit, quod in proceſſu ad vlteriora, non requiritur citatio, per doctrinam *Abb. in d. cap.*

209 Requiritur in publicatione proceſſus *Bal. in l. ſi ſta col. 2. verſ. quæro ff. de re iudic. & in l. ſi quando C. de teſtam. & conſ. 228. Socc. de citat. col. 3. Gabriel d. concluſ. 1. nu. 126. Port. vbi ſup. ampl. 28. Borrell. d. tit. 44. n. 169.*

210 Quæ concluſio ampliatur in qualibet publicatione alterius ſcripturæ, quæ publicam formam facere debet ad perpetuam reimemoriam, vt notatur *in l. publicati*, & ibi notat *Bald. C. de teſtibus Guid. Pap. conſ. 28.*

211 Sed difficultas hic eſt, ſi fuerit compilatus proceſſus, & fuerit repertum publicationem non fuiſſe notificatam, vel concluſionem, an ſit nullus proceſſus? Quæſtio hæc pendet à videndo an publicatio, & concluſio ſit ſimpliciter neceſſaria in proceſſu, ità quod ſi illa non ſit facta ſit nullus proceſſus. Nam ſi eſt ſimpliciter neceſſaria, & non fuerit citata pars in illa, certe eſt nullus proceſſus, ſecus ſi non eſt ſimpliciter neceſſaria, de hoc articulo dicemus *in rubr. de nullitate ex defectu proceſſus. diximus n. 196.*

212 Requiritur citatio ad ſententiam, etiam in cauſis ſummarijs, alias eſt nulla non ſolum ſi ſit pronunciata contrà non citatom, ſed etiam in eius fauorem, nec valet ſtatutum, quod ſententia ſine citatione valeat *clem. ſæpe §. & qui.* & ibi *Card. not. 15. de verb. ſignif. c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Scacc. de Iudic. lib. 1. c. 88. & lib. 2. cap. 9. num. 241. & cap. 2. num. 397. & ſeqq. Poſt. de manut. obſ. 12. num. 58. & dec.* poſt *tract. 292. & 622. Cortiad. dec. 24. num. 169. Ludouiſ. dec. 576. nu. 1. Aſſ. dec. 283. Rot.* poſt *Scacc. de appell. dec. 65. D. Petra in tit. 122. Salgad. de reg. protect. ſol. 410. nu. 252. R. Marin. ad Reuert. dec. 273. num. 3. Scacc. de ſent. & re iud. gl. 9. q. 1. n. 36. Farinac. in repert. iud. q. 62. à nu. 18. Hier. de Leo reſp.* poſt *deciſ. 73. nu. 149. lib. 2. Barboſ. in cap. conſuluit num. 2. de offic. & poteſt. Iud. deleg. Ricc. dec. 87. n. 4. 5. 6. p. 2.* quid quid dicat *Carell. orat. 24 num. 17.* non requiri in ſummarijs. *Viu. commun. opin.* verb. *ſententia nu. 1. 2. 3.*

2.3.*Tuſc.lit.C.concluſ.268.à nu.32.& 56.& conclu/.269. Aff.dec.346. Borrell.in ſumma decrſ.tit.* 44.*num.*123.& 131.vbi *n.*132.dicit, latam in fauorem non citati, eſſe validam *Abrux.ſuper prag.vnic.de modo procrd.ſumm. & de plano p.2.c.*1.*eff.*38.*num.*52.vbi idem dicit ſtante diſpoſitione *d.prag.*etiam ſi procedatur ſimpliciter, & de plano *Barboſ.in d.clem. ſæpe de verb.ſignific. Gra-*
213 *tian.diſcept.*156. *num.*32. *Ricc.in in praxi tom.* 4.*reſol.*31. *in fine.* Iuris ordine non ſeruato, &
214 facultate procedendi de facto *Menoch. conſ.* 573.*num.*17.*addit.ad Ludouiſ.dec.*545.*nu.*6. Etiã
215 ſi Iudex hãbeat liberam, & abſolutam poteſtatem *Gratian.diſcept.*510.*num.*9. & *diſcept.*898.*n.* 15.16.*Caluol.§.citatio concluſ.*6.*n.*17.
216 Requiritur etiam ſi ſit ſententia Regis *Fe. Bernard. Comenſ.in lucern. Inquiſit.* verb. *citatus Surd.conſ.*99.*nu.*27.28. *Franch.dec.*457. *Carpan. ad ſtatut.Mediol.c.*31.*num.*4.11.12.*Parexa de inſtrum.edit.tit.*7.*reſol.*2.*nu.*23.
217 Eſt citandus ad ſententiam, etiam ille, qui eſt contumax in toto proceſſu *Cauall.q.*808. *num.*2. *Gabriel concluſ.*1.*nu.*301. vbi ampliat concluſionem principalem eſto ſit declaratoria incurſus
218 pœnæ ipſo facto. Etiam ſi aliàs citatus dixerit ſe nolle venire. *Card.in clem.*1.*oppoſ.*4.*de dolo, & contum.Ludouiſ.dec.*518. *nu.* qui hoc intelligit ſi eſt citatus ad totam cauſam, ſecus ſi eſt citatus ad vnum articulum, & hoc dixerit, nam quo ad illum articulum non debet citari, ſecus quo ad alios, vt dicemus *infra lim.*15.
219 Nullitas huius citationis eſt inſanabilis, etiam ſtante commiſſione ſanatoria *Thomat.dec.*97. *nu.* 6.*Caualer.dec.*396.*nu.*1.& 6.[*Rot.recent.dec.*312. *num.*2.4.& *dec.*486.*num.*2.*p.*4.etiam quod aliqui fuerunt citati, & aliqui non *Caualer.d.dec.*396. *n.*2.Atque etiam quod eſſent citationes pro alijs diebus *Rota dict.dec.recent.*312.*nu.*4.*p.*4. Eſt verò ſanabilis, ſi citatio non ſit clare ad ſententiã, pro vt requiritur, ſed ſit facta ad videndum pronunciari, decerni, & ordinari, prout iuris fuerit, nam tunc cum non adſit totalis defectus citationis poteſt ſanari *Rota recent.dec.*486. *num.*2.*p.*4. *Poſt.de manut.obſ.*102.*num.*15.
220 In Regno Noſtro Neap.non requiritur talis citatio ad ſententiam, ſed loco illius facta concluſione in cauſa, fit monitio, ſeu mandatum per cõmiſſarium cauſæ ad dicendum,& allegandum *Aff.dec.*381.*R.Galeot.contr.*19.*nu* 36.*lib.*1.
221 In Conciſtorio Principis ſi in proceſſu eſſet facta concluſio, ſententia non eſſet nulla ſi deficeret citatio ad ſententiam, quia tunc illa eſſet de iure poſitiuo; quæ non attenditur *Aff.dec.*283.*n.* 6.*Vant.rubr.vl.nu.*107.
222 In Hiſpania actus cõcluſionis habet vim citationis ad ſententiam, vt pluries *Rota* reſoluit, ſignanter *in Toletana admiſſ.fenrſtra* 27.*Iun.*1577. *coram Bubalo, & in burg.iuris ædificandi* 21.*Aprilis* 1586.*coram Orano Ludouiſ.dec.*140. *num.*2. & ibi *addit.num.*11.*Salgad de reg.protect.p.*3. *cap.*9. *num.*252.*Rota* poſt *Scacc.de appell.dec.*72. *nu.*2. *in fine Ludouiſ.dec.*576.*num.*5.*R.Galeot.contr.*19. *num.*38.*lib.*1.*Parexa de inſtr.edit.tit.*7.*reſ.*2.*num.* 17.& *tit.*6.*reſ.*3.*nu.*122.
223 In locis vbi concluſio habet vim citationis de ſtylo, talis ſtylus debet probari vigere in tali loco, vt deciſum refert per *Rot.Rom.Addit.ad Ludouiſ.d.dec.*140.*nu.*12. Et Iudex debet habere cauſam pro concluſa, vel ſuper hoc interponat aliquod decretum, cum ſola inſtantia partis ad illũ effectum non ſufficiat, vt deciſũ refert *Add.ibid.n.*
224 13. Et vbi concluſio habet vim citationis ad ſententiam, non procedit, quando ſententia eſt lata longè poſt concluſionem in cauſa, quia tunc requiritur noua citatio ad ſententiam, deciſum refert per Rotã Rom. *Add.ad Ludouiſ.ib.n.*14. Et ſi poſt cõcluſionẽ in cauſa fiat citatio ad ſentẽtiã, ſed nulliter, ſubſtinetur ſentẽtia ex cõcluſione in cauſa, & illa citatio ad ſententiã vti nõ neceſſaria nõ vitiat, vt deciſũ refert per *Rot.Add.ibid.n.*15.
225 Concluſio in cauſa circumducitur per admiſſionem nouorum iurium, etiam ſi admiſſio fuiſſet facta cum clauſula præſeruatiua, *ſine præiudicio concluſionis, ſeu termini habiti pro ſeruato*, & ſic hoc caſu requiritur citatio ad ſententiam, aliàs nulliter proceditur, vt decidit *Rota in deciſ.impreſſa per Marchrſan.de commiſſ.tom.*1. *fol.*1222. *Grat. diſcept.*428.*add.ad Ludouiſ.vbi ſup. num.*17. *Idem Gratian.diſcept.*156. *nu.*37. Imo requiri aliam concluſionem, vbi eſt reſciſſa concluſio per reſtitutionem petitam, & obtemptam per minorem apud nos dicit *Aff. dec.*115. *Fontanell.dec.*104. vbi dicis quid de iure hiſpano, non ſolum eſt
226 neceſſaria citatio ad ſententiam diffinitiuam, ſed etiam ad quamlibes interloqnutoriam, in qua pars poteſt lædi, *Caluol.in praxi* verb. *citatio num.* 68.*Corn.conſ.*46.*p.*2.*lit.P.Barboſ.in l.ſi ſuſteptis nu.* 17. *de tanſ.poſſeſſ.* Et ſic in interloquutorijs, quę
227 requirunt cauſæ cognitionem *l.n procedente C.de dilat.Bar.in l.nequicquam §. vbi decretum ff. de offic.proconſul Vin.in commun.opin.* verb.*ſentrn. nu.*9.*ampl.*3.*Brun.a Sol.in comp.reſol.* verb.*citatio.*
228 Et hic infertur, quod etiam in commiſſione agrimenſoris ad menſurandum agrum, eſt neceſſaria partis citatio *l.generaliter §.ſenul. C.de reb. credit.l.*3.*C.de fin.regund. Rota Rom.apud Merlin. dec.*39.*num.*6.& *dec.*468.*nu.*1. *Ludouiſ.dec.*345. *num.*8.9.*Rota dec.*515.*num.*14.15.*p.*1.*recent.Durant.dec.*142.*num.*5.*Francrſ.var.cap.*19. *nu.*8. & *ſeqq.Borrell.d.tit.*44.*n.*191. diximus latè *ſup.q.*7.
229 Sic etiam requiritur citatio in abſolutione Iudicis *Gabriel d.concluſ.*1.*num.*158. *Pont.concluſ.* 43.*ampl.*77.*lib.*2.*Borrell.tit.*44.*nu.*135.& *n.*256.
230 In tantum quis ad ſententiam eſt citandus, vt in ſpecie, & præciſe ad ſententiam citari debeat *c.eum qui de dolo, & contumac.in* 6. & ibi *gl.Gemin. Franc. & gl.in clem.ſæpe de verb.ſignific.Rot. in nou.dec.*27.*de re iudic.Seraphin.dec.*1118. *nu.* 2. *Rot.in recent.p.*1.*dec.*18.*nu.*2. & *p.*2.*dec.*141. *num.*3.*Vbert.de citat.c.*9.*num.*412.& non ſufficit citari ad audiendam voluntatem iudicis. *Butr.in cap. ſæpe de appellat. Nouar.ſuper pragm.in rubr.de citat.n.*59.*Borrell.d.tit.*44. *nu.*257.*Barboſ.in clem. ſæpi contingit num.*24.& 25.*de verb.ſignific.Ricc. in praxi fori Eccleſ.tom.*3.*reſol.*31. *num.*2. & *reſol.* 33.*num.*5.*Scacc.de citat.art.*20.*num.*48.*Rom.ſing.* 372. *Barb. in rubr. de teſtam. col.*18. *in fin.Imol. in cap.conſuluit de offic.delegat. Alex.in l.ſi finita §.Iulianus col.*12.*de damno infect. Io:de Anania in cap.ad petitionem de accuſat.* Ricc.*collect.*1753. & 1470.

& 1470.*Caluol.concluſ.4.*verb.*citatio nu.13.Carpan.ſuper ſtatut Mediol.c.5. nu.57. Gabriel d.concluſ.1. nu.300. Vin.deciſ.154. n.4. Rot.Rom.dec.342.in nouiſ.Rota dec.141. num.3.* apud *Farinac.p.2.eadem Rota dec.18.num.2.p.1.recent.Barboſ.in clem ſæpè num.24.25. de verb.ſignific.* Ratio eſt quia ſententia non debet continere voluntatem Iudicis,ſed iudicium *DD.ſup.cit.*Etiam cum verbo *peremptoriè* R*ot.in recentiſſ.dec.651. num.2.p.1.*

Sed *Dec.in c.conſuluit de offic.deleg.num.67. &* 68.dicit,quod ſi talis citatio fieret poſt concluſũ in cauſa,valeret , quia intelligeretur de ſententia. Sed contra *Dec.*verior eſt concluſio , quam fundat *Carpan.d.c.5.num.37.Farinac.in repert.iudic.Tuſc.concluſ.231.n.1.&* 17.vbi dicit , quod citatio debet continere, quod compareat ad audiendum ſententiam , *& concluſ.232.n num.13. & concluſ.269.n.5.* Ideò non valeret cum clau-
231 ſula; *quod certis diebus effluxis Iudex determinabit cauſam Rot.in recent.p.2.dec.486. nu.7.Ludouiſ.dec.209.n.4.&* ibi *Add.n.7.*

232 Nec ſufficit citatio ad videndum fieri , quod de Iure eſt faciendum *Caualer. dec.376. num.2. Vbert.de citat.c.9.n.412.*

233 Niſi in Rota Rom. adeſſet reſcriptum ſanatorium, quia ſententia ex inde lata ſubſtineretur R*ot.in recentiſſ.dec.486.num.2.p.2.* Nec etiam
234 ſufficeret pro citatione ad ſententiam, monitio per Iudicẽ facta,ad informandũ de Iure ſuo infrà tridnũ.*Rot.in recen.dec.429.n.1.p.1.*nec ſufficeret
235 citatio ad videndum ad vlteriora procedi , vel ad videndum fieri quamcumque ordinationem, ſeu prouiſionem *Rota dec.172.* poſt *Scacc.de ap-*
236 *pellat.* Intantum eſt neceſſaria citatio ad ſententiam, vt ſi quis citetur ad omnes , & ſingulos actus , & non ſit dictum vſque ad ſententiam *incluſiuè*,vel ad totam cauſam , de nouo ad ſententiam citari debet,etiam quod adſit clauſula; *aliàs procedetur prout iuris eſt.Franch.dec.457.*vbi *in obſeruat.num.8.in fine* me impugnat *D. Luca* vbi dicit me *in obſeruat.ad conſ.85. R. Romit lib. 1.num.13.*tenere in crimine furti, quamuis furato competant duæ actiones,criminalis ad vindictam, & ciuilis ad intereſſe, non poſſe furatum vtramque intentare, ſed electa vna , aliam ceſſare,Sed talis impugnatio,quam infeliciter ei euenerit quiſque videt,dum,cum voluerit me parum doctum indicare , ſe neſcientem legere oſtendit, nam bene legenti notum eſt, me contrarium ibi dixiſſe,vt ſcil.intentata , & finita actione criminali , poſſit intentari ciuilis , & è contra;parcat *D.Luca*, dum pro honore omnia liceut . Non
237 tamen eſt neceſſaria citatio ad ſententiam, quando pars à principio fuit citata ad totam cauſam. *Vant.hic n.109. & rubr.vl.nu.131.Aſin.in praxi §.7.c.5.limit.71.Gail.obſ.109.lib.1. Macerat.lib.2.var.c.12.nu.7.*

238 Secus ſi poſt primam citationem comparuiſſet apud acta, nam tunc eſt citandus ad ſententiam, & ad omnes alios actus iudiciales, cum talis citatio generalis ſit reſoluta *Scacc. de Iudic.lib.1. c.83.num.9.& ſeqq. Parexa de inſtr.edit.tit.7.reſol.*
239 *2.num.24.*Non tamen procedit dicta concluſio in cauſis, in quibus eſt neceſſaria litis conteſtatio. *Bal.conſ.4.lib.5.*Ea ratione quia lite non conteſtata non poteſt deueniri ad ſententiam diffinitiuam,ſequitur *Scaccia de iudic. d.c.88.nu.16.verſ.ſed in his.*

240 Citatio ad ſententiam debet continere diem certum, puta *venias ad audiendum ſententiam die 20.talis menſis Seraphin.dec.597. num.6.* &
241 ſententia lata extrà illum diem nullitatis vitio laborat *Scacc.de iudic.lib.1.cap.91.num.12.& lib.2.cap.81.num.27. & 29. & de ſententia gl.9.num.37.Cortiad.dec.24.num.169.Gratian.diſcept.156.num.33.Thomat.dec.23.num.91.Poſſius de manut.obſ.102.num.54. Ludouiſ.dec.546. num.6.* Poſſet
242 ſubſtineri ſi ſẽtẽtia proferretur in die immediate ſequenti,dummodo Iudex prorogaſſet prolationem ſententiæ in alterum diem , aliàs requireretur noua citatio *Gratian. ibid.& diſcept.333. num.19.Ricc in praxi for.eccleſ.tom.4.reſol.31.ſub num.5.Carpan.ad ſtatut.Mediol.c.31.nu.28. Bald.de Angel in l.4.C.de diuerſ.reſcript. num.2. Poſſius de manut.obſ.102.n.15.*

243 De ſtylo Curiæ Capitoli Vrbis , citatio ad aliam primam diem diffunditur *Luc.Pet.in pract.lib.2.cap.15.nu.8.* quæ diffuſio requirit præſentiam partis *Fenzon.ad ſtatut. Vrbis lib.1. cap.51. num.32.*

244 Poſſet etiam ſubſtineri , ſi Iudex pronunciet *prout in cedula* , qui modus pronunciandi validus eſt *Bal.in l.3.num.12.C.de ſent.quæ ſine cert.quãt. & in l.1.ad fin. C.de ſent.ex breu.recit. Becc.conſ.67.num.36.Veſtr.in praxi lib.7.cap.1.nu.12. Rot.dec.705.num.3.p.3.lib.3.diuerſ.& dec.252. nu.2.*
245 *p.1.* dummodo conſtet tunc temporis fuiſſe ſcriptam, & exhibitam , ant publicatam in rerum ſententiam *Pariſ.conſ.49.num.91. lib.7. Paleot.dec.350.Gratian.diſcept.438.num.9. Scacc.de ſententia gl.9 num.39.& ſeqq.* Ideo non eſt appo-
246 nenda dies ſubſcriptionis in ſententia,ſed omnia ponenda ſunt ſub die pronunciationis *Rota dec.705.p.3.lib.3.diuerſ.Gratian.ſup. n.9.10. Ludouiſ.& add.dec.546.num.7.&* 16.

247 Citatio pro certa die, & ſucceſſiuè pro ſingulis diebus, & horis durante inſtantia , an valeat? quod non valeat facit, quia eſt nimis vaga , & inducit ſpeciem ſeruitutis , cum debeat citatus ſemper adeſſe.*Bal.conſ.268. vol.1.* canonizato in Rota apud *Creſcent.dec.11.num.1.de dolo,& contum.*& apud *Capntaqu. dec.108.p.1. Put.dec.258.p.1.dec.152. p.2. Rota* apud *Ludouiſ.dec.140.nu.1.& dec.71.num.3.* vbi *addit.* refert alias *Rota deciſ. Viu.dec.154.* qui omnes dicunt,ſententiam latam non in dicta certa die,nec in die immediatè ſequenti,non valere ad *tex. in l.cum eo die* vbi *Bar. Paul. de Caſtr. & alij C.quando prou. non eſt neceſſe cap.conſuluit de offic.deleg.Tuſc.lit.C. conc.233.num.1.& 254.num.9. Borrell.in ſumma deciſ.tit.44.num.245.Nouar.infrà num.66. Gratian.diſcept.156.n.31.*

248 Subſtinetur tamen per aliquos paucos dies. *Rota dec.311.num.7.p.1.diuerſ.Rota deciſ.307.ſub num.9.p.1.in recent.in Beneuentana Terrarum 3. Decembr.1599.coram Card.Sacrato , & in Toletana hered.6.Iunij 1618.coram Andrea* in quibus dicitur ſubſtineri per duos dies *Epiſc. Maranta reſp.85.num.32.lib.4. addit.ad Ludouiſ.dec.71.nu.6.No-*

Digitized by Google

6.Nouar.ſuper prag.in rubr.de citat.num.67. non
autem per ſex dies, vt deciſum refert per *Rotam
Rom.* apud *Scacc.de appell.dec.72. Gratian. ſuprà
num.33.*

249 Subſtinetur etiam pro toto tempore probato-
rio *Seraph.dec.1498.num.1. Rot.dec.393. num.6.
p.1. in rec.* fuit deciſum in *nullius Iuriſd.18.Iun.
1617.coram Pirouano,* vbi fuit dictum contrariũ
procedere quando non eſt præfixus certus termi-
nus probatorius *add.ad Ludouiſ.dict.dec.71.nu.6.*

250 Subſtinetur etiam ſententia lata ob citationẽ
generalem ad totam cauſam in ſingulis diebus,
& horis, & ad omnes, & ſingulos actus eiuſdem
cauſæ, vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè.
Tepat.var.tit.de in ius voc. verſ.*datur conſilium
Borrell.d.tit.44.n.482.*

251 In noſtris Tribunalibus Neap. ſubſtinetur
huiuſmodi citatio per menſem, ſcil. dies 30. *Aſſl.
in conſtit.regni* incip.*accuſatorem* 4.*not.Frece.de
liquid.inſtr.4.conſid.Franc.dec.471.* ſi citatus ſit in
Ciuitate, ſecus ſi ſit in regno, nã tunc expectatur
per duos menſes *Curauit.in rit.123.n.8. Aſſl.in d.
conſtit.edictorum q.8.num.27.in fine.* ſic ſeruari in
Prouincia Principatus Citrà, & in Curia Neap.
dicit *Ricc.dec.83.lib.1.*

252 De ſtylo admitti hanc citationem, dicit *Dom.
Matanta Reſp.* 85.*n.31. lib.* 4. ex quo nullitas
hæc non dicitur ex defectu iuris naturalis, ſed
Iuris poſitiui.

253 Non ſolum pars debet citari ad ſententiam
à Iudice, ſed iterum à delegato ſi Iudex poſt ci-
tationem cauſam delegauit *Spec. de citat. verb.
martuo, Roman. ſing.* 208.*Gabriel d.conclus.1. num.
120. Port.loco cit.ampl.25.Gratian. cap.108.à nu.
2.3.4. Ripol.vao.tit.de citat. n.126.* vbi limitat ſi
citaſſet ad audiendam ſententiam proferendam
ab ipſo, vel delegato.

254 Et etiam à ſucceſſore *Gabriel commun.concluſ.
tit.de citat.concluſ.2.à num.120. Gratian.dec.108.
Franch.dec.457. R.Capic.Latro dec.69.ſub nu.12.
D.Petra in rit.94.ſub num.11.*

255 Si verò eſſemus in iudicibus conſtituentibus
idem Tribunal per hebdomadas, qui alternatim
cetera negotia expediunt, & vnus ac alius pro-
nunciat, tunc non erit noua citatio neceſſaria,
prout etiam in Epiſcopo, qui poſt quam citauit
ad ſententiam remiſit cauſam pronunciandam
ſuo Vicario generali, quia factum vnius dicitur
factum alterius, cum ſit idem auditorium *Gratian.
in addit.ad ſuas deciſ.108.n.7.*

256 Ideo in dictis Iudicibus ſententia ab vno
prolata, poteſt ab alio ſubſcribi abſque citatio-
ne *Gratian.d.dec.108.num.8. Put.dec.348. num.1.
& ſeq.lib.1.Scacc.de ſent. & re iudic.gl.9. n.55.*

257 Talis citatio ad ſententiam, debet eſſe peremp-
toria *Dec.in cap.conſuluit num.62. de offic. deleg.
Socin.art.20.num.48.& art.27.nu.13. Ricc.col-
lect.1536.Carpan.d.c.5.num.19. Barboſ.in l.ad pe-
remptorium num.96. ff.de iudic.* Et pars quæ fuit
258 præſens ad totum proceſſum, debet nihilomi-
nus citari peremptoriè ad audiendum ſententiã,
niſi ſit præſens, & monita aſſiduè. *Carpan.d.c.5.*
259 *num.3.* Peremptoria citatio non requiritur in
cauſis ſummaria *Carpan.d.c.5.num.21.* Neque in
260 cauſa beneficiali in Curia Romana, *Rot.
dec.269.*

261 Citatio non ſolum eſt neceſſaria ad ſententiã
ipſam, ſed ad interpretationem ſententiæ. *Bar.in
l.ab executore col.3. de appell. Bal.in l.ea quæ C.
commun. vel epiſt. Gabriel d. concluſ.1. num.289.
Barboſ.in l.ſi quis intentione 66.ff.de iudic.à num.
116.* vbi *num.127.* limitat quando Iudex funda-
ret ſuam declarationem in actis proceſſus.

262 Non ſolum ad ſententiam Iudicis, ſed etiam
ad laudum arbitri eſt neceſſaria citatio *l.diem
ferre §.ſi quis litigatorum ff. de arbitr.Caluol.in pra-
xi §.citatio concluſ.6. num.69.Gabriel concluſ.1.n.
44.Borrell.tit.44.nu.124.197. & in tract.de com-
promiſſ.§.3.gl.4.nu.62. Menoch.conſ.554. in fine*
263 *vol.6.* Niſi laudum proferretur in vltima die
termini præfixi ab homine *Borrell. d.tit.44. num.
198.* dicemus *infrà.* Sufficit vnica citatio ad audi-
264 endum laudum, ſine particulari citatione ad
alia *Turret.conſ.8.num.1.lib.3. Ricc.dec.Cur. Ar-
chiep.64.num.7 p.1.& dec.87.n.6.p.2.*

265 In laudo proferendo per arbitratorem, licet
Tuſc.concluſ.272.num.60.lit.C. dicat quod non
requiratur citatio. Tamen quod etiam requiratur
coram arbitratore, dicit poſt *Grat.diſcept.162.
nu.6.Port.concluſ.43.ampl.45. Menoch.conſ.573.
num.17. Aſin.vbi ſup.limit.56.* Citatio coram ar-
266 bitro requiritur, tam in arbitro compromiſſa-
rio, quam in arbitro electo ex neceſſitate iuris
Gabriel d.concluſ.1.num.44.

267 Sed difficultas eſt. An requiratur citatio ſi ſit
dictum, quod laudum poſſit proferri partibus ab-
ſentibus? diximus *q.1.n.151.*

268 Si verò laudum latum ſine citatione fuerit in-
timatum, & pars non reclamauerit, illud non po-
teſt amplius impugnari prætextu omiſſæ citatio-
nis *Grat.conſ.76.col.1.in fine vol.2.*

269 Citatio etiam eſt neceſſaria in ſententia hę-
reſis *Maceras.lib.3.var.cap.49.num.15.* Et etiam
270 in ſententia declaratoria Iuris, nam requiritur
citatio eius, de cuius præiudicio agitur *Tiraq in
tract.res inter alios acta lim.24. Gig. de penſion.q.
78.num.5.Suar.tom.5.diſp.3.ſect.20.num.25.Auila
de cenſuris p.2.c.5.diſp.1.dub.5. concluſ.2. Clar.§.
fin.q.71.num.3. Mandoſ.de monit. q.26. in fine
Barboſ.in clem.ſi quis num.18.de pœnis, & in clem.
præſenti n.5.de cenſibus.*

271 Sed eſt aduertendum quod quando quis cita-
tur ad ſententiam, & non comparet ex iuſta qui-
dem, ſed Iudici ignorata cauſa, ſi eo abſente fe-
ratur ſententia tenet; ſed ſi ille probet legitimam
cauſam abſentiæ, retractatur ſententia, ſi verò nõ
plenè probet legitimam cauſam abſentiæ non
retractatur, ſententia niſi prius doceat de ini-
quitate ſententiæ, quę iniquitas conſtabit ex te-
nore ſententię, & ex actis, late *Barboſ.in cap.cum*
272 *Bertoldus nu.1.de re iudic.* Et ſi citatus ad ſenten-
tiam ſit infirmus, debet mittere ad denunciandum
infirmitatem, & non ſolum eſt probandum impe-
dimentum, ſed quod ob dictum impedimentum
ſtetit, quominus comparuiſſet. *Nouar.ſuper rubr.
de citat.n.65.*

273 Pariter eſt aduertendum, quod quando ſenten-
tia eſt lata ſinè citatione, Iudex dicitur ſpoliare,
& ſpoliato competit remedium recuperãdæ poſ-
ſeſſionis. *Fab.Turrett.conſ.27.num.3.lib.1. Rota
Romana poſt Peſſium de manut.dec.350.*

274 In pluribus tamen caſibus citatio ad ſententiam non requiritur. Primò ſententia lata in fauorem abſeotis,ſi ſimus in criminalibus, vel in illis cauſis,in quibus proceditur ſine figura iudicij,quia tunc valet citatio ipſo tertio non citato. *Maranta in ſpec.p.6.* ver. *recte concipiatur citatio limit.* 9.10.16.17.*Gabriel d.concluſ.1.num.71. Aſin.in praxi* §.7.*c.5.num.66.* vbi dicit ſententiā latam pro accuſatore,valere.

275 2.In interloquutoria, quæ ferri poteſt non citata parte. *Innoc.in cap.auditis de proc.in princ.* & ibi *Io:Andr.col.1.Idem Innoc.in c.querelam, in fin.eod.tit.gl.in l.nec quicquam* §.*vbi decretum de offic.proconſul, & leg. Milis in repert.*verb.*citatio, an requiratur ad interloquutoriam Rot.in nouiſ.dec.* 93. *Ant.de Butr. in cap.ſæpè col.4. de appell. Card. conſ.45.*vbi tenet ſufficere intimationem *Felin.in c.per veſtras col.2.de ſentent.excommun.*

276 Sed quod non valeat interloquutoria parte non citata,dicit *Spec.in tit.de ſentent.* §.*iuxta col.* 9. verſ.*quid de interloquutoria Socc.conſ.96.col.4. & ſeq.vol.1. Io; Andr.ad Spec.tit.de dilat.* §.*nunc videamus col.1.*verſ.*ſed pone Philip.Franc.in c.cum ceſſante col.9. de appell. Hoſt. in cap.1. de conceſſ. prabea.*

277 In hac contrarietate melius eſt diſtinguere. Nam aut inteloquutoria eſt grauis, & admodum præiudicialis, & tunc requiritur citatio, Aut eſt talis quæ modicum, vel nullum infert parti præiodicium, & tunc non requiritur partis citatio, ità declarant *Ant.de Butr.* & poſt eum *Abb.in cap. auditis col.1.in fin.de procur.* & ibi *Imol col.1.in fin.Bar.in l.nè quicquam* §. *vbi decretum ff.de offic. peoc.& leg.Hippol.in d.l de vnoquoque col.2. & ſeq. ff.de re iudic.Iaſ.in d.*§.*vbi decretum num.23.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. *Idem Bar.in l.ſi opus ff. de oper.nou.nunciat.* & ibi *Imol. & in l. quod iuſſit ff. de re iudic.* poſt alios *Corn. conſ.46.col.fin.vol.2.& conſ.333.col.3.vol.4.Socc. conſ.10.col.fin.vol.4.& conſ.56.col.2.vol.4. Alex. conſ.100.col.2.vol.5.Caltan.conſ.16.vol.5. Nicel. in 52.Concord.gl.in 1.fall.& fall.23. Aff.in præelud.conſtit.Regni q.12.in fin.Crauet.conſ.179. col. 3.Ruin.conſ.69. num.6. vol.5.* vbi dicit communem eſſe opinionem. *Carpan.ſuper ſtatut. Mediol. c.5.num.22.Burrell.d.tit 44.num.238. Giurb.conſ. 39.num.58.& 64.Toſc.lit.C. concluſ.272. nu.27. Poet.ſuper limit.51.Nomne.ſuper rubr.de cit.n.61. Coſta ſitul.conſ.2. nu.95. & 66. Baron.de citat.q. 16.num.165.*

278 Vel,aut interloquutoria exigit cauſę cognitionem, & requiritur citatio, aut non exigit cauſæ cognitionem, & non requiritur citatio. *Roman. in rubr.de arbitr.in 9.caet.& in l.ſi opus ff.de oper. nou. nunciat & in conſ.72.Imol.in l.quod iuſſit col. 2.de re iudic.Bar.in l.diem proferre ff.de arbitr.Bal. in d.*§.*vbi decretum col.4.& in l.tres denunciationes col.fin.C.quomodo, & quando Iud. Ruin.conſ.69.*
279 *col.3.vol.5.* Et eo caſu, quo interloquutoria poteſt ferri parte non citata, ſimiliter parte non citata reuocari poteſt. *Nicol.in 52. concord.gloſ. in 57.fall.& fall.66.*

280 E contrà interloquutoria, quæ non poteſt ferri parte non citata, non poteſt etiam parte non citata reuocari *Grammat.conſ.ciuil.78.col.2. Gabriel d.concluſ.1. nu.409.*

281 3.Non requiritur in relatione, ſeu ſententia calculatoris. *Bar.in l.2.*§ *quid de frumentaria, &* ibi *gl.ff.de adminiſtr.rer.ad ciuit pertin. Maranta vbi ſup.num.24. Gabriel.d.concluſ.1.num.419.* vbi ſe reſtringit ad calculatorem contrà aliquem adminiſtratorem alicuius Vniuerſitatis, Sed *Ad-*
282 *dit.ad Marant.d.n.24.* tradit doctrinam *Salyc. in l.hac perpetua C.vbi quis decurio. vel cohaet.* aſſerentis, quod quando tractatur de ſignificando aliquem debitorem Ciuitatis pro publicis functionibus fiſcalibus, regularibus, & ordinarijs, tunc verum eſt, quod valet ſententia etiam lata non citata parte, ſecus ſi tractetur de ipſo ſignificando, & condemnando pro alijs debitis, ad quæ tenetur ipſi Ciuitati,ſed poſt dictam diſtinctionem relatam *d.Add.*relinquit cogitandum.

283 4.Quando ſententia fertur vltima die inſtantiæ, nam licet *Bal.in auth. ei qui appellat. num.6. C.de temp.appell.Socc.iun.conſ.136.nu.10. in add. lib.2.Aſin.in praxi iudic.*§.*2.c.4.num.4. in fine, & num.5.* teneant ſententiam non valere, & ſic
284 requiri citationem, Tamen in contrarium eſt veritas, quod valeat, vt probant *Mar.Socc.in tract.de dilation.art.7.ſub num.66. conſ.13.in fine Iaſ.in l.nec quicquam ſub num.25. lim.3. ff.de offic.proconſ.Aſin.*§.*7.c.2.fall.55.num.2.*ea ratione, quia vbi dies interpellat pro homine non eſt neceſſarium, quod interpellatio fiat ab homine. *Scacc.de commerc.*§.*1.q.7.p.2.ampl.8.num.106.* & vbi appoſitio menſis, ſeu vltima dies monet citatio non eſt neceſſaria *Mar.Socc.vbi ſup.* latè *Scacc.de ſent.& re iudic.gl.9.q.1.num.62. & ſeqq. iuncto num.81.& ſeqq.*vbi extendit pluribus modis *Borrell.in ſumma deciſ.tit.44.num.198.& 441. Barboſ.in cap.ſuſceptis de cauſ.poſſeſſ.Aſin.in praxi* §.*7.cap.5.lim.55.* qui omnes concludunt in termino præfixo ab homine,ſecus à lege.

285 5.In ſententia ferenda contrà illum, qui captus, vel arreſtatus, aufugit *Gabriel d.concluſ.1. num.422.*

286 6.In ſententia excommunicationis, quæ fit, vel pro futuris culpis,vel ſi dicatur, *niſi in termino ſatisfecerit,cap.præterea tit.de appellat. & c.quidam maligni 5.q.1.*vel quæ inducitur ipſo Iure, vel quæ fit in pœnam delicti. *Gabriel* poſt alios *d.concluſ.1.num.167.& ſeqq.Soar.diſp.tom.5. diſp. 3.ſect.10.num.11.& 13. Palat.Rubr.in repet.c.per veſtras de donat.inter* §.*18. num.21. Vgolin.infra cap.18.in princ. num.2.* Sed quod in ſententia
287 excommunicationis inducta ipſo iure, citatio requiritur,dicit *Dec.in cap.reprehenſibilis num.9. de appell.Barboſ.ibid. & in cap.ſacro 48.de ſenten. excommun.Vgolin.de cenſuris tab.1.cap.31.*§.*2.nu. 9. Couar. in cap. alma mater p.1.* §.*9. num.5. ad finem.*

288 7.In declaratione excommunicationis facto iuris,quando factum eſt notorium, & eſt ità notorium,quod conſtat nullam defenſionem competere. *Dec.in cap.peruenit num.13.& 14.de appellat.Nauar.de ſent.excommun.lib.5. conſ.4. & conſ. 20.num.4.Theſ.fori eccleſ.p.1.c.14.num.12.& p.2. c.38.num.110.Farinac.de delict.q.21.num.66.*licet *Clar.lib.5.*§.*fin.q.31.num.3.*dicat magis communem eſſe opinionem,requiri citationem,quem refert ibi *Farinac.num.69.*vbi declarat *Macerat.*

lib.

lib.1.reſol.71: num.9. Barboſ.in cap.reprehenſibilis num.5.de appellat. Cened.collect.94.n.4.

289 8. In abſolutione ab excommunicatione ob contumaciā *Aretin.in §.omnium num.2. Inſtu. de pœn.temer.litig.* dicemus late *q.23.nu.1. & ſeq.*

290 9. Quando quis promiſiſſet proſequi iudicium infra certum tempus, quia illo elapſo poteſt ferri ſententia abſque citatione. *Gabriel d. concluſ.1. num.302.*

291 10. In laudo ferendo per arbitrum, quando compromiſſum fuit iuratum, vt puta quia partes cum iuramento promiſerunt ſtare, & parere laudo ferendo. *Gabriel. d.concluſ.1.num.52. Menoch. de arbitr.lib.1.q.17. n.13.* Vel quando laudum

292 fuit intimatum, & pars non reclamauit, nam non poſt amplius impugnari prætextu omiſſæ citationis *Gabriel d.concluſ.1.num.53.* Vel quan-

293 do compromiſſum factum in arbitrum, eſſet remiſſum eius conſcientiæ *Gabriel.d.concluſ.1.num.195. Aſin.loco cit. limit.6.* Vel quando dictum

294 eſſet, quod ſtetur nudo, & ſimplici verbo arbitri *Gabriel d.concluſ.1. num.198.* Similiter quan-

295 do arbitrator aſſumitur ſuper actu extraiudiciali. *Gabriel d.concluſ.1. n.201.* Vel ſi pronun-

296 ciauit vltima die termini cōpromiſſi *Port.concluſ.43.lib.1.limit.3. Farinac.in repert.Iud. q.63. num.23. Gabriel d.concluſ.1. num.202. Aſin.ſup.limit.55. vbi num.2.* dicit procedere ſi ſententia feratur vltima die inſtantiæ, idem dicit *limit.50. num.2. & 3. Scacc. de ſententia gl.9. num.62. & ſeqq.* Vel etiam poſt concluſionem in cauſa *Gabriel d.concluſ.1.nu.197. Baron.de citat.q.18.n.30.*

297 11. Quando pronunciatur, quem eſſe immittendum in poſſeſſionem ex edicto *D.Adrian.tol-*

298 *len. Gabriel d.concluſ.1. nu.153.* Secus ſi poſſeſſor expelleretur ex ipſa poſſeſſione *Gabriel. d. concluſ.1.num.157.*

299 12. Quando proceditur contra rebelles Eccleſiæ, retinentes bona Eccleſiaſtica, vel imperij, quia contra tales valet ſententia ſine citatione. *Io.Andr.in cap.cum olim de re iudic. Bal.in proæm. ff.* in verſ. *aliqua num.35. Socc.reg.74. Guazin. defenſ.10.cap.1.num.6. Baiard.ad Clar.q.31.n.10.*

300 13. In condemnatione expenſarum contra contumacem, vel alias citatum ad ſententiam *Gabriel d.concluſ.1.num.403. Rip.in cap.1. n.83. de Iud.*

301 14 in ſubſcriptione ſententiæ *Put.dec.249.lib.2.& dec 348. Ricc.coll.203.*

302 15. Quando citatus in prima citatione dixit expreſſe, nolle venire *Aſin. vbi ſup.limit.124. & limit.77. Farinac.in repert.iudic.q.62.n.33. Ludouic.dec.518.num.8.* qui *n.9.* dicit hoc procedere ſi eſt citatus ad totam cauſam, ſecus ſi ad vnum articulum tantum.

303 16. Quando ſententia eſſet lata vtraque parte præſente *Angel.in l.de vnoquoque* circa med. *Imol circa fin. Alex.col.1.ff.de re iudic. tex.eſt in l.etiam §.1.ff.de minor. Vant.rubr.quibus modis ſent.nullit. deſend.poſſ.num.107. Borrell d.tit.44.num.255. Felin.in cap.1.num.18.de iudic. Gabriel.de citat.concluſ.1.num.396. Caſſad.dec.2. num.3. de iudic. Ludouiſ.dec.576.num.1.* vbi decifum per Rot. refert, & *dec.503.num.2. Rot.Rom.dec.207. num.9.* poſt *Poſtium de manut. Idem Poſt.de manut.obſ.102.num.46. eadem Rot.dec.165.* poſt *Scacc.de appell.* ea ratione quia finis citationis eſt comparitio, ideo præſens non eſt citandus poſt *Io.Andr. Bald.in l. conſentaneum ſub nu.36. C.quomod.& quando iud.*

304 Et ſufficit præſentia procuratoris *Seraph. dec. 488.num.4.* decifum refert per Rot.Rom. *addit. ad Ludouiſ.d.deciſ.576.nu.15.* Niſi conſtaret pro-

305 curatorem adfuiſſe ad alium finem, nam tunc non ſufficeret huiuſmodi præſentia procuratoris ad ſubſtinendam ſententiam latam ſine citatione *Gabriel d.concluſ. 1. num.412.* decifum refert per Rot. *add.ad Ludouiſ.vbi ſup.in fine Poſt.d.obſ.102. num.47. Tuſc.lit.V.concluſ.272. nu.84. Capic.dec. 1. num.37.* Et in dubio dicimus procuratorem non interfuiſſe ad alium effectum, & ideo donec contrarium non probetur, ſtandum eſt ſententiæ *Rot.Conchenſ.decimarum 4.Decembris 1600.coram Pamphilio* meminit *Rota d. dec.65. num.2.* poſt *Scacc.de appell.*

306 17. In ſententia lata pro fiſco, quia citatio non eſt neceſſaria, cum fiſcus sēper adſit *l.1.C.de quadr.præſcript. Bal.in l.accuſatoribus C. de accuſation. Ang.in l.properandum §.ſin autem* vbi *Iaſ.in fine C.de iudic. Borrell.d.tit.44.n.363.*

307 18. In ſententia, quæ profertur pro accuſatore ipſo non citato in criminalibus, quia valet *Borrell. d.tit.44.num.364. Aſin.in praxi §.7. c.5. limit.66.*

308 19. In Voto dando à conſultore, quia nec ſententiam, nec interloquutoriam profert, ſed tantummodo conſilium præſtat *Coſta conſ.2. num. 60.& 61.*

309 Requiritur citatio, vt quis videatur proſequutus appellationem infrà terminum iuris, vel hominis. *Gabriel d.concluſ.1.num.255. Port.concluſ. 43.ampl.73.lib.1.*

310 21. Requiritur ad proſequendam appellationem. *Ang. in Auth.de Iud. §. appellat.* verſ. *ſcias autem col.6.& in auth.de litigioſ.§.omnino verò.*

311 22. Requiritur citatio appellati, quandò appellans petit reſtitui fatalia decurſa *Bar. in auth. item ſi appellatione* verſ. *ſed aduerte C. de tempor. appellat.*

312 23. Requiritur citatio Iudicis, in reuocatione ſententiæ latę per eundem *Boer.dec.259.* quem citat, & ſequitur *Ricc.dec.87. num.12. p.2. Port.*

313 *ſup.ampl.13.* Quod procedit quando agitur de pœna Iudici infligenda pro ſententia per eum prolata *Ricc.collect.2145. Borrell.d.tit.44. n.141. & 142.*

314 24. Requiritur in reuocatione attentatorum, etiam in præiudicium tertij, nam tertius eſt citandus *Gabriel d.concluſ.1.nu.234. & 235. Ricc. dec.87.num.23.p.2. Nouar.ſuper prag. in rubr.de citat.num.52. Port.ampl 59.* Quod intelligitur ſi

315 Iudex vellet attentata reuocare ad inſtantiam partis, ſecus ſi ex officio ſuo proprio, & nobili. *Giurba conſ.39.num.46. & 62. Borrell.tit.44.nu. 219. Ricc.dec.135.p.3.*

316 25. Requiritur in probatione deſertionis appellationis *Bal.in l.ſi contra C. de appell.* vbi *Ang. Paul.de Caſtr.& Salyc. Bar.in l.1. in fin.ff.nil nou. appell pend. Philipp. Franc. in c.ex ratione col.23. & ſeq.de appell. Ricc. coll.2145. Borrell. tit.44. num.213.*

SVMMARIVM.

1 *In executione ſententia an requiratur citatio? & nu.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.& à n.12.ad n.19.*

20 *Sententia lata contrà venditorem, an poſſit exequi contra emptorem lite pendente? & n.21.22.23.*

24 *In quibus caſibus in executione ſententia non requiritur citatio, & à num.25.ad n.39.*

40 *An requiratur citatio, vt ſententia exequatur contra eum, qui ſciuit de re ſua inter aliquos diſputari, & tacuit? & n.41.42.*

43 *Quid ſi ſit lata contrà virum, an noceat vxori, & lata contrà proprietarium noceat vſufructuario, & lata contrà principalem noceat fideiuſſori? & n.44.45.46.*

47 *In quibus alijs caſibus requiratur citatio? & 48. 49.50.51.52.53.54.*

55 *Citatio an requiratur in executione inſtrumenti? & nu.56.*

57 *Quid contrà tertium poſſeſſorem? & num.58.59. 60.61.62.63.64.65.66.*

67 *An requiratur citatio in executione facienda vigore obligationis penes acta?*

68 *Citatio debitoris an requiratur ſi adſit pactum in caſu non ſolutionis capiendi illius bona propria authoritate? & nu.69.70.71. 72. & à num.73. ad num.78.*

An, & quando requiratur citatio in executione ſententiæ, & Inſtrumenti?

QVÆSTIO XXII.

1 QVod non requiratur, dicunt *Innoc. in cap. ex ratione de appell. circa princ. Bal. in cap. 1. de feud. ſine culpa non amitt. in l. terminato col. 2. C. de fruct. & lit. expenſ. Io. Andr. in cap. eum qui de dolo, & contumac. in 6. Abb. in cap. directè col. fin. de appell. Philip. Franc. in cap. perſonas col. fin. de appell. Calc. conſ. 85. Guid. Pap. q. 329. Rot. dec. 355. in nou. & dec. 183. in nouiſ.* Ratio poteſt eſſe, quia manu militari proceditur ad rem, in qua quis eſt condemnatus, plures apud *Borrell. d. tit. 44. num. 307. Nonar. ſuper pragm. in rubr. de citat. n. 81. Scacc. de appellat. q. 11. art. 8. num. 186.* vbi id intelligit in ſententia habente alias duas antecedentes conformes, & non requiritur citatio quoties ille ſi citaretur non poſſe contradicere. *Verall. dec. 180. num. 3. p. 3. Maſtrill. dec. 82. nu. 17. Surd. conſ. 227.*
2 *nu. 17.* maxime de ſtylo, & conſuetudine Curiarum Delphinalium, in quibus non fiunt citationes, ſi ſententia exequatur intrà annum vnum, ſecus ſi poſt *Guid. Pap. dec. 329. ſub num. 2. Rebuff. de ſenten. execut. gl. 15. lim. 1. n. 10.*

3 Quod requiratur citatio dicunt ex *tex. in l. 1. C. de Iuris, & facti ignor. Petr. & Cyn. in l. ab executore C. quorum appell. & in l. 1. C. de iudic. in repet. col. 7. Rofred. in l. meminerint C. vndè vi Bar. in l. fin. ff. nil nou. appell. pend. Bonan. conſ. 87. col. 6. Imol in l. a diuo pio §. in venditione ff. de re iudic. Alex. ibi col. 6. & ſeq. Angel. in l. 1. §. ſi ex conuentione ff. de re iudic. Alex. ibi col. 9. & ſeq. Angel. in l. 1. §. ſi ex conuentione ff. de re iud. Bal. in l. ſi filio la 2. in fine ff. ſolut. matr. & in l. 2. in fine C. de tempor. appell. Nicell. in 52. concord. gl. in 60. fall. Maer. var. lib. 1. cap. 58. num. 13. Carleual de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſp. 1. num. 24. Seſſ. de inhibit. c. 2. §. 2. nu. 49. Ianni. de citat. reali lib. 2. cap. 2. nu. 107. Mangil. de euiction. q. 177. num. 22.* Rebuff. *ſuper conſtit. gall. tom. 1. tit. de execut. ſentent. art. 7. gl. 2. DD. apud Scacc. d. q. 11. num. 186. verſ. contrariam opinionem & nu. 192.* dicit ipſe *Scacc.* nullam eſſe difficultatem in ſententia non habente duas alias conformes, quamuis tranſiuiſſet in rem iudicatam per non appellationem, vel propter deſertam appellationem interpoſitam. *Caroc. de except. except. 1. n. 1.*

4 Alia opinio eſt aliorum diſtinguentium. Aut fit executio ſuper eadem re, ſuper qua fuit pronunciatum per eundem Iudicem, contrà eandem perſonam, & non requiritur alia citatio, ſed ſi fiat executio in alia re, vel non ſit idem Iudex, vel alia perſona, ità vt nouus proceſſus requiratur, tunc eſt neceſſaria citatio *Innoc. in c. cum ſuper col. fin. de re indic.* cum hac diſtinctione tranſit *Bar. in l. à diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic. & in extrauag. ad reprimendum in verb. executione, in fin. & in l. meminerint C. vndè vi Bal. in l. tale pactum §. qui prouocauit ff. de pactis col. 7. Ang. in l. habere licere ff. de euiction. & in l. 1. C. de iudic. col. 7. & repet. l. qui reſtituere col. 2. ff. de rei vendit. Bal. in l. ab executore C. quorum appell. non recip. Bal. in l. ordo col. fin. C. de execut. rei iudic. Boner. in verb. executio ſing. 4. Caſſad. dub. 6. tit. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Ruin. conſ. 102. col. 1. vol. 3.* poſt alios *Gabriel d. concluſ. 1. num. 131.* poſt *alios Caroc. de except. except. 5. num. 7. Mangil. de euict. q. 177. nu. 25. & ſeqq. addit. ad Ludouiſ. dec. 545. n. 6.*

5 Secunda opinio ſemper mihi placuit, ea ratione quia aliter pars lædi poterit propter multas exceptiones, quas opponere contrà executionem poſſet, quas exceptiones ponit *Rebuff. d. art. 7. gl. 2. Scacc.* dicens tutius eſſe citari partem
6 in executione *de appell. q. 11. art. 8. num. 188. Baron. de citat. q. 16. num. 269. Add. ad Ludouiſ. dec. 545. num. 11.* Et ſi non fiat, vitiatur executio *Carpan. ſuper ſtatut. Mediol. tom. 1. c. 159. num. 2.*

7 Aliqui tenentes hanc opinionem, illam limitant, ſi ſententia haberet ſecum executionem, & illa fuerit intimata, nam tunc non requiritur alia citatio, vt per *Grat. conſ. 76. in fin. vol. 2.* ſequitur *Caroc. except. 11. num. 7.* 2. Quando deſerta eſt ap-
8 pellatio, nam tunc Iudex à quo exequitur ſine noua citatione. *Affl. ſuper conſtit. de appell. nu. 14.* qui intelligit id ſi executio ſit liquida, ſecus ſi illiquida, vel niſi fuerit per Iudicem ad quem inhibitum *gloſ. conſuet. Turonen. fol. 120. col. 4. Barber. ſuper ſtat. agricult. cap. 55. lit. C. Iodoc. in praxi ciuil. c. 254. num. 4. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 3. diſp. 3. tom. 2. Carau. eit. 128. nu. 7. vbi D. Petra num. 23.*

9 Vbi verò executio fieret contrà heredem vbi defunctus eſſet condemnatus, citatio requiritur *Innoc. in c. quia de Iudic. Bal. in margarita verb. condemnatio Felin. in cap. ex ratione col. fin. verſ. limita 2. de appell. & in cap. quia col. penul. de iudic. Ricc. coll. 2412. Mut. conſuet. 71. num. 10. & 11.*

Cu-

Caſtell.orat.24.num.1.& ſeqq.Poſt.de manut.obſ.12.
num.159.Aſin.de execut.§.1.c.29.nu.16.addit.ad
Ludouiſ.d.dec.545. num.11. Etiam ſi executio eſ-
10 ſet facienda ſuper eadem re,poſt alios *Aff.* vbi
Veſill.dec.145.Aſin.de execut.§.1. cap.26. nu.16.
Menoch.de retin.remed.3.q.101.num.828.& ſeqq.
*Caroc.except.14.addit.ibid.*Sic etiam vbi execu-
11 tio facienda ſit à ſucceſſore illins, qui iudicauit,
nam etiam citatio requiritur. *Felin.in cap. ex ea-*
tione col.fin. verſ.*limita 3.de appell.Poſt.d.obſ.12.*
num.159.Aſin.de execut.§.1. cap.29.n.16. & per
tex.in l.tale pactum §. qui prouocauit ibi *; Idem ſi*
meus Iudex ff.de pactis Caroc.except.15.
12 Mihi vero ſemper placuit opinio , quod ſem-
per requiratur citatio , tam ſi idem Iudex , qui
eam protulit exequeretur. *Caluol.in praxi §.cita-*
tio concluſ.6.num.25.Alex.in l.à diuo pio §.in ven-
ditione Card.in clem.ſicut q.2.de appell.Phil.Fran.
in cap. ex ratione num.83. de appell. Dec.conſ.97.
num.2. Aſin. in praxi §.31.cap.4. & debere fieri
ad tollendas lites ; dicit *Scacc.d.q.11.num.188.*
13 Quam ſi fieret contrà eundem condemnatum,
Caluol.d.concluſ.6. num.25. cum etiam ei poſſit
aliqua exceptio competere. *Soct.in tract.de dilat.*
art.7.q.19.Alex.& Iaſ.in d.§.in venditione Aſin.
d.§.31.cap.4. ampl.4. Cardo.except.10. Et ſuper
14 eadem re, ſuper qua fuit facta condemnatio
Rebuff.vbi ſup.n.15.16. & 17.Ricc.collect.1268.
*coll.103.*cum etiam pars in hoc lædi poſſit, forte
propter hypotecam, vel aliud ius,quod in illa re
habet. *Imol.in d.§. in venditione num.13. Hercul.*
num.35.Duen.reg.94.num.2. Aſin.in praxi §.31.
cap.4.Baron.de citat.q.16.num.269. quidquid di-
cat *Ricc.collect.2412. Menoch.conſ.365. num.10.*
*Mancil.d.q.177.nu.25.*Etiam ſi fieret poſt deſer-
15 tionem appellationis *Caluol.d.concluſ.6. nu.25.*
Rebuff.vbi ſup.num.15.& ſeqq. Bart.in l.1.in fin.
ff.nil nou.appell.pend. Dec.conſ.97.num.2. Aff.in
conſtit.Regni rubr.17.num.20.lib.2. Alex.in d.§.
in venditione num.32.Duen.reg.94.num.5.Caroc.
except.11. Aſin. vbi ſup.ampl.5. Menoch. d. conſ.
365.num.10. qui quamuis dicat non requiri ci-
tationem quando ſit executio ſuper eadem re,
tamen dicit ſecus ſi à ſententia ſit appellatum,
& poſtea appellatio ſit deſerta. *Caroc.except.11.*
qui dicit hoc caſu,poſſe partem allegare aliquod
impedimentum , vel legitimam exceptionem per
tex.in l.vl.§.aliud C.de tempor. appell. Et *Caroc.d.*
16 *except.11.num.3.* ampliat etiam ſi ſit renuncia-
tum appellationi ex *Bal. in l. tale pactum §. qui*
prouocauit num.11.ff.de pactis , vbi rationem po-
nit, quia interuenit nouum factum poſt ſenten-
17 tiam . Niſi ſit renunciatum coram Iudice exe-
quente, nam tunc coram eo efficitur res notoria,
vnde alia citatio non requiritur. *Angel. in l.1.*
18 *C.de iudic.* Et tam ſi executio fiat in actione
reali , ſiuè perſonali. *Aſin. in praxi §.31. cap.4.*
Mangil.de euiction.q.177.num.24.& 28. Rebuff.
d.gl.2.num.13.
19 Nam ſi fieret ſuper alia re per eundem iudi-
cem, non eſt dubium quod requiritur citatio.
Bar.in §.in venditib.l.à diuo pio ff. de re iudic.nu.
*2.*verſ.*ego dico.* vbi ampliat ſiuè condemnatio ſit
facta in quantitate ,& executio fiat in ſpecie,
ſiuè condemnatio ſit in genere , & executio fiat
in ſpecie, ſiue condemnatio ſit facta in ſpecie,
& executio fiat in alia ſpecie. *Poſt. d.obſ.12.nu.*
147.152.& à nu.153.Caroc.except.16. in princ.
vbi *num.1.& ſeqq.* dicit eſſe conſiderandos plu-
res actus in executione . Primo dum in cauſam
iudicati pignora capiuntur,& in hoc non eſſe ne-
ceſſariam citationem. 2.dum captis pignoribus,
datur licentia ſubhaſtandi , & in hoc citationem
requiri. 3. cum pignora venduntur in ipſo actu
ſubhaſtandi , & in hoc nullā citationem requiri.
4.quando emptor non reperitur , & deuenitur
ad adiudicationem , & hæc ſit ſeruatis ſeruandis,
& citatio requiritur *Alberic.in l.creditor C. de*
diſtract.pignor. vbi iudicatum ſic refert. *Aff.dec.*
*358. Maranta in pract.*verb.*executio ſub num.19.*
Neguſ.de pignor.in 1.membro 6.p.num.6. vbi dicit,
omiſſionem citationis non reddere nullam ven-
ditionem , ſed conſtituere creditorem in mala
fide.
20 Ex dicta concluſione *ſup.* fundata , quod in
executione ſententiæ requiratur partis citatio,
infertur, quod ſententia lata contra venditorem,
non poteſt exequi contrà eum , qui rem acquiſi-
uit lite pendente,abſque illius citatione , ex re-
gula,in executione ſententiæ citationem partis
requiri *l.1.*ibi: *cæteris ex ſententia conueniri C. de*
Iuris , & fact.ignor. l.meminerint C.vnde vi Dec.
conſ.97.num.2.Aſin.in praxi §.31.cap.4.in princ.
qui ampliat ſiue executio fiat in actione perſona-
li, ſiue reali, & in re , in qua fuit lata ſententia.
Mangil.de euiction.q.177.n.22.& ſeqq.
21 Infertur 2. quod emptor rei litigioſæ citari
debet poſt ſententiam latam contrà principalem
quando agitur de executione facienda vigore
illius ſententiæ *Bar. in l.à diuo pio §.ſi ſuper re-*
bus num.7.ff.de re iudic.l.ſi quis miſſum 17.§.iudex
num.3.4.ff.de damn.infect.Surd.dec.306. num.16.
Rol.à Valle conſ.5.ex num.8.vol.2.Couar.pract.cap.
*15.*verſ.*imo ex hac Mangil.d.q.177.num.38.Ric.*
*collect.q.3930.*ver.*intellige Giurba dec.62. Ripoll.*
de citat.cap.3.à num.56.Idem Mangil. de ſubhaſt.
q.5. vbi dicit id procedere ſi emptor eſt parti-
ceps fraudis, & ſic litis,alias ſecus.
22 Contrà verò,quod contra poſſeſſorem rei liti-
gioſæ poſſit agi, & exequi ſententia lata contrà
principalem ſine nouo proceſſu, & ipſo poſſeſſo-
re non vocato,dicunt *Cyn.in l.1. num.11. & 12.*
C.de alienat.iudic.mut.cauſ.fact. Bar. in his termi-
nis *in l.creditores num.23. C.de pignor.in l.1. §.ſi*
inter num.3.C.de litig. Bal.in l.ob maritorum nu.8.
C.ne uxor.pro marit.Cacher.dec.65.num.4. Couar.
pract.cap.15.num.7.Capic.dec.128.num.6. Cauale.
dec.16.num.7.8.p.1.Tuſc.lit.E.concluſ.488. ex nu.
8.Parlador.lib.2.rer.quotid.cap.fin.4.p.§.5. ex nu.
6. Menoch.lib.2.praſ.97.num.59.Peregr.de Iure
fiſc.lib.4.tit.6.num.27.ex l.fin.ff.de litig.& l.vl.C.
eod.tit.l. quamquam §.iulianus ff. de aqua pluu.ar-
cend. & attento noſtro *iure* Neapol.eſt *cap. regni*
incip.conuentus Franch.dec.464. & 545. vbi *ad-*
denses Paſcal.de vie.patr.poteſt.p.1.cap.8. nu.217.
diximus *in addit.ad conſ.66.R.Rouit. lib.1. Car-*
leual.de iudic.lib.1. tit.1. diſput.2. num.933. qui
num.934. ſecus eſſe dicit quo ad poſſeſſores cle-
ricos , aut monacos , & *num.937.* licet *nu.936.*
afferat contrarios *Noguerol.alleg.3.*

23 Mi-

23 Mihi vero placet ſententia, vt ſemper poſſeſ-
ſor ſit citandus, ea ratione quia poſſet oſtende-
re dictus poſſeſſor rem illam poſſidere ſine fraude
ex titulo valido, puta credito anteriori, vel aliter
in caſibus, in quibus litigium non officit, vt pro-
bauimus *in obſ. ad d. conſ. 66. num. 19. & ſeqq.* di-
cit requiri citationem ex regni praxi *Gait. de
credit. c. 2. tit. 3. num. 643. & 646.* poſt *P. Molfeſ. &
Caput.* niſi exactis appareat de ſcientia *Merlin.
de pignor. lib. 5. q. 18. num. 12. & 33. Mangil. d. q. 5.
de ſubſtit.*
24 Concluſio, quod in executione ſententiæ, re-
quiratur citatio, fallit pluribus modis. Primo
quandò præceſſit cognitio ſuper executione, &
tantum executio facti facienda eſſet, nam tunc
non eſt neceſſaria citatio, ſed Iudex poteſt com-
mittere ad petitionem partis nuncio, vt exequa-
tur nulla facta partis citatione, & tunc executor
poterit manu militari exequi ſententiam per
tex. in l. qui reſtituere ff. de rei vendic. Rebuff. *d. gl.
2. num. 19. Caroc. except. 18. Aſin. ſup. limit. 2. Duen.
reg. 94. limit. 2.* & in hoc caſu intelliguntur illi,
qui dicunt in mera executione, non requiri cita-
tionem. *Seſſ. de inhibit. c. 2. §. 2. num. 50.* Solent
25 tamen Iudices vti duplici practica, vel facere
præceptum de ſoluendo, quod in ſententia con-
tinetur, vel citare ad dicendum cauſam quare
ſententia exequi non debet poſt *Bar. in l. defen-
dente ff. de auth. tutor. Caroc. d. except. 18. nu. 2.*
26 2. Quando prius citato aduerſario eſſet facta
executio de parte, tunc ſi in alia parte fiat, non
requiritur citatio. *Dec. in cap. ex ratione num. 77.
de appellat. Fulgoſ. conſ. 183. Duen. reg. 94. limit. 3.
Caroc. except. 29. Caluol. in praxi* ver. *citatio n. 31.
Aſin. ſup. limit. 3. Rebuff. loco cit. n. 21.*
27 3. In executione ſententiæ latæ per duos ex
tribus Iudicibus, nam poteſt per illos duos exe-
cutionis mandari illo tertio Iudice non vocato,
ſi ipſa executio non tangit cauſa cognitionem
Gabriel d. concluſ. 1. num. 229. verſ. *contrarium.*
28 Niſi altero contradicente fuerit lata, quia tunc
eo non vocato, exequi non poteſt *gl. in cap. 2. de
dolo, & contumat. in 6.* & ibi *Io: Monac. & Io. An-
dr. Borrell. tit. 44. num. 210.*
29 4. In executione ſententiæ ad compellandum
condemnatum, vt ſatisfaciat de fructibus, in qui-
bus quis fuerat condemnatus *Gabriel d. concluſ. 5.
nu. 456. Aſin. vbi ſup. limit. 4.*
30 5. Quando quis fuit citatus ad ſententiam,
vt dicit *Intrigl. deciſ. 47. num. 11.* Quod mihi non
31 placet, nam ſi ad ſententiam quis non fuiſſet ci-
tatus, ſententia eſſet nulla, nec poſſet tractari,
an exequi, vel non exequi poſſit, vt itaque de
eius executione parte citata, vel non citata,
facienda, tractari poſſit, eſt neceſſe, vt præceſſerit
citatio ad ſententiam, quia non entis nulla ſunt
qualitates, & partes vulgata *l. eius, qui in prouin-
32 cia ff. ſi certum petat.* 2. quia ſi contra executio-
nem, competere poſſunt multæ exceptiones, non
reſpicientes merita cauſæ, citatio ad ſententiam
non debet operari, vt non requiratur alia ci-
tatio.
33 6. Quandò notoriè conſtat, nullam competere
defenſionem. *Caroc. except. 17. per tot. Caluol. in
praxi* verb. *citatio num. 29. Aſin. ſuper limit. 7.* facit
tex. in l. ſi eum ſeruum §. ſi quis ſeruum ibi: *vt ſi præ-
ſens eſſet, & in §. iuſtè* ibi. *non eſt neceſſe vocare,
ff. de fideicommiſſ. libertat. Gabriel d. concluſ. 1. num.
398. Menoch. de arbitr. q. 17. in fin. num. 15. & de
adipiſc. remed. 4. q. 56. num. 450. Marant. p. 6. mem-
br. 1. num. 5. Afflict. dec. 178. num. 6.* vbi *Vrſill. num. 8.*
34 Quod intellige verum in notorio, quod nulla
defenſione excuſari poteſt, nam tunc citatio non
requiritur, aliàs ſecus. *Archidiac. in cap. quæ contra-
rium 2. q. 1. in cap. 1. col. 12. de offic. deleg. lib. 6. Dec.
conſ. 698. col. 1. Gozad. conſ. 18. col. 1. Curt. iun. conſ.
20. col. 4. col. 31. & 21. Franch. in cap. ſæpe col. 2. de
35 appell. Aufr. ad Tholoſ. dec. 440.* & hanc opinionem
eſſe communem *Grammat. dec. 36. num. 45. Ma-
ſcard. concluſ. 1001. num. 11. Vrſill. ad Afflict.
deciſ. 178. num. 8. 157. num. 2. Capr. de noto-
rio in 4. membr. num. 21. Clar. in §. fin. q. 19.*
verſ. *ſed nunquid Couar. in cap. alma mater num.
9. de ſent. excommun. in 6. Hercul. de negat. prob. nu.
61. & 62.* Et in toto mundo ſeruari dicit *Fari-
nac. in praxi q. 21. nu. 72.*
36 Requiritur tamen in notorio qualis qualis or-
do iudiciarius, cuius omiſſio vitiat actum. *Felin.
in cap. qualiter el. 2. num. 1. de accuſat. Brun. de po-
tent. & effect. formæ limit. 22.* ver. *eſt tamen aduer-
37 tendum.* Debet notorium allegari. *Alex. in l. 1.
num. 4. C. vt quæ deſunt Aduoc. Alciat. de præſumpt.
in prælud. p. 2. num. 20. in fin. Menoch. de præſumpt.
lib. 1. q. 67. num. 5. lib. 3.* Quod procedit parte præ-
38 ſente, quæ ſe in notorio fundat, vel quando ap-
paret conſtare iudici de tali notorio *Iaſ. in l. 2. n.
36. ff. ſi quis in ius voc. non iuerit.* Sunt tamen tres
39 caſus, in quibus in notorijs non requiritur cita-
tio ad ſententiam. Primus in declaratione ſen-
tentiæ à iure latæ. 2. In notorio à ſententia
Principis. 3. In notorio ad effectum declarandi
nullum. *Roman. ſing. 755. Miles in repert.* in verb.
citatio.
40 Sed difficultas hic eſt. An requiratur citatio,
vt ſententia exequatur contrà eum, qui ſciuit de
re ſua inter aliquos diſputari, & tacuit lata ſen-
tentia condemnatoria? Et ſic an ille præiudice-
tur ab illa ſententia, non obſtante, quod non
fuerit citatus. Et quod præiudicetur, & ſic non
audiatur ad executionem, dicunt *Ant. de
Butr. Panorm. & Felin. in cap. veniens il 2. de teſti-
bus num. 10.* ver. *2. fallit Alex. in l. à diuo Pio §. ſu-
per rebus ff. de re iudic.* vbi teſtatur de communi
*Imol. in l. à ſententia in princ. ff. de appell. Duen.
reg. 274. limit. 2.* per *tex. in l. quamuis cum ſua mate-
ria de re iudic. & in l. ſæpè ff. eodem Caroc. except.
69. Vargas de legit. perſon. in prælud. num. 563.* licet
alleget pro ſe *Couar.* qui tria requirit, vt dicemus.
Ea ratione quia qui litis ſcientiam habet, & cau-
ſæ defenſionem ſcit, & patitur alium cauſam de-
fendere, videtur conſentire, quod cauſa illa per
illum tractetur, & ſententia ſibi præiudicium
inferat.
41 Et licet *Couar. pract. qq. cap. 13.* ver. *2. hinc appa-
ret,* & verſ. *ex quibus apparet,* tradat, quòd tunc
demum ſententia inter alios lata, alijs noceat,
cum tria ſi concurrant. Primum quod adſit Scien-
tia litis illius, cui nocere debet 2. huius litis de-
fenſio, & actio primo loco, & præcipuè, ac dire-
ctè ſpectet ad non litigantem, etiam à litigante in-

tet-

terſit victoriam obtinere. 3. Quod in hac lite tractetur de Iure, & dominio litigantis, à quo velut ab authore proprio conſtet ius, vel dominium ipſius, qui patitur litem iſtam cum alio tractari.

42 Tamen contra *Couar.* tenent *DD.ſup.citati*, & *Concer.var.reſol.cap.17.de ſentent. & earum execut.num.554.* vbi dicit veram,communem,& receptam ſententiam eſſe,quod ſufficiat, quod de Iure tertij in iudicio agatur, purà de fundamento iuris ſui, & quod defenſio litis ad dictum tertium, qui ſciuit cauſam agitari primo loco ſpectet, ſecundùm verum, & commuuem intellectũ dictæ *l.ſæpè verſ.ſed ſcientibus*, & verſ.*nam*, & *ſi libertus*, & *c.pen. de ſent. & re iudic.* quid quid dicat *Nauiz.conſ.20.num.22.*

43 Sic ſententia lata contrà virum, nocet vxori, ſi litem ſciuerit, & tacuerit, ſicuti dicitur de creditore patiente debitorem ſuum litigare de iure pignoris, & de patrono de ſtatu liberti. *Milanenſ.dec.3.num.108. & 109.lib.1. Parlador.rerum quotid.lib.2.cap.fin.p.5.§.9.nu.24.* Vbi etiam dicit, quod ſi vir culpa ſua cauſam perdiderit, dotis actio aduerſus illum ſalua manet mulieri. *Concord.in l.diffamari in ampl.nu.36.C. de ingen. & manumiſſ.Mandel.conſ.746.num.4.* facit ur tradita *à R.Ponte conſ.75.num.19.lib.1.Maſtrill.dec.146.num.6.& 7.Surd.dec.256.nu.9. Quella conſ.91.* licet quod ſententia non noceat viro, ſi lis agatur contra vxorem ipſo marito ſciente,dicat *Fontanell.de pactis nuptial.clauſ.6.gl.1.p.3.nu.33. & ſeqq.Amat.reſol.45.n.15.*

44 Sic ſententia lata contrà proprietarium nocet vſufructuario ſcienti litem. *Gait.de credit. cap.2. tit.3.num.410.*

45 Et ſententia lata contra Principalem nocet fideiuſſori contractus, qui ſciuit cauſam agi, & non ſe oppoſuit. *Idem Gait.d.tit.3.num.553.* An, & quando ſententia lata contra vnum alteri præiudicet,diſputant plures *DD.*quos ſcienter relinquimus,videndus *Gaitus de credit. cap.2.tit.3.num.217. & ſequentibus Caroc. except.123.* diximus *ad R.Rom.dec.1.Fontonell.vbi ſup.*

46 Eſt tamen verum, quod in caſu,quo ſententia nocet ſcienti in caſibus *ſup.poſitis* minor, mulier, & ſimiles perſonæ priuilegiatæ etiam ſcientes reſtituuntur. *Ponſin.d.ſp.dec.15.& 235.* vbi refert ſic deciſum, quem citat, & ſequitur *Caroc. except.69.nu.43.*

47 Requiritur citatio in captura pignorum pro executione ſententiæ, ſi condemnatio fuerit facta in genere, vel in quantitate. *Bar.in l.à diuo Pio §.in venditione verſ.quæro antequam Iudex ff. de re iudic. Ultrad.in l.fulcinius §.1.ff. ex quibus cauſ.in poſſeſſ.eat.& in l.fin.ff.vbi pupill. educ.deb. Ricc.coll.2412. verſ.aduerte tamen Caroc. de except.excep.16.in princip.*

48 Requiritur citatio debitoris in ſubhaſtatione pignoris, caſu quo nihil conuenit de pignoris venditione, ſecus ſi pactum ſit de vendendo parte non citata *gl.in l.creditor verb. teſtato C. de diſtract.pignor.Guid.Pap.ſing.590.Socc.conſ.282.circa medium p.2.Port.concluſ.43.lib.1.ampl.60.Borrell.d.tit.44.num.220.Ricc.dec.87. num.24. p.2. Grattan.diſcept.375. num.2.& 3. & diſcept.739. num.22.Ludouiſ.dec.416.num.1.2.Carleual.de iudic.tom.2.lib.1.tit.3.diſp:1.nu.24.circà finem.Nouar.dec.30.num.1.* Vbi dicit requiri citationem, vt debitor veniat ad reluendum pignus, & ſoluendum debitum,vel ad allegandum cauſam quare illud vendi non debeat, aut creditori dari inſolutum,vel adiudicari. *Afſl.dec.358.nu.3. Mangil.de ſubhaſt.q.3.num.2.& 3.& q.160.num.14.& q.162.num.1.& ſeqq.Rota dec.3.num.8.* poſt *tract. Mangil.Bal.in l.fin.col.1.C. de Iure domin.impetr. Nouar.in l.ſi tempore num.24.C. de fide inſtr. & Iur.haſt.fiſcal.lib.10.* vbi dicit quod non facta citatione ſubhaſtatio eſt nulla,non ſolum quo ad non citatos, ſed etiam quo ad citatos,etiam ſi ſint plures poſſeſſores. *Bar.in l.1.col.2. verſ.quæro C.de fide inſtr. & haſt. fiſcali lib.10. Rota Rom.* apud *Mangil.de ſubhaſt.q.3. num.10. 11.13.* Sed reſpectu portionis citati valet,ſi creditor poteſt ſatisfieri ſuper portione citati. *Mangil.ibid. nu.12.& 13.* Et non ſolum requiritur citatio ad reluendum, ſed etiam debet debitori notificari, tẽpus datum ad reluendum, fuiſſe lapſum, *Felin. in cap.cum olim num.11. de ſent. & re iud. Alex. conſ.34.num.6.lib.1.Menoch.conſ.131.num.9.lib.2.* Et vbi in ſubhaſtatione non ſunt citati poſſeſſores bonorum, tunc non datur manutentio ei, qui illa per viam ſubhaſtationis emit *Rota* per

49 *Burat.dec.614. num.1.* Bene tamen citatio in ſubhaſtatione non requiritur quando debitor appellauit à ſententia,ſed appellatio fuit deſerta, & executio fieret ſuper eadem re, & cauſa non eſſet appellabilis,neque perſonæ, neque iudicis mutatio eſſet. *Caſſad.dec.6.de conſ.poſſeſſ. & proprier.Grattan.diſcept.40.nu.52.53.Rota deciſ.365. num.5.p.1.recent.Mangil.d.q.3.num.14.* vbi *alias deciſ.Rotæ* refert, & *q.162.n.4.*

50 Requiritur citatio cum Iudex pronunciat ſententiam exequendam. *Cyn.in l. ab executore n.1.* vbi *Bal.num.5.C.quor.appell.non recip. Alex. in l.à diuo pio Caroc.except.13.*

51 Requiritur citatio ad ſententiam addictionis *l.creditor ff.de diſtract.pignor.* vbi *Alber. Afſl. dec.358.Maranta in ſpec.p.6.de execut.ſentent.nu.19. Parlador.lib.2.rer.quotid.c.fin.p.5.§.9.n.1.*

52 Sed quia executio inſtrumentorum habentiũ executionem paratam, æquiparatur executioni ſententiæ, ità vt inſtrumentum habeatur loco ſententiæ liquidæ executionem habentis. Ideo quæſtio eſt,an in executione inſtrumenti ſit opus partis citatione?eſſe neceſſariam citationem,dicit *Bal.in l.ab executione n.5.& 6.*& ibi *Salyc.n.9. C. quorũ appell.non recip. & in l.prædia in fin.C.de fideicommiſſ.* ea ratione quia tunc incipitur ab executione. Nam vbicumque Iudex incipit ab executione citatio eſt neceſſaria, per hanc doctrinam ità tenent *Cauenſ.in rit. Neap.286. in princip.Salycet.in l.ab executione col.3.C.quorum appell.Socc.de citat.col.39. Caluol.* verb.*citatio nu.32. & 34. Bernard. Pand.de præſent. Inſtrum.p.4. declarat.2.num.4. Port.concluſ.43.lib.1.ampl.29. Ant.de Canar.de execut.inſtrum.q.43.Ricc.dec.87. num.17.p.2. & coll.203. Ioannin.de cit.reali lib.1. cap.2.Franc.Marc.dec.393.Cartar.dec.95.Borrel. d.tit.44.num.172.Seſſ.de inhibit.c.2.§.2.num.51.*

53 contrarium tenet *gl.in §. multis Inſtit. de libert.*

Fo-

Paris de Put.de ſindic.in ver. Iudicem col.vl.Caran.
54 ſuper rit.181.num.5.Mihi ſemper placuit prima
opinio, ex regula ſup.poſita,vnumquemq;eſſe ci-
tandum in quolibet actu quo lædi poteſt.l.de vno
quoque ff.de re iudic.poſt plures probat Carleual.de
iudic.tit.3.diſp.1.nu.23.& 24.

55 In Regno Neap. in executione inſtrumenti,
quod liquidum dicimus, citatio requiritur per
rit.M.C.V.166. vt dicunt Carauit.d.rit. num.10.
& rit.167.num.9.Galter.in praxi liquid.p.3. rubr.
2.per tot.Franch.dec. 118.num.7.Carleual.de iudic.
tit.1.diſp.2.q.7.ſect.3.n.913.

56 In Regno Siciliæ in executione inſtrumenti
nulla requiritur citatio,nam licet per capit.Ritus
incip. Quicunque videtur partis citatio neceſſa-
ria,tamen per Capit.incip. ad tollendam, citatio
eſt reducta ad voluntatem partis, non autem ad
neceſſitatem. Hinc dixit Muta ſuper d.c.quicunq;
in ordine Ritus 101.extenſ.4.quod vt quis citetur
ad executionem faciendam,non eſt de neceſſitate
ſed ad maiorem cautelam, idem dicit in cap. Ri-
tus 120.num.1.& in addit. lit.A. Baron. de citat.q.
17.nu.119.

57 Si verò executio prędicta petiatur contrà ter-
tium poſſeſſorem, tunc adeſt difficultas. Nam
adeſt maxima controuerſia, an tale pactum poſſit
exerceri contrà tertium ſingularem ſucceſſorem,
vt conſtat ex traditis per Gabriel de acquir.poſſeſſ.
concluſ.8.Menoch.de adipiſc.remed.5.Farinac.de
furtis q.175.p.7.num.249.& ſeqq.Et quod non
58 poſſit exerceri dicunt Ant.Fab. in C. lib.8.tit.3.
diff.84.C.Vnde vi Fontanell. de pactis nuptial.cl.
59 4.gl.27.num.33.Sed quod poſſit exerceri,tradũt
Fan.de pignor.p.4.principal.a nu.8. vſque ad n.28.
60 Vin.dec.44 num.6.Maximè quando habet cautã
à debitore Cartar.dec.13.n.3.& 4. Surd.dec.220
à n.34.vſque ad num.37. & num.41. & dec.173.
num.vlt.

61 Secunda opinio mihi placet,ea ratione,quia
quando bona ſunt obligata, præſertim accedente
conſtituto, poteſt agi contrà tertium via execu-
tiua Aretin.conſ.21.col.penul.Surd.d.dec.173.nu.
62 vl.maximè ſi cum dicta hypoteca ſpeciali adſit
pactum de non alienando, nam tunc tertius poſ-
ſeſſor illius rei poteſt via executiua,abſq;proceſ-
ſu, & citatione conueniri, cum eo caſu propter
nullitatem alienationis dicatur illa res eſſe in
poſſe alienantis l.ſi creditor §.fin.ff.de diſtract.pi-
gnor. ibi certum eſt nullam eſſe venditionem,vt pa-
ctioni ſtetur Guttier.in l.nemo poteſt num.28. de le-
gat. Parlador.lib.2. rer.quotid.c.fin.4.p.§.5.nu.16.
Rodri. de ann.reddit.lib.2.q.9.ex num.34. Salgad.
de reg.protect.p.4.c.8.a n.190. Cyriac.contr.425. nu.
52.& ſeqq. latiſſimè Noguerol.alleg.3.

63 Poſita pro vera opinione, quod poſſit exerce-
ri. Aliqui dicunt poſſe exerceri abſque citatione,
ſi cum tali pacto adeſt conſtitutum, & precarium
Franc.Aretin.conſ.21.num.4.Bart. Socc.conſ.82.n.
8.lib.3.Gozad.conſ.18.num.15.conſ.42.num.3.11.
& 15.in fin.& conſ.95.num.9.Guid.Pap.dec.356.
Achill.Perſonal.de adipiſc.poſſeſſ.num.321. & 434.
Menoch.de recup.poſſeſſ.remed.8.nu.100. Vin.dec.
177.Intrigl.conſ.1.num.4.& ſing.64.nu.385. lib.
3.Milan.dec.17.nu.50.lib.2. Caualc.dec.36.num.
330. de contr.p.2. vbi loquitur de ſucceſſore
Vniuerſali,vel particulari habente cauſam à de-
bitore Canser.var.c.19.de innoc.brachij ſec. n.25.

64 Alij verò tenent,non poſſe exerceri niſi tertio
poſſeſſore citato Maranta de remed.poſſeſſ. n.46.
& 47.Ronded.conſ.20.nu.43.cum ſeqq.lib.1.Caus.
var.lib.2.cap.7.num.49.& lib.3.cap.7. num.219.
Fontanell.clauſ.4.gl.27.nu.34. Amat.Iuſſi.dec.48.
Gait.de credit.c.4.q.7.a nu.834.cum ſeqq. Peres de
lara in comp.vita hom.c.27.num.10.Amat.reſol.45.
num.10.& 12. vbi dicit, tertium poſſeſſorem rei
ſpecialiter hypotecatæ, cum pacto de non alie-
nando,eſſe citandum, antè quam creditor mitta-
tur in poſſeſſionem illius rei,& q.820. num.43.
44.licet contra teneat Noguerol.d.alleg.3 nu.18.
& ſeqq.vbi reſpondet contrarijs,ſignanter Carleual.
loc.cit. dicens illum ibi require citationem ad
bene eſſe tantum,non ad neceſſitatem.

65 Si verò partes conueniſſent, vt inſtrumentum
poſſet exequi abſque citatione, tunc conuentio
eſſet ſeruanda, vt probat poſt alios Cartar.d.dec.
95.num.7.quem refert, & ſequitur Borrell.d.dec.
66 44.num.173.Mihi verò hoc non placet, cum
pactum hoc,quod executio fiat in bonis debito-
ris eo non citato, nec auditor non valeat, cum
per illud tollatur defenſio, quæ eſt de Iure diui-
no, vel naturali, vt diximus, probat Barboſ.in
l.alia §.eleganter num.74.ſolut.matrim.Carleual.de
iudic.tit.3.diſp.1.num.24.ſequitur conſ.Roſa con-
ſult.3.n.2.

67 In executione vero facienda vigore obliga-
tionis apud acta, nulla requiritur citatio, vt di-
cunt Franc.dec.118.nu.8.Thor.voto 54.lib.1.Car-
leual.de iudic. tom.2.lib.1.tit.2. diſput.8. num.38.
& tit.3.diſp.1.num.27.& diſp.4.num.14.ea ratio-
ne, quia ex rit.128.& ex Iuris communis diſpo-
ſitione, ex calore iudicij, & ob confeſſionem
partis factam coram iudice, & ob ſpontaneam
condemnationem, vt dicit Theſ.dec.26. num.13.
illa habet executionem paratam l.cum, pro quo ff.
ac in ſui voc. vbi etiam Alex.Andr. in c.ſancimus
col.pen. verſ. & ſi hac obligatio, quo temp.mil.vbi
Aff.in 8.col & dec.30.& 387.Theſ.d.dec.26. nu.
33. verſ.huius effectus. Secus ſi obligatio illa ſit
incuſanda in alia Curia, quam in illa,in qua
eſt confecta,nam tunc expeditur citatio ad di-
cendum cauſam quare non debeat incuſari, Aff.
in conſtit.incip.baiulus ſi furem 2.not.2. q. & dec.
3.Veſill.ad Aff.dec.387. num.3. Genuenſ.in praxi
Archiep. cap.16.Gait.de credit.c.2. tit.2. num.58.
Thor vot.5.num.40.p.1.& vot.60.num.30.p.2.Vi-
ſcont. concluſ.iuris verb. obligatio iudiciaria Reg.
Sanfel.in praxi tit.de ordin.iudic.num.13.D.Barra
contr.30.lib.1.Et licet Aff.in d. conſtitutione ba-
iulus dicat quod requiratur citatio quando eſt
facta in eadem Curia, tamen loquitur, quando
quis ſe obligauit alium præſentare, non autem
in debitore, qui ſe obligauit ad ſolutionem
Franch.d.dec.118.num.9.Muſcatell.in praxi fidei-
iuſſ. modo 5.per totum Item requiritur citatio ſi
eſſent effluxi decem anni à die quo venerit dies
ſolutionis Galter. de liquid.inſtr. 3.p.pract. verb.
expediatur citatio rubr.2.num.8.Carrab.ſing.130.
& in tract.de ſyndic.p.2. num.53. Larath.conſ.30.
num.30.Danza de pugna DD.tom.1. de inſtrum. c.
3.num.50.Dom.Petra in rit.128. num.19. Verum
ex-

expeditis litteris executorialibus infra decem annos, illę debitæ executioni demandantur etiá vltrà decennium præuia partis citatione *Puluer. ad Afſl.dec.30.D.Petra ibid.n.20.*

68 Alia difficultas hic facit, ſi adſit pactum in aliquo inſtrumento publico, vt in caſu non ſolutionis alicuius quantitatis faciendæ certo tempore, vel alterius rei adimplendæ, poſſit creditor capere bona debitoris propria authoritate, An ſi velit capere dicta bona, requiratur citatio debitoris? Cum nullo exiſtente pacto, quis non debet ingredi teouratio, vel poſſeſſionem fundi authoritate propria, vel ex licentia Iudicis, niſi prius poſſeſſore citato, aliàs cadit à iure ſuo, ad *tex in l.meminerint C.vndè vi Iaſ.in l.iubere antè nu.5.ff.de iuriſd. omnium iudic. Maſuer. ad Pract. Papienſ.in forma reſponſionis rei conuenti* verſ.miſ-

69 *ſio* Quod pactum ingrediendi in poſſeſſionem debitoris bonorum, propria authoritate habeatur pro appoſito, dicit *Achill. Perſonal.de adipiſc. poſſeſſ.n.433.*

70 In hac queſtione, poſita pro vera opinione, quod non valeat pactum exequendi ſine partis citatione, vt *ſup.*diximus, nulli dubium eſt, quod requiratur citatio debitoris, nam ſi illa requiritur tempore, quo mandatur fieri executio, multo magis requiritur, cum ſit cum effectu executio. *Vac.axiomat.iuris lit.P. num.* 84. Verum ſi quis

71 vellet tenere contrariam opinionem, quam tenent *Cartar.d.dec.95.num.7.*& *Borrell.d. tit.44. num.*173. Tunc pro reſolutione diſtinguendum eſt, aut executio talis pacti petitur contrà principalem, & tunc nulla eſt neceſſaria citatio, vt dicunt *Caman conſ.7. col.17. Niteil.concord. gloſ. fall.59.Gabriel d.concluſ 1. num.470. Bar.in l.3. q.5.in princ.C de pignor.Maranta de remed.poſſeſſ. num.43. Borrell.tit.44.num.415. Marta in compil. iur.tom.3.de pactis cap.17.*

72 Sed quid dicendum, ſi ille, cui hæc facultas capiendi poſſeſſionem propria authoritate competebat, adit Iudicem pro capienda poſſeſſione, an isto caſu requiratur citatio? Quod non requiratur, dicunt *Grat.conſ.37. col.fin. vol.1.* quem referunt *Iac. Pet. Portius commun.opin.lib.1. concl.l.43.* ver.*vigeſimo ſeptimo, & centeſimo Gabriel lib.1.tit.de citat.concluſ.1.n.512. Afſl.dec.326.*vbi *Vrſill.Neutr.conſ.82.Menoch.de adipiſc poſ.remed. 5.n.150.Perſ.cod.tract.n.325.Vin.dec.44.nu.2.& dec.177.Borrell.in ſumma dec.tom.1.tit.44.n.436.*

73 Quod requiratur dicunt *Afſl.dec.97. num.2.3. Gabriel conſ.88.num.23.lib.1. Guid.Pap.dec.107. num.1.Rebuff.ad conſtit.gl.5.num.64. Maranta de tacitis,& ambig.lib.22.tit.22.nu.4. & ſeqq. Poet.*

74 *d.concluſ.43. lib.1. ampl 53. num.* vbi limitat, niſi ille, qui adit Iudicem proteſtetur, quod intendit vti ſua facultate capiendi poſſeſſionem propria authoritate, ſed adit, ne oriantur ſcandala, & ne ſequatur tumultus in poſſeſſione capienda. *Farinac.in repert.iudic.q.1.nu.54.& ſeqq. Mut.conſuet.34.num.45. Sortin.conſ.167. nu.18. vol.2.Borrell.d.tit.44.n.443.*

75 In hac contrarietate mihi placet dicere, eſſe veriorem primam opinionem in caſu, quo quis adit adit iudicem pro capienda poſſeſſione ex *DD.ſup.citatis*, addimus *Angell.de legit.contradict. q.10.art.8.num.*110. In caſu vero, quo quis non

76 petat immiſſionem, ſed ſimplicem aſſociationem Curiæ, tunc non requiri citationem, ſi manifeſtè appareat de non iure poſſeſſoris, & de notoria iuſtitia ipſius petentis, dicimus, ea ratione quia citatio non requiritur vbi citatus non poteſt cõtradicere, diximus *ſup.*addimus in terminis *Farinac. q.175.num.716.& ſeqq. Angel de legit.contradict.q.16.num.3.Cancer.var.lib.3. cap.19.num. 25.& ſeqq.*vbi per ſuum ſenatum ſeruatú refert.

77 Sed ſi iuſtitia petentis ſit aliquantulum dubia & poſſeſſor poſſet aliqualem rationem dubitandi afferre, non competere petenti licentiam ingrediendi propria authoritate, tunc licet aliqui *DD.* teneãt non requiri citationem *Salic. in l.creditores col.12.C.de pignor. Afſl.dicta dec.326.* vbi *Vrſill.Perſonal.de adipiſc.nu.407.Menoch.de recuper. remed.8.num.100.* Tamen contraria opinio frequentiori vſu eſt in praxi recepta, potiſſimum à Rota Romana, vt per *Farinac.dec.785. num.2.* poſt alios *Angel.de legit. contrad.d.art.8.nu.118. & ſeqq.* vbi latè probat Rota in vna *Turritana bonorum 14.Maij 1614.coram D.Vbaldo*, vbi ſtante ſtatuto, vt quis poſſit propria authoritate ingredi, quia pars poſſet docere nõ eſſe locũ ſtatuto, citationẽ eſſe neceſſariam, decreuit, neq; poſſe ſine miniſtrario iudicis, & citatione poſſeſſionẽ capi. *Anna ſing.189.*

49 13. Dicimus tertius caſus eſt vbicumque non
eſt aduerſarius, nam tunc nulla requiritur citatio
Bal. in l. fin. col. 3. verſ. ſed pone C. de iud. & per l.
3. ver. penul. de bonis poſſeſſ. Caualer. dec. 569. Aſin.
ſup. limit. 117. Caluol. d. §. citatio concluſ. 6. nu. 66.
Gabriel. d. concluſ. 1. nu. 368. Hinc Gratian. c. 758.
50 num. 17. dicit quod citatio requiritur, quando
perſona quæ debet citari eſt certa re, & actu, ſe-
cus ſi in ſpe, & potentia, dicemus infrà.
51 14. Caſus eſt, vt citatio non requiritur in om-
nibus illis rebus, quæ ſunt præambula ad citatio-
nem Gabriel d. concluſ. 1. num. 369. Maranta p. 6.
de citat. num. 7. lim. 3. Aſin. ſup. limit. 79. Port. limit.
27. Intrigl. de feud. cent. 1. q. 58. num. 16. Vbi etiã
dicit, quod quando ſtatuta permittunt citationes
certo ordine præmiſſo, circà illorum ordinem
non debet pars citari Petr. Petrol. in Rit. cap. 97.
52 verſ. nota etiam. Sic in impetratione veniæ non
eſt neceſſaria citatio Gabriel d. concluſ. 1. nu. 369.
Aſin. d. lim. 79. & 145. Port. ſuper Intrigl. loco cit. n.
15. Borrell. tit. 44. nu. 379. Tiraquell. res inter alios
acta limit. 32.
53 Item in relatione nuncij vt non requiratur ci-
tatio Bar. in l. theopompus col. 3. in princ. ver. & per
hoc ff. de dote praleg. Bal. in l. conſentaneum col. pen.
in fin. C. quomodo, & quando iud. & in l. minorem
C. in quibus cauſ. in integr. reſt. non eſt neceſſ. Aſin.
ſup. limit. 86. Sic etiam in commiſſione de citan-
54 do. Imò vt ait Corn. conſ. 46. num. 20. lib. 2. Cita-
tio non eſt neceſſaria in cauſæ cognitione facien-
da ante iudicium.
55 15. Caſus eſt, Vbi partes conueniunt, quod nõ
fiat citatio l. diem proferre §. ſi quis litigatorum ff.
de arbitr. per quem tex. ità ibi tenet Ranen. ſing.
165. Gabriel d. concluſ. 1. num. 371. Aſin. limit. 57.
diximus latè ſup. q. 1. ibi vide.
56 16. Caſus eſt vt non requiratur citatio vbi-
cunque ex conſuetudine, vel ſtatuto in aliquo
actu non eſt neceſſaria. Gabriel d. concluſ. 1. num.
372. Aſin. limit. 80. Macer. var. lib. 1. cap. 26.
num. 9. Port. limit. 30. Giurba conſ. 39. num. 68. Bor-
rell. d. tit. 44. num. 387. Ricc. in praxi fori Eccle-
ſiaſt. reſol. 303. num. 3. tom. 3. Sed eſt aduertendum,
quod diximus, in aliquo actu, & non in quolibet
actu Nam ſi ſtatutum diſponeret, quod quis con-
demnari poſſit abſque alia citatione, non valeret
Gabriel d. concluſ. 1. num. 215. & diximus ſup. in
58 princ. huius rubricæ q. 1. Valeret tamen ſi diſpo-
neret de aliquo actu tantum, vt firmat Gabriel d.
59 num. 216. Niſi actus ſit maximi præiudicij, &
pars poſſet contradicere Gabriel num. 216. verſ.
contrarium, iuncto n. 219. Quia ſi pars non poteſt
60 contradicere etiam in præiudicialibus, poteſt
conſuetudo, vel ſtatutum in aliquo actu tollere
citationem.
61 17. Caſus eſt, Vbicunque citandi venire non
poſſunt, vel vocari non poſſunt ſine periculo, tũc
non requiritur eorum citatio Bal. in l. 1. col. ante-
penult. verſ. extrà quæritur C. qui admit. Nicell. in
52. concord. gloſ. in 54. & 106. fallent Gabriel d.
concluſ. 1. num. 463. Menoch. conſ. 100. num. 76.
Port. limit. 82. Borrell. loco cit. num. 280. & ſeqq.
62 18. Caſus eſt, in actu pendente à libera volun-
tate non eſt neceſſaria citatio Gabriel d. concluſ.
1. num. 486. Port. limit. 91. Tiraquell. res inter alios
acta lim. 2. verſ. hinc etiam eſt.
63 19. Caſus eſt. Quando Iudex incipit à præ-
cepto, vel prohibitione in caſibus, in quibus po-
teſt ità procedere, tunc non eſt neceſſaria citatio
Gabriel d. concluſ. 1. num. 497. Port. limit. 102.
64 20. Caſus eſt, Vbicunque ſi fieret citatio, ſe-
queretur impunitas criminis Gabriel d. concluſ. 1.
num. 498. Port. limit. 104.
65 21. Caſus eſt, Vt citatio non requiratur antè
conſultorem, qui non habet partes citare, nec
aliquam ſollemnitatem ſeruare Gabriel d. concluſ.
1. num. 504. Giurb. conſ. 39. num. 56. Coſta conſ. 2.
num. 60. Quod intelligunt ſi res remittatur Con-
ſultori, vt conſultori, vt conſultat, non autem
vt iudicet, quia tunc non amplius conſultor, ſed
Iudex erit.
66 22. Caſus eſt, vt citatio non requiratur vbicũ-
que eſſet facta commiſſio alicui auditori in cauſa
perſonali contrà aliquem, quia nec ille, nec eius
procurator eſt citandus ad dicendum contrà Ga-
briel d. concluſ. 1. n. 505.
67 23. Caſus eſt, vbi agitur contrà aliquem Cu-
riæ officialem, qui etiam non citatus poteſt con-
dẽnari Boer. dec. 9. n. 10. & 11. Gabriel d. concluſ.
1. num. 514. Ricc. coll. 2412. per tex. in l. ne diù C. de
pœnis In omni officiali deputato ad iuſtitiam, vt
poſſit priuari per Principẽ ſine citatione R. Reuit.
in prag. 3. nu. 5. de official. R. Moles dec. 3. de official.
Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. cap. 27. num. 1. & ſeqq. Io:
Redin. de maieſt. Princip. verſ. ſed etiam à nu. 177.
ad finem. Reg. Capic. Latr. conſult. 47. Fontanell. dec.
215. Dom. Rocc. de offic. §. 8. num. 31. de Iure no-
ſtro Neap. adeſt cap. 3. inter gratias conceſſas noſtro
regno anno 1542. fol. 134. dt. ab Imp. Carlo V. in-
dicatum à me erudito iuueni Dom. Ioan. Donato
SanFlor. in opuſculo de regim. Chriſt. Princip. f. 144.
68 Sed omnes dicunt, ſaltim ſemel eſſe citandum,
& eo non comparente, & contumace, poterit in
eum proferri ſententia l. ſi apparitor C. de cohorta.
lib. 12. Boer. d. dec. 9. num. 10. Borrell. d. tit. 44. num.
447. & 448. Maſtrill. vbi ſup. n. 16. & ſeqq.
69 24. Caſus eſt, vt citatio non requiratur in In-
quiſitione generali Angel. in l. ea C. quomod. &
quand. Iud. Innoc. in cap. bona col. 2. de elect. Aſin. in
praxi §. 7. c. 5. limit. 15. Port. ampl. 43. ampl. 18. in
fin. Vbi dicit contrarium in inquiſitione particu-
lari.

70 25 Ca-

Digitized by Google

70 25.Caſus eſt, vt non requiritur citatio quan-
do quis vigore commiſſionis ſibi directæ facerct
inquiſitionem ad ſuam informationem,quia tunc
non tenetur citare ad dicendum *Gabriel d.concl.*
1.num.115.
71 27.Caſus eſt vt citatio non requiritur quando
agitur ad informationem Notarij, & ſic etiam
dicitur ad informationem Commiſſarij, & ad in-
formationem Curiæ *Dec.in cap.in nomine domini*
num.44.de teſtibus Cum.ſuper rit.80.num.1. Iudi-
72 ces tamen debent aduertere quando eis exhi-
beneur Capitula, vt illa non admittant, ſi in il-
lis aliquis nominetur,niſi ipſo citato, ſic etiam
ſi aliqua pars, quæ intendit aliquas probationes
facere,faciat citare aliquem cum colluſione,nam
etiam debet illum reijcere, vt dicunt *DD.in l.ſi*
perluſorio.
73 27.Caſus eſt.Vt nõ requiratur citatio in cauſis
fiſcalibus, vbi ſummariè proceditur *Turamin. in*
*rubr.de leg.n.21.Grat.c.375.n.12.13.*Sed in hoc
74 in cõtrariũ eſt veritas,vt etiã citatio requiratur
latè *Peregr.de Iure fiſci lib.7.tit.3.n.3.Cutell.orat.*
2.nu.19. vltrà alios ab eo citatos *Betart.in ſpec.*
viſit.c.13.de baiulo generali n.30.
75 28.Caſus eſt. Quando ius commune implora-
tur *Bal.in addit.ad Spec. de appellat.* verſ.*quando*
ius commune.
76 29.Caſus eſt. Vt non requiratur citatio vbi ſi
pars citaretur dubitaretur de ſcandalo futuro ve-
niendo. *Io:de Imola in l.de vnoquoque de re iudic.*
Aſin.loco cit.nu.112.Borrell.d.tit.44. nu.398.Tap.
dec.16.S.C.n.15.
77 30.Caſus eſt. Vbi figura iudicij ſeruari non
debet, non requiritur citatio *Bar.in extrauag. ad*
reprimendum verſ.*figura in finè Achill.Perſonal.de*
adipiſc.poſſeſſ.num.281.Cuman.conſ.7.num.7. Aſin.
ſup.limit.34.DD.in l.ſi finita §.iulianus vbi *Bolo-*
gnet.num.40.ff.de damno infect.gl.in clem.ſæpe *ver.*
citationem de verb.ſignific.Seb.Medic. in reg.tur.in
6.Tuſc.lit.C.concluſ.272. nu.3. & 63.Giurb.conſ.
78 *39.num.64.*Quod intellige de citationibus, quæ
non ſapiunt defenſionem; nam de his quæ ſapiũt
defenſionem, etiam vbicunque iudicij figura eſ-
ſet remiſſa, tamen in eis citatio omitti non po-
teſt *Maranta in ſpec.p.6. verſ.ordinarium vel ſum-*
marium n.9.
79 31.Caſus eſt.Vt non requiratur citatio in illis
rebus quæ fiunt a Notario *Bal.in auth.ſi quis in*
aliquo documento col.4. verſ. *ſed hic quero C. de*
edend.
80 32.Caſus eſt ſecundum aliquos,vt in extraiu-
dicialibus citatio non requiratur *Gabriel ſup.con-*
cluſ.1.num.66.Barboſ.in cap.ſuſceptis num.18. de
cauſ.poſſeſſ.Salgad.de reg protect.p.1.c.2. num.141.
*Tuſc.lit.C.concluſ.272.a nu.50.*Et ſic in iuramẽ-
81 to extraiudiciali non requiritur citatio *Ricc.*
coll.203.& coll.2145.Caroc.de iuram.deciſor. q.4.
princ.nu.2.Theſ.dec.68. Ricc.in praxi alien.rerum
Eccleſ.dec.108. num.4. & 5. Sed ſecundum alios
82 relatos à *Gabriel d. concluſ.1. num.61.* cita-
tio requiritur, quod etiam tenent *Surd.conſ.323.*
num.8.lib.3.Port.d.concluſ.43.Eſcobar.de ratiocin.
83 *cap.34.num.2.*diximus *ſup.*Sic etiam in iuramẽ-
to iudiciali *Theſ.d.dec.68.num.1.Caroc.d.q.4.*
princ.n.2.

84 33.Caſus eſt. Quando Princeps per reſcrip-
tum aufert ius alterius ex certa ſcientia,vel de
plenitudine poteſtatis, vel cum clauſula: *non ob-*
ſtantibus, nam tunc non requiritur citatio *Ga-*
briel d.concl.1.num.28.R.Latro conſult.47.
85 35.Caſus eſt. Quando adſunt verba *ipſo facto*
Roman.conſ.282.in fine Gratian.diſcept.990. n.8.
86 35.Caſus eſt: Quando adſunt verba: *præciſe*
exigere Beroù.conſ.180.num.7. & 8.lib.3. Carpan.
ſuper ſtat.Mediolan.c.57.n.14.tom.1.
87 36.Caſus eſt. In reuocatione attentatorum
Giurba conſ.39.nu.46.& 62.& diximus *ſup.* late.
88 37.Caſus eſt, vt citatio non requiratur in ijs,
quæ de facto procedunt *Giurba conſ.39. n.50.*
89 38.Caſus eſt in reformatione, & correctione
bullæ. *Rebuff.in praxi benefic.tit.de reformat, &*
*correct.bull.num.8.*quem citat, & ſequitur *Paris de*
reſignat.benefic.lib.8.q.7.n.193.
90 39.Caſus eſt. Quando Princeps prouidet,
quod Iudex ſe informet, & referat, niſi ex rela-
tione exequeretur *Borrell.d.tit.44. num 456. Bel-*
91 *lon.conſ.70.n.12.* Sed contrarium dicit *Muta*
ſuper Cap.Regis Alfonſi 6.num.16. tom.4. quod ſi
in reſcripto dicatur, vel ſuper memoriali. *Iudex*
ſe informet, in tali informatione requiritur pàr-
tir citatio. Hinc ſolent in Regno Siciliæ Prore-
ges decretare ſupplicationes *M.C.ſe informet, &*
referat auditis partibus.
92 40.Caſus eſt. In inſufflatione ſpiritus vitæ,
quam facit Princeps cauſę, inſtantia perempta
l.2. C.de tempor. appell. Nouar.ſuper prag. in rubr.
de citat.nu.96.Capic.dec.161.num.6.Aſin.in praxi
§.7.cap.5.limit.38.num 1. Borrell.loco cit. nu.422.
93 Prout ſeruatur in noſtro regno Neap.vt nos te-
94 ſtamur de praxi, ſecus in Regno Siciliæ ſtan-
tibus litteris Regijs, contrarium diſponentibus.
95 41.Caſus eſt.Vt citatio non requiratur quan-
do actus nullum afferet præiudicium. *Hippol. de*
Marſil.in l.de vnoquoque num.68. ff.de re iudic. &
ſing.30.num.3.Caroc.except.125.num.200.Borrell,
d.tit.44.n.290.Hunn.in encycloped.iuris p.2.tit.8.
de citat.c.1.nu.20.
96 42.Caſus eſt. In mandato de ſuperſedendo in
in cauſa *Borrell d.tit.44.n.497.*
97 43.Caſus eſt.Vt non requiratur citatio quan-
do citandus non patitur citationem ad ſe perue-
nire, imò in hoc caſu habetur pro citato *Innoc.*
in cap.ad petitionem de accuſat. Abb.in cap.ex tua
col.penul..de cler.non præſid.Caluol.in praxi §.cita-
tio concluſ.6.num.60.Scac.de appell.q.12.num.19.
Barboſ.in c.quoniam frequenter §.porrò num.15. vt
lite non conteſt. Hunn.in encycloped.iuris p.2. tit.8.
98 *de citat.c.1.nu.21.*Sed hoc caſu ſolet obſeruari,
vt citetur ad domum de mandato Iudicis, &
ſcribatur cum clauſula. *ex quo, &c.*iuxta *tex.in*
*clem.cauſam §.verum de elect.& conſtit.citat.*vt no-
tat *Iſern.in cap.1.col.2.de milit.vaſſal. qui contum.*
eſt Maranta in ſpec.p.6.de citat.num.84.Baron.de
citat.q.19.n.132.
99 44.Caſus eſt.Vt non requiritur citatio eorum
quorum principaliter non intereſt, ſed ſecunda-
rio. *gl.2.in l.de vnoquoque de re iudic.Barboſ.*poſt
multos *in c.ſuſceptis n.12.& 13. de cauſ.poſſeſſ.* &
diximus latè *ſup.*
300 45.Caſus eſt.Vt in imploratione brachij non

 ſit

ſit neceſſaria citatio. *Ricc. in praxi implor. brachij ſecul. Reg. Latr. dec. 82. num. 3.* Quod requiratur ci-
101 tatio, verior eſt concluſio, vt diximus. *q.*
102 46. Caſus in condendis ſtatutis *Bal. in cap. cum omnis de conſtit.* quem citat, & ſequitur *Maſſobr. de ſinod. dub. 43. n. 3.*
103 47. Caſus eſt in concedendis monitorijs, in quo caſu non requiritur partis citatio *Genuenſ. in praxi Archiep. Neap. c. 1. nu. 11. Barboſ. de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 96. num. 37.*

S V M M A R I V M.

4 *Quando committitur alicui examinatio, an aliquis ſit dignus, an requiratur citatio? & n. 2.*
3 *An in declaratione nullitatis proceſſus? & nu. 4. 5.*
6 *Quid quando interdicitur alicui adminiſtratio, tanquam furioſo? & n. 7. 8. 9. 10.*
11 *Quid quando iudex ſe informat de conſuetudine? & nu. 12.*
13 *In poſſeſſione bonorum agnoſcenda? & num. 14. 15. 16.*
17 *Cum quis immittitur in poſſeſſ. rei à nemine poſſeſſæ.*
18 *Cum quis alienat ius ſuum.*
19 *Quando monacus vult ſuum Abbatem accuſare, & num. 20.*
21 *In exigrudis collectis, & ſimilibus.*
22 *Quid quando eſt pactum poſſe debitorem capi propria authoritate? & n. 23.*
24 *In quibus alijs caſibus citatio non requiratur, & à n. 25. ad n. 170.*
171 *In quibus actibus tela iudiciaria, citatio non requiratur? & à n. 172. ad n. 193.*

In quibus aijs actibus, reſpectu totius cauſę ſiue iudicij, non ſit neceſſaria citatio?

QVÆSTIO XXV.

1 PRimus eſt quando alicui committitur examinatio, an aliquis ſit dignus, vel idoneus, & proceditur extraiudicialiter *Gabriel de cit. concluſ. 1. n. 309. iuncto n. 312. Maranta in ſpec. p. 6. ver. concipiatur citatio num. 21. limit. 14. Nouar. ſuper pragm. in rubr. de citat. num. 79. Tiraq. res inter alios acta limit. 4. Barboſ. in cap. ſuſceptis num. 15. de cauſ. poſſ.* & *Maranta loco cit.* generaliter loquitur vbicunque aliquis habet expedire actum ſecundum ſuam conſcientiam, ſic etiam loquitur *Bal. in l. certum ver. & idem eſt C. vnde cognat. Tiraq. ſup. limit. 5.* Si verò
2 proceditur iudicialiter tunc eſt neceſſaria citatio *Felin. in cap. relatum col. fin. de offic. deleg. Abb. in cap. 2. num. 7. de reſcript.* vbi *Aret. idem Felin. in c. 3. de teſtibus limit. 1. & 2.* vbi etiam *Dec. Rum. conſ. 68. num. 2. vol. 1. Gabriel d. concluſ. 1. num. 312. Cuman. conſ. 7. col. 2. Port. concluſ. 43. lib. 1. limit. 4. Borrell. d. tit. 44. n. 295.*
3 2. Caſus eſt. In declaratione Nullitatis Proceſſus. *Abb. in cap. cauſam, quæ de reſcript. Gabriel d. concluſ. 1. num. 212. Tiraq. res inter alios acta limit. 8. Caroc. ſing. 124. Port. concluſ. 43. ampl. 48. lib. 1. Riminald. conſ. 425. n. 46.*
4 Quæ concluſio intelligitur. Primo quando ageretur ſimpliciter de nullitate proceſſus in nullius præiudicium *Gabriel d. concl. 1. n. 213.*

Vel conſtaret notoriè de incompetentia Iudicis defectu Iuriſdictionis, vel in declaratione Iudicis ſe eſſe incompetentem *Gabriel d. concluſ. 1. num. 484. & ſeq. & num. 525. Borrell. d. tit. 44. nu. 440. Caroc. d. ſing. 124.* Intelligitur 2. quando in-
5 cidenter proponitur nullitas, ſecus ſi principaliter, quia tunc requiritur tela, & ordo iudiciarius & ſententia ſuper illa ferenda habet vim diffinitiuæ, idcircò partis citatio eſt neceſſaria. *Burg. de modo proced. ex abrupt. q. 5. num. 76. Borrell. tit. 44. num. 203. Ricc. coll. 2145. Nouar. ſuper pragm. in rubr. de citat. n. 44. 45. Rota in nouiſ. dec. 340.*
6 3. Caſus eſt quando alicui furioſo fieret interdictio adminiſtrationis à Iudice, quia talis interdictio poteſt fieri parte non citata *Borrell. tit. 44. num. 335. Gabriel d. concluſ. 1. nu. 315.* Quod procedit etiam in prodigo *Borrell. num. 362. Maranta in ſpec. p. 6. de citat. num. 31. Caluol. in praxi §. citatio concluſ. 6. num. 74. Port. concluſ. 43. ampl. 46. in fin. lib. 1. & limit. 7. Nouar. ſuper pragm. in rubr. de*
7 *citat. num. 86.* Sed quod citatio requiritur dicunt *Gabriel d. concluſ. 1. num. 206. Conuerſ. de Curat. §. 2. num. 7. Tap. lib. 4. iuris regni tit. de cruſib. nu. 52. Virgil. de legit. perſon. c. 7. num. 5. Nouar. in praxi elect. fori ſect. 2. q. 17. num. 3. ex Socc. conſ. 279. lib. 3. Cald. ad l. ſi Curatorem C. de in integr. reſtit. verb. cum non abſimilis col. 1. verſ. ad huiuſmodi, & Mut. ſuper cap. 32. Regis Iacobi num. 38. Tuſc. lit. P. concluſ. 865. in princ. Tiraq. res inter alios acta limit. 41.* in prodigo etiam notorio, *& limitat. 42.* in furioſo.
8 Ego verò dicerem, quod cum requiratur cauſæ cognitio ad probationem furoris, vel prodigalitatis *Alex. conſ. 86. col. 2. vol. 2.* & regulare ſit quod vbicumque requiritur cauſę cognitio citatio ſit neceſſaria *Socc. conſ. 12. verſ. quo ad primum p. 1.* ſicut è contrà vbi cauſæ cognitio non eſt adhibenda, non requiritur *Coſta conſ. 2. n. 50. Tap. dec. 23. num. 7.* & diximus *ſup.*
9 Quod ſit neceſſaria citatio ad ipſam probationem, qua facta parte citata, deinde poteſt ad interdictionem parte non citata, deueniri *Ripa Eſtr. Ricc. Vin. Maſcard. Caſtill. dec. 225. num. 8. Borrell. tit. 44. num. 336. Tiraq. res inter alios acta limit. 42. in fin. Aſin. in praxi §. 9. c. 5. limit. 42. nu. 5. & lim. 63. & 64.* Quo ad prodigalitatem diximus poſt multos *in obſ. ad conſ. 75. R. Reuiti lib. 3.*
10 Sic in reuocatione Curatoris debent citari illi, qui petierunt curatorem dari *Molſeſ. conſ. 8. num. 44. & ſeqq. Dec. conſ. 274.*
11 4. Caſus in quo citatio non requiritur, vbicunque Iudex à ſemet ipſo ſe informat de conſuetudiſie eiuſdem Ciuitatis, quæ reſpicit litis ordinem, quia talis conſuetudo probari poteſt per teſtes parte non citata receptos. *Gabriel d. concluſ. 1. num. 353. & ſeqq. Gratian. cap. 738. num. 17. & 18. Achill. Perſonal. de adipiſc. poſſeſſ. ſub nu.*
12 159. Si verò conſuetudo reſpiciat cauſæ deciſionem cum ſit magni præiudicij, requirit partis citationem *Gabriel vbi ſup. n. 354. Achill. vbi ſup. num. 161.*
13 5. Caſus in bonorum poſſeſſione agnoſcenda *Gabriel d. concluſ. 1. num. 364. Bertachin. p. 2. verſ.*

ſic

*citatio num.*130. Et ſi ſit bonorum poſſeſſio con-
14 trà tabulas,vt dicit *Gabriel num.*361.*Borrell.ſup.*
*nu.*330. & 331.*Aſin.in praxi* §.6.*cap.*5. *limit.*88.
*Tuſc.lit.C.concluſ.*6.*n.*56.*Port.limit.*24. Sic etiam
15 in bonorum poſſeſſione gratia litis agnoſcendæ,
quam petit filius emancipatus, vt poſſit per quæ-
relam teſtamentum impugnare, vt dicit *Gabriel*
*num.*370.*Aſin.in* §.*petenda Inſtit. de bonor.poſſeſſ.*
*num.*6.*Port.limit.*28. Verum in bonorum poſſeſ-
16 ſione carboniana, vèl ventris nomine requiritur
citatio *Bal.in l.fin. C. qui admitti col.*2. *verſ. ſed*
nunquid hæc lex.
17 6.Caſus eſt. Vbi quis petit ſe immitti in poſ-
ſeſſionem rei,quę à nemine poſſidetur, cum tunc
non ſit, qui citari poſſit *Borrell.ſup.num.*533.*Ga-*
*briel concluſ.*5.*nu.*367.*Aſin.vbi ſup.limit.*88. *Cal-*
*nol.ſup.nu.*55.*Port.limit.*6. Idem quando ignora-
tur poſſeſſor, vel is de cuius intereſſe agi poteſt.
*Menoch.conſ.*1073.*num.*16.& diximus *ſup.*
18 7.Caſus. Non requiritur citatio poſſeſſoris in
alienatione iuris ſui *Gabriel d.concluſ.*5.*nu.*377.
*Aſin.loco cit.limit.*85.*Port.limit.*35. *Borrell.tit.*44.
*num.*389.
19 8.Caſus eſt. Vt non requiratur citatio in ali-
quali cognitione,quæ permittitur quando mona-
cus vult ſuum Abbatem accuſare, quia in ea non
requiritur partis præſentia,vel citatio *Gabriel d.*
*concluſ.*5.*nu.*378.*Aſin.limit.*82.*num.*2. *Port.limit.*
20 34.Sic etiam non requiritur in dando ipſi regu-
lari licentiam accuſandi *Bal.in add.ad Specul.de*
inquiſit. verſ.*regularis.*
21 9.Caſus.In exigendis datijs,collectis, & fun-
ctionibus fiſcalibus. *Maranta in ſpec. p.*6. *de ci-*
*tat.num.*6.*ex Bal.conſ.*434. *vol.*3. *Gabriel concluſ.*
1.*num.*522.*Aſin.ſup.limit.*33.*Burg.de modo proced.*
*ex abrupt.q.*5.*nu.*55. *Caluol.in praxi* §.*citatio con-*
*cluſ.*6.*num.*73.*Borrell.tit.*44.*n.*283.*Grat.c.*375.
22 10.Caſus eſt. Non requiritur citatio quando
in inſtrumento eſſet pactum, quod debitor capi
poſſit ad inſtantiam creditoris ex ſola oſtenſione
inſtrumenti facta Iudici, nam tunc poteſt capi
per iudicem auctoritate inſtrumenti, nulla præ-
cedente citatione *Maranta p.*6. *in ſpec. de citat.*
*num.*11.*Aſin.loco cit.limit.*21.& *de execut.* §.2. *c.*
23 20.*in princ.* Ex hoc oritur practica in Regno
Siciliæ,quod nulla præcedente citatione debitor
capiatur vigore inſtrumenti, nam in illo adeſt
pactum, quod fiat Ritus, & executio in perſona
& bonis, & per ritum executio fit etiam parte
non citata per *cap. ad tollendum* itaque vigore
pacti, quod de perſona loquitur, Ritus fit in
perſona,nulla pręcedente partis citatione,quáuis
Ritus de miſſione tantum loquatur, vide tamen
*nos q.*22.*propè finem,* & *q.*23.
24 11.Caſus eſt.Vt non requiratur citatio quando
proceditur contrà vnum criminaliter ad fiſci
vtilitatem,quia effectus illius iudicij,etiam in
alterum non citatum dirigi poteſt, nec propter
ea impeditur executio, quia ille non ſit citatus
*Gabriel d.concluſ.*1.*num.*390.*Aſin.limit.*65. *Port.*
*limit.*40.
25 12.Caſus eſt. Vt non requiratur citatio in
inſinuatione donationis, quæ fieri poteſt parte
non citata, ſola voluntate donatoris ſecundum
vnam opinionem, de qua per *Gabriel d.concluſ.*
1.*nu.*391.*Aſin.limit.*109. *Tiraq.res inter alios acta*
*limit.*32. *Port.limit.*41. *Rebuff.ſuper conſtit.gall.*
*tom.*2.*tit.de donat.inſin.art.*5.*gl.vn. num.*10. *Bor-*
*rel.tit.*44.*num.*385.licet ſecundum aliam opinio-
nem contrarium teneát alij citati ab eodem *Ga-*
*briel n.*392.
26 13.Caſus eſt, vt non requiratur citatio in ca-
ſu *c.fin.de eo qui duxit cauſa,* & *in l.ſi quando C.*
*vnde vi,*quia talis ſic ſpoliatus poteſt res amiſ-
ſas probare per iuramentum ſuum, nulla præce-
dente partis citatione *Gabriel d.concluſ.*5.*n.*395.
Et *Gabriel num.*396. ampliat etiam non probata
violentia. *Aſin.limit.*154. & 115. *Port.limit.*44.
*Borrell.tit.*44.*n.*390.
27 14.Caſus eſt. Quando dominus rem per cadu-
citatem ad eum deuolutam, alteri locat *Gabriel*
*n.*397. *Port.limit.*45.*Borrell.num.*413.Sed reſolu-
28 tio quæſtionis dependet à reſolutione alterius
quæſtionis, an emphyteuta incidens in commiſ-
ſum, cadat ipſo iure à iure emphyteutico, an ve-
rò ſententia opus ſit,quam quæſtionem diſputant
*Amic. de Iure emphyt. q.*35. & 32. *Maſtrill.dec.*
193.*Caſtill.dec.*504.*Tuſc.lit.E.concluſ.*191. *Dom.*
*Fratris diſcept.*43.*lib.*2. & communior opinio eſt,
vt ſequatur ſententia, quia multa poſſunt af-
ferri ad excuſandam caducitatem. *Cauall.q.*14.
*Afſl.dec.*97.vbi *Vrſill.Corbul.de Iure emph.tit.de*
*cauſ.priuat.ob deteriorat.num.*58.& *ſeqq. Ludouic.*
*dec.Peruſ.*57.*Barbat.de diuis.feud.p.*2. *c.*23.
29 15.Caſus eſt.Vt non requiratur citatio, quan-
do clericus captus à Curia ſæculari, vult oſten-
dere ſe clericum,quia poteſt hoc facere ſine par-
tis citatione *Bar.in l.ſi qua per calumniam col.*2.
verſ.ſed pone C.de epiſcop.& cleric. *Gabriel d.con-*
*cluſ.*1.*num.*398. *Aſin.limit.*115. *Ricc.coll.*2412.
*Nouar.ſuper pragm.in rubr. de cit.num.*98. *Tiraq.*
*res inter alios acta limit.*38. *Port.limit.*46. *Coſta*
*conſ.*2.*num.*64.*Borrell.ſup.num.*425.Vbi affert ra-
tionem quia cum Clericatus ſit docendus coram
Epiſcopo, coram laico non dicitur fieri in vim
plenæ probationis,ſed potius inſtructionis,*Guid.*
*Pap.dec.*138. *Rot.in nouis dec.*202. *Franch.deciſ.*
329. vnde rectè dicit *Barboſ.de poteſt.Epiſcop.p.*2.
*alleg.*12.*num.*34.quod quando Iudex Eccleſiaſti-
cus vult declarare aliquem eſſe clericum, & gau-
dere priuilegio fori, citantur Iudex, & fiſcus ſę-
cularis Curiæ.
30 16.Caſus eſt quando Iudex fuiſſet commina-
tus, quod citato non comparente procedi poſſit
contrà eum ad omnes, & ſingulos actus, etiam
ad ſententiam, nam tunc non comparente, non
erit neceſſaria alia citatio *Gabriel concluſ.*1.*num.*
405. *Aſin.limit.*120. *Port.limit.*49. *Rebuff.ſuper*
*conſtit.gall.tom.*3. *tit.de contumac.art.*7. *gl.*2.*num.*
25.Quam concluſionem ampliat *Gabriel nu.*402.
etiam ſi ſit dictum, compareat ad reſpondendum,
& ad ſe defendendum. *Franch.dec.*457.
31 17.Caſus eſt. Quando fieret inhibitio à Prin-
cipe, nè monitiones, ſtatuta, vel conſtitutiones
contrà ius diuinum executioni mandentur, vel
ſeruentur, quia talia præcepta fieri poſſunt par-
te non citata *Gabriel num.*457.*Port.limit.*54.
32 18.Quando Prętor edictum ſuum aperit,quia
hoc omnibus proficit, tam citatis, quam non
citatis *Gabriel nu.*424.*Port.limit.*60.

33 19.Caſus eſt, quando aſſeritur per fideicom-
miſſum libertatem deberi, grauato alibi exiſtente
abſque cauſa iniuſta, nam eo abſente, & non
citato poteſt declarari libertatem deberi, & ipſū
iuſta cauſa abeſſe, nè emittat libertatem l.ſi enim
§.fin. vbi gl.ff.de fideicom.libert. Angel in l.ea quæ
C.quomodo, & quand.Iud. Gabriel num.433. Port.
limit.63.
34 20.Caſus eſt quando Iudex interponit decre-
tum, ſiuè authoritatem, quia tunc non tenetur
citare partem, contrà quam interponitur gl.in
l.recuſare in verb.poſtulant ff.ad trebell.Bertachin.
verb.citatio fol.190.col.1.Ricc.coll.2412. Cald.in
conſ.5.tit.qui fil.ſiat legit. Nicell.in 52.concord.gl.
in 71.fall.
35 Sed contrarium ſentiunt Bar.Ang.Paul.de Ca-
ſtr.Imol. & Alex.in d.l.recuſare dum intelligunt
illum tex.procedere vel in abſente per contuma-
ciam, vel quando decretum non præiudicat, vt
ibi per Bart. Marian.in tract.citat.col.57.in 27.ca-
ſu, Quæ opinio verior mihi videtur ratione præ-
iudicij, & ſic requiritur cauſæ cognitio Beatnten.
dec.2.Card.Paris conſ.98.num.6.vol.1. conſ.85.n.
26.vol.3.Simoncell.de decr.minor.lib.1.tit.1.n.31.
Borrell.in ſumma deciſ.tom.1. tit.de citat.num.402.
& 403.Aſin.in praxi §.7.c.5.lim.142.
36 21.Caſus eſt in adimplemento conditionis
caſualis, in quo non requiritur partis citatio, vel
præſentia. Gabriel d.concluſ.1.n.435. Port.lim.65.
37 22.Caſus eſt in impetratione priuilegij, vel
gratiæ. Bal.in l.nam ità diuus ff.de adopt. col.1.&
in l.fin. C.quibus res iud.non nec. Marchabr.conſ.
23.num.266. Alex.in d.l.de vnoquoque ff.de re iu-
dic.Goxadin.conſ.2.num.7.& conſ.9.num.62.Dec.
conſ.191.num.7. Ea ratione quia eſt donum
Superioris, & ſicut Princeps ſolus poteſt legem
condere, ſic in poteſtate eius eſt priuilegia con-
cedere nullo citato, & conſ.194. num.3.conſ.390.
num.15.& 16.conſ.498.num.30.& ſeqq. Menoch.
conſ.140.num.31.Borrell.tit.44.num.317. Rimi-
nald.conſ.425.num.38. & 35. Becc.conſ.142. nu.
27.Innoc. & Io:Andr. in cap.cum olim de priuil.
38 Etiam ſi gratia eſſet alteri præiudicialis Gabriel
num.436.Aſin.limit.3.& limit.32.nu.2.Riminald.
d.conſ.425.num.38. qui loquitur ſtante clauſula
de plenitudine poteſtatis, vel ex certa ſcientia Bar-
boſ.in d.d.clauſ.
39 Idem dicendum eſt, vt non requiratur citatio
in renouatione, & confirmatione priuilegij poſt
Abb.Dec.Zabar.Hoſt.& Imol Renit.in prag.4. de
40 poſſeſſ.non turb.num.19.Et in renouatione priui-
legij Caroc.ſing.39.verſ.extenditur Eſt tamen ve-
41 rum, quod Princeps ſine partis citatione, non
poteſt procedere ad reuocationem eorum, quæ nō
dependent à libera ipſius diſpoſitione, ità poſt
Socc.Gabriel, & Peregr. docet Paſcal. de vir.patr.
poteſt.p.1.c.1.n.75.
42 Sed quod in priuilegio, quod in aliquo lædit
ius tertij, ſit pars citanda, dicit poſt alios Surd.
conſ.323.num.9.Borrell.tit.44.num.318.Peregr.de
Iure fiſci lib.1.tit.3.num.22. Calaol.in praxi §.ci-
tatio concluſ.6.n.53.Qui n.43.idē dicit in impe-
tratione reſcripti ſi per illud decidatur cauſa cū
præiudicio tertij Port.lim.66. verſ.contrariū Ideò
Rebuff.ſuper conſtit.gall.tom.2.tit.de lit.dilat.art.1.
43 gl.1.num.8. dicit quod in his, quę non lædunt
partem, aut modicè, non requiritur in impetra-
tione priuilegij partis citatio. Data pro vera
44 opinione Gabrielis d.nu.436. illa procedit dum-
modo gratia ſit merè priuilegium, & merè gra-
tia, vt ipſe dicit n.437. Et dummodo non tra-
ctetur de reſtrictione, vel modificatione conceſ-
ſionis factæ per Principem, vt dicit num.438.
idem dicit Borrell.num.320. & 321. Vel de am-
pliatione priuilegij, vt firmat Gabriel ſup.nu.439.
45 Vel de diſpenſatione, Idem Gabriel num.440.
& 487.
46 23.Caſus eſt In interpretatione priuilegij per
Principem, non iudicialiter aditum, quia tunc
non eſt neceſſaria citatio Gabriel num.192. No-
uat.ſuper pragm.in rubr.de citat.num.43. Giurba
conſ.39.nu.72.Girond.de priuil. & exempt.explic.
q.108.à n.578. vbi examinat quæſtionem, & nu.
581. diſtinguit inter declarationem factam in
iudicio, & extrà iudicium Guid.Pap.dec.70.
47 24.Caſus eſt. In reuocatione eorum, quę à Iu-
dice de facto, & ſine partis citatione facta ſunt.
Contard.in l.vnic.lim.16. num.15. de moment.poſ-
ſeſſ.Gabriel num.441.Ricc.coll.3973. Add.ad Ri-
minald.conſ.282. lit.B. Port.limit.67. vbi ponit
pro, & contrà Fariaac.conſ.17. num.27. Carpan.
ſuper ſtat. Mediol.cap.155. num.25.p.1. Borrell.
tit.44.num.404.& 405. Nam ea, quæ de facto,
48 id eſt ſine partis citatione ſiunt, de facto, & ſine
citatione reuocari debent, diximus in princ.huius
Tractatus Rom.conſ.158. Marc. Mant. ſing.246.
Ricc.dec.135. num.9. Abrux.ſuper pragm. de modo
proced.ſum.p.2.cap.5.num.119.Caroc.ſing.236. &
429.Cutell.orat.21.nu.59. Tap.dec.Senat.Ital.23.
num.27.in fine, & num.28. dicit: poſſeſſionem
ablatam abſque citatione, poſſe etiam abſque
citatione reſtitui. Et executionem factam parte
non citata, etiam abſque citatione reuocari. Et
interloquutoriam latam abſque citatione partis,
poſſe etiam abſque citatione reuocari; Aſin.in
praxi §.7.cap.5.limit.134.& 135.vbi etiam dicit
quod de facto ſpoliatus, de facto eſt reſtituendus
Burg.de laud.p.3.inſpect.36. num.31. & de modo
proced.ex abrupt.q.5. num.178. Gratian.cap.914.
num.8. & 9.Ceſta conſ.2.nu.52.& 54.Lauag.conſ.
26.inter conſil.Sicul.per Lun.nu.49.Iannin.de cit.
reoli lib.1. cap.2. à nu.85. Vbi ſi Iudex de facto
proceſſit ad carcerationem, de facto debet cap-
turam reuocare, etiam abſque citatione illius, qui
capturam impetrauit, idem dicit lib.2.cap.1. nu.
223.Tuſc.lit.C.concluſ.272.num.28. Achill.perſ.de
adipiſc.poſſeſſ.ſub num.281. Dicta concluſio fallit
49 quando Iudex etiam parte præſente, & contra-
dicente actum facturus fuiſſet Gabriel d.concluſ.
1.num.442.
50 25.Caſus eſt. Vt in executione ſententię, Iudex
poſſit ſine alia citatione compellere condemnatū
vt de fructibus ſatisfaciat in quibus fuerat con-
demnatus Gabriel d.concluſ.1.num.456.Port.limit.
73.nos diximus ſup.
51 26.Caſus eſt in vnione Eccleſiæ, quia nec
rector, nec ordinarius debet citari Gabriel n.457.
& 458.Port.limit.74.
52 27.In pręceptis factis ſubditis, nam non eſt
neceſſaria citatio Gabriel num.462.

53 28.In

1

Digitized by Google

53 28.In collatione beneficij, niſi ſit beneficium
non vacans,ſiue de iure, ſiue de facto *Gabriel nu.*
463. & 464.465. vbi dicit quod in beneficio,
quod ſolum non eſt vacans de facto, de iure
autem ſic:ſi poſſeſſor habet coloratam poſſeſſio-
nem ab eo, qui non habebat talem authoritatem
non eſt neceſſaria citatio, ſed ſi habet coloratam
poſſeſſionem ab eo,qui talem authoritatem ha-
bebat,eſt neceſſaria citatio.

54 29.Caſus in renouatione inſtrumenti, quæ
fieret propter vetuſtatem originalis ſcripturæ,vel
propter eius amiſſionem *Bart.in l.adoptio ff. de*
*adopt.Gabriel n.466.Port.limit.*79.

55 30.Caſus eſt in exemplatione Inſtrumenti ad
inſtantiam procuratoris Domini. *Bal. in auth.ſi*
*quis in aliquo col.fin.C.de edendo Gabriel nu.*467.
*Port.limit.*80.

56 31.In ceſſione facienda contrà debitorem,
quia tunc non eſt citandus debitor *Bal. in l.fin.*
*col.1.C.qui admiſſi Bertachin.in repert.*verb.*citatio*
*f.*493.*col.*2.*Gabriel n.*468.*Port.limit.*81.

57 32.In acquiſitione poſſeſſionis, quam quis facit
propria authoritate, in caſu ſibi permiſſo *l.3.C.*
*de pignor.*diximus *ſup.*

58 33.Caſus, in tenuta danda, nam non eſt ne-
ceſſe citare emptorem, cui res non dum fuerat
tradita *Bal.*poſt *Iacob. de Butr. in l. manifeſtiſſimi*
*col.2.in princ.C.de furtis Gabriel concluſ.1.n.*471.
*Port.limit.*84.

59 34.Caſus eſt, vt non citetur in proceſſu in-
quiſitionis, indagator *Angel in l.adoptio ff. de*
*adopt.Gabriel n.*473.*Port. limit.*85.

60 35.Caſus eſt.Vt non ſit neceſſaria citatio in
declaratione, quam facit dominus,qui vult lo-
cum eſſe caducitati, quando eſt vera declaratio,
quia quando non eſt vera, vel ſimplex,tunc re-
quiritur citatio partis.*Gabriel nu.*474. *Riminald.*
*conſ.*421.*num.*2.& 23.*Borrell.tit.*44.*num.*438.&
*ſeqq.Teſtai alleg.*26.*nu.*139.*Port.limit.*86. *Sperell.*
*dec.*71.*num.*12 diximus *caſu* 14.*ſup.hic.*

61 36.Caſus eſt. Vt non ſit neceſſaria citatio de-
bitoris principalis quando agitur hypotecaria
contrà tertios poſſeſſores, ſecundum *Alex.conſ.*
85.*col.*1.*vol.*6. *Port.limit.*87.*Borrell.nu.*432.*Tuſc.*
*lit.C.concluſ.*273.*Theſ.dec.*53. *in fine Reg.Sanfel.*
*dec.*115. vbi deciſum refert, licet ſecundum
62 *Barbat.conſ.*28.*col.*9.*lib.*2.ſit neceſſaria. *R.Rouit.*
*in prag.*1.*de aſſiſtentia*, & hoc iure vtimur in re-
ſciſſione contractus pro capitali, & tertijs, ſecus
ſi ageretur pro tertijs tantum, vel non ageretur
de reſciſſione contractus,ſed de alio credito, li-
quido tamen, ſecus liquidando. *Barbat.de aſſi-*
*ſtentia gl.*2.*n.*16.& *ſeqq.*

63 Sed eſt neceſſaria citatio tertij poſſeſſoris,
quando fit diſcuſſio contrà principalem, aliàs di-
ſcuſſio non nocet *Gabriel num.*333. & 335. *Tuſc.*
*lit.C.concluſ.*268.*num.*40.& 256.*num.*14. *Hier.de*
*Leo decif.*146.*num.*4.*lib.*2.Sed an debeat eſſe ſpe-
64 cialis, an verò ſufficiat generalis,diſputat *Gabr.*
*n.*335.*Leo d.dec.*146.

65 36.Caſus eſt.Vt non ſit neceſſaria citatio in
moderatione penſionis *Gabriel num.*488. *Port.li-*
*mitat.*93.

66 38.Caſus eſt, vt non ſit neceſſaria citatio in
congregando Communitatem villæ,vel caſtri pro
imponenda talea, ſeu collecta pro ſatisfactione
debiti communis; quia tunc non eſt neceſſario
citandus dominus *Guid.Pap.q.*631. *Ricc.collect.*
2412.*Port.limit.*95.licet debeat congregari cum
67 licentia domini, vel officialis *Borrell.d.tit.*44.
*num.*429.& 430.*l.*2.*C.de Decur.lib.*10.& *in l.fin.*
*ff.de leg. Boer.dec.*60. *Franch.dec.*446. vbi limi-
tat ſi Vniuerſitas velit loqui contra Baronem,
vel officialem *Anna ſing.*367. videndus *Nouar.*
*dec.*72.& *in prag.*8.*de admin. Vniuerſ.*& *in tract.*
de grauamin.Vaſſall.

68 39.Caſus eſt in permutatione, quæ fit de be-
neficio iuris patronatus, quæ poteſt fieri etiam
non vocato domino, licet per viam exceptionis
poſſit annullari, *Gabriel* de communi teſtãs *num.*
491.*Port.limit.*96.*concluſ.*43. *lib.*1.

69 40.Caſus eſt, quando pignora iudicialia ex-
ponuntur venalia, & venduntur *Port.limit.*98.
*Gabriel num.*493.licet contra, & melius dicat
*Ant. Fab.in C.tit.de diſtract.pignor. defin.*6.7. &
20. & diximus *n.*19.22. *Caroc. de except.except.*
16.*Affl.dec.*358. *Gratian.diſcept.*375. vbi dicit
veram primam opinionem quando pignora ſub-
haſtantur, & capiuntur ſecus ſi adiudicentur *Ga-*
*ma dec.*203.*num.*2. *Borrell.in ſumma deciſ.tit. de*
*citat.n.*220.& 458.

70 41.Caſus eſt. Vt non ſit neceſſaria citatio in
ceſſione bonorum facta, citatis aliquibus credi-
toribus apparentibus,quo ad non apparentes, &
non citatos. *Guid.Pap.conſ.* 124. *ſub num.*9. *Port.*
*limit.*99.*Gabriel num.*494.*Muta conſuet.*57.*num.*
24.*Canter.var.lib.*2.*cap.*9. *de ceſſione bonor. num.*
24. & 25. *Apicell.de ceſſione bonor. tit.*3. *num.*7.
vbi dicit verum eſſe ſi debitor debita aliorum
agnoſcat in iudicio, indicando illorum credita,
cum illorum citatorum creditis, cum non præiu-
dicet his, quorum debita non agnouit *De Ballis*
*lib.*5.*tit.*17.*pragm.*1.*num.*7. *Ricc.coll.*1985. con-
trarium tenet *Squill.de priuil.Clericor. cap.*10. *nu.*
3.qui dicit, quod in conceſſione beneficij *Cap.*
Odoardus,ſunt citandi omnes creditores, & non
obſtat creditori non citato *Burg.de Laudem. p.*3.
*inſpect.*11.*num.*6.*Scacc.de commerc.* & *camb.* §.7.
*gl.*5.*num.*137.& *ſeq.*& 139.*in fine Tuſc.lit.C. co-*
71 *cluſ.*218.*num.*9.*Nouar.dec.*13. Vbi poſt quam
*num.*1. dixit quod vbi intentatur beneficium
ceſſionis bonorum,requiritur citatio particularis
eorum creditorum, ad quorum inſtantiam repe-
ritur carceratus debitor, qui vult cedere bonis;
alioquin ſi non conſtet de carceratione ad peti-
tionem creditoris, generale proclama ſufficit. Et
*num.*2.firmauit quod ceſſio bonorum non obſtat
72 creditoribus non citatis. Id intelligit *num.*5.
quando creditor ipſe haberet aliquod releuans,
& exceptionem talem, quæ impedire potuiſſet
reſpectu ſui,prædictam ceſſionem, alias non eſt
audiendus, & qui ceſſit bonis pro tali cauſa mo-
leſtari minimè debet, & ità intelligendus eſt
*Burg.vbi ſup.num.*9.& *in addit.* qui firmat non
nocere creditoribus non citatis, & *Scacc.loco*
ſup.citat.

73 42.Caſus eſt.Vt non citetur pars, quæ habuit
inſtrumentum à Notario, quando altera pars
corrigi petit errorem *Gabriel num.*496. *Port.*
*lim.*101.

74 43.Ca-

Digitized by Google

74 43.Caſus eſt in confirmatione *Guid.Pap ſing.* 427.*Gabriel n.*501.*Port.limit.*108.

75 44.Caſus eſt. Quando Iudex dat licentiam notario corrigende errorem ſuum *Bertazol.conſ.* 241.*vol.*2.*Gabriel n.*506.*Port.lim.*115.

76 45.Caſus. Quando Superior auocat cauſam ab inferiore *Gabriel n.*508.*Port.limit.*116.

77 46.In interinatione litterarum regiarum *Gabriel n.*508.*Port.limit.*117. Qui omnes mouentur authoritate *Rebuff. in l.quod iuſſit num.*83. *de re iudic.*qui contrarium dicit, ſic etiam *ſuper conſtit. gall.tom.*1.*tit.de caveat.n.*77.

78 47.Caſus eſt. Quando habilitatur filia ad ſucceſſionem feudi in præiudicium agnatorum *Gabriel num.*511.*Dec.conſ.*194. *num.*3. *&* *conſ.*498. *num.*30.*Port.limit.*120. de qua re videndi *Molin. de hiſp.primogen.lib.*3.*c.*3. *num.*22.23. & ibi *addentes R.Tap.dec.Senat.Ital.*20.*Caſtill.lib.*3.*contr. cap.*28. vbi tractant quando requiratur citatio ſi Princeps diſpenſet in priuilegijs maioratus *R. Ponte conſ.*152.*lib.*2.*Noguerol.alleg.*32.*n.*194.

79 48.Caſus eſt, in prorogatione compromiſſi facta per arbitrum *Port.lim.*124. *Gabriel nu.*415. Sed non contrarium diximus *ſup.qq.anteced.*

80 49.Caſus eſt. Vt non ſit neceſſaria citatio teſtium quando quis vult reſcindere contractum factum per falſos teſtes *Gabriel n.*518.

81 50.Caſus eſt. Quod prima citatio ſortita fuit executionem, nam non eſt opus alia citatione ad idem *Gabriel n.*519.

82 51.Caſus eſt. Vt non ſit neceſſaria citatio in eo, qui fecit citare aduerſarium ad aliquem actū, nam ipſa eadem citatio eſt peremptoria ipſi abſque aliqua citatione *Gabriel num.*521.*Pecc.in praxi Eccleſ.tom.*4.*reſol.*32.*num.*2.*Giurba conſ.*39. *n.*66.*Caſta conſ.*2.*n.*73.

83 52.Caſus eſt.Quando eſt data facultas executori diſtribuendi legata ad pios vſus, non requiritur citatio hęredum, nec alterius. *Maranta in ſpec.p.*6.*de citat. n.*22. *lim.*15. *Gabriel num.*523. diximus *q.*23.*n.*148.

84 53.Caſus eſt, quando ſtatutum diſponit, quod debitor capi poſſit ad voluntatem liberam, & meram creditoris, nam tunc incipi poteſt à captura, etiam non præcedente citatione, ſecus ſi ſtatutum dicat ſolummodo, quod debitor poſſit capi ad voluntatem, ſeu inſtantiam creditoris, nam debet prius conſtare eum eſſe debitorem *Gabriel* qui diuerſas conciliat opiniones *à nu.*55. *ad* 59.*Maſcard.de ſtatut.interpret.concluſ.*2.*nu.*55. *&* 52.*Carpan.ſuper ſtatut.Medial.c.*42.*n.*93.

85 54.Caſus eſt, quando actus continet fauorem non citati, & Iudex feciſſet ſibi dari licentiam à reo procedendi contrà eum, etiam non citatum, vel eſſemus in interloquutoria *Gabriel nu.* 69. *&* 70.

86 55.Caſus eſt, ſi agatur de expellendo aliquem de poſſeſſione, quam iniuſtè, vel illicitè detinet; dummodo poſſeſſio ſit notoriè iniuſta, vel fiat reſtitutio ad poſſeſſionem antiquam, quā ille, qui expellitur occupauerat poſt iudicis inhibitionem *Gabriel d.concluſ.*1.*nu.*75. *&* 76.*Borrell.tit.*44.*n.*282.diximus *ſup.*

87 56.Caſus eſt. In inhibitione in aliquibus caſibus, nam Iudex poteſt partem inhibere, ea non citata in certis caſibus. Primo quandò immineret peccatum *Gabriel nu.*82.2.Quando eſt commiſſa cauſa principalis cum poteſtate citandi, & inhibendi, quia poteſt ſtatim inhibere abſque partis citatione *Beron.q.*124. *nu.*2. *Gabriel.n.*83. 3.Quando Iudex inhibet ex officio *Gabriel d.nu.* 83.*verſ.concordia* 4. Quando Iudex Eccleſiaſticus ex officio inhibet ſæculari, nè executioni demandet conſtitutionem contrà Eccleſiæ libertatem *Gabriel num.*84. *&* 85.& diximus *ſup.*

88 57.Caſus eſt. Vt non ſit citandus Iudex in reuocatione ſuæ ſententiæ, quando proceſſit ad partis inſtantiam non ex officio, quia ſi ex officio citandus eſt *Gabriel num.*66. iuncto *nu.*90.*Tuſc. lit.C.concluſ.*268.*n.*31.

89 58.Caſus eſt, vbi agitur de declaratione pœnæ vigore præcedentis contumacię *Farinac.conſ.*85. *num.*167.Quod intellige, quando mulcta prouenires intrinſecus ex iudicio, & reſpiceret ipſum proceſſum *Gabriel num.*163. vel quandò Iudex fuiſſet comminatus quod non comparente citato in termino, procederet ad mulctę impoſitionem *Gabriel n.*164.

90 58.Caſus eſt, vt non requiratur citatio in abſolutione iuramenti ad effectum agendi *Gabriel d.concluſ.*1.*num.*96.*verſ.& quando petitur*, *& nu.* 97. *verſ.contrarium de ſtylo*, vbi dicit quod licet ſint, qui contrariū teneant, quibus addimus allegatos à *Perege.dec.*8. *num.*5. *Tiraq.res inter alios acta limit.*30.*Paris de reſignat.beneſic.lib.*3. *q.*18. *num.*33.*& lib.*13.*q.*1.*num.*38. *Bilotta de abſolut.à iuram.lib.*1.*c.*7.*num.*1.vbi in fine plures DD. citat. Tamen ſic de ſtylo ſeruatur, & hanc partem
91 ſequuntur *Cauall.q.*434. *Tuſc.lit.C. concluſ.*272. *num.*40.*Brun.à Sole in comp.res verb.citatio Muta dec.*71.*num.*1. *Caſtill.dec.*149.*à num.*14. *& ſeqq.* Qui teſtatur in Sicilia ſic ſeruari.*Intrigl.conſ.*30. *num.*20.*& ſeqq.*vbi ponit rationem, quia quando quis petit abſolutionem à iuramento, tractat de intereſſe Dei, qui ſemper eſt præſens. *Fachin. contr.iur.lib.*8.*cap.*62.*Cephal conſ.*51.*num.*22. *&* 23.*lib.*1.*Gutier.in auth.Sacramenta puberum num.* 111.*&* 112.*C.ſi aduerſ.vendit.Fontanell.de pactis nuptial.clauſ.*7.*gl.*2.*p.*7.*num.*10. *Cacher.dec.*25.*n.* 7.*Rebuff.in l.quod iuſſit in gl.magna num.*27. *Ricc. in praxi tom.*1.*de abſolut.à iuram. reſol.*333. *Scap. de iure non ſcript.lib.*3.*cap.*54.*De Leo dec.*94. *nu.* 6.*& ſeqq.Canagnol.ad Menoch.conſ.*24. *Amat.reſol.* 100.*num.*21.*Farinac.in repert.iudic.q.*40. *num.*8. *Fab.in C.de iure iur.defin.*13.qui dicit ità ſeruari in Sabaudia *Triniſan. dec.*64. *p.*1. *Afſl.dec.*220. *Barboſ.in cap.ex adminiſtratione num.*4.*de iure iur.* vbi dicit hanc opinionem receptiorem.*Genuenſ. in praxi Archiep.Neap.cap.*4.qui dicit ità ſeruari in d. Curia Archiep. Neap. *Gratian. dec.*165. poſt alios *Peregr.dec.*8.*num.*11.*Ricc.dec.*87. *num.* 27.*p.*2. *Nouar.ſuper pragm.in rubr.de citat.nu.*29. *Abruz.de modo proced.ſummar.p.*2. *c.*5. *num.*108. *Aſin.in praxi* §.7.*cap.*5.*limit.*203. *Cald.de empt.c.* 29.38.*Borrell.tit.*44.*à n.*143.

92 Fallit ſupradicta concluſio in plenaria abſolutione iuramenti, quandò ſcil.petitur abſolutio, vt contractus tollatur, & cancelletur *Cephal d. conſ.*51.*num.*23.*Rebuff.in d.l. quod iuſſit num.*26.

Ricc.

Riec.coll.203.in fine, collect.686. & coll.2145.
Gallup.in praxi p.2.cap.12.num.22.& 23. Bilotta
93 d.c.7.num.2. Fallit 2.in abſolutione à iuramen-
to præſtito ſuper actu metu celebrato. Flamin.de
reſignat.benefic.lib.13.q.1.num.18. Sed hæc limi-
94 tatio non ſeruatur in praxi,nam etiam hoc caſu
non citatur pars.

95 Requiritur tamẽ partis citatio in abſolutione,
ſeu habilitatione à iuramẽto poſt periuriũ incur-
ſum Genuenſ.in praxi Archiep.Neap.c.4.n.3. Me-
noch.conſ.343.n.51.in fine Gomes ad reg.Cancell.
de non tollen.iur.quæſit.q.15.col.3. circà medium,
vet.nam in dicta Leon.dec.94.num.9.lib.1.Zerol.
in praxi Ecclеſ.p.2.verb.iuramenti abſolutio Paſſeg.
in praxi Epiſcop.p.2.cap.4. tit.de iur.iur. num.38.
Pic.ad ſtatut.Vrb.gl.23.num.48.Thor.vot.89.num.
66.Farinac.in repert.iud.q.40.num.8.licet Fonta-
nell.de pactis nuptial.cl.7.gl.2.p.7. num.10. dicat
contrarium practicari in Cathalonia.

96 Et huiuſmodi abſolutio à periurio incurſo à
Summo Pontifice concedenda eſt Intrigl.ſing.3.
p.2.& ſing.100.num.139.lib.3.Coſta conſ.36.Mu-
ta in Capit.Rit.158.nu.6.& in addit.ad Ian.conſ.
14.Seuerin.reſol.7.n.2. poſt qq.forenſ.Nouar.lib.2.
Gallup.in praxi p.2.cap.12.num.35. Corn.de abſo-
lut.à iuram.p.2.q.2. num.64. & p.3.q.4. num.68.
Farinac.in fragm.p.2.lit.I.num.1301. Sperell.dec.
83.num.45.& dec.25.nu.15.& ſeqq. Thor.vot.89.
num.63.Polid.Rip.obſ.137.num.6. Surd.conſ.299.
num.8. Viſcont. verb.abſolutio col.2. circa princ.
97 Contrarium tamen tenent aliqui citati à Muta
vbi ſup.lit.C. & ità practicari in Curijs Epiſco-
palibus,teſtatur Caſtill.dec.149. num.20. Et in
Curia Archiepiſcopali Neapolitana, ità ſeruari
dicit Genuenſ.in praxi d.cap.4.num.3.

98 Non nulli tenent, periuro non eſſe conceden-
dam abſolutionem Farinac.vbi ſup.nu.1300. An-
thar.tun.lib.3.q.49.num.1.& ſeqq. Campan. in di-
uerſ.iur. Canon.rubr.11. cap.19. num.16. & ſeqq.
Menoch.conſ.24. num.17. Rot. Rom.dec.78. poſt
conſil. Farinac. vol.1. vbi addit. Gratian. diſcept.
976. n.18. Viſcont.verb.abſolutio col.2. in princ.
99 Sed contrarium, & melius tenet Farinac. vbi
ſup.num.1301.vbi multos allegat. Verum in no-
ſtris Tribunalibus inoleuit praxis, vt remittatur
exceptio periurij ad merita cauſæ,nam aut com-
pilato proceſſu habetur nullitas contractus pro-
pter læſionem, metum, dolum, vel ſimiliter, &
non habetur ratio de tali periurio ratione iura-
menti,nam illud non officit, quando iniuſtitia
contractus adeſt,de praxi teſtantur Bilotta d.c.7.
vbi deciſum refert per S.C.referente D.Thoma
Altimaro meo anteceſſore Carleual de iudic.lib.
1.tit.2.diſp.5.Muſcatell.in praxi lib.1.p.5.gl.reſer-
uatis diximus ad R.Rouit.dec.21.

60.Caſus eſt in Notario, qui poteſt extrahere
inſtrumenta publica, vel copiam ab Archiuio
abſque citatione Gabriel d.concluſ.1.n.138.Tuſc.
lit.C.concluſ.268.nu.51.

100 61.Caſus eſt, vt non ſit neceſſaria citatio in
legitimatione filij naturalis, quando ſcil.legiti-
matio fit ad bonorum ſucceſſionem, nam non
ſunt citandi illi, qui habent ius ad rem, ſi bona
non ſint vinculata, nam ſi deficiunt aſcendentes,
& deſcendentes, & intereſſe ſucceſſionis compe-
tat agnatis, illi citandi non ſunt Bar.in l.gallus
§.& quid ſi tantum ff.de liber. & poſth. vbi DD.
communiter Tiraq. res inter alios acta lim.2. verſ.
hinc quoque fit Peregr.conſ.61.num.13.lib.5. Gra-
tian.diſcept.496.num.66. Et ſi intereſſe competit
101 aſcendentibus ob defectum deſcendentium,ne-
que ipſi aſcendentes citandi ſunt, vt eſt commu-
nis opinio,de qua Molin.de primog.cap.3. num.2.
& 10.lib.3.Couar.in epit.p.2.c.8.§.9.num.7. Sic
102 etiam ſi intereſſe competit deſcendentibus le-
gitimis, quando legitimatio eſt facta de conſen-
ſu patris nullo modo ſunt citandi ipſi filij legiti-
mi Bar.in d.§.& quid ſi tantum Couar.vbi ſup.nu.
7.Molin.loco cit. Caluol.in praxi §.citatio concluſ.
6.num.70.Gratian.cap.496.num.66. Leon.à ſcle
in comp.res verb. citatio Becc.conſ.118. num.8. &
conſ.216.num.48.Manſiot.var.cap.35. lib.1.nu.1.
& 6.Peregr.de fid.art.23.num.52. Molin.de inſtit.
& iure diſp.174.verſ.concluſio hæc vbi multos ci-
tat, poſt mille diximus in obſ. ad conſ.32. lib.3.
R.Rouiti num.16.& ſeqq.

103 Quæ diximus procedunt in legitimatione na-
turalium, ſecus dicendum in legitimatione filio-
rum ſpuriorum, nam in eorum legitimatione
facta patre viuente, requiritur citatio venientiũ
ab inteſtato,niſi Princeps legitimaſſet de pleni-
tudine poteſtatis. Intrigl.de feudis cent.2. art.1.
num.340.

104 Sed ſi legitimatio fit poſt mortem patris, de-
bent citari illi,de quorum præiudicio agitur cir-
ca hæreditatem patris. Romnald.conſ.82. num.6.
& 12.Sforz.Odd.conſ.1.à nu.106. Tuſc.lit.C.con-
cluſ.268.num.43.Port.vbi ſup.ampl.32.Niſi pater
ipſe voluerit in teſtamento, quod poſt eius mor-
tem legitimentur filij, diximus poſt mille ad Reg.
Rouit.d.conſ.32.lib.3.

In multis caſibus,etiam quod legitimatio fiat
ad bona feudalia,vel fideicommiſſo ſubiecta,in
quibus agnati habent ius in ſpe, non eſt neceſſa-
ria citatio eorum.

105 Primo quando legitimatio eſt facta de pote-
ſtate abſoluta Principis Surd.conſ.1.num.95. Pe-
regr.de fideicommiſſ.art.23.num.68.vbi multos re-
fert, & dicit, quod in emphyteuſi non eſt expe-
ditum,ſicut in fideicommiſſo, & conſ.61.num.13.
lib.5.Port.vbi ſup. 2.quando illegitimus eſt legi-
timatus ad feudum ex pacto Surd.d.conſ.1. n.93.
3.Quando Princeps exprimit velle facere,etiam
non citata parte Gabriel num.152. Port. vbi ſup.
4.Quando conſtat Principem voluiſſe ſubſtitutis
præiudicare Surd.d.conſ.1.num. In alijs autem
caſibus, vbi tractatur de legitimatione ad feuda-
lia, vel ad fideicommiſſo ſubiecta, etiam quod
agnati habeant ius in ſpe,ſunt citandi. Becc.conſ.
206.n.8.& Peregr.d.art.23.

106 64.Caſus eſt,vt non ſit neceſſaria citatio in
denunciatione excommunicationis, quæ fit ad
hoc,vt excommunicatus debeat ab omnibus eui-
tari, quando Iudex declarat excommunicatum
à iure,ſi factum eſt notorium, ſecus quando vult
declarare factum,ex quo inſurgit excommunica-
tio, quia tunc citatio eſt neceſſaria Gabriel.
num.174.

107 63.Caſus eſt,quando mouentur beneficiati ad
faciendam reſidentiam in beneficio, quia tunc
iudi-

Digitized by Google

factum eſt quia non curamus de modo ſi finem
habemus, hæc eſt vera, & communis opi-
nio, quam tenent *Gabriel d. concluſ.1. num.*
411. vbi teſtatur de communi. *Surd. conſil.227.*
num. 16. Aſin. in praxi §.7. cap.5. limit. 90.
& de execut.§.2.c.20.num.2.Caluol.in praxi §.ci-
tatio concluſ.6.n.61.& ſeqq.
14 Hæc concluſio intelligitur quando pars eſt
informata de actu gerendo *Gabriel concluſ.1. nu.*
412. *Palma ſup.num.18.& 19. Ruin.conſ.102.nu.*
6.lib.5. vbi dicit communem *Rip.in l.furioſo nu.*
*12.in fin.*poſt *Bar.ibi ff.de re iudic. Felin.in c.1.*
*de iudic.num.18.in fin.*vbi *Canon.Galeot. contr.lib.*
*2.contr.12.ſub num.32.*verſ. *Hunn.vbi ſup.*
15 Et licet contrarium teneant non nulli relati
per *Maranta in ſpec.p.6.* verſ.*rectè concipiatur ci-*
tatio num.12.Marſil.ſing.30. Grauat.ad Veſtr.lib.
1.cap.13.num.8. & 9. vbi dicit eſſe hanc opinio-
16 nem validiorem. Tamen mihi ſemper placuit
prima opinio, cum maximam in ſe contineat
æquitatem, ne quis ex inaduertentia decipiatur.
17 Firmata concluſio habet plures limitationes.
Prima eſt quando citatio eſt de forma actus, nam
tunc etiam quod pars ſit præſens, requiritur, quod
citetur *Iaſ.in rubr. ff.de in ius voc. Gabriel d.con-*
cluſ.1. num.414. Palma loco cit. num.20. & 21.
Sforz. Odd.vbi ſup.num.48. Capic.dec.34. num.8.
Caſſad.dec.2.tit.de iudic. Galeot.d.contr.12. num.
32.verſ.*& tandem 4.*
18 2.Fallit quo ad facienda poſteà in illo iudicio
quia ſupradicta concluſio procedit quo ad ea,
quæ fiunt in illo inſtanti, ità poſt *Aretin.Bald. &*
gloſ.Sforz.vbi ſup.num.47.
19 3.Fallit quando ille qui præſens eſt, dicit ſe
ob aliam cauſam præſentem eſſe, quia tunc re-
ſpondere cogendus non eſt *Bal.in l.accuſatoribus*
C.de accuſat.Nouar.ſuper prag.de cit.n.Aſin.vbi ſup.
num.9.Maranta loco cit.num.13. Borrell.vbi ſup.n.
286.& ſeqq.Galeot.contr.12.n.31.
20 4.Fallit quãdo lex, vel ſtatutum requirit cita-
tionem, non ſolum admonitionis cauſa, ſed etiã
defenſionis, quia tunc non ſufficeret præſentia
Aſin.vbi ſup.Merend.contr.iur.lib.10. cap.6. Et ſi
21 præſens petat dilationem, vt inſtructior fiat, &
melius reſpondere poſſit concedenda eſt, vt ad-
uertit *Aſin.vbi ſup.num.15.*
22 7.Caſus in quo non requiritur citatio eſt vbi
periculum eſt in mora, & non poteſt expectari,
tunc actus poteſt parte non citata expediri. *Ga-*
briel concluſ.1.num.302.Maranta p.6. de citat.nu.
15.Caroc.de except.except.20.num.2.Burg.de modo
proced. ex abrupto q.5. num.36. Caluol.d. §.citatio
concluſ. 6. num. 71. Port. concluſ. 43. limit. 1.
Tiraq.in tract.res inter alios acta limit.3.Scacc.de
ſentent.& re iudic.gl.9.q.4.ſpec.6. num.66. Ratio
23 eſt quia vbi periculum eſt in mora recedimus à
regulis iuris communis.*Sforz.Odd.conſ.20. n.40.*
Ricciul.de Iure perſon lib.4.cap.70.num.5. Borrell.
d.tit.44.num.280.& nu.390. dicit quod ob po-
tentiam vaſſalli, & moræ periculum, poteſt eo
minimè citato feudum occupari *Barboſ.in c.ſu-*
ſcepti. n.15.de cauſ.poſſeſſ.
24 Ex hoc inferunt DD.quod quando agitur de
captura debitoris ſuſpecti de fuga, tunc non eſt
citandus aduidendum iurare teſtes deponentes
ſuper eius ſuſpicione, ſiuè in ciuili, ſiue in crimi-
nali cauſa *Gabriel d.concluſ.1. num.304. & 305.*
diximus *ſup.q.21.n.163.* Nec etiam citandus ad
eius capturam *Aſin.ſup.limit.12. Ricc.coll.2412.*
except.20. Port.loco cit.limit.2.Borrell.d.tit.44.nu.
291.Barboſ.vbi ſup.Nouar.ſuper pragm.in rubr.de
citat.num. & diximus *ſup.de citatione reali.*
26 Inferunt 2.quod quando ſententia, vel laudũ
fertur vltima die compromiſſi, vel termini ab
homine præfixi, tunc poteſt proferri, etiam parte
incitata diximus *ſup. q.21.* verſ.4. *quando ſen-*
tentia.
27 Inferunt 3.quod licet ſequeſtum non poſſit
fieri parte non citata, tamen quando periculum
eſt in mora, citatio non eſt neceſſaria *Salgad.de*
*regia protect.p.1.c.2.*diximus *ſupera Baron.de citat.*
28 *q.19.n.142.* Quæ omnia non procedunt quando
periculum fuit ſponte cauſatum, quia tunc qui ſe
ſponte ponit in periculo non excuſatur, vt dicit
Scacc.de ſent.& re iudic.gl.9.q.4.ſpec.6.n.68.
29 8.Caſus quandocumque Iudex procedit ex
officio ad ſuam informationem, nam tunc non
requiritur citatio *Bal.in l.non dubium col.6. C.de*
leg.Innoc.Hoſt. & Io:Andr.in cap.fin. de præſumpt.
Milis in repert.in verb.*citatio non requiritur Bal.*
in cap.1.§.ſi duo col.1.de pace tenen. Marian.de
citat.col.53.in 10. caſu Maranta in ſpec.p.6. de
citat.num.20.Gabriel d.concluſ.1.nu.344. Borrell.
d.tit.44.num.383.Salgad.de regia protect.p.1. c.2.
num.139.Sacc.conſ.23.num.22. Peregr.de immun.
Eccleſ.cap.3.num.14.in fine Giurba conſ.39. n.49.
& 50.Coſta conſ.2.num.62.& 63.Port.concluſ.43.
limit.14.lib.1.Tap.dec.23.Senat.Ital.nu.27.Aſin.
ſup. limit.16. & 19. Burg.de Laudem.p.3. inſpect.
35.num.14.Ricc.dec.135.p.3.nu.6. Cum.ſuper.rit.
30 *cap.80.nu.2.* Contrarium tenent *Guid.de Suza*
in l.iuſiurandum ff.de Iur.iur. Io:Andr. in addit.
ad Spec.in tit.de teſtibus §.nunc tractandum in prin.
Felin.in c.2.col.2. in fine de teſtib.Apoſt.ad Abb.
in d.cap.2.col.3. de teſtibus Dec.in cap.in nomine
domini 39.de teſtibus Gratian.dec.231. Mihi pla-
31 cet prima opinio, ſi Iudex ex illa informatione
non prætendit aliud mandare, in quo pars ali-
qua lędi poteſt, ſecunda ſi intendit lædere, nam
ad hoc vt per informationem captam parte inci-
tata pars poſſit lædi, eſt neceſſe, quod teſtes re-
petantur parte citata, vt *ſup.*diximus.
32 Ex dicta cõcluſione infertur, quod ſtylus parte
in citata probatur *Burg.de laudem.p.3. inſpect.35.*
*à n.13.*diximus latè *ſup.*vbi vide.
33 9.Caſus, quando Iudex ex ſua conſcientia
iudicare poteſt, tunc non requiritur citatio. *Me-*
noch.de arbitr.q.17.lib.4. Gallup.in praxi p.2.c.2.
num.53. Sforz.Odd.conſ.20. num.41. Borrell.d.tit.
44.num.316.
34 10.Caſus.Quotieſcumque pars etiam ſi fuiſſet
citata, & præſens non potuiſſet impedire, tunc
citatio non eſt neceſſaria.*Dec.in l.qui poteſt nu.2.*
ff.de regul.iur.& conſ.698.Paul.de Caſtr.conſ.214.
DD.in l.maiorem ff.de pactis Gabriel d.concluſ.1.n.
348.limit.16.Port.concluſ.43.limit.16. Maranta
in ſpec.p.6.de citat.num.5. vbi etiam *addit Caua-*
gliol.ad Menoch.conſ.24.in addit.ad nu.11.& 12.
num.4.Macer.var.reſol.lib.1.cap.26. num.11. Tu-
ſcus concluſ.272.nu.14.Achill. Perſonal.de adipiſc.
poſ-

*poſſeſſ.num.262.& 291.Tiraq.reſ.inter alios a*ʹ*a. lemit.2. Brun.ii Sole in comp.reſol.* verb.*citatio Sfor. Odd.conſ.20.num.38. Gratian.diſcept.874. nu.41. Ludouic.dec.Peruſ.17. num.1. Natta conſ.113.nu. 1.Menoch.de arbitr.q.17. num.15. & conſ.1142. num.11. Gitrb.de ſucceſſ. feud.§.2. gl.8. num.26. Aſin.in praxe §.7.c.5.limit.43.Barz.dec.15.n.25.* vbi dicit hanc eſſe vnam limitationem ad *l. de vnoquoque ff.de re iudic.Caroc.except.123. n.176. Hunn.in encyclopæd.Iuris p.2.tit.8.de citat.c.1. nu.* 19.Ratio eſt quia ea quæ nobis inuitis fieri poſſunt, nobis etiam ignorantibus fieri poſſunt *l.qui poteſt inuitis ff.de reg.iur.Peregr.de Iure fiſci lib.1. tit.3.num.56.Ciarlin.contr.forenſ.c.42.num.39.& ſeqq.* Vbi ex hoc infert quod parentes infideles pueri baptizandi non ſunt citandi, vt interſint examini, & audiant filium dicentem, ſe velle fieri Chriſtianum, vt ſint certi de eius voluntate.

35 Et licet *Gabriel d.concluſ.1. n.349.* dicat hanc concluſionem, & caſum procedere, quando certum eſt, quod pars etiam ſi fuiſſet præſens, non potuiſſet Iudicem, vel Principem trahere in ſuã ſententiam; quia ſi fortaſſe potuiſſet illos in eã trahere, eo caſu citanda eſſet, Tamen nos re-
36 ſpondemus cum *Bar.in l.qui poteſt ff. de reg.iur.* dicente, quod ſi hoc eſſet, regulæ prædictæ nunquam locus eſſet, quia in omnibus caſibus ſemper non citatus poſſet ſi eſſet præſens Iudicem in ſuam ſententiam trahere, & cum *Decio in eadem l.* vbi dicit illam rationem, quod poſſet alios in ſuam ſententiam trahere, procedere in iudicibus, vel arbitris, qui ratione officij habent poteſtatem iudicandi, vel eis abſentibus ab alijs iudicibus, etiam in maiori parte non poſſit iudicari, ſecus eſt in priuatis, quia in his generaliter loquitur.

37 Vndecimus caſus eſt, quod vbicumque nulla competit alicui defenſio, non eſt neceſſaria illius citatio, *l.2.§.quod de frumentaria,* & ibi *Bar. ff.de admin.rer. ad Ciuit. pertin. Caluc.in praxi* §. *citatio concluſ.6.num.79. Nouar.ſuper pragm. rubr. de citat.num. Bece.conſ.203.num.11. Aſin.d.cap. 5.limit.89. Poſt.de manut.obſ.79. num.12. Salgad. de reg.protect.p.1.cap.2.num.140.Theſ.qq.forenſ.q. 96.num.4. Macerat.var.lib.1.cap.58.num.11. Tepat.de iu tus vic.* verſ.*regul. limit.1. Carpan. ſuper ſtat.Mediol.cap.1. num.7. Rebuff.ſuper conſtit.gall. tom.3.tit.de contum.art.7.gl.2.nu.18.Medic.exam. 24.num.53.Abb.in cap.1.col.1.de cauſ.poſſeſſ.& in cap.cum olim de re iud.Peregr.de Iure fiſci lib.1. tit. 3.num.57. Guzman.de euiction.q.4. num.83. Tap. dec.S.C.16.num.17.Barboſ.in cap.cum ſit num.20. de appell.Farinac.in repert.iudic.q.62.nu.14. Philipp.Franc.& alij in cap.fin.de elect.in 6. Rot.Rom. in nou.dec.22. de teſtibus, Caſſador.dec.2. num.3. tit.de iudic.Graſſ.de effect.Cleric.effect.4.num.213. Barboſ.in coll.ad decret.lib.1.tit.6. cap.23. num.5. tit.17.cap.10.num.4.& lib.2.tit.24.cap.21. nu.6. tit.27.cap.12.num.3.& tit.28.c.5.num.20. Schrader.de feud.p.10.ſect.9.num.195. Maſtrill.dec.82.*
38 *num.16.* Vndè defectus citationis non obſtat quando nulla competit defenſio *Gabriel d.concl. 1.num.332.lim.10. Raudenſ.conſ.41. num.15. & 16.lib.1. Maſtrill.dec.82.n.17.Cutell.in allig.* poſt *tract.2.de donat.in fine.*

39 Prout diximus in denunciatione facienda venditori ab emptore, vt de euictione agere poſſit, *ad tex.in l.emptor C.de euiction.* qua ſi omiſſa fuerit ob euidentem euincentis iuſtitiam non operatur quin emptor de euictione agere non poſſit, cum non fuerit neceſſaria. *Luna in add.ad conſ.15.num.4.& 5.Burſat.conſ.106.num.21.Rocta conſ.232. num.5. Menoch.conſ.128. num.16. Decian.reſp.45. num.6.Trentacinq; var.lib.3.tit. de empt.& vendit.reſol.4. R.Marin.lib.1.reſol.cap. 18. num.5. & ſeqq. Aff. dec.106. n.4. Crauet.conſ.*
40 *83.num.6.conſ.179.n.6.* Et licet non deſint aliqui qui contrarium dicant relati per *Rotam Luc. diuerſ.2.gl. Bar.& Salyc.in l.emptorem ff.de action. empt. Aretin.in* §.*fin.inſtit.de emp.& vendit. Dec. conſ.74.Gial.conſ.1.num.57. lib.1. Viu.dec.510. num.1. lib.3. Abb.conſ.199. Peregr.dec.89. Card. Tuſc.tom.3.concluſ.353. num.33.* Tamen prima
41 opinio eſt verior, in qua, deguſtatis omnibus rationibus, etiam ſententiæ contrariæ, tandem reſidet *Guzman.de euiction.q.4.n.83.& ſeqq.*

42 Sed eſt aduertendum in hac materia, quod quando fit denunciatio venditori, debet in ea inſeri copia libelli moleſtiarum, & non ſufficit relatio ad acta, ea ratione quia licet ad effectum excludendi ignorantiam, ſufficiat ſimplex citatio, tamen quando vltrà ſcientiam citatur reus ad aliquid faciendum, ſcil. vt liberet à moleſtia, non ſufficit ſimplex denunciatio, ſed eſt neceſſe, quod fiat certus per copiam libelli, ſeu eius, qui loco libelli habetur *Felin.in cap.cum M. Ferrarienſis num.69.de conſt. Durant.dec.Rot.Rom.30.n. 9.& 10. Nouar.qq.forenſ.q.55.num.4. lib.2.* Sic
43 pariter nulla requiritur citatio, quando nullum ius competit *Surd.conſ.39.n.20.lib.1. Menoch.de arbitr.lib.1.q.17.nu.1.*

44 Concluſionem, de qua in caſu propoſito declarat *Gabriel.d.concluſ.1.num.332. lim.10.* procedere tantum in caſu notorio, ſcil. quando notorium eſt parti nullam competere defenſionem allegat *Iaſ.conſ.66.col.1. lib.2. Ruin.conſ.32.col.1. vol.5.* quibus addimus *Tiraq.rei inter alios acta limit.2.* verſ.*poſtremo Eſcob.de ratiocin.cap.31. num. 23. Aſin.loco cit.limit.42. Ricc.collect.2412. Port. ampl.43.limit.16.lib.1.Ripa in l.2.* §.*voluntatem num.21.ff.ſolut.matr. Surd.conſ.181.nu.27. vol.2. Aff.dec.181.num.2.Gram.dec.65.num.9. Vant.hic num.20.Burſat.conſ.269.n. 18. lib.3. Bellon.conſ. 70.num.15.Duen.reg.94.limit.1. Menoch.de arbitr.lib.1.q.17. num.15. de retinen.poſſeſſ.remed.15. num.259. Peregr. conſ.26. num.20. Intrigl.dec. 47.num.11. Gratian.cap.339. num.24. Borrell.tit. 44.num.350. & 351.* Ex hac concluſione infert
45 *Burg.de modo proced.ex abrupt.q.100.num.105.& ſeqq.* Quod citatio non requiritur in combinatione ad finem deueniendi ad torturam, cum certum ſit reo nullam competere defenſionem aduerſus dictam combinationem mediante modo procedendi ex abrupto ſuſpenſis defenſionibus.
46 12.Caſus eſt quod vbicunque ſumus in notorijs, non requiritur citatio. *Innoc.in c.bonæ de elect.Ant.de Butr.in c.in nomine domini de teſtibus Bece.conſ.118.num.27.Turreti.conſ.86.num.26.lib. 1.Farinac.in repert. iudic.q.68.num.21.* poſt antiquio-

Digitized by Google

quiores *Borrell. tit. 44. num. 343. Barboſ. in cap. bona memoria 1. num. 5. de elect. & elect. poteſt.* vbi idem dicit, quando conſtat noncompetere ius parti *in cap. quoniam num. 4. de filijs præsbit. in cap. ad noſtram num. 6. de iue. iur. in cap. cum olim num. 3. de ſent. & re iudic. Hunn. in encyclop. iuris p. 2. tit. 8. de citat. c. 1. num. 12.* vbi hoc dicit verum ſi cauſa adeo ſit notoria, vt defenſio non competat. Non
47 deeſt *Aſin. de execut. cap. 32. num. 3.* vbi concludit contrà notorium delinquentem non eſſe neceſſariam citationem, nec eidem ad ſe defendendum terminum dandum, quæ opinio eſt nimis dura, & in practica non ſeruatur, vt dicit *Cumia ſuper Rit. cap. 74. à num. 7.* Sed quod requiratur ci-
48 tatio dicunt plures apud *Tap. dec. 16. S.C. nu. 16. Ricc. dec. 64. num. 2. tom. 1. & dec. 87. num. 1.* vide *nos ſup. in princ. huius rubricæ,* vbi hanc concluſionem bene explimimus *q.*
49 13. Dicimus tertius caſus eſt vbicumque non eſt aduerſarius, nam tunc nulla requiritur citatio *Bal. in l. fin. col. 3. verſ. ſed pone C. de ind. & per l. 3. ver. penul. de bonis poſſeſſ. Caualc. dec. 569. Aſin. ſup. limit. 117. Caluol. d. §. citatio concluſ. 6. nu. 66. Gabriel. d. concluſ. 1. nu. 368.* Hinc *Gratian. c. 758.*
50 *num. 17.* dicit quod citatio requiritur, quando perſona quæ debet citari eſt certa re, & actu, ſecus ſi in ſpe, & potentia, dicemus *infra.*
51 14. Caſus eſt, vt citatio non requiritur in omnibus illis rebus, quæ ſunt præambula ad citationem *Gabriel d. concluſ. 1. num. 369. Maranta p. 6. de citat. num. 7. lim. 3. Aſin. ſup. limit. 79. Port. limit. 27. Intrigl. de feud. cent. 1. q. 58. num. 16.* Vbi etiã dicit, quod quando ſtatuta permittunt citationes certo ordine præmiſſo, circà illorum ordinem non debet pars citari *Petr. Petsol. in Rit. cap. 97.*
52 *verſ. nota etiam.* Sic in impetratione veniæ non eſt neceſſaria citatio *Gabriel d. concluſ. 1. nu. 369. Aſin. d. lim. 79. & 145. Port. ſuper Intrigl. loco cit. n. 15. Borrell. tit. 44. nu. 379. Tiraquell. res inter alios acta limit. 32.*
53 Item in relatione nuncij vt non requiratur citatio *Bar. in l. theopompus col. 3. in princ. ver. & per hoc ff. de dote praleg. Bal. in l. conſentaneum col. pen. in fin. C. quomodo, & quando ind. & in l. minorem C. in quibus cauſ. in integr. reſt. non eſt neceſſ. Aſin. ſup. limit. 86.* Sic etiam in commiſſione de citan-
54 do. Imò vt ait *Corn. conſ. 46. num. 20. lib. 2.* Citatio non eſt neceſſaria in cauſæ cognitione faciẽda ante iudicium.
55 16. Caſus eſt, Vbi partes conueniunt, quod nõ fiat citatio *l. diem proferre §. ſi quis litigatorum ff. de arbitr.* per quem tex. ità ibi tenet *Rauen. ſing. 165. Gabriel d. concluſ. 1. num. 371. Aſin. limit. 57.* diximus latè *ſup. q. 1.* ibi vide.
56 16. Caſus eſt vt non requiratur citatio vbicunque ex conſuetudine, vel ſtatuto in aliquo actu non eſt neceſſaria. *Gabriel d. concluſ. 1. num. 372. Aſin. limit. 80. Macer. var. lib. 1. cap. 26. num. 9. Port. limit. 30. Giurba conſ. 39. num. 68. Borrell. d. tit. 44. num. 387. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſt. reſol. 303. num. 3. tom. 3.* Sed eſt aduertendum, quod diximus, *in aliquo actu, & non in quolibet actu* Nam ſi ſtatutum diſponeret, quod quis condemnari poſſit abſque alia citatione, non valeret *Gabriel d. concluſ. 1. num. 215.* & diximus *ſup. in*
58 *princ. huius rubricæ q. 1.* Valeret tamen ſi diſponeret de aliquo actu tantum, vt firmat *Gabriel d.*
59 *num. 216.* Niſi actus ſit maximi præiudicij, & pars poſſet contradicere *Gabriel num. 216. verſ. contrarium, iuncto n. 219.* Quia ſi pars non poteſt
60 contradicere etiam in præiudicialibus, poteſt conſuetudo, vel ſtatutum in aliquo actu tollere citationem.
61 17. Caſus eſt, Vbicunque citandi venire non poſſunt, vel vocari non poſſunt ſine periculo, tũc non requiritur eorum citatio *Bal. in l. 1. col. antepenult. verſ. extrà quæſitus C. qui admit. Nicell. in 52. concord. gloſ. in 54. & 106. fallent Gabriel d. concluſ. 1. num. 463. Menoch. conſ. 100. num. 76. Port. limit. 82. Borrell. loco cit. num. 280. & ſeqq.*
62 18. Caſus eſt, in actu pendente à libera voluntate non eſt neceſſaria citatio *Gabriel d. concluſ. 1. num. 486. Port. limit. 91. Tiraquell. res inter alios acta lim. 2.* verſ. *hinc etiam eſt.*
63 19. Caſus eſt. Quando Iudex incipit à præcepto, vel prohibitione in caſibus, in quibus poteſt ità procedere, tunc non eſt neceſſaria citatio *Gabriel d. concluſ. 1. num. 497. Port. limit. 102.*
64 20. Caſus eſt, Vbicunque ſi fieret citatio, ſequeretur impunitas criminis *Gabriel d. concluſ. 1. num. 498. Port. limit. 104.*
65 21. Caſus eſt, Vt citatio non requiratur antè conſultorem, qui non habet partes citare, nec aliquam ſollemnitatem ſeruare *Gabriel d. concluſ. 1. num. 504. Giurb. conſ. 39. num. 56. Coſta conſ. 2. num. 60.* Quod intelligunt ſi res remictatur Conſultori, vt conſultori, vt conſultat, non autem vt iudicet, quia tunc non amplius conſultor, ſed Iudex erit.
66 22. Caſus eſt, vt citatio non requiratur vbicũque eſſet facta commiſſio alicui auditori in cauſa perſonali contrà aliquem, quia nec ille, nec eius procurator eſt citandus ad dicendum contrà *Gabriel d. concluſ. 1. n. 505.*
67 23. Caſus eſt, vbi agitur contrà aliquem Curiæ officialem, qui etiam non citatus poteſt condẽnari *Boer. dec. 9. n. 10. & 11. Gabriel d. concluſ. 1. num. 514. Ricc. coll. 2412. per tex. in l. ne diu C. de pœnis* In omni officiali deputato ad iuſtitiam, vt poſſit priuari per Principẽ ſine citatione *R. Rouit. in prag. 3. nu. 5. de official. R. Moles dec. 3. de official. Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. cap. 27. num. 1. & ſeqq. lo: Redin. de maieſt. Princip. verſ. ſed etiam à nu. 177. ad finem. Reg. Capyc. Latr. conſult. 47. Fontanell. dec. 215. Dom. Rocc. de offic. §. 8. num. 31.* de Iure noſtro Neap. adeſt *cap. 3. inter gratias conceſſas noſtro regno anno 1542. fol. 134. dt. ab Imp. Carlo V.* indicatum à me erudito inueni *Dom. Ioan. Donato Sanctor. in opuſculo de regim. Chriſt. Princip. f. 144.*
68 Sed omnes dicunt, ſaltim ſemel eſſe citandum, & eo non comparente, & contumace, poterit in eum proferri ſententia *l. ſi apparitor C. de cohorta. lib. 12. Boer. d. dec. 9. num. 10. Borrell. d. tit. 44. num. 447. & 448. Maſtrill. vbi ſup. n. 16. & ſeqq.*
69 24. Caſus eſt, vt citatio non requiratur in Inquiſitione generali *Angel. in l. ea C. quomod. & quand. Iud. Innoc. in cap. bona col. 2. de elect. Aſin. in praxi §. 7. c. 5. limit. 15. Port. ampl. 43. ampl. 18. in fin.* Vbi dicit contrarium in inquiſitione particulari.

70 25 Ca-

70 25.Caſus eſt, vt non requiritur citatio quan-
do quis vigore commiſſionis ſibi directæ faceret
inquiſitionem ad ſuam informationem,quia tunc
non tenetur citare ad dicendum *Gabriel d.concl.
1.num.115.*
71 27.Caſus eſt vt citatio non requiritur quando
agitur ad informationem Notarij, & ſic etiam
dicitur ad informationem Commiſſarij, & ad In-
formationem Curiæ *Dec.in cap.in nomine domini
num.44.de teſtibus Cum.ſuper rit.80.num.1.* Iudi-
72 ces tamen debent aduertere quando eis exhi-
bentur Capitula, vt illa non admittant, ſi in il-
lis aliquis nominetur,niſi ipſo citato, ſic etiam
ſi aliqua pars, quæ intendit aliquas probationes
facere,faciat citare aliquem cum colluſione,nam
etiam debet illum reijcere, vt dicunt *DD.in l.ſi
perluſorio.*
73 27.Caſus eſt.Vt nō requiratur citatio in cauſis
fiſcalibus, vbi ſummariè proceditur *Turamin. in
rubr.de leg.n.21.Grat.c.375.n.12.13.* Sed in hoc
74 in cōtrariū eſt veritas,vt etiā citatio requiratur
latè *Peregr.de Iure fiſci lib.7.tit.3.n.3.Cutell.orat.
2.nu.19.* vltrà alios ab eo citatos *Berart.in ſpec.
viſit.c.13.de baiulo generali n.30.*
75 28.Caſus eſt. Quando ius commune implora-
tur *Bal.in addit.ad Spec. de appellat.* verſ.*quando
ius commune.*
76 29.Caſus eſt. Vt non requiratur citatio vbi ſi
pars citaretur dubitaretur de ſcandalo futuro ve-
niendo. *Io:de Imola in l.de vnoquoque de re iudic.
Aſin.loco cit.nu.112.Borrell.d.tit.44. nu.398.Tap.
dec.16.S.C.n.15.*
77 30.Caſus eſt. Vbi figura iudicij ſeruari non
debet, non requiritur citatio *Bar.in extrauag. ad
reprimendum* verſ.*figura in fine Achill.Perſonal.de
adipiſc.poſſeſſ.num.281.Cuman.conſ.7.num.7. Aſin.
ſup.limit.34.DD.in l.ſi finita §.ulianus* vbi *Bolo-
gnet.num.40.ff.de damno infect.gl.in clem.ſ.ſpe* ver.
*citationem de verb.ſignif.Seb.Medic. in reg.iur.in
6.Tuſc.lit.C.concluſ.272. nu.3. & 63.Giurb.conſ.*
78 *39.num.64.*Quod intellige de citationibus, quæ
non ſapiunt defenſionem; nam de his quæ ſapiūt
defenſionem, etiam vbicunque iudicij figura eſ-
ſet remiſſa, tamen in eis citatio omitti non po-
teſt *Maranta in ſpec.p.6.* verſ.*ordinarium vel ſum-
marium n.9.*
79 31.Caſus eſt.Vt non requiratur citatio in illis
rebus, quæ fiunt à Notario *Bal.in auth.ſi quis in
aliquo documento col.4.* verſ. *ſed hic quæro C. de
edend.*
80 32.Caſus eſt ſecundum aliquos,vt in extraiu-
dicialibus citatio non requiratur *Gabriel ſup.con-
cluſ.1.num.66.Barboſ.in cap.ſuſceptis num,18. de
cauſ.poſſeſſ.Salgad.de reg protect.p.1.c.2. num.141.
Tuſc.lit.C.concluſ.272.a nu.50.* Et ſic in iuramē-
81 to extraiudiciali non requiritur citatio *Ricc.
coll.203.& coll.2145.Caroc.de iuram.deciſor. q.4.
princ.nu.2.Theſ.dec.68. Ricc.in praxi alien.rerum
Eccleſ.dec.108. num.4. & 5.* Sed ſecundum alios
82 relatos à *Gabriel d. concluſ.1. num.61.* cita-
tio requiritur, quod etiam tenent *Surd.conſ.323.
num.8.lib.3.Port.d.concluſ.43.Eſcobar.de ratiocin.
83 cap.34.num.2.* diximus *ſup.* Sic etiam in iuramē-
to iudiciali *Theſ.d.dec.68.num.1.Caroc.d.q.ſ.4.
princ.n.2.*

84 33.Caſus eſt. Quando Princeps per reſcrip-
tum aufert ius alterius ex certa ſcientia,vel de
plenitudine poteſtatis, vel cum clauſula: *non ob-
ſtantibus*, nam tunc non requiritur citatio *Ga-
briel d.concl.1.num.28.R.Latro conſult.47.*
85 35.Caſus eſt. Quando adſunt verba *ipſo facto
Roman.conſ.282.in fine Gratian.diſcept.990. n.8.*
86 35.Caſus eſt: Quando adſunt verba: *præcisè
exigere Berou.conſ.180.num.7. & 8.lib.3. Carpan.
ſuper ſtat.Mediolan.c.57.n.14.tom.1.*
87 36.Caſus eſt. In reuocatione attentatorum
Giurba conſ.39.nu.46.& 62. & diximus *ſup.* late.
88 37.Caſus eſt, vt citatio non requiratur in ijs,
quæ de facto procedunt *Giurba conſ.39. n.50.*
89 38.Caſus eſt in reformatione, & correctione
bullæ. *Rebuff.in praxi benefic.tit.de reformat, &
correct.bull.num.8.* quem citat, & ſequitur *Paris de
reſignat.benefic.lib.8.q.7.n.193.*
90 39.Caſus eſt. Quando Princeps prouidet,
quod Iudex ſe informet, & referat, niſi ex rela-
tione exequeretur *Borrell.d.tit.44. num 456. Bel-
91 lon.conſ.70.n.12.* Sed contrarium dicit *Mula
ſuper Cap.Regis Alfonſi 6.num.16. tom.4.* quod ſi
in reſcripto dicatur, vel ſuper memoriali. *Iudex
ſe informet,* in tali informatione requiritur pār-
tis citatio. Hinc ſolent in Regno Siciliæ Prore-
ges decretare ſupplicationes *M.C.ſe informet, &
referat auditis partibus.*
92 40.Caſus eſt. In inſufflatione ſpiritus vitæ,
quam facit Princeps cauſę, inſtantia perempta
*l.2. C.de tempor. appell. Nouar.ſuper prag. in rubr.
de citat.nu.96.Capic.dec.161.num.6.Aſin.in praxi
§.7.cap.5.limit.38.num 1. Borrell.loco cit. nu.422.*
93 Prout ſeruatur in noſtro regno Neap.vt nos te-
94 ſtamur de praxi, ſecus in Regno Siciliæ ſtan-
tibus litteris Regijs, contrarium diſponentibus.
95 41.Caſus eſt.Vt citatio non requiratur quan-
do actus nullum afferat præiudicium. *Hippol. de
Marſil.in l.de vnoquoque num.68. ff.de re iudic. &
ſing.30.num.3.Caroc.except.125.num.200.Borrell.
d.tit.44.n.290.Hunn.in encycloped.iuris p.2. tit.8.
de citat.c.1.nu.20.*
96 42.Caſus eſt. In mandato de ſuperſedendo in
in cauſa *Borrell d.tit.44.n.497.*
97 43.Caſus eſt.Vt non requiratur citatio quan-
do citandus non patitur citationem ad ſe perue-
nire, imò in hoc caſu habetur pro citato *Innoc.
in cap.ad petitionem de accuſat. Abb.in cap.ex tua
col.penul..de cler.non præſid.Caluol.in praxi §.cita-
tio concluſ.6.num.60.Scac.de appell.q.12.num.19.
Barboſ.in c.quoniam frequenter §.porrò num.15. vt
lite non conteſt. Hunn.in encycloped.iuris p.2. tit.8.
98 de citat.c.1.nu.21.* Sed hoc caſu ſolet obſeruari,
vt citetur ad domum de mandato Iudicis, &
ſcribatur cum clauſula. *ex quo, &c.* iuxta *tex.in
clem.cauſam §.verum de elect.& conſtit.citat.* vt no-
tat *Iſern.in cap.1.col.2.de milit.vaſſal. qui contum.
eſt Maranta in ſpec.p.6.de citat.num.84.Baron.de
citat.q.19.n.132.*
99 44.Caſus eſt.Vt non requiritur citatio eorum
quorum principaliter non intereſt, ſed ſecunda-
riò. *gl.2.in l.de vnoquoque de re iudic.Barboſ.* poſt
multos *in c.ſuſceptis n.12.& 13. de cauſ.poſſeſſ.* &
diximus latè *ſup.*
300 45.Caſus eſt.Vt in imploratione brachij non

Digitized by Google

ſit neceſſaria citatio. Ricc.in praxi implor.brachij
ſecul.Reg.Latr.dec.82.num.3.Quod requiratur ci-
101 tatio, verior eſt concluſio,vt diximus.q.
102 46. Caſus in condendis ſtatutis Bal.in cap.
cum omnis de conſti.quem citat, & ſequitur Maſ-
ſobe.de ſinod.dub.43.n.3.
103 47.Caſus eſt in concedendis monitorijs, in
quo caſu non requiritur partis citatio Genuenſ.
in praxi Archiep.Neap.c.1.nu.11. Barboſ.de poteſt.
Epiſc.p.3.alleg.96.num.37.

SVMMARIVM.

1 Quando committitur alicui examinatio, an aliquis
ſit dignus, an requiratur citatio? & n.2.
3 An in declaratione nullitatis proceſſus? & nu.4.5.
6 Quid quando interdicitur alicui adminiſtratio,
tanquam furioſo? & n.7.8.9.10.
11 Quid quando iudex ſe informat de conſuetudine?
& nu.12.
13 In poſſeſſione bonorum agnoſcenda? & num.14.
15.16.
17 Cum quis immittitur in poſſeſſ.rei à nemine poſſeſſæ.
18 Cum quis alienat ius ſuum.
19 Quando monacus vult ſuum Abbatem accuſare,
& num.20.
21 In exigendis collectis, & ſimilibus.
22 Quid quando eſt pactum poſſe debitorem capi pro-
pria authoritate? & n.23.
24 In quibus alijs caſibus citatio non requiratur, &
à n.25.ad n.170.
171 In quibus actibus tela iudiciaria, citatio non re-
quiratur? & à n.172.ad n.193.

In quibus aijs actibus,reſpectu totius cauſę ſiue iudicij,non ſit neceſſaria citatio?

QVÆSTIO XXV.

1 PRimus eſt quando alicui committitur
examinatio, an aliquis ſit dignus, vel
idoneus, & proceditur extraiudicialiter
Gabriel de cit.concluſ. 1. n.309. iuncto n.
312. Maranta in ſpec.p.6. ver. concipiatur citatio
num.21. limit.14. Nouar.ſuper pragm.in rubr.de
citat.num.79.Tiraq.res inter alios acta limit.4.Bar-
boſ.in cap.ſuſceptis num.15.de cauſ.poſſ.& Maranta
loco cit.generaliter loquitur vbicunque aliquis
habet expedire actum ſecundum ſuam conſcien-
tiam, ſic etiam loquitur Bal.in l.certum ver. &
idem eſt C.vnde cognat. Tiraq.ſup.limit.5. Si verò
2 proceditur iudicialiter tunc eſt neceſſaria citatio
Felin.in cap.relatum col.fin.de offic.deleg. Abb.in
cap.2.num.7.de reſcript. vbi Aret.idem Felin.in c.
3. de teſtibus limit.1. & 2. vbi etiam Dec. Rum.
conſ.68.num.2.vol.1.Gabriel d.concluſ.1.num.312.
Cuman.conſ.7.col.2.Port.concluſ.43.lib.1. limit.4.
Borrell.d.tit.44.n.295.
3 2.Caſus eſt. In declaratione Nullitatis Pro-
ceſſus. Abb.in cap.cauſam,quæ de reſcript. Gabriel
d.concluſ.1.num.212. Tiraq.res inter alios acta li-
mit.8. Caroc.ſing.124. Port.concluſ.43. ampl.48.
lib.1.Riminald.conſ.425.n.46.
4 Quæ concluſio intelligitur. Primo quando
ageretur ſimpliciter de nullitate proceſſus in
nullius præiudicium Gabriel d.concl.1.n.213.
Vel conſtaret notoriè de incompetentia Iudi-
cis defectu Iuriſdictionis,vel in declaratione Iu-
dicis ſe eſſe incompetentem Gabriel d.concluſ.1.
num.484.& ſeq. & num.525. Borrell.d.tit.44. nu.
440.Caroc.d.ſing.124.Intelligitur 2. quando in-
5 cidenter proponitur nullitas, ſecus ſi principali-
ter, quia tunc requiritur tela,& ordo iudiciarius
& ſententia ſuper illa ferenda habet vim diffini-
tiuæ, idcircò partis citatio eſt neceſſaria. Burg.de
modo proced.ex abrupt.q.5.num.76. Borrell.tit.44.
num.203.Ricc.coll.2145. Nouar.ſuper pragm. in
rubr.de citat.n.44.45.Rota in nouiſ.dec.340.
6 3.Caſus eſt quando alicui furioſo fieret inter-
dictio adminiſtrationis à Iudice,quia talis inter-
dictio poteſt fieri parte non citata Borrell.tit.44.
num.335.Gabriel d.concluſ.1.nu.315. Quod pro-
cedit etiam in prodigo Borrell.num.362.Maranta
in ſpec.p.6.de citat.num.31. Caluol.in praxi §.cita-
tio concluſ.6.num.74.Port.concluſ.43. ampl.46.in
fin.lib.1. & limit.7. Nouar.ſuper pragm.in rubr.de
7 citat.num.86. Sed quod citatio requiritur dicunt
Gabriel d.concluſ.1. num.206. Conner.de Curat.§.
2.num.7.Tap.lib.4.iuris regni tit.de cenſib. nu.52.
Virgil. de legit. perſon.c.7.num.5. Nouar. in praxi
elect.fori ſect.2.q.17.num.3. ex Socc.conſ.279.lib.
3.Cald.ad l.ſi Curatorem C.de in integr.reſtit.verb.
cum non abſimilis col.1.verſ.ad huiuſmodi,& Mut.
ſuper cap.32.Regis Iacobi num.38. Tuſc.lit.P.con-
cluſ.865. in princ. Tiraq.res inter alios acta limit.
41.in prodigo etiam notorio, & limitat.42. in
furioſo.
8 Ego verò dicerem, quod cum requiratur cau-
ſæ cognitio ad probationem furoris, vel pro-
digalitatis Alex.conſ.86.col.2.vol.2.& regulare
ſit quod vbicumque requiritur cauſę cognitio ci-
tatio ſit neceſſaria Socc.conſ.12. verſ.quo ad pri-
mum p.1.ſicut è contrà vbi cauſæ cognitio non
eſt adhibenda, non requiritur Coſta conſ.2. n.50.
Tap.dec.23.num.7. & diximus ſup.
9 Quod ſit neceſſaria citatio ad ipſam proba-
tionem,qua facta parte citata, deinde poteſt ad
interdictionem parte non citata, deueniri Ripa
Eetr.Ricc.V in.Maſcard. Caſtill.dec.225.num.8.
Borrell.tit.44.num.336.Tiraq.res inter alios acta
limit.42.in fin.Afin.in praxi §.9.c.5.limit.42.nu.
5.& lim.63.& 64. Quo ad prodigalitatem dixi-
mus poſt multos in obſ.ad conſ.75.R.Rouiti lib.3.
10 Sic in reuocatione Curatoris debent citari illi,
qui petierunt curatorem dari Molfeſ.conſ.8.num.
44.& ſeqq.Dec.conſ.274.
11 4.Caſus in quo citatio non requiritur, vbi-
cunque Iudex à ſemet ipſo ſe informat de con-
ſuetudine eiuſdem Ciuitatis, quæ reſpicit litis
ordinem, quia talis conſuetudo probari poteſt
per teſtes parte non citata receptos. Gabriel d.
concluſ.1.num.353.& ſeqq. Gratian.cap.738.num.
17. & 18. Achill.Perſonal.de adipiſc.poſſeſſ.ſub nu.
12 159.Si verò conſuetudo reſpiciat cauſæ deciſio-
nem cum ſit magni præiudicij, requirit partis
citationem Gabriel vbi ſup.n.354. Achill. vbi ſup.
num.161.
13 5.Caſus in bonorum poſſeſſione agnoſcenda
Gabriel d.concluſ.1. num.364. Bertachin.p.2. verſ.
ci-

citatio num.130. Et ſi ſit bonorum poſſeſſio con-
14 trà tabulas,vt dicit Gabriel num.361.Borrell.ſup.
nu.330. & 331.Aſin.in praxi §.6.cap.5. limit.88.
Tuſc.lit.C.concluſ.6.n.56.Port.limit.24. Sic etiam
15 In bonorum poſſeſſione gratia litis agnoſcendæ,
quam petit filius emancipatus, vt poſſit per quæ-
relam teſtamentum impugnare , vt dicit Gabriel
num.370.Aſin.in §.petenda Inſtit. de bonor.poſſeſſ.
num.6.Port.limit.28. Verum in bonorum poſſeſ-
16 ſione carboniana ,vèl ventris nomine requiritur
citatio Bal.in l.fin. C. qui admitti col.2. verſ. ſed
nunquid hac lex.
17 6.Caſus eſt. Vbi quis petit ſe immitti in poſ-
ſeſſionem rei,quę à nemine poſſidetur, cum tunc
non ſit , qui citari poſſit Borrell.ſup.num.333.Ga-
briel concluſ.1.nu.367.Aſin.vbi ſup.limit.88. Cal-
uol.ſup.nu.55.Port.limit.6. Idem quando igoora-
tur poſſeſſor, vel is de cuius intereſſe agi poteſt.
Menoch.conſ.1073.num.16.& diximus ſup.
18 7.Caſus. Non requiritur citatio poſſeſſoris in
alienatione iuris ſui Gabriel d.concluſ.5.nu.377.
Aſin.loco cit.limit.81.Port.limit.35. Borrell.tit.44.
num.389.
19 8.Caſus eſt. Vt non requiratur citatio in ali-
quali cognitione,quæ permittitur quando mona-
cus vult ſuum Abbatem accuſare, quia in ea non
requiritur partis præſentia,vel citatio Gabriel d.
concluſ.5.nu.378.Aſin.limit.82.num.2. Port.limit.
20 34.Sic etiam non requiritur in dando ipſi regu-
lari licentiam accuſandi Bal.in add.ad Specul.de
inquiſit. verſ.regularis.
21 9.Caſus.In exigendis datijs,collectis, & fun-
ctionibus fiſcalibus. Maranta in ſpec. p.6. de ci-
tat.num.6.ex Bal.conſ.434. vol.3. Gabriel concluſ.
1.num.522.Aſin.ſup.limit.33.Burg.de modo proced.
ex abrupt.q.5.nu.51. Caluol.in praxi §.citatio con-
cluſ.6.num.73.Borrell.tit.44.n.283.Grat.c.375.
22 10.Caſus eſt. Non requiritur citatio quando
in inſtrumento eſſet pactum , quod debitor capi
poſſit ad inſtantiam creditoris ex ſola oſtenſione
inſtrumenti facta Iudici , nam tunc poteſt capi
per iudicem auctoritate inſtrumenti , nulla præ-
cedente citatione Maranta p.6. in ſpec. de citat.
num.11.Aſin.loco cit.limit.51.& de execut. §.2. c.
23 20.in prac. Ex hoc oritur practica in Regno
Siciliæ,quod nulla præcedente citatione debitor
capiatur vigore inſtrumenti , nam in illo adeſt
pactum, quod fiat Ritus, & executio in perſona
& bonis , & per ritum executio fit etiam parte
non citata per cap. ad tollendum itaque vigore
pacti, quod de perſona loquitur , Ritus fit in
perſona,nulla pręcedente partis citatione,quàuis
Ritus de miſſione tantum loquatur , vide tamen
nos q.22.propè finem, & q.23.
24 11.Caſus eſt.Vt non requiratur citatio quando
proceditur contrà vnum criminaliter ad fiſci
vtilitatem,quia effectus illius iudicij,etiam in
alterum non citatum dirigi poteſt , nec propter
ea impeditur executio , quia ille non ſit citatus
Gabriel d.concluſ.5.num.390.Aſin.limit.61. Port.
limit.40.
25 12.Caſus eſt . Vt non requiratur citatio in
inſinuatione donationis , quæ fieri poteſt parte
non citata , ſola voluntate donatoris ſecundum
vnam opinionem , de qua per Gabriel d.concluſ.
1.nu.391.Aſin.limit.109. Tiraq.res inter alios acta
limit.32. Port.limit.41. Rebuff.ſuper conſtit.gall.
tom.2.tit.de donat.inſin.art.1.gl.vn. num.50. Bor-
rel.tit.44.num.385.licet ſecundum aliam opinio-
nem contrarium teneât alij citati ab eodem Ga-
briel n.392.
26 13.Caſus eſt, vt non requiratur citatio in ca-
ſu c.fin.de eo qui duxit cauſa , & in l.ſi quando C.
vndè vi,quia talis ſic ſpoliatus poteſt res amiſ-
ſas probare per iuramentum ſuum , nulla præce-
dente partis citatione Gabriel d.concluſ.5.n.395.
Et Gabriel num.396. ampliat etiam non probata
violentia. Aſin.limit.114. & 115. Port.limit.44.
Borrell.tit.44.n.390.
27 14.Caſus eſt, Quando dominus rem per cadu-
citatem ad eum deuolutam , alteri locat Gabriel
n.297. Port.limit.45.Borrell.num.413.Sed reſolu-
28 tio quæſtionis dependet à reſolutione alterius
quæſtionis , an emphyteuta incidens in commiſ-
ſum, cadat ipſo iure à iure emphyteutico, an ve-
rò ſententia opus ſit,quam quæſtionem diſputant
Amic. de Iure emphyt. q.31. & 32. Maſtrill.dec.
193.Caſtill.dec.104.Tuſc.lit.E.concluſ.191. Dom.
Featus diſcept.43.lib.2. & communior opinio eſt,
vt requiratur ſententia , quia multa poſſunt af-
ferri ad excuſandam caducitatem. Cauall.q.14.
Afflict.dec.97.vbi Vrſill.Corbul.de Iure emph.tit.de
cauſ.priuat.ob deterioreat.num.18.& ſeqq. Ludouic.
dec.Peruſ.17.Barbat.de diuiſ.fruct.p.2. c.53.
29 15.Caſus eſt.Vt non requiratur citatio, quan-
do clericus captus à Curia ſæculari , vult oſten-
dere ſe clericum,quia poteſt hoc facere ſine par-
tis citatione Bar.in l.ſi qua per calumniam col.2.
verſ.ſed pone C.de epiſcop.& cleric. Gabriel d.con-
cluſ.1.num.398. Aſin.limit.115. Ricc.coll.2412.
Nouar.ſuper pragm.in rubr. de cit.num.98. Tiraq.
res inter alios acta limit.38. Port.limit.46. Coſta
conſ.2.num.64.Borrell.ſup.num.425.Vbi affert ra-
tionem quia cum Clericatus ſit ducendus coram
Epiſcopo, coram laico non dicitur fieri in vim
plenæ probationis,ſed potius inſtructionis,Guid.
Pap.dec.538. Rot.in nouis dec.202. Franch.deciſ.
329. vnde rectè dicit Barboſ.de poteſt.Epiſcop.p.2.
alleg.52.num.34.quod quando Iudex Eccleſiaſti-
cus vult declarare aliquem eſſe clericum, & gau-
dere priuilegio fori, citantur Iudex , & fiſcus ſe-
cularis Curiæ.
30 16.Caſus eſt quando Iudex fuiſſet commina-
tus , quod citato non comparente procedi poſſit
contrà eum ad omnes, & ſingulos actus , etiam
ad ſententiam, nam tunc non comparente, non
erit neceſſaria alia citatio Gabriel concluſ.1.num.
401. Aſin.limit.120. Port.limit.49. Rebuff.ſuper
conſtit.gall.tom.3. tit.de contumac.art.7. gl.2.num.
25.Quam concluſionem ampliat Gabriel nu.402.
etiam ſi ſit dictum, compareat ad reſpondendum,
& ad ſe defendendum. Franch.dec.457.
31 17.Caſus eſt. Quando fieret inhibitio à Prin-
cipe, nè monitiones, ſtatuta , vel conſtitutiones
contrà ius diuinum executioni mandentur , vel
ſeruentur , quia talia præcepta fieri poſſunt par-
te non citata Gabriel num.417.Port.limit.54.
32 18.Quando Prętor edictum ſuum aperit,quia
hoc omnibus proficit , tam citatis , quam non
citatis Gabriel nu.424.Port.limit.60.

33 19.Caſus eſt , quando aſſeritur per fideicommiſſum libertatem deberi, grauato alibi exiſtente abſque cauſa iniuſta , nam eo abſente , & non citato poteſt declarari libertatem deberi, & ipsũ iuſta cauſa abeſſe, nè emictat libertatem *l.ſi cum §.fin.* vbi *gl.ff.de fideicom.libert. Angel in l.ea quæ C.quomodo, & quand.Iud. Gabriel num.433. Port. limit.63.*

34 20.Caſus eſt quando Iudex interponit decretum , ſiuè authoritatem , quia tunc non tenetur citare partem , contrà quam interponitur *gl.in l.recuſare in* verb.*poſtulant ff.ad trebell.Bertachin.* verb.*citatio fol.190.col.2.Ricc.coll.2412. Cald.in conſ.5.tit.qui fil.ſint legit. Nicell.in 52.concord.gl. in 71.fall.*

35 Sed contrarium ſentiunt *Bar.Ang.Paul.de Caſtr.Imol. & Alex.in d.l.recuſare* dum intelligunt illum *tex.*procedere vel in abſente per contumaciam, vel quando decretum non præiudicat , vt ibi per *Bart. Marian.in tract.citat.col.57.in 27.caſu,* Quæ opinio verior mihi videtur ratione præiudicij, & ſic requiritur cauſæ cognitio *Beninten. dec.2.Card.Paris conſ.98.num.6.vol.1. conſ.85.n. 26.vol.3.Simoncell.de decr.minor.lib.1.tit.1.n.31. Borrell.in ſumma deciſ.tom.1. tit.de citat.num.402. & 403.Aſin.in praxi §.7.c.5.lim.142.*

36 21.Caſus eſt in adimplemento conditionis caſualis, in quo non requiritur partis citatio, vel præſentia. *Gabriel d.concluſ.1.n.435. Port.lim.65.*

37 22.Caſus eſt in impetratione priuilegij , vel gratiæ. *Bal.in l.nam ità diuus ff.de adopt. col.1.& in l.fin. C.quibus res iud.non noc. Marchabr.conſ. 23.num.266. Alex.in d.l.de vnoquoque ff.de re iudic.Gozadin.conſ.2.num.7.& conſ.9.num.62.Dec. conſ.191. num.7.* Ea ratione quia eſt donum Superioris , & ſicut Princeps ſolus poteſt legem condere , ſic in poteſtate eius eſt priuilegia concedere nullo citato, *& conſ.194. num.3.conſ.390. num.15. & 16.conſ.498.num.30.& ſeqq. Menoch. conſ.1140.num.31.Borrell.tit.44.num.317. Riminald.conſ.425.num.38. & 35. Becc.conſ.142. nu. 27.Innoc. & Io:Andr. in cap.cum olim de priuil.*

38 Etiam ſi gratia eſſet alteri præiudicialis *Gabriel num.436.Aſin.limit.3.& limit.32.nu.2.Riminald. d.conſ.425.num.38.* qui loquitur ſtante clauſula *de plenitudine poteſtatis ,* vel *ex certa ſcientia Barboſ.in d.d.clauſ.*

39 Idem dicendum eſt, vt non requiratur citatio in renouatione, & confirmatione priuilegij poſt *Abb.Dec.Zabar.Hoſt.& Imol Rouit.in prag.4. de*
40 *poſſeſſ.non turb.num.19.* Et in renouatione priuilegij *Caroc.ſing.39.*verſ.*extenditur* Eſt tamen ve-
41 rum, quod Princeps ſine partis citatione , non poteſt procedere ad reuocationem eorum, quæ nõ dependent à libera ipſius diſpoſitione , ità poſt *Socc.Gabriel, & Peregr.* docet *Paſcal. de vir.patr. poteſt.p.1.c.1.n.75.*

42 Sed quod in priuilegio , quod in aliquo lædit ius tertij, ſit pars citanda, dicit poſt alios *Surd. conſ.323.num.9.*Borrell.*tit.44.num.318.Peregr.de Iure fiſci lib.1.tit.3.num.22. Caluol.in praxi §.citatio concluſ.6.n.53.*Qui *n.43.*idẽ dicit in impetratione reſcripti ſi per illud decidatur cauſa cũ præiudicio tertij *Port.lim.66.* verſ.*contrariũ* Ideò *Rebuff.ſuper conſtit.gall.tom.2.tit.de lit.dilat.art.1.*
43 *gl.1.num.8.* dicit quod in his , quę non lædunt partem, aut modicè , non requiritur in impetratione priuilegij partis citatio . Data pro vera
44 opinione *Gabrielis d.nu.436.* illa procedit dummodo gratia ſit merè priuilegium , & merè gratia , vt ipſe dicit *n.437.* Et dummodo non tractetur de reſtrictione, vel modificatione conceſſionis factæ per Principem , vt dicit *num.438.* idem dicit *Borrell.num.320. & 321.* Vel de ampliatione priuilegij, vt firmat *Gabriel ſup.nu.439.*
45 Vel de diſpenſatione , *Idem Gabriel num.440. & 487.*

46 23.Caſus eſt In interpretatione priuilegij per Principem , non iudicialiter aditum , quia tunc non eſt neceſſaria citatio *Gabriel num.191. Nouar.ſuper pragm.in rubr.de citat.num.43. Giurba conſ.39.nu.72.Girond.de priuil. & exempt.explic. q.108.à n.578.* vbi examinat quæſtionem , & *nu. 581.* diſtinguit inter declarationem factam in iudicio, & extrà iudicium *Guid.Pap.dec.70.*

47 24.Caſus eſt. In reuocatione eorum, quę à Iudice de facto , & ſine partis citatione facta ſunt. *Contard.in l.vnic.lim.16. num.15.de moment.poſſeſſ.Gabriel num.441.Ricc.coll.3973. Add.ad* Riminald.*conſ.282. lit.*B. *Port.limit.67.* vbi ponit pro, & contrà *Farinac.conſ.17. num.27. Carpan. ſuper ſtat. Mediol.cap.155. num.25.p.1.* Borrell. *tit.44.num.404.&* 405. Nam ea , quæ de facto,
48 ideſt ſine partis citatione fiunt, de facto, & ſine citatione reuocari debent, diximus *in princ.huius* Tractatus *Rom.conſ.158. Marc. Mant.ſing.246. Ricc.dec.135. num.9. Abruz.ſuper pragm. de modo proced.ſum.p.2.cap.5.num.119.Caroc.ſing.236. & 429.Cutell.orat.21.nu.59. Tap.dec.Senat.Ital.23. num.27.in fine,* & *num.28.* dicit : poſſeſſionem ablatam abſque citatione , poſſe etiam abſque citatione reſtitui. Et executionem factam parte non citata, etiam abſque citatione reuocari . Et interloquutoriam latam abſque citatione partis, poſſe etiam abſque citatione reuocari; *Aſin.in praxi §.7.cap.5.limit.134.& 135.*vbi etiam dicit quod de facto ſpoliatus, de facto eſt reſtituendus *Burg.de laud.p.3.inſpect.36. num.31. & de modo proced.ex abrupt.q.5. num.178. Gratian.cap.914. num.8. & 9.Coſta conſ.2.nu.52.& 54.Lauag.conſ. 26.inter conſil.Sicul.per Lun.nu.49.Iannin.de crimi. reali lib.1. cap.2. à nu.85.* Vbi ſi Iudex de facto proceſſit ad carcerationem , de facto debet capturam reuocare, etiam abſque citatione illius, qui capturam impetrauit, idem dicit *lib.2.cap.1. nu. 223.Tuſc.lit.C.concluſ.272.num.28.Achill.perſ.de adipiſc.poſſeſſ.ſub num.281.* Dicta concluſio fallit
49 quando Iudex etiam parte præſente , & contradicente actum facturus fuiſſet *Gabriel d.concluſ. 1.num.442.*

50 25.Caſus eſt. Vt in executione ſententię, Iudex poſſit ſine alia citatione compellere condemnatũ vt de fructibus ſatisfaciat in quibus fuerat condemnatus *Gabriel d.concluſ.1.num.456.Port.limit. 73.*nos diximus *ſup.*

51 26.Caſus eſt in vnione Eccleſiæ , quia nec rector, nec ordinarius debet citari *Gabriel n.457. & 458.Port.limit.74.*

52 27.In pręceptis factis ſubditis , nam non eſt neceſſaria citatio *Gabriel num.462.*

53 28.In

53 28.In collatione beneficij, niſi ſit beneficium
non vacans,ſiue de iure, ſiue de facto Gabriel nu.
463.& 464.465. vbi dicit qood in beneficio,
quod ſolum non eſt vacans de facto, de iure
autem ſit:ſi poſſeſſor habet coloratam poſſeſſio-
nem ab eo, qui non habebat talem authoritatem
non eſt neceſſaria citatio, ſed ſi habet coloratam
poſſeſſionem ab eo,qui talem authoritatem ha-
bebat,eſt neceſſaria citatio.
54 29.Caſus in renouatione inſtrumenti, quæ
fieret propter vetuſtatem originalis ſcripturæ,vel
propter eius amiſſionem Bart.in l.adoptio ff. de
adopt.Gabriel n.466.Port.limit.79.
55 30.Caſus eſt in exemplatione Inſtrumenti ad
inſtantiam procuratoris Domini. Bal. in auth.ſi
quis in aliquo col.fin.C.de edendo Gabriel nu.467.
Port.limit.80.
56 31.In ceſſione facienda contrà debitorem,
quia tunc non eſt citandus debitor Bal. in l.fin.
col.1.C.qui admitti Bertachin.in repert.verb.citatio
f.493.col.2.Gabriel n.468.Port.limit.81.
57 32.In acquiſitione poſſeſſionis, quam quis facit
propria authoritate, in caſu ſibi permiſſo l.3.C.
de pignor.diximus ſup.
58 33.Caſus, in tenuta danda, nam non eſt ne-
ceſſe citare emptorem, cui res non dum fuerat
tradita Bal.poſt Iacob. de Butr. in l.manifeſtiſſimè
col.2.in princ.C.de furtis Gabriel concluſ.1.n.471.
Port.limit.84.
59 34.Caſus eſt, vt non citetur in proceſſu in-
quiſitionis, indagator Angel in l.adoptio ff.de
adopt.Gabriel n.473.Port. limit.85.
60 35.Caſus eſt.Vt non ſit neceſſaria citatio in
declaratione, quam facit dominus,qui vult lo-
cum eſſe caducitati, quando eſt vera declaratio,
quia quando non eſt vera, vel ſimplex,tunc re-
quiritur citatio partis.Gabriel nu.474. Riminald.
conſ.421.num.2.& 23.Borrell.tit.44.num.438.&
ſeqq.Teſtai alleg.26.nu.139.Port.limit.86. Sperell.
dec.71.num.12 diximus caſu 14.ſup.hic.
61 36.Caſus eſt. Vt non ſit neceſſaria citatio de-
bitoris principalis quando agitur hypotecaria
contrà tertios poſſeſſores, ſecundum Alex.conſ.
85.col.1.vol.6.Port.limit.87.Borrell.nu.432.Tuſc.
lit.C.concluſ.273.Theſ.dec.53.in fine Reg.Sanfel.
dec.115. vbi deciſum refert, licet ſecundum
62 Barbat.conſ.28.col.9.lib.2.ſit neceſſaria. R.Rouit.
in prag.1.de aſſiſtentia, & hoc iure vtimur in re-
ſciſſione contractus pro capitali, & tertijs, ſecus
ſi ageretur pro tertijs tantum, vel non ageretur
de reſciſſione contractus,ſed de alio credito, li-
quido tamen, ſecus liquidando. Barbat.de aſſi-
ſtentia gl.2.n.16.& ſeqq.
63 Sed eſt neceſſaria citatio tertij poſſeſſoris,
quando ſit diſcuſſio contrà principalem, aliàs di-
ſcuſſio non nocet Gabriel num.333.& 335. Tuſc.
lit.C.concluſ.268.num.40.& 256.num.14.Hier.de
Leo deciſ.146.num.4.lib.2.Sed an debeat eſſe ſpe-
64 cialis, an verò ſufficiat generalis,diſputat Gabr.
n.335.Leo d.dec.146.
65 36.Caſus eſt.Vt non ſit neceſſaria citatio in
moderatione penſionis Gabriel num.488. Port.li-
mitat.93.
66 38.Caſus eſt, vt non ſit neceſſaria citatio in
congregando Communitatem villę,vel caſtri pro
imponenda talea, ſeu collecta pro ſatisfactione
debiti communis; quia tunc non eſt neceſſario
citandus dominus Guid.Pap.q.631. Ricc.collect.
2412.Port.limit.95.licet debeat congregari cum
67 licentia domini, vel officialis Borrell.d.tit.44.
num.429.& 430.l.2.C.de Decur.lib.10.& in l.fin.
ff.de leg. Boer.dec.60. Franch.dec.446. vbi limi-
tat ſi Vniuerſitas velit loqui contra Baronem,
vel officialem Anna ſing.367. videndus Nouar.
dec.72.& in prag.8.de admin. Vniuerſ.& in tract.
de grauamin.Vaſſall.
68 39.Caſus eſt in permutatione, quæ fit de be-
neficio iuris patronatus, quæ poteſt fieri etiam
non vocato domino, licet per viam exceptionis
poſſit annullari, Gabriel de communi teſtās num.
491.Port.limit.96.concluſ.43. lib.1.
69 40.Caſus eſt, quando pignora iudicialia ex-
ponuntur venalia, & venduntur Port.limit.98.
Gabriel num.493.licet contra, & melius dicat
Ant. Fab.in C.tit.de diſtract.pignor. defin.6.7. &
20. & diximus ſup q.22. Caroc. de except.except.
16.Afflict.dec.358. Gratian.diſcept.375. vbi dicit
veram primam opinionem quando pignora ſub-
haſtantur, & capiuntur ſecus ſi adiudicentur Ga-
ma dec.203.num.2. Borrell.in ſumma deciſ.tit. de
citat.n.220.& 458.
70 41.Caſus eſt. Vt non ſit neceſſaria citatio in
ceſſione bonorum facta, citatis aliquibus credi-
toribus apparentibus,quo ad non apparentes, &
non citatos. Guid.Pap.conſ. 124. ſub num.9. Port.
limit.99.Gabriel num.494.Mota conſuet.57.num.
24.Cancer.var.lib.2.cap.9. de ceſſione bonor. num.
24. & 25. Apicell.de ceſſione bonor. tit.3. num.7.
vbi dicit verum eſſe ſi debitor debita aliorum
agnoſcat in iudicio, indicando illorum credita,
cum illorum citatorum creditis, cum non præiu-
dicet his, quorum debita non agnouit De Ballis
lib.5.tit.17.pragm.1.num.7. Ricc.coll.1985. con-
trarium tenet Squill.de priuil.Clericor. cap.10. nu.
3.qui dicit, quod in conceſſione beneficij Cap.
Odoardus,ſunt citandi omnes creditores, & non
obſtat creditori non citato Burg.de Laudem. p.3.
inſpect.11.num.6.Scacc.de commerc. & camb. §.7.
gl.5.num.137.& ſeq.& 139.in fine Tuſc.lit.C.co-
71 cluſ.218.num.9.Nouar.dec.13. Vbi poſt quam
num.1. dixit quod vbi intentatur beneficium
ceſſionis bonorum,requiritur citatio particularis
eorum creditorum, ad quorum inſtantiam repe-
ritur carceratus debitor, qui vult cedere bonis;
alioquin ſi non conſtet de carceratione ad peti-
tionem creditoris, generale proclama ſufficit. Et
num.2.firmauit quod ceſſio bonorum non obſtat
72 creditoribus non citatis. Id intelligit num.5.
quando creditor ipſe haberet aliquod releuans,
& exceptionem talem, quæ impedire potuiſſet
reſpectu ſui,prædictam ceſſionem, alias non eſt
audiendus, & qui ceſſit bonis pro tali cauſa mo-
leſtari minimè debet, & ità intelligendus eſt
Burg.vbi ſup.num.9.& in addit. qui firmat non
nocere creditoribus non citatis, & Scacc.loco
ſup.citat.
73 42.Caſus eſt.Vt non citetur pars, quę habuit
inſtrumentum à Notario, quando altera pars
corrigi petit errorem Gabriel num.496. Port.
lim.101.

74 43.Ca-

Digitized by Google

74 43.Caſut eſt in confirmatione *Guid.Pap ſing.* 427.*Gabriel n.*501.*Port.limit.* 108.

75 44.Caſus eſt. Quando Iudex dat licentiam notario corrigende errorem ſuum *Bertazol.conſ.* 241.*vol.*2.*Gabriel n.*506.*Port.lim.* 115.

76 45.Caſus. Quando Superior auocat cauſam ab inferiore *Gabriel n.*508.*Port.limit.*116.

77 46.In interinatione litterarum regiarum *Gabriel n.*508.*Port.limit.*117. Qui omnes mouentur authoritate *Rebuff.in l.quod iuſſit num.*83. *de re iudic.*qui contrarium dicit, ſic etiam *ſuper conſtit. gall.tom.*1.*tit.de euocat.n.*77.

78 47.Caſus eſt. Quando habilitatur filia ad ſucceſſionem feudi in præiudicium agnatorum *Gabriel num.*521.*Dec.conſ.*194. *num.*3. *&* *conſ.*498. *num.*30.*Port.limit.*120. de qua re videndi *Molin. de hiſp.primogen.lib.*3.*c.*3. *num.*22.23. & ibi *addentes R.Tap.dec.Senat.Ital.*20.*Caſtill.lib.*3.*contr. cap.*28. vbi tractant quando requiratur citatio ſi Princeps diſpenſet in priuilegijs maioratus *R. Ponte conſ.* 152.*lib.*2.*Noguerol.alleg.*32.*n.*194.

79 48.Caſus eſt, in prorogatione compromiſſi facta per arbitrum *Port.lim.*124. *Gabriel nu.*415. Sed non contrarium diximus *ſup.qq.anteced.*

80 49.Caſus eſt. Vt non ſit neceſſaria citatio teſtium quando quis vult reſcindere contractum factum per falſos teſtes *Gabriel n.*518.

81 50.Caſus eſt. Quod prima citatio ſortita fuit executionem, nam non eſt opus alia citatione ad idem *Gabriel n.*519.

82 51.Caſus eſt. Vt non ſit neceſſaria citatio in eo, qui fecit citare aduerſarium ad aliquem actũ, nam ipſa eadem citatio eſt peremptoria ipſi abſque aliqua citatione *Gabriel num.*521.*Ricc.in praxi Eccleſ.tom.*4.*reſol.*32.*num.*2.*Ginrba conſ.*39. *n.*66.*Caſta conſ.*2.*n.*73.

83 52.Caſus eſt.Quando eſt data facultas executori diſtribuendi legata ad pios vſus, non requiritur citatio hæredum, nec alterius. *Maranta in ſpec.p.*6.*de citat. n.*22. *lim.*15. *Gabriel num.*523. diximus *q.*23.*n.*148.

84 53.Caſus eſt, quando ſtatutum diſponit, quod debitor capi poſſit ad voluntatem liberam, & meram creditoris, nam tunc incipi poteſt à captura, etiam non præcedente citatione, ſecus ſi ſtatutum dicat ſolummodo, quod debitor poſſit capi ad voluntatem, ſeu inſtantiam creditoris, nam debet prius conſtare eum eſſe debitorem, *Gabriel* qui diuerſas conciliat opiniones *à nu.*55. *ad* 59.*Maſcard.de ſtatut.interpret.concluſ.*2.*nu.*51. *&* 52.*Carpan.ſuper ſtatus.Mediol.c.*42.*n.*93.

7 Aut ſumus in iudicijs, in quibus non quilibet eſt legitimus contradictor ſed tantum ille , ad quem Ius defendendi ſpectat, & primas , & principaliores partes habet, cuius principaliter intereſt , & tunc eſto citentur principaliter illi, contrà quos petitio dirigitur , non ex hoc iudicium erit validum , quoniam tunc ad validitatem iudicij,ille debet neceſſario citari , & audiri, cuius principaliter intereſt , & non ſecundario *l.1. §. denunciari ff.de ventr.inſpic. gl.in l.de vnoquoq; ff. de re iudic.Iaſ.in l.nec quicquam §. vbi decretum col.7.fall.9.ff.de offic.proconſul. Barbat.conſ.1. col. 3.vol.2. Tiraq.res inter alios act.col.2.* verſ.*ſed hoc Dec.conſ.367.col.vl.Bero.conſ.143. nu.38. Peregr. conſ.96.num.12.lib.4.& conſ.26.nu.19.lib.1.Menoch.conſ.688.num.47.lib.7.Intrigl.dec.15.nu.97. Reg.Galeot.contr.63.num.1.lib.2.& contr.27.num. 7.Barboſ.de poteſt.Epiſc.alleg.115.num.9. Canaler. dec.353.nu.3. Dom.Iodicen.ad Surd.dec.256. Capic.dec.108. Port.concluſ.43.num.9. lib.1. Franch. dec.523. num.16. & dec.642. Parlador. rerum quotid.lib.2.cap.fin.p.5.§.9. num.20. & 21.* Debet tamen citari ille, quem negotium tangit in conſequentiam, ſi iudicium cum principali vertatur in eius perniciem *Reg.Valenz.conſ.60.num.*
8 *54.*Et in tantum debet ille , cuius principaliter intereſt citari, vt petitio contrà eum ſit dirigenda. *Franch.d.dec.523.num.16.Alex.conſ.83.nu.3. lib.2.Felin.in cap.cum inter de except.nu.12. Socc. de citat.art.20.q.14.num.22.& 23.*Vndè ſi ille,
9 qui debebat principaliter citari, citetur *quatenus &c.*& alius citetur principaliter, debet denegari audientia, dum principaliter non eſt citatus *Ca-*
10 *ſtill.dec.2.num.11.*Nam legitimus contradictor ille dicitur , ad quem ius defendendi ſpectat , & primas , & principaliores partes habet , ità vt contrà eum ſententia ſit exequenda *Couar.pract. qq.cap.15.num.4.5.& 6. Ponte conſ.90. num.4. 5. & 6.iuncto conſ.92. num.58.& 71.lib.1. Amat.reſol.32.num.2.Gait.de credit.c.2.tit.3.n.389.*

11 Adſunt tamen aliqui actus , & aliqua iudicia, in quibus nullo pacto videtur directa petitio cõtrà aliquem, vt puta quia non petitur, vt aliquis cogatur facere , vel pati , ſed vt declaretur aliquod ius in perſonam actoris, vel quod fiat aliquid circa aliquam rem , & tunc ſemper petitio videtur directa contrà intereſſatos , & eos qui poſſunt ab illo actu lędi,vnde ad validitatem iudicij , vel actus,ille eſt citandus , qui poteſt ex actu lædi , & prætendit intereſſe *l.de vnoquoque ff.de re iudic.Marc:Mantua ſing.694.num.1. Gabriel de citat.n.1.*

12 Ideò vbi ceſſat intereſſe,quis non eſt citandus, *Surd.conſ.325.num.43.vol.3.conſ.189.num.7.vol.*
13 *2.*Et quando actus parti non facit pręiudicium, pars non eſt citanda. *Gabriel d.concluſ.1.n.351.*
14 *Marſil.ſing.3.* Quod ſi ad aliquem actum ſint citati non intereſſati , ſed alij non habentes intereſſe , & petitio contrà ipſos dirigatur , valebit iudicium contrà ipſos , ſed non contrà intereſſatos.

15 Sed ſi tale iudicium peruenit aliquo modo ad notitiam illius,cuius principaliter intereſt,poteſt
16 comparere ad impediendum tale iudicium, ex quo de re ſua agitur, & eſto quod ſit citatus *quatenus*

tenus poteſt venire, & impedire iudicium, ità vt ſit agenti deneganda audientia, dum principalem intereſſatum vult citare, *quatenus*, vt dixit *Caſtill. dec.2.num.11.*

16 Et ſi quis citetur, caſu quo non debet citari, efficitur legitimus contradictor, & de eius iuribus debet diſcuti, antequam ad executionem deueniatur. *Innoc.in cap.cum inter col.2. de except. Menoch.de adipiſc.poſſeſſ.remed.5.nu.611. & ſeqq. Salgad.de reg.protect.p.2. cap.13. num.555. Argel. de legit.contrad.q.3.* vbi late per *ſex articulos* diſputat, quando citatus venit antè ſententiam, & citatio ſit pura, vel ſi ſua putauerit intereſſe, vel veniat poſt ſententiam, & citatio ſi eadem. Vel quando venit poſt ſententiam, ſed ante immiſſionem, & citatio ſit eadem, ſecus ſi citetur tanquam prætenſus talis *Neuiz.conſ.57.num.8.Beltramin.ad Ludouiſ.dec.280.num.11. Virgil.de legit.perſon. in prælud.num.12.Carenares 51.num.2.*

17 Si verò loquamur quo ad præiudicium inferendum, ex dicto Iudicio nemo lædi poteſt, niſi citetur *l.de vnoquoque ff.de re iud.Tuſc.lit.C.concluſ.272.num.73.& ſeqq.Amat.reſol.15. num.9. R. Valenz.conſ.20.num.14.& conſ.67.num.6.& conſ.93.num.15.Idem Amat.reſol.32. num.2.* vbi dicit citandum eſſe illum, ad quem principaliter ius, & cauſæ defenſio ſpectat, & non illum, ad quem ſpectat ius in conſequentiam, tamen quo ad præiudicium, ei inferendum, ille cuius ius in conſequentiam læderetur citandus eſt poſt mille, quos allegat *Seſſ.deciſ.Aragon.5.n.48.& ſeqq.lib.1.*

18 Si ſunt multi principaliter intereſſati, vt omnes præiudicentur, omnes debent citari, non quidem, vt actus valeat, quia ſufficeret citatio aliquorum principaliter intereſſatorum, ſed vt omnibus præiudicet, vndè ſi ſunt multi principaliter intereſſati, & non omnes citentur, non citati ex illo actu, non præiudicantur *Franch.dec.523.nu. 18.Tuſc.lit.C.concluſ.256.n.42.*

19 Sed ſi citetur is, cuius principaliter intereſt, qui ratione principalis intereſſe eſt legitimus contradictor, & cum eo fiat iudicium, & feratur ſententia, tunc ipſa ſententia facit ius quo ad alios, quorum in conſequentiam intereſt, quia ipſi, quorum non principaliter, ſed in conſequentiam intereſt, non ſunt citandi *Nouar dec.68. nu. 4.& 5. Dom.Hodiern.ad Sard.dec.256.* Et *Nouar.*
20 *d.dec.68.num.10.* infert ex dicta concluſione, quod quando ſententia fertur contrà inſtitutum, non eſt neceſſe citari fideicommiſſarium. *Dom.Ho-*
21 *diern.ibid.* Idem dicit *Nouar.loco cit.* quando iudicium agitur cum hærede, quod non ſit citandus ſubſtitutus, nec minus legatarij, & fideicommiſſarij, licet poſſint comparere, & adeſſe actui, atque appellare, idem firmant *Coſta de remed.ſubſid.remed.13.num.3.Farinac.in repert.Iudic.q.62. num.15.Gabriel de citat.concluſ.1.num.359. Alex. conſ.86.col.1.lib.2.Tuſc.lit.C.concluſ.272. nu.70. Caepoa.ſuper ſtatut.Mediol.cap.31.num.7. & ſeqq.* Vbi quod ſententia in cauſa indiuidua nocet nō citato, & lata contrà hæredem nocet ſubſtituto. *Vant.hic num.19.Iaſ.in l.decem nu.41. ff.de verb. obligat. Rip.reſ.12.num.52.nu.14.vol.3. de interdi. Peregr.de fideicommiſſ.art.53.num.53.Couar.pract. qq.cap.13.num.4.& ſeqq.Ponte conſ.90. num.4.5.* & *6.Turret.conſ.92.num.58.& 71. lib.1. Caſtill. dec.12.num.5.& 6.Tiraquell.res inter alios act.lim. 1.D.Hodiern.ibid.n.14.*

22 Alij verò contrarium tenent, ſcil.quod citatio ſecundario intereſſatorum ſit neceſſaria *Bar. in l.filius famil.§.diui col.3.ff.de leg.2.gl.in l.cum miles §.1.verſ.facienda ff.ex quibus cauſ.maior.* vbi *Bal.gl.in l.fin.§.fin.C.de vſur.rei iud. Iacob.de Arena in l.ſi quis pro eo §. nummos ff.de fideiuſ. Bal.in cap.inter quatuor de maior. & obed. Nouar.dec 68. num.11.* vbi dicit quod ſententia lata contrà principalem non nocet ſecundariò intereſſatis. *Dec.conſ.445.num.23.Tiraq.de nobilit.cap.37.nu. 3.Decian.conſ.54.num.54.vol.2.& conſ.54. nu.4. & ſeqq.vol. 3.Solon.de Paz conſ.54. num.18.* Vbi dicit quod ſententia lata contrà poſſeſſorem primogenituræ, non nocet alteri primogenito non citato. *Amat.reſol.32.num.3.* vbi tenet quod ad euitandum controuerſias, ſi ſententia contrà legitimum contradictorem lata cæteris noceat, vel nè, veluti ſubſtituto, ſucceſſori maioratus vel feudi, tales ſi adſint, ſolent citari quatenus eorum intereſſe putauerint, quod quotidie praxim, dicit, approbare, & fuiſſe ſeruatum dicit in cauſa Comitis Caſtri contrà Ducem, & Duciſſam S.Ioannis.

23 Dixtinguit *Gabriel d.concl.1.n.319.* Quod aut agitur de præiudicio inferendo, & non ſunt præiudicati ſecundario intereſſati, niſi citentur; Aut de validitate actus, & non eſt neceſſaria citatio. *Mangil.de euiction.q.177.num.36.37.* Aliter dix-
24 tinguit *Otalora de nobilit.hiſp.p.2.3. par.princip. cap.8.num.1.3.& 7.* quod aut ſucceditur Iure hæreditario in primogenitura, & ſucceſſor præiudicatur: Aut verò ſucceſſor ſuccedit ex propria perſona tanquam vocatus, & non præiudicatur, quam dixtinctionem ſequitur *Menoch.conſ.518. Giurb.dec.5. num.58. Dom.Hodiern. ad Sard.dec. 256.in.vl.*

25 Alij verò indixtinctè tenent contrarium, quod ſi citetur principalis intereſſatus non ſolum valet actus, ſed etiam præiudicat ſecundariò intereſſatis *Imol.in l.filius fam.§.diui ff.de leg.2. Ang. in l.conditione ff.ad ſyll.Bal.in l.2.not.4. C.de fide inſtrum.Bero.conſ.143.n num.37. Couar.pract.qq. cap.13.num.6.*verſ.*tertio Ponte conſ.90. num.4.5. 6.Turet.conſ.92. num.58.& 71.lib.1. Caſtill.dec. 12.num.5.6. Roman.conſ.3. num.8. Coſta conſ.18. num.5.& conſ.33.num.2. Mangil.de euictione q.9. num.5.Faſar.de ſubſtit.q.622.* Vbi hanc opinionem appellat communem *in princ.* & *num.2.* dicit, quod contrariam ſententiam malè probarunt alij, & *num.3.* dicit non eſſe recedendum ab hac receptiſſima opinione in conſulendo, & iudicando. *Maſtrill.dec.172.num.1.& 9. Cancer.var.lib. 2.cap.16.de teſtis oppoſit.num.98.& 99.* vbi dicit hanc opinionem eſſe magis communem, & veram, & *lib.3.cap.10. de conteſt.iuriſd. num.551. Merlin.contr.62. num.3. & 6.* Hanc opinionem ſequuntur multi relati à *Giurb.d.dec.5. num.55. & 16.Hodiern.ad Sard.dec.256.num.3.12. & 13. Ripoll.var.cap.3.de citat.num.40. & ſeqq. Iatrigl. dec.28.num.56.17.* vbi dicit poſſeſſores prædiorum tutoris non eſſe de neceſſitate citandos in iudicio redditionis computi tutelæ, quia non

prin-

Digitized by Google

principaliter ſed in conſequentiam lęduntur.

26 Aliter loquitur *Noſter. Franch.dec.*523.*nu.*14. & 15.*ex Alex.in d.l.de vnoquoque in fine de re iudic.* cuius meminit *Capic.dec.*108.dicens, quod licet regula ſit, quod ſententia lata cum legitimo contradictore faciat ius ono ad alios, quorum in conſequentiam intereſt, nihilominus requiritur citatio eorum, quorum intereſt, ſaltim per proclama. Quam opinionem vti æquiorem amplectitur *Baron.de citat.q.*23. *nu.*26. vbi tempore litis motæ eſſent in rerum natura ſubſtituti, vel illi, qui in conſequentiam ſunt intereſſati, quando verò non ſunt in rerum natura eo tempore, ſed ex inde ſuperueniunt, nulla eſt eorum neceſſaria citatio, & hoc nè ſuper eadem cauſa ſit pluries iudicandum, & aliquando ſit litium finis

27 Mihi verò ſemper placuit ſententia eorum dicentium, præiudicium afferri tam illis, cum quibus eſt factum iudicium, quam ſucceſſoribus nō citatis, vt fundauimus *in obſeru.ad R.Reuit.conſ.*1.*num.*40.*lib.*1. adeſtque *tex.in l. ex contractu ff. de re iudic.* Niſi ſententia, & iudicium ſit factum cum colluſione, & fraude per *tex.in l.ſeruus* §.1. *ff.de leg.*1. diximus *ſup.q.*16.*n.*90.& *ſeqq. n.*118.

28 Fraudis, & colluſionis probationes poſuimus *in obſeruat.ad conſ.*1.*Reuit nu.*43. *Gait.de credit. c.*2.*tit.*3.

29 Sententia affirmatiua pluribus modis eſt limitanda. Primo in publicatione teſtamenti, in qua non ſolum debet citari inſtitutus, ſed etiam ſubſtitutus *Bertrand.conſ.*41. *num.*3. *lib.*1. Nam eſt actus voluntarius, ſecus ſi eſſet actus neceſſarius *Rum.conſ.*19.*in fine lib.*2.*Gabriel d.concluſ.*1. *nu.* 322.quę limitatio eſt intelligenda, ſi tempore publicationis, ſubſtitutus adſit, & ſit in rerum natura.

30 Fallit 2.In ſententia lata contra proximum agnatum ſuper feudo, quia non præiudicat poſterioribus non citatis *Iſern.in cap. ſi vaſſallus ſi de feud.fuer.contr.inter Dom. & Vaſſall.Gabriel d. concluſ.*1.*num.*322.*Caſtill.dec.*61.*num.*11.Sed cō-
31 trarium eſt verius, vt ſententia huiuſmodi noceat etiam ſucceſſoribus futuris, etiam ſi non vocati fuerint ad iudicium, nec litis ſententiam habuerint per *tex.in l.*1.§.*vlt.* & *l.ſeq. ff.de liber. agnoſc. Andr. de Iſern. in l.imperialem* §. *præterea Ducatus* poſt *num.*37. *verſ.ſed quomodo probabitur de prohibit.feud.alien.per Fried.R.Reuit.conſ.*1.*n.* 33.*tom.*1. vbi *nos* addidimus *R.Galeot.contr.*50. *lib.*2.& *plures alios* maximæ exiſtimationis DD. addimus *Cancer.var.lib.*2.*cap.*16.*n.*96. *cum ſeqq. Maſtrill.dec.*172.*n.*8.& 9. Niſi hæc ſententia ſit
32 lata colluſiue, & cum fraude per *tex.in l.ſi ſeruus* §.1.*ff.de leg.*1.vt diximus *ſup.*& *n.*43.

33 Fallit 3.In diſcuſſione facienda contrà principalem, vt ad fideiuſſores deueniatur, nam in ea ſunt citandi fideiuſſores *Gabriel d.concluſ.*1.*n.* 324.*Poet.concluſ.*43.*limit.*9 *lib.*1.*ver.limita in fideiuſſore.* Vbi an requiratur generalis, vel ſpecialis citatio. Ea ratione quia diſcuſſio principaliter fit ad eorū principale intereſſe, vndè nō conſiderantur amplius tanquam ſecundario, ſed tanquam principaliter intereſſati. Sic fideiuſſor tu-
34 toris debet principaliter citari in iudicio redditionis computi tutelæ *Maſtrill.dec.*20.& diximus *ſupra* vbi *alios DD.* retulimus.

35 Quod non procedit ſi fideiuſſor non eſt contractus, ſed iudicij *Cancer.var.lib.*3. *cap.*17.*num.* 302.& *ſeqq.Peguer.Dec.*199.*Ripol.var.cap.*3.*num.* 96.& *ſeqq.* vbi dixtinguit, de Iure noſtri Regni
36 Neap.per *prag.*17.*de actuar.* ad hoc vt agi poſſit contra magiſtrum actorem pro fideiuſſione per eum capta in iudicio, debet diſcuti principalis, & fideiuſſor, verum elapſis quatuor menſibus ipſe magiſter actorum tenetur diximus ad *Reg.Reuit. deciſ.*83.

37 Fallit 4.in patre, qui non afficitur ex ſententia lata contrà filium in cauſa ciuili ipſo patre non citato *Gabriel d.concluſ.*1.*n.*325.

38 Fallit 5.In probatione prauaricationis contrà aduocatum, quia talis probatio non ſufficit contrà principalem non citatum *Gabriel vbi ſup. num.*326.

39 Fallit 6.quando inter duos contenditur de Iuriſdictione alicuius Caſtri, nam illa ſententia non nocet Vniuerſitati non citatæ *Gabriel num.*327.

40 Fallit 7.In emptore rei litigioſę, nam qui emit rem litigioſam, debet citari poſt ſententiam latam contrà principalem, quando agitur de executione facienda vigore illius ſententię *Gabriel d.concluſ.*1.*n.*328.*Amat.reſol.*45.*n.*13.& 17.

41 Fallit 8.quando ex condemnatione principalis eſt deueniendum ad poſſeſſores pignorum, quia ſunt principaliter citandi, licet pignus ſit acceſſorium ad obligationem perſonalem, nec ſententia cum alijs lata eis præiudicat *Angel in l.de vnoque in fine,* vbi etiam *Imol ff. de re iudic. Franch.dec.*523.*nu.*14.& 15. *Port.vbi ſup.lim.*9.

42 Fallit 9.Quando tertius ipſe, cuius principaliter non intereſt, licet non fuerit citatus, velit comparere ſtante ſuo intereſſe in iudicio, & excludere intentionem actoris, quia tunc docto ſaltim ſemiplene de eius intereſſe, eſt admittēdus in Iudicio, & ſi petit, quod in vnoquoque actu debeat citari, eſt admittenda talis petitio, & iudex contrarium faciens, grauat, & poterit appellari, & factum erit nullum *Cartar.dec.*47.& 56. *Giurb.dec.*1.*num.*13.*nos* diximus *alibi,* vide tamen *Franch.dec.*462.nam dicit contrarium, vt ſcil. ſi author laudatus compareat, & petat audiri non eſt citandus per actorem, cum ſufficiat citare poſſeſſorem in actis ordinatorijs, ſequitur *Montan.contr.*79.*num.*4.

43 Fallit decimo, quando conſtat etiam ex coniecturis reum cum actore colluſiſſe, vel non ſe defendiſſe ſufficienter, nam tunc in conſequentiam intereſſati, ſi citati non fuerint, non læduntur, vt diximus *ſup.* addimus *Mangil.de euict.q.*9. *num.*6.*Seſſ.dec.*163.*nu.*14.*lib.*2.*Hodiern.ad Surd. dec.*256.*num.*6.*Amat.reſol.*79. *à num.*26.*Merlin. contr.*62. *à num.*8. *Baron.de citat. q.*23. *num.*36. *Medic.conſ.*1.*nu.*103.*Scacc.de ſentent.gl.*14.*q.*12.

44 Fallit 11.quando ſententia eſt lata ex confeſſione partis *Medic.conſ.*2. *num.*102. *Paleot. de maioratu p.*4.*q.*14.*num.*6. *Scacc.d.q.*12. vbi alias fallentias ponit.

45 Sed difficultas hic eſt, qui ſint principaliter, & qui ſecundario, ſiuè in conſequentiam intereſſati? Reſolutiuè dicimus, Principaliter intereſſatum in realibus actionibus eſſe illum, qui poſſidet rē, de qua controuertitur *Capic.dec.*8.*num.*3. *Gram.*

dec.

Digitized by Google

46 *dec.51. n.3.* Vnde dicit *Socc.conſ.13.col.2 vol.4.*
quod debet omninò principaliter citari poſſeſſor
etiam ſi ignoretur, nec ſufficit proclama genera-
47 le, in ſeruitutibus eſt poſſeſſor rei, contra quem
48 prætenditur ſeruitus, in perſonalibus verò eſt
ille, contrà quem petitio dirigitur, & qui prin-
cipaliter ab illo actu læditur *cap. inter quatuor
de maior. & obed. addit. ad Maranta in ſpec. p. 6.
verſ. rectè concipiatur citatio ſub n.4.*

49 Sed difficultas eſt, ſi in realibus actionibus
principaliter intereſſatus eſt ille, qui poſſidet. An
rectè intentetur petitorium contrà alieno nomi-
ne poſſidentem videlicet, inquilinum, & condu-
ctorem rei, procuratorem, & alios huiuſmodi,
qui alieno nomine poſſidentes, dicuntur habere
ſolam detentionē? Reſolutiue dicimus, quod aut
detinentes conuenti nihil dicunt, nec nominant
verum poſſeſſorem, & rectè contrà eos inſtitui-
tur iudicium, nam petitorium poteſt intentari
contra ſimplicem detentorem *l. officium ff. de rei
vendic. gl. ſuper rubr. ff. eodem Viu. dec. 535. num. 2.
3. & 4. Caſtill. dec. 12. num. 4. Gnrb. dec. 1. nu. 51.*

50 Aut verò detinentes nominant dominos verè
poſſidentes, & tunc contrà eos iudicium progre-
di non poteſt, & debet agens contrà dominum
verum poſſeſſorem ſe dirigere *Maranta loco ſup.
cit. l. 2. C. vbi de in rem actio Amat. reſol. 86.* dixi-
51 mus *ſup.* In conſequentiam autem, & ſecundariò
intereſſati ſunt cæteri, qui principale intereſſe
non habent tempore quo actus fit, & rebus ſic
ſtantibus, ſed habent aliquod ſecundarium, &
conſequutiuum intereſſe, tempore quo actus ge-
ritur, vel habent principale ex poſt facto: Exem-
plum eſt in illis, qui habent ſecundarium inte-
reſſe, ſi quis contrà poſſidentem rē ſe dirigit rei-
uendicatione, & petit declarari ad ſe ſpectare, &
pertinere rem, quam ſibi reſtitui petit, ſi euenit,
quod ſuper ipſa re poſſidens conſtituerit hypo-
tecam, vel aliquod ius, quod reſolueretur per
declarationem dominij, vel quaſi in perſona
actoris, tunc creditores hypotecarij, & habentes
ius, dicerentur ſecundario intereſſati. Exemplum
verò illorum, qui habent principale intereſſe ex
poſt facto, & non tempore actus, eſt in ſubſtitu-
to, vel in ſucceſſore rei conuenti, qui in eadem
re habet principale, & æquale ius, vt habebat
ipſe reus, & hi quia tempore actus geſti non
poſſidebant, non poterant dici principaliter in-
tereſſati, ſed in conſequentiam.

52 Sed an habentes coæquale intereſſe omnes ſint
citandi? Et dicimus ſic, ad hoc vt ſententia om-
nibus noceat *Tiraq. de nobil. cap. 37. nu. 7. Franch.
dec. 523. num. 18. & dec. 524. Anna conſ. 17. num.
20. & 21. vol. 1. Gait. de credit. cap. 2. tit. 3. nu. 621.*
vt exemplum eſt in duobus, vel pluribus hæredi-
bus, & ſic ſententia lata contrà vnum ex hæredi-
bus, non præiudicat alijs cohæredibus, etiam
ſcientibus litem motam *Cacher. dec. 157. Caroc.
de except. contrà ſentent. except. 123. num. 21. Coſta
Sicul. conſ. 2. nu. 42. Scacc. de ſent. & re iudic. gl. 14.*
53 *q. 12.* Nam vnus hæredum poterit condemnari,
& alij nequaquam, ad *tex. in l. circa* vbi *Ang. ff. de
inoffic. teſtam. cum l. duobus C. eodem*, cum hęredes
54 habeant coęquale ius, & principaliter ad quē-
libet, negotium ſpectet pro rata, tam in gradu,
quam in iure litigandi *Bal. & Salyc. in l. 2. C. qui-
bus res iudic. non nocet Felin. in cap. quamuis de re
iudic. Tiraquell. de nobilit. cap. 37. num. 7. Pinell. de
bonis mater. l. 1. p. 3. num. 49. lim. 1. Perege. de fidei-
com. art. vl. num. 40. Grattan. diſcept. cap. 456. num.
92. Scacc. d. q. 12. num. 30.* Et cuilibet ex hæredi-
55 bus competat ius de præſenti, ideo quilibet ci-
tandus erit, vt cuilibet ſententia nocere poſſit.
Hon ded. conſ. 28. num. 28. & ſeqq. vol. 1. latè *Gait.
d. c. 2. tit. 3. num. 388.*

56 Secundum exemplum eſt in duobus legatarijs,
nam ſententia lata contrà vnum ex legatarijs nō
præiudicat alijs coęquale ius habentibus, & mul-
tò minus hęredi *Socc. in l. 1. ff. de except. rei iudic.
Caroc. d. except. 123. num. 20. Coſta conſ. 2. nu. 42.*

57 Tertium exemplum eſt in duobus confeudata-
rijs, vel confideicommiſſarijs, nam ſententia lata
contrà vnum, alteri non nocebit etiam litem
ſcienti *Peregr. de fideicommiſſ. art. vlt. num. 40. ver.
vnde infero Caroc. de except. 123. n. 36.*

58 Quartum exemplum eſt in duobus correis de-
bendi, nam ſententia lata contra vnum, alteri
non citato non nocet *Bar. in l. ex duobus num. 17.
ff. de duobus reis Bero conſ. 97. num. 6. lib. 3. Ruin.
conſ. 92. num. 9. lib. 1. Felic. de ſociet. cap. 30. nu. 49.
Manent. dec. 15. num. 10. Gait. d. tit. 3. nu. 407.* vbi
num. ſeqq. ponit alia exempla.

59 Verum quæ diximus de cohæredibus ſunt in-
telligenda quando cohæredes omnes ſunt purè
inſtituti, eo quod coęquale ius ad omnes pro ra-
ta ſpectat, vt diximus, & ſententia non nocebit.
Vel quando vnus ſit purè inſtitutus, alter verò
ſub conditione, & ſunt diſiuncti re, nam tunc
purè inſtitutus dicitur hæres pro parte, & per
hoc ſententia contrà eum lata non nocebit alteri
cohæredi ſub conditione inſtituto, nam vna res,
ſuper qua inſtitutus fuit hæres purè, nihil com-
mune habet cum altera diuiſim conſiderata, pro
vt ex communi opinione notat *Alex. in l. ſæpè nu.
15. ff. de re iudic.* Et altera dimidia hæreditatis,
quæ reſpectu conditionis remanet in ſuſpenſo,
pendente eadem conditione, vt iacens habebit
curatorem pendente conditionis euentu *Alber. in
l. 2. ff. ſi pars hæred. petat. Caroc. d. except. 123. num.
77. cum ſeqq. Scacc. d. q. 12. num. 45.* Secus ſi vnus
60 ſit purè inſtitutus, alter verò ſub conditione, &
ſint coniuncti re, diſiuncti verò verbis, quo caſu
purè inſtitutus cenſetur inſolidum inſtitutus pen-
dente conditione iuxtà *gl. in l. 2. ff. ſi pars hæred.
petat.* Nam hoc caſu concluſio non procedit, quia
ſententia lata contrà purè inſtitutum noceret cō-
ditionaliter inſtituto, eo quod principaliter tan-
tum ſpectat negotium purè inſtituto, & hoc caſu
coęquale ius nequaquam cohæredes habent, &
ſic debent intelligi notata *in l. ſi hæres ff. fam. her-
ciſc.* latè *Gait. d. tit. 3. num. 400. & ſeqq. Scacc. ibid.*

61 Ex his omnibus infertur, quod ille, qui habet
titulum, vel actionem tantum ad rem, nullo modo
ſit citandus, vt iudicium valeat. *Cutell. de donat.
tract. 1. diſc. 2. p. 2. à num. 82. & trat. 5. à num. 105.
Peres de Lara in comp. Vitæ hom. cap. 8. nu. 7.* ex quo
infert *Cutell.* quod ſubſtituti nullo modo ſunt ci-
tandi in diſtractione bonorum grauati *D. Hodier.
d. dec. 256. Scacc. d. q. 12.* vbi latè probat quando
ſententia cum vno lata alijs præiudicet.

SVMMARIVM.

1 *In citatione debet exprimi nomen iudicis, & num. 2.3.4.*

5 *Debet Iudex docere de ſua iuriſdictione, & an, & quando citatus debeat comparere? & nu. 6.7.8.9. & à num. 10. ad num. 104. & à num. 111. ad num. 134.*

105 *Arbiter an poſſit citare? & nu. 106.*

107 *Par non poteſt citare parem, & n. 108.*

109 *Per citationem acquiritur quaſi poſſeſſio iuriſdictionis, & n. 110.*

135 *An Epiſcopus poſſit citare clericum ſuum extrà iuriſdictionem? & n. 136. 137. & n. 138.*

139 *Citatus coram iudice, an debeat comparere coram Succeſſore, & à n. 140. ad n. 149.*

150 *Si erratum ſit in nomine Iudicis, an citatio valeat? & à n. 151. ad n. 158.*

Quæ ſint ſeruanda, vt rectè fiat citatio? & primo de nomine Iudicis citantis.

QVÆSTIO XXVIII.

VT rectè concipiatur citatio plura ſunt exprimenda; videlicet Nomen Iudicis, nomen partis citandæ, nomen inſtantis, cauſa propter quam, Pœna ſub qua, locus ad quem, & tempus intrà quod quis citatur ad comparendum. Et ad eius validitatem quinque requiruntur videlic. Decretum Iudicis, inſtantia partis, Nuncij executio, & eiuſdem relatio, & citationis reproductio.

1 Vt citatus intelligat coram quo vocetur exprimi debet proprium Iudicis nomen, nam nomina ſunt reperta gratia ſignificandorum hominum §. *ſi quidem in nomine Inſtit. de legat.* per tex. *in cap. preterea de dilation.* & per *ius* noſtrum Neap. adeſt *conſu.* incip. *editorum* vbi *Aff. & alij Foller. in pract. rubr. vel eos verbaliter, &c. n. 4. Maſtrill. dec. 275. num. 2.* Alias citatio eſt nulla *Villalob. in collect. commun. opin. lit. C. num. 55. Perege. tract. var. lib. 2. ad cap. 1. de iudic. ſub num. 32. Scaloya de for. iudic. cap. 5. nu. 12. Campan. reſol. 12. Reg. Sanfel. in praxi ſect. 2. nu. 3.4. Guill. lib. 1. pract. cap. 48. num. 6.*

2 Et quia non rarò reperiuntur plures eiuſdem nominis, additur nomen familiæ, ſeu Agnationis ad tex. in *l. idem Pomponius §. fin. ff. de rei vendic. Iaſ. Abb. in c. cum bonè num. 1. de ætat. & qualit. ordin. Petr. de gregor. de Iudic. cauſ. feud. q. 11. num. 3. Carpan. ſuper ſtatut. Mediol. cap. 1. num. 71. Vant. hic num. 46. Guid. Pap. dec. 455. Borrell. tit. 44. num. 20. Guazin. deſ. nſ. 10. cap. 2. num. 4. & 10. Tuſſon. de antef. verſ. 5. obſ. 1. nu. 75. Fariac. in fragm.* poſt *repert. iudic.* verb. *citatio num. 20. Scacc. de iudic. c. 32. num. 10. R. Sanfel. in praxi ſect. 2. num. 3. Scrad. de feud. p. 9. cap. 7. num. 37. Dom. Maurana in ope prax. fol. mihi* 20. *nu. 4. Baron. de citat. q. 30. Scacc. de ſent. & re iudic. gl. 2. q. 2.* vbi dicit non eſſe neceſſarium nomen, & cognomen Iudicis, ſi clarè, & indubitanter conſtet, à quo ſit lata, ſententia aliàs ſecus.

3 Sed quia citatio dubia, & æquiuoca nihil operatur *l. ſi in Iudicis nomine*, cum ibi *notat per gl. Caſtr. & alios ff. de iudic. Vant. hic num. 48. Ripol. cap. 3. var. reſol. D. Luca ad Gratian. diſcept. 30.* apponendum eſt nomen officij, ſeu dignitatis, vt omni procul dubio, intelligere poſſit citatus à quo Iudice vocetur, iuxta dicta per *Bar. in l. qui habebat ff. de reb. dub.* & notant *Canoniſtæ in cap. ſignificauit de reſcript. Campan. d. reſol. 12. num. 1. Guazzin. deſ. nſ. 10. cap. 2. num 4.* vbi dicit Romæ ſeruari, vt Iudex in ſubſcriptione debeat apponere nomen, cognomen, & officium; quod in regno Neap. non ſeruatur, ſed nomen officij apponitur in corpore cit. & in ſubſcriptione tantum cognomen *Guazz. ibid. Scacc. de Iudic. cap. 39. n. 5.*

4 Imò citatio debet ſubſcribi à Iudice, maxime in cauſis criminalibus *Dom. Frera in rit. 166. nu. 64.* qui dicit in cauſa liquidationis inſtrumentorum *Scaloya de for. iud. cap. 5. num 14.* qui dicit in citatione ad informandum, & ad capitula faciẽda in ſententia foriudicationis, & dicit debere ſubſcribi, etiam à magiſtro actorum per *prag. 16. §. 5. de offic. S. R. C. prag. 22. §. 12. de officialib. Galter. in praxi inſtrum. p. 3. rubr. 2. num. 43. prag. 13. in fin. de ordin. iudic.* Et in terris Baronum debent ſubſcribi per actuarios electos per barones, aliàs Acta fidem non faciunt *Cancer. lib. 1. var. cap. 2. num. 60. Tonnut. de praeemt. cap. 2. num. 23. Grammat. conſ. centl. 66. num. 5. Scaloya de for. iudic. cap. 5. num. 14.*

5 Eſt neceſſe, vt certificetur citatus qualis ſit Iudex ordinarius, vel Delegatus, maior, vel minor, competens, vel incompetens, quò poſſit indè cognoſcere, an arctetur ad comparendum *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 32. num. 10.* Si ordinarius
6 mandat citari, debet citatus comparere. *l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier.*

7 Benèuerum Iudex ordinarius non debet docere de ſua poteſtate, quæ tanquam notoria nulla indiget probatione *gl. & DD. in cap. veſtra de cohab. cleric. Anales in cap. 1. prætorum* verb. *cartas num. 9.* verſ. *ſed in hoc puncto P. Barboſ. in l. ſi quis ex aliena num. 9. ff. de iudic. P. Molina de iuſtit. & Iure tract. 5. diſp. 26. num. 2.* ver. *contrà verò Pacian. de probat. lib. 2. cap. 43. num. 48. Fragoſ. de regimine reip. Chriſt. p. 1. lib. 4. diſp. 10. §. 2. num. 144. Parexa de inſtr. edit. tit. 2. reſol. 4. num. 17. & ſeqq. Ripol. var. cap. 3. num. 11. & c. 1. n. 420.*

8 Ordinariam poteſtatem nullus dare poteſt niſi Princeps, vel lex, vel Vniuerſitas, vel conſuetudo *Spec. de offic. ordin. Rot. in nou. dec. 4. num. 2. de offic. Vicar.* diximus *rubr. 9. q. 2.*

9 Poteſtas ordinaria datur per literas Patentes, quas Prætores terrarum, Ciuitatum gubernatores, Præſides Prouinciarum, & ſimiles poſt quam publicè præſentarunt, & à publico fuerunt receptæ, pro talibus publicè ſe gerunt *tex.* eſt *in l. probatorias C. de diuerſ. offic. lib. 12.* diximus *in*
10 *rubr. 9. q. 2.* & notorium eſt aliquem ſe gerere pro poteſtate, Priore, vel Conſule, vt ait *Bal. in l. 1. n. 7. C. qui, & aduerſ. quos.*

11 Per præſentationem, & publicationem literarum patentium per officiales, ſeu Iudices ordinarios eorum poteſtas notoria eſt, vt dixerunt *Spec. Io. Andr. & alij* allati per *Vant. in rubr. de* nul-

*nullit.ex defect.iuriſd.num.19. & 20. Pacian. de probat p.2.cap.43.n.48. Fragoſ.vbi ſup.*144.
12 Et quod notorium facti tranſeuntis dicatur, quod quis ſit Iudex ordinarius, ità vt de iuriſdi-
ctione ordinaria non ſit opus fidem facere, dicit *Bal.in l.ea quidem num.14. C.de accuſat. & in l.ſi qua num.4.C.de Epiſc.& cleric.* Et quod ſola ne-
13 gatio partis non valeat reddere dubiam Iudicis ordinarij poteſtatem dixit *Rota in nou.dec.6. nu. 2.de except.*
14 Si Delegatus citet, non tenetur citatus credere eius aſſertioni,niſi fiat fides de delegatione. *cap.cum in iure de offic.del.g.cap præterea de dilat. l.vnic.C.de mandat.Princip.* vbi *DD.* communiter dicunt; Delegatum citare debere cum inſerto tenore ſuæ delegationis *Maranta in ſpec. p.6. membr.1.num.75.Parexa d.tract.de inſtr.edit.tit.2. reſol.5.num.33.39. & per tot.Scialoya de foriudic. cap.5.num.16.Ripol.var.cap.3. de citat.12. Campana d.reſol.12.*
15 Quod procedit quando citatur abſens de longinquo. *Spec.tit. de citat. §.ſequitur* verſ. *vtrum autem citatio Abb.in cap.cum ex officij de præſcript. Vant.hic num.47.Pariſ.conſ.99.nu.10.lib.4.Grammat.dec.36.num.27.Menoch.de præſ. lib.2.præſ.16. num.10.Parexa d.reſol.5.num.66. & 73. Gratian. diſcept.170.num.31. Ludouiſ.dec.227. num.6. & dec.237.Cancer lib.2.var.cap.2. nu.196. Farinac. in fragm.p.1.*verb.*delegatio n.90.& ſeqq.*
16 Verum quandò citatur præſens in loco iudicij,tunc ſi agitur de maximo præiudicio non eſt credendum aſſertioni Delegati, quamuis eſſet perſona magnæ authoritatis, niſi citatio haberet inſertum tenorem. *Soc. de citat. art.20. num.11. Add.ad Maranta in ſpec.*rubr *an ſit iudicium ordi-*
17 *narium,vel delegatum num.*60. Nam cum delegatus non habeat iuriſdictionem naturalem *l.more ff.de iuriſd.omnium iudic.*ſed eam habeat ex accidenti, non mirum ſi partes citatæ non tenentur credere, niſi in citatione inſeratur tenor delegationis *Iaſ.in l.2.in princ.ff.ſi quis in ius voc. non iuit.Rolan.conſ.39.n.23.& ſeqq.lib.1.*
18 Si ageretur de leui præiudicio, & citandus eſſet in loco citantis,vel parum diſtanti, tunc citatio arctaret etiam ſine inſerto tenore delegationis.*Socc.d.art.20.num.11. Add ad Maranta ſup.n. 60.Gomes dec.55.p.1.* ea ratione quia paria ſunt ſcire, & de facili ſcire poſſe *l.ulianus ff. ad Maced.Gregor.dec.127.num.6.& 7.Danza de pugna DD.tom.2.tit.de offic.deleg.cap.2. num.2. Farinac. in fragm.p.1.* verb.*delegatio num.97. Caball.caſ. crim.26.Guazzin.defenſ.1.cap.1.nu.11. & defenſ. 13.c.6.n.4.5.*
19 Diſtantia quindecim milliarium ad hunc effectum habetur pro modica, & in arbitrium iudicantis poſitum eſt,quando locus dicatur remotus *gl.in cap.cum nullus de tempor.ordin.in 6. in* verb. *remotis, & in clem.cauſam* in verb.*remotis de elect. Gregor.dec.137.num.2.& 3.Parexa d.reſ.5. n.73.*
20 Imò vbi adeſſet veriſimilis coniectura ſcientiæ delegationis, vel quod Iuriſdictio ſit conceſſa, non eſt neceſsè quod in citatione inſeretur tenor delegationis. *Gregor.dec.227.num.2.* vbi *add.lit. A.*plures refert *Rot.dec.*Idem ſi eſſe notoria talis delegatio. *Narbon.in l.60.tit.4. lib.2. recop. gloſ. vnic.num.52.Parexa d.reſol.5.n.28.* Verum ipſe *nu.ſeqq.*hoc impugnat.
21 Si Vicarius generalis Epiſcopi citet ſine inſertione mandati, valent acta coram eo facta, licet non probetur per litteras patentes eius poteſtas, dum modo à partibus non negetur,quia ordinarius eſt,cum ſit idem Auditorium Epiſcopi, & eius Vicarij generalis *cap.2. in fin.de conſuet.in 6.*vbi *gl. in* verb.*officiali* notat,ſecus eſſe ſi Epiſcopus vices ſuas alicui committeret, quia tunc haberet iuriſdictionem delegatam, & ab eo appellaretur ad Epiſcopum delegantem, & ſucceſſiuè non poſſet citare, niſi facta fide ſuæ delegationis. Sed quando deputatur Vicarius generalis ab Epiſcopo, tunc Vicarius eiuſdem Epiſcopi vices ſupplendo cognoſcit cum eadem ordinaria Epiſcopi iuriſdictione,qua ratione à Vicario non appellatur ad Epiſcopum, nè ad ſe ipſum interponi appellatio videatur, vt eſt *tex.* expreſſus *in cap. Romana in prin.de appell. in 6.* vbi *gl.*in verb *generaliter* notat, quod officialis eſt ordinarius non delegatus,reprobata opinione *Goffredi* qui in *Summa de offic. Vicarij §.item dubitari,* tenet, officialem Epiſcopi delegatum eſſe non ordinarium.
22 At ſi Vicarij poteſtas à parte negetur, tunc venit probanda; & hoc caſu cum non adſit notorium, ſit res dubia per negationem *l.inter ſtipulantem §.ſiſticum ff.de verb.obligat.l.fin.C.quibus ad libert procl.non licet.* Et ſufficit probare
23 communem reputationem ad hoc, vt acta per eum facta valeant iuxta *tex.in l.barbarius de offic. Præſ.Innoc.in cap.nihil eſt num.3.de elect. Rot.in antiq. dec.4. de offic.ordin.* diximus *rubr.9.q.* Ratio videtur eſſe, quia Iuriſdictio Vicarij non videtur eſſe perpetua, ſed ad nutum Superioris, & reuocabilis *Rot.in nouiſ.dec.1. in 1.addit. de offi.Vic.*diximus *in rubr.10.q.*
24 Ex his,ordinarius ſufficit, quod mandet per Nuncium aliquem citari, ſiuè id faciat per literas,ſiue viua voce *cap.cum dilecti de dolo, & contuma. Maranta in ſpec.p.4.rubr. An ſit iudicium ordinarium,vel Delegatum n.59.*
25 Et quamuis litteræ ſuæ Iuriſdictionis non appareant,valent acta coram eo,abſque alia probatione iuriſdictionis *Bal.in l. ſi qua per calumniam num.5.verſ.deinde quaro C.de Epiſc.& cleric.* Vbi ſubiungit ſpeciale eſſe in legato Cardinale, vt eius dicto ſtetur de actitatis coram ipſo. *Archidiac.in cap.nobiliſſimus num.7.7.diſtinct. Parexa d.reſol.4. num.4.5. Azeued.in l.11. tit.5. lib.3. recopil.*
26 Sed delegatus neceſſe habet de ſua Iuriſdictione docere *cap.cum in iure de offic.deleg. Bal.in l.ſi qua per calumniam num.5.* verſ. *ſed quid autem C.de Epiſc.& cleric.& in l.ea quidem num.14.C.de accuſat* Ea ratione, quia ſemper præſumitur pro iuriſdictione ordinaria, ſecus pro delegata *Abb. in d.cap.cum in iure num.7. Maranta vbi ſup. nu. 59.in fin.Parexa d.reſol.5.*
27 Et quia poſſet contingere, vt vnus haberet iuriſdictionem, ne dum ordinariam,verum etiam delegatam.Ideò neceſſaria eſt expreſſio prædicta nominis Iudicis, officij, & dignitatis, vt poſſit citatus intellegere, qua velit Iudex iuriſdictio-

ne vti, & an ipſe contrà eum poſſit aliquam ex-
ceptionem opponere. Nam exceptiones poſſunt
opponi contrà Delegatum,ſed non cõtrà ordina-
rium, ea ratione, quia ſi Delegans ſciuiſſet eum
eſſe talem, non delegaſſet. Sed ordinarius autho-
ritate legis iuriſdictionem ſuam exercet; Vnde
qualiſcumque ſit,quouſque remoueatur, vel ſu-
ſpendatur ei parendum eſt. *Io: Andr. in d. cap.*
*cum in iure de offic.deleg.num.*8. & 10. *Scacc.de*
*iudic.cap.*32.*num.*10. Ideò proceſſus factus corã
28 ordinario excommunicato valet, & ſimiliter
coram Auditore Rotæ, ſecus coram Delegato.
*Rot.in antiq.dec.*2.*de iudic.*diximus *in rub.*9.& 10.
29 Quando Iudex habet vtramque Iuriſdictio-
nem ordinariam, & delegatam, cenſetur in du-
bio proceſſiſſe ea poteſtate, qua poſſit actus va-
lere, & non corruere *Ludouiſ.dec.*204. *num.*16.
& ibi *addit. num.*31. ad materiam eſt *Rub.de va-*
*lid.legal.cap.*1. & *ſeqq.* Sed quandò ſe reſtrinxit
30 ad vnam poteſtatem, ſecundum quam nulliter
proceſſit,non poteſt actus ſubſtineri ex alia *Hoſt.*
Imol. Abb.& alij in cap.cum ex officij de præſcript.
& ibi *Feltn.nu.*25. *verſ.quarta concluſio Bernard.*
*reg.*668.*Cald.Pereira de empt.& vendit. c.*13.*num.*
31 13. Nam qui poteſt procedere ex poteſtate vali-
da, ſi procedat ex poteſtate inualida, ad quam
ſe coarctauit,nulliter procedit *Put.dec.*383.*num.*
3.*lib.*2. *Rot. ad Marcheſ.de commiſſ.p.*1.*fol.*649.
*Roman.conſ.*343.*num.*5.& *conſ.*496.*n.*2.
32 Hinc Auditor Cameræ, qui vigore ſuarum
facultatum procedit vti ordinarius, quando ei
dirigitur Breue de capienda poſſeſſione nomine
Cameræ, ſi in monitorio, quod tranſmittitur ad
partes, non inſeratur tenor Breuis, acta exindè
facta ſunt nulla,cum inſerenda ſit Commiſſio, vt
citatus notam habeat iuriſdictionem citantis.
Spec.de citat.§.7.*num.*7. *Ludouiſ.dec.*127. *num.*1.
Rota apud *Marcheſ.de commiſſ.p.*1.*f.*461.
33 Alia etiam ratione neceſſarium eſt, vt Dele-
gatus inſerat in citatione tenorem ſuæ com-
miſſionis, vt ſciat citatus, ſine dubio an
ſolus Iudex citans habeat facultatem, an ſimul
cum alijs;nam ſi citaretur per vnum ex duobus,
vel tribus,non teneretur comparere *cap.ſciſcita-*
tus, & ibi *not. DD.de reſcript.cap.gratus*, & *cap.*
prudentiam,& ibi *Dec.num.*18.*de offic.deleg.* dixi-
mus *in rubr.*9.& 10. Et citatus per vnũ ex tribus
34 delegatis, non tenetur comparere coram Col-
lega, qui non citauit, vt dixit *Rota in nou.dec.*2.
*num.*1.*de offic.Deleg.* diximus *ibid. Barboſ.in cap.*
prudentia de offic.Iud.delegati.
35 Imò ex prædicta delegationis inſertione cita-
tus poteſt cognoſcere qualis ſit Iudex,à quo fue-
rit delegatus; nam non omnes poſſunt delegare,
& delegatus ab alio,quam à Principe, delegare
non poteſt *l.à Iudice C.de iudic.* Et Iudex ordi-
36 narius cauſæ principalis non poteſt cauſam de-
legare,niſi reſeruata ſibi ſententia, & coram eo
eſt conteſtanda lis, & producendæ ſunt proba-
tiones, & proferri ab eo debet ſententia, cunctis
per eum examinatis, & delegatus ab eo reliqua
expediet. *auth.ad hæc C. de Iudic.* diximus *in*
*rubr.*10.
37 Hinc ſi in partibus aliquis citaret vti Delega-
tus ab Auditore Cameræ, deberet oſtendere ſuã
delegationem, quia A.C.non habet facultatem
committendi cauſas extra Curiam, & Iudex de
partibus procedens vti delegatus ab A.C. nulli-
ter procedit ſine iuriſdictione, *Egid.dec.*210. &
507.latè *Vbert.de citat.c.*2.*num.*90. Addimus ra-
38 tionem, quia ſubdelegatus facit actum nullum
excedens iuriſdictionem,quæ non poterat ſubde-
legari *Rot.dec.*3.& 8.*de offic.deleg. Innoc.Franch.*
*in cap.cum cauſam q.*4.*de appell.Cupnt.dec.*256.*p.*
39 3. Quod A.C.habeat ſolam iuriſdictionem inter
Curiales, niſi Papa ſibi det, dixit *Rota in antiq.*
*dec.*5.*de offic.ordin.Scacc.de iudic.tom.*1.*cap.*22. Et
40 quamuis poſſit deputare Iudices in Curia,tamen
de deputatione debet conſtare, aliàs proceſſus
eſt nullus, nec ſufficeret, quod partes comparuiſ-
ſent coram Deputato *Seraphin.dec.*418. Ea ratio-
ne quia priuatorum conſenſus Iudicem non fa-
cit *l.penult. ff.de Iudic. l.priuatorum C. de Iuriſd.*
omnium iudic.
41 Eſt neceſſaria etiam expreſſio nominis Iudicis
citantis, eiuſque officij, & dignitatis, nam poteſt
contingere,vt quis eodem tempore citetur coram
diuerſis Iudicibus, & ſic vt citatus poſſit intelli-
gere coram quo debeat comparere; nam ſi vnus
eſt maior, & alter minor, tunc vocatus ad maius
Tribunal non tenetur comparere coram minore
l.contrà pupillum ff.de re iudic. Maranta in ſpec.p.
6.*ver.& aduerſarius circa contumacias num.*4. *Ri-*
*pol.var.cap.*5.*num.*122. vbi hoc intelligit ſi ſit ci-
tatus æqualiter coram ambobus, nam ſi coram
minore ſit citatus ad comparendum perſonali-
ter, & coram maiore ſit citatus ſimpliciter,debet
comparere coram minore *l.*3. §.*item diuus ff.de*
teſtib. v i *gl. ver.teſtimonijs* alias tenetur maiori
obedire. *cap.ſi duobus, & cap.cum parati de appell.*
*Cravett.conſ.*6. *num.*83. *Nigro in cap.Regni Neap.*
228.*num.*30.*Scaloya de foro compet.cap.*7. *nu.*51.
& *cap.*8. *num.*142. *Caravit. in rit.*265. *num.*15.
42 Hinc citatus coram Papa, ſi coram inferiore,
etiam citatus non compareat, non ſit contumax
Innoc.in cap.cum parati de appell. cum alijs alle-
gatis per *Rolan.conſ.*47. *num.*37. *lib.*2. Et Papæ
43 ſemper eſt obediendum nulla alia præuentione
obſtante,tam ratione honoris quam iuriſdictionis
cap.qui reſiſtit. 11.*q.*3. *Innoc.in d.cap.cum parati*
*num.*2.*de appell.Guid.Pap.q.*276.
44 Sed non excuſaretur tunc, quando citatus ab
Inferiore, affectaſſet, & procuraſſet citari coram
Papa,nam cauſa affectata, & malitioſè procura-
ta, quæ aliàs prodeſſet, non prodeſt, etiam quo
ad remedium competens de iure communi. *Iaſ.in*
*l.ſi verò in princ.ff.qui ſatiſdare cog.Rolan.conſ.*47.
*num.*37.& *ſeqq.lib.*2.
45 Citatus verò à duobus æqualem iuriſdictio-
nem habentibus, poteſt coram quo velit compa-
rere *arg.l.ſi qui graui* §.*ſi cum omnes ff. ad Syllan.*
*Treuiſ.dec.*11.*num.*8.*p.*2.*Farinac.q.*7.*n.*63. *Sca-*
*loya de foro compet.cap.*7.*n.*50.
46 Si verò plures Iudices citantes ſint æquales,
& citent in vna eademque cauſa, & procedant,
difficultas an valeat proceſſus, & reſolutiuè di-
cimus,quod ſi citatus non comparet, & non
contradicit, valet proceſſus vtriuſque *Innoc.in*
*cap.cum M.Ferrarienſ.num.*10.*de conſtit.Rip.ibid.*
*num.*199.*Coctin.dec.*61.*num.*2.*Afflict.dec.*354. & ſic
ſen-

ſententia, quę prius lata eſt exequitur *Ripol.d.c. 3.num.156.*

47 Et ſi ferantur duæ Sententiæ contrarię, prima
valet, quando non fuit ſuſpenſa per appellatio-
nem, & tranſiuit in rem iudicatam, & ſecunda
contraria remaneret nulla tanquam lata contra
rem iudicatam *l.1. C.quando prouoc.non eſt neceſſ.*
48 At ſi prima non tranſiuiſſet in rem iudicatam,
valeret ſecunda, à qua appellandum eſſet, & in
iudicio appellationis diſcuti deberet, quę ſen-
tentia iuſtior eſſet *Rip.in d.cap.cum M.Ferrarien-
ſis de conſtit.num.*200.dicemus *in rubr.ſeq.*

49 Si pars compareat coram vno, & ab eo petat
remiſſionem ad alterum, poterit ille, ſtante pari-
tate iuriſdictionis illam denegare, dicens quod
cauſam in ſuo Tribunali deſendat, offerendo ſe
equa lance iuſtitiam miniſtraturum. Si vero com-
50 pareat coram vno, & alleget præuentionem al-
terius, ea probata, ille Iudex debet cauſam re-
mittere, tanquam præuentus ad eum, qui præue-
nit, vt poſt *Bal. & Felin.* aduertit *Rip.d.cap.cum
M.Ferrarienſ.num.*159. Niſi præuentio fuiſſet af-
51 fectata, quia non prodeſſet *Bal.in l.ſi ſeruus* §.1.
*ff.de legatis 1. Felin.in cap.fin. de teſtibus Iaſ.in l.
ſi verò ff.qui ſatiſd.cog.Rip.vbi ſup.n.*200.

52 Remiſſio cauſæ debet fieri, quando plures Iu-
dices citarunt, per Superiorem ad vnum, etiam
quando non conſtaret de vnius præuentione, tri-
plici ratione. Prima propter coniunctionem, &
connexitatem, ne cauſarum continentia diuida-
tur *l.nulli C.de iudic.* 2.propter reconuentioné,
quæ debet fieri coram eo Iudice, coram quo agi-
tur *l.qui non cogitur ff. de iudic. Caracciol. de fori
priuil.remiſſ.q.*16. *Scialoya de foro compet. cap.*13.
53 Et non licet coram alio reconuenire, niſi termi-
nata lite prius mota; vel niſi intrà 20.dies Iudi-
ce primo reuocato *l.cum Papinianus, & auth.
& conſequenter C.de ſent. Scialoya ibid.* 3.Propter
54 abſurdum vitandum, ne contingat ferri diuerſas
ſententias *l.cognitio §.ſi plures, & l.vſumfructum
§.ſi mater ff.de liber. cauſ gl.in l.1. ff.quib.rebus ad
eundem Iudic.eat.in* verb *eundem Iudic.*

55 Et ſi ſit citatus ſecularis coram Iudice ſecu-
lari, & Eccleſiaſtico, debet comparere coram
ſeculari proprio iudice *Innoc.in cap. cum parati
de appellat.* ita deciſum refert *Guid.Pap dec.*443.
*n.*2.*& dec.*276.

56 Ex alio etiam eſt neceſſaria ſpecificatio nomi-
nis, & officij, & dignitatis Iudicis citantis, ad
hoc poſſit citatus cognoſcere, an Iudex ſit com-
petens, vel incompetens, ità vt teneatur compa-
rere, vel non. Nam citatio debet emanare à Iu-
dice competente *clem fin. vt lite pend.l. vl. ff.de
Iuriſd.l.contumacia* 53.§.*vl. ff.de re iudic.cap.*12.
de ſent.excommun. in 6.*Aff.dec.*2. *num.*8. *Berlich.
lib.*1.*concluſ.*10.*num.*3.*Scacc.de iudic.lib.*1. *c.*32.
*num.*10. alias eſt nulla ex defectu iuriſdictionis
*Corn.conſ.*43.*num.*2.*lib.*3.

57 Dicitur Iudex competens, qui habet cauſæ
iuriſdictionem cum exercitio, dato quod illa
poſſit per exceptionem elidi, ſiue exceptio con-
tingat perſonam, vt quia ſuſpectus, ſiue iuriſdi-
ctionem, vt quia reſcriptum ſit ſubreptitium
gl.in d.clem.fin. vt lite pend.Salgad.de reg.protect.
58 *p.*2.*cap.*13.*num.*85. Ideò quando certum eſt,
quod Iudex eſt competens, & quod citatus eſt
de eius Iuriſdictione, debet comparere, aliàs pu-
nitur *l.1.ff.ſi quis iuſdic.non obtemp. Barboſ.in cap.
de cauſis §.de illis de offic.& poteſt.Iudic.deleg.* Et
59 ſufficit ad validitatem actorum, quando Iudex
communiter reputatur pro competenti ad *tex.in
l.Barbarius ff.de offic.prætor.* & ibi *Iaſ.in fin. Mo-
ded.dec.*5.*num.*4.*de appell.*diximus *rubr.*9.*q.*5.

60 Quando igitur quis poteſt ope exceptionis ſe
ſubtrahere à Iuriſdictione citantis, debet com-
parere, & excipere, aliàs valeret proceſſus factus
contrà eum *l.ſi quis ex aliena ff.de iudic.Io:Andr.
ad Specul.tit.de citat.*§.1.*in princ.Tiraq.in l.ſi vn-
quam C.de reuoc.donat.in* verb.*reuertatur nu.*423.
*Barboſ.in cap.propoſuiſti num.*1.*de foro compet.Petr.
Barboſ.in l.ſi quis ex aliena ff. de iudic. à num.*1.
*Berlich.lib.*1.*var.concluſ.*10.*num.*5.*Reg.Sanfel.in
praxi ſect.*2.*num.*5. *& ſeq.* de Iure noſtro Neap.
eſt *rit.*230. vbi *Carauit.& Conſ.Petra.*

61 Exemplum eſt in pupillis, viduis, & alijs, qui
habent electionem fori *l.vnic. C.quando Imp.in-*
62 *ter pupill.& vid.*Item in ſcholaribus, qui poſſunt
eligere coram quo velint conueniri, iux.*tex.in
auth.habita C.ne filius pro patre.*

63 In Legatis, & his, qui teſtimonij cauſa vocati
ſunt, vel ij qui iudicandi cauſa accerſiti ſunt, vel
in prouinciam deſtinati, quibus datur ius reuo-
candi domum *l.*2.§.*legatis ff. de iudic.* Nam illi
debent coram Iudice citante comparere, & ex-
cipere iuxtà *tex.in l.ſi quis ex aliena in fin.ff.de
iudic.* ibi: *Nam & legati, cæterique, qui reuocandi
domum ius habent, in ea ſunt cauſa, vt in ius vo-
cati veniant, priuilegia ſua allegaturi,* vbi latè *P.
Barboſ.*

64 Sed quando certum eſt, Iudicem non eſſe com-
petentem, non tenetur citatus comparere, vtpotè
quando citat extrà territorium, vel ſupra ſuam
iuriſdictionem, ità deciditur in *tex in l.fin.ff.de
Iuriſd.omnium iudic. P.Barboſ.in l.ſi quis poſtea
quam num.*64.*ff.de iudic.Baron.de citat.q.*29.*num.*
24.poſt *Innoc. & Vant.Myſing.cent.*6.*obſ.*7.*nu.*6.
*& ſeqq.Vurmeſ.lib.*1. *tit.*6. *obſ.*3. *num.*1. *& ſeqq.
Gaill.lib.*1.*obſ.*48.*num.*8.*& ſeqq. Henning.Gaden.
conſ.*30.*num.*17 *Coler.de proc.ſ.execut p.*4. *cap.*3.
*num.*10.*Reg.Sanfel.d.ſect.*2.*num.*10. *& ſeqq. Rocc.
dec.*163.*p.*1. *Reg. Ponte dec.*33. *Scialoya de foro
comp.cap.*8.*n.*2.*& ſ.* 9.

65 Quod procedit quando notoriè non eſt de
Iuriſdictione citantis *Aff.dec.*2.*num.*8. *Alex.in l.*
1.*in princ.num.*; *ff.ne quis eum qui in ius*, & ibid.
*Iaſ.Gabriel.conſ.*167.*num.*16.*lib.*2. *Berlich.d.con-
cluſ.*10. *num.*5. vbi conciliat opiniones contra-
rias. Alias ſi dubium eſt debet comparere, & op-
ponere incompetentiam fori *Scialoya d. cap.*8.
*num.*5.*& ſeqq.*vbi hoc extendit etiam ad Vaſſal-
los baronis in noſtro Regno Neap. citatos in
Tribunalibus regijs, nam licet regulariter ſint
exempti à iuriſdictione regia, tamen ſunt multi
caſus, in quibus poſſunt ibi conueniri, ideò de-
bent comparere, & exemptionem allegare poſt
*R.Sanfel.dec.*69.*& alios.*

66 Dicitur conſtare notoriè de non iuriſdictione
citantis pluribus modis. Primo quando Iudex
cognouit, appellatum fuiſſe ad Papam, vt eſt *tex.*
67 *in cap.ſi duobus in fin.de appellat.*2. Quando cõ-

ſtat

Digitized by Google

ſtat primas litteras fuiſſe legitimè per ſecundas
reuocatas, tunc apparet primos Iudices nullam
penitus iuriſdictionem habere *tex. eſt in cap. ex
litteris verſ. ſi verò conſtiterit de offi. Deleg. Rendi-*
68 *na in prompt. tit. 163.* 3. Quando Delegatus Apo-
ſtolicus citat vltrà duas dietas, & id expreſsè
non habet in mandatis, iuxtà *tex. in c. nonnulli in*
69 *princ. de reſcript.* 4. Quando Delegatus citat ab-
ſentem de longinquo abſque inſertione delega-
tionis *cap. cum in iure de offic. deleg. cap. præterea de
dilat. gl. in cap. ſi Epiſcopus 3. q. 2. in* verb. *conuoca-*
70 *ri* diximus *ſup.* 5. Quando laicus citat clericum
nominatum, quia tunc notorium eſt citantē non
habere iuriſdictionem *cap. conuenior 2. q. 8. Bal. in
l. generaliter la 2. num. 1. & 2. C. de Epiſcop. & cle-
ric. Ripol. var. cap. 3. num. 72. & ſeqq. Reg. Sanfel. d.
ſect. 2. num. 10.* de qua re diximus *in rubr. 9. & 10.*
71 6. Si in litteris citatorijs eſſet expreſſa cauſa,
quæ reddit iudicem incompetentem quamuis non
eſſet notorium ex *Innoc. in cap. 3. de dilat. num. 3.
Sanfel. ibid. num. 10. ver. tertio* 6. Quando ordina-
72 rius citat exemptum, non expreſſa cauſa, propter
quam efficiatur ſubiectus, & non gaudeat exem-
ptione iuxta *tex. in c. 1. cum ibi not. de priuil. in 6.*
73 7. Quando duo citant non facta mentione de
tertio, iux. *tex. in cap. prudentiam, in primo reſp. de
offic. deleg.* vbi *Barboſ. Hippol. conſ. 81. num. 34. &*
74 *ſeqq.* 8. Quando Delegatus citat ad perſonaliter
comparendum, & illud non habeat in mandatis
iuxta *tex. in cap. 1. de Iudic. in 6.*

75 His caſibus citatus non tenetur comparere
*Carpan. ſuper ſtatut. Mediol. cap. 1. num. 37. ex Bur-
ſat. conſ. 225. nu. 37. lib. 2. Guazin. ad defenſ. reorum
defenſ. 12. cap. 1. num. 47. Aſin. de exequt. §. 6. c. 49.
num. 2. Ricc. dec. 163. num. 11. & 12. tom. 1. Barboſ.
in cap. ſi à Iudice num. 23. de appell. in 6. in cap.
præterea num. 6. de dilat. cap. ſtatutum §. in nullo
quoque nu. 64. & ſeqq. de reſcriptis in 6. & cap. cum
ordinem num. 13. de reſcript. Giurb. conſ. 77. n. 11.*

76 Si verò dubium eſt, an Iudex ſit competens,
nihilominus comparere debet citatus *l. 2. ff. ſi quis
in ius voc. non ierit Riminal. conſ. 34. num. 13. Me-
noch. de recuper. remed. 5. num. 15. Surd. conſ. 286.
à num. 11. Sanch. de matr. lib. 7. diſp. 33. num. 23.* Et
77 Iudex cognoſcit ſuper iuriſdictione, & pronun-
ciabit ſe competentem, vel incompetentem
*l. 2. §. ſed & ſi dubitetur, & l. ſi quis ex aliena ff. de
iudic. Scialoya* poſt alios *d. c. 8. de foro compet.* Sed
78 contrà facit *tex. in l. 3. ff. de Iudic.* vbi habetur
non poſſe interponi ſecundum decretum contrà
eum, qui habet exceptionem declinatoriam.

79 Sed concordia inter *tex. in d. l. ſi quis ex aliena*
cum *tex. in d. l. 3.* eſt ſecundum *P. Barboſ. in d. l. ſi
quis ex aliena* Prima vt *textus in d. l. ſi quis* pro-
cedat, quando dubium eſt verum citatus tenea-
tur reſpondere coram Prætore, quia ſtante hoc
dubio, tenetur comparere, & ſi non compareat,
proceditur contrà eum, tanquam contrà contu-
macem. Sed ſi notorium ſit citatum non eſſe ſub-
ditum prætori, ſi non comparet, non proceditur
contrà eum, tanquam contrà contumacem, & in
his terminis dicit procedere *tex. in d. l. 3.*

80 Ex qua concluſione inſert duas alias cōcluſio-
nes. Prima eſt, quod vbi vertitur dubiū iuris, vel
facti, verum citatus teneatur comparere coram
iudice citante, in dubio coram eo tenetur com-
parere, aliàs cenſebitur contumax, quam con-
cluſionem dictus *P. Barboſ.* ampliat *num. 6.* etiam
81 in Iudice delegato. 2. Eſt quod quando certum
eſt, & notorium, citantem nullam habere Iuri-
ſdictionem in citatum, tunc ſi non compareat, ci-
tans non poteſt contrà eum procedere tanquam
contrà contumacem, & *à num. 12. Barboſ.* oppo-
nit contrà hanc ſecundam concluſionem, & re-
ſpondet oppoſitioni videndus *Scialoya d. c. 8.*

82 Secundam concordiam ponit *P. Barboſ. in d. l.
ſi quis ex aliena à num 47.* Quod *tex. in d. l. ſi quis*
procedat quo ad eum effectum, vt ſi non veniat
cenſeatur contumax, & tanquam talis poſſit mul-
tari, & ſi forte aliqua habeat bona in territorio
citantis, poterit actor mitti in poſſeſſionem il-
lorum bonorum, quia ad interpoſitionem primi
decreti ſufficit quælibet abſentia abſque latitatio-
ne, non tamen ſimplex non comparitio, ſiue ſim-
plex ficta contumacia ſufficit, vt contrà eum
interponatur ſecundum decretum, quia vltrà
ſimplicem contumaciam requiratur latitatio; cū
ergo quis non tenetur comparere nō videtur la-
titare: meritò contra eum ſecundum decretum
decerni non poteſt; & ita inquit *Barboſ.* procede-
re *tex. in d. l. 3.* Ex hac concordia *Barboſ.* inſert ad
plura, de quibus apud eum.

83 Et *Barboſ. num. 58.* inſert quod vbi citatus non
comparet, poteſt mulctari, & aduerſus eum pro-
cedi ad primum decretum, quod eſt punitiuum
ſimplicis contumaciæ, quam illationem ampliat,
etiam ſi qui non comparuit, poſtea doceat ſe
non teneri comparere, quam limitat in eo, qui
84 non potuit comparere coram citante, maximè
prout eſt clericus citatus à Iudice ſæculari, vt
coram eo compareat, qui non ſolum non tenetur
comparere, ſed & ſi vellet, neque poſſet.; Vnde
Barboſ. num. 65. dicit cauendum eſſe à *Bar. & Iaſ.*
contrarium firmantibus.

85 Et *Barboſ. nu. 129.* diſputat, an ſi petatur à Iu-
dice, quod Iubeat aliquem citari, qui ſit alienæ
iuriſdictionis, qui ſit eius ſubditus ratione con-
tractus, vel delicti, debeat Iudex ſimpliciter de-
cernere, quod fiat. An verò debeat præmittere
ſummariam informationem de qualitate, qua
fundatur eius Iuriſdictio?

86 Sed quia euenire poteſt, vt ex aliqua cauſa,
aliquis ſit Iudex competens contrà quempiam
exiſtentem non in ſuo, ſed in alieno Territorio.
An talis Iudex poſſit reum citare in alieno ter-
ritorio? Queſtio hæc à multis *DD.* tangitur, quos
citat *Maranta in ſpec. p. 6. membr. 1. num. 40.* & ipſe
ſe remittit ad dicta per *Iaſ. in l. fin. ff. de Iuriſd.
omnium iudic.* qui dicit *hanc q.* indigere deciſio-
ne Cæſarea, *Gaill. lib. 1. obſ. 56. num. 1. Berlich. lib.
1. concluſ. 11. num. 1. Salgad. de reg. protect. p. 1. c. 2.
§. 4. num. 4. & Iaſ.* diſtinguit tres caſus.

87 Sed *Cauall. commun. contrà comm. q. 59.* diſtin-
guit. An territoria ſint ſub eodem Præſide, an
vero ſub diuerſis, de qua diſtinctione meminerūt
*Ricc. coll. 2105. Grattan. cap. 655. num. 17. Theſ. q.
38. num. 3. lib. 2. Carpan. d. cap. 5. num. 58. Clar. §.
fin. q. 31. num. 18. & 19. Gaill. pract. obſer. lib. 1. obſ.
56. Borrell. tit. 44. num. 64. Ricc. dec. 28. nu. 11. Car-
leual. de iudic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 2.*

88 Mi-

88 Mihi vero admodum placet dixtinctio facta per *Scacc.de Iudic.c.40.* Inter ciuiles, & criminales cauſas. Quo ad cauſas ciuiles, præſuppoſito quod citandus ſortiatur forum ex aliqua ratione, dixtinguendum eſt: Aut loquimur de ſubdito citantis, ideſt de eo, qui habet domicilium in Territorio Iudicis citatis. Aut de nó ſubdito, ſed ex aliqua ratione ſortiente forum, etiam quod ſit abſens. In ſubdito citantis dixtinguit *Scacc.* tres caſus. Primus eſt quando Iudex vult mittere litteras ad Iudicem loci, in quo reperitur ſubditus citandus, & illum rogare, vt ſubditum illum citare faciat. 2. Quandò vellet mittere nuncium, ſeu ſatellitem ad capiendum. 3. Quando vellet proprius Nuncius citare verbaliter. Primo caſu poteſt mittere litteras rogatorias, quas ſubſidiales vocant *DD.* ad Iudicem loci, in quo reperitur citandus, vt eum citari faciat *l.1. §.1.ff.de requir.reis, & in §.ſi verò quis. Aut vt nulli iudicum, & in l.1.§.hac autem ff.de ſeru.fugit.Menoch.conſ.230.num.110.conſ.746.num.26. & conſ.735.nu.21.* qui aliud ſimile adducit, quando examinandi ſunt teſtes in territorio alieno. *Nouar.qq.forenſ.q.34.n.1.& 2.lib.2.Iaſ.in l.extra ff.de Iuriſd.omnium iudic.Borrell.d.tit.44.nu.65.& 66.Scapp.de iure non ſcript.lib.3.cap.35. Carpan.vbi ſup.nu.59.Aſin.de execut.§.9.cap.49.nu.23. Rouit.ſuper pragm.1. de iuriſd.inimic.non turb. num.16. & 17. Berlich.d.concluſ.11.n.9.*

89 Sed hic difficultas eſt, ſi abſque requiſitione, & imploratione brachij illius Iudicis, reperiatur citatus ſubditus extrà Territorium, an citatio erit valida? Et quod ſit valida, & ſic citatus teneatur comparere, & ſi non veniat reputetur cótumax, & tanquam contumacem procedetur contrà eum, dicit *Rou.vbi ſup.n.25.*

90 Sed quod citatio ſit inualida, & ſic quod citatus non teneatur comparere, dicit *Nouar.qq.forenſ.q.34.num.5.& 6.lib.2.* Ea ratione, quia officialis non poteſt exercere iuriſdictionem contentioſam extrà eius Territorium, etiam contrà ſuum ſubditum, beneuerum, vt illum ſaluet, dicit, ſuam opinionem procedere, quando per citatum non opponitur iſta exceptio, quia Iudex citans videtur legitime procedere, & proceſſus factus interim valet *Borreli.d.tit.44.num.67.*

91 2. Caſu quando citandus eſt ſubditus citantis, qui cum reperiatur extrà Territorium, Iudex vult mittere nuncium, ſeu Satellitem ad capiendum eum, hoc caſu *Scacc.vbi ſup. num.6. verſ.ſecundum ex Iaſ.in l.fin.nu.24.ff.de iuriſd. omnium iudic.* dicit quod non poteſt hoc facere, quia tali caſu dicitur aliena iuriſdictio occupata. *Marta vot.116.num.6.Boſſ.de citat.n.29.*

92 3. Caſu quando Iudex vult ſubditum ſuum per proprium nuncium, extrà ſuum Territorium nó capere, ſed citare, tunc ſubdixtinguendum eſt. Aut ambo territoria, ſcil. Iudicis citantis, & territorium, in quo eſt citandus eidem Domino, vel Præſidi ſunt ſubiecta. Aut verò Territoria non ſunt eidem Domino, vel Præſidi ſubdita, ſed diuerſis. Primo caſu dixtinguit *Scacc.* inter ius. & conſuetudinem, ſi loquamur de Iure duas contrarias opiniones refert, vnam communem Canoniſtarum tenentium Iudicem citare debere per litteras ſubſidiales directas Iudici loci, quam opinionem vltra relatos à *Scacc.* tenent *Scapp.de iure non ſcript.lib.3.cap.36. Ripoll.de citat. cap.3. à num.76. & 110. Fab.inſtit.de pœnis temer.litig. §. omnium Carleual.vbi ſup.*

93 Aliam verò opinionem *Bar.in l.1.num.3.ff.de requir.reis,* & ſequacium aſſerentium poſſe Iudicem mictere proprium nuncium ad citandum, non aliter requiſito Iudice illius loci, dicit veriorem *Carleual.ſup.num.27.* licet non liberam ob omnibus incommodis, quam opinionem refert *Scacc.vbi ſup.num.6.verſ.ſurgit, circa med.* & cum ea reſidet, & dicit *Aſſi.* non errare dum firmat conſtitutionem in ciuilibus eſſe conformem huic communi opinioni, contrà id, quod firmant *Iſern. & Maranta.* Et licet ipſe *Scacc.* non afferat rationem, illa poteſt eſſe, quia ex *conſtit. edictorum* colligitur baiulos poſſe citare per apparitores extrà Prouinciam ibi: *l.extra Prouinciam vnius menſis.*

94 Dum dicit *Scacc.* poſſe tali caſu citare per Nuncium etiam in alieno Territorio; dummodo ſub vno Præſide vtrumque territorium ſit, facit dixtinctionem inter commune dominium reſpectu pleni dominij, tam vtilis, quam directi; & inter commune reſpectu directi tantum; Nam ſi ambo territoria ſunt ſub eodem Domino reſpectu dominij pleni, firmat *Scacc.* quod indixtinctè procedit concluſio, quod vnus Iudex poteſt per nuncium citare in Territorio alterius Iudicis. Si verò loca ſunt ſub eodem Domino directo, & ſub diuerſis vtilibus, ideſt feudatarijs, Et tunc ſi habet citare Iudex Domini directi in locis ſubditis feudatarijs, poteſt etiam per nuncium, Si vero habent citare Iudices feudatariorum, debét citare per litteras directas alteri Iudici, in cuius Territorio eſt citandus, hoc etiam dicit *Maranta in ſpec.p.6. membr.2. num.40. in fine Berlich.d.concluſ.11.num.12.Zang.de except.p.2. cap.1. nu.160. & ſeqq. Scult.in add.ad Modeſt.Piſtor.p.2.q.53.num.4.Boſſ.in pract.crim.de citat. num.25.Car-*

95 *leual.vbi ſup.* Sed *Boſſ.ibi* dicit, quod Præſes vnius Prouinciæ poteſt in Prouincia alterius Præſidis, eſto dominia ſint dixtincta, dummodo ſint eiuſdem Principis, etiam non requiſito alio Præſide. Vndè ait quod Gubernator Mediolani, poteſt citare Neap. & è contrà *Carleual vbi ſup. num.28.*

96 Si verò loquamur de conſuetudine, & tunc *Scacc.* ſubdixtinguit. Aut Iudices ſunt æquales, ideſt vnus non recognoſcens alium in Superiorem, & tunc ſit per litteras rogatorias directas Iudici illius loci, vbi eſt citandus, vt permictat citationem executioni mandare, quæ practica ſeruatur etiam in Terris eiuſdem Baronis, vt vnus Iudex non citet in iuriſdictione alterius, quamuis vterque ſit Iudex eiuſdem Baronis. Aut vero Iudices non ſunt æquales, & hi citant non requiſito Iudice illius loci, de qua praxi teſtatur *Boſſ.in tit.de citat. num.24. & 26. Scacc. vbi ſup. Berlich.d.concluſ.11.num.15. & ſeqq.*

97 In Sicilia M. C. quæ eſt Superior omnium aliorum Iudicum ordinariorum citat per Nuncium in toto Regno, etiam extrà Territorium illius Ciuitatis, vbi degit, & Nuncio dirigit litteras

teras

teras commiſſionis, ſinè quibus non poſſe extrà
Territoriū citare, vt citat in territorio. Sic etiam
ſolet M.C. non per nuncium, ſed per litteras
præceptorias non rogatorias committere, &
mandare ordinarijs locorum, quatenus aliquem
citent, & ſuper citatione reſcribant iuxtà *con-
ſtitutionem edictorum*, ad libitum actoris, an certum
nuncium velit deſtinari facere, vel emanare lit-
teras directas ordinarijs locorum, vt dicit *Baron.
de citat. q. 29. nu. 32. ante finem.* Et ità ſeruatur in
noſtra M.C. Vicariæ Neap. de qua praxi nos te-
ſtamur, addimus de Iure *Berlich. d. concluſ. 11. nu.
12. Coler. de proceſſ. execut. p. 3. cap. 7. num. 36. Zan-
ger. de except. p. 2. cap. 1. nu. 160. & ſeqq.*

98 Si verò Territoria ſint ſubdita diuerſis domi-
nis, vel Præſidibus vnum communem dominum
non recognoſcentibus, & tunc vnus non poteſt
alterum citare, niſi per litteras rogatorias *Affl.
in conſtit.* incip. *in Ciuilibus Scacc. vbi ſup. Salgad.
de reg. protect. p. 1. c. 2. §. 4. num. 34.* quæ opinio de-
ducitur ex *clem. paſtoralis de re iudic. Baron. de ci-
tat. q. 29. n. 33.*

99 In 2. autem membro primæ diſtinctionis cau-
ſarum Ciuilium, ſcil. quando citandus non eſt
ſubditus Iudicis citare volentis, ſed tantum ſorti-
tur forum eius ex aliqua ratione, tunc ſi ſit in
alio Territorio Iudex, qui citare vult, debet hoc
facere per litteras rogatorias, & ſubſidiales
*Scacc. d. cap. 40. num. 6. in fin. ex Gaill. pract. obſ. lib.
1. obſ. 56. n. 5 & 6.*

100 Et *Scacc.* addit, quod virtute illius citationis
poteſt in illius contumaciā procedere ad miſſionē
in poſſ. illius rei petitæ; quod ſi Iudex requiſitus
citare nollet, poterit Iudex requirens per ſuum
nuncium citare. *Carlenal de iudic. lib. 1. tit. 1. diſp.*
101 *2. q. 1. num. 41.* Si ſit citandus in alio Regno
quomodo ſit citandus, dixit *Amat. reſol. 33. & Vir-
gil. de legit. perſ. c. 14.* & *nos* diximus *in hac Rub.*

102 Quo ad cauſas criminales Iudex poteſt cita-
re eodem modo, ac poteſt in ciuilibus, de
quo diximus hucuſque *Scacc.* late *de iudic. lib. 1.
q. 40. Guazz. def. reſ. 10. cap. 2. num. 28. & ſeqq.* Ve-
rum ſi velit citare realiter de facto faciendo ca-
pere aliquem extrà ſuam iuriſdictionem, captura
eſſet nulla, & ille ante omnia eſſet relaxandus
*Gomez. var. lib. 3. cap. 9. num. 4. 5. Caball. reſol. crim.
caſ. 291.* qui id ampliat etiam ſi eo modo captus,
ductus eſſet ex loco, vbi non iure captus eſt ad
Iudicem loci delicti, vbi iure capi potuiſſet *Reg.
Rouit. in prag. 5. num. 11.* vbi *de delict. quis deb. con-
uen.* licet dicat cogitandum. *Franch. dec. 415. Pe-
guer. dec. 133. Cauall. de cognit. per viol. 2. p. q. 5. nu.
31.* licet *q. 64. num. 14.* aliter referat deciſum. *Ro-
lan. conſ. 60. ex num. 9. vol. 2. Farinac. q. 7. num. 40.
& 41. Add. ad Baron. de citat. q. 25.* licet in vſu
tantū eſſe citationē per edictum dicat *Decian. reſp.
18. num. 94. lib. 1. Clar. q. 31. num. 18. in fine Fari-
nac. q. 11. num. 41. & ſeqq.* quid quid *Sforz. Odd.
conſ. 72. num. 23.* reprobet *Clar. & Decian.* Papa
103 vero poteſt ſine alia requiſitione reum vbicum-
que citare *Euger. conſ. 2. num. 14.* cuius meminit
Guazzin. defenſ. 40. cap. 2. num. 28. in fine fundatus
forſan in diſpoſitione *tex. in Clem. 1. de iudic. Boſſ.
tit. de citat. n. 24. & ſeq. Matt. Coler. conſ. 6. nu. 13.
& ſeqq.* Sed non probari ex *d. clem. 1.* dicit, & be-
nè *Berlich. d. concluſ. 11. num. 11.*

104 Diximus *ſup.* decretum citationis debere fieri
ab eo, qui habet Iuriſdictionem, & eius exerci-
tium, nūc oritur quæſtio, An arbiter poſſit cita-
re? Et ex eadem ratione videtur dicendum, quod
non, ſed quodammodo intimare, & requirere
partes *Bal. in l. 2. C. quomod. & quand. Iud. num. 8.
Socc. de citat. d. art. 4. num. 5.* ver. *idem etiam de ar-
bitris compromiſſarijs* ad *tex. in l. ſi tuti tribus ff. de
receptis arbitris*, vbi notat *Bal. ibidem* reprobata
ſententia *gloſſ. Blanc. de compromiſſ. q. 8. à num. 4.
ad num. 8.*

105 Sed verum eſt id, quod diximus in arbitris
voluntarijs, ſecus in neceſſarijs, nam hi habent
iuriſdictionem, & poſſunt propriè citare. *Blanc.
d. q. 8. num. 13. Bal. in l. 2. C. quomod. & quand. Iud.
num. 8. l. ſed interpellatur §. arbiter ff. de arbitris
Rote. dec. 283. nu. 39.* per nuncium, vel Epiſtolam
non autem per edictum *Balb. dec. 339. Nouar. ſu-
per prag. in rubr. de arbitris num. 23. Caccia. in tit.
295. num. 26. Borrell. in tract. de compromiſſ. §. 3. gl.
2. num. 5. & §. 4. gl. 4. num. 5. R. Rouit. in prag. 1. de
arbitr. num. 66. & ſeqq.* dicit in ambobus arbitris,
citationes teſtium debere fieri per Iudicem or-
dinarium, ad hoc, vt ſi non obediant, poſſit illos
cogere, quod non poſſunt facere arbitri, qui nō
habent iuriſdictionem, niſi in partes compromi-
ttentes. Et tales arbitri poſſunt vti nuncijs iudi-
cis Superioris pro actorum intimatione poſt
Bar. R. Rou. ibid. n. 65.

106 Et quia arbitri neceſſarij non habent territo-
rium citant, vel in loco compromiſſi, vel in loco
electo per partes, vel in loco propinquo *l. ſi cum
dies §. ſi arbiter ff. de arbitris*, & ſi non eſt deſti-
natus locus, vbi laudum ſit proferendum, profer-
ri debet in loco, vbi moratur dignior ex *Purpu-
rat. conſ. 46. num. 7. inter conſ. feudal. diuerſ. Reg. Ro-
uit. in prag. 1. de arbitr. num. 23.* Vel vbi arbitro
placuerit, dummodo ſit honeſtus, & intrà Ciui-
tatem, in quo fuit factum compromiſſum *Anto-
nell. de loco legal. lib. 2. c. 1. n. 39. 40.*

107 Eadem ratione carentiæ iuriſdictionis, pars
non poteſt citare partem, quia in illum non ha-
bet imperium *cap. innotuit de elect. l. ille à quo §.
tempeſtiuum ff. ad Trebell.* Ideo poteſt partem re-
108 quirere, & admonere, vt veniat, vt notant
DD. in cap. cum cauſam de offic. deleg. vbi *gl. 1. ver.
non qualiter*, vbi dicit, quod vnus delegatus non
poteſt citare condelegatum, ſed admonere, & ro-
gare, vt veniat.

109 Et in tantum eſt verum, quod citatio pendet à
Iuriſdictione, quod per citationem factam in
tali loco, ſecuta poſtmodum comparitione cita-
torum, probatur quaſi poſſeſſio, & ficta iuriſdi-
ctionis *Felin. in cap. cum cauſam de probat. per
cap. licet eodem tit. & cap. dilecto de offic. Archid.
Hier. de Monte de fin. reg. cap. 52. num. 4.* diximus
in obſ. ad conſ. 70. num. 6. lib. 3. R. *Rouit.* Secus eſſet
110 ſi non doceretur de citationum executione, &
citatorum comparitione, nam tunc tales citatio-
nes cenſerētur actus turbatiui, ex quibus nullate-
nus quaſi poſſeſſio iuriſdictionis probatur *Rot. poſt
conſ. Faven. dec. 105. n. 4. & 5. p. 1. Poſt. obſ. 31. n. 22.*

111 Poſt hæc ſcripta reperi *deciſionem Rotæ Roma-
næ in p. 6. diuerſ.* quæ eſt 36. In qua ponuntur tres
concluſiones non parum aduerſantes ſcriptis ſu-
pra-

Digitized by Google

prǽpoſitis. Ideo videndum eſt de illarum fundamentis. Prima eſt *nu.13.* quod citationes, quæ fiunt in principio iudicij, non requirunt cauſæ cognitionem, & poſſunt fieri etiam ab illo, qui non haberet iuriſdictionem, allegat *Innoc.in cap.cum contingat de reſcript. & cap.prudentiam de offic.deleg.& c.licet de accuſat.* Secundo *num.14.* quod eędem citationes, quæ emanant in principio Iudicij, poſſunt fieri extrà territorium, allegat *Calderin.conſ.2. in fin. de elect. Bar.in l.1.§.nunciatio num.30.ff.de nou.oper. nunciat. & conſil.164.lib.1.Rot.dec.1.de ferijs in nou.& Caſſad.dec.5.de dolo,& contumac.* Tertiò *n.15.* quod citatio, quæ eſt decreta extrà territorium valet, quia non attenditur locus, vbi eſt decreta, ſed locus, pro quo fit ad comparendum, allegat *Vant.hic num.39.& 61.*

112 Nos dicimus, primam concluſionem verificari ſolum in citationibus extràiudicialibus, non autem in iudicialibus, quæ valde differunt, vt diximus *ſup.*& probat *Vbert.de citat.cap.7.nu.106.* Et *Innoc.locis citt* loquitur de citationibus impropriè. Nam ſi citatio fieri poſſet à non habente iuriſdictionem, eſſet actus fruſtatorius, nam non comparentem non poſſet mulctare, quod eſt contrà iuris diſpoſitionem *in l.2.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.*

113 Sic ſecundam concluſionem, etiam verificari ſolum in citatione extraiudiciali, nam *Calderin.d.conſ.2.de elect.* de hac loquitur, & non dicit abſolute, citationes in principio Iudicij poſſe fieri extrà territorium, ſed declarat, quod citationes quæ fiunt in principio iudicij poſſunt eſſe iudiciales, & non iudiciales, & quod iſtæ non requirunt cauſæ cognitionem, & fieri poſſunt extrà territorium, & etiam à non habente iuriſdictionem, illæ autem non, vt latius apud eum. *Bar.in d.§.nunciatio ſub num.30.* non dicit citationem fieri poſſe in territorio alieno, ſed loquitur ſtrictè de citatione facienda in vim commiſſionis, quæ aliam cauſæ cognitionem non requirit, & ideo poteſt fieri in die feriata in honorem hominum, non autem in honori Dei, vt dicemus. *Idem Bar.in d.conſ.*164 loquitur de citatione, quæ fit parte abſente, & dicit neceſſarium non eſſe, vt committatur à Iudice ſedente pro tribunali, nam interloquutoria, quę non requirit cauſę cognitionem, poteſt proferri etiam parte abſente *l.diè*

114 *proferre in prin.ff.de arbitris,*& quod interloquutoria de citando poſſit fieri parte abſente, habetur *in l.ſed interpellatur §.arbiter ff.de arbitr.* Sed non dicit, quod poſſit fieri interloquutoria de citando in alieno territorio.

115 Et *Rot.in deciſ.cit.de ferijs,* pariter diſtinguit inter citationem, quæ debet fieri cum cauſæ cognitione, & dicit quod tunc eſt actus iudicialis & fieri non poteſt die feriato, & inter citationē, quæ poteſt fieri ſine cauſæ cognitione, ſed non dicit, quod poſſit fieri quocumque loco, & ex-

116 trà territorium. Sic *Caſſad.d.dec.5.* nullum verbum facit, quod citatio poſſit fieri extrà territorium.

117 Ideo, an, & quando primæ citationes poſſint fieri extrà territorium, diſtinguendum eſt inter Iudicem delegatum, ordinarium, & executorem. Vt Iudex delegatus cum non habeat territorium poſſit exercere in toto territorio delegantis, cuius vices gerit *Felin.in c.fin.n.1.de foro compet.* & diximus *in rub.10.* Et in eo loco per delegantem iuſſus cenſetur iudicare, quo ſolet iudicari ſine partium incommodo *l.ſi locus ff.de iudic.Antonell.de loco legal.lib.2.c.1.n.26.*

118 Ideò ſi delegatus ſit in certo loco, non poteſt extrà illum locum citare partes, neque de cauſa ſibi commiſſa cognoſcere, niſi ad id expreſſus earundem partium conſenſus, acceſſerit *cap.ſtatutum §.in nullo de reſcript. in 6.* vbi etiam *Barboſ.*

119 & ſi committatur poteſt etiam delegatus Papæ citare vltrà duas dietas extrà Prouinciam, nam Papa eſt Vicarius illius, cuius eſt terra, & plenitudo eius *gl.in clem.1. in verb. vndecumque de Iudic.*

120 Ordinarius vero habet ſuum territorium, & illius fines non poteſt excedere *l.fin.ff.de Iuriſd.omnium iudic.Antonell.de loco legal.lib.2.cap.1.nu.24.25.* alias eſſet turbare alterius iuriſdictionem quod eſt prohibitum *§.1.Auth.quomod.oport. Epiſcop.Carrab.de ſyndic.p.3.n.100. c.iniquũ 24.diſt. c.præterea de tranſact. Theſ.dec.131. n.2.Scaloya de foro comp.in proœm.n.32.& ſeqq.Anſald.de iuriſd.in præfat.n.1.& ſeqq.Scaloya de for.iud.c.6.nu.21.*

121 Executor merus non habet iuriſdictionem, nec territoriũ, neq; dicitur citare, ſed intimare, denũciare, & requirere, ideo in quouis territorio id faciat non cenſetur iuriſdictionis actũ exercere, nec perturbare alienam iuriſdictionem *Vbert.de citat.cap.3.nu.10.*

122 Tertia concluſio *d.deciſionis Rotæ,* quæ eſt fundata in authoritate *Vant.hic num.39.& 61.* non officit, nam præterquam quod *Vant.* nil dicit, pro intelligentia. Nam ſi Iudex vnius territorij reperiatur in alieno territorio, poteſt committere citationem contrà ſuum ſubditũ exequendam in ſuo territorio, quia tunc facit actũ voluntariæ iuriſdictionis, quando fit abſque partium contradictione, ſecus ſi in contradictorio, quia tunc eſt actus iuriſdictionis contentioſæ. *Bellamer. dec.849.n.4.5.7.* diximus *ſup.*

123 Sic etiam ſi nuncius reperiatur in alterius territorio, poteſt citationem ad comparendum in territorio ſui Iudicis, exequi, quia facit actum extraiudicialem, qui valere debet, cum ſit collatus in locum congruum, ad dicta per *Oldrad.conſ.88.num.2.*& eſt *tex.in l.fin. C.de offi.præfect.Vrb.& in l.omnes 32. §.executionibus verſ. verum ſi apparitor C.de epiſc.& cleric.* Si vero Iudex exiſtens

124 in proprio territorio vult committere contrà ſuum ſubditum citationem exequendam in alieno territorio, hoc facere non poteſt ſine licentia illius territorij, Iudicis *l.fin.ff.de perquir.reis,* diximus *ſup.*

125 Nolumus hic non indicare doctrinam *Felin.in cap.licet ratione delicti, de foro compet. num.1.* vbi firmat regulam de reali citatione, vt fieri nequeat extrà territorium *cap.poſtulaſti de foro compet.l. cum vnus §. fin. ff.de bonis auth.Iudic.poſſid.* & de citatione verbali ponit concluſionem, quod fieri non poſſit extrà territorium, illam tamen limitat decem modis. Primo quando ſubditus eſt extrà territorium, & vel latitat, vel ad locum

non eſt tutus acceſſus, nam tunc poteſt citari per
edictum, quæ citatio expeditur in territorio, &
arctat exiſtentem extrà territorium.
126 2. Quando Iuriſdictio citantis non eſt coar-
ctata certo loco, & ponit exemplum in Comiti-
bus Palatinis, qui per totum Romanum Impe-
rium habent poteſtatem legitimandi naturales
& ſpurios, nam ſi vult Comes aliquem in ſua ci-
uitate legitimare, poteſt citare coniunctos exi-
ſtentes extrà territorium illius Ciuitatis.
127 3. Vbi Iuriſdictio citantis nulli cohæret terri-
torio, vt in Iudice delegato *cap. cuncta 9. q. 3.* quæ
fallentia mihi videtur incidere in ſecundam.
128 4. Vbi citatio ordinatur principaliter non ad
obligandum citatum, vt compareat, vel det, aut
faciat, ſed ſolum ad effectum ſimplicis intima-
tionis, ad deducendum aliquid ad notitiam.
129 5. Si citans omni careat iuriſdictione, ſed ſim-
pliciter habeat notionem, vt Arbiter.
130 6. Vbi citatio non ſtat propriè in nomine cita-
tionis, ſed requiſitionis, vt illa qua vtuntur Ca-
nonici volentes ad actum electionis procedere.
cap. cum nobis olim de elect. & c. vl. de elect. in 6.
131 7. In citatione generali, quæ fit contrà quoſ-
cumque ſua intereſſe putantes, quæ facta in pro-
prio territorio extenditur etiam ad forenſes.
Bal. in l. teſtamenta ad fin. C. de teſtam.
132 8. Quandò familia Poteſtatis capit bannitum
extrà diſtrictum, qui debet relaxari tanquam
non legitimè captus; ſed ſi poſtea contrà eundem
illegitimè captum formetur proceſſus, tenet quod
factum eſt, niſi appelletur. *Bal. in l. requirendi, ad
fin. C. de ſeru. fugit.*
133 9. Si prima citatio fuit facta in territorio, aliæ
ſequentes poterunt fieri extrà territorium.
134 10. Quando neſcitur vbi reus latitat, quia
in territorio ligat illum, etiam extrà territorium
latitantem. Vide quia alia ponit ad materiam.
135 Facit in hac materia, an Epiſcopus poſſit cita-
re clericum ſuæ Diœceſis exiſtentem in alterius
territorio, & Diœceſi, & illum excommunicare?
Pro dilucidatione dixtinguendi ſunt plures ca-
ſus. Primus eſt; Si Epiſcopus fecit ſtatutum, vt
fur excommunicetur, & tunc pro furto extrà
Diœceſim commiſſo, non poteſt excommunicare
*cap. 2. de conſtit lib. 6. Merol. tom. 1 theol. moral. diſp.
2. cap. 2. num. 44. & ſeqq. Bonacina de cenſuris diſp.
1. q. 1. puncto 11. nu. 6. Tambur. de Iure Abbat. tom.
1. diſp. 16. q. 1. num. 7.* Cum ſtatutum infligens ex-
communicationem pro futuris culpis, non com-
prehendat ſubditum ſtatuentis delinquentem ex-
trà ipſius territorium *Couar. in cap. alma mater p.
1. §. 10. num. 3. Clar. §. fin. q. 85. nu. 4. Ludouic. dec.
Peruſ. 80. num. 15. Spec. ſpec. ſeſtam gl. 11. num. 51.
Cened. ad ſextum coll. 8. Antonell. de loco legali lib.
2. c. 1. n. 62.*
136 Secundus caſus eſt, ſi Epiſcopus vult, vel ſuum
ſubditum, vel etiam exemptum iuxtà diſpoſitionē
Concilij Trident. ſeſſ. 24. c. 11. excommunicare,
quando receſſit à loco delicti per eum commiſſi,
& tunc ſi illum citauit antè quam fugeret, pote-
rit contrà eum, vti contumacem, procedere, etiam
ad excommunicationem, quamuis exiſtat extrà
territorium. *Butr. in cap. fin. de foro compet. nu. 11.
& 12.* ſequitur *Grauin. in d. cap. Romana §. contra-
hentes de foro compet. num. 14. Franc. ibid.* Sed ſi eū
137 antè fugam non citauit, & non reddit contu-
macem, non poterit illum ad effectum excom-
municationis citare in aliena Diœceſi, ſed requi-
rendus eſt Epiſcopus illius loci, vt illum citet.
*Couar. pract. qq. c. 11. nu. 7. Paul. Fuſ. de Viſit. lib. 2.
c. 20. n. 15.*
138 Tertius caſus eſt, ſi Epiſcopus exiſtens extrà
Diœceſim vult excommunicare ſuum ſubditum
in Diœceſi ſua exiſtentem, tunc ſi procedit
extrà iudicialiter, & per modum voluntariæ iu-
riſdictionis, poteſt; ſecus ſi iudicialiter per mo-
dum contentioſæ iuriſdictionis. *Felin. in rubr. de
ſentent. excommun. nu. 2. circa fin. Bal. in l. 1. C. de
Iure annulor. antecor. n. 5.*
139 Ad alium etiam effectum in citatione neceſſa-
ria eſt expreſſio nominis Iudicis citantis, vt caſu
quo ipſe moreretur in termino citationis, poſſit
intelligere citatus, coram quo debeat compare-
re. Et aliqui dicunt, citatum debere comparere
coram ſucceſſore, alij negant *Tuſc. lit. C. concluſ.
236. num. 21. & concluſ. 243. num. 3.* Sed quādo
140 quis citatur coram Papa, quod teneatur com-
parere coram Succeſſore dicit *tex. in cap. licet de
accuſat.* vbi *Henric. Boic. & alij.* Sic monitoria, &
141 citationes expeditæ ab Auditore Cameræ, exe-
qui poſſunt poſt eiuſdem aſſumptionem ad Car-
dinalatum, vel poſt eius obitum, vt per *Saluſt. Ti-
ber. in praxi A. C. lib. 1. c. 44.*
142 Et quando quis citatur à Iudice ordinario, eo
mortuo, vel mutato, comparere debet coram
ſucceſſore, cum ſemper remaneat idem officium
l. proponebatur ff. de iudic. debet tamen à ſucceſſo-
re fieri noua citatio, quamuis ille ſit contumax
coram primo iudice *Gabriel de citat. concluſ. 1. nu.
220. Minad. dec. 28. Reg. Capic. latr. dec. 69. nu. 12.*
& extendit ſiue agatur ordinariè, ſiue ſummariè
*num. 31. Reg. Rouit. in prag. 4. num. 2. de ord. iudic.
Cancer. var. lib. 2. tit. de proc. nu. 54. & ſeqq. R. San-
fel. in praxi ſect. 59. num. 5.*
143 Sic ſucceſſor quod debeat perficere, quod an-
teceſſor cœperat, non autem inchoare eſt *tex. in
l. ediĉtum ff. de iudic.* diximus *ad R. Rouit. conſ. 87.*
144 *lib. 1.* Et ſucceſſor iudicare debet ex eiſdē actis
coram anteceſſore geſtis, non tamen eo modo,
quo fortè iudicaturus fuiſſet anteceſſor, ſed habet
ex ſuo animo ſententiam dicere, ex eiſdem ta-
men actis. *l. mortuo Iudice ff. de iudic.* Sicut ſi mu-
145 tato, vel mortuo Iudice duret inſtantia, in re-
liquo tempore iudicium ſucceſſor finire debet *l.
properandum §. ſin autem in medio C. de iudic.* Et
146 quod anteceſſor non fecit contrà contumacem
facere debet ſucceſſor, vt dicitur in *l. conſentaneum
C. quemod. & quand. Iudic.* citato denuo reo, vt
ſup. dictum eſt. Vnde ſi Iudex citet reum ad fo-
riudicandum, & agnatos, & cognatos ad dicen-
dum cauſam quare &c. tunc mortuo Iudice ſuc-
ceſſor debet denuo citare *Franch. dec. 457. Scia-
leya de foriudic. cap. 2. num. 29. Muſcatell. in praxi
p. 7. gl. ſententiam n. 13.*
147 Sic etiam quando quis citatur à Delegato,
cuius delegatio facta eſt, non nomine proprio, ſed
nomine dignitatis, tenetur comparere eo mortuo
vel remoto coram ſucceſſore in dignitate, ad
tex. in cap. quoniam Abbas de offic. deleg. vbi *gl. in
verb.*

verb.*ſubſtitutum* declarat; quod ſucceſſor poteſt
cognoſcere id, quod potuit anteceſſor delegatus,
quando proprium nomen in litteris non ſit ex-
preſſum, quia ambo pro vna perſona intelligun-
tur, & dignitas non moritur *Gratian.diſcept.92.*
num.2.& ſeqq.Sanch.de matr.lib.8.diſp.27.num.6.
& ſeqq. Belleꝺ.diſquiſit.cleric.p.1. tit.de clerico de-
bit.§.4.num.8.9.Garz.de benefic.p.6.c.2. num.29.
& ſeqq.Barboſ.in l.quia tale num.41.78.80. ff.ſo-
148 *lut.matr.*Sed ſi proprium nomen in litteris fuit
expreſſum, quia tunc commiſſio facta fuit perſo-
nę ſucceſſor non cognoſcet,eadem ratione, quia
dignitas nunquam perit, indiuidua verò quotidiè
pereunt, prout in ea *Barboſ.in d.l.quia tale n.2.*
149 Ideò quando quis citatur à delegato nomine
proprio, tunc eo mortuo ſucceſſor, cui eadem
cauſa delegatur, niſi de nouo citet, non tenetur
citatus comparere iuxtà *tex. in l.arbiter ff. de re-*
ceptis arbitris Gabriel commun. concluſ.tit.de citat.
concluſ.1.num.114.Salgad.de regia proteꝺ.p.3. c.
9.num.207.& 208.& p.4.cap.5. num.47.& d.p.
4.cap.5.num.9. & ſeqq. Mareſcott.lib.1. reſol.cap.
31.num.5.& ſeqq. Franch.dec.457. Marta de Iu-
riſd.4.p.cent.1. caſ.33. nu.11. Valaſc.conſult.38.
tom.1.Put.dec.348.num.1. & 2.lib.1. qui loqui-
tur in quocumque iudice mortuo,vel mutato.Sed
150 difficultas eſt,quid ſi erratum ſit in Iudicis no-
mine? In primis citationibus quæ fiunt in ſcrip-
tis per Notarium, & cum decreto Iudicis,ſi Iu-
dex citet,vel nomine proprio,vel nomine digni-
tatis, impoſſibilis eſt error, non enim veriſimile
eſt in ſuum nomen quenquam errare. *l.fin. C. de*
inſtit. & ſubſtit.
151 Ideò cum quis eſſet Prætor ſi citaret vti gu-
bernator, vel Præſes, ſine dubio citatus non te-
netur comparere, quia talis error vitiaret,nam
error in appellatiuo nocet *gl.in l.ſi quis in fundi*
in verſ.quod ſi quis ff.de leg.1. Et cenſetur error
152 affectatus malitioſè ad decipiendum aduerſa-
rium ixta *tex.in l.obſeruandum ff.de iudic.*malitijs
153 hominum eſt obuiandum *cap.ſedes in princ.de*
reſcriptis Rip.in cap.cum M.Ferrar.num.199. in
*fin.de conſtit.Pax. axiomat.Iuris lit.M.num.19.*Et
154 error in exercitio, & vſu iuriſdictionis Iudi-
cis,vitiat *l.ſi per errorem ff.de Iuriſd.omnium iudic.*
Scacc.de iudic.lib.1.cap.32. num.13. Imò vitiat
155 error in nomine etiam, & prænomine Iudicis,
niſi ex conuentione litigatorum,is fuiſſet aditus,
& conſtet quod partes ſenſerint, eum Iudicem
eſſe *l.ſi in iudicis nomine ff.de iudic.* & ibi *Caſtr.*
Vant hic num.48.Gaill.obſ.48.num.23. Scacc. de
iudic.lib.1.cap.32.n.10.ver.ſecundum.
156 Quæ omnia ſunt vera,ſi ipſe Iudex citaret.Sed
quid ſi vel Notarius, vel pars in concipienda
citatione erraret in nomine Iudicis? Reſolutiuè
dicimus, quod ſi ex alijs expreſſis in citatione
appareret coram quo quis citaretur: error in no-
mine Iudicis non vitiaret, nam facilè eſt in no-
mine alterius errare, ſed cum de corpore con-
ueniat,licet error ſit in vocabulo, rectè actum
eſſe videtur,vt in *l.idem Pomponius §. cum in actu*
157 *ff.de rei vendic.* Et nihil intereſt ſi alio quoli-
bet modo intelligatur potius de vno, quam alio.
§.ſi quidem in nomine Inſtit.de leg. Sed ſi erratum
158 ſit in nomine,& ex alijs in citatione expreſſis
remanet ambiguum de quo intelligendum ſit, er-
ror vitiat *l.in ambiguo ff.de reb.dub.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio debet continere nomen citandi,item, & co-gnomen, quando non ſufficit nomen, & a nu.2. ad n.19.34.35.*

20 *In quibus caſibus citatus per errorem non tenetur comparere, & à n.21.ad 27.*

28 *Quid dicendum ſi citatio fiat ſub nominibus appellatiuis? & à nn.29. ad n.33.36.37.38.39. 40.41.42.43.44.45.46.*

47 *Expreſſio citandi per quē fieri debeat, per iudicem, an per nuncium? & a n.48.ad n.91.*

92 *An mulier prægnans poſſit citari? & n.93.*

De requiſitis in citatione, & ſignanter de nomine eius, qui citandus eſt.

QVÆSTIO XXIX.

1 Citatio debet continere nomen eius, qui
citandus eſt, nam nomina comparata
ſunt ad recognoſcendum ſingulos. *l.ad*
recognoſcendos C.de ingen. Spec.tit.de
citat.§.1.num.6.p.2.Pand.de præſent.inſtr.p.4. de-
clar.2.num.9.Guazin.defenſ.10.cap.2.num.4.5.&
10.Farinac.in fragm. poſt *repert.iudic.*verb.*citatio*
nu.28.29.Scacc.de iudic.cap.32.num.11. Rebuff.
ad conſtit.gall.tom.2.tit.de reſtit.articul.gl.13. nu.
3.Ripol.de citat.cap.3.à num.137.Baron.de citat.q.
31.Reg.Saaſel.in praxi ſeꝺ.5. ex *tex.in cap. cum*
multis §.fin.de reſcript.in 6. ſufficit tamen nomi-
nis proprij expreſſio, quando illud eſt ſingulare
vt non poſſit ambiguitas oriri,nam tunc alia de-
monſtratio eſſet ſuperflua *l.1. in fine ff.de dote*
præleg.Carpan.ad ſtatut.Mediol.cap.1.nu.73. Cum
2 additio cognominis neceſſaria non ſit, quando
per ſolum nomen poſſumus eſſe certi *l.1. ff. de*
3 *liber.& poſth.*Sed vbi eſſent plures eiuſdem nomi-
nis, ſolius nomini proprij expreſſio non ſuffi-
ceret *l.duo ſunt Titij ff.de teſtam.tutel. Ripoll. d.c.*
3.num.138. vbi poſt *Angel.in l.ſi in iudicijs nu.3.*
*ff.de iudic.*dicit, quod ſi duo ſint eiuſdem nomi-
nis, & citetur qui citari non debebat, & ipſe cō-
pareat,debeat actor in expenſis condemnari,tan-
quam temerarius litigans *l.eum qui temere ff.de*
iudic.§.hæc omnia inſtit.de pœnis temere litig.
4 Verum in hac materia ſi plures ſint Titij, &
in citatione ſit expreſſum ſolum nomen Titij, ſi
verè citatus ſit ille Titius,cuius intereſt,& illum
nuncium cognouerit,& ab alijs diſtinxerit, va-
let citatio, ſed ſi nuncius neſciens præciſe quem
citare deberet, ſi citet vnum pro alio, citatio te-
meraria eſt; ità vt ſi citatus in comparendo fe-
ciſſet expenſas, eas repeteret *l.eum qui temerè ff.*
de iudic. & ibi *gl.1.circa med.* & idem habetur
in l.idem Pomponius §.ſi plures ff. de rei vendic.l.
ita fidei ff.de iure fiſci alias vero tenetur compa-
rere *cap.cum multis §.fin.de reſcript.in 6.&* ibi *gl.*
verb.*quorum,* & verb.*nomina cap.paſtoralis eod.tit.*
iuncta *gl.in verſ.fin.Ripol.var.cap.3. de citat.num.*
5 *137. & 138.*Ex his vbi ex ſolo nomine certitu-

do haberi nequit, cognomen apponitur *Bar. in l. conſtit. ff. in rubr. num. 9. & in l. demonſtratio nu. 14. ff. de condit. & demonſtrat.* & eſt tex. *in d. l. 1. ff. de liber. & poſth. Gayl. obſ. 49. lib. 1.*
6 Et quando ne dum nomen, ſed etiam cognomen ſingulare non eſt, tunc poteſt perſona demonſtrari per nomen appellatiuum, quando illud conuenit vni tantum, nam tunc cenſetur habere vim proprij nominis quo ad demonſtrationem *l. 2. ff. de lib. & poſth.* Et ſi nec ſufficiat nomen
7 appellatiuum, recurritur ad nomen patris, & loci, vt putà ſi dicatur: Petrus Martini de Peruſio. *Bar. in l. demonſtratio num. 14. ff. de condit. & de-*
8 *monſtrat* Vel nomen matris *l. ſi in rem ff. de rei vendic.* ibi vel *qui ex illa ancilla natus eſt.* & quod ad declarationem, ſeu demonſtrationem alicuius ità ſufficiat adijcere nomen matris, ſicut patris notat *Bar. in l. 3. nu. 1. ff. de liber. & poſth.*
9 Sufficit etiam expreſſio per dignitates, vel officia ſingulorum, vel per alia indicia. *l. hac conſultiſſima C. qui teſtam. facer. poſſ.* puta, vt debeat exprimi illa maioritatis ętatis, vel minoritatis, vt clarè conſtet quis eorum ſit citatus *Ripoll. d. cap. 3. num. 140.*
10 Et ſic ſatis eſt ſi per qualitates, & circumſtantias, & per ęquipollentia, perſona ità ſpecificetur, vt conſtet de qua intelligatur, vt dicitur in *§. ſi quidem in nomine Inſtit. de legat. & in d. l. idem Pomponius §. cum in rem ff. de rei vendic. & in l. certum eſt ff. ſi certum petat. cap. licet ex quadam §. teſtes autem de teſtibus Carpan. ad ſtatut. mediol. cap. 1. num. 73. Rendina in prompt. tom. 1. tit. 103. de reſcript. num. 2. Barboſ. in cap. ſignificante de reſcript.*
11 Expreſſio, & ſpecificatio nominis citandi, debet eſſe talis, vt nulla ſit ambiguitas *l. in ambigua ff. de reb. dub.*
12 Certitudo, ſeu ſpecificatio perſonę citandæ duplex requiritur. Vna reſpectu nuncij citationem exequi debentis, vt certu ſciat quem habeat citare, quippè qui niſi haberet notam perſonam citandi, citatio non valeret. *Bar. in rubr. C. de fid. inſtrum. num. 11. Ruin. conſ. 189. num. 17. lib. 1. Rot. in recent. dec. 209. n. 1. p. 2.*
13 Ex hoc ſemper ſolitus fui dicere, citationem factam in noſtris Tribunalibus per Porterios, his verbis: *citaui Titium, quem Pars mihi indicauit*, non valere, & omnes actus factos poſt illam citationem eſſe etiam nullos, niſi citatus ille poſtea comparuerit, quia ex illa comparitione conualidaretur citatio. *Caputaq. dec. 112. p. 1. Ludouiſ. dec. 27. num. 3.* Altera reſpectu perſonę ci-
14 tandæ, vt ſciat quo nomine citetur: nam poteſt quis citari, vel tanquam principalis, vel tanquam procurator *l. 1. §. nuncium ff. de nou. oper. nunciat.* Sed indefinitè citatus non expreſſo quo nomine, an valeat citatio, dicemus *infra in limit.*
15 Eſt bene verum talem incertitudinem poſſe ex pluribus ceſſare. Primo quando is, qui citatur eſt talis, qui non poſſit citari, niſi vno nomine, vel proprio, vel alieno, nam tunc alia demonſtratio eſt ſuperflua *l. 1. in fin. ff. de dot. præleg.* Et
16 oratio indefinita quando non poteſt referri, niſi ad vnum, æquipollet ſingulari orationi, & valet; ſed quando refertur ad plura, parit obſcuritatem. *Bal. in l. 2. ff. de liber. & poſth.*

17 2. Quando in citatione exprimitur cauſa, propter quam quis citatur, quia ex ea poteſt citatus intelligere, quo nomine vocetur *cap. præterea de dilat. & in cap. ſeq.* dicitur, quod pro declaratione verbi generalis, vel ambigui poſiti in libello, neque induciæ deliberatoriæ dandæ non ſunt, ſi per expreſſa potuit reus deliberare ſuper ambiguitate illa, vel generalitate.
18 3. Quando ex Iuribus in actis productis, poteſt conſtare quo nomine citetur, quæ tam per Iudicem, quam per partes ſunt inſpicienda cum ea conſcribatur, vt poſſit ex eis informari, & inſtrui *cap. quoniam contra de probat.* Et non aliun-
19 dè ſiue Iudex, ſiuè partes quam ex actis poſſunt informationem aſſumere, *Ludouiſ. dec. 124. nu. 5.* & ibi *addit. n. 6.*
20 Sunt multi caſus, quibus propter errorem in nomine citandi, citatus non tenetur comparere. Primus, quando quis citatur vti Petrus Martini, cum ſit Petrus Ioannis, quia ſi non comparet non efficitur contumax *Bar. in l. in teſtamento num. 2. ff. de condit. & demonſtrat. Carpan. ſuper ſtat. Mediol.*
21 *cap. 1. num. 78.* Si verò comparet, & ſub illo nomine litigat, tunc falſa demonſtratio non vitiat iudicium, imò valet *Bar. in l. demonſtratio num. 12. ff. de condit. & demonſtr. Muta ſuper capit. Reg. Alfonſ. 97. n. 1.*
22 Secundus caſus eſt, quando citatio eſt executa contrà Titium, & Caium, vt hæredes, & executores teſtamentarios Martini, quia non præiudicat, Hoſpitali v. g. hæredi dicti Martini, licet dicti citati eſſent adminiſtratores. Nam alia eſt cauſa hæreditatis Martini, & alia eſt cauſa Hoſpitalis, & pro cauſa Hoſpitalis prædicti debebant citari vti Adminiſtratores Hoſpitalis: In cauſa autem hæreditatis debebant citari vti executores teſtamentarij, vt fuit deciſum in *Rota Rom.* apud *Caputaq. dec. 107. p. 1.*
23 Et vbi quis citatur in vna cauſa, non poteſt contrà eum in alia procedi. *Innoc. in c. licet ver. expirauit de offic. deleg. Bal. in l. ſi accuſatoribus nu. 13. C. de accuſat. Caputaq. d. dec. 107. n. 2. p. 1.*
24 3. Quandò quis citatur vti Principalis, cum deberet citari vti tutor, vel procurator; quia talis citatio non valet, & ea nullam poteſt recipere interpretationem, cum ad eum reſtricta ſit tanquam ad Principalem, ſecus verò ſi citaretur expreſſo ſolo nomine proprio, quia cum non poſſet citari tanquam principalis cenſeretur citatus tanquam tutor, vt ſuſtineretur actus ex capite, quo poteſt ſubſiſteri. *l. ſi quis intentione ff. de iudic.* in terminis *Seraphin. dec. 415.* Et quod
25 hac ratione interpretari debeat citatio dubia ad fauorem citantis, ſentit *Roman. conſ. 446. & 496. Iaſ. in l. exigendi nu. 7. & 9. C. de procur.* quos refert *Seraphin. d. dec. 415. n. 2.*
26 4. Quando quis eſſet principalis, hoc eſt principaliter ageretur de iure ſuo, & nihilominus citaretur generaliter pro ſuo Iure, & intereſſe, nam tunc citatio non valet, & non arctaret ad comparendum. *Alex. conſ. 86. num. 3. lib. 2. Felin. in cap. cum inter num. 12. in fin. de except. Socc. de citat. art. 20. q. 14. num. 22. & 23. Franch. dec. 523. num. 16. Caſtill. dec. 2. nu. 11.* Nam quando pars, quæ lædi poteſt certa eſt, citanda eſt nomi-

minatim,& ſpecificè *c.fin.* & ibi *Gemin.de elect.in 6.Mobed.dec.8.de fide inſtrum. Crauett.conſ.182. num.10.*

28 Sed difficultas eſt, Quid dicendum ſi citatio fiat ſub nominibus appellatiuis, non expreſſis proprijs nominibus, v.g.contrà filios, & hæredes N? Dicimus hanc citationem eſſe certam reſpectu perſonæ citandæ,cum quiſque ſciat, cuius ſit filius,vel hæres, & cuius non. Reſpectu autem nuncij, incerta eſt.Eſt tamen verum illum de facili poſſe certificari qui nam ſint filij, & hæredes N. Nam cum illam exequeretur, vel in perſonā, vel in domo habitationis illorum, vel in domo hæreditaria, apparet eum fuiſſe certioratum: & expreſſum dicitur quod ſequitur ex verbis expreſſis *Bal.in l.ad probationem domini num.2. C. de probat. Paris conſ.97. num.107.vol.1.Abb.conſ. 44.num.3.lib.1.Carpan.ſuper ſtatut. Mediol.cap.1. n.79.& ſeqq.Scacc.de iudic.lib.1.c.32.n.11.*

29 Sed ſi nuncius referat indefinitè citaſſe filios, & hæredes N.vel in perſonam, vel domi,& non exprimeret nomina eorum propria, adhuc ambigua remaneret citatio, & non redderet citatos contumaces. *Alex.conſ.137. num.11. vol.2. Socc. conſ.13.num.10.lib.4.Rolan.conſ.32. num.24. lib. 1.Scacc.vbi ſup.Berlich.lib.1. concluſ.10. num.45.*

30 46. Sic etiam ſi nuncius executus fuiſſet dictam citationem contrà filios, & hæredes N. per edictum non remaneret certificata perſona citandorum ex eo ſolo, quod Nuncius legiſſet, & affixiſſet in locis publicis,citationem in ſe dubiam, & ambiguam. *Put.dec.1.de dol.& contumac.* relata per *Saluſt.Tiber.in praxi A.C.lib.2.cap.13. nu. 12.Bal.conſ.128.num.1.lib.4.*qui in contrarium dicit, citationem factam ad domum ſub nomine appellatiuo hæredis,haberi pro certa, quia veriſimiliter peruenit ad notitiam citati, & quia habemus effectum, qui reſultat ex ſpeciali citatione,ſcil.notitiam. *l.vt perfectius C. de annal.except. l.1.§.1.ff.de liber.agnoſc.clem.cauſam de elect.*

31 Sed de hac notitia præſumpta dubium eſt, quia verum eſt,quod citatio facta ad domū alicuius citati ſub nomine proprio præſumitur ad eius notitiam fuiſſe, vt *ſup.*diximus,per comparitionem partis, ſanatur nullitas citationis. *Caputaq. dec.112.p.1.Ludouiſ.dec.27.num.3.* Verum ſi non

32 compareret,non putamus fieri contumacem, quia citans aliquem vti hæredem alterius, debet probare illum eſſe hæredem; alias citatus non tenetur comparere *Alex.in l.neceſſarijs ff.de acquir.hered.num.4. & 5.& conſ.34.n.4.vol.4. Rolan.conſ. 58.num.23.lib.1.*

33 Et filius nunquam præſumitur heres patris, quantum ad hoc, vt poſſit eius perſona condemnari; ſed ſolum ad hoc, vt creditor facta fide ſui crediti,poſſit obtinere immiſſionem, ſeu executionem contrà bona hereditaria, niſi probaretur illum ſe immiſcuiſſe in hæreditate *l.2. ff.de condition.furt.l.ſi cum dotem §.tranſgrediamur ff.ſolut. matr.Bal.in d.conſ.128.n.4.lib.4.*

34 Et quod ad validitatem citationis requiratur nomen citandi dicunt *Spec.tit.de citat.§.1.num.6. p.2.Bar.& alij in l.demonſtratio falſa num.12. ff.de condit.& demonſtrat.Guaz.defenſ.10. cap.2. nu.4. 5. & 10.Farinac.in fragm.*poſt *repert.iudic.*verb. *citatio nu.28.& 29. Caluol.in praxi §.citatio concluſ.3.num.25.Tepat.de in ius voc.verſ.2. nomen Carpan.ſuper ſtat.Mediol.cap.1.num.73.Socc.de citat.art.30.num.24.Maranta in ſpec.p.6. membr. 1.num.63.Vant.hic num.31. Gaill.pract. obſ.lib.1. obſ.49. Nouar.ſuper pragm.in rubr. de citation.nu. 1. Scacc.de iudic.cap.32.num.11. Borrell.d.tit.44. num.25.Cumia ſuper rit.cap.1.num.16.Rebuff.ſuper conſtit.gall.tom.2. tit.de reſtit.art.1. gl.13. num.3.*

35 quod etiam eſt de *Iure* noſtri Regni Neap. per *conſtit.* incip.*Edictorum* vbi *Aff.num.10.*qui allegat pro concordante *tex.in l.ad peremptorium ff. de iudic. Ricc.coll.2104. Ripoll. de citat. cap.3. à num.137.*

36 Quę concluſio habet aliquas limitationes. Prima eſt quando citatur aliqua Ciuitas, vel Collegium,quia tunc citatio Rectorū,Priorum, Conſulum,vel Abbatis ſine nomine ipſorum proprio, eſt valida, & ſufficit dicere,quod citetur Abbas, Prior, vel Rector talis ſub nomine dignitatis *Gaill.pract.obſ.obſ.49.num.6. & 7. lib.1. Scacc.d. cap.32.n.11.*

37 2.Quando nomen citandi ignoratur, quia poteſt deſcribi per alias demonſtrationes videlic. per effigiem,barbam,etatem, ſtaturam, exercitiū veſtes, & alia ſigna, & ità deſcriptus poterit citari,per iura, & *DD.*quos allegat *Scacc.de iudic. cap.97.n.172.& 173.*

38 3.Quando contradictores ſunt incerti,vt putà legatarij, creditores, & alij quorum intereſt,qui ſolent citari generaliter nominibus expreſſis per edictum,vel per proclama *Caluol.vbi ſup. nu.26.* & diximus *alibi hic.*

39 Sed difficultas eſt, an Pater legitimus adminiſtrator filij, ſiue agat, ſiuè conueniatur, vt iudicium valeat,requiratur, vt in citatione ſit expreſſa qualitas legitimi adminiſtratoris? *Virgil. de legit.perſon.cap.4.num.103.* affirmatiuam tenet opinionem ex *Bar.Angel. Fulgoſ. & Felin.* citatis *Menoch.conſ.332. num.19. Giurb. ſuper conſuet. Meſſan.cap.7.gl.3.p.1.num 63. Gratian.cap.365. num.5.*Qui dicunt,quod quando pater agit, eſt exprimenda qualitas legitimi adminiſtratoris *Faſcalis de vir.pate.poteſt.p.1.c.2.n.10.*

40 Sed contrariam opinionem tenet, & firmat *Pinell.in l.1.C.de bonis matern.p.2.num.64.* ea ratione, quia non eſt inhærendum formulis in iure odioſis *l.1.C.de formul.ſubl.*Sed etiam quia

41 in proſecutione Cauſæ ſemper deducitur, & latius explicatur, & probatur ius litigantis, & cōſequenter conſtabit patrem agere, vel conueniri vti legitimum adminiſtratorem, quæ probatio, apta eſt ſubſtinere libellum defectuoſum *gl.in l. 1.§.ſi quis argentum* verb.*iurauit ff.depoſiti Felin. in cap.2.num.4.col.2.de libell,oblat.Iaſ.in l.1.nu.6. ff. de offic. aſſeſſor.* Hanc opinionem ſequuntur *Raudenſ.conſ.21.num.343.vol.1.Giurba dec.98.n. 13.Cancer.lib.3. var. cap.1. de action. à num.237.* Qui etiam loquitur de tutore quando agit, vel conuenitur non expreſſo nomine tutoris,ſed ſimpliciter, & *n.422.* ad corroborationem ſupradictorum inquit, quod licet expreſſim quis non dicat ſe aliquid facere procuratorio nomine alicuius,ſi tamen expreſſit cauſam,quare id faciebat tangentem illum: ſatis videtur facere nomine illius.

42 Quæ

42 Quæ confirmantur. Primo quod licet in du-
bio actus fieri videatur proprio nomine, tamen
hoc non habet locum, quando contractus fit ſu-
per re ad dominum pertinente, nam tunc videtur
fieri nomine domini, per tex. in l.fin.ff.quando ex
fact.tutor.l.poſt mortem §.1.vbi Bar.num.1. & 2.ff.
eodem poſt Bal.Roman.Ruin.Aretin.Iaſ.Bero.Tiraq.
& alios probat Sued.conſ.19.n.33.
43 2.Quod tutor contrahendo de re ſpectante ad
pupillum, præſumitur nomine pupilli contrahe-
re, & agere l.qui negotiationem in princ. ff.de
administr.tutor. d.l.poſt mortem §.1. poſtque Bal.
Dec. Ceen. Capr. Grat. Alciat. & alios probat
Menoch.de præſumpt.lib.3.præſ.46. num.9. & præſ.
49.num.5.& idem dicit de procuratore, & quo-
libet alio administratore Crivell. dec. Dolan.54:
num.14.
44 3.Quod actus qui poteſt fieri ex duplici pote-
ſtate, ſi ſimpliciter fiat, intelligitur factus ex ea,
quæ ſubſtineri poteſt Pontrm. in cap. niſi eſſent
num.4.in fine de præb.& dignit. Molin. de primog.
lib.2.cap.7.n.67. ver.illud autem Reb.de valid. le-
gal.c.1.& ſeqq.
45 Quæ omnia tantò magis procedunt in Regno
noſtro Neap.& Siciliæ, ſtante pragm.1 de ord.iu-
dic.per quam diſponitur, quod procedatur ſum-
mariè, & de plano, ſola facti veritate inſpecta,
prout determinat Reg.Rouit.in rubr.de ordine iu-
46 dic.pragm.1.num.11. Ex quibus patet reſponſio
ad Carlenal.de iudic.tom.2.lib.1.tit.2. diſp.4. num.
27.vbi vult, tutorem, procuratorem, & ſimiles, de-
bere in principio litis legitimare eorum perſo-
nas, nam ille intelligitur procedere vbi ex pe-
titione, & actis, non apparet cuius nomine agit,
de qua re diximus in rubr.11.
47 Sed hic videbimus, per quem expreſſio citan-
dorum fieri debeat, an per Iudicem citationem
decernentem, an per Nuncium eam exequentem?
Dicimus expreſſionem citandorum debere fieri à
Iudice ordinario in decreto citationis, non autẽ
per Nuncium in illius executione, nam dicit Bar.
in l.1.C.de Iure dom.impetr. quod non ſufficit ge-
48 neralis commiſſio Nuncio facta de citando, ſed
nomina, & cognomina citandorum ſunt expri-
menda Iaſ.in §.quadrupli num.16. Inſtit.de action.
Vant.hic num.37.diximus n.1.& ſeqq.
49 Et deberet etiam de iure fieri eadem expreſſio
per Iudicem commiſſarium, non autem per Nun-
cium iuxta tex.in cap.paſtoralis §. quoniam de re-
ſcript.in 6 ibi: quoniam nomina in primo citatorio
exprimat Imperator, ne locus fraudi forſitan relin-
quatur, ſi circa ea poſſit variare. Ideò Iudices or-
50 dinarij conſueſcunt in citationibus mandare
citari N.in ſpecie, omneſque alios, & ſic in ſpe-
cie, quod genus poſteà in executione citationis
reddncitur ad ſpeciem per Nuncium; & ſic ſem-
per poteſt dici, quod citandi exprimuntur per
Iudicem.
51 Et ſic ſolet apponi clauſula generalis: omneſq;
alios. cuius tamen vigore non licet citare per
multos, ſed ſolos tres, vel quatuor cap.ſedes de
reſcript.cap.cum in multis de reſcript.in 6.Vital.de
Cumbar.in tract.de clauſ.pag.55. num.3. Eſcob.de
ratiocin.cap.18.num.4.Gratian.diſcept.600.nu.30.
Ferrier de poteſt.elig.cap.3.num.38. Valaſc.conſult.
51.num.29.& de partit.cap.9.num.50.& 51.Bar-
boſ.de clauſ.clauſ.94. num.6. Marcheſ. de commiſſ.
tom.1.pag.205.cum ſeqq.ſecundum vlt.impreſſ.
52 Verum quia per illam clauſulam generalem
de qua in dictis iuribus, cenſebatur citandorum
expreſſio facta per Iudicem in genere, ſed non
ideò cenſebatur data facultas reducendi genus
ad ſpeciem in actu executionis citationis, Ideò
inoleuit praxis addendi in d.clauſula iſta verba:
In executione citationis nominandos, & cognomi-
nandos, quæ benè operantur, vt ſpecifica nomi-
natio fieri poſſit per Nuncium, in actu citatio-
nis, late Caſſad.dec.2.num.1.de dolo, & contumac.
Rot.in nouis dec.18.num.2. de dolo, & contumac.
Ludouiſ.dec.94. num.3. 4. & ſic non ſeruatur de-
ciſio Creſcent.3.de dilat.volentis ad effectum litis,
quod requiratur, vt ſit nominatus in commiſſio-
ne, ad hoc vt poſſit citari. Vant. hic num.58.
& 59. Vbi dicit quod licet nomen citandi ſit
exprimendum in citatione, vt citatus poſſit co-
gnoſcere, an citationis decretum illum compre-
hendat, & ad tollendum æquiuocationem, vt ci-
tandus ſcire poſſit, an ipſe idem ſit qui in cita-
tione contineatur, & num.59. ſubſtinguit, quod
quando expreſsè quis non eſt nominatus in com-
miſſione, etiam quod ſit appoſita clauſula: omneſq;
alios, quorum intereſt, executor non poteſt aliquam
certam perſonam citare, cum ſuper non ſpecifi-
catis non competat effectualiter poteſtas, Secus
ſi ſit appoſita clauſula: Cum poteſtate citandi, tam
in Curia, quam extrà omnes ſua intereſſe putantes in
executione citationis, vbi & quoties opus fuerit, ex-
primendos.
53 Nam licet vigore talis clauſulæ: omneſque
alios &c. commiſſio, & citatio valeat de Iure,
vt in cap.ſignificante de teſtibus, & executor poſ-
ſit citare in genere omnes, quorum intereſt cap.
fin. de elect.in 6. cap. in tua qui matr. accuſ. poſſ.
Attamen citatio huiuſmodi non eſt arctatoria,
ſed monitoria, & poteſt quis comparere, ſed nõ
cogitur. Innoc.& Hoſt. & alij in cap.dilecti de ex-
cept. Vant.hic n.60.
54 Ex his aliqua ſunt notanda. Primo quod di-
cit Caſſad.d.dec.2.de dolo, & contumac. nempe
quod d. clauſula: omneſq; alios poteſt apponi etiã
in citatione per edictum, ſed non operatur, quan-
do probatur non tutus acceſſus contrà certos,
quia tunc debet probari non tutus acceſſus ad
vnam Prouinciam, vel Ciuitatem contrà quoſ-
cumque, qui in ea eſſent citandi, vel debet pro-
bari ſæuitia Principis, & non tutus acceſſus ad
citandos, & in his terminis operatur clauſula:
omneſque alios, appoſita in citatione per edictum.
55 2.Quod non ſolum poteſt in partibus fieri ex-
preſſio nominum, ſed etiam correctio illorum,
ad eo vt ſi in commiſſione erratum eſſet, vel in
nomine, vel in cognomine citandi, poſſet fieri in
citatione melior expreſſio, dummodò conſtet
quod ſit eadem perſona in commiſſione conten-
ta, ſcil. per alias circumſtantias Rot. in nou.dec.
16.de reſcript.
56 3.Quod ſi commiſſio eſſet impetrata contrà
V.Remen.diœceſis non poſſet citari, ſeu conueni-
ri, alius, qui non eſſet Remen. ſed Leodien.diœceſis
cap.ſignificante de reſcript.vbi Barboſ.limitat ſi ex
cit-

circumſtantijs conſtet de corpore eius, de quo
Papa in reſcripto ſenſit. Prout nec vigore re-
57 ſcripti impetrari contrà homines diœceſis, poſ-
ſent citari homines Ciuitatis, etiam vigore clau-
ſulæ generalis, *& quidam alij*, niſi addatur Ciui-
tatis *cap.Rodulf.de reſcript.* & ibi *gl.* in verb. *Se-
gien.diœceſis,&c.*
58 3.Quod ſi dubium eſſet nomen Iudicis in re-
ſcripto, tunc ille, quem elegerit actor erit Iu-
dex, quia de illo ſenſit, cum impetrauit litteras,
ſi autem de communi conſenſu partes concor-
daſſent non diſtinguendo, de quo intelligerent,
ſed poſtea vnus dicit de vno,& alius de alio,nec
poteſt conſtare de quo intellexerint, quia non
concordant,tunc ille eſſet Iudex, cui primo lit-
teræ eſſent præſentatæ, ſed ſi ſimul præſentatio
fuiſſet facta Iudex eſſet qui dignior eſſet, at ſi
eſſent æquales, ſorte dirimeretur. *gl.in cap.quo-
niam Abbas in* verb.*ſubſtitutum poſt medium, de
offic.& poteſt.Iudic.de leg.*
59 Verum quia Nuncius in citatione non poteſt
ſcire, qui ſpecificè ſint citandi, niſi ſit inſtructus,
& non poteſt inſtrui,niſi à Principali,vel à Pro-
curatore, vt ad materiam ſpecificationis nominũ
in executione citationis vigore prædictæ clauſu-
læ faciendæ, redeamus. Ideo ipſe tantum Prin-
cipalis poteſt declarare, non eius Procurator,ni-
ſi ſpeciale mandatum haberet, vel niſi Dominus
ratificauerit *l.generali ff.de ritu nuptiar.Bar.in l.ſi,
ſtipulatus fuero ff.de verb.obligat.Franch.in d.cap.
cum in multis num.2. de reſcrip. in 6.* Et mortuo
60 impetrante, non poſſet eius hæres ſpecificare
nomina, quia declaratio animi non tranſit à de-
functo in hæredem, ex allegatis per *Franc. vbi
ſup.Noal.de tranſmiſſ.cap.36.nu.33.& per tot,Olea.
de ceſſ.Iur.tit.3.q.1.*
61 Qui autem vigore d. clauſulæ, *omneſque alios,*
poſſint ſpecificari, & citari, res dubia eſt. Et re-
ſolutiuè ponimus duas concluſiones. Vna eſt,
quod non poſſint citari, qui maiores ſunt ex-
preſſis *cap.ſedes Apoſtolica de reſcript. Mandoſ.in
2.forma commiſſ.* verb. *omnes alios q.2. Euerard.in
loco 5.Valaſc.de Iure emphyt.q.27.num.34. in fin.
Guttier.de iuram.confirm.p.1.cap.24.num.6.* Ideò
vigore d.clauſulæ nunquam intelligitur compre-
henſus Princeps, ex alijs etiam adductis per
Mandoſ.in d. forma 2.commiſſ.ſuper benefic. in
verb. *omneſque alios. Barboſ.de clauſul. clauſul.94.
num.11.& 12.*
62 Altera concluſio eſt, quod expreſſa perſona
vera non poteſt poſteà vigore prædictæ clauſulæ
omneſque alios ſpecificari, & citari perſona ficta,
& repræſentata,nempè Vniuerſitas,Capitulum,
Collegium.*Io:Andr.in cap.cum in illis num.3.cir-
ca fin.de preb.in 6.* vbi reddit rationem, quia re-
latiuum *alius* comprehendit,id quod eſt diuerſum
in ſuppoſito,dummodò ſit idem in ſubſtantia, ſed
Vniuerſitas tanquam perſona ficta cum perſona
vera non ſolum eſt, quid diuerſum in ſuppoſito,
ſed etiam in ſubſtantia, & ideò non poteſt com-
prehendi ſub dicta clauſula generali *omneſque
alios Marcheſ.de commiſſ.tom.1.fol.207.num.118.
& ſeqq.*
63 Eſt tamen verum hanc concluſionem habere
aliquas limitationes. Prima eſt, quod ſi in cita-
tionem adſit clauſula generalis: *omneſq;alios,&c.
& factores, & perturbatores cuiuſcumque nominis*
quia tunc Vniuerſitas turbatrix bene citaretur
vigore dictæ clauſulæ, vt per *Rot. dec.25. p.3.
lib.3.num.3.*
64 2.Quando commiſſio eſſet contrà *Moniales, Ab-
batiſſam, omneſque alios*, quia ſi commiſſa eſſet
cauſa ſuper re ſpectante ad Monaſterium, tunc
comprehenderetur ſub dicta clauſula,etiam Vni-
uerſitas monialium, & Monaſterium,iuxta nota-
ta in *cap.edocere de reſcript.* vt per *Rot.diuerſ.dec.
248.num.1.& 2.p.3.lib.3.*
65 3.Quod clauſula *omneſque alios* comprehendat
Vniuerſitatem laicorum, quando in commiſſione
eſſet ſpecificata alia Vniuerſitas religioſorum,
nam tunc fieret comprehenſio de Vniuerſitate
laicorum, quæ eſt minor Vniuerſitate Religioſo-
rum *d.cap.Sedes Apoſtolica de reſcript. & ibi not.
Imol.num.18.& Felin.num.5. Rot.Rom.* poſt *Po-
ſtium de manut.dec.65.num.4.* Sed ſi exprimeretur
66 in commiſſione Vniuerſitas laicorum non cen-
ſeretur comprehenſa in clauſula: *omneſque alios*
Vniuerſitas Religioſorum, cum ſit minor *Felin.
in d.cap.ſedes n.5.Rot.in nou.dec.8.de reſcript.*
67 Ad ea verò,quæ diximus *ſup.*, quod vigore di-
ctæ clauſulæ generalis non poſſunt citari plures,
quam tres, vel quatuor iuxta *tex.in c. cum in mul-
68 tis de reſcript.in 6.* niſi adderetur clauſula: *etiam
ſi vltrà quatuor,* vt per *Veſtr.in praxi cap.2. nu.1.
69 lib.4.* Addimus Primo, quod ſi agendum foret
ſuper re indiuidua, vt putà in iudicio familiæ
herciſcundæ, vel communi diuidundo, & ſimili,
tunc vigore d.clauſulæ poſſent citari, plures etiã
vltrà quatuor, atque etiam plures citari poſſunt
quando ſunt plures, qui habent ius in re, vt pro-
bat *Socc.de citat.art.5.num.63.q.31.* verſ. *2.quæro.*
70 2.Quo ad poſſeſſorem, quod poſſeſſor citatus
vigore d.clauſulæ generalis, non deſinit eſſe pa-
cificus poſſeſſor ad effectũ regulę de trien.quãdo,
dicta clauſula non eſſet appoſita in citatione,
licet fuiſſet appoſita in commiſſione, prout diſ-
tinguendo declarat *Mandoſ.reg.34. de annali q.*
71 36. Quo ad Iudicem, quod ſi in commiſſione
adſit facultas citandi *Titium, omneſque alios &c.*
& Iudex mandet citari dumtaxat Titium, omiſ-
ſa in citatione dicta clauſula generali; tunc exe-
cutor non poteſt citare Meuium, nec alios, cum
non poſſit excedere fines mandati, & ſi citaret
nulliter procederet *l.præterea, & l. diligenter ff.
mandati cap.cum dilecta de reſcript.Mandoſ.d.reg.
34.q.36.num.3.* Imò nec Iudex qui eius faculta-
72 tem reſtrinxiſſet ad vnum citandum, non poſ-
ſet poſtea illam extendere ad alios citandos ex
allegatis per *Mandoſ.ibid.num.4.* 4.Quo ad in-
73 tereſſe habentes, quod vigore d.clauſulæ *omneſ-
que alios &c.* facultas citandi extenditur ad om-
nes quomodolibet intereſſe prætendentes *Ludo-
uiſ.dec.124.n.4.*
74 Sed illis qui lædi poſſunt, ſi ſunt certi, debent
nominatim, & ſpecificè citari *cap.fin. de elect.in
6.* & *nos ſup.* diximus, & quando perſona ſcitur,
75 vel ſciri poteſt, non valet citatio generalis, ſeu
per edictum *Felin.in cap.gratum col.penul. de offic.
deleg.Moned.dec.8.in princ.de fide inſtr. Caſſador.
dec.vlt. num.6. vt lite pend. Rot.in recent.p.2. dec.*

258. *num.* 2. diximus *ſup.* Nominatim fieri dici-
76 tur citatio, quando exprimuntur nomina, &
cognomina citandorum, vel per alias certas cir-
cumlocutiones deſignantur perſonæ citandorum,
vt notat *gl. in cap. cum in multis, in* verb. *nomina*
de reſcript. in 6. facit *tex. in cap. licet exequendam*
§. teſtes autem de teſtibus.
77 Si autem illi, qui lædi poſſunt, & intereſſe
habent ſint incerti, illos Nuncius non poteſt ea-
dem citatione citare, qua citat certos, ſed debet
fieri citatio generalis contrà quoſcunque ſua
quomodolibet intereſſe putantes, quę cum ra-
tione incertitudinis non poſſit exequi perſonali-
ter, nec domi, exequenda eſt in locis publicis per
affixionem edicti, vel proclama *auth. ſi omnes C.*
ſi ab hæred. ſe abſt. Mangil. de euict. q. 197 *num.* 10.
Nouar. dec. 13. *num.* 1. *Cauall. q.* 809. *nu.* 61. *Achil.*
perſ. de adipiſc. num. 246. *Borrell. in ſumma deciſ. tit.*
44. *num.* 100. *Capic. dec.* 74. *num.* 25. *Tuſc. lit. C. con-*
cluſ. 257. 262. *num.* 14. *&* 256. poſt *alios Baron. de*
citat. q. 8. *n.* 23. *& ſeqq.*
78 Sunt etiam citandi nominatim, & expreſsè
illi, qui de facili poſſunt certificari *Alex. conſ.*
106. *num.* 14. *lib.* 5. *Ruin. conſ.* 24. *num.* 3. *vol.* 4. *Fe-*
lin. in cap. 2. *poſt num.* 8. *de conſtit. Dec. in auth. ſi*
quis in aliquo num. 10. *C. de edend. Mandoſ. de com-*
miſſ. form. 4. *de Commiſſ. cauſ. pro credito*, verſ. *in*
executione citationis. Vbi dicit, quod Rota amplia-
bat etiam, vbi quis diſtabat triginta miliarijs.
in vna Burg. matrimonij coram Ptol. meo 16. *Aprelis*
79 1574. Et ideo vbi plures eſſent citandi non ex-
cuſaretur agens ex eo ſolo, quod ignoraſſet aliū
adeſſe, niſi probaret inueſtigaſſe an alij exiſte-
rent. *Anchar. in cap. fin. de elect. in* 6. *Alex. conſ.* 5.
80 *num.* 2. *lib.* 2. Cum ſit generale, quod ignorantia
in facto alieno non excuſet, vbi quis tenetur in-
ueſtigare, ſeu vbi quis de facili certior fieri po-
teſt. *l. regula §. ſed facti ff. de iuris, & facti ignor.*
81 Et paria ſunt ſcire, vel ſcire debere *l. quod te ff.*
de rebus credit. l. fin. ff. ad Maced. Viu. opin. 835. *n.*
17. *Vax. axiomat. ſur. lit. S. n.* 6.
82 5. Quod vnus, vel plures, qui per delegatum
vigore clauſulę. *omneſque alios* non petierunt ci-
tari ſpecialiter, tanquam exiſtentes vltra quatuor
& generaliter non fuerunt citati, tanquam certi,
qui in generali citatione non comprehenduntur,
tamen non citati poſſunt, plures etiam vltrà
quatuor venire ad cauſam pro eorum intereſſe,
imò ſi non venirent, & ſe non opponerent, ſci-
entes cauſam agi, ſibi præiudicarent, iuxta *tex.*
cum ibi *not. per DD. in l. ſæpè ff. de re iudic. Innoc.*
in cap. quamuis, & in cap. cum ſuper de re iudic. Io.
Andr. in cap. cum in multis de reſcript. in 6. *Biſirg.*
dec. 2. *de reſcript.*
83 Imò poſt decretam citationem vigore com-
miſſionis, cum dicta clauſula: *omneſque alios* po-
teſt ſemper habens intereſſe venire ad cauſam,
& contrà actorem abſentem procedere per con-
tradictas, vt fuit reſolutum per *Rot. Rom.* vt per
Achill. dec. vl. *de reſcript.* Et poteſt proſequi, & cō-
trà actorem reportare ſententiam vigore d. clau-
ſulę, licet cauſa expreſsè contrà eum non eſſet
commiſſa *Put. dec.* 385. *lib.* 1. *Baron. de citat. q.* 8. *n.*
84 21. Quod etiam procedit in gradu appellationis
nam ſi in prima inſtantia non fuit in cauſa, ſi in
commiſſione appellationis eſt dicta clauſula, po-
teſt intereſſe habens venire. *Coccin. dec.* 47 *n.* 11.
85 Et in caſu quo tertius citatus cum dicta clau-
ſula veniret, non poſſet actor, quo ad illum pe-
tere dilationem ad partem, quia debuit venire
inſtructus; quo ad omnes, ità reſolutum fuit, vt
per *Achill. dec.* 2. *de dilat.* licet ſibi viſum fuerit du-
86 rum. Quando tertius venit ad cauſam, ſtante
commiſſionè contrà intereſſe putantes, tunc quò
ad eum dicitur lis legitimè introducta, *Achill.*
87 *dec.* 2. *vt lite pend.* Et debet admitti in ſtatu, &
terminis *cap. ſi bi contra, quos, vt lit. pend. in* 6.
88 Quod ſi intereſſe habens ſibi vtile non putaret
admitti in ſtatu, & terminis, debet potius impe-
trare nouam commiſſionem, vel ad eundem,
vel ad alium Iudicem, & ſic venire potius
vigore nouæ commiſſionis, quam vigore clau-
ſulæ generalis. *Caſſad. dec.* 1. *num.* 4. *de except.* Et
89 antequam intereſſe habeos vigore clauſulę *om-*
neſque alios veniat ad cauſam, Iudex delegatus
cum dicta clauſula, habet iuriſdictionem habitu,
non actu, & ideò comprehenſus ſub dicta clau-
ſula, antè quam citetur, poteſt reſcriptum nouum
impetrare, & valet *cap. paſtoralis § quoniam*, & ibi
gl. de reſcript. Mandoſ. de commiſſ. forma 2. *de com-*
miſſ. cauſ. benefic. verſ. *in executione citationis.*
90 Quæ diximus de clauſula *alios, & quoſcumque*
procedunt etiam in clauſula: *cum facultate citan-*
di, quos, quibus, de qua per *Marcheſ. de commiſſ. ap-*
pellat. in Romana Curia p. 1. *c.* 5. *num.* 146. *fol.* 210.
91 Et omnia ſupradicta de prędicta clauſula, pro-
cedunt in delegatis, non in ordinarijs, qui iure
ordinario citant, quorum facultas nullo iure re-
ſtricta eſt ad certum numerum citandorum, ſed
ſolum delegatorum facultas eſt reſtricta ad qua-
tuor, vt euitetur infinitas, & prouideatur iuriſdi-
ctioni ordinariæ, vt per reſcripta minus lædatur,
vt in *d. cap. cum in multis*, & ibi *gl.* in verb. *prouide.*
92 Sed hic videndum eſt, an mulieres prægnantes
citatæ debeant comparere? & videtur dicendum
non teneri, ſiue ſint prægnantes mariti, ſiue alte-
rius *l. non exigimus §. ſi verò ff. ſi quis caut.* & ibi
Bar. & Guill. de Cunio Aufr. ad Cap. Tholoſ. dec. 3.
quod extendunt vſque ad lapſum 40. dierum
poſt partum. *gl. in l. prægnantis ff. de pœnis.* In
contrarium tamen facit, vt in mulieribus plebeis
93 hoc non ſit verum, vt dicit *Iaſ. in l.* 1. *§. ſi quis nu.*
6. *ff. ſi quis caut. Ranchin. ad Guid. Pap. dec.* 256.
pro vt in ſuis Tribunal ſeruari dicit *Ripol. var.*
cap. 3. *num.* 125. dicit tamen eſſe remictendum in
Iudicis arbitrium, an prægnans debeat citari, &
venire, puta ſi ſit partui proxima, vt per noſtrum
rit. M. C. V. 267. diſponitur. *Folleo. in pract. crimi*
rubr. audiantur excuſatores num. 30. *Caball. caſ.* 79.
Quid ſi citetur ad pręſtandum teſtimonium, an
teneatur comparere, eſt *Scialoya in praxi torq. reos*
cap. 14. *num.* 72.

SVMMARIVM.

1 *Citatio debet continere nomen inſtantis, & quid ſi*
ſint plures inſtantes? & num. 2. 3. *& à num.* 4. *ad*
num. 14.
15 *Inſtantia partis debet precedere citationem, & n.*
16. *& à n.* 17. *ad n.* 23.

25 *An*

24 *An præſumatur inſtantia patris ſi non appareat? &*
à n.25.ad nu.29.

De alijs requiſitis in citatione, & ſignanter de nomine inſtantis exprimendo.

QVÆSTIO XXX.

VT citatus intelligat ad cuius inſtantiã
1 citetur, & poſſit contrà eius perſonam
opponere, citatio debet continere nomen, & cognomen inſtantis *l.2.ff.de*
liber.& poſth. cap.quia non nulli vbi *gl.de reſcript.*
l.certum ff.ſi cert.petat.Put.deciſ.132.lib.1.& dec.
212.lib.2.Gayll.obſ.50.lib.1.Cumia ſuper Rit.Sicil.
cap.1.num.16. Nouar.de priuil.miſer.perſon.priuil.
58.num.3.Caluol.in praxi §.citatio concluſ.3.nu.1.
Baron.de citat.q.32.Geatioſus Vbert.de citat.cap.9.
num. Scacc.de iudic.lib.1. cap.32. num.12.
Berlich.lib.1.concluſ.10. num.2. Nec refert ſiue
2 quis ſuo nomine,aut ea demonſtratione, quæ nominis vice fungitur *d.l.certũ ff.de reb.credit.l.quotiens §.ſi quis nomen hæredis ff.de hæred.inſtit. Tuſc.concluſ.235.num.2.lit.C.Nouar.ſuper pragm.in*
rubr.de citat.nu.3. Mut.ſuper rit.Sicil.c.97. à n.5.

3 Et quando ſunt plures inſtantes,non eſt neceſſe ſingulorum nomina exprimere, ſed vno expreſſo ſufficit alios complecti nomine collectiuo *litis conſortium*,qui enim ſubſtinent eandem litem, & quorum eadem eſt cauſa defenſionis,litis conſortes appellantur *tot.tit.C.de conſort.eiuſdem litis*
DD.in cap.cum M.de conſtit. Rot.in recentiſſ.dec.
11.nu.2.& 4.p.2.

4 Et ſententia quando concernit fauorem plurium, licet vnus tantum inſtet,tamen ſubſtinetur quo ad omnes, quando vnica eſt cauſa defenſionis, & illius,qui inſtetit principaliter intereſt, iuxta *tex.in l.poſthumus §.ſi quis ex his*, vbi *DD.ff.*
de inoffic.teſtam. Alex.in l.ſæpe num.31.ff.de re iudic.Felin.in cap.quamuis num.9. de re iudic. Curt.
Iun.conſ.147. num.16.Rot. poſt *Zacchia de obligat.Cameral.dec.28.num.10.*Sed quando non eſſet
5 eadem defenſio, tunc decretum factum ad fauorem non nominatorum in citatione eſſet nullum, tanquam parte non citata, *Bar.in l.aut qui aliter*
ff. quod vi aut clam.de Graſſ.dec.5.de ſent.& re iu-
6 *dic.*Et quod ex ſolo nomine probetur identitas perſonę, quando non adſit alius eiuſdem nominis,dicunt *Bal.conſ.70.lib.4. Crauet.conſ.269.nu.*
3.Cauale.dec 128.num.3. Nam aliàs idoneitas
7 perſonæ probanda eſſet non ſolo nomine, ſed etiam cognomine, *Bar.in l.demonſtratio falſa nu:*
14.ff.de condit.& demonſtrat.Rot.in recentiſſ. p.1.
dec.681.n.3.

8 Quod ſi quis modo vſus fuiſſet vno cognomine, modo alio, certificaretur eius perſona, addendo nomen patriæ, vt fuit reſolutum in *Rot.*
Rom.in recentiſſ.p.1.dec.617. num.4. Et quando
9 hęc non ſufficerent ſolet addi nomen patris, vel aui, & etiam ętas, vt *ſupra* diximus in nomine
10 citandi *q.29.* Nam ſi in citatione pro inſtante poneretur vnus pro alio, tunc error vitiaret *l.*
quotiens in princ.ff.de hæred.inſtit. Sed tunc error
11 nominis non nocet, quando perſona redditur certa per duas, aut plures demonſtrationes, ex pluribus adductis per *Rotam in recentiſſ.dec.319.*
12 *num.1.& per tot.p.2.*Et duę demonſtrationes debent eſſe ſpeciales,non autem generales,vtpote quod ſit hoſpes, & habitet in tali vico, cum pluribus poſſint conuenire. *Bar.in l.demonſtratio*
num.14.ff.de condit.& demonſtrat.Corn.conſ.149.
nu.4.lib.3.Crauett.conſ.169.n.4.Andr.dec.61.n.9.

13 Quod ſi plures eiuſdem nominis ſint, & ex aliqua circumſtantia non poſſit intelligi potius de vno,quam de alio, citatio remaneret temeraria, & non arctaret *l.eum quem temerè*, & ibi *gl.*
& Caſtr.num.1.ff.de Iudic.Vant.hic num.49. Guazin.defenſ.10.cap.2. num.5. & 10. Borrell.tit.44.
num.32.& 33.Baron.d.q.32.num.12. Scacc.de iudic.lib.1.c.32.n.13.

14 Sed vlterius in citatione exprimendum eſt, quo nomine quis inſtet, an proprio, vel alieno, adhoc,vt citatus contrà perſonam, & ius inſtantis poſſit ſuas defenſiones parare, & exceptiones proponere,iuxtà *tex.in l.2.ff.de except.*

15 Cum nomine, & cognomine inſtantis, debet eſſe illius inſtantia,nam citatio regulariter ſine inſtantia partis non valet *l.fin. ff.de bonis author.Iudicis poſſid. l.peremptorium ff. de iudic. cap.1.*
verſ.*petyſſet* vbi ponunt *DD. de iudic. Carpan.ſuper ſtatut. Medsol.cap.1.num.71.& 73.Borell.in*
ſumma deciſ.tit.44.de citat.num.32. Schrad.de feudis p.9.cap.7.num.34.Peregr.dec.122. nu.3. Tuſc.
concluſ.230.num.16.& concluſ.231.num.2. verb. *citatio Barboſ.in cap.de qua vult Deo num.3. de iudic. & in cap.ſignificaſti num.2. de foro compet. &*
in cap.propoſuiſti num.2. eodem tit. & in cap.licet,
num.2.de accuſat.inquiſ.Farinac.in fragm. poſt *repert.Iudic.* verb.*citatio num.20. Scacc.de iudic.lib.*
1.cap.32.n.12. Nam Iudex officium ſuum non
16 petitum regulariter ad priuatam vtilitatem impertiri non debet *Bar.in l.4. §.hoc autem ff. de damn.infect.Vant.hic num.44.Maranta in ſpec.p.6.*
membr.1.num.115.Aſin.in praxi §.8. cap.1.nu.4.
Gaill.pract.obſ.obſ.50.nu.3. Scacc.de iudic.cap.32.
num.12.Capic.dec.10. num.23.Giurb.dec.13. num.
7.dec.17.num.20.dec.20.num.17.dec.21.num.10.
& dec.30.num.9. Nouar.d. priuil.58.num.1. de priuil. Miſer.perſon, & *nos* dicemus *in rubr.ſeq.*

17 Fallit concluſio hæc pluribus modis. Primo quando pars non opponit,quia quando pars ſine partis inſtantia citata comparet, & nihil opponit, citatio valet, *Bal.in l.vnic. C.vt quæ deſunt.*
aduoc.Iud.ſuppl.Rip.in cap.1.num.20.de iudic.Caluol.in §.citatio concluſ.3.n.3.

18 Fallit 2.fauore publico,quia Iudex ex officio poteſt aliquem citare, & procedere. *Abb.in cap.*
propoſuiſti, & gl.in cap.fin. in verb.*inanet.de elect.*
in 6.Caluol.ſup. num.4.Rip.in d.cap.1.num.20. Et
19 ſic ex ſupradicta ratione fallit in omnibus cauſis, in quibus Iudex poteſt procedere ex officio *Caluol.ſup.num.7.Rip.in d.cap.1.*vbi *Dec.nu.26. Borrell.d.tit.44.num.34.Gayll.obſ.50.lib.1.* & de *Iure* noſtro Neap.in criminalibus adeſt *regia prag.3.*
de citation.

20 Fallit 3.In cauſis fiſcalibus, per *tex.in l.2.§.*
fin.de Iure fiſci Rip.in d.cap.1. num.20. de iudic.
Caluol.ſup.num.5.

21 Fallit 4. Vbi Iudex videret inſtantiam perituram, quia tunc ex officio poterit citare ad ſententiam *Bar. in l. ſeius ff. ad l. falcid. Spec. de citat. §. ſequitur* verſ. illud *Rip. d. cap. 1. de indic. Caluol. ſup. num. 6. Maranta in ſpec. p. 6. verſ. rectè concipiatur citatio num. 116. Tuſc. d. conclus. 230. nu. 18.* verb. *citatio.*

22 Fallit 5. Quando Iudex in ſubſidium dat litteras alteri Iudici pro executione rei iudicatæ *Tuſc. vbi ſup. num. 17.* ſed *nos* de hac concluſione diximus *alibi hic.*

23 Fallit 6. Vbicunque tractatur de prouidendo miſerabilibus perſonis de defenſore, vt pupillo de tutore, furioſo, & prodigo de curatore, quia tunc in citatione non requiritur, vt præcedat partis petitio *Caluol. vbi ſup. num 8. ex Alex. in l. dies §. hoc autem num. 39. ff. de damn. infect. Nouar. d. preuil. 58. à num. 6.* & diximus *rubr. 11.*

24 Sed difficultas non leuis eſt, an ſi in citatione non appareat de inſtantia partis, præſumatur? Quæſtionem hanc tangunt *Canoniſtæ in cap. de quo vult Deo de iudic.* Et ſunt qui tenent, quod prima facie ſemper præſumitur impetrata à parte, ità *Ant.* & poſt eum *Abb. in d. cap. de quo Menoch. conſ. 145. num 44. & conſ. 1151. num. 5. & de præſumpt. præſ. 23. lib. 2. Coſta Sicul. conſ. 20. num. 7. Borrell. d. tit. 44. num. 36. Barboſ. in d. c. de quo nu. 4. & in d. cap. ſignificaſti num. 3. Capic. dec. 4. nu. 19. Taſſon. de antefato verſ. 13. obſ. 1. num. 28. præſ. 71. in princ. Carpan. ſuper ſtatut. Mediol. cap. 1. num. 74. & 75. Aſin. de execut. §. 3. cap. 328. nu. 4. Paris de reſignat. benefic. lib. 10. q. 8. num. 5. & de confid. benefic. q. 33. num.* 8. Ea ratione, quia ſi de neceſſitate requiritur inſtantia partis, ergo ſi citatio reperitur facta, inſtantia præſumitur, ita etiam firmant *Aretin. conſ. 36. in fine Socc. iun. conſ. 17. n. 2. & conſ. 27. num. 14. vol. 2. Graſſ. de except. except. 14. num. 72.* qui dicunt, citationem præſumi factam ad inſtantiam illius, qui eſt in ea nominatus.

25 Aliam rationem addit *Aretin.* quia in tali citatione aliqualis impenſa requiritur, ideò conſetur facta ad inſtantiam partis; nam actus, in quo impenſa eſt neceſſaria, factus præſumitur inſtante eo, de cuius intereſſe agitur *l. fin. C. de alim. pupill. præſt. Ponte conſ. 17. num. 51. lib. 2. Surd. conſ. 181. n. 45. & de alim. q. 48. num. 18. Menoch. vbi ſup. num. 4. & præſ. 11. num. 1. lib. 6. Gizzarb. de feudis §. 1. gl. 14. num. 62.* per hanc rationem, hanc opinionem amplectitur *Rip. in l. dies §. hoc autem num. 97. ff. de damn. infect. Felin. in cap. ſicut col. pen. de re iudic. Caluol. vbi ſup. nu. 2.*

26 His rationibus poſſunt addi aliæ tres. Prima, quam ponit *Vant. hic num. 45* quod ſcil. citatio abſque partis inſtantia communiter non ſolet expediri, & ob id à communiter contingentibus præſumitur. 2. à ſimili, quod ſi in libro mercatorum reperitur aliquid ſcriptum, quod ad meas rationes faciat, præſumitur ad petitionem meam ſcriptum. 3. etiam à ſimili, quod teſtis in dubio præſumitur ad petitionem partis depoſuiſſe, & non vltrò ſe obtuliſſe, per ea, quæ tradit *Rip. vbi ſup. num. 97.*

27 Contrariam ſententiam tenet *Roman. in l. ſtipulatum ff. de verb. oblig.* Quod ſcil. non præſumatur inſtantia partis, quia eſt quædam ſollemnitas extrinſeca, quæ non præſumitur *l. quæcunque §. fin. ff. de publ. in rem act. Gratian. diſcept. 268. nu. 9. &*

28 *ſeqq.* Quæ ratio videtur infringere rationes deductas ex neceſſitate, & ex communiter accidentibus, & alias, quas *ſup.* adnotauimus, maximeque illam præſumptionem deductam ex impenſa; Nam cum in citatione minima impenſa requiratur, non debet eſſe conſiderabilis, contrà regulam communem, quod ſollemnitas extrinſeca non præſumatur, iuribus per *Dec.* allegatis *cap. 1. num. 32. de iudic.* qui hac re dicit opinionem *Romani*, eſſe ſuſtentabilem, & quod eam prius tenuit *Bar. in l. ſi fintia §. Iulianus in gl. in* verb. *peremptorio* vbi *Alex. col. 3. ff. de damn. infect.* & *in fine* ait, quod prima opinio ſaluari poteſt in actu in quo agitur de modico præiudicio, quia tunc ex prædictis ſollemnitas extrinſeca præſumitur, & hoc etiam videtur innuere *Dec. in d. cap. 1. lect. 2. num. 18. de iudic.* Aliam facit conſiderationem

29 *Baron. de citat. q. 32. num. 11.* quod, aut nullitas citationis allegatur ab illo, qui ait ipſum non feciſſe inſtantiam aut à citato dicente fuiſſe citatum abſque inſtantia partis. Primo caſu præſumit inſtantiam non interueniſſe, præſtito et ſacramento, 2. caſu præſumit contrarium, ea ratione quia citatus potuit à principio diffugere citationem allegando, quod non erat facta ad partis inſtantiam, & petendo legitimationem perſonæ comparentis, quod cum non fecerit præſumendum eſt contrà eum non potuiſſe legitimè impugnare, item dicit euenire poſſe, vt citari faciens abſque ſcientia alterius partis hanc faciat inſtantiam, & ſic contraria pars non poſſet ſuo iuramento contrarium rectè firmare, pars verò, quæ citari fecit eſt certa, an ipſa fecerit inſtantiam, quia in facto proprio ſcientia præſumitur, & ob id ei potius eſt credendum.

SVMMARIVM.

1 *An cauſa debeat exprimi in citatione ad hoc vt valeat, & tenentur citatus comparere? & n. 22.*

23 *An cauſa debeat eſſe expreſſa in ſpecie, vel ſufficiat in genere? & à n. 24. ad n. 38.*

39 *Cauſa ſi eſt erronea, aut iniuſta, an arctet ad comparendum? & n. 40.*

41 *Debet fieri in forma ſolita, & à n. 42. ad nu. 48.*

49 *Poteſt fieri citatio, vel ad vnum actum, vel plures & à n. 50. ad n. 56.*

57 *Citatio debet eſſe clara, & n. 58. 59.*

60 *De ſtylo noſtro citatio ſemper tenore inſtrumenti ad inſtantiam creditoris cum aſſenſu, debet facere mentionem aſſenſus.*

61 *Dum citantur Titulati in criminalibus debet adeſſe licentia D. Viceregis.*

62 *Iudex debet videre informationem ante quam citet ad informandum, & debet fieri cum inſerto tenore inquiſitionis, & n. 63. 64.*

De exprimenda in citatione cauſa, propter quam quis citatus.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO XXXI.

1 AN cauſa, propter quam quis citatur,
debeat exprimi in citatione, ad hoc
vt valeat,& citatus comparere tenea-
tur, & poſſit contrà eum procedi, tan-
quam contrà contumacem, controuerſa res eſt.
Nam aliqui tenent in Delegato requiri expreſ-
ſionem cauſę, ſecus in ordinario, qui ſemper præ-
ſumitur citare ex cauſa, & ideò eſſe compaten-
dum, vt dicit *Bal. in l. conſentaneum num. 4. C. quo-
mod. & quand. Iud. Aff. dec. 294. num. 2. & in con-
ſtit. incip. ſi quem noſtrorum ſub n. 8. lib. 1.* Et in
2 ordinario ſubdixtinguunt, quod aut quęritur, an
citatio valeat quo ad finem, vt citatus teneatur
comparere, aliàs poſſet puniri de inobedientia,
& contemptu, & valet, Aut quæritur an citatio
valeat ad hoc, vt citatus reputetur contumax, ità
vt in illa poſſit procedi contrà eum, tanquam
contrà contumacem, & erit ſecus, quia requiri-
tur cauſæ expreſſio, *Abb. in cap. licet de accuſat.*
Hanc dixtinctionem faciunt *Socc. de citat. act.
20. num. 9. in fine*, verſ. *ego verò arbitror Aff. in
conſtit. Si quem noſtrorum in 3. notab.*
3 Alij tenent ſimpliciter in ordinario, non re-
quiri expreſſionem cauſæ. *Bart. in extrauag. ad re-
primendum ver. ſuper d. crimine num. 5. & in l. inter
accuſatorem ver. pro declaratione ff. de publ. Iudic.
Bal. in l. nullus C. de exhib. reis Aff. in conſtit. huma-
nitatem in 16. notab. & dec. 294. num. 2. Borrell. tit.
44. num. 40. Angel. de malefic. in verb. Iudex com-
miſit Salyc. in l. abſentem* verſ. *quæro tertio C. de ac-
cuſat. Berlich. lib. 2. concluſ. 20. num. 26. Mauſon. de
contra band. q. 13. num. 4. & ſeqq. Scaliya de foriu-
dic. c. 5. n. 13. in fine.*
4 Alij verò tenent, ſiue in Delegato, ſiue in Iu-
dice ordinario, requiri expreſſionem cauſæ in
citatione, alias citatũ non teneri comparere, per
*tex. in cap. præterea de dilat. & in cap. 1. q. 2. cap. ſi
primates eadem 5. q. 2. clem. fin. vt lite pendente l. 2.
ff. ſi quis in ius voc. non iret. Tuſc. lit. C. concl. 231.
num. 2. Cumia ſuper rit. Sicil. cap. 1. num. 16. Aff. in
conſtit. edictum num. 10. Nonae. ſuper pragm. in
rubr. de citat. num. 5. & 6. Barboſ. in l. ſi quis poſtea
quam num. 65. ff. de iudic. Guaz. in defenſ. 10. cap. 2.
num. 6. & 10. Farinac. in fragm. poſt repert. iudic.
verb. citatio num. 20. Vant. num. 50. Carpan. ſuper
ſtatut. Mediol. c. 1. n. 62.* qui etiã dicit, cauſã cauſæ
exprimi debere, quod dicit etiam *Vant. hic num.
54. Ladeech. conſ. 93. num. 6. Mynſing. obſ. 85. cent. 5.
Gaill. obſ. 51. lib. 1. Vin. dec. 64. num. 8. Baron. de ci-
tat. q. 33. Carauit. in rit. 230. num. 6. Roman. conſil.
369. num. 8. Ferret. conſ. 95. num. 3. lib. 1. Caputaq.
dec. 208. p. 1. Rot. Rom. in nouiſſ. dec. 355. num. 1. &
2. p. 2. Recc. coll. 2104. & 2299. Rebuff. in conſtit.
gall. tit. de litteris obligat. art. 6. gl. 4. num. 2. & in
tract. de chirograph. art. 1. num. 20. Clar. q. 31.* verſ.
*quæro nunc Gaill. pract. obſ. lib. 1. obſ. 51. Barboſ. in
in l. ſi quis ex aliena num. 28. ff. de iudic. Scacc. de
iudic. cap. 32. num. 14. Oinot. in §. vl. nu. 9. Inſtit. de
pœn. temer. litig. Ripol. var. cap. 3. num. 153. & ſeqq.*
vbi probat hoc procedere, etiam ſi in citatione
dicatur, quod perſonaliter compareat poſt *Bal. in
l. 1. §. vſus ff. de proc.* quia præſumitur, quod illa
clauſula, vt compareat perſonaliter poteſt appo-
ni de ſtylo, aut conſuetudine Notarij, niſi cer-
tioretur per Nuncium, quod velit Iudex, vt per-
ſonaliter compareat, nam tunc tenetur obedire.
5 Alij aliter dixtinguunt, quod aut ſumus in
citatione, quæ mictitur ad partes longinguas, &
debet citari cum cauſa, vt veniat inſtructus. Aut
citatur ad proximas, & non eſt opus ponere
cauſam, ita tenent *Abb. in cap. præterea num. 8. de
dilation.*
6 Alij deniq; tenent de Iure requiri expreſſio-
nem cauſæ, tamen in practica aliter factam, non
eſſe ipſo iure nullam *Tepat. de in ius voc. ver. iure
conuenit.*
7 Quid dicendum in tanta varietate? Mihi ſem-
per placuit opinio tenentium requiri expreſſio-
nem cauſæ, ea ratione, vt citatus melius delibe-
ret, & ne ipſe actor in præiudicium citati varia-
re poſſit, item cum commiſſio citationis repute-
tur interloquutoria, requirit aliquam cauſæ ex-
preſſionem, arg. *l. filius fam. §. diui ff. de leg. 2.* hanc
opinionem, vltrà citatos, qui faciunt hanc opi-
nionem communiſſimam, ſequitur *Scacc. de Iudic.
d. cap. 32. num. 14. Vbert. de citat. cap. 9. num. 399.
Gaill. pract. obſ. lib. 1. obſ. 51.* Quę procedit tam
8 ſi citatio mittatur in partes proximas, quam in
longinquas, cum ſit eadem ratio in vno caſu, ac
in alio, probat *Clar. lib. 5. recept. ſentent. q. 31.* verſ.
quæro nunc, quem citat, & ſequitur *Scacc. vbi
ſup. num. 24.*
9 Et ſi non exprimatur cauſa in citatione, cita-
tus non tenetur comparere, cum ſit ipſo iure
nulla, vt dicunt *ijdem DD. ſupra* pro hac opinione
citati, contra id quod dicit *Tepat. vbi ſup.* verſ.
10 *iure conuenit.* Benè verum cautius eſt, ſi illa ex-
primatur, vt poſt plures refert, & ſequitur *Berli-
ch. d. concluſ. 20. num. 26.* verſ. *melius tamen.*
11 Amplia, vt cauſæ expreſſio debeat eſſe clara,
& non obſcura *l. aut qui aliter ff. quod vi, aut clam.
c. fin. in princ. de dilat.*
12 Amplia 2. Vt talis expreſſio debeat fieri tam
in ciuilibus, quam in criminalibus *cap. cum dile-
cti de dolo, & contumac.* Cum quo ad citationes
æquiparetur iudicium ciuile, & criminale *l. ab-
ſentem §. 2. ff. de pœnis. Vant. hic nu. 57.* hanc opi-
nionem ampliationis tenent *Follar. in pract. crim.
§. vel eos verbaliter nu. 2. Iul. Clar. pract. num. q. 31.
n. 7.* quem ſequitur *Bonacoſſ. commun. opin. crimi-
minal. §. citatio Borrel. d. tit. 44. n. 42.*
13 Amplia 3. etiam ſi mittatur in partes proxi-
mas, vt ſecundum veriorem opinionem diximus
ſup. proximè *n. 8.* ver. *quæ procedit*, ſequitur etiam
Vbert. d. c. 9. n. 399.
14 Amplia 4. etiam in cauſis ſanctæ fidei. Nam
licet *Simanch. de cathol. inſtit. tit. 44. num. 12. Pegn.
in comm. de direct. Eymer. p. 3. com. 33. in princ.* di-
cant non eſſe neceſſariam cauſæ expreſſionem,
cum illius ſecreta non ità facile ſint pandenda,
vt dicit *Scacc. de iudic. cap. 87. num. 20.* Tamen
15 contraria opinio, vt cauſa ſit exprimenda, appa-
ret ex *tex. in cap. cum contumacia de hæret. in 6.* ibi
vt de fide reſpondeat, quam opinionem mutata
ſententia, tenet *Pegn. d. comm. 33. §. ſit tamen* ſe-
quuntur *Vbert. d. cap. 9. num. 399. Scacc. d. cap. 32.
num. 14.*

Digitized by Google

16 Amplia 5.In cauſa feudali, vt in extrauag.ad
reprimendum quomoda in crim.leſæ Maieſtatis pro-
cedatur in libro feudor.Vbert.d.cap.9.nu.399. pro-
pè finem.
17 Amplia 6. Etiam in Regno Neap. & Siculo
per conſtitut. incip.edictorum ibi: In quibus litte-
ris (ſcil.citatorijs) debeat dilucidè continere cor-
quo, & à quo, & de qua re, ac cuiuſmodi querimo-
nia deferatur, & apertius per pragm.2.de ordine
iudiciorum, ibi: quilibet agere volens per citatorias
litteras continentes ipſius citationis cauſam, de quo-
rum iuriū obſeruantia teſtatur Maranta in ſpec.
p.6.membr.1.num.69. Scacc. licet aduena d.c.32.
nu.14.Scialoya de foriudic.cap.5. num.13. Et iam
18 in criminalibus Foller.in pract.crimin. §. dentur
Capitula per tot.Borrell.d.tit.44.num.45. Scialoya
ibid.Guazzin.defenſ.10.cap.2.num.10. & 12.Reg.
Merlin.contr.54.n.16.cent.1.
19 Eſt benè verum, quod ſi Iudex ordinarius, vel
verbo, vel in ſcriptis, citari faciat aliquem, vt co-
ram eo compareat, nulla expreſſa cauſa, eſt quæ-
dam vocatio, quæ non poteſt haberi pro citatio-
ne, nam preceptum Iudicis factum ſine cauſa,
licet non faciat citatum contumacem Aff. dec.
294.num.7. Sed potius habeatur pro ambaſciata
ad dicta per gl. in l.conſentaneum, in verb.comme-
aſſatio ibi: nota quod hic ambaſciata. Tamen ſi vo-
catus non obediat, poterit vel per Iudicem pu-
niri, vel eius mandato ad ſui præſentiam adduci
ad tex. in l.1.ff.ſi quis ius dicenti non obtemper. bene
Vbert.de citat.d.cap.9. num.398. Baron.de citat.q.
33.num.8.
20 Limita tamen principalem ſup. poſitam con-
cluſionem. Primo vt citatio facta ſine expreſſio-
ne cauſæ, valeat in locis, vbi citationes propter
anguſtiam loci ſolent fieri verbotenus nulla cau-
ſa expreſſa, vt dicit Scacc.d.cap.32. num.14. in
21 fine 2.In peremptorio, in quo expreſſio cauſę
non requiritur. Decan cap.cum cauſam num.77.
de offic.deleg. quod intelligit Dec. in illo perem-
ptorio, quod fit poſt citationem, non autem de
illo, quod fit in vnica citatione, quia cum illud
deſeruiat, etiam pro edicto citatorio, debet ex-
primi cauſa, vt dicit Baron. d.q.33. num.11.
22 3.Quando citatus ſciuit cauſam Iſern.in d.con-
ſtitut. edictorum verſ. & de qua re Baron.ibid.vbi
ſup.num.12.
23 Sed difficultas eſt, an cauſa exprimi debeat in
ſpecie, vel ſatis ſit ſi exprimatur in genere? Quod
ſufficiat in genere dicunt Rouar.ſuper pragm.in
rubr.de citat.num.7.Ricc.coll.2104.& 2229.
24 Sed quod requiratur in ſpecie verior eſt opi-
nio, quam tenent Scacc.de iudic.d.c.32. num.15.
licet illam non probet, & confusè loquatur, vt
aduertit etiam Baron.de citat.q.33. num.13. tenet
Maranta in ſpec.p.6. verſ. & nedè conſpiciatur ci-
tatio num.70.Rot.in nou.dec.17.de re iudic. Felin.
in cap.conſuluit num.16. dicentes in genere non
ſufficere propter incertitudinem, vt putà ſi fieret
citatio ad audiendam voluntatem Domini, vel
Iudicis, vel ad videndum fieri quamcumque pro-
uiſionem ſuper petendis, vel ſuper petitione por-
rigenda. Maranta loco cit.num.71.Vbert.d.cap.9.
25 num.400.& 401. Ratio eſt, quia citationes de-
bent eſſe claræ Vital.de clauſ.verſ.nihil nouari in-
uentarij confectione pend.num.70. Rot.dec.251.nu.
2.p.2. & debent continere plenam inſtructionem
Rot.diuerſ.dec.1. num.19.p.2. Et incertæ ſunt ob-
26 ſcuræ, & citationes obſcuræ non arctat citatum,
nec reum faciunt contumacem l.aut qui aliter, &
l.fin.§.fin.ff.quod vi, aut clam.vbi Bar.Lanfranc.de
Oriano in c.quoniam contra §.citationes verſ.quin-
tò quæro extra de probat.
27 Si verò fierent citationes ad audiendam vo-
luntatem, & videndum fieri prouiſionem ſuper
petitis, ſeu productis, tunc valerent, quo ad in-
terloquutoriam ferendam, quia remaneret certi-
ficata per relationem ad petitionem, vel ad acta,
vt per Bal.in d.l.conſentaneam num.4. C.quomod.
28 & quand.Iud. Nam certum, & determinatum il-
lud etiam eſt, quod per relationem certificari
poteſt Bar.in l.qui liberis §.hæc verba num.8. ff.de
vulg.& pupill.Ruin.conſ.29 nu.4.lib.2. Paris conſ.
29 94.num.96.lib.1. Secus tamen eſt, quo ad ſen-
tentiam diffinitiuam, quia ad eam citatio debet
eſſe præciſa ad ſententiam clem.ſæpè verſ.ſententiā
verò, & ibi gl. in verb.ad id de verb.ſignific. & not
diximus ſup.
30 Quod adeò verum eſt, quod aliqui voluerunt,
quod ad validitatem citationis ſit neceſſaria in-
ſertio libelli Cyn.Bar. & alij relati per Afflin.in
pract.§.5.cap.2.num.1.& 2.Quod ſeruatur in no-
31 ſtris Tribunalibus Neap. Nam pro citando ex-
trà Ciuitatem Neap.fit prouiſio pro notificatio-
ne cum inſertione libelli, tam in M.C.V. vbi
prouiſio illa appellatur aduerſus petita, quam in
S.R.C. vbi appellatur contra ſupplicata. Pro ci-
tando in Ciuitate, fit citationis mandatum in
calce libelli, & ſic libellus ipſe notificatur, quæ
praxis eſt fundata in dicta conſtit.edictorum, &
d.pragm.2 de ordine iudic. ex quarum diſpoſitio-
ne eruimus, requiri expreſſionem cauſæ in ſpe-
cie, & non ſufficere in genere, etiam in Sicilia,
vt dicit Baron.de citat.q.33.n.14. & 15.
32 Sed preſcindendo à noſtris iuribus municipa-
libus, talis inſertio tenoris libelli, non eſt neceſ-
ſaria vt tenent communiter DD. & de communi
teſtantur poſt alios Vant.hic num.52. Gaill.d.obſ.
51.num.2. de magis communi Afflin.d.§.5.cap.1.
num.4. & ità ſeruari in Vrbe iuxtà diſpoſitio-
33 nem ſtatutorum lib.1. cap.59. Nam ibi citatur
reus ad videndum productionem petitionis, &
illi reſpondendum, vnde non inſeritur tenor li-
belli, vt dicit Scacc.d.cap.32.num.15. Hæc ea-
34 dem praxis eſt Florentiæ, quamuis eius ſtatuta
diſponant, copiam petitionis eſſe transmittendā
Afflin.d.§.5.c.1.n.4.
35 Beneuerum eſt, quod ſi copia libelli fuerit in-
ſerta in citatione, citato denegantur induciæ ad
deliberandum, vt dicit tex. in cap.præterea de di-
36 lat. Iuuat etiam ad inducendam litis pendentiam
ob quam nihil poteſt innouari Rom.ſing.822. Fe-
lin.in cap.1.num.3. de libell.oblat. ſequitur Gaill.
37 d.obſ.51.num.4. Sed in Vrbe litis pendentia in-
ducitur, etiam per ſimplicem citatiunculam,
vt dicit Veſtr.in pract.lib.4.cap.1.num.1. Scacc.d.
38 cap.32.nu.16.In Camera autem Imperiali, ſuf-
ficere in genere cauſam exprimere, dicunt Mi-
ſing.cent.5.obſ.85. Gaill.de pace publ.lib.2. cap.7.
nu.4.Vulteius de Iuriſprud.Rom.lib.2.cap.28. verſ.
quar-

quartum eſt Bern. Varniſ. pract. obſ. tit. 59. obſ. 4. Tre-
utler. diſp. Select. lib. 1. diſp. 4. theſ. 3.
39 Cauſa expreſſa in citatione ſi eſt erronea, ci-
tatio non arctat ad comparendum *Alex. in l. a di-*
uo Pio §. in venditione n. 14. ff. de re iudic. Vt putà
ſi exprimatur, quod veniat reſponſurus ſeruo, vel
excommunicato, vel alteri non habenti perſonã
ſtandi in iudicio. Item ſi citet ſuper eo, de quo
quæſtio eſſe non poteſt, vt puta de Sole, vel Lu-
na, & ſic de ſimilibus, vt per *Innoc. in cap. prate-*
rea n. 3. de dilat.
40 Si verò cauſa eſt iniuſta, arctat, quia ſemper
debet quis venire ad iudicium, ſiuè iuſtè, ſiuè in-
iuſtè vocetur, niſi iniuſtitia eſſet euidens, vt putà,
ſi quis citaretur, vt veniret reſponſurus die feſta-
to, niſi exprimeretur cauſa iuſta, vt per *gloſ. in c.*
veniens in verb. *propter contumaciam de accuſat.*
Pract. Papienſ. in forma libelli in act. nou. oper. in gl.
quondam parietem num. 2. Sed quando citatio con-
41 tinet inſolitum, ſeu facta eſt contrà formam
ſolitam, tunc vel non arctat citatum ad compa-
rendum, vel non comparentẽ excuſat *Vant. hic n.*
74. & 75. Scialoya de foro iudic. cap. 6. num. 30. Ideò
42 citatio debet ſemper fieri ſecundum antiquam,
& conſuetam formam practicandi, quia ſi fit ſe-
cundum nouam, & inconſuetam practicam, non
tenetur citatus comparere. *Felin. Rip. & Iaſ. in*
locis allegatis per Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſ.
30. n. 4. in addit. Marſil. ſing. 118. Epiſc. Aſſ. conſt.
13. num. 13. & ſeqq. Boer. dec. 235. num. 3. in fine.
43 Et quod ſtylus Curię ſit attendendus, eſt *tex. in*
l. labeo ff. de ſtatu liber. vbi *gl. in* verb. *agentium*, &
eſt *tex. in l. 3. §. fin. ff. de teſtib. Reg. Capic. Latr. dec.*
44 30. de qua re nos *n. 60. & ſeqq.* Vndè citatio facta
contrà ſtylum non valet *Angel. in l. fin. C. de ca-*
non. largit. tit. 1. lib. 10. Felin. in cap. cauſam quæ il-
2. num. 11. de teſtibus, qui dicunt, quod ſi de ſtylo
Palatij eſt, quod Iudex citet aliquem, quod cõ-
pareat coram eo ſub pœna decem librarum, &
emanet citatio ſub pœna corporali, excuſatur
non comparens, propter ſtylum. *Vrſill. ad Aff.*
45 *dec. 135. num. 2.* Imò puniri poteſt de falſo, qui
inſerit clauſulas inſolitas *cap. porrecta de confir-*
mat. vtil. vel inutil. Gherard. ſing. 77.
46 Citatio facta non obſeruata forma Statuti, nõ
valet *Bal. in l. non ſunt liberi in 1. lect. in princ. ff.*
de ſtat. homin. & in l. 2. num. 8. C. quomod. & quand.
Iud. Tiraq. de retract. conſanguin. §. 8. gl. 3. Clar.
pract. crim. §. fin. q. 31. verſ. dictum eſt Cartar. de
execut. ſent. cap. fin. nu. 154. & ſeqq. Scialoya de for.
iudic. c. 6. nu. 30.
47 Et ſi citatio contineat aliqua verba obſcura,
tunc recipere debet interpretationem à conſue-
tudine. *Innoc. in cap. cum nobis col. 2. num. 5. de*
elect. Abb. in cap. conſuluit num. 5. de offic. delegat.
Port. lib. 4. concluſ. 20. verſ. citatio recipit. Et cita-
48 tionis obſcuræ declaratio pertinet ad eum, ad
cuius inſtantiam emanauit *Spec. de citat. §. 1. nu.*
10. Aurel. Dauit. de verb. ſignific. c. 9. n. 8.
49 Aduertendum tamen eſt hic, quod poſt ce-
ptum iudicium, poteſt fieri citatio, vel ad plures
actus inſimul *gl. in cap. 2. in* verb. *& ſi nec de te-*
ſtib. cog. & gl. in clem. ſæpè in verb. *poſt dilationem*
de verb. ſignific. Socc. de citat. art. 28. num. 1. Rot. di-
uerſ. dec. 199. num. 16. p. 5. Vel ad vnum actum
50 *l. de vno quoque ff. de re iudic.* Et tunc eſt aduer-
tendum, quod actus explicandus debet nomina-
tim exprimi in citatione. *Vant. hic nu. 54. & 55.*
Baron. de citat. q. 34. num. 1. & ſeq. Vbert. de citat.
51 *cap. 9. nu. 411.* Et ſi actus gereretur aliter, quam
exprimeretur in citatione, non valeret *Bar. in*
l. aut qui aliter ff. quod vi, aut clam. Ruin. conſ. 102. col. 2.
lib. 5. Felin. in cap. 1. num. 34. de re iudic. Caputaq.
dec. 123. num. 2. p. 3. Rot. in recentiſſ. dec. 18. nu. 2.
in fin. p. 1. Tuſc. lit. C. concluſ. 236. num. 20. Tepat.
de in ius voc. verſ. contrà citatum Dec. conſ. 163. nu.
21. qui dicunt non teneri comparere. Et cenſetur
52 factus clam, & parte non citata. *Natta conſ.*
314. n. 8. lib. 1.
53 In Curia ſeruatur, quod quando citatio fit ad
certum actum, ſi forte Iudex vellet illum alio
modo expedire, quam exprimeretur in citatione
addatur; *& aliud quodcumque decretum de ſuper*
neceſſarium, & opportunum per Dominum fieri, &
interponi, quæ verba operantur, vt petitio non ſit
reſtricta ad vnum remedium tantum, ſed ad ma-
gis proficuum. Ideò licet venditor, qui reſerua-
uit ſibi dominium, donec fuerit ſolutum integrũ
debitum, citauerit ad videndum ſibi adiudicari
vineam, & aliud quodcumque decretum de ſu-
perneceſſarium, & oportunum fieri, & interpo-
ni, tamen talis petitio non eſt reſtringenda ad
venditionem, ſed ad conſecutionem reſidui pre-
tij, prout petenti magis proficuum erat, propter
illa verba: *& aliud quodcumque decretum*; vt de-
ciſum refert per *Rot. Rom. in vna Romana vineæ*
26. Febr. 1601. coram Litta. Nam citatus pro vno
54 actu, non arctatur comparere pro alio actu. *Car-*
pan. ad ſtatut. Mediol. cap. 1. num. 128. & cap. 7. nu.
1. Pract. Papienſ. in form. reſp. rei conu. gl. in termino
ſibi aſſignato num. 6. Tuſc. lit. C. concluſ. 236. nu. 20.
55 Et citatus ad vnum actum, licet in illo actu ſit
contumax, non poteſt procedi contrà eum vigo-
re talis contumaciæ ad alios actus, niſi iterum
ad alios actus citetur *Tuſc. concluſ. 237. num. 6.* Et
56 citatio facta ad plures actus inculcatos eſt nul-
la. *Tuſc. concluſ. 234. nu. 1.* latè *Baron. de cit. q. 34.*
57 Item citatio debet eſſe certa, & clara, nam
citatio incerta, & obſcura non valet, nec arctat
citatum *Bal. in l. hac conſultiſſima col. 2. ver. item*
verbis obſcuris C. qui teſtam. facer. poſſ. & in l. 1.
ver. & adde ff. de liber. & poſth. Rot. dec. 278. nu. 4.
poſt Genc. de conſtit. Cartar. dec. 32. num. 7. Et *nu. 8.*
9. & 10. dicit, quod citatio ad ſui aſſentiam re-
quirit exactam ſpecificationem, & quod obſcura,
& indeterminata iudicatur nulla, & quæ non
habet neque diem, neque locum, neque horam
comparendi. *Ricc. in praxi for. Eccleſ. tom. 4. reſol.*
34. num. 4. Bernard. gl. aud. de præſent. inſtrum. p. 4.
declar. 2. nu. 18. Farinac. poſt report. iudicial. verb.
citatio nu. 31. Io: Aloyſ. de Septim. ſuper Rot. cap. 96.
verſ. ibi à citatione Tuſc. verb. concluſ. 231. nu. 1.
poſt *hos Baron. de citat. q. 34. num. 12.* Vndè citatio
58 æquiuoca dicitur temeraria, *l. eum quem temerè*
ff. de re iudic. Vant. hic num. 30. Carpan. ſuper ſta-
tut. Mediol. cap. 1. num. 109. & 110. ex Seccin. de

citat.art.20.num.14. Sed an valeat citatio alternatiua? *Socc.de citat. art.20. num.18. & art.19. num.13.verſ.7.* vidè *q.32.n.17.*

60 De ſtylo noſtrorum Tribunalium Neapol. requiritur, vt in expeditione citationis ſuper tenore inſtrumenti ad inſtantiam creditoris contrà debitorem ad formam *ritus M.C.V.166.* fiat mentio regij aſſenſus expediti ſuper dicto contractu putà diſpenſationis ſuper interceſſione mulieris, & ſimilis, alias nulliter fit citatio *Franch.dec. 623.num.4.5. Galter. de liquid.inſtr.3.p.principal. verſ.expeditur citatio num.39. & ſeqq. Epiſc.Aſp. contr.23.num.30.& ſeqq.*

61 Item de praxi Magnæ Curiæ Vicariæ, dum citantur pro delictis Titulati regni, requiritur ad validitatem citationis licentia D.Viceregis, vt dicit *Frecc.de ſubfeud.lib.2.tit.quis dicatur Marchio num.9.& 44.Lanar.conſ.72. num.5. Anna conſ.122.num.39.vol.2.Surg.de Neapol.illuſtr.cap. 23.num.3. Maſtrill.de magiſtr.tom.2.lib.4.cap.13. num.5.6. D.Prat.obſ.82.* qui extendit etiam ad Tribunal Regiæ Cameræ, quamuis contrarium, *ibi* deciſum referat.

62 Iudex antequam citet reum ad informandum, debet videre diligenter informationem captam, & eam pluries legere, & videre videnda *Reg.Rouit.in prag.2.num.6.de officiol.l.2.* vbi *Bar.ff.de offic.Praef.Vrbis, & prag.37.§.2. de offic. M.Iuſtit. & prag.3.de citat.Foller.in pract.crim. verſ.vel eos verbaliter citari facias num.1. Viſcont.ad Franch. dec.329.*

63 Citatio debet fieri cum inſerto tenore inquiſitionis *Cartar.de exequut.ſent.cap.1.nu.385. cum ſeqq.Farinac.in pract.crim.q.22.nu.40. Clar.§.fin. q.32.num.6.* quod obſeruatur in Noſtro Regno Neap. in citatione ad capitula, ſicut etiam in caſibus, in quibus de Iure communi abſens poteſt diffinitiuè condemnari, reus requiri, & citari debet accuſationi, & inquiſitioni contrà eum formatæ reſponſurus, non ſolum expreſſa cauſa criminis, pro quo citatur, ſed inſerto toto tenore libelli inquiſitionis. *Cartar. d. cap. 1. num. 6. Clarus §. final. q. 32. verſ. quæro nunc,* & *verſ.quæro nunquid.* Et debet inſeri totus tenor inquiſitionis, & exprimi delictum, cum omnibus ſuis qualitatibus *Farinac.q.22.num.40.* vbi dicit eſſe ſeruandum ſtylum loci.

64 Verum ſi in iſtis citationibus ad informandum, & ad capitula ſit expreſſa qualitas agrauans delicti, puta ſi ſit dictum pro homicidio appenſatè, temerè, doloſè, & proditoriè commiſſo, & in proceſſu tantum conſtet, dictum homicidium fuiſſe appenſatè, & doloſè commiſſum, ſed non fuiſſe commiſſum proditoriè, in hoc caſu non vitiatur citatio, & ſententia foriudicationis ſequuta valet *Gizzarell.dec.26. Reg.Rouit. in rubr.de ſent.foriudic.poſt n.2.*

S V M M A R I V M.

1 *Pœna an debet poni in citationibus? & d num.2. ad num.11.*

De pœna in citatione exprimenda.

Q V Æ S T I O XXXII.

1 IN primis citationibus ſolent Iudices, con-
tumacibus, pœnas comminari; vt dicitur
in l.1.ff.ſi quis ius dicentib.non obtemp. vbi
gl.in verb.pœnali explicat *mulcta*, notans
differentiam inter mulctam, & pœnam, nam mul-
cta imponitur à Iudice eius arbitrio, pœna
autem à lege, iuxta *tex.in l.aliud eſt fraus §.2.ff.*
2 *de verb.ſignific.* Et ferendum non eſt, vt citatus
impunè Iudicis citantis iuriſdictionem contem-
nat *l.ex quacunque §.ſi quis ff.ſi quis in ius voc.* vbi
gl.in verb. *mulcta*, explicat, ideſt pœna, quæ da-
bitur, iuxtà *tex.in l.mulctarum C.de modo mulct.*
3 Solent etiam Iudices in eiſdem primis cita-
tionibus citare peremptoriè, & eidem citato ſi
non compareat, pœnam comminari; nam vt poſ-
ſit quis reputari contumax, neceſſe eſt vt perēpto-
riè citetur antè ingreſſum litis *cap.de illicita 24.
q.3.cap.conſtituit de offic.deleg.* de peremptorio di-
4 ximus *ſup.q.18.* Solet apponi in edictis hæc clau-
ſula: *Si in die præſcripto non veneris, quaſi contumax
condemnaberis, vel reputaberis*, vel ſimilia *l.ad peremptoriſ ff.de iudic. cap.cum ex litteris in fin. de*
5 *in integ.reſtit.* Hodiè vero ſolent Iudices dicere:
Citamus peremptoriè, & hoc ſufficit, diximus *ſup.*
6 Poſt ingreſſum litis non eſt opus citare cum
his, vel ſimilibus verbis; quia poſt litis in-
greſſum, quilibet terminus intelligitur perempto-
rius *Bar. in conſtit. ad reprimendum in verb.ſuper
d.crimine num.5. Specul tit.de citat.§.viſo num.4.*
Sed de hac *cit.*diximus *d.q.28.*
7 In monitorijs, ſeu citationibus ſolet apponi
comminatio ſub pœna 500.duc. quæ ponitur po-
tius ad terrorem, quam ad effectum illas exigen-
di. *Mandoſ.de commiſſ.form.2.de commiſſ.cauſ.ſuper
benefic.in* verb. *ſub pœna.* Qui laudat hanc con-
ſuetudinem pœnas non exigendi, tanquam iuri
canonico conformem, *ad tex.in cap.ſuam ad nos
de pœnis, & in cap.fraternitas 12.q.2. iuncta gl.in*
verb. *cum augmento, ad fin.* quam *gl.ſ.* dicit com-
munem reputatam *Alex.in l.ſi pœna ff.de condit.
indebit.*
8 Sed an, & quando pœnæ exigi poſſint, etiam
in foro conſcientiæ, dicunt *Dec. & Cagnol.in l.
quod a quoquam ff.de reg.Iuris Rot.in diuerſ.deciſ.*
9 *279.p.2.* Et quod pœnæ etiam conuentionales,
de æquitate canonica, exigi non poſſint; niſi qua-
tenus concurrant cum intereſſe, & non vltrà, te-
net *Rot.dec.378.n.3.p.1.diuerſ.Seraphin.dec.794.
n.24. Afflict.dec.135.* Imò etiam pœnæ in citationi-
10 bus comminatæ, de Iure Ciuili non exiguntur,
ſed per Iudicem remittuntur quando non con-
currit intereſſe actoris, eſt *tex.in l.ex quacunque
cauſa ff.ſi quis in ius voc.*
11 Judices Eccleſiaſtici in citationibus ſolent
cenſuras comminari, ſed de Iure communi cano-
nico debent potius comminari pœnas pecunia-
rias, quando illę magis timentur, quam cenſuræ
Eccleſiaſticæ, & eas applicare locis pijs, ad tol-
lendam auaritiæ ſuſpicionem. *Archid.in cap.non
venditio 3.q.4.num.2. Abb.* poſt *alios in cap.ir-
refragabili §.cæterum nu.1. de offic.ordin. Mandoſ.*
de

de forma 2.commiſſ.cauſæ ſuper beneſic.verſ.ſub pœnis, & per *Concil.Tridentin.ſeſſ.25.cap.3.de refor.* eſt ſtatutum, vt Iudices Eccleſiaſtici abſtineant ſe tam in procedendo, quam definiendo à cenſuris Eccleſiaſticis, ſeù interdicto, in cauſis iudicialibus, quandocunque executio realis, vel perſonalis, in qualibet parte iudicij propria authoritate, ab ipſis fieri poterit. Sed ſi quis citaretur ad cõparendum ſub pœna excommunicationis, & citatus non comparuiſſet, tunc ſi habuiſſet iuſtam cauſam abſentiæ, non eſſet ſimpliciter excommunicatus, nam ea cenſetur Iudicis intentio puniendi dumtaxat contumacem, arg. *l. ſi ſeruus decem, in fin. ff. de ſolut.*

13 Et ſi quis non eſt contumax, non debet ſentire pœnam contumaciæ *cap. quarelam, de procurat.*

14 Imò ſi Iudex pronunciaret ſententiam contrà contumacem, probata cauſa legitimę abſentiæ, deberet retractari ſententia, *cap. cum Bertoldus de ſent. & re iudic.*

15 Et ſi Iudex decernat Citationem contrà eum, quem ſcit non eſſe de ſua iuriſdictione, ſub pœna excommunicationis, & illum non comparentem excommunicet, ſententia non tenet, quia ille non tenetur venire *l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. cap. ſi duobus de appellat. Spec. tit. de citat. §. iam de citatione num. 20.* Sic etiam ſi Iudex ex-
16 communicaret exemptum, ex eo quod citatus non veniſſet, ſententia eſſet nulla, etiam ſi ignoraſſet eum eſſe exemptum, quia talis ignorantia non poteſt facere eum Iudicem, qui non eſt, *Spec. d. n. 20. in fin.*

17 In criminalibus etiam poteſt in monitorijs, ſeu citationibus, imponi pœna contumaci. *Clar. in in §. fin. q. 31. verſ. item quære numquid num. 6.* vbi dicit, quem non poſſe citari ſub pœna confiſcationis bonorum.

18 In feudalibus citatio continens pœnam publicationis bonorum feudalium, & allodialium, etiam emanata à Principe, non tenet, reſpectu feudalium, quando præceptum fit ſuper his, quæ non pertinent ad naturam feudi, ſecus ſi fieret ad faciendam recognitionem, vel ad exhibendum ſeruitium, vel ad præſtandum iuramentum fidelitatis, & ſic ſuper his, quæ pertinent ad naturam feudi, nam tunc valeret *Natta conſ. 593. num. 2. lib. 3. & conſ. 594. num. 18.*

19 Solet præcipi in monitorijs, ſeu citationibus, vt citatus monituſque compareat ſub pœna ducentorum, vel alterius ſummæ. Si verò in citatione diceretur ſub pœna æris, & perſonæ, citatio non valeret. *Angel. in l. fin. C. de canon. largit. lib. 10.* poſt *alios Natta conſ. 593. num. 5. lib. 3.* Nec etiam
20 valeret ſi quis citaretur in ciuilibus, ſub pœna amiſſionis cauſæ, vel in criminalibus ſub pœna confeſſi criminis. *Alex. in l. 1. §. fin. num. 8. ff. ſi quis ius dic. non obtemper. Farinac. de delict. q. 8. n. 36. Mar. Antonin. var. reſolut. reſol. 28. num. 7. lib. 3.*

21 Et ſi quis citetur ſub maiori pœna, qua poteſt citare, citatio valet, ſed non pœnę impoſitio *l. tutore, qui repertorium §. ſolent ff. de adminiſtr. tutor. Andr. de Iſern. in conſtit. incip. pœnam nouem num. 60.*

S V M M A R I V M.

1 *Litigator debet comparere coram Iudice, non Iudex coram litigatore.*

2 *Eſt deſignandus locus, vbi debet citatus comparere, & qualis ſit iſte locus? & à n. 3. ad num. 20.*

21 *Locus, ad quem quis citatur debet eſſe tutus, alias citatus non tenetur comparere, & qualis ſit locus non tutus, & à n. 22. ad n. 49.*

50 *Quando exceptio loci non tuti ſit proponenda? & à nu. 51. ad n. 65.*

66 *An per ſaluum conductum tollatur exceptio loci non tuti? & à n. 67. ad n. 81.*

82 *Saluus conductus debet ſeruari, ſicut, & fides data a Principe, & à n. 83. ad n. 101.*

102 *Citatus ad locum non tutum, an teneatur comparere per procuratorem? & à n. 103. ad n. 115.*

116 *Locus vbi quis citatur debet eſſe honeſtus, & inſignis, & nu. 117.*

118 *Locus ille non debet diſtare à loco citati, & nu. 119. 120. 121. 122.*

123 *Quando citatus non teneatur comparere? & nu. 124. 125.*

De loco in citatione exprimendo.

QVÆSTIO XXXIII.

1 Litigator coram Iudice debet comparere, nõ Iudex corã litigatore, & ſi quauis dignitate fulgeret *l. iubemus §. fin. C. de epiſcop. & cleric.* Et propterea neceſſe
2 eſt, vt intelligat citatus ad quem locum venire, & comparere debeat, *Caluol. in praxi §. citatio, concluſ. 3. num. 39. Grattian. cap. 60. num. 9. Borrell. tit. 44. num. 44. Taſſon. de anteſ. verſ. 2. obſ. 1. nu. 75. Farinac. in fragm.* poſt *repert. Iudic.* verb. *citatio n. 20. Tuſc. concluſ. 231. num. 2. lit. C.* poſt alios *Baron. de citat. q. 37. num. 2. & ſeq. Gaill. obſ. 52. lib. 1. Vrall. dec. 274. lib. 3.* & quia Iudex ordinarius habet ſuum Tribunal, in quo ipſe, & ſui maiores conſueuerunt ius reddere, ideò ſi citet ſine expreſſione loci, intelligitur citare, vt compareat ad ſuum Tribunal, ad locum maiorum, ſeu conſuetum, in quo ius reddi ſolet *Bar. in l. ſi vt proponis la 2. C. quomod. & quand. Iud. DD. in cap. fin. & ibi, Abb. num. 6. de reſcript. Capuaq. dec. 274. nu. 4. p. 3. Vant. hic num. 61. & 63. Borrell. d. tit. 44. n. 45. Reg. Sanfel. in praxi ſect. 6. num. 1. Menoch. conſ. 100. num. 178. Ricc. collect. 2104. verſ. item citatio. Scialoya de forindic. cap. 5. num. 15.* Aliàs ſi Iudex
3 faceret actum in alio loco, quam in ſuo Tribunali conſueto, nulliter ageret *l. cum ſententiam C. de ſentent. & interloc. omn. iudic.* vbi *gl. 1.* notat; ſententiam latam ab ordinario alibi, quam in loco maiorum, non valere, diximus *in rub. 9. 10.*
4 Sic etiam ſi quis citatus fuerit coram Præſide Prouinciæ, qui habet Tribunal in tota Prouincia, & in quolibet loco Prouinciæ. *Gemin. in c. ſi Epiſcopus de offic. deleg. in 6. Vant. hic num. 64. ex l. ex omnibus cauſis cum duobus ſeqq. ff. de offic. Præſid.* Intelligitur citatus in loco certo, vbi conſueuit ius reddere, quod ſi ſententiam ferret in

alio

alio loco, ſententia non valeret. l.ſi vt propoꝰis, la 2.C.quomod.& quand.Iud.Vant.hic nu.64. Foller.ad Marant.p.6.membr.1.num.64. Si verò cer-
5 tum locũ non deſtinaſſet,tenetur comparere ad eũ
locum,vbi morari contingerit quocunque vadat,
ſiuè moretur. Foller ad Marant.p.6. membr.1.d.n.
64.Vant.hic d.nu.64.Et Pręſes poteſt deputare
6 locum in propria Camera ad ius dicendum, Bal.
in d.l.ſi vt proponis la 2.Maranta in ſpec.p.6.ver.
rectè concipiatur citatio d.nu.64. & ibi, addit. Sic
7 etiam ſi Curia ordinarij non habet certum Tri-
bunal,tunc citatio ſine expreſſione loci non va-
let. Bar. & DD.in l.ſi vt proponis la 2. C.quomod.
& quand.Iud.latè Baron.de citat.q.37.num.7. in
fine.

8 Sed Delegatus ſi certum Tribunal non habet,
& ideò delegans ſi non exprimit certum locum,
cenſetur mandare, vt iudicet in loco conſueto, &
partibus non incommodo,l.ſi locus ff.de iudic.ibi:
Si locus in iubendo iudicare non eſt comprehenſus:
videtur eo loco iudicare iuſſiſſe, quo ſolet iudicari ſi-
nè incommodo litigantium. DD. citati ſup.in princ.
Scialoya d.c.5.n.15.

9 Verum poſt quam elegeret quo loco velit iu-
dicare, debet illum parti intimare, ſeu in citatio-
ne inſere, & ità illum deſignare,nè reſultet loco-
rum æquiuocatio, ad tex.in cap.fin. de reſcript.
Alex.conſ.71. lib.7. Vant.hic num.61. Maranta
vbi ſup.num.64.vbi Foller.Scacc.de iudic.cap.31.
num.24.Ricc.collect.2104.Borrell.d.tit.44. nu.46.
Baron.de citat.q.37. num.8. Aurumæus de Iure pu-
10 bl.tom.2.diſc.5.membr.1.num.13.Alias vel non
expreſſo loco,vel æquiuocè deſignato,citatio de-
legati non arctaret ad comparendum Alex.conſ.
71.num.5.lib.7.Maranta d. verſ. rectè concipiatur
citatio num.64.iuncta addit. Et ſi Iudex ordina-
11 rius ſolitus ſit in duobus locis ius reddere, vt
putà ad Tribunal maiorum ſuorum, & in Sala
domus ſuæ, citatio non valeret vno loco non
expreſſo, tanquam incerta, cum Iudex eodem
tempore nequeat duobus in locis ſedere. Rolan.
conſ.94.n.26.lib.2.

12 Sic ne dum exprimendus eſt in citatione lo-
cus examinis teſtium, ſed etiam locus loci, Bar.
& alij in l.de pupillo §. qui nunciat ff. de nou.oper.
nunciat. Felin.in cap.1. num.12. de fide inſtrum.
Put.dec.262.lib.1. Quod verum eſt, quando ex
13 alijs circumſtantijs non poteſt intelligi, ſecus
autem quando locus loci ex præcedentibus actis
aut alijs circunſtantijs percipi poteſt, Bar.in l.ſi
quis ex argentarijs §.ſi initium num.27.ff.de edend.
Bal.conſ.208.num.2.lib.1.Mantica dec.64.num.1.
14 Et quando citatio fit ad certum locum, ad aliũ
non poteſt extendi Felin.in cap.1.num.22. de iu-
dic.Carpan.ſuper ſtatut.Medi.l.c.1.n.89.

15 Facta citatione pro iuramento teſtium ad cer-
tum locum, ſi teſtes iurent extrà illum parte ab-
ſente,examen eſt nullum Felin.in cap.in nomine
Domini num.37.verſ.vltimo ſecus de teſtib. Veſtr.in
praxi lib.6.cap.2. num.16.&. 20. & ibi Addit.nu.
53.Rot.apud Marcheſ.de commiſſ.p.3.f.102.

16 Et citatus non reputatur contumax, quando
ad aliquem actum fuit citatus ad vnum locum,
qui poſteà in alio geſtus fuit Felin.in cap.conſuli-
uit col.1.de offic.delig.Bal.in cap.cum M.col.4.ver.
item nota de conſtit.Alex.in l.qui autem col.fin.ff.de
verb.obligat. Rolan. conſ.94. num.25. lib.2. Nec
17 etiam valeret citatio facta ad videndum iurare
teſtes alternatiuè ad hunc,vel ad alium locum,
propter incertitudinem Spec.in tit.de citat. §.1.n.
18 12.Nam alternatiua regulariter parit incertitu-
dinem,& ambiguitatem l.ſed,& ſi ità ff.de ſtipul.
19 ſeruor.Cum citatus alternatiuè ad vnum,vel aliũ
locum incertus eſſet, quo loco deberet compare-
re, cum electio loci iuris dicendi ad Iudicem
ſpectet,non ad citatum Natta conſ.18.num.2. lib.
20 1.Idemque eſſet, ſi citatio fieret copulatiuè ad
vnum, & ad alium locum, quia tunc copulatiua
reſolueretur in diſiunctiuam ratione incompati-
bilitatis,cum non poſſit eodem momento, Iudex
eſſe in diuerſis locis. Bar.in l.ſi is qui §. vtrum,
ff.de verb. dub. Ruin.conſ.150. col.2. vol.5. Rolan.
conſil.94.num.27.lib.2. alia ad hanc materiam,
diximus in rubr.10.q.15.

21 Locus, ad quem quis citatur debet eſſe tutus
l.2.§.ſi quis ff.ſi quis caut. Clem.paſtoralis §.piſana
de re iudic.Gaill.lib.3.obſ.52.num.3.Antonell.de
loco legal.lib.2.cap.1.num.112.Vrſell.concluſ.Iuris
verb.acceſſus Baron.de citat.c.37. num.9. Zanger.
de except.p.2.cap.5.

22 Aliàs citatus non tenetur comparere d.clem.
paſtoralis de re iudic. Barboſ.in l.ſi quis ex aliena
num.46.ff.de indic. Gaazin.defenſ.12. cap.1. num.
30.Velaſc.dec.81.num.3. Peregri.dec.98. num.10.
Borrell.tit.44.num.47.48. Tap.dec.S.C.16. nu.19.
Barboſ.in cap.ex parte num.2. de appell. Auendan.
de metu cap.15.num.79.& 80.lib.2.Afflic.conſult.
35.num.16.& ſeqq. Affl.dec.289.num.20. Scialoya
de foriudic.cap.8. num.48. Ciarl.diſc.ept.crim. di-
ſcept.22.num.90.tom.2.Rota diuerſ.dec.132.tom.2.
Arumæus de Iure publ.tom.2.diſc.5.num.13.Greuei
concluſ.52.conſid.1.num.1.& de pp.lib.2. cap.11.
num.7.Scacc.de iudic.cap.32. num.26. Salgad.de
reg.protect.p.2.cap.1. num.21. poſt alios Baron.de
citat.q.37.num.9.& ſeqq. Ripol.var.cap.3.nu.333.
Pacian.de probat.lib.2.cap.49.vbi num.56.exem-
plificat in gibellino citato ad comparendum in
loco vbi Guelphi regnant.

23 Et vt quis compareat ad locum non tutum,
non poteſt mandari, nec per Iudicem, nec per
Principem,nec per Imperatorem Soccin.de citat.
art.18.Vant.in rubr.de nullit.ex defectu iurſd. or-
din.num.165.Marſil.ſing.261.Affl.dec.289. num.
24.Rolan.conſ.68.num.21.lib.2. Clar.§.fin. q.34.
Menoch.conſ.100.Maſtril.dec.235.nu.14.Laurent.
de Iudice ſuſpect.cap.10.num.1.& ſeqq. Ratio eſt,
24 quia citatio fit, vt quis ſe defendere queat, quę
ſi fieret ad locum non tutum,inutilis eſſet,cum
non pateret tutus acceſſus, & ſinè mortis peri-
culo accedere citatus non auderet cap.accedens il
2.vt lite non conteſt. Vmmius in proceſſ.diſp.5.th.
10.num.53.& diſp.7. th.2.num.11. Pruckm vol.
2.conſ.4.num.56.Maſcard.de probat.concluſ.19.n.
25 10.Ratio rationis eſt quia Princeps facultatem
ſe defendendi, quam natura omnibus animanti-
bus conceſſit, nemini poteſt auferre, vt latiſſimè
diximus in hac rubr.in princ. Et quamuis de Iure
Saxonico quatuor tantum impedimenta allegari
poſſint contra citationem,tamen, Licet hoc non
exprimatur, intelligitur comprehendi Speckhan.
cent.

tent.1.q.59.num.41.Arumaus ſup.num.13. in fine.
27 Ad cuius rei explicationem quinque diſcu-
cienda proponemus. Primum quando quis dica-
tur citatus ad locum non tutum? 2.An, & quan-
do exceptio loci non tuti ſit proponenda? 3.An
à reiectione exceptionis loci non tuti ſit appel-
landum? 4.An, & quando per ſaluum conductum
prædicta exceptio loci non tuti,excludatur? 5.&
vltimum, An citatus ad locum non tutum,tenea-
tur comparere,ſaltem per procuratorem?Quo ad
28 primum certum eſt,quod citatus dicitur quis ad
locum non tutũ, quãdò illuc accedere non poſſet
abſque timore necis, vel alterius violentię *l.3.
ff.quibus ex cauſ.poſſeſſ.cat.Iacob.Laurent.de iudic.
ſuſp.c.13.n.15.*
29 Et ex pluribus poteſt contingere, quod quis
citatus non habeat tutum acceſſum. Vel quia ſit
rebellis Principis,ad cuius locum citatur. *Clem.
paſtoralis de re iudic* Coram quo, cum non poſſet
ex iuſto timore,comparere,ſententia lata nõ va-
leret. *Bal.in tit.de pace conſtant.in* verb.*ſententia
quoque num.1.Ladesch.conſ.94.num.1.Antonell.vbi
ſup.num.144.*
30 Vel quia ſit bannitus, relegatus, ſeu exititius
eiuſdem loci, ad quem citatur. *gl.in l.de ætate in*
verb. *licent ff.ad Trebell. Bal. vbi ſup.Laurent.ſup.
Boſſ.tit.de citat.nu.35. Vin.opin.31. Suar.commun.
opin.*verb. *banniti num.8. Farinac.q.11. num.58.
Pacian.de probat.lib.2.cap.46.nu.12. & ſeqq.* Vel
31 quia timeret potentiam citantis *l.3. ff. de do
nat.cauſ.mortis Coler.de proceſſ.exec.p.4. cap.1.nu.
199.Zanger.de except.p.2.cap.5. num.5. Farinac.
q.11.num.56. Maſcard.de prob.concluſ.19. num.1.*
32 Vel quia citans eſt amicus inimicorum eiuſdem
citati, vel eos habet inter familiares *l.liberi C.de
inoffic.teſtam.l.ſciendum §. ſi accuſatio ff. de lega-
tion.Coler.& alij ſup.Baron.d.q.37.* Vel quia in eo
33 loco timet potentiam ſui aduerſarij *cap. ſtatutum
§.cum verò de reſcript.in 6. Coler. & alij ſup.* Vel
34 quia ibidem cum alijs ciuibus habet graues ini-
micitias *cap.cum R.de offic.deleg. & cap.accedens
il 2.vt lit.non conteſt. Panorm. in cap.cum R.Cano-
nicus de offic.deleg.* & ibi *ſcribentes,& in cap.ſtatu-
tum de reſcript.in 6.Felin.in cap.repellantur de ac-
cuſat.Ripol.d.cap.3.num. 333.Laurent ſup.Farinac.
q.11.poſt num.56.ver.& inter Cartar.de exeq.ſent.
cap.fin.num.256.Antonell.d.cap.1. num.114.* Vel
35 quia habet inimicitias graues in locis, per quæ
neceſſariò deberet tranſire *l.4. ff.de donat.cauſ.
mort.c.de cætero de ſent.excommun.d.cap.aſcendens
il 2.vt lit.non conteſt.Nig.in cap.regni poſt commiſ-
ſum num.22.Piſtor.conſ.49.num.7.vol.2. Arumæus
diſc.ad auream bull.1.ab.19.Coler.vbi ſup.nu.207.*
Si vero poſſet tranſire per alia loca, non excuſa-
retur *Coler.num.216. Greuen.concluſ.52.concl.1.
num.13.& ſeqq.lib.1.Scacc.de iudic.lib.1. cap.32.
num.28.Beer.dec.40. num.10.* Vel aliter non ſunt
tuta loca tranſitus, niſi declinata recta via, per
obliquam tutò ad iudicij locum venire poſſit.
*Barboſ.in cap.accedens il 2.vt lite non conteſt. Ba-
ron.de citat.q.37. num.15. Carauit.in rit.268. nu.*
4.vbi dicit excuſari illum, qui cum veniſſet cita-
tus ad Curiam, per fluminis inundationem non
potuit tranſire. Vel quia non eſſet tutus acceſſus
propter guerras, hoſtilitates, & hoſtium incur-
ſus, cum bella, & hoſtilitates iuſtè timeantur *d.
clem.paſtoralis de re iudic. Laurent.ſup. DD.ſup.cit.*
37 Vel quando citatur ad locum morboſum, ſeu
peſtiferum *cap.negotiatorem 88.diſtinct.clem.1.de
foro compet.cap.ex parte el.1.de appell.cap.accedens
el.2.vt lite non conteſt.Rolan.conſ.81. n.31. lib.1.
Auendan.de metu lib.2.cap.15.num. Ripol.d.c.3.
num.335.Laurent.ſup.Scialoyn d.c.8.num.48.in fi-
ne Antonell.ſup.num.114.*Seu ad locum mali aeris
38 *cap.ad ſupplicationem de renunciat.* vbi *gl. & in c.
communis filius 23. diſtinct. &* eſt *tex. in cap.quo-
rundam 74.diſtinct. Thomas Actius de infirm.eiuſq;
priuil.p.1.cap.41. num.41. Scacc.de iudic.cap.31.
num.33.Guazzin.defenſ.12.cap.1. nu.45. Pacian.
de probat.lib.2.cap.46.nu.25.& ſeqq. Antonell.ſup.*
39 Et ad effectum,vt citatus excuſetur,ſatis eſſet,
ſi à peritis diceretur aerem eſſe corruptum, nam
nemo tenetur ſe committere periculo, nec conſi-
dere complexioni. *Felin.cap.accedens il 2. num.
11.concluſ.6.vt lite non conteſt. & in cap.ex tranſ-
miſſa num.3.de præſcript.* eſt *tex.in c.quæritur 22.
q.2.& in cap.ſi nullus 23.q.8. Pacian.d.cap.46. nu.
76.& ſeqq.*vbi dicit, ceſſante dicto malo aere,ceſ-
ſare impedimentum *Baiard.ad Clar.q.34.n.33.*
40 Sed quid dicendum de æſtiuo calore? Et reſo-
lutiuè dicimus, non excuſare, per *tex.in cap.cum
dilecti,in fin.de dolo, & contumac.*ibi: *vt cumque
excuſauerat moram ſuam, & calores æſtiuos,* vbi *gl.
in* verb.*calores* refert vulgatum carmen: *Nos ge-
nus ignauum tecto gaudemus, & vmbra,* Et notat
quod menſis Augusti non excuſat, quin teneatur
quis proſequi appellationem ad Curiam. *Barboſ.
in d.c.cum dilecti nu.10.*
41 Eſt tamen verum, aliquibus populis, periculo-
ſum eſſe tempore æſtiuo ad aliqua loca accedere,
cuius rei duplex exemplum adducimus. Primum
in toto noſtro Regno Neapolitano, ſignanter
Brutij ad Ciuitatem Neap. non ſine magno vitæ
periculo accedunt, ideo non tenentur de menſe
Auguſti, & Septembis comparere in Tribunali-
bus Neapolitanæ Ciuitatis,ſed poſſunt excipere
de aeris intemperie. *Follev.in praxi crim.p.1.2.p.
in* verb.*Audiantur excuſatores. Vin.dec.343.num.
17.p.2.De Laurent.de Iudic.ſuſp.cap.13. num.10.
Scaglion.& Carauit.rit.153.num.27. Maſcard.de
probat.concluſ.20.Guazzin.defenſ.12.cap.1. n.45.
Reg.Sanfel.dec.31.n.1.Baiard.ad Clar.q.34. n.31.*
Quod obſeruatur Romæ in Curia A. C. nam
omnes regnicolæ, & clerici dicto tempore non
comparent, licet ſint citati,niſi cauſa ſit ardua,
putà homicidij, & ſimilis *Pacian.de probat.lib.2.
cap.46.num.74.& ſeqq.* Et in M.C.V. noſtri Re-
gni ſeruatur, quod ſi citetur hoc tempore perſo-
na nobilis degens in partibus, oppoſita hac ex-
ceptione temporũ æſtiuorum ſit decretum, quod
præſtita cautione per viam expromiſſionis per
dictum citatum,de ſe præſentando finitis tempo-
ribus æſtiuis, ſuperſedeatur. *Reg.Sanfel. d. dec.
31.num.4.*
42 Secundum exemplum eſt de Ciuitate Roma-
na, ad quam periculoſum eſt venire Gallis, &
Vltramontanis.Ideò ſi Vltramontanus iuraret ſe
Romæ moraturum, non teneretur de Menſe Au-
guſti, propter periculum vitæ *gl.in cap.ſi verò, in
43 verb.ſalutis de iur.iur.* Imò quod Romæ non ſit

ſanum morari, generaliter dicit gl. in cap. quali-
ter in verb. quatriennio 7. q. 1. Quod peruenit ex
cloacarum numeroſitate, & immunditiis, vt dedu-
citur ex l. vnic. ff. de cloac. Vndè dicit Rip. in tract.
de peſte tit. de remed. præſeruat. num. 51. quod donec
Roma cloacis vſa fuit, ſanum fuit, & ſalubre
ibi habitare. Nam antiqui Romani maximam
cloacarum curam habebant, ſed poſt quam Ro-
ma cloacis caret, periculoſum eſt ibi habitare;
quod an ſit verum veritati me remitto. Vel quia
45 quis citatur ad locum inhoneſtum l. ſi cum dies
§. ſi arbiter ff. de recept. arbitr. Bar. in l. 2. num. 8. ff.
ſi quis in ius voc. non ier. Scialoya de foriudic. cap. 8.
n. 50. Nouar. ſuper rubr. de citat. n. 9.
46 Quæ omnia procedunt ſi quis citetur tam ad
cauſas ciuiles, quam criminales. Maſtrill. dec.
135. num. 14. & 15. Ripoll. var. tit. de citat. à n. 332.
ad num. 350. & à num. 358. ad num. 361. Nouar.
ſuper pragm. in rubr. de citat. num. 10. & 11. Inuigl.
ſing. 76. num. 22. & ſing. 94. num. 23. lib. 3. Etiam ſi
47 citetur ad cauſam executiuam, vel executionem
Cameralem. Coler. de proceſſ. execut. p. 4. cap. 1. nu.
168. & ſeqq. Antonell. ſup. n. 131.
48 Vel tandem quia periculum immineret etiam
aduocato, procuratori, vel teſtibus, quia citatio
adhuc non arctat ad comparendum Gaill. practic.
obſeruat. 52. num. 9. Maſcard. de probat. concluſ. 19.
num. 7. Ricc. coll. 2104. Borrell. tit. 44. num. 48. Gua-
zin. defenſ. 12. cap. 1. num. 31. Nouar. vbi ſup. Car-
pan. d. cap. 1. num. 92. Scacc. d. q. 32. num. 33. in
fine. Pacian. de probat. lib. 2. c. 46. vbi dicit, nec eo
caſu teneri mittere procuratorem, aut excuſato-
rem, & declarat quando cauſa eſt grauis, &
quando non citatur à Papa, vel alio Supremo
Principe, nam tunc etiam in cauſis grauibus eſt
mittendus procurator, quod ego intelligerem
de aduocato, & procuratore neceſſario, vt puta
quia eſſet effectus dominus litis, alioquin poſſet
in illum locum alium ſibi conſtituere procura-
torem, vel aduocatum. Sed Rip. in tract. de priuil.
49 cauſ. peſtis num. 4. tenet quod non tenetur mitte-
re procuratorem, quia qui per ſe vult defendere,
non debet compelli tueri per alterum.
50 Quo ad 3. diſcutiendum. An, & quando ex-
ceptio loci non tuti ſit proponenda; diſtin-
guendum eſt. Aut notorium eſt, locum non eſſe
tutum, aut non. Dicitur notoriè locus non tutus,
quando impedimentum prouenit ex cauſa gene-
rali, videlicet ex cauſa peſtis, aeris infecti, belli,
& publici banni, at quando impedimentum pro-
uenit ex cauſa particulari, nempè ex cauſa ini-
micitiarum, & hoſtium incurſionis, tunc locus
non dicitur notoriè non tutus, ad dicta per Dec.
in cap. ex parte el 2. de appellat. num. 1. & ſeqq. Me-
51 noch. conſ. 100. n. 204. Itaque quando quis citatur
ad locum peſtis, aeriſue infecti, vel belli, vel ban-
ni, citatio ipſo iure eſt nulla abſque alia miſſione
excuſatoris, vel propoſitione exceptionis loci
non tuti d. clem. paſtoralis, verſ. notorium Aff. dec.
29. num. 3. Vant. in rubr. ex defect. Iuriſd. num. 166.
Innoc. in cap. 2. n. 3. de dolat. Bar. in l. fin. de reſtit. in
integr. num. 8. & 9. Guazin. defenſ. 12. cap. 1. nu. 33.
Farinac. q. 11. n. 50. & de carcerib. q. 34. nu 51. R.
Tap. dec. S. C. 16. nu. 19. Auendan. de meta c. 15. nu.
79. & 80. Coſta Sicul. conſ. 83. nu. 9. Scacc. de iudic.
cap. 32. n. 32. & de appell. q. 17. lim. 47. n. 9. 10. &
13. Caſſan. ſuper conſuet. Burg. rubr. 1. §. 6. n. 95. Ri-
poll. var. tit. de citat. c. 3. num. 332. & 336. Baron. de
citat. q. 37. nu. 25. Vtm. opin. 226. Corn. conſ. 159. lib.
1. Antonell. de loco legali lib. 2. c. 1. nu. 125. Greuen.
concluſ. 52. conſid. 1. n. 4. Arumaus de Iure publ. tom.
2. diſc. 5. n. 16. & 17.
52 Quandò verò quis citatur ad locum non tutũ
propter inimicitias, vel hoſtium incurſiones, tunc
debet exceptio loci non tuti allegari per excu-
ſatorem, & probari etiam cũ proteſtatione, quod
ſtantibus impedimentis ad vlteriora non proce-
datur. Franc. in cap. ex parte il 1. de appellat. Abb.
in cap. 2. de procurat. Felin. in c. accedens il 2. verſ.
ſeptima concluſio vt lit. non conteſt. Vant. ſup. num.
166. Dec. in d. cap. ex parte Menoch. conſ. 100. num.
204. Aff. dec. 289. num. 24. Ripoll. d. c. 3. num. 344.
& 345. Rip. de peſte c. 3. num. 27. Franc. Marc. dec.
124. dicentes hoc caſu conſtito de impedimento
legitimo, ſi proceſſus factus fuerit, declarabitur
nullus. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 46. num 84. &
ſeqq. Farinac. q. 11. num. 55. verſ. qua quidem Guaz-
zin. defenſ. 12. cap. 1. n. 33. Scialoya de foriudic. c. 8.
n. 53. Sed ſi impedimentum conſtet iudici, omnia
acta ſunt nulla, ſecus ſi ignorauerit impedimen-
tum, nam tunc proceſſus valeret, ſed citatus reſti-
tueretur in integrum Aff. dec. 29. num. 4. Baiard.
ad Clar. q. 39. n. 26.
53 Et exceptio loci non tuti, licet ſit dilatoria,
Zanger. de except. p. 2. cap. 5. nu. 2. tamen quando-
cumque poteſt opponi, etiam poſt litis conteſta-
tionem, ea ratione quia continet grauamen ſuc-
ceſſiuum, non autem momentaneum Felin. d. cap.
accedens il 2. num. 13. vt lite non conteſt. Gaill. obſ.
52. num. 3. lib. 1. Rip. de peſte tit. de Iudic. cauſ. peſt.
num. 5. verſ. tertio dubitatur Guazzin. defenſ. 12. c.
1. n. 42. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 46. n. 6. & ſeqq.
Antonell. ſup. n. 119.
54 Sed non ſufficit quod excuſator excipiat de
loco non tuto, ſeu impedimento, ſed eſt neceſſe,
vt etiam probet adhibitam fuiſſe diligentiam
pro eo remouendo, vt puta quod citatus ingreſſus
fuerit iter, & vi tempeſtatis fluminis, vel incur-
ſu militum, ſeu inſidijs hoſtium, non potuerit
vlterius progredi Bar. in l. 2. §. quod diximus nu.
2. ff. ſi quis cautior. Vant. vbi ſup. nu. 166. Boer. dec.
55 40. num. 4. Ratio eſt quia impedimentum debet
eſſe neceſſarium, & ineuitabile, ad hoc vt proſit,
aliàs ſi potuiſſet aliquo pacto euitari, non pro-
deſſet; nam non dicitur impeditus, qui de facili
poteſt impedimentum remouere, & qui non agit,
vt impedimentum remoueatur, dicitur illud vel-
le, & pati. Bal. in l. ſed, & ſi §. 1. ff. ex quibus cauſ.
maior. & in l. quibus diebus, in princ. ff. de condit. &
demonſtrat. Dec. conſ. 677. n. 3.
56 Excuſans propter impedimentum ob non tu-
tum acceſſum, debet exprimere cauſas, quæ lo-
cum reddunt non tutum, alias ſi generaliter de
non tuto loco opponeretur, citatus à contuma-
cia non excuſaretur, & inſtet dari terminum ad
probandum, quod locus non ſit tutus. add. ad Pa-
cian. de prob. lib. 2. cap. 46. lit. N. reiecta opinione
Menoch. conſ. 100. num. 202. inter locum non tu-
tum generaliter, & locum non tutum particula-
riter Antonell. vbi ſup. n. 115.

Et

Digitized by Google

Et qui vult excuſari propter impedimentum, debet probare ne dum impedimentum,ſed etiam diligentiam pro eo remouendo *Felin.in cap. ex tranſmiſſa in princ.de præſcript.*cum alijs *per Ludo-*
57 *uiſ.dec.501.num.1.*Quę probatio debet eſſe clara, & liquida,vt dicit *Ludouiſ.d.dec.501. num.2.* ex *deciſionibus* per eum relatis. *Zanger.de except. p.2.cap.5.nu.6.Arumæus de Iure publ.p.2.diſc.5.n.27.* Quomodo probetur locus non tutus differit *Maſcard.de probat.concluſ.17.& ſeqq. vol.1. Menoch.de arbitr.caſ.153.nu.2. lib.2. Pacian.d.c.46. n.63.& ſeqq.*

58 Exceptio loci non tuti poteſt opponi,etiam ſi ſit ex propria culpa citati. *Pacian.d.c.46.num. 60.& ſeqq.Baiard.ad Clar.q.34. num.29. & ſeqq. Scialoya de foriudic.cap.8.num.59.* quidquid dicat *Marſil.de bannit.*verb.*contumacia num.37. Antonell.d.lib.2.cap.1.num.114. Peuc.conſ.4. num.58. & ſeqq. vol.2. Arumæus de Iure publ. p.2. diſc.5. num.30.*

59 An autem exceptio loci non tuti probari debeat teſtibus, vel ſolo iuramento, controuerſia eſt inter *DD.*qui tamen pro maiori parte conſentiunt,relinquendum fore arbitrio Iudicis,qui cōſiderata qualitate perſonæ , & impedimenti , & alijs circumſtantijs, quandoque requiret plenam probationem, quandoque ſemiplenam,quandoq; ſolum impedimentum;nam euenit ſæpè, vt impedimenta occurſa in remotis partibus probari nequeant,vel teſtibus,vel inſtrumentis,adeò vt prudentia , & arbitrio iudicis opus ſit. *Guid.Pap.q. 64.num.1.*& ibi *Add.Menoch.de arbitr.iudic.caſ. 118.Pacian.de probat.lib.2.c.46.num.99. & ſeqq. Antonell.d.c.1.n.128.*

60 Ad allegandum locum non tutum, & alias exceptiones conſiſtentes in facto , puta carcerationem, abſentiam, & reliqua, admittitur excuſator ſine mandato, ſecus ad proponendum ius,ſeu defenſiones citati ad *tex.in l.pen.§.ad crimen ff. de publ.iudic.* & ibi *Bar.Clar.in §.fin. q.33. in princ.* ver.*ſed nunquid* cum verſ.*ſeqq.Gabriel lib.2.concl. 3.de excep.Rip.de peſte de iudic.cauſ.peſt.n.20. Ripol.d.c.3.n.346.Guazz.defenſ.22. cap.2. poſt nu.7. & nu.39. Farinac.q.99.p.2.num.280.& ſeqq. Antonell.ſup.n.116.*

61 Sed quando locus notoriè non eſt tutus , tunc an ſaltem citatus debeat proteſtari coram honeſtis viris, quod cōparere, niſi locus eſſet notoriè non tutus,ſaltim ad euitandas expenſas,licet ſint opiniones hinc , & inde , Tamen communior eſt opinio,quod non requiratur talis proteſtatio, cū impedimentum ſit ex caſu fortuito. *Rip.vbi ſup. de peſte tit.de iudic.cauſ.peſt.num.21.* ſed dicit tutius eſſe proteſtari *Ripol.var.c.3. n.349. & 350. Pacian.de probat.lib.2.c.46.nu.4.*

62 Quo ad 3.An à reiectione exceptionis loci non tuti,ſit appellandum ? eſt dicendum, quod ſi locus eſt notoriè non tutus,citatio ipſo iure non teneret, etiam abſque alia allegatione,vel appellatione, nec ſit contumax *d.clem.paſtoralis* verſ. *notorium de re iudic.Innoc.in cap.2.de dilat.* cum alijs per *Rolan.conſ.68.num.21.22. & 29. lib.2. Coſta ſicul.conſil.83.num.9. Antonell.d.lib.2.c.1. num.125.*

63 Sed quando locus non eſt notoriè non tutus, tunc ſi exceptio loci non tuti propoſita reijciatur, poteſt appellari. *Bar.in l.recuſare §.ſi quis alio in fin.ff.de Trebell.*& eſt *tex.in cap.ex parte il 1.de appellat.Saigud.de reg.proteſt.p.2.cap.1.n.20. Menoch.conſ.466.num.4.Guazzin.defenſ.12.cap.1. n. 41.Scialoya de foriudic.cap.8.nu.51.*Et quod cita-
64 tus ad locum non tutum, poſſit appellare , & ſi non petat locum ſecurum,dixit *Rot.in antiq.dec. 5.de dolo, & contumac.*Et quoties quis eſt citatus
65 ad locum non tutum,toties poteſt appellare , licet prima,vel ſecunda vice non appellauerit,quia hoc grauamen reiteratur, & ſucceſſiuum eſt, & à grauamine ſucceſſiuo ſemper appellatur. *Abb.in d.cap.ex parte il 1.de appell.&* ibi *Dec.n.3.Scacc. de appellat.q.12.n.144.*

66 Quo ad quartum,an per ſaluum conductum tollatur exceptio loci non tuti ? Eſt conſiderandū quod ſi locus non ſit tutus,vel quia morboſus, vel inhoneſtus,nemo eſt , qui ſaluum conductum poſſit dare, ſed ſolum quando locus non eſt tutus vel ratione rebellionis,& banni,vel ratione inimicorum,vel ratione belli, vel hoſtium incurſus. Itaque ſi Rebellis principis,vel bannitus,ſeu expulſus à Ciuitate citetur pro nouo delicto , & ei offeratur ſaluus conductus ab eo,cuius eſt rebellis, vel à Ciuitate, à qua fuit expulſus, ſeu bannitus, nihilominus quod non arctetur ad comparendum eſt *tex.in 1.reg.c.24. circa finem* ibi: *quis enim cum inuenerit inimicum ſuum, dimittet eum in via bona Maſcard.de probat.cap.19. nu.9. & ſeqq. Tuſc.*verb.*citatio concluſ.236. Nouar.ſuper pragm. in rubr.de citat. nu.10.Fr.Marc.dec.76.vol.2.Menoch.conſ.100.nu.185.& 186.Borrell.tit.44. num. 50.Guazin.d.c.1. num.43. in fin. Antonell.de loco legat.lib.2.cap.1.n.127. Pet.Prem.de Secur.promiſ. 6.7.n.97.& ſeqq.Vmmius in proceſſ.diſp.9.tb.2.nu. 7.Greuen.concluſ.52.conſid.1.n.5.Bortholt.de feud. cap.8.nu.21.Scacc.de iudic.lib.1.c.32. nu.27.Arumæus de iure publ.tom.2.diſc.5.nu.19.& ſeqq.*

67 Plura ſunt exempla in hac materia. Alphonſus Tarraconenſis quendam odio proſequebatur, eumque cum ad ſe fraude quadam adduxiſſet *data fide, præſtitoq; iuramento*, mox eum morti tradidit, quaſi par pari referens , hoc argumento eum deluſit,cum mihi fidem ſępiſſimè fefelleris,ſi ſemel, quod pactus ſum , non obſeruem , iniquo animo pati non debes , referunt plures hiſtorici . Aliud exemplum refert *Aug.Buſbeq.in itiner. Theatrum Vitæ human.* verb.*fidelis,fol.mihi 50.lit.E. Cagnol. in l.ea eſt natura 65.ff.de reg.Iuris num.18.* refert quod cum in vrbem Taurinenſem inſignis quidā latro acceptis literis ſaluiconductus venerat, Cancellarius eiuſdem loci latronem non tantum in continenti captiuum tenuit , ſed etiam ipſum ſuſpendi curauit,& vt ſolum pœnam ſaluum conductum ſeruantis indicaret, literas ſecuritatis ex collo latronis depenſas ſimul in patibulum ſuſpendi iuſſit, alia exempla adducunt *Cagnol.ibid. Menoch.conſ.100.num.192.& ſeqq. Pruckm.ad §. ſol.pot.membr.2.cap.4.eff.5.num.4.& ſeqq. Cyn.in l. præſenti 6.C.de his , qui ad Eccleſ.confug.Moller.2. ſemeſtr.2.nu.1.ad fin.Michael Iſſelt.in hiſt.ſui temporis anno 1572.fol.284. Arumæus de Iure publ. tom.2.diſc.5. per tot.Arumæus ad bullam auream 1. th.20.*

68 Et non deſunt qui tale habent, putà milites,
interpretationis genus in explenda fide, vt in
nullis Codicibus legatur, vt ex *Ceantzio* refert
*Arumæus in diſcurſ.ad bullam auream 1.th.14.Pet.
Prem.de ſecur.promiſſ.cu.7. Vmmius in proceſſ.diſp.
5.th.10.num.53.*
69 Quibus exemplis bene comprobatur dictum
Imp.in §.nouiſſimè Inſtit. de ſuſpectis tutor. vel cu-
rat.ibi: *ſatiſdatio propoſitum maleuolum non mutat.*
70 Et Pontifex rectè admonuit, non eſſe credendũ
huiuſmodi inimicorum promiſſionibus *in c. ac-
cedens il 2.Vt lite non conteſt.*ibi: *& licet litteras
non habuerit de conductu, ſi tamen miſſa ei fuiſſent,
non debebat ſe credere ſuis capitalibus inimicis*, &
vt legitur *in cap.1.22.qu.2.* in dolo iurat, qui
aliter facturus eſt, quam promittit. Et ſaluus cõ-
71 ductus dicitur fragilis cautio *l.qui ita §.1. ff.ad
Trebell.Maſcard.de probat.concluſ.19.n.9.& ſeqq.
lib.1.Scacc.de iudic.cap.32.nu.27.Baron. de citat.
qu.37.num.11. Antonell. de loco legal.lib.2. cap.1.
Arumæus de Iure publ.tom.2.diſc.5.num.19.& ſeqq.*
72 Sed re vera ſaluus conductus per Principes
datus deberet omninò obſeruari omni procul
cauillatione, & tergiuerſatione *l.1.ff.de pactis* ibi:
*quid enim tàm congruum eſt fidei humanæ, quam ea,
quæ placuerunt ſeruare, & l.conuentionum ff.de pa-
ctis, & l.cum indulgentia C.ſententiam paſſis*, ibi:
*cum indulgentia noſtra interueniente ſis reuerſus ad
lares tuos, fruſtra vereris, nè ex annotatione Præſidis
quæ iam abolita eſt, calumniam patiaris.* Et vt dici-
tur *in l.inter claras C. de ſumma Trinit. & fide ca-
thol.Nihil.eſt quod lumine clariori præfulgeat, quam
recta fides in Principe Scialoya* poſt alios *de foru-
e ic.cap.8.num.14.*Plura refert exempla de fide
ſeruata à Principibus, etiam ad fauorem hæreti-
corum *Theatrum Vitæ humanæ* verb. *fidelis, fideli-
tas fol.mihi 46.& ſeqq.& fol.50. lit.C.* refert ali-
quos fidem fallentes punitos, & *per tot.Alberic.in
l.obſeruandum 19.in fine ff. de offic.Præſid.*vbi di-
cit: delinquenti ſecuritatem promittere, ac dein-
de punire, *proditio eſt Conciol.reſol.crim.*verb.*ſaluus
conductus §.4.*
73 Et nè rebelli, vel bannito ſaluus conductus
datus ſeruetur, plures ſe offerunt rationes. Prima
quia ſibi imputari debet, & ſuccurſum, vel auxi-
lium non meretur, dum culpa ſua bannitus fuit,
juxtà *tex.in l.ſi fideiuſſor §.ſi neceſſaria ff. qui ſa-
tiſdare cogant.*poſt alios *Menoch.conſ.100.n.208.
impius Secretarius Florentinus in comment. lib.2.
cap.23.& de Principe cap.8.* vbi dicit, Principi
fidem fallere licitum eſſe. Sed hæc ratio confun-
74 ditur, quia ſicut impium eſt, quem vocare ad lo-
cum, in quo impune poteſt offendi, ità & iniquũ
eſt aliquem ſub fide publica patenti proditione
deludere, non obſtante culpa præcedente, quæ cũ
adhoc ordinata non fuerit, nocere non debet.
Imo caſus, vel difficultas ſuperueniens debet à
pœna excuſare *l. ſi vehenda §. ſi ex conditione
& §.ſeq.ff.ad l.Rod.de iactu Boſſ. in praxi crim.tit.
de citat.nu.36.* & fides ſeruanda eſt, etiam banni-
to *Menoch.conſ.100.nu.198.Caball.caſ.118.n.11
Farinac.q.29.nu.1.& ſeqq.Catal.de indult.cap.55.
nu.154.Scialoya de forindic.c.8.nu.14.*
75 2. Ratio eſt, quia cum hoſte, qui ſuo delicto
priuatus eſt Ciuitate, nulla obligatio contrahi
poteſt, nam ſtipulari non poteſt, qui obligatio-
nis ciuilis capax non eſt *l.multum inteſt.* vbi *Bar.
& alij ff.de verb.obligat.*cum *alijs allegatis per Me-
noch.d.conſ.100.n.189.*Hęc ratio etiam corruit,
76 quia non reperitur iure cautum, quod ſalui cõ-
ductus concedi non debeant, immò permiſſi sũt
l.relegat.in fine ff.de pœnis,ibi: *& nemo poteſt cõ-
meatum remeatumue dare exuli, niſi Imperator ex
77 aliqua cauſa.* Multoties datur ſecuritas bannito,
vt tutè venire poſſit ad Principem, vel eius Iudi-
cem, vel ad dicendum teſtimonium in alia cauſa,
vt veritas appareat, vel ad ſe defendendum de
alio delicto poſt bannum ſibi imputato, vel vt
confrontetur cum alio bannito carcerato, vel vt
alios transfugas detegat, vt poſt *alios* explicat
Menoch.de arbitr.iudic.caſ.337.nu.2.
73 3. Ratio eſt, quod liceat Principi, & Iudici,
nè delicta maneant impunita, diſſimulare, & ca-
uillari, vt delinquentem debitę pœnæ ſubijciant;
& promittere delinquenti impunitatem, ſi deli-
ctum confiteatur, & eundem poſteà confeſſum
condemnare; nam vtilis eſt diſſimulatio, & in tẽ-
pore aſſumenda *c.vtilem 22.qu.2.* Vbi ponuntur
duo exempla, vnum de Iehu Regis Iſrael, qui vt
legitur 4.*Regum cap.*10.Cũ non potuiſſet interfi-
cere Sacerdotes Baal; niſi finxiſſet velle Idolum
colere, dixit congregate mihi omnes Sacerdotes
Baal; Si enim Rex Achab ſeruiuit Baal in pau-
cis, ego ſeruiam ei in multis. Alterum Dauidis,
qui vt legitur 1. *Reg.*21. mutauit faciem ſuam
coram Abimelech, & dimiſit eum, & abijt. Et
79 quod Iudex, vel princeps ad eruendam veritatẽ
poſſit partes, tentare, aliquid aſſerendo: adducitur
exemplum de Salomone, vt per *gl.in cap.afferte,*
in verb.*ait,de præſumpt.* ibi: *ſcilicet Rex Salomon,
ſed non diffiniendo, ſed potius tentando cauſa inqui-
80 rendi veritatem.* Adducitur aliud exemplum de
Alexandro IV. qui promiſit impunitatem, & di-
ſpenſationem cuidam Epiſcopo ſimoniaco, & te-
cretè confeſſo, ſi idem confiteretur coram Car-
dinalibus; quod cum feciſſet, depoſuit eum, vt per
Archidiacon.in d.cap.vtilem 22. qu.2. Qui *ibidem
nu.2.*notat, quod excuſatur quis de dolo adhibi-
to propter vtilitatem indè ſequentem.
81 Sed nec hæc ratio ſubſiſtit, quia damnari nõ
poteſt, niſi quis ſpontè, non autem dolo inductus,
confiteatur *cap.1.2.qu.1.* vbi dicitur: *Nos nunquã-
quam ſententiam ferre non poſſumus, niſi aut conui-
ctum, aut ſponte confeſſum, vbi gloſ.*notat, quod ſi
quis metu tormentorum aliquid confiteatur dum
eſt in carcere, tali confeſſioni non ſtatur, niſi poſt
tormenta in confeſſione perſeueret, & dicitur *in
l.1.§.ſi quis vltrò ff. de quæſtion.* de confeſſione
delicti facta per interrogationes ſophiſticas, &
per ſuggeſtionem, quod non valeat dicit *Scacc.
de iudic.lib.1.cap.86.num.32. Farinac.conſ.83.&
qu.83.num.84.& ſeqq. Gomez.tit.de delict.cap.13.
Cartar.in prax. interrog. reos cap.1.num.62. lib.2.
Guazzin.defenſ.20.c.12.& ſeqq.*
82 Ex his omnibus colligitur, quod ſaluus condu-
ctus conceſſus, ſiuè per Iudicem, ſiuè per Princi-
pem, debet obſeruari, ſiuè de iure concedendus
eſſet, ſiuè non; cum nemo debeat decipi ſub fide
publica *Caguol.* qui plures allegat *in l.ea eſt na-
tura ff.de reg.iur.nu.7. Franc.Marc.dec.68. nu.3.*

p.2.

p.2.Menoch.de arbitr.caſ.336.num.33.Capibl.de baron.in prag.6.num.153.Guazz.defenſ.12.cap.7. nu.58.Franch.dec.258.poſt nu.1. Farinac. qu.29. nu.95.& ſeqq.Caball. caſ.50. in fine Sperll.decis. 148.nu.48.& ſeqq.Facbin.lib.9.cap.63.videndus D.Campana de foriudic. cap.10. Reg.Tap.dec.S.C. 21.nu.4.Danza de pugna DD. tit.de guidatico cap. 4.nu.24.& tom.3.eodem tit.cap.1.num.22. Paſcal. de vir.patr.poteſt.p.4.cap.3.nu.37.Caball.etiam caſ. 118.num.13. d.Reg.Tap.deciſ.S.C. 55.Conciol.reſol.crim.verb.ſaluus conductus reſol.1.nu.6.& ſeqq. D.Merlin.contr.53. tom.1. Nouar.ſuper pragm.in rubr.de abolit.nu.17.& in prag.2.a nu.2.de guidat. Reg.Latro dec.105.nu.27.& 53.& ſeqq.& nu.26 dicit in dubio iudicandum pro validitate guidatici ex Menoch.de arbitr.caſ.336. Creuen.concluſ. 52.in crollo conſid.1.num.9. Borch.p.2. conſid.18. fol.124.Arumaus de Iure publ.tom.2.diſc.5.nu.75. Vermigl.conſ.246. Maſſin.de confiſc.qu.5. nu.31. Et Reg.Latr.dec.105.nu.27.& ſeqq. declarat non procedere ſi fuerit doloſè impetratus Surd.deciſ.307.

83 In ſtatu Eccleſiaſtico debet ſeruari ſolus ſaluus conductus datus à Papa, & non ab alio per conſtit.Pij IV.& Pij V.Cartar.de execut.ſent.c.fin. poſt nu.355.Farinac.qu.29. nu.84.& 97. Danza d.cap.1.nu.15. Non debet ſeruari datus à non habente iuriſdictionem, puta à Fiſcali, aut Notario, vel barricello Farinac.q.29. nu.48.Maſſin. nu.34.Vbert.de citat.qu.2.nu.98.Conciol.ſup.nu.9.

Et quod ſeruanda ſit fides à Principe, & à quocunque priuato dicit Antimach. 3. de polit. theor.18.Cic.de offic.1.Iouius in Amur.Leuenclaius in Pand.Turc.Diodor.ſicul.lib.1.cap.6.Æneas Syluius lib.2. vbi dicit: Sigiſmundus Imp. militi id quod promiſſum erat exigenti: malle ſe, reſpondebat, rerum quam famæ iacturam ſubire Tholoſ. de republ.8. c.8. nu.9.dicit: Merito proinde Princeps verba, & promiſſiones ad firmitatem propemodum diuinam accedere debent poſtquam fidem dedit Fr. Patritius lib. de regno,& reg.inſtit.lib.8.tit.20.vbi dicit; tanto enim ſplendore in Principe fulget fides, vt ſine ea omnes Regum, ac principium virtutes obſcuriores fiãt, ab ea ſingulæ, ſic lumen accipiunt, vt a Sole, luna, ſydera, ac ſtellæ omnes idem dicit P. Ribadeneira in Principe Chriſtiano; latè Io:Gerhard.in cent.qq.Polit.decad.3.qu.2.Treutler.vol.1.diſp.5.th.6.lit.D. Hotom.q.7.Pet.Prem. de Secur.promiſſ. qu.7.fol.69. & ſeqq.Arumaus de Iure publ.lib.2.diſc.5.num.71. & ſeqq. nam data fide amplius hoſtis non eſt.Menoch.de arbitr.cap.336.nu.25.Farinac. qu.29.n.7 Cagnol.in l.65.ff.de reg.iuris n.21.per hæc verba, contra hoſtes licet vti dolo, ſolertia, & machinatione modo non frangatur fides data Sebaſt. Neguzus in ſyntagm.ſelect. ad nouel.57. per tex. in l.ſi ſponſus §.ſi quis rogatus ff.de donat.inter dicit, laudabilius eſſe fidem exceſſu augere, quam violatione rumpere.

84 Non deſunt tamen DD.apud Farinac.d.q.29. nu.36.Cartar.in prax.inter.reos lib.2.cap.1.nu.34 Reg.Latr.d.deciſ.105.nu.25.Giurb.conſ.80.nu.16. dicentes, conceſſum à non habente poteſtatem concedendi, non eſſe ſeruandum.

85 Deueniendo modo ad reſolutionem, Quæſtionis propoſitæ, An, & quando citatus ad locum nõ tutum teneatur comparere ſub ſaluo conducto, dicimus, citatum à Principe, cuius eſt rubellis, ſeu à Iudice ſibi inimico, vel ad Ciuitatem, à qua fuit expulſus, vel vbi habet inimicos valdè potentes, non teneri comparere, etiam dato ſibi ſaluo conducto, & data etiam per inimicos cautione de non offendendo, quia quando agitur de periculo capitali, non tenetur quis credere inimico, nec litteras ſalui conductus, nec fragili cautioni, quę propoſitum maleuolum non mutat, iuxta præmiſſa Follin. in d.cap. accedens il 2.nu.2. V.lite non conteſt.Clar.in praxi crim. §.fin.qu.34. verſ.allegatur etiam Boſſ.de citat.nu.37. Baron.de citat.q.37.nu.19.Farinac. qu.11.nu.56. Guazzin. defenſ.12.c.1.nu.43.Scialoya de foriudic.c.8.n.55.

86 Verum ſi citaretur ad locum non tutum non propter inimicitias, vel cum Principe, vel cum Iudice, vel cum Potentibus, ſed quia eſſet bannitus propter delictum, cuius ratione inimicitia cum Principe, vel Iudice non poſſet conſiderari, teneretur ſub ſaluo conducto concesſo ratione primæ condemnationis, comparere ad ſe defendendum pro ſecundo delicto Bart. in l.is qui reus nu.12.ff.de publ.iudic.Boſſ.de citat.num.36.& 37. Scacc.de iudic.cap.32.nu.29.Pacian.de probat.lib. 2.cap.46. num.23. Guazzin. defenſ.12. cap.1.nu. 44.& 58. Sic etiã teneretur comparere ſi bellum

87 eſſet generale, & duces belli conſueſcerent dare ſaluum conductum, & illum obſeruare Rot. deciſ. 22.alias 215.de dolo in nou.Affl. dec.289. nu.21. Maſcard.d.concluſ.19.num.11.Scacc.d.cap.32.nu. 28.Baron.d.qu.37.nu.19.Arumaus de iure publ.tom. 2.diſc.5.num.38.

88 Qui ſaluus conductus, ſiue per Principem, ſiuè per Iudicem non poteſt denegari, quando citatur, alias eſſet tollere defenſionem Bart. ibidem Clar.d.§.fin.qu.32.verſ.ſuſcip.Farinac.q.11. n.58. De iure ſaxonico Iudices tenentur dare illum ſub pœna priuat.iuriſdictionis, & refuſione damnorũ Coler.p.1.dec.108.nu.74.Arum.de iure publ.par.2. diſc.5.nu.31.Pacian.de probat.lib.2. cap.46.n.69. Colre.de proceſſ.p.4.cap.1. nu.208. Treutler.vol.1. diſp.5.th.6.lit.D.Arumaus de iure publ.tom.2.diſc.5 nu.60. alias ſi procederetur contra dictum bannitum pro nouo delicto, non oblato ſaluo conducto pro primo, acta ſunt nulla Boſſ. de citat.nu. 35.& ſeqq.& tit.de bannis nullit.num.9.Guazz.defenſ.12.c.1.nu.44.& 58.Koller.in pract.crim. rub. vel eos verbaliter num.32.Clar. qu.32. verſ.in ſets Farinac.q.11.nu.58.& qu.99.nu.151. Et ſufficit vt aſſecuratio primi delicti fiat generaliter abſq; expreſſione talis delicti, vt deinde poſſit ſequi foriudicatio pro ſecundo delicto Thor.tom.3.fect. 3. verb. ſaluus conductus.latè Scialoya de foriudic. cap.8.nu.54.vbi nu.56.dicit non eſſe nullam ſententiam, ſi non ſit promiſſa ſecuritas pro contumacia contracta pro leui delicto ex R. Sanfelic. deciſ.236. Campana de foriudic. cap.17. Vermigl. conſ.187. & 246. Conciol.reſol.crim. verb.ſaluus conductus reſol.3.

89 Si verò citaretur ad locum tutum, ſed locus per quem neceſſario deberet tranſire, non eſſet tutus, propter guerras, teneretur comparere, & impetrare ſaluum conductum à Principe illius loci, ſeu à Ducibus, ſic reſpondit Rota in nou.dec. 12.de dolo,& contumac.Bur.dec.40.nu.1.

90 Si-

90 Similiter ſi locus, per quem tranſire deberet citatus non eſſet tutus propter inimicitias particulares, deberet comparere, & prius à Iudice loci requirere, vt vel ipſum aſſociari faceret, vel vt compelleret inimicos eius ad præſtandum fideiuſſionem de non offendendo. *Bal. in l. data opera C. qui accuſar. non poſſ. Bar. in l. illicitas §. ne potentiores num. 1. ff. de offic. præſid. Socc. de citat. art. 18. q. 5. num. 10. Arumæus in diſcurſ. ad bull. Auream 1. th. 19. Coler. de proceſſ. p. 4. cap. 1. num. 243. & 216. Grenen. concluſ. 52. in coroll. conſid. 1. num. 3.* Aut ſi
91 fortè poſſet per alia loca etiam remotiora tuta tamen, deberet tranſire, & iter facere. *Socc. d. q. 5. num. 6. Boer. d. dec. 40. num. 10.* diximus *ſup.* verſ.
92 *vel quia* Sic Magi, reſponſo accepto in ſomnis, nè redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in Regionem ſuam, vt in *Euangel. Matth. cap. 2.* & eſt *tex. l. 2. §. proinde ff. ſi quis caut.*

93 Impetrans ſaluum conductum, nè decipiatur tria cauere debet. Primo vt illum publicari faciat in loco, ex quo bannitus eſt, nè vigore eiuſdem banni offenderetur. *Boſſ. in praxi tit. de citat.*
94 *num. 36.* Nam occidens bannitum affidatum, qui ſuam ſecuritatem non publicauit, ità vt verè affidatus ignoraretur, non punitur *Bell. de re milit. p. 9. tit. de ſaluis conduct. n. 11. Menoch. de arbitr. caſ. 337. num. 9.*

95 2. Vt recipiat ſaluum conductum ab habente poteſtatem illum dandi. *Menoch. d. caſ. 337. num. 10. Farinac. q. 29. nu. 79. & ſeqq. Arumæus de Iure publ. lib. 2. diſc. 5. num. 42. & ſeqq.* Nam non valet
96 ſaluus conductus factus à Senatu, quando debet fieri à Principe ob atrocitatem delicti; vt dicat *Cagnol. in l. ea eſt natura num. 18. ff. de reg. iur.* vbi dicit, vidiſſe aliàs factum ſaluum conductum per Senatum ſui Principis, ſub nomine eiuſdem Principis, cuidam inſigni latroni, & ſeditioſo, qui ſub fiducia ipſius ſecuritatis datæ venit in ciuitatem Turini, vbi captus fuit, & in continenti traditus iuſtitiæ, Saluo conductu ad collum appenſo: ſubiungens ità viſum illuſtri Cancellario tùc exiſtenti; quod factum, vt ait multi damnabant. Quod erat damnandum, vt *ſup.* diximus.

97 3. Cauere debet vt ſaluus conductus ſit conceptus verbis claris, & apertis, non autem dubijs, & amphibulogicis, nè aliàs contrà ipſum ſtrictè, & minus benignè contingeret interpretari. Refert namquam *Ferrettis in tract. de gabel. lis, & public. num. 95.* Leonem X. cum ad ſe euocaſſet Io: Paulum Balleonem, conceſſo ſaluo conducto, vt poſſet ad eum tutè venire; iuſſiſſe illi caput amputari, interpretantem ſecuritatem datam, vt poſſet accedere tutè, non autem recedere, quę in-
98 terpretatio duriſſima eſt, vt dicit *Menoch. conſ. 200. num. 224.* Quia ſaluus conductus conceſſus ſimpliciter, vt ire poſſit, intelligitur etiam, vt poſſit redire, nam non venit ſecurè ille, qui non poteſt recedere. *Bar. in l. vtimur ff. de ſepulc. violat. Abb. in cap. ego de iur. iur. num. 5. circa med. Felin. in cap. vl. num. 1. de tregu. & pac. Farinac. q. 29 nu. 39. & 53. Speckhan. cent. 1. q. 1. num. 16. Arumæus de Iure publ. lib. 2. diſc. 5. na. 97. Vbert. de citat. cap. 9. ſub num. 471. Moſſin. de confiſcat. bonor. q. 5. n. 9. latiſſime Conciol. reſol. crim. §. ſaluus conductus reſol. 2.*

99 Et priuilegium conceſſum euntibus ad nundinas, nè gabellas ſaluant, intelligitur etiam pro redeuntibus *Alex. conſ. 46. lib. 2. Gozadin. conſ. 27. nu. 23. Ferrett. de gabell. d. n. 95. Menoch. de arbitr. caſ. 136. nu. 12 Vbert. de citat. c. 9. nu. 171. Conciol.*
100 *ſup. n. 2.* Nam talis ſecuritas etiam dubia debet interpretari contrà concedentem. *Farinac. d. q. 29. num. 39. & 53. Menoch. de arbitr. caſ. 336. n. 24. Modeſt. Piſtor. conſ. 49. nu. 56. Merlin. contr. 54. num. 3. lib. 1. Arumæus vbi ſup. n. 58.* Niſi ex ſubie-
101 cta materia manifeſtiſſimè appareat; quod ſaluus conductus non fuerit ſimul conceſſus pro redeundo *Menoch. conſ. 244. num. 4. & num. 11. & ſeqq. Farinac. n. 54. Conciol. an. 3.* puta ſi ſit data ſecuritas proficiſcendi alicui peregrino ad ſuam domum reuerſuro, quam doctrinam licet forſan veram dicat *Arumæus loco cit. nu. 59.* tamen exemplum illi non placet ex *Io: Georg. Bechtie in diſp. de ſecuro, & ſalu. conduct. th. 10.*

102 Quo ad 5. & vltimum, an citatus ad locum non tutum teneatur comparere, ſaltem per procuratorem? Dicimus. Si bannitus, aut rebellis, qui vt *ſup.* per ſe accedere non tenetur *l. de ætate ff. ad Trebell. cap. accidens il 2. vt lite non conteſt.* citatur ad locum non tutum, pro alio delicto, non tenetur mittere procuratorem, quia in cauſa criminali non admittitur procurator *l. penal. §. ad crimen ff. de publ. iudic.* quam concluſionem late explicat *Clar. §. fin. q. 32.* & *nos alibi.* Et quatenus admitteretur non poſſet citatus, vti odioſus Principi, & Ciuitati, reperire procuratorem, qui auderet comparere pro illo, & eius cauſa mandaretur defendere *clem. paſtoralis de re iudic. Bal. in feudis tit. de pace conſtant. in verb. ſententiæ quoque num. 1. Ludovic. d. conſ. 94. num. 1. Farinac. q. 11. n. 55. Grenen. concluſ. 52. conſid. 1. num. 7. Arumæus de Iure publ. lib. 2. diſc. 5. num. 17.*

103 Si verò citaretur ciuiliter pro debito, neque teneretur procuratorem conſtituere, quia contrà rebelles, & bannitos, quibus bona adempta ſunt, & confiſcata, iudicium non poteſt conſiſtere *Bal. d. verſ. ſententiæ num. 2* cum tanquam nudi exulare videantur *l. tutelas §. fin. ff. de capit. diminut. l. 1. § fin. ff. de bonor. poſſ. contra tabul. Virgil. de legit. perſ. cap. 33. num. 33. & ſeqq.* diximus *in rubr. quis poſſit dicere de nullitate rub. 4. q. 9.*

104 At ſi aliter bannitus non rebellis Principis, nec hoſtis patriæ, citaretur ad locum banni pro alio delicto, teneretur vt *ſup.* diximus perſonaliter comparere, non autem poſſet mittere procuratorem; quia vbi agitur de crimine, vt veritas habeatur, requiritur præſentia perſonæ *l. de minore §. plurimum quoque ff. de quæſtion. Golm. de proc. p. 2.*
105 *cap. 1. nu. 29. & ſeqq.* Si verò citaretur pro debito, poſſet procuratorem mittere, cum in ciuilibus liceat cuilibet, vel per ſe, vel per procuratorem litigare *c. 1. de procurat. Gratian. diſcept. 891. n. 21. & dec. 107. n. 1. Golm. de proc. p. 1. c. 3.*

106 Si verò quis citetur ad locum peſtis, vel mali aeris, ſicut iuſtà prædicta non tenetur per ſe comparere, ità nec per procuratorem. Nam ſi mitteret procuratorem, eodem modo locus non eſſet tutus procuratori, ſicut nec principali *d. l. de ætate ff. ad Trebell. Menoch. poſt alios d. conſil. 100. num. 201.*

107 Et

Digitized by Google

107 Et locus debet eſſe tutus non ſolum quo ad
partem citatam, ſed etiam quo ad eius Aduoca-
tum,& procuratorem,aliaſque perſonas intereſſe
habentes, nec non quo ad teſtes examinandos,
cum locus iudicij debeat eſſe omnibus tutus *c.ex*
parte il 1. & ibi *gl.in* verb.*periculoſum*, & *ibidem*
*Franc.de appell.Gaill.obſ.*52.*nu.*9.*lib.*1.
108 Nec obſtaret,quod quis ſe obligaſſet,vt in
illo loco, ſed vbique locorum poſſet conueniri;
nam ſi locus non erit tutus, obligatio erit nulla
Felin.d.cap.accedens il 2.*nu.*3. *Vt lite non conteſt;*
*Marſil.in l.de vnoquoque num.*179.*ff.de re iudic.*
*Gaill.d.obſ.*52.*num.*10.*lib.*1.*Rip.de peſte de priuil.*
*iud.ex cauſ.peſt.n.*1.
109 Si verò conſtitueret procuratorem degentem
in eodem loco,vel peſtis, vel mali aeris, tunc cē-
ſeretur locus tutus procuratori,licet non Princi-
pali: Sed ſi cauſa eſſet grauis non teneretur con-
ſtituere procuratorem, ſecus ſi cauſa eſſet leuis
iuxtà dixtinctionem *Soccin.de citat.art.* 18.*q.*5.*n.*
110 6.Et ità videntur intelligenda, quæ dicit *Abb.*
in cap.ex parte il 1.*nu.*5.*de appell. Menoch.d.conſ.*
100.*n.*201.& 205.
111 Si verò tutus acceſſus nō eſſet,ex culpa ipſius
citati, tunc teneretur comparere, poſt plures.
*Maſcard.de probat.concluſ.*13.*num.*14. *lib.*1. *Me-*
*noch.conſil.*100.*num.*208. *Barboſ.in clem.paſtoralis*
112 *n.*4.*de re iudic.* Sed quod non teneatur compa-
rere tenet *Archid.in cap.ſtatutum* §. *cum verò de*
reſcript.in 6. cum magis debeat attendi æquitas,
& iuſticia, quam culpa delinquentis *l.Papinianus*
exuli ff. de menor. cap.quia diuerſitatem de conceſſ.
*præb. Aff.d.dec.*289.*nu.*26. *Beſ.tit.de citat.n.*35.
*in fin.Scacc.d.c.*32.*n.*30.
113 Mihi in hac re videtur debere dixtingui; Aut
locus non tutus fuit procuratus, & ordinatus ad
hoc, affectato modo, & hæc exceptio loci non
tuti, non debet attendi *Card.in clem.* 1.*in* 12.*not.*
114 *de iudic.*Aut verò non eſſet procuratus,& tunc
procedit opinio ſupradicta in contrarium, vt di-
xit *Baſſ.loco cit.*vbi ait, quod eſſet impium aliter
dicere non obſtante culpa, quæ ad hoc ordinata
non fuit *l. ſi vehenda* § *fidem iuris ff. ad l. Rod.*
de iact. & concludit loquens in bannito, quod
quamuis bannitus habeat locum non tutum ſui
culpa in ciuitate bannientis, tamen citatus pro
alio delicto, non tenetur comparere,niſi cū ſaluo
cōducto pro primo delicto, vt dicit *n.*7.diximus
115 *ſup.* Hanc dixtinctionē faciūt *Scacc.de iudic.d.*
*cap.*32.*num.*30.*Baron.de citat.q.*37.*n.*22.*verſ.in*
*hoc tamen Maranta in ſpec.p.*6.*membr.*1.*num.*131.
*verſ.*2.
116 Locus ad quem quis citatur, debet eſſe hone-
ſtus,vt quia partibus non præbeat tantam incom-
moditatem arg. *tex.in l.ſi locus ff.de iudic.* & eſt
tex.in l.ſi cum dies §.*arbiter ff.de arbitr.* vbi *Bart.*
*Ricc.coll.*2104. *gl.in cap.ſi epiſcopus* 2.*q.*3. *Topat.*
de in ius voc. verſ.*citatio facta ad locum honeſtum*
*Carpan.ſuper ſtatut.Mediol.cap.*1.*nu.*92. facit *tex.*
in cap.ſtatutum §.*cum verò de reſcript. in* 6. *Spec.*
*tit.de citat.Socc.de citat.art.*18.*q.*4.*num.*4.*Maran-*
*ta in ſpec.p.*6.*membr.*1.*nu.*131.*Borrell.d.tit.*44.*nu.*
47.*Vbert.de ciuit.c.*9.*n.*453. Item locus non de-
117 bet eſſe minus inſignis, vbi haberi nequeat co-
pia Iuriſperitorum *Maranta in ſpec.p.*6. *membr.*
1.*num.*132.*verſ.*5. videndus *Baron.de citat.q.*37.
*num.*28.*Vrſell.concluſ.Iuris* verb.*acceſſus.*
118 Locus,ad quem quis citatur à Delegato, non
debet diſtare à loco ipſius citati, vel à finibus
diœceſis vltra duas dietas, nā ſi differt vltrà,non
tenetur comparere. *Spec.tit.de citat.*§.1. *in princ.*
per *tex.*& ea,quæ ibi tradunt *DD.in c.nōnulli* vbi
119 *Felin.de reſcipt.*Quod procedebat de iure anti-
quo.Hodiè autem hoc eſt redactū ad vnā dietam
de iure nouo per *tex.in cap.ſtatutum* §. *cum verò,*
& §.*cum autem de reſcript.in* 6. *Felin.in d.c.non-*
*nulli col.*5.*in princ.*
120 Sed ordinarius exiſtens intrà fines ſuæ Pro-
uinciæ, vel diœceſis, poteſt trahere vltrà dietam
per generalē *tex.in c.cum Epiſcopus de offic.ord.in*
121 6. Non tamen poteſt committere cauſam ex-
trà ſuam diœceſim,niſi in loco ſuffraganei quan-
do eſſet cauſa appellationis,ſcil.vbi fuit appella-
tum *cap.ut litigantes de offic.ordin.lib.*6.
122 Verum vbi cauſa eſſet modica, & ordinarius
ſtaret in loco multum remoto à domicilio liti-
gantium, tunc tenetur cauſam delegare in loco
propinquo, aliàs poſſet appellari, ſi non delega-
ret, dato quod eſſet infra fines diœceſis. *Felin.in*
*d.c.nonnulli col.*1.& 2.*Maranta d.membr.*1. *n.*32.
ſequitur *Scacc.de iudic.d.cap.*32.*n.*34.*Carpan.ſu-*
*per ſtatut.Mediol.c.*1.*n.*94.
123 Non tenetur citatus comparere ſi fuerit cap-
tus à Piratis, vel Turcis, vel infidelibus, quia
talis captura præbet iuſtum impedimentum non
comparendi in loco citato, & hoc probato da-
retur citato reſtitutio in integrum *Felin.in cap.*
1.*de teſtibus Baſard.q.*94.*n.*69.
124 In quibus alijs caſibus citatus non teneatur
comparere,ponit *Pacian.de probat.lib.*2. *cap.*47.
*Rebuff.ſuper conſtit.tit.de excuſat.vol.*3. *Villanu.in*
*pract.crim.lib.*2.*cap.*7.*concluſ.*12. & 13. Puta ſi ſit
infirmus, captiuus, carceratus *Guazz.defenſ.*12.
*cap.*1.*num.*22.*Farinac.q.*99. plures apud *Scialoya*
*de fortudic.cap.*8.*n.*60.& *ſeqq.* R,*Tap.dec.S.C.*54.
125 de *Iure* Neap.eſt *ritus* 268.& 269.vbi *Carauit.*
& *Petra Scialoya de fortudic. d. cap.*8. *num.*60.
& *ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *An citatio ſine tempore, quo debeat comparere, ſit*
valida? & *à n.*2.*ad n.*49.
50 *An citatio ad videndum iurare teſtes?* & *à nu.*51.
*ad n.*63.
64 *An citatio ad ſententiam?* & *à nu.*65. *ad nu.*105.
106 *An ſit apponenda hora in citatione?* & *à n.*107.
*ad nu.*126.

De tempore in citatione exprimendo.

QVÆSTIO XXXIV.

AN citatio ſinè expreſſione termini,quo
1 debeat citatus comparere, ſit nulla,
an verò ſubſtineatur pro tempore cō-
gruo,quaſi ſubintellecto, quæſtio diffi-
cilis eſt, vt dicunt *Socc.in tract.de citat.art.*19.*q.*
6.*num.*17.*Boer.dec.*235.*Vant.hic num.*76. *Gramat.*
ad

ad Veſtr. in praxi lib. 4. cap. 2. num. 11. Baron. de cit.
2 *q. 43.* Nam alij tenent eſſe nullam, & proinde eſ-
ſe nullam etiam ſententiam indè latam. *Bar. in*
l. liber homo §. decem hodie ff. de verb. obligat. & in
l. qui antè Kal. num. 5. in fin. ff. eodem, & in conſtit.
ad reprimendum in verb. *per edictum num. 5.* dicit
de citatione per edictum. Quod probatur ex
tex. in l. aut qui aliter §. 1. ff. quod vi aut clam. l. fin.
§. ſi verò C. de iure domin. impetr. l. 2. C. vbi in rem
actio l. conſentaneum C. quomod. & quand. Iud. clem.
1. de iudic. Put. dec. 148. lib. 2. Creſcent. dec. 11. de
dolo, & contumac. Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap.
32. num. 1. & ſeq. Farinac. in fragm. poſt *repert. in-*
dic. verb. citatio num. 20. & dec. 738. num. 4. & per
totam deciſ. vbi loquitur de citatione ad ſenten-
tium *Caualc. q. 309.* vbi dicit eſſe veriorem, &
practicari in vtroque foro. *Peſtius obſ. 84. nu. 21.*
& 52. Baron. de citation. d. q. 43. nu. 10. Idem Fari-
nac. conſ. 86. nu. 25. Gratian. diſcept. 60. num. 9. vbi
etiam de hora *Tuſc. lit. C. concluſ. 231. nu. 2. concl.*
232. à nu. 5. & concluſ. 236. nu. 24. vbi dicit, quod
citatio alternatiua non valet, pura pro tali die,
vel tali die *Borrell. in ſumma deciſ. tit. 44. nu. 465.*
Guazzin. defenſ. 10. cap. 2. ſub nu. 18. Caualer. dec.
376. num. 5. 6. Gaill. obſ. 53. lib. 1. Fab. Turret. conſ.
27. num. 6. lib. 1.

3 Sed quod citatio ſine die, non ſit nulla, & ideo
quod citatus debeat venire infra tamen modicũ
tempus, dicit *Specul. lib. 2. p. 1. tit. de citat. §. ſequi-*
tur verſ. *quid ſi non. nu. 20. Bal. in l. 2. nu. 7. C. de*
annali except. per tex. in cap. eos qui §. fin. de ſent.
excommun. in 6. Alex. in d. l. liber homo d. §. decem
nu. 5. ff. de verb. obligat. Felin. in cap. conſuluit nu. 5.
de offic. deleg. Boer. dec. 235. Add. ad Capell. Tholoſ.
dec. 303. nu. 3. Carpan. ſuper ſtatut. Mediol. c. 1. nu.
100. Borrell. tit. 44. nu. 56. 57. 60. & 61. Balb. deciſ.
406. Put. dec. 212. lib. 2. Arumaeus dec. 11. Antonell.
ſup. nu. 4. Mantica dec. 8. nu. 3. Carauit. in rit. 123.
nu. 9. Et vt veniat congruo tempore *Put. dec. 150.*
lib. 3. Creſcent. dec. 6. de dolo, & contumac. Cap. Tho-
loſ. dec. 302. Verall. dec. 361. p. 2. Boer. dec. 239. Nõ
tamen in ipſa die citationis *Put. deciſ. 207. lib. 1.*
4 *Mantica d. dec. 8. nu. 3.* Quod probatur ex *tex. in c.*
eos qui de ſentent. excommun. in 6. cap. cum dilecti §.
præterea de dolo, & contumac. cap. cum parati, in fin.
de appell. c. de teſtib. cog. cap. accedens de procur. cap.
quamuis de offic. ordin. in 6. Caual. d. q. 309. in princ.
& qu. 809. nu. 5. Carauit. in rit. 129. num. 3. Barber.
ſuper ſtatut. Agricult. c. 24. lit. C.

5 Pro conciliatione DD. plures afferunt dixtin-
ctiones. Prima eſt *Angel. in d. l. liber homo §. decẽ*
hodie, quod citatio ſine termino non valeat ad
effectum, vt poſſit procedi contrà non comparen-
tem, tanquam contumacem ad alios actus iudi-
ciales *iux. l. properandum §. & ſiquidem C. de iudic.*
6 Valeat tamen ad effectum, vt Iudex poſſit mul-
ctare non comparentem, quem ſequitur *Paul. Caſtr.*
ibidem nu. 3. Maranta in ſpec. p. 6. membr. 1. nu. 65.
Caſſan. ſuper conſuet. burg. rubr. 1. §. 6. nu. 100. Socc.
de citat. art. 19. nu. 17. Baron. de citat. qu. 35. nu. 9.
7 Sed *Alex. in d. l. liber homo § decem nu. 5. circa fin.*
verſ. *non obſtat*, dicit prædictam dixtinctionem
non eſſe veram per *eadem iura ſupra allata*.

8 Aliter dixtinguit *Butr. in cap. fin. nu. 25. de fe-*
rijs, quod ſi dies fuit in citatione omiſſa non per
errorem, ſed ex certa ſcientia, tunc citatio valet:
& citatus debet comparere quam citius poteſt.
Si verò dies fuit omiſſa per errorem, tunc poſſet
dici, quod citatio non valeret iux. *tex. in l. ità ſti-*
pulatus ff. de verb. obligat. Et ſubdit, ſecus ſe puta-
re in actibus iudicialibus in quibus lex ſupplet,
ex *iuribus* per eum allegatis.

9 Aliam ponit dixtinctionem *Idem Angel. in l.*
hac ſtipulatio ff. ſi cui plus quam per l. falcid. quam
refert *Socc. d. art. 19. nu. 12. in fin.* verſ. *quæ opinio.*
Quod aut Iudex mandat vni, vt coram alio Iu-
dice compareat, & tunc non appoſita die, & ter-
mino debet comparere, quam citius poterit, &
ità intelligi *tex. ſup. adductum in c. eos qui §. fin.*
de ſentent. excommunic. qui loquitur de abſoluto
ab excommunicatione in caſu mortis, vel alte-
rius periculi ab eo, qui alias abſoluendi poteſta-
te non habuiſſet, vt ceſſante periculo debeat pro
abſolutione, quam cito poterit adire habentem
facultatem abſoluendi. Aut citat aliquem, vt co-
10 ram ſe compareat ad contradicendum actui iã
celebrato, & tali caſu dicit intelligendum eſſe
dictum *Specul. de citat. §. ſequitur d.* verſ. *quid ſi nõ*
11 *præfixerit.* Aut citat ad comparendum, & contra-
dicendum actui fiendo, & tunc debet apponi dies
& ità procedit *tex. in d. l. aut qui aliter §. 1. ff. quod*
vi, aut clam. & d. l. fin. C. de iur. domin. impetr.

12 Ponit aliam dixtinctionem *Henric. Boich. in d.*
cap. cum parati de appellat. quam etiam refert *Socc.*
d. art. 19. nu. 18. Quod citatio iuris valeat ſine
termino vt videtur loqui *tex. in d. c. quãuis de offic.*
ordin. in 6. Citatio vero hominis ſi emanet à Prin-
cipe, valeat ſine termini appoſitione, & ità loqui-
tur *tex. in d. cap. cum parati.* Aut emanat ab infe-
riore, & tunc non valet, niſi expreſſus ſit locus,
ſed hoc non placet *eidem Socc. d. art. 19. nu. 18.*

Ideò ipſe ſubdiſtinguit, Quod quis à Iudice
inferiore, aut citatur ad aliquem actum, qui vel
ex ſui natura, vel ex ſtatuto, vel ex conſuetudi-
ne debet expediri certo tempore, & tunc intel-
ligitur citatus ad illum terminum. Aut citatur
ad actum, qui non habet certum tempus, & tunc
poſſunt verificari, vt ipſe dicit, prædictæ *Angeli*
dixtinctiones. Conſulit tamen ad tollendam omnẽ
dubitationem, & opiniones fugiendas, quia arti-
culus eſt valde dubius, & intricatus, Iudex in ci-
tatione diem apponat, & terminum, & idem cõ-
ſuluerant *Imol. in d. c. cum parati*, & ibidem *Franc.*
nu. 21. in fine, de appellat.

13 Inter has opiniones diuerſas mihi placet opi-
nio *Bart. in d. l. liber §. decem hodie ff. de verb. obli-*
gat. dicentis, quod quando terminus eſt incertus
non valet citatio, & ſententia exinde lata eſt
nulla. Ratio eſt quia comparitio citati debet fie-
ri in tempore, ſeu termino, cum nihil niſi inter-
mino fiat, vel tempore, & ſic terminus quando eſt
incertus non valet, & ſcire citatus debet quo tẽ-
pore debeat comparere, & qua die citans velit
fieri id, ad quod citat, iuxta *text. in l. aut qui ali-*
ter §. 1. ff. quod vi, aut clam. & l. fin. C. de iure domin.
impetr. & in alijs *ſup. allegatis iuribus*, aliàs citatio
tanquam incerta non arctat, & non valet.

14 Reſponſio *Bal.* quod dicta *iura* non loquuntur
in ſimplici citatione, & expectatoria, non ſtrin-
git. Quia verum eſt quod *d. l. aut qui aliter* loqui-
tur

Digitized by Google

tur in denunciatione noui operis, ſed verum eſt etiam, quod eadem *lex* concludit terminum debere eſſe certum. Verum quia exempla non reſtringunt regulã *l. damni in fine ff. de damn. infect.* Non ideò inferri poteſt, quod ex quo lex vult terminum debere eſſe certum in denunciatione, ità vt regula non ſit generalis, & non debeat intelligi, etiam de termino in citatione.

15 Maximè quia ratio diuerſitatis non poteſt conſiderari inter denunciationem noui operis, & inter citationem, quæ fit ad inſtantiam partis: Nam ſicut pendet à voluntate denunciantis, quãdo velit facere nouum opus, ita etiam pendet à voluntate partis citantis, quando ipſa velit comparere coram Iudice, & quando velit actum in iudicio fieri, vel per ſe ipſum, vel per partem, vel per Iudicem. Et ideò ſicut pars debet denunciare diẽ noui operis, ita & diem quo citatus debet comparere. Nam vbi eſt eadem ratio, ibi idem ius eſſe debet *l. illud ff. ad l. aquil.* Et *tex. in d. l. con-*
16 *ſentaneum C. quomod. & quand. Iud.* loquitur expreſſe de citatione peremptoria ad conuincendam citati contumaciam, quæ fit cum tribus terminis, vel cum vno pro tribus, vt *ibi*. Et *tex. in d. clem. 1. de iudic.* loquitur de citationibus, quibus, vt *ibi* dicitur, debet congruus terminus apponi.

17 Reſponſio data, vt *ſupra* per *Imol. & Alex.* quod licet prædicta iura faciant mentionem de certa dilatione ſtatuenda, non tamen negant quin etiam citatio valeat ſine die, nihil facit. Nam dũ *prædicta iura* volunt terminum debere ſtatui, & terminum debere eſſe certum, vtique negant tam denunciationem, quam citationem fieri poſſe ſine die, cum pars citata ſcire non poſſit, quando pars citans velit comparere, & inſtare, & Iudex decernat, & interloquatur, ſeu pronunciet.

18 Ad ea, quæ dicunt *iidem Imol. & Alex.* aliud eſſe in citatione, quæ iudicis authoritate fit, quia magis arctat, quam nunciatio noui operis, ex eo quod in Iudice veriſimile eſt, quod velit expedire quam citius poterit, cum hoc officio eius incumbat iuxtà *l. properandum §. ſed & ſi C. de iudic. & cap. fin. de dolo, & contumac.* Reſpondemus, quod licet citatio fiat iudicis authoritate, non tamen fieri poteſt, niſi ad inſtantiam partis *gloſ. in l. ſancimus in verb. per contumaciam C. ad Trebell. Lanfranc. in cap. quoniam contrà tit. de citat. num. 11. & ſeqq. de probat. Baron. de citat. q. 32.*

19 Imò illa pariter demum citatio, quæ fit iuxtà terminos *l. 2. C. vbi in rem actio*, fit authoritate Iudicis, & nihilominus fit certo dierum ſpatio à Iudice finiendo, vt *ibi*, & quamuis veriſimile ſit, quod Iudex velit expedire quam citius, reſpondemus, hoc veriſimile intrare, quando Iudex præfigit terminum, non autem quando ſine termini præfixione citat, & ſic retorquemus *tex. in d. l. properandum § & ſi quidem C. de iudic.* ibi: *& ſi per tres vices hoc fuerit ſubſequutum decem dierum ſpacio per vnumquenque introitum deſtinato, & nec ità actoris pars fuerit inuenta, & neque per ſe, neque per procuratorem inſtructum peruenerit, tunc Iudicẽ negotij apud acta apud ſe confecta conſpicere cenſemus.* Igitur ſi Iudex terminum non præfigeret, nullatenus eſſet veriſimile, quod vellet cauſam quam citò expedire. Sic etiam *in d. cap. cum dile-cti de dolo, & contumac.* Papa præfigit, & mandat præfigi terminum ad initium proximæ venturæ Quadrageſimę peremptoriè, vt per ſe, vel per procuratorem idoneum ad litem conteſtandum, & ad alia, Apoſtolico conſpectui ſe præſentet. Igitur ſine termini præfixione non eſt veriſimile, Iudicem velle quam citò ad expeditionem deuenire.

20 Imò ſicut veriſimile non eſt, quod pars denuncians nouum opus ſine termini adiectione, velit id facere quam primum, cum id pendeat ab eius voluntate, ità nec veriſimile eſt, quod pars citans velit quam cito iura producere, & inducere teſtes, cum id ab eius voluntate pendeat, non autem ab arbitrio iudicis, quia nec ſuum officium impartitur niſi petenti *l. 4. §. hoc autem ff. de damno infect.*

21 Similiter non obſtat, quod dicit *Butr. in d. c. fin. de ferijs num.* 25. nempe legem in iudicialibus ſupplere, ex iuribus per eum allegatis, vnde ſequitur, vt terminum in citatione omiſſum lex ſuppleat, vt citatus arctetur ad comparendum quanto citius. Nam reſpondemus, quod quando lex ſupplet, adhibet iudicis miniſterium, vt in *l. die* allegata per *eundem Butr. ff. qui ſatiſd. cogant.* Et ex *illa* apparet legem, defectum diei non appoſitæ, ſupplere facto iudicis, qui diem ſtatuere debet. Sic etiam *in l. 1. in fin. ff. de prætor. ſtipulat.* quam allegat etiam *Butr.* id quod deeſt debet Iudex ſupplere, ibi: & ſi quid vel addi, vel detrahi, vel immutari in ſtipulatione oporteat, prætoriæ
22 erit ſtipulationis. Nec ex eo quod lex ſuppleat, infertur terminum in citatione non requiri, cum lex ſuppleat, etiam vbi terminus ſit præfixus.

23 Quod verò dicitur de conditione poteſtatiua, quæ debet adimpleri quam citius, ſiuè conſiſtat in faciendo, ſiuè in dando *l. hac conditio ff. de condit. & demonſtrat.* Non applicatur caſui noſtro, cum in citatione requiratur factum non ſolum citati, ſed Iudicis, & partis. *cap. forus §. in omni de verb. ſignific.*

24 Ad *textus* vero prò contraria parte adductos non multum difficilis eſt reſponſio. Nam *tex. in cap. eos qui de ſentent. excommun. in* 6. loquitur in eo, qui in mortis periculo conſtitutus, ab excommunicatione fuit abſolutus per eum qui aliàs abſoluendi facultatem non habuiſſet; & ceſſante periculo, niſi habentem facultatem abſoluendi adierit, quam cito commodè poterit pro abſolutione, in eandem ſententiam recidat ipſo iure. Et ſic cum loquatur de abſoluto cum conditione, vt quamcito debeat conditionem adimplere, non applicatur caſui noſtro, quo agitur, an citatus ſine termino arctetur ad comparendum quanto citius. Et quatenus *textus* ille poſſet adaptari ad citationem legis, quod ſcil. lex cenſeatur citare abſolutum in periculo mortis ad comparendũ, ceſſante periculo coram habente facultatem abſoluendi, vt talis citatio arctet quantò citius cõmodè poterit, non tamen poſſet aptari ad citationem hominis, quia lex tali caſu non potuiſſet citare infrà certum terminum, cum pendeat à futuro euentu, quando quis euaſerit periculum, quod non eſt in citatione hominis, qui ſcire poteſt an quis poſſit comparere, vel non, vt ſic cũ vo-

vocare ad certum, & determinatum tempus va-
25 leat. Sic *tex. in c. cum dilecti §. præterea de dolo, & contumac.* non dicit quod quis poſſit citari ſine
termino, ſed ſolum quod cum mandatur alicui,
vt ad certum terminum ſe iudici præſentet, ſi in
illo non veniat, tenetur nihilominus venire poſt
terminum, & rationem ponit, quia duo ſub hac
forma mandantur, vt ad iudicem veniat, & ad
diem præfixum accedat; Vndè ſi venire non poſſit
ad diem aſſignatum tenetur nihilominus ſe Iudi-
ci præſentare, & ità non loquitur de citatione,
quæ fit ad inſtantiam partis, ſed de præcepto,
quod fit à Iudice ex officio. Sic etiam *tex. in cap.*
26 *cum parati, in fin. de appell.* non loquitur de ci-
tatione facta ad inſtantiam partis, ſed de præcep-
to facta per Papam ex propria poteſtate ei, qui
propter contumaciam, fuerat excommunicatus,
quē ad ſedem vocauit, vt ſuā innocentiam oſten-
27 dat. Et *tex. in c. 2. de teſtibus cog.* loquitur de præ-
cepto, quod fieri poteſt officio Iudicis à teſtibus
nè veritatem occultent, quando ſcil. odio, vel ti-
more ſe ſubtrahunt ad ferendum teſtimonium,
vt dicitur in *tex. in c. 1. & 3. eodem tit.* Et *tex. in c.*
28 *accedens de procur.* loquitur in præcepto facto
per Papam ex propria authoritate, non autem de
citatione ad inſtantiam partis. Denique *tex. in*
29 *cap. quamuis de offic. ordin. in 6.* loquitur de cita-
tione legis.

30 His ſolutis Materiam ità dixtinguendam, &
declarandam cenſemus. Aut citatio fit à lege, aut
à Principe, aut à Iudice. Si fit à lege, præfixio
termini non eſt neceſſaria, nam cum lex ſit gene-
ralis, & det formam futuris negotijs *l. leges C. de legib.* & de futuris contingentibus nulla ſit deter-
minata veritas; Ideò non eſt mirum ſi lex citat
ſine præfinitione temporis, cum ſcire non poſſit
impedimenta, quę poſſint citato contingere, &
ei excuſationem præſtare, ideò citatio legis quā-
do fit ſinè termino, arctat citatum ad comparen-
dum quam cito commodè poterit, & ità procedit
tex. in d. cap. eos qui de ſent. excommun. in 6. & *in d. cap. quamuis de offic. ordin. in 6.*

31 Si fit à Principe, aut procedit de plenitudine
poteſtatis, & motu proprio, aut authoritate ordi-
naria, & via iudiciaria ad partis inſtantiam.
Primo caſu poteſt præcipere, ſeu citare non ap-
poſito termino, & tunc citatus arctatur ad com-
parendum quanto citius, & ità procedit *tex. in d. cap. cum parati, in fin. de appell. & in d. cap. accedens de procur.*

32 2. Verò caſu ſicut debet partem citare, vt di-
ximus *hic in princ. rubrica.* Ità debet citationi
terminum adijcere ad comparendum, & ità pro-
cedit *tex. in cap. cum dilecti §. præterea, de dolo, & contumac. & in c. fin. tit. eodem.*

33 Si fit à Iudice, aut procedit extràiudicialiter,
aut iudicialiter. Primò caſu ſicut poteſt omittere
citationem, vt dicunt *Rota* poſt *conſ. Farinac. dec. 50. num. 2. & 3. p. 2. Felin. in cap. olim de re iudic. Vbert. de citat. to. 1. cap. 7. num. 108. & 111. Put. dec. 432. lib. 2.*

34 Sic etiam poteſt termini præfixionem præter-
mittere, & arctare citatum, quam cito, & hoc ca-
ſu procedit doctrina *Angel.* in ſua dixtinctione.
Secundo Caſu. Aut procedit ex officio, aut ad
partis inſtantiam. Si ex officio, Aut ad publicam
vtilitatem, aut ad priuatam vtilitatem. Si proce-
dit ex officio ad publicam vtilitatem, ſicut tali
caſu poteſt omittere citationem *Vbert. de citat. c. 3. n. 9.* ità, & termini præfixionem.

35 Si verò ad priuatā vtilitatem, tunc ſicut non
poteſt omittere citationem, vt dicunt ex *tex. in l. 4. §. hæc autem, & l. cum poſtulaſſem ff. de damn. infect. Soce. de citat. art. 6. num. 2. Bart. Soce. in ſuis regul. reg. 200. fall. 1. Vbert. de citat. cap. 3. num. 8. tom. 2.* ità nec poteſt ſine termini præfixione citare.

36 Si denique procedit officio Iudicis mercena-
rio actioni deſeruienti, & ſic ad partis inſtan-
tiam, tunc procedit, vel in caſu, quo requiritur
cauſæ cognitio, vel in quo non requiritur. Si re-
quiritur cauſæ cognitio, requiritur etiam citatio
reſpiciens defenſionem iuris naturalis gentium,
vt dicunt *Gabriel de citat. concluſ. 1. num. 406. & 408. Vbert. de citat. tom. 1. c. 6. n. 72. & ſeqq.* & ſuc-
ceſſiuè requiritur termini præfixio, vt citatus ſci-
at quando debeat comparere ad actus iudiciales.

37 Si non requiritur cauſæ cognitio, neque etiam
citatio *l. 3. §. ſi cauſa cognita ff. de bonor. poſſeſſ. Gabriel de citat. concluſ. 1. num. 363. Vbert. de cit. tom. 1. c. 8. num. 269.*

38 In Iudicialibus, & ad partis inſtantiam. Aut
quis citatur à principio ad totam cauſam, aut
poſteà ad ſingulos actus, vtpotè ad contradicen-
dum, vel actui fiendo, vel actui facto, aut ad ali-
quid faciendum, aut ad aliquid videndum fieri, vel
per Iudicem, vel per partem ad audiendum ſen-
tentiam diffinitiuam. Quando quis generaliter
citatur ad totam cauſam, tunc vt non comparens
reddatur contumax debet citari cum perempto-
rio, vt *ſupra* diximus, & ità procedit *tex. in d. l. conſentaneum C. quomod. & quand. Iud.* & in hoc
verificatur dictum *Angel vbi ſup.*

39 Quando quis generaliter citatur ad contradi-
cendum alicui actui fiendo, vt puta ad dicendum
contrà iura, contrà Articulos, & poſitiones, &
contrà Proteſtationem, tunc citatio non valet
ſine expreſſione termini, quia actus gerendus,
nempè productio, & proteſtatio, pendet à volun-
tate citantis, & ità procedit *d. l. aut qui aliter, & d. l. fin. C. de Iure dom. impetr.* & verificatur in hoc
aliud dictum *Angel.* in altera ſua dixtinctione *ſup.*

40 Quando quis citatur ad contradicendum actui
iam facto vel per partem, vt putà ad dicendum
contrà depoſitum, vel per Iudicem, vt putà con-
trà decretum, vel quid ſimile, & hoc caſu non
apponitur dies, & ità verificatur aliud dictum
Angel in d. dixtinctione. videlicet, quod quando
Iudex citat aliquem ad contradicendum actui,
iam celebrato, tali caſu intelligendus eſt *Spec. de citat. §. ſequitur ver. quid ſi non præfixerit.*

41 Eſt tamen aduertendum, quod huiuſmodi ci-
tatio ad contradicendum actui geſto, propriè di-
citur intimatio, quia ad notitiam partis deduci-
tur, & demonſtratur quod vel per partem, vel per
Iudicem actum eſt, & reſpicit defenſionem par-
tis, vt actui poſſit contradicere, ſic intimantur
decreta, ſententiæ, mandata executiua, & ſimilia,
vt dicit bene *Vbert. de citation. lib. 1. cap. 6. num. 68. & ſeqq.* & nos diximus *alibi.* Et dies in inti-
matione non apponitur, quia pendet ab eius vo-
lun-

luntate contradicere, vel non, & ſatis eſt quod ſciat venire debere intrà decem dies ad appellã-dum *Auth.hodie autem C.de appellat.*& in hoc caſu procedit *tex.in c.cumparati, in fine de appellat.*

42 Quando quis citatur ad aliquid faciendum, puta ad ſoluendum, implendum, reſtituendum, repręſentandum,& ſimilia, non poteſt valere citatio ſine termino, tanquam incerta, niſi expreſſo certo dierum ſpatio,& ità procedit *tex.in l.2.C. vbi in re actio.* Et non debent eſſe in poteſtate partis arctare aduerſarium ſine termino ad probandum ſolutionem, ſeu implementum, ſicut non eſt in poteſtate Iudicis dare, vel negare dilationem ad probandum *l.1.C.de dilation.*

43 Quando quis citatur ad videndum aliquid fieri per eandem partem, puta ad videndum deponi, videndum fieri interpellationem, & quid ſimile, debet apponi certa dies, cum citetur ad actus pendentes à citati uoluntate, & ità procedit *tex.in d.l.aut qui aliter ff.de damno infect.*

44 Quando quis citatur ad uidendum aliquid fieri per Iudicem, puta decerni relaxari mandatum, deferri iuramentum teſtibus, committi Notario receptionem iuramentorum teſtium,& ſimilia, & vno verbo dicamus: Quando citatur ad interlocutoriam, tunc ſi ea eſt modici præiudicij, valet ſine citatione,& ſufficit intimatio, vt diximus ex *Vbert.de citat.tom.1.cap.6.nu.72.& 73.*

Ideo valeret etiam ſine expreſſione termini, quia intimatio ſuppleret, Si verò eſt magni præiudicij, tunc requiritur citatio, antequam fiat,& non ſufficit intimatio, vt diximus ex *Vbert.d.c.6. num.74.* Et ſucceſſiue citatio debet fieri cum adiectione termini, vt citatus ſit certus quando Iudex velit interloqui,& ita procedũt, quæ diximus *ſup.ſequuti Bar.in l.qui antè Kal. nu.1.in fine ff.de verb.obligat.*

45 Quando quis citatur ad audiendam ſententiã, tunc iuxta prædicta eſt neceſſaria appoſitio termini, cum ſententia diffinitiua ſit actus maximi præiudicij, & ideo citatus debet eſſe certus quo tempore ſit ferenda, cum à voluntate partis pendeat, pro ea inſtare,& ab arbitrio Iudicis, illam ferre,& ità bene procedit *d.l.aut qui aliter §.1.ff. quod vi aut clam.& in d.l.fin.C.de iure domin.impetr.*& dicta per *Bar.in d. l.liber homo §.decem hodie ff.de verb.obligat.& in d.l.qui ante Kal. nu.5. in fine ff.eodem,& in d.conſtit. ad reprimendum verb per edictum nu.1.Vbert.de citat.d.c.6. nu.78.*

46 Sed hic non prætermittam, *Rotam Romanam* modò vnum, modo aliud dixiſſe, nam coram *Puteo dec.212.lib.2.* reperio dixiſſe, citationem ad ſententiam valere ſine die, quia intelligitur ad primam diem, ſiuè quantò citius comparere poterit. allegaſſe DD. tenentes opinionem *Speculatoris*,& reijcere diſtinctionem *Prapoſiti.* quod Citatio valeat ſine die ad cauſam diſponendam, nõ autem ad expediendum actum, Nam dicit, quod ſimpliciter talis citatio ſine termino tenet, & allegare *Alex.in l.liber §.decem.ff.de verb.obligat.*& concludere in ſuo caſu: Citationem factam ad ſententiam ſine die,& executam die præcedente vltimam audientiam de menſe Iulij, fuiſſe intellectam de prima die iuridica. Illam deciſionem approbanit *Rota* ſimplicitar nulla alia ratione vel allegatione addita coram *Mantica dec.8.nu.3.& deciſ.115.nu.3.coram Seraphino dec.857.nu.23.& coram Pirovano in recent.p.2. dec.486.n.7.*

47 Verum coram *Seraphino dec.597.nu.6.* eadem Rota diuerſum dixit, nempè, quod Citatio ſine die non teneat, quo ad effectum, vt procedi poſſit ad actus iudiciales; ſed valet quo ad effectum ſolum mulctandi non comparentem, iuxta distinctionem *Imolæ*, innuẽs quod ex ſtylo, citatio ſine die poſſet ſubſtineri. Hanc deciſionem ſequuta eſt *Rota coram Caualer.dec.376. num.5.& 6.* vbi diſtinguit inter citationem ad ſententiam,& ad videndum iurare teſtes, concludens, citationem ad ſententiam non valere ſine die, quia eſt magni præiudicij, Citationem autem ad videndum iurare teſtes, de qua loquuntur prædictæ deciſiones coram *Mantica, Seraphino & in recent.* valere ſine die, tanquam minoris præiudicij.

48 In hac diuerſitate exiſtimo dicendum, quod citatio ad ſententiam ſine die non tenet iuxta dicta per *nos ſupra*, & etiam ſecundum poſteriorẽ opinionem *Rotæ*. Et deciſionem *Put.112.lib.2.* dicimus non obſtare: quia eſt intelligenda in caſu ſuo, non in diuerſo, de quo obiter loquitur articulo non diſcuſſo. Caſus deciſionis eſt, quod citatio ſine die fuit executa die præcedente vltimã audientiam,& ideo non fuit incerta, cum alia audientia non ſupereſſet, & hac ratione incertitudinis ceſſantis potuit ſubſtineri. Sed diuerſus
49 eſt caſus quando citatio fit ſine die, & ſuperſũt plures audientiæ, in quo dicta deciſio loquitur perfunctoriè articulo nõ diſcuſſo.& allegat DD. tenentes opinionem *Speculatoris*, quæ vt ſup. diximus verificari poteſt in ſola citatione quæ fit officio,& motu Iudicis, non autem ad inſtantiam partis.

50 Quo vero ad Citationem ad videndum iurare teſtes, dicimus eſſe diſtinguendum. Aut Citatio fit ſine vlla die, aut ad primam diem cum ſequẽtibus, aut fit generaliter pro ſingulis diebus, & horis: Si fit ſine vlla die, eſt omnino incerta ratione temporis, cum nullum tempus contineat, & non valet, vt per *Bar.in d.l.aut qui aliter ff.quod vi, aut clam.& in d. l.qui ante Kal. nu.5.in fine ff.de verb.obligat.Caput.dec.274.par.3.Rot.in recentiſſ.dec.239.nu.5.p.2.* licet, ſubſtineri, & intelligi pro prima die, dicat *Poſtius de manut.obſ.84.n.58*

51 Si vero fit ad primam diem cum ſequentibus, ſeu pro ſingulis diebus,& horis, Dicimus eſſe citationem incertam,& vagam, inducentem ſpeciẽ ſeruitutis, quia non continet tempus determinatum, & non valere *Bal. conſ.268. lib.1.Aret.& Alex.in d.l.qui ante Kal.ff.de verb.obligat.Bart.in l.2.lim.4.ff.de Iuriſd.omnium iudic.& in tract.de teſtibus nu.37.& in extrau.g. ad reprimendum in verb.& per edictum Socc.de citat. art.18. num.13.& art.19.nu.17.Caput.decad.dec.274.p.3. Put.deciſ.258.nu.5.lib.1.Mohed.dec.4.num.3. de teſtibus Rot.*poſt *conſ.Farinac.dec.296.nu.3. & dec.307. nu.1.p.2.Ludouiſ.dec.71.nu.3.*

52 Praxis tamen admiſit hunc modum citandi, cum quamuis contineat tempus indeterminatũ, & incertum, aliquo modo poteſt certificari, teſte *Bald.in l.1.num.5.ff.ſi quis caution. Rot.deciſ.108. nu.2.p.1.*& poſt *conſ.Farinac. dec.355. nu.3.p.2.*

Vbi cenſuit quod eadem citatio, quando io cau-
ſa non fuit præfixus terminus probatorius, intel-
ligatur, & ſubſtineatur per modicum tempus, vi-
delicet per duos ſolos dies Rot. diuerſ. dec. 311.
p. 1. & in recentiſſ. dec. 307. nu. 9. p. 1. Scil. per duos
dies immediate ſequētes poſt executionem eiuſ-
dem citationis, vt io recentiſſ. dec. 52. nu. 8. par. 1.
Grattan. diſcept. 156. nu. 36. & diſcept. 694. num. 7.
Et ad ſummum per tres dies Rot. in recent. deciſ.
259. num. 3. p. 1. Non autem per quinque Andr.
deciſ. 65. num. 3.

53 Sed quando in loco Iudicij fuit præfixus ter-
minus ad probandum, tunc ſubſtinendā eſſe præ-
dictam citationem pro toto termino probatorio,
ad notata per Bal. in l. ſi quando nu. 11. C. de teſtib.
& in l. ſi ità relictum §. pegaſus ff. de leg. 2. Caſ. de
Graſſ. deciſ. 9. nu. 6. de re iudic. Quaſi durante ter-
54 mino probatorio citatio prædicta non poſſit cē-
ſeri incerta, nec vaga, oeque ſeruitutis ſpeciē in-
ducere Rota dec. 307. nu. 9. & dec. 392. nu. 6. & 7.
55 in recent. Et quando extrà locum iudicij fuit de-
creta remiſſoria, tunc ſubſtioendam eſſe citationē
prædictam pro toto termino remiſſoriæ, & exa-
mini præfixo Ludouiſ. dec. 453. nu. 7. Et oon ſolū
56 pro primo, ſed etiam pro termino prorogato, nō
autem pro oouo Ludouiſ. dec. 429. nu. 5. oiſi pro-
rogatio fuiſſet facta elapſo primo termino Po-
ſtius de manut. obſ. 84. nu. 51. & ſeqq.

57. Sed ea citatio ad videndum iurare teſtes; quæ
eſſet reſtricta ad certam diem ſine clauſula, &
ſucceſſiuè pro alijs, nullatenus deſeruiret pro toto
termino, ſed ſolum pro ea die, qua caderet cita-
tio Caualer. dec. 410. nu. 3. Quod ſi elapſo termi-
58 oo, vel citationis, vel probatorio teſtes iurarent,
examen eſſet oullum, cum citatio ad videndum
iurare teſtes, ſit de iure oeceſſaria c. 2. de teſtibus
& ibi DD. Grattan. diſcept. 959. nu. 22. Mauſon. de
cauſ. execut. q. 4. a nu. 1. Rota Auen. dec. 15. num. 13.
Giurba dec. 75. nu. 8. Maſtrill. dec. 197. nu. 18. Paul.
Durant. dec. 72. n. 3. Gratian. dec. 131. vbi ampliat
etiam ſi cauſa ſit expedienda ſine iuris ſolemni-
tate, & ſola facti veritate inſpecta Reg. Latr. dec.
5. nu. 12. dec. 12. nu. 15. dec. 60. nu. 5. poſt mille Ba-
ron. de citat. qu. 16. nu. 27.

Noo tamen ſufficit citatio ad videndum in-
ducere teſtes, pro citatione ad videndum iurare
teſtes, cum ſiot diuerſa Caput. dec. 108. nu. 1. pa. 5.
59 Neque etiam ſufficeret citatio ad videndum
committi Notario Cauſæ receptionem iuramen-
torum teſtium, cum pariter ſint diuerſæ Veſtr. lib.
6. cap. 2. nu. 15. & 22. Rot. dec. 259. par. 1. in recen-
tiſſ. num. 4.

60 Verum ſi teſtes iuraſſent in termino, vtique
poſſent examinari poſt terminum elapſum; nam
depoſitio teſtis retrotrahitur ad diem iuramenti,
vt notatur in clem. 1. de offic. deleg. gl. & Bald. in l.
damni §. Sabini col. fin. ff. de damn. infect. Veſtr. in
praxi lib. 6. c. 2. nu. 21. vbi Addit. nu. 59. Rot. de te-
ſtibus in nou. dec. 3. Caputaq. dec. 285. nu. 3. p. 3. Ro-
ta in recentiſſ. dec. 393. nu. 6. par. 1. Muſcatell. in
praxi S. C. p. 5. gl. citati nu. 2. & 3. qui dicit num. 4.
in ooſtris Tribunalibus ſufficere citionem tantū
eſſe factam io termino, nec requiri iuramentum
in termino, adhoc vt poſſint teſtes examinari
poſt terminum Gratian. diſcept. 60. num. 12. & di-
ſcept. 156. nu. 15. & 18. Ricc. de Iure patron. reſol.
570. Marta voto 141. num. 6. Baron. de citat. qu. 16.
nu. 22. D. Petra in rit. 149.

61 Quod tameo intelligitur quando eſt datus
terminus ſimpliciter ad probandum, ſecus ſi etiā
ad probatum habendum, quia tunc intrà illum
terminum, debent teſtes deponere, quia talia ver-
ba: ad probatum habendum exigunt perfectam
probatiooem Veſtr. d. c. 2. nu. 25. vbi add. nu. 60.
Marta voto 141. nu. 6. Ricc. in praxi p. 1. dec. 443.
Baron. de citat. q. 16. nu. 23.

62 Sic teſtes iurati die oon feriata poſſuot reci-
pi die feriata gl. in l. 1. C. de fer. Bart. & Bal. in l. ſi
quando C. de teſt. Caranit. in rit. 148. ex diſpoſitio-
ne d. ritus Muſcatell. vbi ſup. nu. 3.

63 In caſu tamen quo citatio ad videndum iura-
re teſtes eſſet vaga, & nulla io caſibus ſup. relatis,
teſtes dicerentur bene examinati, ſi pars compa-
ruiſſet, & dediſſet interrogatoria, vel dare ooluiſ-
ſet, Nam per comparitionem oſtendiſſet pars ſe
certam de eo, de quo fuit facta citatio. licet oul-
liter Caput. dec. 293. p. 3. Farinac. q. 72. c. 1. nu. 33.
Baron. vbi ſup. nu. 101.

64 Aliter tamen ſeruatur io citatione ad ſenten-
tiam, nam hæc debet fieri pro certa die, ità vt nō
ſufficiat citatio generalis, & incerta, tanquam
inducens ſpeciem ſeruitutis gloſ. in clem. ſæpe in
verb. ad id de verb. ſignific. Gemin. in c. 2. nu. 4. de
dolo, & contum. in 6. Felin. in cap. conſuluit num. 16.
de offic. deleg. Bar. in l. fin. in fin. C. de annal. except.
Rot. poſt conſil. Farinac. dec. 313. num. 7. p. 2. De
65 ſtylo tamen poteſt induci, vt valeat citatio ad
ſententiam pro ſingulis diebus, & horis, qui tamē
ſtylus tanquam contrà ius, plenè debet probari
Ludouiſ. dec. 140. nu. 1. & 2. & ibi Add. n. 11. & 12.
66 Et ſi fieret citatio pro certa die, & deinde pro
ſequentibus, valeret io prima parte, ſed in ſecun-
da eſſet oulla. ioxta conſil. Bal. 268. vol. 5. & iuxta
dicta per Abb. in cap. fin. de dilat. col. 2. in fin. Put.
dec. 148. lib. 2. Creſcent. deciſ. 1. de dolo, & contu-
mac. Antonell. de tempore legal. lib. 4. cap. 32. num. 2.
67 Et licet talis citatio in prima parte valida poſ-
ſit operari, quod Iudex eam poſſit io diem ſe-
quentem prorogare prolationem ſeotentiæ, & ſi-
ne alia noua citatione pronunciare ad cap. con-
ſuluit de offic. deleg. Tameo hoc facere non poteſt
68 in vlteriorem diem, quod ſi faceret, ſeotentia
taoquam ſine citatione lata eſſet nulla Abb. in
cap. dilecti col. 7. in princ. de dolo, & contumac. Si
69 fiat citatio ad ſententiam pro prima die, deinde
vel pro octo ſequentibus, ſeu pro ſingulis diebus,
& horis, ſi ſeotentia feratur prima die, valet oon
obſtante illa additione in certa, cum octo ſequē-
tibus Rota in recent. p. 2. dec. 571. nu. 2. Sed nſe-
70 ratur io prima die, non poteſt ferri in alijs Put.
dec. 252. lib. 2. Et ſi feratur eſt nulla, quia talis
citatio poſt primam diem valet Mantica deciſ.
243. num. 1.

71 Io Curia Romanā non viget ſtylus citandi
generaliter pro pluribus, vel ſingulis diebus, ſed
debet neceſſario exprimi certa dies, Vt potè ad
primam, vel ad ſecuodam, vel ad tertiam, vel etiā
pro vltima Rota ante ferias iudicaodas, Atque
etiam ad hodie per totam, quæ intelligitur pro
hora campanellarum, hoc eſt pro hora audientiæ
Sera-

Seraphin.dec.1115.nu.2.& 3.
72 Ideò ſeotentia non poteſt ferri pro die,in qua
non cadit citatio,nec ante nec poſt,alias ſenten-
tia corrueret ex defectu citationis *Ludouiſ.dec.*
546.num.7.Guazzin.defenſ.10.cap.2.num.21. Bo-
er.dec.235.num.3.circà finem Scialoya de foriudic.
cap.5.num.22.
73 Et citatio facta pro vna die non ſeruatur pro
alia *Rot.in recentiſſ.dec.365.num.3. p.1. Guazzin.*
Boer. & Scialoya ſup. Ciriac.contr.523. num.8. &
ſeqq. Gratian. diſcept.333.nu.19. & ſeqq.Antonell.
de temp.legal.lib.4.cap.32.nu.6.7. vbi dicit quod
ſi quis ſit citatus ad certam horam non poterit
Iudex inuito actore differre , & prorogare cita-
tiooem io diem ſequentem , ſed ſolum in horas
ſequentes, quidquid ſit quando citatur ad certum
diem,oam tunc Iudex poteſt illam citationem
prorogare in diem ſequentem *c.conſuluit de offic.*
deleg.& in ipſa die,& hora prorogata , poteſt Iu-
dex ſententiam ferre abſque alia citatione , ſecus
vlteriori die ſine nona citatione.
74 Stilus Curiæ Romanæ viget habendi terminũ
pro ſeruato, quod idem importat, ac ſi Iudex di-
ceret: Proouncio pro vt io cedula ſubſcribeoda,
& hanc ſignificationem ſatis vulgatam retulit
etiam *Gonzal.reg.8.gl.60. num.82.* Qui modus
pronunciandi oon eſt de Iure, ſed de ſtylo Curię
non multum antiquo , vt ait *Veſtr.in praxi lib.7.*
cap.1.nu.12.
75 Sic quando Iudex vult pohabitum terminum
pro ſeruato pronunciare:conſueuit citari pars ad
videodum declarari terminum pro ſeruato habi-
tum, quæ citatio non reproducitur ,quia non eſt
neceſſaria, ſed fit ex vrbanitate, & ſufficit eam
Iudici oſtendere, vt videat partem de hoc noti-
tiam haboiſſe, & ratio eſt , quia ſententia cenſe-
tur lata tunc , quando fuit ſeruatus terminus in
die citatiooia factæ ad ſenteotiam . Et quando
76 ſubſcribitur ſententiæ cedula , non notatur dies
ſubſcriptionis, ſed dies citationis,& termini pro
ſeruato habiti,ad quem retrotrahitur *Veſte.d.lib.*
7. cap.1.num.13.Rot.diuerſ.dec.705. nu.4.p.3.lib.
3. Rotin.recent.dec.46.num.3. p.1. & in recentiſſ.
dec.176.num.1.p.1. Et quia talis ſubſcriptio eſt
77 declaratio nudum factum continens , ideò cita-
tione non iodigit. *Mandoſ.in reg.de annali q.75.*
78 *num.3.&* 4.Nam ſubſcriptio Iudicis non habet
vim ſententię *Iaſ.in l.ſi ita ſtipulatus §. Chryſogo-*
nus num.15.ff.de verb.obligat. Rot.diuerſ.dec.391.
nu.2.p.3.lib.3.
79 Hinc ſi Auditor Rotę haboit terminom pro
ſeruato , qui poſtea vel morte , vel alio impedi-
mento ſubſcribere ſententiam neqoit , ea poteſt
ab alio Coauditore ſubſcribi abſque citatione
partis, & ſubſcriptio retrotrahitur ad diem ter-
mini pro ſeruato habiti *Put.dec.348.num.1.lib.1.*
Ea ratione,quam ponit, quia adeſt inter Audito-
res generalis commmiſſio , quæ dat formam , vt
defuocto vno Auditore,alios poſſit ſententiam
ſubſcribere per defunctum latam,non dum ſcrip-
tam,& vnus Auditor non profert ſenteotiam,ni-
ſi de conſilio aliorum Coauditorum, & io fauo-
rem certę perſooæ poſt negotium deciſum : Et
cum omnes dicantur proferre,non mirum ſi Au-
ditor ſubſcribens oon teneatur aliqoem citare,
ex eo quod citatio non eſſet pro futura.
80 Sic in ſimili, quando citata parte coram Iudi-
ce ad ſeotentiam,idem Iudex alteri delegat pro-
lationem ſententiæ , non requiritur nona citatio
Caſtr. & Iacob.de S.Georg. in l.edita C.de edend.
81 Secus autem in alio tribunali, in quo tunc ſolet
pronunciari prout in cedula , non in fauorem
certę perſonæ , & negotio non diſcuſſo ; nam
tunc defuncto Iudice , ſucceſſor non poteſt ſeo-
tentiam ſubſcribere , niſi parte citata , & ità de-
82 ciſum refert.*Put.* Quod ſi poſt mortem pronun-
ciantis pro vt in Cedula, fuiſſet commiſſa alteri
ſubſcriptio ſententiæ,tuoc ſufficeret partem cita-
re ad dicendum contrà commiſſionem , & oon
eſſet neceſſaria alia ſpecialis citatio ad ſubſcrip-
tiooem ſententię. *Put.deciſ.249.lib.2.*Sed tali ca-
83 ſu Iudex ſubrogatus oon poteſt ferre contrariã
ſententiam illi, quæ fuit anteà lata ab eo, in cu-
ius locum fuit ſubrogatus *Mohed.dec.2. in fine,*
vt lite pend.
84 Quando verò Iudex non vult in termino præ-
ſeruato habito pronunciare,tunc ſinit illum labi,
& illa pronuncia , & ille termious po ſeruato
remanet vti cancellatus , & circunductus iuxtà
conſtit.Pij IV. prout etiam circunductus remanet
per productionem nouorum iurium *Seraphin.*
dec.536.num.3.Rot.in recentiſſ.dec.576. num.11.
*p.1.*Sententia habetur pro cancellata.*Coccin.dec.*
85 414.*num.*4.Idem ſi Iudex admittit exceptiones
ſi & in quantum Rot.dec.539. num.1. p.2. & dec.
101.num.10.p.1. in recentiſſ. Idem ſi admitteret
86 articulos releuantes , Sed ſi eos reijceret vti ca-
lumnioſos , vtique poſſet pronunciare *Rot.diuerſ.*
dec.24.p.3.lib.1.
87 Et quateous etiam Iudex admitteret noua
iura, & articulos ſine præiudicio termini pro ſer-
uato habiti, nihilominus dictus terminus circun-
duceretur , vt in *Rota* apud *Marcheſ. de commiſſ.*
p.3.fol.104.Gratian.diſcept.438.num.4. Sic etiam
88 ſi Iudex non habet terminum pro ſeruato in die,
qua cadit citatio, ea circunduceretur , & ſeoten-
tia deindè lata eſſet nulla. *De Graſſ.dec.11. nu.2.*
de ſentent.& re iudic.Rot.in recentiſſ.dec.448. nu.
89 *9.p.2.* Similiter ſi Iudex durante termino pro
ſeruato non pronunciaret , ſed illo expirato,ſen-
tentia nulla eſſet ex defectu citationis *Rot. in re-*
cent.dec.252.n.1.& 2.p.1.
90 Durat terminus pro ſeruato in Rota per qnio-
decim dies, & in vltima,anni audientia per men-
ſem. Nam ſic Pius IV.in *ſua conſtit.*incip.*In tro-*
no iuſtitiæ §.item ſententiæ , quę in *Bullario* nouo
eſt *conſtit.*44. ſaociuit , quod ſententiæ latæ per
Auditores Rotæ, pro vt io Cedula , vt moris eſt,
vel per vtam termioi pro ſeruato,ſubſcribantur,
& publicentur in actis intrà quindecim dies , &
in vltima anni audiantia latæ infrà menſem,
alioqnin pronunciationes huiuſmodi pro circon-
ductis habeantur. Idemque repetit *Paul.V. in ſua*
conſtit.ſuper reformat Tribunalis Vrbis tit. de Audi-
91 *torio Rotæ conſtit.*71. Coram Auditore Camaræ,
& alijs Iudicibus, quam criminalibus, durat per
decem dies,ità ſtatuit *Pius IV.in conſtit.*incip.*cum*
ab ipſo, quæ eſt 58.*in Bullar.nouo in* §.12.
92 Sed quando, vel Auditor Camaræ proouncia-
ret, & ſubſcriberet ſententiam intrà decem dies
ter-

Digitized by Google

termini pro ſeruato habiti, vel Auditores Rotę
infrà quindecim, vel infrà menſem ſententia trã-
ſiret in iudicatum, niſi appellatum fuiſſet intrà
decem dies à die termini pro ſeruato habiti, quia
decendium ad appellandum currit à die prolatio-
nis ſententię, non autem ſubſcriptionis, cuius
dies non notatur, ſed retrotrahitur ad diem ci-
tationis, & termini pro ſeruato habiti; Ideo ino-
leuit vſus appellandi infrà decem dies termini,
quatenus contrà ſe ferri contingat, & non aliàs.
Et id ad cautelam, quia licet pars non dum cer-
to ſciat ſe grauatam fuiſſe, debuit tamen cogita-
re caſum poſſe euenire, quo grauata eſſet, iuxtà
*tex.in l.ſi quis domum §. idem ff. locati Rot.diuerſ.
dec.391.num.3.p.3.Gozal.in reg.8.gl.60.n.92.*
93 Pronunciare vt in Cedula eſt contrà diſpoſi-
tionem *l.2.& 3.C.de ſentent.ex breuiloq.recit.* De
ſtylo tamen poteſt ſubſtineri, & ſtylus loci in hoc
eſt ſeruandus, dummodo probetur *Roman.conſil.
367.num.12.Rot.diuerſ.dec.705.n.4.p.3.lib.3. Se-
raphin.dec.536.n.2.& 4.*
94 In Curia Romana hic ſtylus nec probandus
eſt tanquam approbatus per dictas *conſtitutiones
Pontificias*, eſtque rationabilis, nec multum vide-
tur deuiare à regulis iuris communis. Nam valet
ſententia quando Iudex pronunciat prout conti-
netur in Conſilio N. iuriſperiti, vel Sapientis,
etiam in actis non producto. *Felin.in cap. vene-
rabilis num.47. de except. Alciat.* de communi *in l.
1.§.ſi quis num.14.ff.de verb.obligat. Aſin.in pra-
xi §.20. cap.12. Vant.in rubr.de nullit. ex defect.
proceſſ. num.104.* licet ipſe contrarium teneat,
quando conſilium non eſt in actis productum.
Gonzal.d.gl.60.num.84. & *nos* dicemus *in d.rubri-*
95 *ca.* Ideò à fortiori ſubſtinetur quando Iudex
pronunciat, pro vt continebitur in Cedula pro-
pria ſuæ ſententię poſtmodum ſubſcribenda. *Gon-
zal.d.gl.60.nu.86.*
96 Quando Iudex declarat terminum pro ſerua-
to habitum, Notarius notat actum hoc modo.
*Ex tunc dominus pronunciauit pro vt in Cedula, quã
facto legit, & mihi Notario dedit tenoris &c. Super
quibus &c.* Nam ad hoc, vt talis pronunciatio va-
leat neceſſe eſt, quod Iudex ad illum ſe referat.
*Bar.in l.1.in fin.C.de ſent. ex breui recit. Angel.in
l.1. ff.de re iudic. Rot.diuerſ. dec.705.num.3. p.3.*
97 *lib.3.Canal.dec.563. num.1.* Ideò talis pronun-
ciatio non ſubſtinetur ſi conſtaret tunc Cedulam
non fuiſſe ſcriptam *Franc.in cap.vl.num 5.de re
iud.in 6. Rip.in l.at prætor §.ſi Iudex col.2.ff.de
re iudic.Rot.diuerſ.dec.705. num.3. Paris conſ.49.
num.91.lib.3.Ludouiſ.dec.546.nu.7.* & ibi *addit.*
98 *num.16.* Et ſi cedula non eſſet in actis, non poſ-
ſet talis pronunciatio certificari per relationem
ad acta *l.ſi quis ad exhibendum ff.de except. rei iu-
dic.Crauett.conſ.*202.*num.17.Rot.*poſt *conſil.Fari-
nac.p.1.dec.111.n.2.*
99 Ex his rectè fuit ſtylo introductum, vt Nota-
rius extendat prædicta verba in pede eiuſdem
citationis: *Ex tunc Dominus pronunciauit, pro vt
in Cedula, quam legit, & mihi Notario conſignauit
tenoris &c.* Ex quibus verbis, vel conſtat, vel præ-
ſumi poteſt tempore prolationis, & termini pro
ſeruato habiti datam fuiſſe Cedulam, & ſtante
atteſtatione Notarij, non poteſt de contrario cõ-
ſtare ex actis, iuxtà notata per *Bal.in l.1.num.11.
C.de ſentent.ex breuil.recit.Paris conſ.49.num.91.
lib.3.Rot.in recentiſſ.dec.252.num.2.p.1.* Nec po-
100 teſt dici falſitas licet Notarius notet illum
actum poſt terminum pro ſeruato habitum, quia
non debet apponi dies ſubſcriptionis, ſed dies
termini pro ſeruato *Rot.diuerſ.dec.705 p.3. lib.3.
Gratian.diſcept.438.num.9.& 10.Add.ad Ludouiſ.
dec.546.num.16.*
101 Si verò notarius talem actum enotaret ſub die
poſt lapſum terminum pro ſeruato, tunc ſententia
eſſet nulla, & ex actis conſtaret tempore citatio-
nis, & prolationis non fuiſſe ſcriptam cedulam,
neque in actis datam *Rot.in recentiſſ.d. dec.252.
num.2.p.1.*
102 Et ſi Notarius ſimpliciter notaſſet: tali die
Iudicem pronunciaſſe pro vt in cedula, & deindè
idem Notarius atteſtaretur, tunc non fuiſſe datã
cedulam in actis, illi non crederetur, cum agere-
tur da damnando Iudicem *Caſtr.in l.ſi a num.2.
ff.ad Velleian.Iaſ.in l.iuſiurandum §. procurator n.
2.ff.de Iure iur.Coccin.dec.183.n.6.*
103 Illa verba: *quam facto legit*, important imple-
mentum modi pronunciandi à iure traditi, de quo
in l.2.C.de ſent.ex breuic.recit. Quod ſcil. Iudices
ſententiam forment, ſcriptaſque partibus legant;
nam aliàs ſi appareret dicta, cum ſcripta non
eſſet, nomen ſententię non meretur *l.3.C.de ſen-
tent.ex breuit.recit.*
104 Alia verba ſubſequentia: *Et mihi Notario con-
ſignauit*, ſunt neceſſaria, quia aliàs ſententia lata
pro vt in cedula, remaneret circunducta, ſi Iu-
dex cedulam penes ſe retineret, & illam Notario
non conſignaret *Caput. dec.30. p.1. Gonzal.d.gl.*
105 *60.nu.97.Caualer.dec.563.* Vltima verba, *ſuper
quibus*, hoc eſt, *Idem procurator inſtetit ſibi à me
Notario vnum, vel plura confici publica inſtrumenta,
præſentibus N.N. teſtibus ad præmiſſa vocatis* etiam
ſunt neceſſaria.
106 Ad ea vndè digreſſi aliquantulum ſumus, re-
deuntes, dicimus, quod licet ſecundũ prædicta ſit
apponenda certa dies, hora tamen certa non eſt
apponenda de neceſſitate, quia intelligitur pro
hora audientiæ *cap.conſuluit de offi.deleg.* & ibi
*Felin.num.5. Marianta in ſpec.p.6.membr.1. n.66.
Vant.hic num.72.* Cum illa intelligatur hora
congrua comparendi, in qua eſt ſolitum ius red-
di. *Carpan. ex Soccin.de citat.ſuper ſtatut. Mediol.
cap.1.num.119.Barboſ.in cap.conſuluit num.3.de
offi.deleg.Baron.de citat.q.35. num.13.* vbi refert
*Cald.de empt.& vendit.cap.4.num.*18. contrarium
tenentem.
107 Sed quid ſi bis in die ſit ſolitum ius reddi? Vi-
detur quod in dubio debeat intelligi de ſecunda
hora iuris, cum pars ſit expectanda vſque ad vl-
timam horam, ex adductis per *Franc.in cap.cum
108 parati de appell.num.23.& 25.* Et quando cita-
tio ſit ad certum actum, vt puta ad electionem,
quæ ſolet fieri de mane poſt miſſam, debet intel-
ligi ad eandem horam *Franc.ibid.num.24.Berlich,
lib.1.concluſ.17.nu.80.* Sed Romana Curia con-
109 ſueuit in citationibus maximè, quæ fiunt extrà
Curiam, apponere nedum terminum, & diem,
ſed etiam horam *Vant. hic num.71. Gratian.di-
110 ſcept.70.nu.9.* In criminalibus bona practica
eſt,

eſt,vt in citationibus apponatur certus terminus,
ac certa hora, in qua citatus debeat comparere
Angel.in l.more Romano col.2.ad fin.C.de feryſ.
111 Et licet apponatur in citationibus crimina-
lis iudicij certus terminus ad comparendum;ta-
men pendente termino poteſt Iudex capi fecere
reum inquiſitum , ideoque rei quando timent nè
capiantur,cantela eſt quod exhibeant fideiuſſorē
de comparendo intrà certum terminum, & præ-
ſtita huiuſmodi fideiuſſione tolli ſolet decretum
capturæ Boſſ.in praxi crim.tit. de captura num.10.
Clar.§.fin.qu.31.verſ.vlt.quaero.
112 Sed quando in Citatione apponeretur certa
hora,tunc actus ſi diuerſa hora expediretur cita-
to abſente , non valeret,& ex defectu citationis
proceſſus nullus remaneret , niſi Iudex citationē
prorogaſſet Bart.in l.aut qui , & in l.vlt.§.fin.ff.
quod vi aut clam.Maranta in ſpec.p.6.membr.1.nu.
66.Vaut.hic 73.Gratian.diſcept.333.nu.38.Felin.
in cap.1.nu.22.de iudic. & in cap. conſuluit nu.3.
& 4.de offic.deleg.Rota in recentiſſ.dec.340, nu.1.
par.1.Boer.dec.235.in fin.Guazzin.defenſ.10.c.2.
nu.21.Carpan.ad ſtatut.Mediol.cap.1.nu.227.Ba-
ron.de citat.q.35.num.14.Prout in ſimilibus caſi-
113 bus dicunt Rota diuerſ.deciſ.315.nu.3.p.3.lib.3.
Hondrd.conſ.32.n.104.lib.1.Rolan. conſ.85.n.13.
lib.2.Cranett.conſ.122.nu.17.Rot.in recentiſſ.dec.
365.nu.3. p.1. Sed quando Citatio fuit facta ad
114 videndum aliquid fieri certa hora , puta exhi-
bitionem,ſeu productionem iurium,& illorum
recognitionem,quod non debeat expectari totus
lapſus horæ , ſed ſufficit actum fieri ſtatim quod
inceperit hora, vt reſpondit Rota dec.231.in 1.
nu.7.poſt Poſth.de manut.
115 Citatio igitur quando habet expreſſam certā
diem,vel horam , ea elapſa non arctatur citatus
ad comparendum alia die,nam quando actus ge-
ritur aliter,quam dictum fuerit in citatione , ci-
tatio non arctat Bal.in l.aut qui aliter ff. quod vi,
aut clam.Caput.dec.123.nu.2.par.3. Rot.in recent.
dec.128.num.2.par.1.
116 Sic citatio ad ſententiam pro prima die , ſi
fuerit producta , & terminus ſeruatus in ſecunda
die , ſententia exinde lata eſt nulla Ruin. conſ.
136.nu.1.lib.5.Gabriel.de citat.concluſ.1.nu.106.
Rot.in recentiſſ.dec.448.nu.9.p.2.
117 Si citatus ad ſententiam pro certa die non
compareat , videtur quod Iudex poſſit poſtea
quandocunque ferre ſententiam ſine alia citatio-
ne, ſtante contumacia citati Bald. in l.cum non eo
die C.quando prouoc.non eſt neceſſ.Caſtr.conſ.254.
nu.4.verſ.præterea p.2.
118 Verum hæc Bald. & Caſtrenſ. opinio contro-
uerſa eſt,& ſecundum veriorem , & magis com-
munem,non niſi die ſequenti ferri poteſt Alex. in
l.de vnoquoque num.7.ff.de re iud.c.Gabriel.d.con-
cluſ.1.n.447.& 449.Rot.in recent.dec.365.n.4.p.1
119 Verum ſi eadem die , ſub qua cadebat citatio
fuiſſet accuſata contumacia,poſſet Iudex per ali-
quot dies ſine alia citatione ſententiam ferre
DD,in cap.conſuluit vbi Felin.nu.4. de offic.deleg.
Bal.in l.1.nu.14. C.quomod.& quand.Iud. Decian.
conſ.18.nu.212.lib.1.
120 Secus ſi contumacia fuiſſet accuſata alia die,
& hora,quam ea,qua cadebat citatio , vt putà in
ea die,qua fuit lata ſententia contra practicam
poſitam per Bar.in l.arbiter Kal.ff.de arbitr.& in
l.conſentaneum num.18. C.quomodo, & quand.Iud.
Iaſ.in l.properandum §.1.nu.3. C.de iudic. Maxi-
121 mè ſi citatus non comparuiſſet , neque die,qua
cadebat citatio , neque ſequentibus Decian.conſ.
18.verſ.& cum comparuerit. Vndè ſi Iudex expe-
122 ctauit per aliquod ſpacium, dicitur fuiſſe be-
nignior,cum potuiſſet in termino citationis ſen-
tentiam ferre Bal. in d.l.1. num.14. C.quomod.&
quando Iud.Felin.d.c. conſuluit nu.4. & ibidem
123 Dec.n.18.in fin.Secus quando antè ſententiam
comparuit,quia tunc non videtur contumax,nec
conſiderari poteſt contemptus Iudicis cap.2. vbi
gl.in verb.contumaciter de dolo,& contumac.l.con-
tumacia in princ.& §.1.& ibi gl.ff.de re iudic.Rot.
dec.409.nu.2.p.1.in recent.
124 Et diſpoſitione noſtra conſtitut,incip,Edictorū
quæ loquitur de citatione per literas , eſt diſpo-
ſitum,quod terminus illorum , qui ſunt in regno
ſit 30.dierum,vel minus,ſi breuius ſpatium iudi-
cetur,illorum verò,qui ſunt extrà regnum,ſit 60.
dierum , igitur ſi in citatione per litteras termi-
nus non ſit appoſitus , cenſetur datus iuxtà dictā
conſtitutionem regni . In citatione verò verbali
partibus præſentibus non datur per d. conſtitut.
edictorum certus terminus , ergo remanet ſub di-
ſpoſitione Iuris communis l. commodiſſimè ff. de
liber.& poſth.
125 In Sicilia , (aut ſumus in M.R.C.vel alia
Curia, in qua ſeruatur dies iuridicus certus , &
non omnes dies ſunt iuridici, quia ſunt tantum
dies,que vulgò dicuntur di Corte, duæ pro quali-
bet hebdomada,ſcil.die Mercurij , & Saturni, &
tunc quamuis citatio non contineat certum diē ,
intelligitur pro prima die iuridica. Aut ſumus in
alijs Curijs, Ciuitatibus, & locis,in quibus non
adeſt dies determinata pro iuridica , cum quæli-
bet dies forſan ſit iuridica , vt eſt de Iure com-
muni per tex.in l. omnes dies C.de feryſ , & tunc
obſeruatur,quod intelligitur citatus vna die pro
alia immediate ſequenti,& ità ſeruari etiam in
noſtro Regno Neap. ex Maranta in ſpec. par.6.
membr.1.nu.67.Baron.de citat.qu.35.nu.12.Et ex
Cumia ſuper rit.cap.1.nu.19. dicit, quod ſi citan-
dus eſt in territorio præſens, ideſt in Ciuitate,
vel ſuburbijs citatur ad primam diem iuridicam
& ſic ſine die, comparere debet in prima Curia,
aut eſt extrà territorium , quo caſu committitur
citatio alijs officialibus loci , vbi eſt citandus,&
tunc ponitur dies,& dicitur in litteria citatorija,
vt octauo die poſt citationem ipſam perempto-
riè compareat in M.R. C. & elapſo hoc perem-
ptorio , in prima Curia ſequenti incuſatur con-
126 tumacia . Sed in noſtra M.C.Vicarię in cita-
tionibus extra Ciuitatem , fit pro vt ſeruatur in
Sicilia,& dicit Cumia ſup. In Ciuitate vero quā-
uis fiat pro prima die iuridica , tamen prouiſio
iudicis non fit,niſi elapſo biduo , & hoc eſt de
praxi,de qua nos teſtamur .

S V M M A R I V M.

1 *Terminus expreſſus in citatione debet eſſe congruus,*
alias non arctat citatum ad comparendum , etiam
poſt

poſt terminum, & qualis debeat eſſe terminus cõpetens? & a nu.2.ad nu.38.

De Congruitate termini ad comparendum.

QVÆSTIO XXXV.

1 TErminus expreſſus in citatione debet
eſſe congruus *d.l.aut qui aliter ff. quod
vi aut clam.clem.1.de re iudic.*ibi, *conſiderata
loci diſtantia Paad. de præſent.
& execut.inſt.p.4.declar.2.nu.13.Borrell.in
ſũma dec.tit.44. n.32.Barboſ.in lib.2.extrauag.tit.de
dolo & contumac.nu. 2.& in cap.cum dilecti
nu.6.de dolo, & contumac.eſt tex.in cap.quod
ad conſultationem de re iudic. Scialoya de foriudic.
cap.5.nu.21.cap.vocatio 1.cap.5.qu.2. l.69.ff. de
iudic. Berlich.lib.1.concluſ.10.nu.13. Themud.dec.*
129.de iure luſitano eſt *ord.l.4.tit.6.§.1.& lib.5.
tit.126.in princ.Tuſc.lit.C.concluſ.255. nu.5.Cardos*
verb.*citatio nu.28.Baron.de citat.q.36.*

2 Et citatio non arctaret ad comparendum,etiã
poſt terminum, quando contineret terminum ità
breuem,vt impoſſibile eſſet in eo comparere *Bar.
in d.l.aut qui aliter, & in extrauag. ad reprimendũ
in verb.per edictum Afſl.dec.124. num.3. Creſcent.
dec.6.de dolo, & contumac. D.Reg.Sanfel.in praxi
ſect.4.nu.3.Guazzin.defenſ.10.cap.2.nu.11.Vant.
hic nu.67.Bucz.dec.52. num.11.Ripoll. var.cap.3.
nu.20.& ſeqq.& nu.326.Gonzal.ad reg.8.Cancell.
gl.9.§.1.de nullit.& n.152.Iordan.lib.14.tit.1.de
citat.nu.62.Antonell.de temp.legal.lib.4.cap.32.n.
3.Scialoya de foriud.cap.5.nu.22.*

3 Quod procedit ſiue impoſſibilitas comparendi
ſit iuris,ſiuè facti, hoc eſt ſiue impoſſibile ſit cõparere
ex diſpoſitione iuris, vt quia citatur aliquis
die feriato, ſiuè impoſſibilitas ſurgat ex facto,quia
terminus eſt nimis breuis, vt formaliter
loquitur *Franc. de Aret.in l.ſi mihi §.ſi quis ſeruos
in fin.ff.de leg.1.Spec.de citat.§.7.*

4 Itaque ſi præſens eſt in loco iudicij,ſi citetur
perſonaliter,poteſt aliquando citari,ad hodie per
totam; quia tunc non poteſt conſiderari impoſſibilitas
comparendi,cum notitia citationis non
poſſit controuerti,& talis citatio valet *Saluſt. Tiber.in
praxi A.C.cap.49.nu.12.lib.1.Put.dec.178
nu.2 lib.1.*Si verò citetur domi dimiſſa copia,
5 tunc quia poteſt controuerti notitia citationis
in eadem die,qua forte domum non rediſſet,vel
alia de cauſa,Ideò non valet citatio domi ad hodiè
per totam, Sed debet fieri per diem ante,&
ità vna die pro alia *Put.d.dec.178.num.2. Tiber.
vbi ſup.nu.13.*

6 Qui verò abeſt à loco iudicij, ſiuè citetur perſonaliter,ſiuè
domi, ſiuè per edictum,debet citari
cum termino ad comparendum competenti, vt
in extrauag. Rem non nouam de dolo, & contumac,
7 *& in clem.1.de iudic.*Et Iudex mandãs citari abſentem
debet ſcire quo loco is degat, & ſecundũ
legem debet conſiderare loci diſtantiam, vt ſcil.
pro ſingulis viginti milliarijs concedat vnum
diem *l.1.ff. quis cautio. & in §.qui autem Inſtit.
de excuſat.tutor.vel curat. l.in itinere ff. de verb.ſi-*
8 *gnific.*Et debet etiam conſiderare ſi commodè in
codẽ legis termino poſſit cõparere *c. cupientes §.
hac generalis de elect.in 6.Vbert.decis.c.10.n.500.*

9 Nam ſi longum eſſet iter non tenetur quis
diebus,& noctibus,& omni tempore pluuioſo, &
abſque interpoſitione quietis continuare iter, &
nimium feſtinare,Neque etiam ità morari,vt otioſum
ſit,& ratione temporis difficilius etiam redditur
iter in hyeme,quam in æſtate, ratione autẽ
perſonæ difficilius eſt ſenibus, & valetudinarijs,
& nobilibus,quam alijs, & hoc eleganter explicatur
in *tex. in l.continuus §. cum ità ſtipulatus ff.
de verb.obligat.gl.in d.cap. cupientes,§.hac generali*
in verb. *commodè circa fin.de elect.in 6.* quæ dicit
quod pius Iudex non arbitrabitur quod per 40.
dietas,vel plures quis venire poſſet commodè nõ
quieſcendo,& ſenſit,quod vnus dies pro qualibet
hebdomada debeat dari ad quieſcendum *Scacc.de
iudic.cap.91.n.32.*verſ. *& primo Barber.ſuper ſtat.
agricult.cap.31. lit.C.* diccmus *infra hic.* Dicunt
10 DD.terminum, & dilationem congruam eſſe
apponendam, pro vt arbitrio iudicantis videbitur
æquum,nam talia reſident in pectore iudicãtis
gloſ.in cap.2. in verb. *planè circa med.de dilat.
Bar.in l.2.nu.10.ff. de re iudic. Bald.in l.vt perfectius
n.10.verſ.5. C.de annal.except.Specul.tit.de
citat.§.nunc circa fin.Caſſador. dec.3. in princ.de
dilat.Baron.de citat.q.36.nu.7.* Dummodo ſtatuat
11 terminum congruum, nam non debet Iudex facere
quod ſit partibus odioſum *gl.fin. in d.l.1.ff.
ſi quis caut.*

12 Et ſi in citatione apponeret terminum minus
breuem,citatio tamquam temeraria,& nulla non
arctaret ad comparendum *Vant. hic nu.63.Veſtr.
in praxi lib.4.cap.2.nu.5.Rolan. conſ.39.num.27.
lib.1.cap.1. & 2. & cap.ſi primates 5. qu.2. Sfort.
Odd.conſ.72.nu.26.& 27.Borrell.d.tit.44.nu.56.
Guazzin.defenſ.10.cap.2.num.11. Maſuer. ad pract.
Pap.in forma reſp. rei conuent.* verb. *valebit il 2.
Canall.q.809.nu.14.Cum.ſuper rit.Sicil. cap.1.nu.
16.Calnol.in praxi §.citatio concluſ.3. nu.27.Caſſan.ſuper
conſuet. Burg.rubr.1. §.6.num.101. Tuſc.*
verb.*citatio concluſ.234.Carpan.ſuper ſtat.Mediol.
cap.1.nu.130.Bec.conſ.163. nu.34. Peregr.conſ.3.
nu.9.Afſl.dec.124.nu.3. & in conſtit. cauſas not.4.
nu.5.Carau.ſuper rit.123. num.3. Peregr.Ion.inter
conſ.Farinac.conſ 83.nu.18.& 19.F.Aler.in praxi
p.1.3.partis* verſ. *Vel eos verbaliter citari faciat nu.
22.Ricc.coll.2104.* verſ. *denique nota Poſt.de manut.obſ.84.nu.22.Salgad.de
reg.protect.p.2.c.1.nu.
19.Vrſ.decis.361.Scialoya de foriudic.cap.5.n.21.
Reg.Sanfel.in praxi ſect.4.nu.2. D.Campanus de foriudic.reſol.7.Themud.d.dec.129.*
Sic etiam Cita-
13 tio facta, vt quis in continenti compareat non
arctat citatum ad comparendum,nec tenet *Bald.in
l.2.nu.8.C.de Epiſc.Aud.*

14 Et ſi citatio, & prolatio ſententiæ in longius
tempus protracta fuerit, ſi prorogatio non fuit
notificata parti, ſententia eſt ipſo iure nulla *Peregr.conſ.3.nu.10.lib.5.*

15 Alij vero tenent Citationem continentem
breuem terminum,non eſſe nullam, ſed recipere
appellationem *Butr. in c.2.de dilat. Vital.in clem.
1.in 6.notab.de iudic.*Alij vero tenent neque eſſe
nullam,

nullam, neque recipere appellationem, cum videatur continere grauamen per ſolam comparitionem reparabile *Bal.in l.2. num.7. & 8. C.de Epiſcop.aud.*

17 Mihi in hac contraria *DD.* ſententia placuit dixtinguere. Nam aut citatio continet terminum ità breuem, vt manifeſtè appareat impoſſibilis comparitio, intrà eundem, & tunc eſt nulla iuxta primam opinionem, & non arctar ad comparendum, nam impoſſibilium nulla eſt obligatio *l.impoſſibilium ff.de reg.iur.* facit *tex.in §.locu inſti.de verb.obligat.l.quæſitum eſt ff.de re iudic.*

18 Aut continet breuem terminum, intrà quem comparere non ſit impoſſibile, ſed difficile, tunc ſi citatio cum breui termino deuenerit ad notitiam citati, vt puta, quia fuerit citatus perſonaliter, vel quia aliundè ſit probata notitia, tunc à breuitate termini debet appellare coram honeſtis perſonis, & in appellatione debet exprimere cauſam, propter quam non vult comparere *Bal.in d.l.2.C.de Epiſcop.aud.ſub num.7.* Et ità procedunt dicta per *Bute.& Vital.* citatorum pro ſecunda opinione.

19 Si autem ad eius notitiam non deueniſſet eadem citatio cum tali breui termino, ea remaneret nulla, cum ſine eius notitia non poſſet appellari, ità declarat *Put.dec.150.num.2.3. & 4. lib.3.* Si

20 verò ſit citatus cum termino, intrà quem difficile ſit, vt poſſit comparere, tunc ſi non habet iuſtã cauſam non comparendi coram eodem Iudice citante, non poteſt appellare, quia comparendo poteſt leuare grauamen, & eo magis quando eſt citatus cum clauſula: Si ſenſeris te grauatum cõpareas recepturus iuſtitiæ complementum, & ità procedit, quod à breuitate termini citatus non poteſt appellare, cum poſſit comparere in termino, & ità procedit doctrina *Bal.in d.l.2.ſub num. 7.& 8.C.de Epiſc.aud.* Vbi dicit etiam prædicta procedere in termino dato ad probandum, quia cum tota virtus cauſę conſiſtat in probationibus, ille qui nimis arctaretur, poſſet appellare; cum tale grauamen eſſet aptum ad inferendum plenũ præiudicium, ſi non haberet tempus ſufficiens ad probandum ex *allegatis* per eum.

21 Ex his breuitatem termini appoſiti in citationibus per edictum executis *Rota Rom.* plures proceſſus annullauit. In vno caſu, quo citatio per edictum executa fuit Terracinæ contrà eum, qui erat in Inſula Siciliæ cum ſolo termino quindecim dierum, *Rota* cenſuit, citatum non fuiſſe arctatum ad comparendum, & citationem fuiſſe nullam, & temerariam, quia continebat terminum, quo impoſſibile erat comparere, vt per *Caſſad.dec.6.de dolo, & contumac.nu.3.* Idem reſpondit in alio caſu, quo citatio per edictum executa fuit Mediolani, cum ſolo termino quadraginta dierum ad comparendum in Curia, contrà eum, qui in partibus Normandiæ degebat, vt per *Put.dec.150.lib.3.* Et in alio caſu, quo inter citationem per edictum decretum, & tempus prolatę ſententię intrarunt tantum octo dies, habuit citationem pro non facta, cum ad citati notitiam peruenire non potuerit, vt per *Caput.dec. 263.n.7.p.2.*

22 Si verò ſtatutum prefigeret, ſeu declararet certum terminum dandum ad comparendum, tunc is cenſeretur congruus, qui ſi non apponeretur in citatione, eadem citatio tanquam contrà formam ſtatuti non valeret *Imol.conſ.97.num.3.* facit *tex. in l.non dubium C.de legib.*

23 Diximus hic *ſup.* quod remittitur in arbitrium Iudicis congruitas dilationis, & termini, quod eſt intelligendum, vt in præſentibus, terminus competens continendus in citatione cum ſit ſtatutus in *l.ad peremptoriũ ff.de iudic.* vt ſcil.in qualibet citatione adſit terminus decem dierum in tantum quod ſi tres citationes faciunt peremptorium, in illa citatione, quæ fit vna pro tribus cũ peremptorio debet eſſe in ea terminus 30.dierum *Scacc.de iudic.cap.91.n.32.Borrell.d.tit.44. n.52.*

24 Si verò non ſit opus citare cum peremptorio præſentem, vel parum abſentem, tunc Iudex habito reſpectu ad proximitatem locorum, & ad qualitatem perſonarum, vel ad aliam iuſtam cauſam poteſt breuiare terminum. *l.non nunquam in fine ff.de iudic.Affl.in conſtit. edictorum nu.2. & in cap.1.ex quibus cauſis feud.amitt.Scacc.de iudic. d.c.91.nu.8.*

25 Si velit citare abſentem in longinquo vltra 20.milliaria, tunc vltrà præfatum terminum peremptorij debet in primis illi aſſignare vnum diem pro quibuslibet viginti miliaribus, vt *ſup. verſ.Nam ſi longum*, alias ſi detur terminus breuior citandus non arctatur ad comparendum *Affl.d.dec.124.num.3.DD.* apud *Scacc.d.cap.91.n. 9.circa med. Antonell.de temp.legal.lib.4.c.18.*

26 In criminalibus in qualibet illarum primarum trium citationum, quę fiunt contra abſentem, debet aſſignari terminus 30.dierum, qui datur ad componendum mæſtos penates *l.2.C.de exhib.reis.*

27 Et ſi fiat vna pro omnibus debent aſſignari nonaginta dies. *Scacc.d.c.91.n.23.*

28 De *Iure Cathalano* perſona militaris, ſi citatio expediatur in euocatione cauſæ plenarię per viam ordinarij iudicij debet citari cum termino viginti ſex dierum, ſi vero cæpta iam ſit cauſa, & ipſe miles citetur ad continuandum, tunc ſolum ei præfigitur in citatione decem dies pro termino, tunc etiam quando introducitur cauſa contrà militem in vim retroclami, quia ſolum præfinitur terminus decem dierum, quemadmodum ſi cauſa euocetur contrà militem in qua tractetur de manutenentia, quia in ea tunc dantur ſolum decem dies pro termino citationis *Mich.Ferrer.3.p.obſ.c.138.& 139. Pegues.in praxi ciuil.tit.de citat.in 6.* dicens dictum terminum viginti ſex dierum dandum eſſe procuratori militis, etiam ſi procurator plebeius ſit, cum ipſe reguletur à conſtituentis capacitate, idem eſt ſi curator militis citetur, nam etiam dantur viginti ſex dies. In alijs vero perſonis ſolum dantur decem dies *Pegues.vbi ſup.num.7.Ripol.var.cap.3. nu.169.& ſeqq.*

29 Quę diximus procedunt de *Iure* communi. De *Iure* noſtri Regni Neap. & Sicilię per *conſtitut. incip.Edictorum* habetur hoc. Quod citatio fiat vna pro omnibus, quæ peremptorium continebit, & terminum 30.dierum ad plus à die citationis receptæ, continue numerandorum in quacunque parte regni citandus manere dicatur; plerunque etiam breuius ſpacium indicetur ex qualitate

temporum, & proximitate locorum, vel ſi cauſa
ſit vrgens, propter quam tam longum tempus cō-
cedi non poſſit; ſi verò extrà regnum is, qui ci-
tandus ſit, degat: ſexaginta dierum ſpatium cita-
tio debet continere. Vt termino dierum ſex, vel
decem dato ad comparendum elapſo ſequenti die
ſi non erit feſtiuus incuſetur prima contumacia,
poſtmodum elapſis tribus alijs diebus ſiue feria-
ſis, ſiue non feriatis, accuſetur vltima contuma-
cia, vt habetur in *pragm. 3. incip. relationi de or-
dine iudic.*

30 Ex qua conſtitutione habetur, quod ijs qui
ſunt in Regno poteſt dari terminus ad plus
30. dierum, vel minus arbitrio Iudicis ex cauſa;
ijs verò qui ſunt extra Regnum terminus eſt 60.
dierum. *Borrell. d. tit. 44. num. 59.* quem terminum,
31 vt dicunt *Aſſl. & Iſern. in d. conſtit. edictorum,* non
poteſt Iudex citans nec abreuiare, nec proroga-
re, poteſt tamen prorogari per Iudicem loci ex-
trà regnum, vbi fit citatio, quia conſtitutio Re-
gni non poteſt imponere legem Iudici non ſuo.
Iſern. in d. conſtit. vbi *Aſſl. n. 39.*

32 De citatione præſentium conſtitutio ipſa
non loquitur, vndè vti caſus omiſſus remanet in
diſpoſitione iuris communis *l. commodiſſime ff. de
liber. & poſth. Giurba dec. 32. num. 2 Maſtrill. dec.
232. num. 34. & 35. & dec. 275. num. 36. Coſta Si-
cul. conſ. 33 num. 66. Luna in addit. ad conſ. 16. in
addit. ad num. 5. Cutell. de donat. tract. 2. di-*
33 *ſcurſ. 3. p. 6. n. 103.* Si verò in citatione non ap-
ponatur terminus, an de *Iure* noſtræ *conſtit.* te-
neatur citatus comparere, dicas, vt diximus *ſup.*
de Iure communi.

34 Citatus verò ad comparendum infrà certum
terminum, putà infrà decem dies, poteſt in vn-
decimo die comparere, etiam ſi eſſet vltimus dies
finitus. *Cumia ſuper rit. Sicil. c. 2. num. 34. & 35.
Petr. Petrol. ſuper rit. 97.* verſ. *nota quod.*

35 Tempus legitimum in iudicijs curialibus olim
erat quinque, vel ſex ſeptimanarum de Iure ſa-
xonico *Zanger. de except. p. 2. cap. 6. nu. 11. & ſeqq.*
hodie verò eſt mutatum, & ſtatutum, vt omnes,
& ſingulæ citationes ſpacium ſex ſeptimanarum,
& trium dierum contineant *Zanger. d. p. 2. cap. 6.
num. 8. & ſeqq.* Et ſi vnus tantum dies de illis ſex
ſeptimanis, & tribus diebus defuerit citatio nul-
la ſit, & de nouo decernenda per *conſtitut. Saxon.
tom. 3 p. 3. q. 25. Zanger. d. p. 2. cap. 6. num. 12. Ber-
lich. concluſ. 10. num. 15. &* 16. Tale tempus com-
36 parendi in citatione præfixum incipit currere
à die executæ, & inſinuatæ citationis *cap. ſuper
eodem §. vl. de appellat. l. 1. ff. ſi quis caut. Gaill. lib.
1. obſ. 53. num. 3. & ſeqq. Zanger. d. c. 6. num. 10. &
ſeqq. Berlich. d. concluſ. 10. nu. 14.* verſ. *quod quidem.*

37 In citationibus per edictum, ſi citetur quis ex-
tra regnum terminus debet eſſe in ſingulis cita-
tionibus 30. dierum, & quando fit vna pro tribus
debet eſſe 90. dierum *Marian. Socc. de citat. art.
27. q. 8.* per *tex. in l. abſentem ff. de pœnis Tiber. De-
cian. tom. 1. reſol. 18. num. 163. Foeb. dec. 43.* In cri-
mine læſæ maieſtatis terminus debet eſſe 9. die-
rum *Decian. ibid. Thesaur. d. dec. 129. Lotber. de
benefic. lib. 2. q. 13. n. 45.*

38 Ciſatio debet habere datam diei, & anni *Fol-
ler. in pract. crim.* rubr. *vel eos verbaliter citari fa-
ciat num. 16. Maranta in ſpec. p. 6. act. 10. num. 52.*
Vnde ceſſio facta ſine die, & menſe eſt nulla
Anna alleg. 53. num. 1. Sic reſcriptum abſque die,
& conſule non valet *l. ſi qua C. de diuerſ. reſcript.
Scialoya de foriudic. cap. 5. nu. 13.* verſ. *& citatio.*

SVMMARIVM.

1 *Debet quis citari ad comparendum tempore con-
gruo.*

2 *An poſſit citari ad comparendum die feriato? vel ex-
pediri citatio die feriato ad diem non feriatum?
& à n. 3. ad n. 85.*

An, & quando citatio die feriato, vel ad diem feriatum, facta valeat?

QVÆSTIO XXXVI.

1 Non ſolum debet quis citari cum con-
gruo termino ad comparendum, ſed
etiam debet citari ad diem, ſeu tem-
pus congruum, in quo poſſit compa-
rere, iuxta *tex. in cit. l. aut qui aliter ff. quod vi aut
Clam.* Ideò controuertunt *DD.* An, & quando ci-
tatio ad diem feriaſum facta, valeat. Verum quia
materia feriarum potius pertinet *ad rubr. de nul-
litate ex defectu iuriſdictionis,* Ideò hic aliqua tan-
tum dicemus, reliqua diximus *in d. rubrica.*

Et ſic ad reſolutionem nos diſtinguemus tres
actus citationis. Iudicis ſcil. Nuncij, & Partium,
qui an, & quando fieri poſſint diebus feriatis
videbimus.

2 Quantum ad actus Iudicis conſideramus vnum
quando Iudex partes præſentes monet ad alium
diem, alterum quando mandat vnam, vel alteram
partē citari. Actus monitionis non poteſt fieri, ni-
ſi Iudex ſedeat pro Tribunali, & partes ſint præ-
ſentes. *Spec. tit. de citat. §. ſequitur, in princ.* & nos
3 diximus *ſup.* Et ſucceſſiue neque poteſt fieri in
diebus feriatis, quibus Iudex non ſedet, & par-
tes non adſunt *cap. 1. & cap. placita 15. q. 4. l. 1. ff.
de ferijs.*

4 Sed actus mandati, ſeu decreti de parte citan-
da fit per Iudicem extraiudicialiter ſine cauſæ
cognitione, ideò decretum citationis tanquam
actus extraiudicialis, vt dicit *Rota in nou. dec. 1.
de ferijs nu. 1.* fieri poteſt etiam die feriato *l. actus
5 C. de ferijs Guid. Pap. dec. 215.* Et cenſetur actus
Iuriſdictionis voluntariæ, licet proceſſus illius
vigore agitatus ſit iuriſdictionis contentioſæ.
6 *Bellam. dec. 649. num. 6. in fine.* Sed actus volun-
tariæ iuriſdictionis fiunt abſque cauſæ cognitio-
7 ne *l. 2. ff. de offic. Proconſul.* Ideò decretum citatio-
nis tanquam iuriſdictionis voluntariæ poteſt fie-
ri die feriato *d. l. actus C. de ferijs Vant. hic nu. 47.
in fine Bal. in cap. conquestus num. 7. in princ. de
ferijs Carauit. in rit. 217. D. Calà de ferijs q. 4. n. 16.*

8 Et de citatione exequenda per edictum, quod
poſſit decerni die feriato, & exequi, dicit *Caſſad.
dec. 5. de dolo, & contumac. & Rot. d. deciſ. 1. de
ferijs n. 2.*

9 Sed contrà, quod citationis decretum, ſiuè cō-
miſſio per Iudicem fieri nequeat diebus feriatis.

Fa-

Facie. Primo quia aut cenſeri debet ſententia interloquutoria *l.cum clericis C. de Epiſc. & Cleric. c.expoſuit de dilat. Innoc.in cap. preterea eodē tit.Mar.Socoin.de citat. art.1. nu.4. Scinloya de ferindic.cap.5. nu.39.* & fieri non poteſt die feriato *l.fin.C.de ferijs Bal.in l.ſi feriatis num.3.ff.de ferijs*

10 Aut cenſetur ſententia quædam comminatoria *l.præſenti C.de his,qui ad Eccleſ.confug.* Et die feriato fieri non poteſt *c.fin. de ferijs* vbi *Io:Andr.*

11 *num.3.* Aut ſi non eſt ſententia, eſt nihilominus pars proceſſus, ſeu de proceſſu *c.quoniam contra de probat.§.fin.Inſtit.de pœnis temer.litig.* Ideo ne-

12 quit fieri die feriato. Aut eſt tanquam ſpecies dilationis, quæ non conceditur à Iudice, niſi cauſa cognita *l.à procedente C.de dilat.* ideo die feriato facta non valet *Guid. Papa conſ.36. nu.6.* latè *Scacc.de iudic.lib.2.cap.5.nu.95. Suar.de relig.tom.1.lib.2.cap.30.nu.40.Iordan. lib.11.tit.1. num.181.& ſeqq.Antonell.de loco legal.lib.4.cap.9. nu.13.Azeued.l.4. num.6.tit.1. lib.1. noua recopil. Azor.inſtit.moral.p.2.lib.1.c.27.q.15.*

13 Pro reſolutione dixtinguendum eſt. Quod ſi decretum citationis requirit cauſæ cognitionem, quando ſcil. adeſt contradictor, & altercantur partes,an citatio ſit decernenda, & tunc citationis decretum die feriato fieri nequit, Nam tunc Iudex interloquitur cum cauſæ cognitione *Cyn. in d.l.dies feſtos, & in d.l.à procedente Bellam.*

14 *dec.649.nu.5.* Et tempore feriato,iuriſdictionis exercitium ſuſpenſum remanet *Bal. in d. l.fin.C. de fer.nu.1.Vant.hic nu.46.* Idemque dicendum

15 eſt de dilatione,quia ſi partes controuertunt,an ſit danda,Iudex debet cognoſcere, & in die non feriato interloqui, & ita intelligitur *d. l.à procedente Io: Andr.in d.c.fin.de fer.nu.3.*

16 Si vero decretum citationis non requirit cauſæ cognitionem, quando ſcil.vna pars inſtat pro citatione altera parte vel abſente, vel non contradicente, & tunc decretum citationis fieri poteſt in die feriato, cum ſit actus extraiudicialis, & voluntariæ iuriſdictionis iuxtà prædicta *Rot. in nou.dec.1.de ferijs nu.1.* Et hoc caſu non obſtat

17 quod citatio ſit interloquutoria,& fiant acta per Notarium, quia etiā in actibus voluntariæ iuriſdictionis fiunt acta etiam in diebus feriatis *d. l.*

18 *alter. C. de ferijs.* Niſi feriæ ſint in honorē Dei. quia tunc indixtinctè non valet commiſſio, quia lex reſiſtit in principio, vt notat *Bal.in d.l.ſi feriatis num.3.ff.de dilat.* diximus *ſup. in rubr.9.qu. 40.num.31.*

19 In regno noſtro Neap. citatio poteſt expediri die feriato,etiam ad honorem Dei, dummodo deinde notificetur die iuridico, vt *in rit.117.* & docent *Foller.in pract.crim.rubr. vel eos verbaliter citari faciat nu.34.Muſcatell.in praxi S. C. par.2. gl.intimato nu.20.& ſeqq.*imo dicit *Carauit.in rit. 117.in fin.* poſſe omnes prouiſiones quocunque die etiam feriato ad honorem Dei expediri, meminit *Scaleya de foriudic.cap.5.nu.20. D.Calà de ferijs qu 4.nu.8.& ſeqq.*diximus *vbi ſup.*

20 Difficultas eſt,An Iudex poſſit in die iuridico decernere citationem ad diem feriatum? & dicimus,quod ſi citet ad reſpondendum, ſeu ſe defendendum,vel ad aliquem alium actum iudiciariū, qui illo die non poteſt explicari, illam decernere non poteſt, nec arctare citatum ad comparendum *l.1.ff.de ferijs.* Nam quando liquet, citatio-

21 nem eſſe nullam,non tenetur citatus comparere ad allegandum ferias, ſed ſi dubium ſit tenetur ire ad allegandum *c.ſi epiſcopus 3. qu.2.gl.in l.2. in verb. ſciatur ff. ſi quis in ius voc. non ier.* Sed ſi

22 citet ſimpliciter ad comparendum,vel ad aliquē alium actum extra iudicialem,qui poteſt illo die feriato explicari,poteſt illam decernere ad diem feriatum,& citatio arctat ad comparendum *l.miles §.ſexaginta ff.ad l.Iul.de adulter gl.* qui ita dixtinguit *in cap.placuit 15.qu.4. circa fin. Summa Angel.c.in verb.feria nu.37.Henric. Boich.d.c.fin. de ferijs nu.7.& ſeqq.*

23 An dies citationis ſit feriatus, quis nam locus ſit attendendus?diſputat *Bal.in c.conqueſtus nu.10 de ferijs Carauit.in rit.116. nu.3.* dicit eſſe attendendum locum citationis *Calà de ferijs qu.4. nu. 31.* & Iudex debet ſeruare ferias ſuas, quæ ſunt in loco iudicij, non ferias litigantium *Bal. in Margarit.*verb.*Iudex quilibet Foller in tract.crim. p.2.cap.9.nu.77.*

24 Difficultas 2. eſt,An citatio decreta in in die feriato ſubſtineatur, ex eo,quod ſit decreta expreſſè ad diem non feriatum? *Bar. in l.1. §.nunciatio nu.3.ff.de non.oper.nunciat.* dicit eam fuiſſe moram per *Iacob.de Arena,*qui tenuit,quod non. Et per *Dyn.*qui tenuit,quod non,& poſteà mutauit opinionem,& ſubiungit fuiſſe diſputatam per *Iacob.Butrigar.*qui tenuit ſimpliciter, citationem non valere,& recipere opinionem *Oltrad.*qui dixit,citationem factam in die feriato in honorem Dei non valere,factam autem tempore feriato in vtilitatem hominum,valere, Et hanc dixtinctionem veram putat.

25 Hanc quæſtionem tangit etiam *Socc. de citat. art.19. nu.4.* qui dicit eſſe maximam dubitationem,propter varias DD.ſententias, & referens ſententias prædictorum probat opinionem *Oltradi*, & dicit quod ceſſante conſuetudine, talis citatio de iure non poteſt valere.Sed ſtante con-

26 ſuetudine valeret, nam vbi ſunt diuerſæ opiniones,conſuetudo poteſt operari *c.cum dilectus de conſuetud.* & hoc refert placuiſſe *Ioanni de Imol.*

27 Noſter *Vant.hic nu.46.*dicit quod ſi decerneretur citatio tempore feriato in honorem Dei, decretum non valeret,& ſubiungit, contrarium tamen, quod citatio die feriato pro die non feriato,decerni,& committi poſſit,tenuiſſe *Bar.in l. 1.§.nunciatio ff.de oper.nou.nunciat.& Lanfranc. in c.quoniam contra verſ.citationes nu.5.de probat.* & quod ità tenet *Rot.in nou.dec.1.de fer.& Caſſador.dec.5.in fin.de dolo,& contumac.*

28 Sed in hoc errat *Vant.* nam *Bar. vt ſup.*sequitur dixtinctionem *Oltradi*,quod valeat in die feriato in hominum vtilitatem,non autem in honorem Dei,& idem dicit *Lanfranc.*ſcil. quod vera eſt,& communis opinio, & omnes DD.concordant in hoc,quod citatio non valeat, ſi citetur die feriato ob honorem Dei. Verum ſi citetur die feriato ob neceſſitates hominum, tunc bene valet, & quod iſta eſt ſententia *Oltradi*,quam ſequitur *Bar. d.l.1.§.nunciatio ff.de nou. oper.nunciat.* Sicque prædictæ deciſiones *Rota* loquuntur.

29 Tres DD. opiniones refert *Tiraquell. in tract.*

de eetraſt. conſanguin. Prima eſt *gl. Dyn. Alberici, & aliorum*, dicentium, indiſtinctè poſſe fieri citationem in die feriato ad diem non feriatum. 2. *Olteadi Bar. & aliorum* abſolute dicentium, citationem fieri non poſſe in die feriato in honorem Dei pro die iuridico. 3. *Alberici, & aliorum* diſtinguentium inter dies Dominicos, & inter alios feriatos in honorem Dei, Vt in illis citare non liceat, in his liceat, & concludit quod generalis conſuetudo admiſit, vt citatio etiam decreta in die feriato in honorem Dei valeat, ſi ſit decreta ad diem iuridicum, & de hac conſuetudine teſtati ſunt *Iacob. de Arena, Albe. Olterad. Io. Andr. & Bar. de citat. q. 7. Iaſ. in d. l. 2. §. nunciatio num. 8. ff. de nou. oper. nunciat.* Verum hic *Tiraq.* diſtinguit tãtum tres has opiniones, ſed nihil affert ad illas comprobandas,

30 In hac re videtur dicendum, quod debeat valere citatio decreta in die feriato pro die non feriato non ſolum in caſibus, quibus fieret citatio in partium abſentia, quibuſque cognitionis cauſa non requireretur, ſed etiam ſi fieret in cõtrouerſia partium, & vbi cognitionis cauſa requireretur, Ea ratione, quia licet decretum citationis ſit factum tempore prohibito, tamen eius effectus directus, & collatus eſt in tempus permiſſum, ideò debet valere. Sic donatio cõſtante matrimonio facta inter virum, & vxorem non valet tamen ſi conſtante matrimonio fiat donatio ante nuptias, licet donatio ſit facta tempore prohibito, conſtante ſcil. matrimonio, vt dicitur *in l. inter eos, & in l. Seia §. Virgini ff. de donat. inter vir. & vxor.*

31 Sic inter virum, & vxorem mortis cauſa donationes ſunt receptæ à iure, quia in hoc tempus
excurrit donationis euentus, quo vir, & vxor
eſſe deſinunt, vt dicitur in *l. ſi cum ſeruum vxori, in fin. & l. ſeq. ff. de donat. inter.* Sic mulier nupta,
32 poteſt ſibi eligere ſepulturam, vt dicitur in *c. de*
vxore de ſepultur. cum electio iſta ad eum potius
ſtatum pertineat, in quo mulier ſoluitur à lege
33 viri. Sic etiam valet inſtitutio hæredis collata
in tempus, quo quis capere poſſit hæreditatem,
veluti, Cum Lucius Titius capere poterit, hæres
eſto vt *in l. in tempus ff. de hæred. inſtit.*

34 Adde quod idem iuris eſt de tempore, quod de loco *l. vinum ff. ſi certum petat Eurard. in Top. legal. loco 48. Anton. var. lib. 2. reſol. 40. nu. 8. & lib. 3. reſol. fin. nu. 6. Menoch. conſ. 132. nu. 12. Rubeſ. in l. Lares abſ. nt in princ. num. 169. ff. de iudic. Card. Tuſc. lit. A. concluſ. 505.* & valet actus factus in loco inhabili, quando eius effectus confertur in locum habilem *l. fin. ff. de offic. præfect. Vrbis.* Vbi dicitur, quod licet Præfectus Vrbis extrà Vrbẽ non habeat iuriſdictionem, tamen ſi à loco extrà Vrbem, deleget intrà Vrbem, delegatio valet, quia effectus delegationis confertur in locum habilem, ad idem eſt *tex. in l. omnes 31. §. executoribus* verſ. *verbum C. de Epiſc. & Cleric.* iuncta *gl. in* verb. *commouerit.* Vbi licet Prætor vrbis extrà vrbem, vt diximus non habeat iuriſdictionem, tamen poteſt mandare, vt citetur quis exiſtens in Prouincia, & citatio valet, licet fiat in loco habili. Ideo à pari citatio decreta in die feriato, & ſic inhabili, & fiat die non feriato, & ſic habili, debet valere.

36 Sed relatæ rationi reſpondi poteſt diſtinguẽdo. Quod quando lex prohibet actum ratione ſolius effectus, tunc ſatis eſt, quod effectus conferatur in tempus permiſſum, licet fiat tempore prohibito, & ità procedunt iura adducta. Nam donatio inter virum, & vxorem prohibetur à lege ratione eius effectus, ne ſcilicet mutuo amore inuicem ſpolientur, donationibus non obtemperantes, vt *in l. 1. ff. donat. inter.* Ideò non eſt mirũ ſi donatio valet quando eius effectus confertur, vel in tempus ante nuptias, vel in tempus mortis.

37 Verum quando lex prohibet actum non ratione effectus, ſed ratione ſui principij, & rationeeiuſdem actus, tunc non ſufficit, quod eius effectus conferatur in tempus conceſſum iuxtà *tex. in c. fin. de reſtit. ſpoliat. & l. ſulcimus poſt princ. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eat.*

38 Ideo quia ius prohibens citationem fieri tempore feriato, non reſpexit effectum citationis, ſed reſpicit eundem actum citationis, & principium, & qualitatem temporis, quo Deo debetur honor, & homines à litibus debent reſpirare, ideò non poteſt ſubſtineri quando ſit tempore feriato, licet eius effectus conferatur in tempus non feriatum quia habet vitioſum initium, cui lex reſiſtit *Bar. in l. 2. §. item ſi. num. 6. ff. ſi quis in ius voc. non ier. Bal. in l. ſi feriatis nu. 3. ff. de ferijs Abb. in cap. fin. nu. 20.*

39 Sic ſi minor viginti annorum ſeruum alicui vendat, et tradat, vt eum manumittat quando ipſe expleuiſſet viginti annos, licet præſtatio libertatis conferatur in tempus permiſſum, tamen quia traditio fuit facta tempore inhabili minoris ætatis, non valet, vt habetur *in l. ſi minor ff. de ſeru. exportand.*

40 Sic ſi minor adiuit hæreditatem paternam, & maior factus exegit aliquid à creditoribus paternis, mox petijt reſtitui in integrum aduerſus aditam hæreditatem, & non obſtante quod maior comprobaſſet, nihilominus I. C. reſpondit, illum eſſe reſtituendum attento principio, quia minor exiſtens ſe immiſcuit *l. 3. §. ſcio ff. de minor.* ibi, *putamus tamen reſtituendum in integrum, initio inſpecto.*

41 Sic etiam minor licèt poſſit agere poſſeſſorio, non tamen poteſt agere, nec conueniri petitorio ſinè authoritate Curatoris; quamuis ſub colore adipiſcendæ poſſeſſionis poſteà conueniatur petitorio, iudicium non valet, quia vitioſum fuit initium ſinè authoritate Curatoris, vt *in l. fin. C. qui legit. perſon. ſtan. in iudic. hab. vel non.* ibi *cum abſq; conuentione perſonæ legitimæ initiatum iurgium videatur.*

42 Sed qualiter ius prohibens citationem decer-
ni die feriato, non habuerit ſolum reſpectum ad
effectum, ſed etiam ad principium, videamus. In
43 ferijs ſacris in honorem Dei, & Sanctorum ius
prohibet omnem actum Iudicis, & in ſpecie mo-
nitionem, ſeu præceptum, vel commiſſionem ci-
tandi, & in ius vocandi. *vt in l. dies feſtos C. de fe-*
rijs, ibi, *nulla quenquam vrgeat admonitio, nulla ca-*
tio debitoſcat, ſit ille dies à cognitionibus alienus. Et
ſic reſiſtit principio ratione temporis, quod exi-
git reuerentiam ibi: *Dominicum itaq; diem ita ſem-*
per honorabilem decernimus venerandum.

44 Nec

Digitized by Google

44 Nec tertia opinio relata per *Tiraquell.* Illorũ conſtituentium differentiam inter dies Dominicos,& alios dies feriatos in honorem Dei,fundata in eo, quod *d.l.dies feſtos* loquitur de die dominico, probari poteſt, nam in principio dictus *textus* loquitur generaliter de omnibus diebus feſtis, ibi: *dies feſtos dies Maieſtati altiſſima dicatos nullis volumus voluptatibus occupari, nec vllis exactionum vexationibus profanari.* Et verba quæ ſubiunguntur: *Dominicum itaque diem ità ſemper honorabilem decernimus venerandum*, non poſſunt intelligi ſtare reſtrictiuè,ſed exemplificatiuè. Pro hoc eſt alius *tex.in l.omnes dies C.de ferijs*, vbi & in diebus Dominicis, & alijs feſtiuis ibidem enumeratis, prohibentur omnis actus Iudicis per verba negatiua,quæ negant quamuis cognitionem in Iudice.

45 Et quod nulla ſit differentia, quo ad obſeruationem feriarum inter diem Dominicum,& alios dies feſtos in honorem Dei, & Sanctorum feriatos, patet ex *tex.in l.2. C.de ferijs* ibi: *Vt in die dominico &c.& in fine* ibi: *Sanctum quoque diem Paſchæ &c.* clariſſimè *in cap.fin. de ferijs cap.1. de reliq. & vener. Sanctor. clement. 1. eodem tit.cap.licet de ferijs* vbi *gl.in cap.placitu 15. q.4.* late *Vbert.de citat.c.10.n.133.* Et ſummus Pon-
46 tifex *in d.cap.fin.de ferijs* enuncians dies feſtos, annullat omnes proceſſus in illis diebus factos, igitur annullat etiam citationem decretam, quæ eſt de proceſſu *cap.quoniam contrà de probat.* Igi-
47 tur citatio annullatur propter legis prohibitionem,cum ea nulla ſint, quæ contrà legis prohibitionem fiunt *l.non dubium C.de legibus Spec.tit.de citat.§.1. ver.item excipitur num.14. Boich.in d.c.fin.de ferijs nu.7.& 11.*

48 Et licet ſit verum,quod *ſup.*diximus, quod in abſentia partis pro decernenda citatione non requiratur cauſæ cognitio,eſt tamen verum,quod etiam requiritur ex parte Iudicis aliqualis cognitio dum debet diſcutere, an talis citatio cum tali termino, & ad illum locum, & contrà talem perſonam ſit decernenda *Ant.de Butr.in d.cap.fin. de ferijs* vbi *Abb. nu.20.* dicens quod citatio facta die feriato, licet non arctet tunc ad comparendum, quando eſt facta ad diem iuridicum, tamen arctat pro tunc, & afficit citatum, & prouocat eum quodammodo ad iram, & aliqualiter abſtrahit à contemplatione Dei. Idem dicit in Iudice qui die feſto cum debeat intendere diuinis, non debet facere præceptum de citando, cum,vt diximus aliqualis cognitio requiratur,ſequitur *Soccin.de citat.art.19.n.4.*

49 Et quod idem ſit dicendum de citatione facta tempore feriato in honorem Principis, & etiam in ferijs repentinis,dicit idem *Abb.in d.cap.fin.de ferijs num.20.in fine.* Cum in illis etiam lex prohibeat, & effectum, & etiam actum citationis. Nam Imperator mandat eas ſub eadem veneratione obſeruari, quaſi ſolemnes. *d.l.omnes dies C. de ferijs* ibi: *Nec vlla ſit cognitio iurgiorum noſtris etiam diebus, qui vel lucis auſpicia, vel ortus impe-
50 rij protulerunt.* Et quod feriæ repentinæ equiparentur ferijs in honorem Dei, notat *Bal.in l.1.C. de ferijs num.3. Spec.lib.2.p.1.§.tunc videamus in princ.tit.de ferijs* diximus *in rubr.9.q.40.*

51 In ferijs autem neceſſarijs Ius prohibet citationem non reſpectu principij, ſed reſpectu finis, & exercitij citationis *l.1.ff.de ferijs.* Et vt obſeruat *Oltrad.in l.1. §.nunciatio ff. de oper.non. nunciat.* lex non dicit quod non citetur, ſed quod non compellatur venire, & ſequitur *Bar.ibidem num.30.circa fin. Abb.in d.cap.fin.d.num.10.circa finem.* facit *tex.in l.2. ff.ſi quis in ius voc. non ier.* Vbi quis in ius vocatus non ierit,mulctari debet ſed ſi dies feriatus fuerit,Prætor remittit pœnam ibi: *putà, quia dies feriatus fuit.* Ideò in ferijs ne-
52 ceſſarijs citatio facta ad diem non feriatum valet, quia in illis prohibetur ſolus effectus, & finis citationis, quę prohibitio ceſſat, quando finis, & effectus dirigitur in diem iuridicum.

53 Ex his concludimus, primam opinionem per *Tiraquell.*relatam, quod citatio poſſit per Iudicẽ committi die feriato pro non feriato, veram eſſe reſpectu feriarum ob neceſſitatem, vel vtilitatem hominum introductarum,in quibus lex prohibet ſolum effectum, non autem actum citationis. Secundam verò opinionem, quod citatio decreta die feriato ad diem non feriatum, non valet, veram eſſe reſpectu feriarum ſacrarum, ſollemnium, & repentinarum, quibus ius prohibet citationem, nè dum ratione effectus, ſed etiam ratione eiuſdem actus, vt diximus, *Dom.Cala de ferijs q.4.num.33.& ſeqq.Iordan.lib.11.tit.1. num.185. & ſeqq.* Et eſt de *Iure* noſtro municipali ex *tit. 116.& 117.*vbi *Cauenſ.num.4. Carauit.& Conſ. Petra.*

54 Difficultas remanet quo ad opinionem eorum dicentium,de generali conſuetudine ſeruari,quod citatio valeat die feriato, ad diem non feriatum, de qua conſuetudine teſtati ſunt *Iacob.de Arena Dyn.& Io:Andr.in d.cap.fin.de fer. Soccin. d.art.19.num.3.Iaſ.in d.l.1.§.nunciatio num.8. de oper.nou.nunciat.Tiraq.* vbi *ſup.num.81. Veſtr.in praxi lib.4.cap.3.num.6.* vbi dicit in Curia Romana, & extrà in Prouincijs poſſe citationem fieri die feriato, etiam ad honorem Dei, pro die non feriato *Rot.dec.1. de ferijs in nou. Caſſad.dec. 5.de dolo, & contumac.Fenzon.ad ſtat.Vrb.de ferijs. c.58.n.20.Grat.conſ.78.n.15.lib.2.*

55 Sed quod iſta conſuetudo non ſit in actu Iudicis dicunt *Bal.in l.fin.num.2.in fine C.de ferijs* An ſit in actu Nuncij, dicemus *infrà.*

56 Tertia difficultas eſt, an citatio decreta die iuridico ad certum diem feriatum,ſubſtineatur,vt citatus debeat comparere die ſequenti iuridico? Quod de *Iure* ciuili non valeat iuxtà *tex.in l.fin. C.de ferijs.* Et quod de Iure canonico valeat,quia citatus debet comparere die ſequenti iuridico per *tex.in cap.veniens, de accuſat,cap. cum dilecti. de dolo,& contumac.* & in hoc eſſe diſcordantiam inter legiſtas *in l.2. ff.de in ius voc.* & Canoniſtas *in cap.peremptoria de dilat.* dicunt *Felin. in cap.quæ ad conſultationem col.3. verſ.obſtat 2.num. 3.de re iudic. Vant.his num.65. & 66. Fenzon.ad ſtatut. Vrbis tit.de ferijs cap.5.d. num.21. & ſeqq. Gaill.pract.obſ.lib.1.obſ.53.* & *Fenzon.ibid.nu.24.* dicit in Vrbe Romæ ſeruandum ius ciuile per *cap.42.*

57 Mihi verò non videtur vbi ſit fundata opinio illa, quod ſcil.de iure canonico citatio ad die feria-

riato valeat ità vt citatus teneatur comparere die
ſequenti iuridico. Nam *textus* ad id allegati, non
probant. Nam *tex. in d. c. venientes de accuſat.* lo-
quitur de citatione facta à Papa, qui vt *ſup.* diximus
nullis ligatur ferijs, & *Nos* loquimur de
citatione facta per inferiores, ibi: *nos meminimus*
citaniſſe. Pariter *tex. in d. cap. cum dilecti de dolo,*
& contumac. loquitur de citatione Papæ, vt le-
genti patet. Et vlterius ibi Papa non citauit ad
diem feriatũ, ſed vſque ad Dominicum diem. Et
dictio *vſque* ſtat excluſiuè, vt in *cap. cum dilectus*
de fide inſtrum. ibi: *vſque ad diffinitiuæ ſententiæ*
calculum exhibere, antè quam ſit in cauſa concluſum.
Et ſic non poteſt firmari, quod ibi Papa citaue-
58 rit ad diem feriatum. Ad idem eſt *tex. in cap. cum*
ex litteris de in integr. reſtit. ibi: *quatenus vſque ad*
feſtum Beati Lucæ, & animaduertit etiam *Soccin.*
d. art. 19. nu. 14.
59 Sic quando quis citatur vſque ad certum diem
intelligitur citatus non pro illo die, ſed etiam
pro alijs, qui ſunt vſque ad illum diem *Caſt. in*
l. 1. ff. de ferijs num. 3. Abb. in d. cap. fin. num. 22. de
ferijs Carauit. in rit. 65. nu. 2. Cumia in rit. 1. Regni
Sicil. num. 34. Calà de ferijs q. 4. num. 53. vbi ſatis
60 confuſe loquitur. Sic qui debet proponere ſuas
exceptiones vſque ad talem diem, poſt illum non
poteſt *Spec. de dilat. §. 1. num. 4. Afin. in praxi §. 17.*
cap. 10. n. 10.
61 Et conſiderando *tex. d. cap. cum dilectr de dolo,*
& contumac. ibi: *præterea cum mandatur alicui, vt*
ad certum terminum ſe Iudici repræſentet, duo ſub
hac forma mandantur, vt ad Iudicem veniat. colli-
62 gitur, quod citatus à Iudice ſimpliciter ad com-
parendum, debet comparere, quod ſi ſit impedi-
tus comparere in termino aſſignato, debet com-
parere quam primum ceſſante impedimento. Et
ideò ille *tex.* non probat abſolutè, quod de Iure
canonico citatus à Iudice ad diem feriatum de-
beat comparere die ſequenti, quia hoc tantum
dicit, ſi ſit citatus ſolum ad ſe præſentandum, qui
eſt actus explicabilis etiam die feſto. Secus autẽ
ſi ad aliquem actum iudicialem, qui non poſſit
illa die explicari; quia tunc citatio non arctat ad
comparendum *l. 1. ff. de ferijs.* Et *idem tex.* conſi-
derat impedimentum in comparendo, & non de-
fectum in citatione.
63 Et quod citatus ad aliquem actum iudicialem
pro die Dominico, ſeu alio die feriato, non te-
neatur comparere die ſequenti, ſed citatio rema-
neat nulla, adduci poſſunt aliæ rationes. Prima
quia citatio facta, vel ad diem feriatum putà Do-
minicum, vel ad diem quintum, qui cadit in die
feriato, continet expreſſum errorem, & ideò tan-
quam erronea, remanet nulla. *Innoc. in cap. fin. de*
ferijs, & ibi *Abb. num. 21. Soccin. de citat. art. 19.*
num. 13. Calà de ferijs q. 4. num. 39. licet *num. 40.*
& num. 49. & ſeqq. dicat contrarium quando cita-
tio fiat ad comparendum octauo die, & ille ſit
feriatus, nam dicit, debere comparere die ſequen-
ti poſt *Bal. in l. ſedet ſi per prætorem §. feriæ ff. ex*
quib. cauſ. maior. gl. in cap. nullus 25. q. 4. Dum cita-
64 tio facta pro vno die, non valet pro alio *Rot. dec.*
365. p. 1.
65 Sic etiam citatio facta ad ſecundam, vel ter-
tiam horam noctis in iudicialibus non valeret,
quia eſſet notoriè illegitima, & expreſſè erro-
nea, quia debet citari pro hora ſolita, niſi aliqua
cauſa legitima aliud exigeret. *Gemin. in cap. con-*
ſulutis de offic deleg. Soccin. d. art. 19. num. 22. Caſtr.
in l. more nu. 5. ff. de ferijs.
66 2. Quia citatio præcipuè in iudicialibus fit ad
inſtantiam partis, quæ in termino citationis de-
bet comparere, & accuſare contumaciam citati
non comparentis, aliàs citatio remanet circum-
ducta, & nulla, ac ſi non fuiſſet facta *l. poſt edi-*
ctum §. quod ſi is ff. de iudic. Bar. & Bal. in l. ex qua-
cunque ff. ſi quis in ius voc. non ier. Iaſ. in §. pœnales
num. 130. Inſtit. de action. Alex. conſ. 100. nu. 6. lib.
67 3. Ideò ſi pars citaret ad diem feriatum, & non
poſſet ipſa allegare contumaciam, quia die fe-
riato, non fit proceſſus, & factus annullatur *l. 1.*
ff. de ferijs cap. fin. tit. eodem. Et contumacia eſt de-
68 lictum *cap. qui reſiſtit. 11. q. 3. cap. ſi quis de maior.*
& obed. cap. ad apoſtolicæ de ſentent. & re iudic. lib.
6. & à delicto quælibet cauſa excuſat. *Grammat.*
dec. 5. num. 24. Bertazol. conſ. 379. num. 3. Crauet. di-
ſcept. 26. num. 424. lib. 2. Beclir. concl. 21. n. 100. Et
69 qui non comparet in die feriato, etiã ad vtilitatẽ
hominũ, excuſatur *l. 2. in fin. ff. ſi quis voc. non ierit.*
70 3. Quod vbi citatio fit ad diem feriatum eſt te-
meraria, & contrà ius, ergo non debet aliquo
modo afficere citatum, vt *in cap. bonæ de elect. il 2.*
71 Et quę contrà ius fiunt, habentur pro infectis
cap. quæ contrà ius de reg. iur. in 6. l. non dubium C.
de legib. l. aut qui aliter ff. quod vi, aut Clam. Ex quo
tex. dicit *Bar.* quod ſi citatio fit eo tempore, quo
citatus venire non poteſt, valet citatio. *Abb. in d.*
cap. fin. nu. 22.
72 Ad id quod dicitur, quod præceptum de com-
parendo tali die, duo contineat ſcil. quod com-
pareat, & tali die, *vt in d. cap. cum dilecti de dolo,*
& contum. & l. Celſus ff. de arbitr. Eſt aduertendum
73 quod illud procedit, quando mandatum tenuit
à principio, nam tunc per ſuperuenientem caſũ,
ſeu impedimentum ſuſpenditur ſed non tollitur;
Sed quando quis citatur ad diem feriatum, man-
datum ab initio eſt nullum, & temerarium, ideò
vitiatur, in *d. cap. bonæ il 2. de elect.* ità declarat
Abb. d. c. fin. n. 22. in fine.
74 2. Eſt aduertendum; quod ſi alicui ſtatuatur
certus terminus ad producendum, vel exprimen-
dum, vel ad probandum, non poſſunt eſſe duo
præcepta ſecundum quod dicitur *in d. l. Celſus.*
Nam quando eſt actus, qui ad ſui ſubſtantiam
requirit certum tempus, poſt certum tempus non
valet, & dilatio, quæ eſt ſine tempore non valet,
quia debet habere diem certum, & poſt illud tem-
pus certum remanet nulla, ità ſingulariter *Petr. &*
Cyn. in tit. l. dies feſtos C. de ferijs Bal. in l. ſi eo C. de
ijs qui acenſ. non poſſ n. 4.
75 Quarta difficultas eſt, an citatio cum termino
plurium dierum, quorum vltimus cadat in die fe-
riato, ſubſtinetur ex eo quod citatus potuit com-
parere in alijs præcedentibus diebus, vel in ſe-
quenti. Dicit *Bar. in l. ex quacunque §. item ſi nu.*
3. ff. ſi quis in ius voc. non ier. iſtam quæſtionem
poni per *Innoc. in 2. fin. de ferijs*, & *DD.* videri
communiter tenere, quod aut error eſt expreſſus
in citatione, putà quia citatus eſt, vt compareat
die dominico, tunc citatio eſt nulla, ipſo iure, aut
error

error non eſt expreſſus in citatione, & valet ci-
tatio.
76 Sic etiam ſi quis citetur pro die decimo cur-
rentis menſis, qui ſit feriatus citatio non valet,
quia continet expreſſum errorem, ſaltim per re-
lationem ad ipſum diem *l. certum ff. ſi certum
petat. Maranta in ſpec.* verſ. *rectè concipiatur citatio*
77 *nu.* 120. Et hoc caſu, qui eſt citatus ad certum
diem, prius venire oon poteſt, neque in illo quã-
do dies eſt feriatus *Abb. in c. fin. n.* 22. ver. *vbi ſim-
pliciter.* Et tuno dicitur citatio directa in tempus,
à quo non poteſt incipere, & ideò vitiatur, & ità
ſentit *Riccard. de Senis*, apud *Bar. in d. §. item ſi nu.*
4. & facit *tex. in l. exiſtimo ff. de verb. obligat.*
78 Si vero quis citaretur vſque ad decem dies,
tunc ex quo non cenſeretur expreſſus error in
citatione, citatio valeret, licet vltimus dies cade-
ret in diem feriatum, vel etiam ſi citaretur vſq;
ad diem Dominicum; Nam dictio *vſque* eſt ex-
cluſiua ratione abſurdi vitandi *Gonzal. ad reg.* 8.
Cancellar. gl. 12. §. 1. *num.* 11. *&* 12. *Card. Tuſc. lit.*
D. concluſ. 291. *nu.* 21. *Baron. de citat. qu.* 35. *n.* 20.
79 ideo debet citatus comparere die præcedenti
etſi non comparet, ſibi imputet, quando ſcil. actus
eſt talis, qui oon poteſt explicari in die feriato
*ad l. Celſus ff. de arbitr. Bae. in d. l. ex quacunq; §.
item ſi nu.* 4. *&* 5.
80 Si citatus ſit vt compareat intrà decem dies,
& ille decimus dies ſit feriatus, comparẽdum eſt
in vndecimo die *Coſte. in l.* 2. §. *ſi quis nu.* 3. *ff. ſi
quis caut. Guid. Pap. conſ.* 36. *nu.* 4. *Calà d. q.* 4. *n.* 48.
81 Si verò non potuit, vel in præcedenti, nec in vl-
timo die termini comparere propter impedimen-
tum morbi, vel alterius accidentis, tunc debet cõ-
parere quam primum ceſſante morbo, iuxtà *tex.
in d. c. cum dilecti de dolo, & contum.*
82 Id noo procedit quando impoſſibilitas com-
parendi prouenit ex parte Iudicis qui citauit ad
diem feriatum, & ſic nulliter: *Bar. in d. §. item ſi
nu.* 2. *& eſt tex. in §. loca inſtit. de verb. obligat.* Ideò
83 cautela eſt ſecundum *Riccard. de Senis Cardinal.
in d. l. dies feſtos C. de fer.* quod in huiuſmodi cita-
tionibus Iudex dicat, & ſic terminum aſſignet: *Ti-
bi talem diem aſſignamus*, & ſi forſan dies feriatus
occurrat, aſſignamus tibi, nõ feriatum, ſed proxi-
mum ſubſequentem iuridicum, quod conſilium
approbarunt *Cyn. & alij ibid. &* Canoniſtæ *Io:
Andr. Abb. & alij in c. fin. de ferijs Felin. in cap. quo
ad conſultationem nu.* 4. *de re iudic. Vant. loc. nu.* 66.
in fine.
84 Nam cum terminus comparendi præfixus in
citatione non incipiat currere, niſi à tempore
factæ executionis *cap. ſuper eo el* 2. *de appell.* Iu-
dex ſcire non poteſt quando nuncius executurus
ſit citationem, & ſucceſſiue, an vltimus dies termi-
ni in citationn præfixi, poſſit cadere in die feſto,
ſeu alias feriato.
85 Multi ſunt caſus, quibus citatio poteſt fieri
valide die feriato, de quibus tractant *DD. ſup.
citati Barboſ. in cap. conqueſtus de ferijs* diximus
rubr. 9. *qu.* 40. addimus *Cala de ferijs qu.* 4. *nu.* 58.
& ſeqq.

SVMMARIVM.

1 *Executio, & relatio nuncij an poſſit fieri die feria-
to? & à nu.* 2. *ad nu.* 18.
19 *Citatio facta de nocte, an, & quando valeat? & à
num.* 20. *ad nu.* 41.

Exequutio, & relatio Nuncij, an poſſit fie-ri die feriato, vel de nocte?

QVÆSTIO XXXVII.

1 DIximus de actu Iudicis, ſequitur dicen-
dum de actu nuncij, qui in citatione
duplex eſt, videlicet, executio, & rela-
tio. Quo ad executionem citationis
Nuncius citat, vel in ſcriptis, vel verbaliter. In
ſcriptis poteſt citare, etiam die feriato pro die
tamen noo feriato, quia actus executionis tra-
hitur ad tempus actus Iudicis, & ſi factus eſt tem-
pore feriato retrotrahitur ad tempus non feria-
tum, quo fuit citatio decreta. Exemplum eſt in
examine teſtium, quod fieri poteſt die feriato,
quia trahitur ad tempus iuramenti, vt per *Bae. in
l. ſi quando C. de teſtib. & in l. ex quacunq; §. item ſi
nu.* 6. *ff. ſi quis in ius voc. Bal. in l. ſi feriatis nu.* 3. *ff.
de ferijs Antonell. de temp. legal. lib.* 4. *c.* 20.
2 Poteſt nuncius verbaliter, & ſine ſcriptis ci-
tare die feriato pro oon feriato, cum effectus cõ-
ſiderandus ſit, & cum actus nuncij ſit extra iudi-
cialis, nullam requirens cauſæ cognitionem, &
mera ſit executio facti, quæ fieri poteſt die
feriato *cap. fin. de iudic. l. miles §. ſexaginta ff. ad l.
Iul. de adult.* ità conſuluit *Feder. de Senis cõſ.* 244.
3 In contrarium facit *tex. in l. fin. C. de ferijs* ibi:
*nulla quenquam vrgeat admonitio, taceat apparitio,
aduocatio deliteſcat, præconis horrida vox ſileſcat.*
4 Vnde conciliatio bona eſt, vt nuncius poſſit de
iure exequi citationem diebus feriatis in ho-
norem hominum, & procedit prima opinio; Se-
cus autem feriatis in honorem Dei, ità decla-
rat *Bar. in d. l. ex quacunque §. item ſi num.* 6. *ff. ſi
quis in ius* ſequitur *Bal. in d. l. ſi feriatis nu.* 3. *ff. de*
5 *ferijs.* Quod executio citationis facta die Do-
minico, non valeat, ſæpius reſpondit *Rota in re-
centiſſ. p.* 1. *de* 365. *nu.* 1.
6 Quo ad alios dies feriatos eadem *Rota* reſpõ-
dit, citationem executam die S. Marci non
valere, vt in *dec.* 334. *num.* 12. poſt *Tract. Poſt. de
manut. Iordan. lib.* 11. *tit.* 1. *num.* 182. *& ſeqq. Mar.
Anton. lib.* 3. *reſol.* 48. *nu.* 15. *Caſtrenſ. conſ.* 271. *lib.*
1. *nu.* 3. qui dicit non valere contrariam loci, aut
regionis conſuetudinem.
7 Ideò ſi citatus in his ferijs comparet, & non
allegat ferias, cenſetur illis renunciare, & acta
facta parte non contradicente valerent *Alex. conſ.*
213. *n.* 3. *lib.* 2. *Ceuall. conſ.* 248. *nu.* 2. *& conſ.* 272.
nu. 9. *Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 46. *nu.* 24. Et
8 ſi eſſet præſens, ſententia contrà eum lata, ſi non
opponeret de ferijs, valeret *Caſtr. in l.* 1. §. *ſed ſi
præſens nu.* 4. *ff. de ferijs.* Si verò eſſet abſens, & ci-
9 tatus tempore feriatum non compareret, tunc
quid.

quidquid fieret eſſet nullum *Caſt. d. l. 2. §. ſed & ſi prætor nu. 5. ff. de ferijs*.

10 Quo ad relationem citationis cum non ſit actus iuridicus, & fieri poſſit partibus abſentibus ſine figura iudicij, & ſine vlla cauſæ cognitione, videtur, quod fieri poſſit die feriato *Lanfranc. in cap. quoniam contra de probat. tit. de citat. n. 21.*

11 Sed contrarium dicit *Bal. in l. in minorum C. in quibus cauſis in integr. reſtit. non eſt neceſſ. num. 6.* quod nuncius non poſſit facere relationem ſuam ſuper citatione die feriato; quia iſte actus debet fieri in iudicio, & apud Tribunal, & quod praxis obſeruet, & rationabiliter, quod iſtæ relationes fiant tempore iuridico, cum iſta relatio ſit quoddam teſtimonium ipſius Nuncij, vt in *cap. cum parati de appell.* ideò debet fieri tempore iuridico *Salic. in l. fin. C. de ferijs Granat. ad Veſtr. in pract. lib. 4. cap. 4. nu. 24. Franc. in cap. cum parati nu. 49. de appell. Baiard. qu. 31. nu. 61. Guazzin. defenſ. 10. c. 3. nu. 9. Maranta in pract. tit. de citat. membr. 1. num. 55.*

12 Sic dixtinguendum putamus, quod relatio citationis poteſt fieri tempore feriato in honorem hominum, non autem in honorem Dei *Bal. in l. ſi feriatis nu. 4. ff. de ferijs Socc. art. 19. nu. 21. in fine*
13 *de citation.* Quo ad actus partium, duo conſiderantur, reproductio citationis, & inſtantia pro proceſſu, qui tanquam actus iudiciales, non poſſunt fieri tempore feriato *d. l. ſi feriatis, & ibi, Bal. n. 3. C. de ferijs c. placuit 15. q. 4. c. 1. & c. fin. de ferijs*

14 De ferijs verò in honorē Dei inductis maior eſt dubitatio, an conſuetudo poſſit inducere, vt in illis decernantur, & fiant citationes, cum ius reſiſtat, vt in *d. l. fin. C. de ferijs*. Nihilominus mihi ſemper placuit quod ſic, ſtante varietate opinio-
15 num. Nam *Cyn. & alij in d. l. fin.* illam intelligūt, quod non debet admoneri illo die, pro illo die, ſed bene illo die pro alio, Stante etiam quod huiuſmodi actus videntur eſſe voluntariæ iuriſdictionis, & extraiudiciales, vt ſup. diximus. Et vbi ſunt opiniones hinc inde, conſuetudo operatur tanquam optima legum interpres *c. cum dilectus de conſuet. Soccin. de citat art. 19. nu. 9.*

16 Et per ſtatuta, & conſuetudines locorum poſſunt feriæ induci, & inductæ tolli, quia ius canonicum vult, quod etiam in ferijs in honorem Dei ſeruentur conſuetudines, & ſtatuta locorum *cap. Capellanus de ferijs Bal. in d. l. ſi feriatis nu. 3. ff. de ferijs, & in l. quadragenta C. eodem*.

17 Ideo quod valeat conſuetudo indiſtinctè ſeruans, quod quis poſſit citari die feriato etiam in honorem Dei pro non feriato, dixere *Iacob. de Arena, & Oltrad. in l. 1. §. nunciatio ff. de nou. oper. nunciat. Dyn. & Alberic. in l. fin. C. de ferijs Bar. in tract. de citat. qu. 7. Grat. reſp. 78. num. 15. lib. 2. Ant. Piag. in tract. de conſuet. qu. 11. nu. 44.* vndè dicta per *Grat. conſ. 271. n. 3.* corruere videntur.

18 Quod relatio nuncij poſſit fieri de Iure noſtri Neap. patet ex *rit. 82.* vbi *Caran. nu. 1. & rit. 95. Reg. Rouit. in prag. 2. nu. 34. de citat. Vin. dec. 274. n. 18.* latè *D. Campana de foriudic. reſol. 18.* quorū meminit *Scialoya de foriudic. c. 6. nu. 23.*

19 Cum citatio poſſit eſſe nulla, quia facta de nocte, vel faciat contumacem, quia non comparuit citatus in termino ſtatuto. Ideo videbimus hic, qua hora debeat fieri, ad hoc, vt non dicatur fieri de nocte, & quo tempore debeat comparere, adhoc vt citatus non fiat contumax. Quo ad primum, eſt præſciendum citationem ad comparendum de nocte ad videndum fieri aliquem actū non arctare ad comparendum, quia tempus non eſt congruum, & citatio eſt nulla *Abb. in c. conſuluit de offic. deleg. ſuper gl. in* verb. *tenebras num. 14. l. 2. §. deindè cum eſſet ff. de orig. iuris c. conſuluit de offic. deleg. Vbert. de citat. tom. 2. cap. 10. num. 284. Carpan. ad ſtatut. mediol. cap. 1. nu. 122. Soccin. de citat. art. 19. nu. 12. Baron. de citat. q. 35. n. 25.*

20 Et ſi quis citaretur, vel ad certum diem, vel ſine die, intelligeretur citatus ad diem iuridicum hora ſolita *Innoc. in c. cum nobis olim de elect. Bar. & alij in l. more* vbi *Caſtr. nu. 5. & Alex. nu. 8. Schrader. de feudis p. 9. cap. 7. ſub nu. 39. Bredec. de appellat. par. 2. tit. 72. col. 740.* verſ. *item quæritur Amatis dec. March. 98. ſub nu. 19. Azeued. l. 1. num. 4. tit. 3. lib. 4. nouæ recopil. Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 31. nu. 19. & 20.*

21 Ideo ſi actus fieret de nocte, tanquam extrà terminum citationis non valeret, vt diximus *ſuprà rubr. 9. 441.* & nox amica eſt fraudū, & malefaciens odit lucem *Barboſ. in cap. conſuluit num. 9. & ſeqq. de offic. deleg.* Et *Ouid. lib. 1. de arte amandi* ſcribit.

Nocte latent menda, vitioque ignoſcitur omni
Horaq; formoſam quamlibet illa facit
Conſule de gemmis de tincta murice lana
Conſule de facie, corporibuſque diem.

22 Imo nox non eſt facta ad iurgia, ſed ad quietem, & ad ſilentia *Valer. Flac. 5.*

Nox hominum genus, & duros miſerata labores
Retulerat feſſis optata ſilentia rebus.

23 Si tamen vel partes conſentirent, vel eſſent præſentes, vel conſuetudo extaret vtiq; proceſſus & ſententia valeret de nocte *DD. in d. l. more Angel. de Peruſ. nu. 8. Iaſ. nu. 12.* Qui etiam dicunt ſententiam ferri poſſe de nocte, vel propter multitudinem cauſarum, vel propter neceſſitatem, quia vel res eſſet peritura, vel expiraret iuriſdictio *c. conſuluit. de offic. deleg. Iaſ. vbi ſup. d. nu. 12. Soccin. reg. 359.* in verb. *ſententia regulariter de nocte*, vt dicemus *infrà*.

24 Dies licet habeat plures computationes, vt eſt videre apud *Antonell. de tempore legali lib. 1. c. 3. nu. 27. & ſeqq. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 3. nu. 300. & ſeqq Vbert. de citat. cap. 10. nu. 260. & ſeqq.* Tamen quo ad actus Iudiciales, incipit de mane, & terminatur in fine diei ante noctis tenebras *gl. in cap. 2. in* verb. *prius, de ferijs* computatio hæc ſit
25 more Babyloniorum in *Geneſi c. 1. ibi factumque eſt veſpere, & mane dies vnus*, & dicitur dies artificialis *Bal. in l. more nu. 2. ff. de ferijs Antonell. ſupr. nu. 31. Bona de diuina Pſalmod. cap. 3. §. 1. nu. 2.* eſt *cap. 11. apud Ioannem* ibi, *nonne duodecim ſunt horæ diei*.

26 Quod Iudex debeat ſedere de die vſque ad tenebras, deciditur *in §. ſedebunt in Auth. de Iudicib.* ſed diſpoſitio dicti *tex.* non ſeruatur in aliquibus Curijs, præſertim in Romana *Barboſ. in c. conſuluit nu. 12. de offic. deleg. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 3. nu. 336. 340. & 341. Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 31. num. 25. Neap. vide prag. 34. de offic. S. C. & 2. de off. M. Iuſt.*

27 Mo-

27 More Romanorum computatur dies, vt incipiat à media nocte,& finiat in media parte noctis ſequentis, & quod quid fit in his 24.horis, ideſt duabus dimidiatis noctibus,& luce media,perinde eſt,ac ſi quauis hora lucis actum eſſet *d.l.more ff.de ferys Ricc.in praxi p.4. reſol.568. Francisin. de tempore hor.canonic.c.87.cum ſeq. Ripa de noct. tempore cap.3.à num.17.& cap.158.Gonzal.ad reg. 8.Cancell. gl.t 1. num.10. & 11. Barboſ.de poteſt. Epiſcop.p.3.alleg.57.n.183.*

28 Hac computatione vtuntur Notarij, qui ſi faciunt inſtrumentum de nocte,debent actum attribuere diei, non autem nocti, & quod factum eſt ante mediam noctem,debent ponere ſub die præcedenti, & quando poſt,ſubſequenti.*Innoc.Felin. & reliqui in cap.conſuluit de offic.deleg. Bal. Angel. & Caſtr.in d.l.more Alex.conſ.190.n.20.lib.6.*

29 Ideò tuta res eſt,quod Notarius ſcribat horam noctis, vt appareat, an actus conueniat diei præcedenti, an ſubſequenti, *Bal.in d.cap.conſuluit de officio deleg.num.11.& ibi Felin.6.Abb.num.6.Iaſ. d.l.more num.15.Berlich.lib.3.concluſ.7.nu.4. Menoch.lib.4.praeſ.12.Manz.de teſtam.infra q.5. n.3. Annechin.de praeuent.cap.3.n.17.in fine f.270.*

30 Contractus poſſunt fieri de nocte *l.non minorem C.de tranſact.Ripa de noct.temp.cap.111. nu.1. Vrceol.de tranſact.q.8.num.30.& ſeqq.* Item teſta-
31 menta fieri poſſunt de nocte *l.ad teſtium §.penul. ff.de teſtam. Roman.in l.oratione num.8. verſ.vl.ff. de ferys Gratian.diſcept.199.n.19.*

32 Sed ne res fiat in obſcuro, cum teſtes debeant partes contrahentes cognoſcere, ac etiam teſtatorem videre, requiruntur ſaltem tria luminaria, iuxtà *tex.in l.1. §.tria lumina ff.de ventre inſpic. Iaſ.conſ.50.lib.3.Simon.de praet.de interpr.vltim.volunt.lib.2.inſpect.2.dub.1.fol.3.num.7.Hond.conſil. 47.lib.2. Matthesil.ſing.25. Rip.de noct.temp. cap. 141.num.2.Duran.de arte teſtand.tit.2. caut.8.nu. 3.Antonell.de tempor.legal.lib.1.cap.31.Manz.de teſtam.lib.2.tit.de teſtam.valid. & parte ſollemn.c. 141.num.2.* Tamen verius eſt hanc cautelam eſſe de conſilio non neceſſitate *Gratian.ſup.*quid quid dicat contrà *diſcept.849. num.40. ex Surd.conſil. 158.Cyroc.diſcept.37.num.3.Harprect.in §.ſed cum paulatim Inſtit.de teſtam.ordin. num.248.*vbi dicit nullibi dictæ ſollemnitatis requiſitum habere.

33 Et ſic dum fit citatio de nocte, etiam requiruntur tria luminaria ſecundum opinionem DD. *ſup.*citatorum, ſed ſecundum alios non requiruntur.Et *Vrceol.de tranſact.q.8. nu.35.* dicit ſuppoſito requiri tria luminaria,non requiruntur ſi de nocte Luna luceat.

34 Quod citatio poſſit fieri de nocte, dicit *Caſſan.in conſuet.burg.tit.de iuſtic.rubr.1. §.6. num. 106.Gallup.in praxi S.C.p.2.c.2.num.25.Baron.de citat.q.35. num.26.* deciſum refert per S.C. *Annechin.de praeuent.cap.3.num.22.fol.171.* Maximè ſi adſit neceſſitas,vel quia periculum eſt in mora. *Succin.de dilat.art.19.num.2.Carpan.ad ſtat. Mediol.cap.1.122.* In Vrbe Romæ ordinario iure fiunt citationes de nocte, vt in Gallia *Tiraquell. in tract.lignag.§.9.gl.2.num.8.9.Annechin.ſup.nu. 21.*Prout Neap. vt nos teſtamur de praxi.

35 Secundum dictã computationem diei naturalis ſi quis fuerit citatus ad ſe præſentandum in termino decem dierum, vel fuerit poſitus in bannum, niſi ſe præſentauerit tali die, poterit ſe præſentare in vltimo die vſque ad mediam noctem *gl.2.in d.l.more Surd.conſ.558. num.9.lib.4. alyque apud Gratian.diſcept.972.num.5.* Et *Angel.*
36 *in d.l.more* dicit, quod Iudex debebit de ſua Camera deſcendere ad ſuum Tribunal, vt recipiat præſentationem ſuam, & conficiatur publica ſcriptura, nè incidat in pœnam banni, ſequi-
37 tur *Caſtr.num.5.* Quod *Alex.in d.l.more num.8.* putat intelligendum, ſi citatus non fuit in culpa, vt quia non ſe arctauit, aliàs ſecus, quia Iudex de nocte poteſt ſui copiam non facere. *l.1. §.dies verſ.quid ergo ff. quando appell. ſit*, nam impu-
38 tandum eſt ei, qui ſe arctauit *l. 2. §. ſiquis tamen ff. ſi quis caut.* & eſt *tex. in cap. conſuluit* ibi; *ea hora, qua congruè poſſis procedere* vbi *DD. de offic.delegat.Antonell.de temp.legal. lib.1. cap.3. num.29.*

39 In diſpoſitione legis vel hominis ſi fiat mentio diei, in fauorabilibus intelligitur de die naturali, in odioſis, & pœnalibus de artificiali, non de naturali, vndè ſi ſtatutum puniat grauius delinquentem in die S.Laurentij,talis pœna non haberet locum contrà delinquentem in nocte præcedenti, vel ſubſequenti dictam feſtiuitatem *Scacc. d.cap.3. num.357.* quia factum de nocte propriè non dicitur factum de die. *Dec.in d. cap.conſuluit num.39.Gratian.diſcept.972.n.10. & ſeqq.*

40 Nox eſt tempus, quod incipit poſt datum ſignum ad ſalutationem Angelicam quouſque videri poteſt lumine artificiali,vſque ad idem,ideſt vſque ad illud tempus,quo iam albeſcit, quia tunc proprie appellatur dies poſt *Tirag. Natta, & alios Lauor.var.lucubrat. tom.1.tit.4.c.28.n.11.*

41 Media nox eſt,quando cœpit ſonare hora duodecima ſecundum vſum Hiſpaniarum, & hora ſexta ſecundum vſum Italiæ, ſcil.in æquinoctio: In alijs verò tẽporibus media nox accipitur ſecundum magnitudinem,& paruitatem dierum, vt ex Calendarijs, ſeu Lunarijs perpetuis. *Sanchez de matrim.lib.2.diſp.41. num.40. Garz.de benefic. 5.p.cap.1.num.524.& 525.*vbi dicit, quod ſtante diuerſitate horologiorum,attenditur horologium Parochiæ, vel viciniæ, in qua defunctus obijt.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo computetur menſis in citationibus? & à nu.2.ad n.8.*

9 *Quomodo computetur annus? & à n.10.ad n.19.*

20 *An, & quando terminus currat de momento ad momentum? & n.21.& 22.*

23 *Quod tempus attendi debeat in citationibus, dies datæ, an executionis? & à num.24. ad n.30.*

31 *An, & quando dies termini computetur in termino? & à n.32.ad n.73.*

74 *Dato reo termino ad petitionem actoris ad faciendum aliquid intra octo dies, an debeat actor ſtare ſemper intrà octo dies,vel debeat requiri ſi intrà illud tempus reus venit? & à num.75. ad nu.88.*

89 *Quando terminus currat in medio, & in fine? & à n.90.ad n.104.*

105 *Vltimus dies quando eſt cœptus, an habeatur pro completo, & quid de menſe,& anno? & à n.106. ad num.157.*

158 *Vſque ad quam horam debet expectare citatus ad intereſſendum mane, & die? & à n. 159. ad n. 170.*

De computatione menſium, & annorum in citationibus, an terminus currat de momento ad momentum, & an dies termini computetur in termino?

QVÆSTIO XXXVIII.

DIximus de computatione dierum, verum quia in citationibus, & terminis, ſeu dilationibus ne dum ponitur dies; ſed aliquando menſis, & aliquando annus ideò dicendum eſt de menſis, & anni computatione. Et quia terminus habet principium, medium, & finem, ideò videndum eſt, an terminus à principio currat ſtatim de momento ad momentum, an verò à die ſcientiæ, & an dies termini computetur in termino, & in medio, an connumerari debeant dies vtiles, an continui, & in fine an dies cepta habeatur pro completa?

1 Quo ad computationem menſis connumerantur dies naturales non eccleſiaſtici, de quibus *in cap. 1. de ferijs* ſcil. de veſpera ad veſperam. *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 3. num. 307. Marcheſan. de commiſſ. p. 2. cap. 7. §. 4. num. 19.* niſi aliter ſit conſuetudo *cap. 2. d. ferijs*, neque artificiales, de quibus diximus *ſup.* Hodie ſunt 12. menſes, quorum quatuor ſcil. Aprilis, Iunius, September Nouember conſtat 30. diebus. Septem ſcil. Martius, Maius, Iulius, Auguſtus, October, December, & Ianuarius conſtant 31. diebus, Vnus ſcil. Februarius conſtat 28. diebus, vndè verſus poſitus per *gl. in l. cum biſſextus ff. de verbor. ſignificat. in verb. citationem.*

Iunius, Aprilis, ſeptemq; nouemq; tricenos,
Plus vno reliqui, ſed Februus octo vicenos.

2 Nam Februarius aliquando habet dies viginti nouem v. d. in omni quarto anno, quo eſt biſſextus, ratione ſex horarum, quę ſunt in anno, vltra tricentum, & ſexaginta quinque dies, quæ in quatuor annis faciunt viginti quatuor horas, & ſic vnum diem, qui attribuitur Februario, & quia dies B. Matthiæ eſt famoſus, ideò die illo ponitur iſte biſſextus, vndè verſus.

Biſſextum ſexta Martij tenuere Kalendæ
Poſteriore die celebrantur feſta Matthiæ.

3 Ità refert *gl. in d. l. cum biſſextus in* verb. *Kalendis eſt. Scacc. d. cap. 3. num. 296. Antonell. de tempore legali lib. 1. cap. 3. num. 6.*

Iſti autem duo vltimi dies pro vno computantur *d. l. cum biſſextus, & in l. 3. §. minorem autem ff. de minor.* quod intelligendum eſt in fauorabilibus non autem in odioſis *arg. l. cum hæres §. ſtichus 2. ff. de ſtat. liber. Tiraq. de retract. lignag. §. 2. gl. 10. nu. 123. Iordan. elucubrat. diuerſ. lib. 10. tit. 12. nu. 40. Genuenſ. in tract. de Eccleſ. q. 512.* vbi dicit non computari pro vno fauore Eccleſiæ, & libertatis *Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 3. nu. 23. & 14.*

4 Quando menſis proprio nomine nominatur, intelligitur de totidem diebus, quot ille menſis habet, ſed quando nominatur nomine appellatiuo intelligitur de 30. diebus *Dec. & Cagnol. in l. vbi lex ff. de reg. iur. & addit. Io: Andr. ad gl. in c. quam ſit de elect. in 6.* in verb. *menſem* quod vulgus ſic recipit. Facit *tex. in l. fin. in princ. C. de Iur. delib.* ibi *infrà trium menſium ſpacium*, & inferius ibi *vt intrà 30. dies*, & inferius ibi *intrà alios 60. dies*, Et ſic cum dicta lex præfigat terminum triũ menſium ad conficiendum inuentarium, declarat pro quolibet menſe computandos eſſe ſolos 30. dies *Dec. in l. vbi lex ff. de reg. iuris Alex. conſ. 114. col. fin. vol. 5. Tiraquel. in l. ſi vnquam* verb. *ſuſceperit filios num. 169. C. de reuoc. donat. Lucas Pat. in praxi lib. 5. cap. 12. num. 8.* vbi dicit ſic menſes datos à ſtatuto Vrbis ad proſequendam appellationẽ, intelligi de 30. diebus, & *lib. 8. cap. 2. n. 53.* ad explicationem *ſtatuti 197. lib. 1.* vbi etiam *Fenzon.*

5 Aliqui dixerunt, quod in fauorabilibus menſis ſimpliciter prolatus, debet intelligi de diebus 30. & vno, in odioſis autem de ſolis 30. *Barbat. in 1. addit. ad Bal. in cap. 2. quo tempore miles inueſt. pet. deb. in vſib. feudor. Bard. in tract. de tempore vtil. & contin. cap. 2. nu. 2. Dec. in d. l. vbi lex ff. de reg. iur. in fin.*

6 Sed omiſſa differentia de materia fauorabili, & odioſa. *gl. in c. quantus ſit de elect. in 6.* in verb. *menſem*, videtur ſentire, quod menſis debet intelligi tot dierum, quot habet ille menſis, in quo datur dilatio; ità vt dies illius menſis, qui erant lapſi antè tempus datæ dilationis, ſupplentur de menſe ſequenti, ſequitur *Put. dec. 442. num. 7. lib. 2.* Ideò ſi terminus menſis aſſignetur tertia die Februarij finietur tertia die Martij, & ſic erit menſis 28. dierum, pro vt Februarius, in quo fuit data dilatio, & ſimiliter ſi aſſignatur dilatio die 10. Ianuarij, finietur die 10. Februarij, & ſic erũt 31. dies, pro vt habet idem menſis Ianuarij, & ſic in alijs. *Bal. in l. 1. ff. ſi quis caut. num. 5. verſ. 4. in l. eos §. ſin autem nu. 7. ff. de appell. Rot. dec. 144. num. 2. in recent. p. 2. gl. in cap. vn. de cruſib. in extrauag. commun. in* verb. *datum Io: Andr. in d. cap. quam ſit de elect. in 6.* Ità ſeruari dicit *Butr. in cap. licet de ſuppl. negl. Prælat. & Bar. in l. cum biſſextus ff. de verb. ſignific. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 3. nu. 359. Sanch. de matrim. lib. 2. diſp. 24. nu. 15. & ſeqq. Garc. de benefic. p. 1. n. cap. 2. num. 42. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gl. 21. num. 7. Iordan. lucubrat. diuerſ. lib. 10. tit. 22. num. 30. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 50. num. 21. & 22. Cenc. de cenſibus p. 2. c. 2. q. 2. art. 2. n. 24. Altograd. conſ. 29. n. 10. & ſeqq.*

7 Quando fit mentio de duobus menſibus, tunc intelligitur de ſexaginta, & vno diebus, vt dicit *tex. in l. vbi lex ff. de reg. iur.* cuius hęc ſunt verba: *vbi lex duorum menſium facit mentionem, & qui ſexageſimo primo die venerit audiendus eſt.* vbi *gloſ.* dicit, id procedere ex benignitate, & quod ſecus eſt in contractibus, & teſtamentis. *Cagnol. ibidem num. 2. & ſeqq. Menoch. d. caſ. 50. n. 22.*

9 Verum *Antonell. de tempor. legal. lib. 1. c. 3. num. 28.* dicit, in menſibus vtilibus, in quibus non ſunt limitati dies, cum vnus menſis vtilis poſſit quandoque occupare tres continuos, intelligi de 30. diebus, ex *Alex. conſ. 114. num. 15. & ſeqq. lib. 5. Dec. in d. l. vbi lex num. 2.* In menſibus continuis

qui

qui habent metam limitatam, & pro maiori par-
te habent 31. dies, & quidam 30. debere fieri cō-
putationem, pro vt menſes currunt *ex d. l. vbi lex*
Franch. dec. 471. alia de menſibus ponit *Abb. Ec-*
cleſia obſ. 79.
9 Dicemus de computatione Anni. Inuentio an-
ni quomodo ſit facta dicit *Polid. Virgil. de inuent.*
rerum lib. 2. cap. 4. Alex. ab Alexandro dierum ge-
nial. lib. 3. cap. 24. Roſin. antiquit. Roman. lib. 4. c. 5.
10 Ægiptij lunæ ſenio annum terminabant, Ar-
chades tribus menſibus, Iberi quatuor, Acarna-
nes *ſex.* Romani ab initio decem menſibus, & alij
aliter, vt refert *Plin. lib. 7. hiſtor. nat. cap. 48. Tiraq.*
de retract. lignag. §. 1. gl. 10. nu. 1. Scacc. de iudic. lib.
2. cap. 3. nu. 297. & ſeqq. Plutarc. in vita Romul. Fe-
ſtus Pompeius lib. 11. Alex. ab Alex. ſup. videndus *Ca-*
ranza de partu cap. 12. §. 1. & ſeqq.
11 Annus, quo vtimur conſtat duodecim menſi-
bus diuiſus ſic à Numa Pompilio, vt ex *Macrob.*
obſeruat *Riual. de hiſtor. Iur. ciuil. lib. 2. num. 33.*
Scacc. d. cap. 3. nu. 301. Et conſtat ex trecentis ſe-
xaginta quinque diebus *c. quadrageſima de conſe-*
crat. dixt. 5. l. cum hæres §. ſtatus ff. de ſtat. liber. l. ita
vulneratus ff. ad l. aquil. Et *gl. l. 3. §. minorum ff. de*
minor. dicit annum habere etiam vltra 365. ſex
horas plus, quæ ſex horę in ſpatio quatuor an-
norum ſunt 24. horæ, quæ conſtituunt vnum diē,
quiadditur Februario quando eſt biſſextus, &
ſic ſunt dies 366. *Scacc. d. cap. 3. nu. 296. Antonell.*
de temp. legal. lib. 5. c. 3. nu. 6.
12 Annus diuiditur in quatuor tempora, vnum
dicitur Hyems, quod incipit à medio Nouem-
bris, & durat tribus menſibus, finita Hyeme, in-
cipit Ver. & durat alijs tribus menſibus, ſequitur
æſtas, & deinde Autumnus, *gl. in l. 1. §. æſtatem ff.*
13 *de aqua quotid. in verb. autumnali.* Verum *I. C. in*
d. verb. æſtatem diuidit annum, in duas partes, vt
vna ſit Ver, & æſtas, Et altera ſit Autumnus, &
Hyems.
14 Annus iſte varia habet initia ſecundum con-
ſuetudinem locorum. Nam computatur vel ab
Incarnatione D. N. Ieſu Chriſti, vel ab eius Na-
tiuitate, vel à Principio menſis Ianuarij, & ſic à
Circunciſione *Scacc. de iudic. d. c. 3. nu. 361. Mi-*
tica de tacit. lib. 14. tit. 40. nu. 20.
15 Curia Romana computat annum à feſto Na-
tiuitatis Domini, vt dicit *Rota in antiquis dec. 2.*
de verb. ſignific. & in nouiſſ. dec. 3. de iudic. extrauag.
1. de cenſibus, extrauag. 1. §. nos de omnip. Dei de
pœnit. & remiſſ. Couar. var. lib. 1 cap. 12. in princ.
Certa in verb. anni.
Eodem modo computat Italia, Hiſpania, Ara-
gonia, Catalonia, Dacia, & Vaſconia, & ſic die
25. Decembris, vt refert *eadem Rota in antiquis*
dec. 17. de iudic. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num.
1191. Io: de Graſſ. de ſubſtit. procur. in princ. de Me-
diolanenſibus *to. 1. ſtatutor. cap. 109.* vbi *Carpanus.*
16 In Regno Franciæ, Alamaniæ, & Angliæ cō-
putatur annus in feſto Annunciationis Beatæ
Mariæ, quod eſt die 25. Martij *Rot. d. dec. 17. de*
iudicijs & dec. 4. eodem tit. in nouiſſ. gl. in cap. vnic.
de cenſib. in extrauag. commun. in verb. *datum Gail.*
de credit. cap. 3. tit. 1. nu. 141. Vbert. de citat. c. 10.
nu. 313. licet à die reſurrectionis dicat *Caſſan. in*
conſuetud. burg. rubr. 1. §. 8. verſ. quæro quando n. 4.
& in catalog glor. mundi p. 12. conſid. 39. Sic etiam
17 ſeruatur apud Genuenſes, & Florentinos, teſte
Scacc. de iudicijs lib. 2. cap. 11. nu. 1190. per tex. in
cap. in nomine Domini dixt. 23. Spec. tit. de inſtrut.
edit. §. 2. & 3. Cardin. in cap. inuenit de ſponſalibus.
18 In Siciliæ Regno annus circa abſtractionē fru-
menti faciēdam eſſe computationem à primo die
menſis Septembris *ex prag. 3. ſub tit. de aſſignatae.*
Maſtrill. dec. 257. nu. 7. & 9. Alij ſumunt initium
19 à Circunciſione Domini, & ſic à Kal. Ianuarij
ſecundum antiquum Romanorum morem, vt pro-
bat *Io: de Graſſ. loco citato, & Aym. Riual. de hiſtor.*
Iur. Ciuil. lib. 1. n. 7. prout nos Neap. vtimur *Gait.*
d. cap. 3. tit. 1. nu. 143. ex prag. 7. de commiſſar. Reg.
Tap. dec. S. R. C. 45. nu. 10.
20 Videbimus hic, an terminus currat de momē-
to ad momentum. Et diſtinguimus. Aut terminus
eſt præfixus à lege, aut à Iudice, aut à partibus,
aut à teſtatore. Quo ad terminum ſtatutum à le-
ge, partibus, aut teſtatore ſermo non eſt noſter,
videat lector *Vbert. de citat. cap. 10. n. 315. & ſeqq.*
ſolum dicemus de termino ſtatuto à Iudice. Et
tunc ſi præfigatur præſenti, eius ſcientia eſt indu-
bitata, & qui ſcit, certiorari non debet *l. 1. in fin.*
ff. de action. empt. Si præfigatur abſenti, tunc præ-
21 fixio termini eidem eſt intimanda, niſi aliàs ad
eius notitiam perueniſſet *Capyc. dec. 325. num. 3.*
22 *par. 2.* Vel niſi citata fuiſſet ad videndum præfi-
gi terminum, quia neceſſaria non eſt intimatio
decreta, quando præceſſit citatio, niſi Iudex mā-
dauerit intimari *Rot. in recent. dec. 445. num. 2. &*
dec. 725. nu. 9. p. 2. Ludouiſ. dec. 31. num. 8. & diximus *ſup.*
23 Difficultas eſt, quod tempus attendi debeat in
Citationibus, an dies datæ, qua commiſſa eſt ci-
tatio per Iudicem, an dies executionis, qua facta
eſt intimatio, ſeu præſentatio per Curſorem, an
verò dies habitæ notitiæ, qua citatio innotuit ci-
tato. Quod debeat attendi dies datæ, ſeu com-
miſſionis citationis, facit quod tempus eſt conti-
nuum, & currit etiam ignoranti *l. genero ff. de his*
qui notant. infam. qui *textus* licet loquatur de di-
latione data à lege, tamen idem videtur dicendū
in dilatione data per Iudicem, in qua currunt tā
dies feriati, quam non feriati *l. ſiue pars C. de dilat.*
24 Sed contrarium verius eſt, quod debet attendi
tempus intimationis, & ſcientiæ, nam cum cita-
tio fiat ad effectum, vt quis poſſit ſe defendere,
eſt neceſſe, vt citato eidem citato innoteſcat
facto Nuncij *l. annus ff. de calumniat. l. 2. C. vbi in*
rem actio l. 1. ff. de requir. reis. Et id, quod dicitur,
25 quod in dilationibus tempus ſit continuum, non
obſtat quia quando datur terminus, ſeu dilatio
ad aliquid faciendum, tunc tempus ab initio vti-
le eſt, & non currit, niſi à die ſcientiæ poſtea autē
tempus eſt continuum, & currunt dies, tam feria-
ti, quam non feriati iuxta *tex. in d. l. ſiue pars* & eſt
tex. in l. quinquaginta ff. de excuſat. tutor.
26 Si verò terminus in citatione fuiſſet præfixus
hiſce, vel ſimilibus verbis. *hinc ad tres dies*, vel *ab*
hodierno die, vel hora, tunc terminus curreret à
die datæ, ſeu commiſſę citationis *Bal. in l. 1. ff. ſi*
quis caut. nu. 5. qu. 3. in fine Guid. Papa dec. 270. &
ibi *add. lit. B.* computatio fit de momento ad mo-
mentum *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 11. nu. 23.*

per tex.in l.placet iuncta gl.verb.ab hinc C.de ſacro.
27 *ſanct. Eccleſ.* Verũ ſi terminus laberetur antequã
Nuncius citationem fuiſſet executus, tunc cita-
tio non valeret, niſi ſuper eſſent à die executio-
nis tot dies, quibus potuiſſet citatus comparere
Aff.dec.124.num.3.
28 Citatio namque fieri non poteſt niſi cum ter-
mino competenti, vt *vt in extrauag. cum non nouã
de dolo, & contumac. & clem.1.de iudic.* conſidera-
ta ſcil. locorum diſtantia, dinumerando pro ſin-
gulis diebus 20.milliaria *l.1. ff.ſi quis caut. §.qui
autem inſtit.de excuſat.tutor. Antonell.de temp.legal.
lib.4.cap.18.* vbi de materia, & nos diximus *in
rub.11.* & in via maritima pro 50.miliaribus da-
tur vnus dies *Dec.c.cum olim nu.3.de except Mar-
cheſ.de commiſſ.p.2.cap.7.§.4.nu.20.* vide *Ludouiſ.
deciſ.501.*
29 Alias citatio tanquam temeraria non arctat
ad comparendum etiam poſt terminum *l.aut qui
ff.quod vi,* & ibi *Bar. Abb.in cap.cum dilecti de do-
lo, & contumac.num.20.Caſſad.dec.6.nu.3.de dolo,
& contumac.* Et latius diximus *ſup.qu.35.*
30 Idem dicendum eſt quando citatio non fuiſſet
legitimè executa, ſed quia citatio per compari-
tionem conualidatur ad *tex.in l.1.§.1.* & ibi *gl. &
Bal.ff.de ferijs* tunc tempus in citatione appoſitũ
ad aliquid faciendum non inciperet currere, nec
à die commiſſæ, neque à die executę citationis,
ſed à die comparitionis *Bal. in auth.ſi omnes C.ſi
minor.ab hered.ſe abſtin. Felin. in cap.gratum n.4.
de offic.deleg. Creſcent. dec.10.num.5. de dolo, &
contumac.*
31 Sed difficultas hic eſt, An dies termini com-
putetur, & quando in termino? *Tiraq.in retract.
conſanguin.§.1.in verb.annum, & diem gl.11.nu.
36. & ſeqq.* vbi ponit totam materiam cum am-
pliationibus, & limitationibus *Tuſc.lit.D.concluſ.
409.Trentacinq;var.lib.2.tit.de dilat.reſol.1.*
32 Quo ad materiam Citationis diſtinguendum
eſt inter primam citationem, & ſubſequentes, nã
in prima citatione quis citatur ad comparendũ,
& cum termino plurium dierum; in ſubſequenti-
bus autem citatur vel ad dicendum contrà, vel
ad aliquid faciendum, & ſemper ad certum diem.
33 In primis citationibus duplex tempus poteſt
conſiderari, vnum quando Iudex decreuit cita-
tionem, ſeu citari mandat, alterum quando nun-
cius exequitur, & præſentat, ſeu intimat citatio-
nem perſonæ citandæ, in ſequentibus autem cita-
tionibus non conſideratur, niſi tempus executio-
nis Nuncij, quando illæ fiunt de partium volun-
tate, non autem ex decreto Iudicis. Sic in primis
34 citationibus tempus non poteſt currere à die
commiſſionis Iudicis, ſed ſolum à die notifica-
tionis, & executionis Nuncij; quia antea actus
non eſt perfectus, & non eſt perfecta citatio, ſeu
dilatio, niſi fuerit intimata, Vnde ſi ſit aſſignatus
alicui terminus trium dierum, intelliguntur tres
dies, à die notificationis, niſi in decreto, ſeu cita-
tione eſſet appoſita dictio: hinc ad tres dies ab
hodierno die, vel ſimilibus, nam intelligitur à die
commiſſionis *Bal. in l.5. ff.ſi quis caution. num.5.
verſ.iuxta hoc quæro* diximus *ſup.*
35 Cum hac animaduerſione, quod ſi fieret noti-
ficatio intrà tantum tempus, vt citatus poſſet in
eo comparere, tunc valeret citatio, ſed ſi fieret ci-
tatio poſt duos dies, ità quod in vno reliquo die
citatus non poſſe comparere, citatio non valeret
ob temporis breuitatem *Bar. in l. aut qui aliter ff.
quod vi Abb.in cap.dilecti de dolo, & contumac. Af-
flict.dec.124.nu.3.* & diximus *ſup.* Et citatio non
36 arctat citatum niſi à die ſcientiæ, ſiuè veræ, ſiuè
præſumptæ *l.quinquaginta C.de excuſat. tut. & Cu-
rat.ibi: ex quo notum factum erit l.2.C.vbi in rem
actio l.annus ff.de calumniat.*
37 Sed difficultas eſt, An dies executæ citationis
computetur in termino in citatione aſſignato?
Reſolutiuè dicimus, quod quando citatio fit ad
certum diem, *hæc quæſtio cadere non poteſt,* immo ſi
actus fieret in eodem die, qua fuit facta citatio,
non valeret, tanquam factus in die quo non ca-
debat citatio *Felin.in cap.12. nonumonu.37. de
teſtib. Alex.conſ.213.num.5. lib.2. Rot.in non.dec.
15.de teſtib. & in recentiſſ.p.1.dec.365.nu.3.* Niſi
38 citatio fieret pro eodem die, pro vt aliquando in
Curia Romana citatio fit ad hodie per totum,
ſcil. contra perſonaliter citatum, quæ citatio va-
let, cum non poſſit conſiderari impoſſibilitas cõ-
parendi cum notitia citationis non poſſit contro-
uerti *Put.dec.178.nu.2.lib.1. Saluſt.Tiber.in praxi
cap.49.nu.12.lib.1.*
39 Sic etiam actus valet, quamuis factus in die
executæ citationis, in hora tamen audientiæ *Se-
raphin dec.1115.nu.2.*
40 Et ſi Iudex dixit parti, quod hodie eſſet ad
audiendam ſententiam, illa deberet expectari
vſque ad vltimam horam diei iudicialis, hoc eſt
vſque ad veſperas *Bar. in l.liber homo 118. §.decẽ
hodiè ff.de verb. obligat. per tex. in §.ſedebunt in
Auth.de Iudicib.* Idem dicendum eſt ſi quis citatus
41 fuerit, quod veniat die martis ad audiendum ſẽ-
tentiam, nam licet poſſit dici, quod debeat expe-
ctari per totum diem, & ſic quod non poſſit ferri
eodem die, tamen *Alex. in l.qui hoc anno 42.ff.de
verb.obligat.nu.6.* dicit poſt plures, quos allegat,
quod poſſit ſuprema illius diei hora, ſententiam
ferre iuxta *tex. in l.1. §. dies ff. quando appell. ſit*
vbi *gloſ.*
42 Cadit tamen difficultas, an dies citationis cõ-
putetur in termino, Cum citatio ſit cum ſpatio
plurium dierũ quę poteſt intelligi duobus modis.
Primo de die vltimo termini, 2.de die aſſignatio-
nis termini in citatione. Quo ad primum nulla
eſt difficultas, quia vltimus dies computatur in
termino, & quod fit in eo, vtique in termino fieri
dicitur *l.1.§.quod dicimus ff. de ſucceſſ.edicto l.pa-
ter ff.ad l.Iul. de adulter.* verba vtriuſque ſunt,
quod dicimus intra diem centeſimum bonorum
poſſeſſionem peti poſſe: ità intelligendum eſt, vt
& ipſo die centeſimo bonorum poſſeſſio peti poſ-
ſit: quem admodum intrà Kalendas, & ipſæ Kalẽ-
dæ ſint: idem eſt ſi in diebus centeſimis dicatur,
verba ſecundum *tex.* ſunt: ſexaginta dies à dinor-
tio numerantur, in diebus autem ſexaginta, &
ipſe ſexageſimus dies eſt.
43 Sic licet appellandum ſit infra, ſeu intrà, ſeu
ante decem dies, tamen in decimo die appellari
poteſt *Specul. lib.2.par.3.de appell. §.reſtat. nu.3.
Scacc.de appellat.qu.12.*
44 Et quod vltimus dies ſit de termino, & ſufficiat
com-

comparēre qualibet hora vltimi diei,etiam vſque
ad mediam noctem dicit *Bal.in l.1. ff.ſi quis caut.*
nu.4.per tex.in l.more Romano ff.de ferys. Et quod
45 in vltimo die termini , poſſit fieri probatio dicit
gl.in cap.1.de reſtit.ſpoliat.in 6. in verb.*proponitur*
in fine.
46 Quo ad ſecundum, an dies citationis, ſeu aſſi-
gnationis termini computetur in termino , diffi-
cultas non modica eſt. Nam quod computetur in
termino facit,quia in dilationibus tempus eſt cō-
tinuum, quia currunt tam dies feriati , quam nō
47 feriati *l.ſiue pars C.de dilation.* Et computatur de
momento ad momentum *l.3. §.minorem ff. de mi-*
norib.
48 Sed quod non computetur , prout eſt commu-
nis opinio, facit quia dilatio plurium dierum in-
telligitur de proximis diebus. *l.eum, qui Kal.41.*
ff.de verb.obligat. Et in dinumeratione termini,
49 quo quis debet iudicio ſiſtere , non continetur
primus dies,quo cautum promittitur. *l.1.ff.ſi quis*
caut. ibi:*præter eum diem , quo cautum promittitur.*
50 Sic terminus quindecim dierum datus ſpolia-
to ad probandum ſpolium currit poſt diem, quo
actio proponitur iuxtà *tex.in cap.1. de reſtit.ſpo-*
*liat.in 6.*vbi *gl.in* verb.*proponitur*, dicit: *quia dies*
51 *illa non computabitur.* Idem dicimus de termino
dato opponenti excommunicationem ad illam
probandam *c.1.de except.in 6.*
52 Et quod dies termini non computetur in ter-
mino , quando adiungitur numero dierum , vel
menſium dicunt *Dec.in cap.ſuper eo num.37. de*
appell.Tiraq.d.gl.11.nn.18.22.27. Cauall.q.401.
Fontanell.dec.409. Didac.Perez in l.2.tit.2. lib.3.
ordin.fol.494. & l.22.tit.2. lib.7. Cardos in praxi
verb.*dies num.5.& 6.Trentacinq.var.lib.2.tit.de*
dilat.reſol.1.Card.Tuſc.lit.D.concluſ.409.Rota Ro-
man.apud Farinac.dec.333.in nouiſſ.Hier.Murlid.
dec.74.num.1.& ſeqq.Velaſc.de priuil.paup. p.1.q.
31.num.7.Vela diſſert.18. nu.16. Guazzin.defenſ.
24.cap.4.num.9. Bard.de temp.vtil. & contin.c.3.
Magon.dec.Flor.8.Ripol.var.cap.5.nu.22. Myſing.
cent.5. obſ.15. & obſ.95. num.6. Baron.de citat.q.
43.num.12.
53 Diximus,quod ſiue dilatio in citatione ſit da-
ta,cum dictione *infra tot.dies*, vel *intra*, vel *ante*,
tunc dies termini non computatur in termino,&
vltimus dies termini eſt de termino ex allegatis.
Idem eſt ſi ſit data dilatio cum dictione *à* vel *ab*
vel *vſque*,vel *ex*, vel *poſt*, quia huiuſmodi dictio-
nes ſeparant,& excludunt ipſum terminum. *Alex.*
in l.1.num.18.ff.ſi quis caut.Tiraq.de retract.con-
ſanguin.§.1.gl.11.nu.51.& ſeqq. & num.65. Rot.
diuerſ.dec.75.num.2.p.2. Gratian.diſcept.161.nu.
5.Guid.Pap.dec.270.Scacc.de appellat q.12. n.56.
& 57.Antonell.de tempor.legal.lib.4.cap.23. n.15.
Barboſ.in dict.à vel *ab Fontanell.dec.408.n.29.*
54 Ità ſi adſit verbum *proximus*, puta ſi ſit dictum
infrà 15.dies proximos , quia illud verbum *pro-*
ximos excludit diem actus celebrati , qui non po-
teſt dici proximus illius diei,cū ſit ipſemet dies.
Gratian.ſuprà n.15. & ſeqq.Bellon.de poteſt.eor quę
funt.in contin.lib.1.cap.94.num.25.Antonell.lib.4.
cap.2.num.3.
55 Sed ſunt non nullæ aliæ dictiones , quę ipſum
diem includunt in termino , vt puta dictiones
hinc, vel *ab hinc*.v.g.ſi dictum ſit *hinc ad decem*
dies, aut *decem diebus*, tunc dies termini compu-
tatur in termino *Butr.Bal.Iaſ.& aly in d.l.1. ff.ſi*
quis caut.Tiraq.d.gl.11.num.23. Guid.Papa d.dec.
270.& ibi: *add.lit.B.* De dictione, *ex tunc* , quæ
56 facit, vt tempus currat de momento ad momen-
tum *Anchar.in cap.cum in tua* verſ.*fin. de conſuet.*
in 6.DD.in l.gallus ff.de liber. & poſth. Tiraq.d.§.
1.gl.11.num.39.Antonell.de temp.legali d.lib.3. c.
57 *2.num.19.*De dictione *vſque* ex *l.patronus 35. §.*
ſempronio ff.de leg.3.l.papinianus §.meminiſſe ff. de
inoff.teſtam.l.poſt dies C.de aduoc. Alex.conſ.144.
*nu.5.*verſ.*quia lib.5.Card.Tuſc.lit.D. concluſ.219.*
7. Natta conſ.461. Marta de clauſ.clauſ.77. ante
num.6. p.2. poſt *alios Barboſ.de dictiun.dict.437.*
num.1.5.14.
58 Concluſio illa,quod dies termini non compu-
tetur in termino limitatur pluribus modis. Pri-
mo vbi de mente diſponentis expreſſe,vel tacitè
contrarium colligitur , quia tunc tales præpoſi-
tiones *à* vel *ab* includunt terminum diei,cui adii-
ciuntur *Ananc.conſ.31.nu.7.de præbend. Gratian.*
diſcep.161.num.21. & 22.Tiraquel.d.gl.11. num.
35.& 37.
59 2.Quando incluſio eſt vtilis,vel fauorabilis ei
cui fit, vel datur dilatio, nam tunc prædicta pręe-
poſitio includit diē termini *Nauar.nu.8. Gratian.*
diſcept.423.num.18.Iordan.lib.14.tit.7.num.100.
verſ.2.Paris de reſignat.benefic.lib.12. q.8. nu.18.
Bellon.de poteſt.eorum , quæ fiunt in contin. lib.1.c.
94.num.19.Cauall.d.q.401.num.6. Tiraq.d.gl.11.
num.30.Fontanell.d.dec.409.nn.16.
60 3.Si ſequeretur abſurdum, niſi computetur in
termino *Tiraq.d.gl.11.nu.33.& 34.*
61 4.Vt illa regula procedat quando ſtatuitur
terminus à die actus , ſecus ſi ſtatuatur ab actu
Tiraq.ibid.num.24.Barboſ.in cap.quod ad conſulta-
tionem de ſent.& re iudic. Gratian.diſcept.413.nu.
21.Alex.Trentacinq.var.lib.2. tit.de dilat. reſol.2.
n.8.Fontanell.dec.409.n.9.
62 5.In compromiſſis factis intra certum tempus
putà intra 60.dies proximè futuros,nam in his,
tempus de momento ad momentum computatur,
alias ſequeretur abſurdum , quod die facti com-
promiſſi non poſſet ferri laudum. *Soccin.conſ.88.*
Becc.conſ.99.num.17. Bellon.de poteſt.eorum , quæ
fiunt in cont.lib.1.cap.94.num.21. Gratian.diſcept.
161.num.10.& ſeqq.Affl.dec.73. num.7.& 8. In
63 appellatiuus,an dies termini computetur in ter-
mino, diſputant *Scacc.de appell. q.12. Fontanell.*
deciſ.408. & 409. Antonell.de tempor. legal.lib.4.
cap.23.
64 Sed ſi ſit appoſita hora in aſſignatione termi-
ni, difficultas eſt , an computetur tempus de mo-
mento ad momentum ? *Tiraquel.d.gl.11. num.48.*
refert *Bonifac.Vital.in tract.malefic.in tit.forma ci-*
tationis accuſati num.28. docentem , generaliter
diem citationis non computari in termino per
d.l.1.ff.ſi quis caut.& per tex.in cap.ſuper eo il 2.de
appel. niſi conſtet de hora aſſignationis,nam tunc
ſit computatio de momento ad momentum. Ipſe
tamen dicit id verum non putare, quia in prædi-
ctis iuribus non declaratur, an conſtet de hora.
65 Sed mihi placet, dicere, quod ſi aſſignata eſſet
hora cum aliqua dictione includente idem tem-
pus

pus termini , tunc computaretur teminus ab illa
hora ex *Bal. in l. 2. ff. ſi quis caut. num. 5. verſ. in*
contrarium ibi *Sin autem ſit dictio hinc ad tres dies*
ab hodierno die , vel ſimilibus intelliguntur à die
66 *commiſſionis, vel ab hora.* In noſtro Reg. Neap. ex
rit. 119. dies termini in omni materia , non com-
putatur in termino vbi *Caranit. & Petra. Trenta-*
cinq. var. lib. 2. tit. de dilat. reſol. 5. n. 3. verſ. *ego.*

67 Difficultas magna eſt , an citatus comparere
debeat in principio, an in medio , an in fine dila-
tionis? Pro reſolutione diſtinguimus, aut citatur
vt compareat in die certo, putà in decimo die,
aut verò vt compareat intra certos dies, putà in-
trà decem dies . Primò caſu debet illo die com-
parere , & non ſufficit ſi antè compareat. 2. Caſu
poteſt quolibet die intrà eundem terminum com-
parere, ità notat *gl. in clem. quamuis in verb. intrà*
dictum de appell. Rot. diuerſ. dec. 644. n. 4. p. 3. lib. 3.

68 Quæres præterea , an ſi aſſignatus ſit partibus
terminus octo dierum ad probandum, vel articu-
landum, & vna pars antè vltimum diem velit da-
re ſuos articulos, vel inducere teſtes , an debeat
alteram partem citari facere ? Et videtur dicen-
dum, quod non , cum debeat promptus eſſe per
integram illam dilationem. Sed in contrarium eſt
69 veritas, & ſic quod debeat citare partem , ea ra-
tione , quia non tenebatur altera pars accedere
ante vltimum diem, niſi citata, quia non habebat
credere, quod ante illum velit aliquid facere; ſed
ſi in vltimo die termini hoc faciat , non eſt pars
citanda, quia ille dies interpellat vtranque par-
tem, latè *Caſtr. in l. item illa num. 5. ff. de conſtit. pe-*
cun. qui dicit ità colligi ex *d. tex.* & haberi in
l. 2. circa princ. & ibi *per Bar. C. de temp. appell.* Idē
70 *Caſtr. num. 6.* diſtinguit vnà cum dicta *gl. in d.*
clement. quamuis , quod aliquando aſſignatur
certus dies pro termino, puta octauus dies ad arti-
culandum, & tunc antè illum non poteſt articu-
lare, etiam parte citata, aut non certus dies, ſed
quod intrà octo dies, & tunc poteſt in quacunq;
parte dilationis hoc facere, quia verba patiuntur,
cum infrà octo dies dicatur fieri etiam , quod fit
ante vltimum diem, ſed debet pars citari . Sed ſi
producit teſtes non citata parte , valet receptio,
ſed non præiudicat alteri parti, quo minus poſſit
obijcere contrà perſonas teſtium , etiam poſt il-
lorum publicationem : quod ſi pars fuiſſet citata
non poſſit contrà perſonas poſt publicationem
obijcere, niſi proteſtatus fuiſſet , quod ſibi ſaluæ
eſſent exceptiones, vt in *c. ex parte de teſtibus.*

71 Sic ſi terminus intrà certos dies, aſſignetur ad
talem actum, qui non deſiderat partis præſentiam
poteſt in qualibet parte termini comparere, & ex-
plicare, quod incumbit. Si verò aſſignetur ad ta-
lem actum, qui deſiderat partis præſentiam, putà
ad reſpondendum poſitionibus, vel ad probandū,
nec non ſufficit præuenire ante diem dilationis,
niſi aduerſarius ſit monitus, vel citatus, quia cum
iſta dilatio ſit communis, quęlibet pars poteſt dif-
ferre vſque ad finem termini. *l. petenda C. de tem-*
por. in integr. reſtit. Bal. in l. 2. num. 5. ff. ſi quis caut.
vbi ſubiungit , quod practicā Aduocatorum eſt
quando aſſignatur terminus ad probandum , vt
moneatur altera pars , quod ſingulis diebus , &
horis aſſiſtat ad videndum iuramenta teſtium,

alias non facta hac monitione, non poſſunt pro-
duci teſtes in fine dilationis *l. ſi quando C. de teſti-*
bus c. ſæpè de appell.

72 Si datus eſt alicui terminus ad probandum,
nunquid aduerſario non citato poterit producere
inſtrumenta? & *Bal. in l. fin. C. quis admitti num. 4.*
dicit quod non, niſi producat in fine termini, quia
pro vltima parte termini intelligitur vtraque
pars monita, ſed interim non, notatque *Bar. in l.*
item ff. de conſtit. pecun. num. 5. Ratio eſt quia ter-
73 minus iudiciarius videtur eſſe communis licet
datus ſit vni parti *l. petenda C. de tem. in integ. re-*
ſtit. vbi *DD & in l. fin. C. de fructib. & litis expenſ.*
Igitur non debet, nec poteſt etiam ab illa parte,
cui datus eſt, præueniri, ſed ad vnguem ſeruari.

74 Difficultas altera eſt, de qua *Bar. in l. qui ante*
Kal. num. 5. ff. de verb. obligat. An dato reo termino
ad petitionem actoris ad faciendum aliquid in-
trà octo dies, debeat actor ſtare ſemper intrà octo
dies, vel debeat requiri, ſi intrà illud tempus reus
venit , & dicit quod ſi terminus eſt datus ad vnū
actum momentaneum, vt puta ad veniendum, ſeu
comparendum , & tunc reus poteſt venire qua-
cunque parte termini vult, ſed nihilominus actor,
ad cuius petitionem eſt datus terminus non eſt
contumax , vt circunduci debeat edictum ad rei
petitionem, niſi in vltimo die termini actor non
eſſet in iudicio, nec aliàs poteſt Iudex reum licē-
tiatum dimittere. *l. poſt edictum, in fin. ff. de iudic.*
Nam licet reus poſſit quandocunque venire , ta-
men non eſt præſumendum quod veniat, niſi in
vltimo die termini.

75 Si verò terminus eſt datus ad aliquem actum
non momentaneum, putà ad probandum , in quo
multa requiruntur , & hoc caſu ſi expectaretur
illa pars vſque ad vltimum diem, tunc nihil reus
poſſet probare, & ideò reus intrà terminum po-
teſt venire quandocunque vult, tamen debet face-
re citari actorem, vt veniat ad videndum iuramē-
ta teſtium , & articulorum productiones ad *tex.*
in auth. ri, qui C. de tempor. appell. Ratio eſt ſecun-
dum *Bar. vbi ſup.* quia actor benè ſcit, quod reus
poteſt probare intrà octo dies, ſed neſcit quo die,
vel hora hoc facturus ſit, & ideò niſi ei hora de-
nuncietur, nihil ei poteſt imputari. *l. aut qui al-*
ter §. 5. ff. quod vi aut clam. Verum ſi quis citetur
76 hodie, vt compareat infrà quinque dies, quo tem-
pore non dum elapſo citetur intrà quatuor , &
ſucceſſiuè eodem tempore durante , citetur ad
alios quinque, tunc ità citatus in diuerſis termi-
nis poterit in vltimo comparere , & facere quod
incumbit, vt dicit *Rota in non. decis. 9. de dolo , &*
contumac.

77 Citatus debet expectari vſque ad vltimum
momentum *Spec. tit. de comparit. in termino num. 3.*
Alex. in l. ſi finita §. Iulianus num. 25. ff. de damno
infect. & in l. qui hoc anno num. 6. ff. de verb. obligat.
Bar. in l. liber homo §. decem hodie ff. eodem Rot. in
recentiſſ. p. 1. dec. 394. num. 3. Berlich. lib. 2. concluſ.
27. num. 78. vbi *num. 79.* dicit id procedere etiam
ſi ſit citatus ad matutinum , nam debet expectari
vſque ad vltimum momentum diei ex *Arumeo*
78 *dec. 11.* Verum citatus per Iudicem , non debet
illicentiatus recedere *l. ſi quis decuriæ 2. C. de de-*
cur. lib. 10. ibi: *non antè diſcedas , quam inſinuata*

Iu-

Iudici deſiderio proficiſcendi licentiam conſequatur;
quod ſi pro ſua audacia parui aliquis hanc feceeit
iuſſionem,indignationem competentem ſortiatur.Idem
79 procedit in citato à lege, vt in cap.ſi poſt quam
de elect. in 6. Hinc ſi canonicè vocatus ad Sy-
80 nodum venit, ſed illicentiatus ante finitam
cauſæ ſuę examinationem receſſit, debet excom-
municari tanquam contumax cap.certum 11. q.3.
& notat gl.in d.cap.1.ſi poſt quam in verb. mente de
elect.in 6.paria eſſe non venire, & ſine licentia
recedere ad tex.in cap.1.de iudic.declarat Bal.in
l.nam ità diuus in fin.de adopt.Rolan.à Valle conſ.
39.num.12.lib.1.
81 Si verò ſuperueniſſet aliquod repentinum pe-
riculum, citatus eo caſu non tenetur expectare
Butr.in cap.1.de iudic.num.28. & ibi Felin.num.2.
& eſt tex.in l.quæſitum eſt ff.de re iudic.
82 Sic qui non comparet in termino,infirmitate
verè detemptus,excuſatur cap.tenor de ſent.& re
iudic.ibi.infirmitate præuenſa non afficit,vbi gl.in
verb.infirmitate, ſubiungit, quod ſi verum fuiſſet
iuſta erat excuſatio ex iuribus per eam adductis.
Quæ omnia procedunt quando fuit citatus gene-
raliter ad comparendum.
83 Sed quando fuit ſpecialiter citatus ad certum
actum,tunc illo actu expedito poteſt illicentiatus
recedere, quia & ſi non expreſſe, tacitè ſaltem
cenſetur licentiatus, ſecus eo non expedito
Abb.in cap.proxt in 1.notab.de dolo, & contumac.
Butr.in cap.1.de iud.num.28.Item quando,citatus
84 comparuit in termino, & vſque ad extremum
ſpatium citationis expectauit donec Iudex de-
ceſſerit de Tribunali, quia actore non comparẽ-
te, poteſt eius contumacia accuſata illicentiatus
recedere. DD.in cap.1.de iudic.& ibi Felin.num.
21.Abb.in cap.conſuluit num.7.de offic.deleg.Alex.
in l.ſi finita §.Iulianus ff.de damno infect.num.25.
85 Et ſi illicentiatus recederet is,qui fuiſſet citatus
ad inſtantiam partis, quæ non accuſaret contu-
maciam,non poſſe contumax cenſeri l.properan-
dum §.& ſi quidem C.de iudic.Duen.reg.153.lim.3.
86 Datur caſus, quo Iudex non obſtante quod in
citatione ſit appoſitus terminus, poteſt aliquando
procedere non expectato aliter citato, vt putà
quando citatio non fuiſſet neceſſaria,& actus po-
tuiſſet ſine citatione explicari. Abb.in cap.cum
inter vniuerſas de elect.Creſcent.dec.11.num.4.de
87 dolo,& contumac.Datur etiam caſus,quo poſt ter-
minum citationis prorogat in ſequentem diem
cap.conſuluit de offic.deleg. Creſcent.d.dec.11.nu.1.
88 de dolo, & contumac. Quod intelligitur ad fauo-
rem citati,vt in termino prorogato poſſit compa-
rere, non autem ad fauorem citantis, qui cum
conſenſerit in termino præfixo in citatione, nul-
la ratio ſuadet,vt ei terminus prorogetur in præ-
iudicium eiuſdem citati,qui vel in termino com-
paruit,vel nemine comparente, terminus circun-
ductus remanſit Bal.conſ.268.num.2.in fin. lib.1.
allegat tex.in l.fin.§.fin.ff.quod vi, aut clam. vbi
dicitur, ſi is qui denunciauerit ſe opus facturum
confeſtim opus fecerit,clam.feciſſe non intelligitur,
qui textus benè facit, quia denuncians obtinet
vicem eius,ad cuius inſtantiam fit citatio.
89 Diximus de termino quomodo currat à princi-
pio, dicemus quomodo currat in medio, & in
fine.Poſt quam tempus cæpit currere,computatur
de momento ad momentum, & omnes dies ſunt
continui, non autem vtiles l.3.§.minor ff.de mi-
nor.Bal.conſ.477.lib.1.& conſil.412. lib.5. Angel.
conſ.404.Corn.conſ.27. q.1. num.4.lib.1. Miſing.
obſ.15.in fin.cent.5.Rot.diuerſ.4.p.dec.333.n.4.
90 Dies continui dicuntur currentes, computatis
ſcil.omnibus tam feriatis, quam non feriatis, &
computatis etiam illis, in quibus ſiuè pars, ſiuè
Iudex fuerit abſens, vel impeditus, vtiles verò
dicuntur ſoli dies iuridici, & non computantur
dies, quibus vel pars, vel Iudex fuit abſens, vel
impeditus, vt benè explicat gl.in l.fin. C.de tem-
por.in integr.reſtit.& in clem.vn.de reſtit.in integr.
91 in verb.continuum.Appellatione dierum in dila-
tionibus dandis intelligitur de continuis, l.1.§.
nunciatio ff.de non.oper.nunc. ibi: item nunciatio
omnibus diebus fieri poteſt, vbi gl. exponit omni-
bus diebus etiam feriatis, & tex.eſt in l.ſiue pars
92 C.de dilation.Sicut eſt in præſcriptione, vt tem-
pus ſit continuum,non vtile,vt per gl.in rubr.ff.de
diuerſ. & tempor.præſcript. vbi notat præſcriptio-
nes omnes habere continua tempora, niſi ſpecia-
liter inueniamus lege cautum, quod tempus ſit
vtile, eſtque tex.in l.3. ff.de vſucapion. Antonell.
93 de temp.legal.lib.1.c.15.& 17.Et quod idem ſit in
94 tẽpore ad agendum eſt tex.in l.fin.C.de dolo mal.
De diebus continuis regula eſt,quod in dubio di-
latio intelligitur de continuis, non autem de ſo-
lis diebus vtilibus. Abb.in c.fin.num.2.de elect.
95 Quæ non procedit quando feriæ totam dila-
tionem abſorberent, vt putà ſi in Sabbato oliua-
rum daretur dilatio 15.dierum ad probandum,
quia 15.dies ſequentes ſunt feriati, dilatio non
inciperet currere, niſi poſt ferias Hoſt.in cap.licet
cauſam de probat.Bal.in l.ſi quando num.6.C. de te-
ſtib.Maranta de ordine iudic.p.6. tit.de dilat.num.
18.Paladne.rer.quotid.lib.2.cap.fin.§.10. num.12.
Ferrer.in 2.p.obſeru.reg.& in 3.p.cap.297. Fonta-
nell.dec.170.num.15.& ſeqq. D.Modiern.contr.48.
96 num.18.Sic prædicta regula non procedit,quan-
do dilatio præfigeretur à Statuto, quia in dubio
eſt vtilis Bal.in l.2.num.8. C.de edilit.edict.& in
97 l.ſiue pars C.de dilat.num.5.Idem Bal.in conſil.72.
incip.quando tempus lib.3. diſtinguit, quod dila-
tio quo ad ea, quæ fieri poſſunt, etiam ſi Iudex
non ſedeat pro Tribunali, intelligitur de tempo-
re continuo, & de diebus currentibus, quo verò
ad ea, quæ fieri nequeunt, niſi Iudex pro Tribu-
nali ſedeat, intelligitur de tempore vtili,ſequi-
tur Saraen.in reg.de Annal.q.74. verſ.ſed vt vul-
ga,vbi declarat tempus regulæ de annali, intelli-
gi de continuo.
98 De diebus Vtilibus regula eſt, quod intelli-
guntur non ſolum deductis diebus feriatis, ſed
etiam non feriatis,quibus aliquo modo quis fuit
impeditus legitimè tex.eſt in l.quibus diebus ff. de
condit.& demonſtrat.ibi:quibus diebus vicinus tuus
te via publica (cum ad parendum conditione ire
velles ire prohibuit,nec per te ſtetit,quo minus agen-
do,ob calumniam eum ſub moneas:hi dies conditioni
99 non imputabuntur.Et quando quis cenſeatur agẽ-
di poteſtatem habere,magiſtraliter docet Vulpia-
nus in l.1.ff.de diuerſ.& temp.præſcript.
100 Rurſus quomodo vtile tempus accipiatur,
tra-

tradit *idem Vulpianus in l. 2. ff. quis ordo in bon. poſſeſſ.* ſeruetur ibi: *ita autem &c.*

101 In Iudicis arbitrium eſt in citatione aſſignare, an dies vtiles, vel continuos, nam termini præfixio ab ordinaria pendet facultate, vbi ſcil. lex illum non præfigit *l. 1. C. de dilat.* Et neceſſe eſt, vt Iudices terminos præfigant, nè partes nimium differant, & ne lites in infinitum protraherentur. *cap. finem litibus de dolo, & contumac. clem. ſæpè, in princ. de verb. ſignific.*

102 In Curia Romana quando quis citatur ad primum, vel ad ſecundum diem, intelligitur de primo, vel ſecundo iuridico; Sic quando Iudex facit decretum: *niſi ad primum, vel ſecundum*, intelligitur de iuridico, licet plures continui interponerentur, ſed quando dicitur ad ſextum octauum, vel duodecimum diem, intelligitur de continuis *Veſtr. in praxi lib. 5. cap. 12. in princ.* & hoc ne dilatio longior eſſet computando tot dies vtiles.

103 Et quando Iudex vult computare ſolos dies continuos, tunc ſolet citare, vel decernere ad, vel intra tres, quinque, ſeu ſex dies, & in hoc attenditur ſtylus Curiarum. Sic Auditor Cameræ de-
104 cernit mandatum, niſi infrà tres, vel plures dies idest continuos *Tiber. Saluſt. in praxi lib. 1. c. 27. nu. 6. & 13.* & relaxat, niſi ad p. diem, ideſt iuridicum *Tiber. ibidem nu. 7.*

105 Videbimus quomodo currat tempus in fine termini. Hoc eſt, an dies vltimus quãdo eſt ceptus habeatur pro completo, & quid de menſe, & anno. Quod vltimus dies termini quãdo eſt ceptus habeatur pro completo, ſunt plures *textus* expreſſi, nempe *in l. anniculus 132. ff. de verb. ſignific. & l. anniculus 134 ff. eodem l. qua ætate ff. de teſtam.* vbi dicitur maſculos poſſe teſtari poſt 14. annum fœminas poſt 12. vltimum autem diem ſufficere eſſe completum, idem habetur in *l. 1. ff. de manumiſſ.* Et quia *Vulpianus in l. in vſucapionibus ff. de vſucapion.* dicit *in vſucapionibus non a momento ad momentum, ſed totum poſtremum diem computamus gl.* declarat, *ideſt ad quãlibet partem poſtremi diei vltas diem totum computamus; accipiendo partem pro toto*, & eundem textũ ſummat *Paulus de Caſtro*, quod in vſucapionibus dies cæptus habetur pro completo. Idem habetur *in l. in vſucapione ff. de diuerſ. & temper. præſcript. Cerdan. lib. 10. tit. 20. num. 96. & ſeqq. Balb. de præſcript. qu. 6. nu. 6 Antonell. ſup.*

106 De anno, quod quando eſt cæptus habetur pro completo eſt *tex. in l. ad rempublicam ff. de muner. & honor. l. qui filium §. ſabinus ff. ad S. C. Trebell. in l. ſi vaſuerit ff. de manumiſſ. teſtam.* Quod
107 in legatis annuis ſufficiat annum eſſe captum iura ſunt clara *in l. à nobis ff. de annuis legatis in l. in ſingulos ff. eodem l. filia mea ff. eodem l. 1. C. quando dies leg. Barbat. de diuis fruct. lib. 2. cap. 10. Gratian. diſcept. 656.*

108 In matrimonio contrahendo ſufficit legitimum tempus ceptum, vt habeatur pro completo *c. puberes de ſponſal. impuber. c. alias il 2. eodem tit. c. atteſtationes tit. eodem* vbi habetur, quod poſt decimum quartum annum, vel circa finem, maſculus poteſt contrahere matrimonium, vbi *gl.* in verb. *circa finem*, explicat fortè per ſex menſes. Et fœmina poteſt contrahere, vel in vndecimo, vel circa duodecimum annum *c. continebatur de diſpenſat. impuber. Petr. Rebell. lib. 3. qu. 16. ſect. 2. n. 16.*

109 Et quod in ſuſceptione ordinum ſufficiat ceptum eſſe legitimum ætatis tempus, licet non cõpletum, iure canonico diffinitum eſt. Olim qui 30 annos ætatis ſuæ non compleuerat presbiter etiã ſi valde dignus fuiſſet, ordinari non poterat *c. ſi quis 30. 79 diſtinct.* Poſteà ex generali Eccleſiæ obſeruantia, quæ approbata eſt per *clem. fin. de ætat. & qualit.* poteſt quis libere in decimo octauo ad Subdiaconatus, in vigeſimo ad Diaconatus in 25. ætatis ſuæ anno, ad præsbyteratos ordines promoueri, vbi *gl.* in verb. *in decimo octauo* inquit *intellige inchoato*; ſatis ergo eſt, quod attingerit, licet hodie vigore *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 12.* ad ſubdiaconatum requirentur anni 22. ad Diaconatum 23. ad Præsbiteratum 25. *Narbona de ætate anno 22. qu. 1. nu. 5.* vbi *nu. 6.* dicit ſufficere, etiam illos eſſe inceptos.

110 Ad obtinenda beneficia ſimplicia, & Canonicatus Eccleſiæ collegiatę ſufficit ętas annorum 14. incepta, vt cenſuit *S. Congregatio* teſte *Gratian. diſcept. 397. nu. 17. Piaſec. in praxi fori Epiſc. p. 2. cap. 5. num. 21.* quidquid dicat *Bellon. de poteſt. eorum, quæ fiunt incontin. lib. 1. cap. 94. num. 13. & 14. Narbon. de ætate anno 14. q. 55. n. 3.*

111 In contrarium verò, quod dies menſis, & annus ceptus non habeatur pro completo eſt *tex. in l. in omnibus ff. de action. & obligat.* ibi: *niſi noviſſimus totus dies impleatur in l. qui hoc anno 42. ff. de verb. obligat. gl. in l. ad remp.* verb. *fauoris cauſa ff. de muner. & honor. Dec. in cap. cum in cunctis n. 48. de elect. Nauar. conſ. 9. de temp. ordin. Gratian. diſcept. 946. nu. 12. 13. Vrſell. concluſ. 116. nu. 9. & 10. Pariſ. de reſign. benefic. lib. 12. qu. 8. nu. 27.* Idẽ in legatis vt in *l. ſi cui legetur 51. ff. de leg. 1. l. ex his C. quando dies leg. cedat.* Idem in excuſatione
112 à tutela *l. excuſantur ff. de excuſat. tutor.* Idem
113 in excuſatione ab alijs muneribus publicis. *l. maiores ff. de iure immunitatis.*

114 Sic Nullus in Epiſcopum eligitur, niſi qui iam trigeſimum annum ætatis exegit *cap. cum in cunctis de elect. Narbona de ætate anno 30. q. 2. nu. 4. & qu. 5. nu. 1. & 2 & qu. 8. nu. 4.* maxime ſtante *bulla Gregor. 14.* publicata anno 15. Maij 1591. *Ant. Diana reſol. moral. c. 1. tract. 2 reſol. 19.* Sic etiã
115 *Sacr. Concil. Tridentinum* decreuit, vt in emittẽda profeſſione in Religione, annus debeat eſſe completus in *cap. 15. Seſſ. 25.* Ideo *Rot.* declarauit nullam profeſſionem factam per ſex dies ante expletum annum 16. *in recentior. p. 1. decis. 175. num. 6. & 7.*

116 Si ſtatutum permittat minoribus 25. annorum, qui tamen eſſent in ætate 20. annorum, facere omnem contractum, intelligitur de vigeſimo anno completo non autem cepto *Surd. dec. 178. Sfor. Odd. de reſtit. in integr. par. 1. qu. 2. art. 8. Gratian. diſcept. 946 nu. 30. & ſeqq.*

117 Stante hac *legum* contrarietate *gl. & DD.* excogitauerunt varias diſtinctiones, vt videre eſt apud *gl. in l. 3. §. minorem* in verb. *momentum ff. de minor. Angel. ibidem Bal. & Caſtr. & alij in l. more Romano ff. de ferijs Port. in §. eodem inſtant. quibus cauſis maiores. non licet ſuper gloſ. in* verb. *minori Imol. in l. ſi cui legetur ff. de leg. 1.* vbi *Bar. Caſtr. Alex.*

Alex.& Iaſ.Lanar.Fœnut.in tract.de moment.temp.
cap.30.
118 Mihi verò placuit dicere, quod vbi lex po-
nit certam diſpoſitionem, non eſt aliud quærẽ-
dum, niſi quod legis diſpoſitio ſeruetur, quia ca-
ſus eſt ſpecialiter diffinitus. Ideo quia circa fa-
cultatem teſtandi lex eſt contenta, vt vltima diea
anni decimi quarti in maſculis, & anni 12. in
fœminis ſit cæpta, de alio non eſt quærendum
d.l.qua ætate ff. de teſtam. Narbona de ætate anno
14.qu.46.num.18.& per tot. Sic in vſucapionibus
119 *l.in vſucapione ff.de diuerſ.& temp.præſcript.*
120 In matrimonio contrahendo ſufficere maſcu-
lum attingere decimum quartum annum, & fœ-
minam duodecimum *d.c.atteſtationes, & d.c.con-*
tinebatur de deſp.impuber.Pariſ.de reſignat.benefic.
lib.12.qu.8. num.26. quod intellige ſi concurrat
potentia coeundi, vel malitia ſuppleat ætatem,
cum diſpenſatione Epiſcopi *Iordan. lucubrat.lib.*
9.art.1. num.264. alias ætas annorum 14.& 12.
debet eſſe completa *cap.2.de deſp.impub.* Sufficẽ-
ret tamen ſi contrahatur vltima die anno 14. &
12.Gratian.cap.413. nu.23.Soto in 4.diſt.27.q.2.
art.2.Guttier.de matr.cap.2.nu.20. Bonac.de matr.
qu.1.punct.4.num.3.& 11. Dian.reſol.moral.par.3.
tract.4.reſ 474.& 277. vbi addit matr.contracta
8.vel 10.diebus ante, valida iudicanda, ob par-
uitatem materiæ *Narbon. de ætate anno 14. qu.9.*
nu.8. vbi contrarios improbat *Antonell. de temp.*
legal.lib.2.c.4.& lib.4.c.1.nu.4.
121 In ſuſceptione ordinem *clem. fin. de ætat. &*
qualit.Narbona de ætate anno 7.q.9.
122 Verum pro ratione prædictorum dici poteſt,
quod ſumus in materia fauorabili *Bellon. de po-*
teſt.eorum quæ fiunt incontin.lib.1. cap.94. nu.20.
Gratian.diſcept.607.& 161.nu.27.Fenut.d.c.30.
nu.10.Mandoſ.reg.34.q.20.nu.3. & ſeqq. Balb.de
præſcript.3 p.6.p.princ.qu.1.nu.11. Sed è conuer-
123 ſo, quia lex in temporabibus actionibus vult,
vt dies, menſis, & annus intelligatur de comple-
to, aliud non eſt quærendum, niſi quod lex vult,
vt eo caſu tempus cæptum non habeatur pro cõ-
pleto *d.l.item in omnibus ff.de action.& obligat.*
124 Sic in excuſatione à muneribus lex vult,
quod dies, & annus cæptus non habeatur pro cõ-
pleto *d.l.ex.vſantur ff. de excuſat. tutor. vel curat.*
& d.l.maiores ff.de iure immun.
125 Sic in profeſſione voluit *Concilium Trid. d.*
126 *c.15.ſeſſ.25.* Idem in electione Epiſcopi *in d.*
*cap.cum in cunctis de elect.*diximus *ſup.*
127 Igitur dicendum eſt diem, menſem, annumq;
cæptum haberi pro completo ſecundum quod in
lege legiſlator, in teſtamento teſtator, in contra-
ctu contrahentes, & in dilatione Iudex, ſe decla-
rat, iuxta præ allegata, & quod in hac materia
ſit attendenda forma verborum dicit *Abb.in cap.*
cum in cunctis nu.6.de elect.Felin.in cap. vigeſimũ
nu.2.de offic.deleg.Rot.diuerſ.dec.75. nu.13.par.2.
128 Sed quando ſe non declarant debet intelligi
de tempore completo, nam regulariter tempus
debet eſſe completum, niſi aliud in iure caueatur
Abb.in cap.cum in cunctis nu.6.& ibi *Dec. nu.23.*
in fin.Rot.diuerſ.d.dec.75.nu.34.p.2.
129 Ideo quando ſit mentio de die, debet intelli-
gi de completo 24.horarum ab vna media nocte
ad aliam iuxta *tex. in l. more Romano ff. de ferijs*
130 Sic de menſe, de 30. diebus, de anno 365.die-
bus vt *ſup.* diximus, & ità procedit *tex. in l.quĩ*
*hoc anno ff.de verb.oblig.*bene *Bal.in l.ex his in 2.*
oppoſit.C.quand.dies legat.ced.Arcbid.in cap.fin. de
iudic.in 6. Abb.in cap. cum vigeſimum de offic. de-
leg.& cap.ad noſtram de regular.& in cap.cum in
cunctis, in princ.de elect.Natta conſ.461. n.3.& 4.
131 Quando vero oratio, & mens loquentis de
die, menſe, & anno, eſt dubia, & poteſt intelligi in
vtroq; modo, tunc attandendum eſt, ad cuius fa-
uorem tempus apponatur, quia ſi illius fauor di-
ctat, vt tempus cæptum habeatur pro completo,
ità accipi debet, ſi verò eiuſdem fauor dictat, vt
debeat expleri, ità ſeruendum eſt, vt cæptum non
habeatur pro completo. Nam prædicta concluſio
quod in fauorabilibus dies cæpta habeatur pro cõ-
pleta, procedit, vt habeatur pro completa, & non
completa ſecundum quod fauor dictat, vt per *gl.*
& DD.in d.l.5.§.minori ff. de minor. Fab. in d.§.
eadem lege & ibi *Port.nu.5. & Aldol.e.in addit.In-*
ſtit.quibus ex cauſ. manum. non licet Rot. diuerſ.d.
dec.75.nu.39.p.2.Gratian.diſcept.607.n.6.& 15.
Surd.dec.178.Bellon.de poteſt.eorum, quæ fiunt in-
contin.lib.3.c.94.nu.12.
132 Sic quando fauor minoris 25. annis exigit,
vt tempus ſit expletũ, non ſufficit diem eſſe cæptũ,
& ideò minor quando eſt læſus habet beneficium
reſtitutionis, & ſi lædatur in vltimo die anni 25.
adhuc dicitur minor, & cum tempus 25. annorũ
ſit appoſitum à lege fauore minoris, ideò debet
eſſe completum, vt excludatur à beneficio reſti-
tutionis in integrum *d.l.3.§.minorem ff.de minor.*
*& ibi gl.*in verb.*momentum.*
133 Fauore libertatis, vt minor 20. annorum
poſſit manumittere ſeruos *§. eadem inſtit. quibus*
ex cauſis manum licet vel non. ſufficit, vt attigerit
diem vltimam vigeſimi anni, & ità procedit *tex.*
in l.1.ff. de manumiſ. & l.ſi ità fuerit ff. de manu-
miſ.teſtam. Similiter fauore factionis teſtamenti,
ſufficit, vt teſtamentum fiat per maſculum in vlti-
134 ma die anni 14. & in fœminis in vl. die anni
12.*d.l.qua ætate ff.de teſtam.*Sic etiam ad effectũ,
135 vt minores poſſint creari Decuriones, & dare
ſuffragium in publicis negotijs, annus cæptus ha-
betur pro completo, cum hoc in honoribus fauo-
ris cauſa conſtitutum ſit, vt ſint plures qui poſſint
eligi *l.ad rempubl.ff.de muner. & honor. gl.in l.3.*
§.minorem ff.de minor.Marcheſ.de commiſſ.p.1.c.2.
nu.389.Antonell.de temp.legal.lib.4.c.1.n.8. Nar-
bona de ætate anno 20.q.3.nu.3.
136 Quando vero dicatur oratio clara, vel du-
bia attendenda eſt vis verborum, & præpoſitio-
num, quæ tempori præponuntur. Ideò ſi teſtator
leget annua centum alicui, quoad viuet, fauore
vltimę voluntatis, dies legati cedit in principio
anni, & ità procedit *tex.in l.d nobis, & l.in ſingu-*
los annos ff.de annuis legatis diximus *ſup.ex Barbat.*
de diuiſ.fruct.p.2. cap.10. Secus in contractibus,
137 nam ſi quis ſtipuletur annua decem quo ad vi-
uet, etiam ſi in principio anni vixerit, non tranſ-
mittit ad hæredes, quia cenſentur contrahentes
excluſiſſe perſonam hæredis, & ità procedit *tex.*
in l.cum qui §.qui ita ſtipulatur ff. de verb.obligat.
*& in §.ſi ita ſtipuleris inſtit.eodem.*Quando ſit mẽ-

Digitized by Google

138 tio de maiore 70.anois oratio eſt clara, quod
debet excedere ſeptuageſimum aonum, & itâ
procedit *tex.in l.maiores ff.de iure immun.* Quando
139 etiam ſit mentio de minore 20 anois, pariter
oratio eſt clara, quod qui agit ſupremum diem
vigeſimi anni, non eſt minor 20.annis, & itâ pro-
cedit *tex.in d.l.1.ff.de manumiſſ.*
140 Similiter quando relinquitur alicui, cum erit
14.annorum, & ſic in genitiuo oratio eſt clara,
quod erit 14.aooorum, quando eos compleuerit,
& itâ procedit *tex.in d.l.ſi cui legetur ff. de leg.1.*
Vrſell.concluſ.116.num.10.& ſeqq.Gratian.diſcept.
161.nu.28.Surd.dec.178.n.6.& 7.
141 Si dictum ſit in 12.anno, & ſic in ablatiuo cũ
præpoſitione *in*, tunc oratio eſt clara, quod at-
tingens duodecimum aonum eſt in duodecimo
anno, poſt *Bar. & Alex.in l.ſi cui ff.de leg.1. &*
alios Surd.d.dec.178.num.4. Antonell.de temp.le-
gal.lib.4.c.1.nu.12. Si verò ſit dictum; *anno, vel*
biennio poſt quam mortuus ſim, hæres meus dato li-
bertatem Sticho, & ſic in accuſatiuo, oratio eſt cla-
ra, quod anoos, vel biennium debet eſſe comple-
tum, vt deciditur *in l.ſi ita fuerit libertas ff. de*
142 *manumiſſ.teſtam.* Similiter ſi dictum ſit; *cum per-*
uenerit ad decimum quartum annum, & ſic in ac-
cuſatiuo, oratio eſt clara, quod vltimus aonus
debet eſſe completus, nedum ex natura accoſati-
ui, ſed etiam ex vi verbi *peruenerit*, quod rem
perfectam ſignificat. *Bar.in l.ſi cui legetur ff.de leg.*
1.num.1.Vrſell.d.concluſ.116.num.15. Surd.d.dec.
143 *178.num.6.* Et idem eſt etiam ſi tempus pona-
tur in accuſatiuo, abſque verbo denotante perfe-
ctionem, vt reiecta opinione *Bar.* beoe deducit
*Alex.in d.l.ſi cui legetur num.2.*verſ *ſed in contra-*
rium; & ibi *Iaſ.num.10.*verſ.*& quod fortius eſt,&*
nu.11.Rot.diuerſ.d.dec.75.num.18.p.2. Sic etiam
144 ſi ſit dictum: *infra octo*, videtur dicendum re-
quiri tempus completum, quia dictio *infra* regu-
lariter includit ſua extrema *l.1.§.1. &* ibi *Bar.*
num.11. verſ.*& ad hoc, & Bal.num 8.ff.de offic.*
Præf.Vrbis l.ſi quis dixerit, & ibi *Alciat. num.2.*
*Rebuff.ff.de verb.ſignific.Coen.conſ.53.num.5.*poſt
med lib.2.Rot.diuerſ.d.dec.75.num.19.p.2.Barboſ.
dict.infra num.3.& ſeqq.
145 Et quod dictio *intra* comprehendat non ſolum
media, ſed etiam extrema termini, & extremam
diem termini. *Alex.in l.ex facto §.item quæro in vl.*
not.ff.de vulg.& in l.qui antè Kal. num.2. ff de
verb.oblig. vbi *Claud.Seiſel.num.1. & 2.* declarat
procedere, eo magis quaodo dictio *intra* adijci-
tur non qualitati, ſed tempori, refert, & ſequitur
Rot.diuerſ.d.dec.75.num.20.& 21.p.2. quæ cen-
ſuit quod in materia regulæ de viginti, vltima
dies debet eſſe completa.
146 Idem dicendum eſt de dictione *vſque*, ſic in
caſu, quo quis fuit conſtitutus tutor, & pro tem-
pore Curator filij vſque ad ætatem viginti anno-
rum, quod vt cura finiatur requiratur, vigeſimum
annum eſſe completum conſoluit *Natta conſ 461.*
ea ratione quia tempus adiectum ætati, ſiuè per
genitiuum, ſiuè per accuſatiuum requiritur, vt ſit
perfectum ex rationibus per eum adductis, de-
ſumptis ex *prædictis iuribus Rota dec.170. p.2. di-*
uerſ. licet *eadem Rota in Auximana 24. Nou.1595.*
coram Gypſio, cuius meminit *Vrſell.d.concluſ.116.*
n.14. dicat in fauorabilibus includere, excludere
in odioſis, licet *eadem Rota dec.72.p.2.in nouiſſ.*
improbet dixtinctionem odioſi, & fauorabilis.
147 In materia citationis, & dilationis, ao dies
cæpta habeatur pro completa, vel debeat curre-
re de momento ad momentum, attendi debet fa-
uor citati, eom ad eius fauorem apponatur ex
ſup. adductis, vndè docet *Bal.in l.ex quacunque nu.*
10. verſ. *aut loquimur ff.ſi quis in ius voc. non iet.*
Quod ſi datur terminus octo dierum, octaua dies
debet eſſe tota ad fauorem citati, adeo quod ſi
octaua dies eſſet feriata, deberet fieri dilatio ad
ſequentem, aliàs non haberet commodum octo
dierum, ſed tantum ſeptem *l.2.§.ſi quis in iudicio*
148 *ff.ſi quis caut.* Si verò datus eſt terminus vſque
ad octo dies, tunc non ſit extenſio ad ſequentem,
quia dictio *vſque* ſtat excluſiue. *c.cum dilecti de*
dolo, & contumac. Sed attenditur tota dies octaua,
ità *Bal.vbi ſup.Barboſ.d.dict.vſque.*
149 Similiter ſi Iudex det dilatiooem certorum
dierum, tuoc debet expectari lapſus illorũ vſq; ad
vltimum momentum, quia pendente dilatione,
conquieſcit officium iudicis *l.fine pars C. de dila-*
tion.Gabriel concluſ.1. de dilation.
150 Sic etiam ſi detur debitori terminus quinde-
cim dierum ad ſoluendum, & fiat deliberatio nõ
completis quindecim diebus, ſubhaſtatio, & de-
liberatio remanet oulla; quia terminus incipit
currere poſt intimationem, cuius dies excluditur,
maximè per dictionem, *a* vt per *gl.in cap.ſtatuta*
in verb.*numerando ante fin.* & ibi *DD.de præb.in*
6.Tiraq.de retract.conſanguin. §.1.gl.11. num.51.
151 *Barboſ.in dict.A.* Et non iuuaret ſi fieret in vlti-
ma die, licet dies cæpta habeatur pro completa
ad *not.in l.1. ff. ſi quis caut. &* poſt *gloſ.* traduot
DD. in l.quod anniuerſario ff. de teſtam. quia non
152 procedit in odioſis, vt per *gl.in l.3.§.minorem*
in verb *momentum* iuxtà *fin. ff.de minor.* vt dixi-
mus *ſup.* Et ſtante decreto, niſi infrà quindecim
dies, quia tempus eſt deſignatum per accuſatiuũ,
ideò requiritur, vt ſit completum *Bal.in l.ſi an-*
nus ff.de condit. & demonſtrat. l.ſi cui legetur in
a.oppoſit. vbi *Alex.n.2. Iaſ.num.13.ff.de leg.1.* Et
153 illa dictio *infrà* includit ſua extrema *d.l.1. §.*
1. vbi *Bar.& alij ff.de offic.præf.Vrbis Barboſ.d.dict.*
154 *infra.* Et his rationibus *Rota* declarauit ſubha-
ſtationem, & deliberationem nullam, & reinte-
grauit ſpoliatum ad priſtinam poſſeſſionem, vt *in*
4.p.diuerſ.dec.60.per tot.
155 Rurſus in hac materia putamus dixtinguen-
dum. Quod quando quis citatur, ſeu quando da-
tur dilatio ad aliquid faciendum ad certam diem
tunc aut illud fieri poteſt extràiudicialiter, & in
abſeotia tam Iudicis, quam partis, vt eſt com-
parere, aut quid ſimile adimplere, & tali caſu
currit tempus de momento ad momentum, & po-
teſt fieri vſque ad mediam noctem ſequeotis diei
iuxtà *tex.in cit.l.more Romano, cum notatis*, ibi per
DD.ff.de ferijs.
156 Sed quando quis ad certam diem citatur ad
aliquod faciendum, vel aliquid fieri audiendum,
quod fieri debet iudicialiter, vel requirit præſen-
tiam Iudicis, vel partis, tuoc citatio intelligitur
facta pro hora audientiæ conſueta. *Innoc.in cap.*
cum nobis de elect.num.2. Franc.in cap.cum parati
n.23.

nu.23.de appell. qui dicit *num.24.* quod licet non
debeat expectari vltimum momentum diti, de-
bet expectari vltimum momentum horæ audien-
157 tiæ Et ſi in loco vbi conſuetum eſſet reddi ius
bis in die de mane, & ſero quis citaretur pro
certa die ad audiendam ſententiam, debet intel-
ligi citatus non pro prima, ſed pro ſecunda ho-
ra audientiæ illius diei, quia pars eſt expectan-
da vſque ad vltimam horam *Franc.d.cap.cum*
parati n.25.
158 Difficultas eſt pro complemento huius mate-
riæ. Si quis citetur ad intereſſendum alicui actui,
putà examini teſtium, vel recognitioni faciendæ
pro certa die de mane, & de ſero non expreſſa
certa hora, vſque ad quam horam debeat expecta-
ri. Et quod vltimum momentum vltimæ horæ de
mane, vel de ſero non ſit expectandum, ſed poſſit
fieri in qualibet hora de mane, vel de ſero, cen-
ſuit *Rota impreſſa* poſt *Poſtium de manut.dec.241.*
la prima num.7.& de manut.obſ.84.n.59.
159 Ego in hac re diſtinguo inter Iudicem, qui
vel monet, vel dat dilationem ad certam diem, &
inter partem, quæ citat ad certam diem. Quando
Iudex dat alicui certum terminum ad faciendum
actum aliquem non momentaneum, putà ad pro-
bandum, examinandum teſtes, ad faciendum
recognoſci iura, qui actus vno momento non
poſſunt explicari, non poteſt pars expectere vlti-
mum momentum termini, in quo actum perficere
non poſſet, ſed debet terminum præuenire, & præ-
ueniendo citare alteram partem, cuius præſentia
requiritur, quę tali caſu, nec debet vſque ad vlti-
mum momentum expectari, iuxtà ea, quæ ſupe-
rius diximus, & in his terminis loquitur *Bar.in*
l.qui antè Kal.53.num.5. ff.de verb.obligat. Et ſic
vna pars altera abſente, & non requiſita, non
poteſt curare, vt actus expediatur quandocunq;
intrà terminum, ſeu in principio termini, ſed
vnus poteſt præuenire terminum citando, ſeu re-
quirendo alterum.
160 Quando verò pars citat aduerſarium, vt com-
pareat coram Iudice ad videndum aliquid per
ipſum Iudicem fieri, tunc non adiecta hora, intel-
ligitur citatus pro hora audientię, & debet expe-
ctari per totam horam audientię *Franc.in d.cap.*
cum parati num.23.24.25.de appell. Seraphin.dec.
1155.n.2.& 3.
161 In Curia Romana ſeruatur, vt pars citata fa-
ciat ſuam proteſtationem in officio, quam poſtea
Notarius vna cum citatione legat ipſi Iudici, &
ideò non eſt in vſu quod expectetur altera pars,
vſque ad vltimum momentum audientiæ, ſed de-
bet citatus ſi vult adeſſe eo tempore, quo legit
Notarius ſuæ Cauſæ. Quando verò pars citat ad-
162 uerſarium ad aliquem actum, qui non ſolet ex-
pediri per Iudicem hora audientię, prout eſt
examen teſtium, & recognitio iurium, debet in-
dicari hora, quia nulla eſt hora certa, & ſolita
ad huiuſmodi actus explicandos, nam requiritur
commoditas, & intereſſentia plurium perſona-
rum, Iudicis nempe, alterius examinare habentis
Notarij ſcribere debentis, & illorum qui ſunt de-
poſituri, & ideò in *Curia Romana* ſolent partes
intimare horam pręciſam, qua fiet examen, &
tunc horæ lapſus expectatur *Vbert.de citat.tom.2.*
cap.10.num.563.& ſeq.

163 Sed quando citaretur ſimpliciter pro certa die
de mane, & de ſero, ſeu in veſperis, non videtur
quod actus poſſit fieri parte abſente ante vltimũ
momentum, etiam ſi in vltimo momento actus nõ
poſſit explicari, quia ſibi debet citans imputare
cur horam commodam, & congruam non ex-
preſſerit in citatione, ad *tex.in l.aut qui aliter ff.*
quod vi, aut clam. & ibi *DD.*
164 Nec ſufficit quod in mane, & in veſperis plu-
res ſint horæ, & quod ideò actus factus in quali-
bet hora cenſeri debeat factus in termino, & va-
leat licet non fiat in vltimo momento vltimę
horæ iuxtà *conſilium Bart.176.lib.1.* quia hoc eſt
165 verum in actu, qui debet fieri per Iudicem,
nam tunc citatio intelligitur facta pro hora au-
dientię, qua Iudex ſedebit, & *Bar.* loquitur de
citatione ad ſententiam, non autem ad alios actus
qui non habent horam certam.
166 Et ſic quę dicit *Bar.* de monitione per Iudicẽ
facta, non conueniunt in caſu, de quo quærimus
de citatione per partem facta ad videndum
examinari teſtes, & iura recognoſci, nam huiuſ-
modi actus non fiunt in hora audientię, nec ha-
bent horam certam, niſi illam, quam ponunt par-
tes, ideo apponi debet hora certa, & citatus ex-
pectari vſque ad vltimum momentum, ſed quili-
bet actus, qui fieri debet per Iudicem, non poteſt
fieri extrà tempus audientiæ, nec de nocte, ſed
receptio depoſitionum fieri poteſt etiam poſt vl-
timum momentum vltimæ horæ veſperarum, &
etiam de nocte ad notata per *DD.in l.ad teſtium*
§.fin. ff.de teſtib. & in cap.conſuluit de offic.deleg.
167 Hinc citatio quæ fieri ſolet in Curia Romana
ad hodie per totam, non intelligitur per totam
diem, ſed per totam horam audientię *Seraphin.*
dec.1115.n.2.& 3.
168 Sed quid dicendum, ſi citatus, vt *ſup.* pro exa-
mine teſtium, vel iurium recognitione in veſperis
antè vltimum momentum compareat? In hoc di-
cendum eſt quod ſi dediſſet interrogatoria, vel
aliàs conſentiret, non eſſet expectandum vltimum
momentum, nam per dationẽ interrogatoriorum
inducitur conſenſus *Put.dec.301.num.2.lib.3.* Et
169 dum comparuit antè vltimum momentum, ha-
buit ſine dubio ſcientiam de actu, qui fieri debet
Bal.in l.5.ff.de ferijs Caput.dec.293. p.3. Si verò
170 poſt quam comparuit, receſſit abſque vlla pro-
teſtatione, quod expectaretur, vel cum proteſta-
tione, quod non fieret examen, ſiue recognitio,
& tunc vlterius non eſt expectandus ad vltimum
momentum, dum certum eſt, quod noluit intereſ-
ſe, Pro vt dicimus de illo, qui dixit nolle veni-
re, quod non ſit vlterius citandus habetur *in cap.*
cauſam quæ de dolo, & contumac. & in cap.eum qui
eodem tit.in 6. Vant.hic n.98. diximus *ſup.* poſt *Ba-*
ron.de citat.q.43.n.37. & *alios.*

S V M M A R I V M.

1 *Relatio Nuncij, vel citationis eſt de forma ſubſtan-*
tiali iudicij, & quomodo debeat fieri? & à nu.2.
ad num.8.
9 *An requiratur iudicis decretum ad citationem fa-*
ciendam? & à num.10.ad num.50.& à num.73.
ad num.80.

51 *Talis Iudex debet habere iuriſdictionem in citandos & à n. 52. ad n. 62.*

81 *An præſumatur iudicis mandatum, & commiſſio? & à n. 83. ad n. 132.*

133 *An poſſit probari per alias probationes ſi non appareat exactis, & n. 134.*

135 *An in commiſſione ſit exprimenda perſona Nuncij? & n. 136. 137.*

138 *Decretum citationis an poſſit fieri etiam ſine ſcriptis? & quando expiret? & à n. 139. ad n. 147.*

De Relatione Nuncij, Iudicis Decreto, & Commiſſione, & alijs requiſitis in citatione.

QVÆSTIO XXXIX.

VIdebimus hic quę ſint neceſſaria, ut citatio ualida ſit, & reſolutiue dicimus, plura requiri. Primum Iudicis decretum. 2. Inſtantiam partis. 3. Nūcij executionem. 4. Nuncij relationem. 5. Citationis reproductionem. Diximus de inſtantia partis, Nuncij executione, eiuſdem relatione, eiuſdemque reproductione, De dicta Nuncij relatione, & executione, alia aliqua, & de alijs ſigillatim breuiter dicemus.

1 Relatio Nuncij, uel citationis eſt de forma ſubſtantiali iudicij *Gramat. conſ. 52. num. 15. Afin. in pract. §. 9. cap. 1. num. 1. Gaill. pract. obſeru. lib. 1. obſ. 54. nu. 7. Mſing. cent. 6. obſ. 10 num. 8. & ſeqq. Berlich. tom. 1. concluſ. 10. nu. 21. & ſeqq.* Vbi ita eſſe dicit de Iure Saxonico *Scialoya de for. iudic. c. 6. num. 23. Baron. de citat. q. 43. n. 1.*

2 Et debet fieri ante quam fiat decretum, uel ſententia per Iudicem, nam ſi deinde poſt ſententiam fieret relatio, ſententia non conualidabitur *Felin. in cap. quoniam contrà num. 20. de probat. Rolan. conſ. 47. num. 70. vol. 2. Veſtr. in pract. lib. 4. cap. 4. num. 5.* vbi *Granat. num. 24. in fine Baiard. q. 44. num. 67. & ſeqq. Scacc. de iudic. cap. 48. num. 1.* Vbi teſtatur de communi, & dicit procedere, etiam ſi conſtitutio haberet citatum pro confeſſo, & ibi etiam dicit, an ſufficiat, quod iudici conſtet alio modo, quam ex actis, quod citatio fuiſſet executa. *Guazzin. defenſ. 10. c. 3. num. 3. Scialoya ſup. nu. 25. Baron. de citat. q. 43. n. 6. & 9.*

3 Talis relatio de Iure communi non requiritur, quod fiat per Nuncium in ſcriptis, ut dicit *Scacc. de iudic. d. c. 48. nu. 13.* vbi dicit ſic ſeruari in pluribus locis Status Eccleſiaſtici. Verum in Vrbe curſores ſe ſubſcribunt citationibus per eos executis, & talem ſubſcriptionem ſufficere dicit *Guazzin. defenſ. 10. cap. 3. num. 3.* Nec poteſt
4 fieri per vnum Nuncium, ſi citatio ſit facta per alium *Franc. in cap. cum parati num. 51. de appellat. Baiard. ad Clar. q. 31. nu. 60. Berlich. tom. 1. concl. 10. nu. 32.* Beneuerum ſi uni nuncio ſit commiſſa citatio, ille poteſt citare per alium, quia non eſt electa induſtria perſonę *gl. in noſtra conſtitut. citationis, in princ. Mutu in prag. 2. de offic. Iud. M. R. C. num. 32. Baron. de citat. q. 30. n. 32.* Huiuſmodi relatio poteſt fieri duplici modo, in genere, & in ſpecie, ut latè dicit *Afin. in pract. §. 9. cap. 7. nu. 1, & ſeqq. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 48. num. 6.* Vbi explicat, quod in genere dicitur, quando retulit feciſſe prout habuit in mādatis, in ſpecie quādo modum exprimit, quo fecit citationem. Et licet circa primum modum dubitetur, an talis relatio ualeat, & una ſit opinio quod nō ualeat, quia dicitur obſcura, & incerta, ut per *Alex. conſ. 201. num. 23. lib. 2. Veſtr. in pract. lib. 4. cap. 3. num. 9.* ubi allegat *Egid. concluſ. 200. de re iudic.* Tamen contraria opinio eſt uerior, quod ualeat *Bal. in l. properandum §. & ſi quidem nu. 23. C. de iudic. Rota deciſ. 1. aliàs 48. in addit. tit. de dolo, & contumac. in nou. Vant. hic num. 97.* ea ratione quia certum dicitur id quod eſt certum per relationem ad aliud *Vant. hic num. 237. Iul. Clar. q. 31. num. 15. & ſeqq. Scacc. d. cap. 48. num. 7. verſ. contrarium Afin. in pract. §. 9. cap. 6. num. 3.* & latius *cap. 7. n. 5. & ſeqq. Baiard. d. q. 31. num. 52.* ubi teſtatur de communi. Et omnes concludunt, quod ſi per iudicem, uel ſtatutum detur ordo citandi primò perſonaliter, ſi illum habere potuerit, & demum domi ſolitæ habitationis, uel cum affixione copiæ citationis ad domum, uel ad alium locum, ſi in relatione dicat Nuncius feciſſe, prout in mandatis, uirtualiter uidetur comprehendere omnia feciſſe, quę per legem, uel ſtatutum ſeu iudicem, & iniunctū fuerat *Franchis dec. 322. num. 4. & ſeqq.*

5 Et licet alij faciant differentiam inter citationem, vel relationem, factam per edictum, & non per edictum, vt per *Vant. hic num. 130. & ſeqq.* qui tenet vnam opinionem, & per *Granat. ad Veſtr. in pract. lib. 4. cap. 3. num. 13. in fine* tenentem aliam opinionem. Tamen reſolutio eſt, quod, aut Iudex cōmiſit executionem citationis, alternatiuè, nempè vel perſonaliter, vel domi, aut ordinatè, nempè quod citet perſonaliter, & vbi perſonam non inueniat, citet domi, vt in primo caſu relatio generalis non valeat cum illa alternatiua nō ſit certa, niſi per relationem ad diſpoſitionem iuris, quæ reſoluit alternatiuam in copulatiuam ſubſidialem, ideſt vt citetur perſonaliter, ſi reperiatur, ſin minus domi, quæ iuris diſpoſitio videtur certa iudici, ideò eius commiſſio ad eam refertur *Bar. in l. 4. §. prætor ait num. 13. ff. de damn. infect. Alex. conſ. 2. num. 3. lib. 3. Afin. d. §. 9. c. 7. nu. 7.* ſed diſpoſitio iuris eſt certa, ergo, & commiſſio iudicis ad eam relata tenet, ſecus eſt in relatione Nuncij, qui cum ignoret iuris diſpoſitionem, non poſſumus dicere, quod eius relatio referatur ad eam, vnde remanet incerta, & obſcura *Alex. d. conſ. 2. num. 3. & ſeqq. Maranta de ordin. iudic. p. 6. membr. 1. num. 127. Afin. d. §. 9. cap. 6. nu. 3. Scacc. d. cap. 48. nu. 7. verſ. alij verò,* vbi reſpondet contrarijs. *Franch. dec. 322. num. 5.* vbi late, &
6 alios allegat. 2. Vero caſu quando citatiò eſt commiſſa ordinatè, tunc dicitur generalis relatio cum iſto caſu relatio Nuncij ſe referat ad factū, quod cum ſit certum, & ab eo potuerit benè percipi, ideò relatio valet, & ità loquitur *Afin. d. §. 9. cap. 7. num. 6. & ſeqq. Scacc. d. cap. 48. num. 2. in fine* ſequitur *R. Cap. Latr. dec. 161. num. 17. & ſeqq. lib. 2.*

7 Talis relatio debet eſſe clara, & dubia non ſufficit *Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 205. nu. 8.* ex

Bur-

Burſat.conſ.74.num.13,lib.1. & continere diem,
quo citauit *Soccin.de citat.art.13.num.5. Farinac.
in fragm.* poſt *repert.iudic.* verb.*citatio num.25.* &
ſic infert *Farinac.conſ.86.num.25.* quod ſi non
apponatur dies citationis præſumitur citatio fa-
cta eadem die relationis , & ſic talis dies non
computatur in termino ſtatuto citationis *Baron.*
8 *d.q.43.num.11.* Poteſt probari per teſtes talis ci-
tatio , quod ſit facta , & amiſſa *Gratian.diſcept.
503.num.19.& ſeqq.& n.26.* Et *Roman.conſ.246.
in fine* dicit , quod ſi reperiatur notatum , quod
quis fuit citatus , ſed non ſit appoſitum nomen
nuncij citantis, quod valeat talis relatio ſi com-
paruit citatus .

Si in actus executione copia ipſius citationis
petetur à parte illa etiam in forma autentica
dari debebit,alias citatio non arctaret *clem. cau-
ſam de elect.Spec.cit.de citat. §.iam* verſ. *hoc autem
Mil. in* verb. *citatio in verſ.fin.* Quę copia debet
conſignari expenſis petentis, ſcil. poſtquam exe-
cutor adimplendo officium ſuum , tenorem cita-
tionis legerit,quia ex quo tunc officio ſuo legē-
do,& intimando ſatisfeciſſe videtur,non eſt vlte-
rius ad reliqua obligatus,ideo ſi pars velit talem
copiam non tenebitur executio dare , niſi ſoluta
ſibi mercede pro dicta copia . Si verò executor
pro ſe exonerando à lectura, velit citationem
ipſam pro vt ſcripta reperitur parti tradere,tunc
copiam dare debet,vel ſui,vel intimantis expen-
ſis *gl.in d.clem.cauſam Vant. hic nu.151. Boer.dec.
303.nu.7.Tiraq de retract.lignag.§.1.gl.10.n.107.*
9 Non deſunt *DD.* dicentes ex generali conſue-
tudine,valere citationem ſine iudicis decreto *Ma
ranta in ſpec.p.6.de citat.nu.52. Peregr. tract.var.
lib.2.de iudic.c.1.nu.23.* Tamen in contrarium
10 eſt veritas, cum certum ſit , quod citatio domi,
vel per edicta,vel ad totam cauſam,vel cum cō-
minatione pœnarum, non poſſit fieri niſi per Iu-
dicem,& ex cauſa.Et quod citatio fieri non poſ-
ſit ſine iudicia commiſſione , eſt *tex.in l.neminem
C.de exhib.reis* loquens de citatione reali, ſeu ca-
ptura in criminalibus. Et de citatione verbali in
Ciuilibus eſt *tex.in l.ſed ſi hac lege §.prator cit.ff.
de in ius voc.& in §.ſed furti Inſtit. de action.in c.
ex parte 12. de reſcript. Boſſ. in tit. de citat. à n.9.
Granut.theor.19.in princ.Corpan.ad ſtatut. Mediol.
cap.1.num.32.tom.1.Beuart.in ſpec.viſit. tit. de re-
gijs portar.cap.21.nu.34.Scap.de iure non ſcript.lib.
3.cap.30.Ricc. dec.204. per tot.tom.1. Barboſ.in l.
cum Clericis C.de Epiſcop.& Cleric.num.6.7.& 8.
& in cap.ex parte il 2. nu.3. de reſcript. & in cap.
propoſuiſti nu.3.de foro compet.Nouar.dec.155.n.2.*
11 Verum quia *in c.quoniam contra de probat.* di-
citur,citationes per actuarios deputatos eſſe de-
ſcribendas,dubitant ibi *DD.* An ſint deſcribendæ
citationes,ideſt relationes executorum , an verò
præcepta,& decreta Iudicum de citando. Et *In-*
12 *noc.ibid.nu.3.* intelligit *tex.* vt ſcil. ſcribatur ci-
tatio,ideſt reſponſio , ſeu relatio Nuncij,& ſi ſit
nuncius priuatus debet ſcribi etiam in actis lit-
tera Iudicis,per quam datur poteſtas citandi , at
ſi ſit nuncius publicus conſtitutus generaliter ad
omnes citationes, dicit ſolam eius relationem
eſſe ſcribendam,ſequitur *Io:Andr. ibidem nu.15.*
13 Et *Angel. Aretin. in d. §.ſed furti inſtit.de action.*
dicit ſufficere generalem commiſſionem nuncij
factam de citando,nec requiri aliam ſpecialem
commiſſionem .

14 Non ſufficere generalem commiſſionem,quæ
fuit officium Nuncio commiſſum,ſed requiri ſpe-
cialem commiſſionem dicit *Abb. ibidem num. 10.
Bar.in d.l.neminem C.de exhib. reis nu.1.& in l.1.
C.de iure domin.impetr. Bal.in l. cum clericis nu.3.
C.de Epiſc.& Cleric.& in d. l.nemine nu.1. & 3.*
15 Aliter , & forſan aptius dicit *Bal. in l.ſi quando
innitos C. de teſt. num.12.* vbi quærens an citatio
poſſit fieri per nuncium , ſine ſpeciali commiſſio-
ne,refert *Innoc.Io:Andr.& alios* , dixiſſe, quod
Nuncius publicus generalis poteſt citare ſine
ſpeciale mandato,& ſubiungit *Cynum* contrarium
dixiſſe,ſed ipſe *Bal.* conciliando opiniones dicit,
quod in citatione reali,qualis eſt captura,requi-
rit commiſſio vt *in d.l.neminem.* In citatione ver-
bali,dixtinguit. Aut requirit cauſæ cognitionē
& Iudicis motum,aut non.Primo caſu Nuncius
non poteſt citare ſine ſpeciali commiſſione , ſeu
decreto . 2. caſu ſi non requirit cauſæ cognitio-
nem,ſicut eſt citatio ſimplex ad comparendum
coram Iudice , & poteſt tunc ſeruari opinio *In-
noc.* vt ſufficiat generalis authoritas Nuncij, ſine
ſpeciali commiſſione, & ità dicit ſeruari Floren-
tiæ,& quod ità ſeruetur in noſtro Regno Neapo-
litano,vt ſcil.Nuncij citēt in ciuilibus ad ſolam
inſtantiam partis abſque alia Iudicis commiſſio-
ne,refert *Maranta in ſpec.p.6. de citat. nu.52.* Et
ità etiam Paduæ teſtatur ſeruari *Peregr. in tract.
var.lib.2.de iudic.ad cap.1.num.23.* Et quod hæc
Bal. dixtinctio in Curia Romana ſeruetur , dicit
Vant.hic nu.39.in fine .

16 Ego ſemper amplexus ſum hanc *Bal.* dixtin-
ctionem, ſed quia illa indiget latiori explicatio-
ne,ideo dixtinctè procedendo ponam aliquas cō-
cluſiones,cum declarationibus,& fallentijs. Pri-
ma eſt,quod de iure communi citatio realis , ſeu
per capturam perſonæ,non poteſt fieri per Nun-
cium ſine ſpeciali Iudicis mandato,& ità proce-
dit *tex.in d. l.neminem C. de exhib. reis Ripol.var.
cap.3.de citat.nu.163.Borrell.in ſumma dec.tit.44
de cit.num. Iul.Cartar.dec.32.nu.12.Gua-
zin.defenſ.10.cap.2.n.1.2.Tuſc.lit.C.concluſ.230.
nu.7.Cauol. qu.380. nu.1. Mut.ſupre pragm.Sicil.
tit.2.de offic.Iud.M.R.C.nu.16.in princ.& in ad-
dit.ad cap.Rit.97.lit.D.Baron.de citat.qu.5.nu.33.
& qu.30.num.13.Nouar.in l.contra noſtra nu.4.C.
de execut.lib.12.*

17 Et nuncio dicenti habuiſſe mandatum de ca-
piendo aliquem, non creditur *Farinac.de teſt. qu.
56.art.11.num.374.ampl.1.* Fallit quando delin-
18 quens reperitur in fraganti, quia tunc poteſt ca-
pi per quemlibet ſine mandato Iudicis, quia lex
ipſa committit,ſic fur, cum furto poteſt à quouis
capi *l. 3. ff.de furtis & l.ſi quis in ſeruitute ff. eodē
Boſſ.in praxi tit.de citat.nu.11. Beuart. in ſpec.viſit.
cap.25.nu.11.& ſeqq.* vbi ponit alias limitationes
*Ant.Gomez. tit.de delict. cap.9.num.9. Baiard. ad
Clar.qu.28.nu.28.Farinac.conſ.55. nu.77. Scacc.
de iudic.lib.1. cap.78.num.5. Caualcan. de brach.
reg.p.2.nu.6.Guazzin.defenſ.5.cap.1. num.14.* Et
19 lex Iulia permiſit marito nedum capere adulte-
rum,ſed etiam occidere,repertum , ſcil.cū vxore
ſua

ſua *l.marito ff.ad l.Iul.de adulter.& l.ſeq.* Et de ra-
20 ptoribus Virginum, quod poſſint in fraganti ca-
pi,& etiam à coniunctis interfici eſt *tex. in l.ra-
ptores C.de Epiſc.& Cleric:*
21 Fallit 2.quando debitor eſt in fuga, quia po-
teſt capi per creditorem, quaſi ex legis commiſ-
ſione, vt *ſup.*diximus *l.ait prætor §.ſi debitorem
ff.de his quæ in fraud.* Secus eſt ſi non eſt in fuga,
22 & copia Iudicis haberi poteſt, quia tunc non
poteſt capi propria authoritate *l. extat ff. de eo
quod met.cauſa l.vet C.de vi bonor.raptor.*& *nos di-
ximus ſup.*
23 2.Concluſio eſt, quod etiam in ciuilibus de
iure communi,non poteſt Nuncius ad ſolam re-
quiſitionem partis ſine ſpeciali Iudicis commiſ-
ſione,citare,& ità loquitur *tex.in d.l.ſed ſi hac le-
ge ff.de in ius voc. & in §.furti puſtit. de action. l.
cum clericus §.memorati autem,& l.omnes C.de Epi-
ſcop.& Cleric.Ripol.var.tit.de citat.nu.163.Borrell.
in ſumma deciſ.tit.44.nu. lib.1.Cartar.
dec.32.nu.12.Tuſc.lit.C.concl.*230.*nu.*7.Et quod
24 quia agere non poſſit, niſi authoritatem citandi
petat à Iudice eſt *tex.in l.4. §. hoc autem ff. de
25 damn.infect.*Et quod citatio non valeat, niſi fiat
authoritate Iudicis not.*Bar. in l.ad peremptorium
ff.de iudic.& in d.l.neminem C. de exhib. vetis Spe-
cul.in tit.de citat.§.ſequitur num.21. Maranta vbi
ſup.nu.51.& 57. in fine Vant.hic nu.35. Grauat.
ad Veſtr.lib.4.cap.4.nu.23.Gaill.obſ.48.nu.12.* &
ità videntur tenere communiter *Canoniſtæ in c.1.
de iudic.Aſin.in pract.§.8.cap.1.n.1.& ſeqq.*
26 Ratio eſt quia decretum de citando eſt ſenten-
tia interloquutoria, vt dicunt *Affl. in conſtit. edi-
ctorum nu.15.lib.1.Neuizan.conſ.98. nu.17.Vant.
hic nu.5.Scialoya de forindic.cap.5.nu.39.* Et pro-
27 latio ſententiæ ſpectat ad Iudicem, & non ad
nuncios poſt *alios Scacc.de iudic.lib.1.c.32.nu.7.*
28 Et hoc adeo verum eſt, quod illa debeat ap-
parere, quia in dubio non præſumitur *Aug.ad
Angel.de Maleſic.* in verb. *Iudex commiſit, quod
Caro nu.10.* Neque ſufficit ſi nuncius referat, ſe
29 citaſſe de mandato iudicis *Aug.ad Angel.vbi ſup.
Franc.Aret.conſ.33.nu.5.Felin. in cap.quoniam
contrà de appell.col.5 Vant.hic nu.40. Grauat.d.c.
4.nu.23.Aſin.d.c.1.nu.3.*
30 Sicque commiſſio debet apparere in actis,aliàs
proceſſus annullatur *Vant.hic ſub num.*40. Quod
31 procedit etiam in compromiſſis, & laudis, nam
citatio debet fieri de commiſſione arbitri *Card.
Tuſc.lit.C.concluſ.*230. *nu.*20. Sed quod credatur
32 nuncio de commiſſione Iudicis, & ità præſuma-
tur,& quod ita ſit de conſuetudine teſtatur *Vant.
hic nu.*42. de hac communi obſeruantia teſtatur
Aug.ad Angel.d.n.10.in fin.Neuizan.conſ.79.n.20
33 Mihi verò ſemper placuit prima opinio ex
diſpoſitione *tot textuum* pro illa facientium, cum
tenere contra *textus* ſit imbecillitas intellectus,
poſſet tamen ſecundum illam diſputari, poſito
quod requiratur commiſſio iudicis,an neceſſario
requiratur commiſſio ſpecialis citandi, vel ſuffi-
ciat generalis? Et quod ſufficiat generalis,& ſuf-
ficiat ſi nuncius dicat ſe citaſſe de mandato, &
commiſſione Iudicis, dicunt *Innoc. in c.quoniam
contrà de probat. Angel.* ſibi met cõtrarius *in d.§.
quadrupli Inſtit.de action.Scacc.de Iudic.c.32.n.8
verſ.contrarium tenentes.*
34 Quam opinionem ſeruari de conſuetudine
dicit *Bald.in d.l.neminem nu.4. C. de exhiben.reis
Fab.in d.§.quadrupli Corn.conſ.95.lib.4. Clar.Re-
cept.ſententiar.lib.5.qu.28.* verſ. *dictum eſt qu.31
verſ.vnum autem ſcias Cumia ſuper rit.cap.1.n.21.
Caroc.ſing.350.in fin. Carpan ad ſtatut.Mediol.c.1.
nu.28.Gaual.qu.380.nu.3.Muta ſuper pragm.tit.2.
de offic.Iudic.M.R.C.n.16.Scap.de iure non ſcript.
lib.3.cap.29.* & quod hæc omnio ſeruetur in Re-
gno Neap.dicit *Maranta in ſpec.p.6.membr.1. nu.
52.Grauat.ad Veſtr.d.cap.4.*
35 Verum in hac re,quod contrarium in hoc Re-
gno ſeruetur, dicit *Mandoſ. in addit ad Boſſ.in
tract.crimin. tit.de citat.* verb. *de mandato Iudicis
lit.B.* & ſuo tempore ſeruari dicit *Scacc. de iudic.
lib.1.cap.32.nu.8.* & ſeruari in regno Siciliæ di-
cit *Idem Scacc.*vbi præſentato actu, ſeu,vt aiunt
effectu,Iudex mandat citari hac ſubſcriptione
Præſentetur parte citata N.Iudex, & vtitur in hoc
decreto his tribus litteris: *p.p.c.N.Iudex.l.Baron.
de citat.qu.30.nu.24.& ſeqq.*vbi explicat. Et ali-
36 quæ Ciuitates in Regno Neap. habent priuile-
gium à Rege,vt homines non poſſint vocari in
ius per officiales, niſi commiſſio citationis fiat in
ſcriptis,vt refert de auditu *Affl.in lib.1.conſtitut.
rubr.96.in conſ.edictorum nu.7.in fin.*
37 Sed tempore meo,quo ſunt plus quam viginti
anni,quibus in puluere Sacri Conſilij,& cætero-
rum Tribunalium,verſatus ſum,praxis eſt, quod
tam primæ citationes faciendæ in primis libellis,
quam in alijs actibus totius Iudicij,etiam ad ſẽ-
tentias,ſunt ordine Iudicum,ſed per ipſos non
ſubſcribuntur, ſed ſubſcribuntur per actuarios
cauſarum,hoc modo ſit commiſſio citationis in
pede libelli: *Moneantur partes ad dicendum quid-
quid voluerint coram N.Commiſſario.* Vel in pede
libelli dicitur: *Quoniam N. Iudex intendit proui-
dere ſuper contentis in retroſcripto libello, monean-
tur partes &c.*quę commiſſio non ſubſcribitur per
Iudicem,ſed tantum per Actuarium Cauſę,& nũ-
cij citant vigore commiſſionum generalium,
quas habent citandi, nec in vnoquoque actu ex-
peditur commiſſio.
38 Et licet per *pragm.2. de ordine Iudic.* incip.
*quilibet agere volens,*iubeatur, citationem eſſe fa-
ciendam prę uia commiſſione Iudicis, tamen *di-
cta pragmatica* diſpoſito ſeruatur ſolum in citatio-
nibus faciendis extrà locum iuriſdictionis, nam
tunc ſit commiſſio,& ſubſcribitur per Iudicem,
& committitur omnibus ſeruientibus, & nuncijs
quarumuis Curiarum inſolidum. & in citationi-
bus expediendis per S.C.mandatur omnibus Por-
terijs eiaſdem S.C.inſolidum, & raro committi-
tur vni tantum *Cald de modo articul. & proban.glo
4. nu.76.* qui dicit hoc procedere ex quo in no-
ſtro Regno proceditur *ſola facti veritate inſpecta.*
39 Sed quod de Iure, requiratur ſpecialis com-
miſſio,& non ſufficiat generalis tenuerunt *Cyn. in
l.fin.C.de requir.reis* quem ſequitur *Angel.in tract.
de maleſic.*in verb.*Iudex commiſit nu.9.Bar.in d.l.
1.C.de iure domin. impetr.* quem ſequuntur *Iaſ. &
alij,*quos refert *Vant. hic nu.37.* ſequitur etiam
*ipſe Iaſ.in d.§.quadrupli nu.15. cum ſeqq.Ludouic.
Roman.conſ.497.nu.8.*plures apud *Scacc.de iudic.
cap.*

Digitized by Google

*cap.32.nu.8.*verſ. *& quod requiratur Nouar. deciſ.*
155.nu.2.Rip.in cap.1.de iudic.nu.85. & 86.qui
dicit hoc procedere tam in ciuili,quam crimina-
li cauſa *Barboſ.in cap.propoſuiſti de foro compet.*
40 Verior tamen eſt opinio diſtinguens, Vt in
citatione requirente cauſę cognitionem, requi-
ratur ſpecialis commiſſio, ſecus in illa non re-
quirente cauſę cognitionem, in qua ſufficere ge-
neralem commiſſionem,dicunt *Scacc.d.c.32.nu.8.*
Rip.in cap.1.de iudic.num.88. Scapp. de iure non
ſcript.lib.3.cap.30.Baron.de citat.q.30.n.29.& 30
41 Si requiritur commiſſio in ciuilibus, eo magis
requiritur in criminalibus in citationibus etiam
verbalibus, & quod illa non præſumatur dicunt
Rolan.conſ.90.nu.32.col.1.& prius *conſ.47.nu.66*
*lib.2.Grauat.ad Veſtr.d.lib.4.cap.4.nu.23.*verſ.*nec*
ipſa citatio DD. adducit per *Fulu. Pacian. de pro-*
bat.lib.2.cap.48.nu.69.Scacc.de iudic. lib.1.c.39.
*n.3.*vbi teſtatur de communi, & latius dixit *cap.*
32.nu.7.Guazzin.defenſ.10.cap.2.nu.2.Caualk.q.
*380.nu.1.Baron.de citat.qu.30.nu.13.& ſeqq.*alias
42 nuncius citans ſine mandato iudicis poteſt pu-
nire pœna falſi *l.qui nomen.ff. ad l. Corn. de falſis*
Roman.ſing.314.Carpan.ſuper ſtatut.Mediol.cap.1.
nu.33.Rip.in cap.5.nu.87. de iudic. Et officium
debet amittere *Auth. de quæſtion. §.ſi vero aliquis*
coll.6.Gulielm.de lude ſing.34.Baron.d. qu.30.nu.
15.& 16.
43 3.Concluſio eſt,quod Conſuetudo, ſeu ſtatutũ
poteſt inducere, vt Nuncius publicus poſſit in
vim generalis commiſſionis aliquem in ciuilibus
citare ad ſolam inſtantiam partis, abſque alia
ſpeciali commiſſione, & ita procedunt dicta per
Innoc.in d.cap.quoniam contra n.3. de probat.Afin.
*in pract.§.8.Pacian.de probat.lib.2.c.48.*Et etiam
44 poteſt inducere, vt Nuncio publico, referenti
ſe citaſſe de mandato Iudicis, credatur abſque
alia exhibitione mandati,& talis conſuetudo va-
let ad *tex.in l.minimè ff. de legib.* & ità procedunt
dicta per *Vant.hic nu.41.in fine*, quod ſcil.con-
ſuetudo,non poteſt inducere, vt fiat citatio ſine
autoritate Iudicis, ſed bene,vt authoritas, ſeu
decretum Iudicis præſumatur,& ita etiam intel-
lexit *Rota* vt poſt *conſil.Farinac.p.2.dec.355.nu.*
1.& dec.363.nu.3.
45 Quæ concluſio declaratur procedere, vt con-
ſuetudo valeat,vt decretum prçſumatur, quando
citatio eſt facta per Nuncium publicum,& Iura-
tum Communitatis, non autem quando facta eſt
vel per partem, vel per aliam priuatam perſonã
arg.l.magis §.tamen ff.de reb.eorum c.prudentiam
de offic.deleg.& diximus *ſup. de citat. per nuncium*
priuatum,& publicum.
46 Declaratur 2.quod talis conſuetudo habet lo-
cum, quando citatio fit in foro citantis,non au-
tem quando extrà forum, vt quando requiritur,
vel requirendus eſt Iudex alterius territorij per
literas ſubſidiales, vt citetur quis exiſtens, &
domicilium tenens in ſua iuriſdictione *Rol.à Val-*
le conſ.32.nu.21.lib.1.Ragg.de conſuet. qu.11. nu.
57. & ſic tunc requiritur expreſſa Iudicis com-
miſſio *Vbert.de citat.lib.2.qu.10.num.10.* Aliàs ſi
47 citaret ſine ſpeciali Iudicis citatione,ſed ad ſo-
lam requiſitionem partis, & vigore ſuæ facultа-
tis generalis,citatio eſſet nulla, nec valeret pro-
ceſſus contra illum abſentem factus *Marſil. in*
pract.crim.§.quando nu.30.Bal.in auth.ſi omnes col.
fin.C.ſi vt ab hæred.ſe abſtin. Rol.conſ.32.num.23.
lib.1.
48 Declaratur 3. Vt ſtante conſuetudine ex ſola
relatione nuncij non probaretur commiſſio Iu-
dicis ad effectum, vt diceretur eum traxiſſe Cle-
ricum ad forum ſęcularem, vt dicit *Vbert.de ci-*
tat.cap.5.nu.95.
49 Declaratur 4.quod dicta conſuetudo valeret,
quando citatio eſſet talis,quæ non requireret ali-
quam cauſę cognitionem, ſeu aliquem motum
Iudicis,prout ſunt citationes, quæ fiunt,vel ad
ſimpliciter comparendum, vel pro tela iudicia-
ria, ſeu ad actus poſt litem motam iudicialiter
agendos, ſecus in alijſquæ exigunt cauſæ cogni-
tionem,& pendent ab authoritate, & motu Iudi-
cis,vt ſunt primæ citationes ad comparendum,
cum terminis,pœnęque præfixione,& cum expreſ-
ſione loci,& temporis, & citationes domi,& per
edicta,& ita procedit diſtinctio tradita per *Bal.*
in tit. l.quando inuitos nu.2. C.de teſtibus quam
ſeruat praxis,vt *ſup.*diximus.
50 Declaratur 5. Quod nuncius quando ex con-
ſuetudine citat ſine commiſſione ſpeciali, non
poteſt citare die feriata,& pro die non feriata,
nam tunc Nuncius ex conſuetudine vtitur qua-
dam iuriſdictione *Vbert.de citat.cap.11. num.14.*
Ex his firmum remanet, decretum citationis eſſe
omnino neceſſarium de iure communi,ſed ex ſta-
tuto,vel ex conſuetudine induci poſſe,vt ſufficiat
generale,ſeu præſumptum.
51 Sed vt Iudex decernere poſſit citationem, &
in ius vocare,neceſſe eſt, vt habeat iuriſdictionẽ
in eum, quem mendat citari, aliàs citatio com-
miſſa à Iudice carente iuriſdictione in citatum
eſſet omnino nulla *Abb. in cap. cum cauſam nu.3.*
& cap.prudentiam nu.6.de offic.deleg. Vant.hic nu.
27.Hondrd.conſ.26 nu.24.lib.2.Guazz. poſt alios
ad defenſ.5.cap.5.Farinac.qu.27.nu.9.& ſeqq.De-
cian.tract.crim.tom.2.lib.7.cap.10. Et de illius iu-
52 riſdictione debet euidenter conſtare *Specul. in*
tit.de citat.§.contra num.12. Soccin. de citat.art.4.
53 *nu.1.*Sed ſi non conſtet euidenter, non tenetur
citatus comparere *Alex.conſ.77.nu.3. lib.3. Aff.*
*dec.2.nu.8.*bona *gl.in cap.ſi duobus de appell.*
54 Nec ſufficeret ſi Iudex haberet ſolam iuriſdi-
ctionem in habitu,& non in actu *Socc.de citat.art.*
4.nu.5.in fine,qui exemplificat ſi ſint tres iudices
delegati,citatio facta ex commiſſione duorum
non tenet, quia ex pluribus delegatis quilibet
habet iuriſdictionem inſolidum, attamen exerci-
tium,& in actu non habet quilibet, ſed omnes ſi-
mul vt *in c.prudentiã*,cum alijs per *d.Socc.allega-*
55 *tis*.dixi *in rubr.9.* Citantis iuriſdictio inſpicitur
de tempore citationis, vt tunc potuerit citare
Giurb.dec.82. num.11. per tex.in l.ſi quis poſtea-
quam & l.edictum ff.de iudic.Bal.conſ.4.nu.3.lib.5
*Valaſc.dec.57.*Sic citans, & procedens tamquam
56 delegatus,cum talis non eſſet, ſi poſteà ſuperue-
niat delegatio,vel ratificatio, non retrotrahitur
ad confirmandum citationẽ, & proceſſum *gl.in l.*
inſtar C.de Iure fiſci lib.10.Guid.Pap.dec.286.n.2.
57 Si verò Iudex tempore citationis erat incom-
petens, & poſteà pars citata coram eodem Iudi-
ce

ce reconueniat citantem, citatio prima à ſententia lata connalidatur vt dicit *Affict.dec.27.nu.3.* dicens quod per reconuentionem fuit prorogata iuriſdictio,& proceſſus tenet.

58 Sed ſi Iudex eſſet talis, cui non competeret exercitium iuriſdictionis, pro vt eſt Iudex delegatus quando delegatio eſſet obreptitia,vel ſubreptitia, tunc non poſſet decernere citationem *Vant.hic nu.23.Eugen.conſ.40.num.30.lib.2.* Vel
59 quando delegatus non dum acquiſiuit exercitium iuriſdictioois diximus *in rub.9.* Vel quan-
60 do eius iuriſdictio erat ſuſpenſa per ferias *Vant. hic nu.46.*& nos diximus *ſup. Vbert. de citat.tom. 2.cap.11.nu.14.* Vel quando delegatus non fecit
61 fidem ſuæ facultatis,ſed citauit abſque inſertione ſuæ commiſſionis *Achill,dec.10.de dolo,& contum.Rot.poſt Poſt.de manut.dec.275.nu.9.*

62 Et citatio decreta ante præſentationem reſcripti, non valet, licet poſtea fiat præſentatio *Bal. in l.eum qui qu.4.ff. de Iuriſd. omnium Iudic. Guid.Pap.dec.286.nu.2.* Alia de inſertione commiſſionis delegationis diximus *ſup.* & dicit latè *Vbert.de citat.cap.11.nu.212. & ſeqq.* vbi declarat quando decretum citationis ſit nullum, & dicit eſſe nullum ex defectu iuriſdictionis,vt diximus.

63 Adſunt multæ citationes,quæ ſine decreto Iudicis fieri nequeunt vt puta, quæ requirunt cauſæ cognitionem,& iudicis motum, quarum multa ſunt exempla.ideò de illis videbimus.Primum eſt: Citatio,quæ fit ſub pœna excommunicationis,pro qua decernenda debet adhiberi cauſæ cognitio *Gemin.in cap.cum C.laicus nu.5. de foro cõ-*
64 *pet.lib.6.* Et Iudex Eccleſiaſticus debet eſſe cõpetens reſpectu rei citandi, alias citatus non tenetur comparere,& ſi aliquo caſu poſſet eſſe ſuus Iudex,niſi in citatione exprimatur cauſa,ex qua ſit iudex, neque tenetur comparere *gl.fin.in cap. veniens de accuſat.in fin.Gemin.in cap.1.§.nec clericos nu.3.de foro compet.in 6.*

65 Secundum eſt in Primis citationibus,quæ fiũt ad totam cauſam,& cum peremptorio,& cum appoſitione, ſeu comminatione pœnæ, Nam iſtæ non poſſunt fieri per nuncium in vim generalis commiſſionis, ſed requiritur ſpecialis commiſſio, quam Iudex non debet decernere, niſi quando quis citandus eſſet de longinquo *ad l.2. in princ. C.de exhib.reis* ea ratione, quia nimis diſpendioſum, & incommodum eſſet abſentem de longinquo citare in quolibet actu *cap.cum dilecti de dolo,& contumac.*

66 Quæ ſi fieret per nuncium ſine ſpeciali Iudicis commiſſione,non arctaret,ea ratione, quia Nuncius nihil poteſt dicere à ſe ipſo,ſed ſolum quod audiuit Dominum loquentem, & hoc poteſt referre tanquam pica,& organum vt dixit *Bal.conſ. 63.nu.2.lib.5.Rolan.conſ.94.nu.10.lib.2.* Et ideò
67 ſi ceſſionarius cenſus vult etiam extraiudicialiter intimare debitori,nè de cætero ſoluat cedenti, debet facere intimationem authoritate iudicis,& de illius mandato, nam ſi per ſolum Nuncium illam faceret, non impediret, quin debitor cenſus ſoluens cedenti, conſequeretur liberationem,quia rectè ſolueret, etiam ſi nuncius dimiſiſſet copiam,non præcedente tamen Iudicis mã-
dato *Rot.dec.161.nu.3. & ſeqq. poſt Cenc.de cen-*
68 *ſib.* & quod in hac citatione requiratur decretũ Iudicis dicit *Vbert.de citat.qu.11.nu.143.& ſeqq.*

69 Tertium exemplum eſt in citatione ad comparendum perſonaliter,quę per iudicem non poteſt decerni,niſi ex iuſta cauſa *l.fin.C.de procurat.* cum poſſit quis ad libitum,vel per ſe vel per procuratorem agere,vel excipere *l.1.§.fin.ff.de procurat.§.1.inſtit.de ijs,per quos agere poſſumus Vbert. de citat.d.qu.11.num.147.* vbi *num.ſeqq.* explicat quando quis poſſit, vel non poſſit comparere per procuratorem.

70 Quartum exemplum eſt in Citatione reali,ſeu captura, quæ fieri nequit ſine ſpeciali iudicis cõmiſſione *l.nemimem C.de exhib.reis,* niſi periculum eſſet in mora, vt puta quando quis reperitur in fraganti, vel ſuſpectus ſit de fuga, & in actu fugæ *l.ait prætor §.ſi debitorem ff.de his, quæ in fraud.* & *nos* diximus *ſupra*.

71 Quintum exemplum eſt quando agitur de citando eo, qui in ius vocari non poteſt ſine venia *Roman.conſ.497.nu.8.*

72 Sextum,in decernenda forma citandi, vt ſcil. quis citetur vel perſonaliter, vel domi, vel per per edictum, ſeu proclama, nam hoc non poteſt ſtatui,ſine per partem,ſiuè per Nuncium; ſed per ſolum Iudicem, qui iuris ordinem ſequi debet, non autem peruertere *Clem.cauſam de elect.* & ibi notat *Paul.de Eleaz.& Anchar. Vant.hic nu.123.*

73 Viſis citationibus, quæ non poſſunt fieri abſq; ſpeciali Iudicis commiſſione, videbimus de aliquibus, quæ fieri poſſunt abſque illa. Et poſſunt fieri omnes illæ, quæ non requirunt aliquam cauſæ cognitionem, iuxta quæ diximus cum *Bal. in l.ſi quando nu.12.C.de teſtibus.* Quorum exempla præcipua ſunt. Primum quando citatio eſt facta de commiſſione iudicis, ſed nulliter, nam tunc eadem poteſt reiterari per Nuncium abſque alia noua commiſſione *cap.ex litteris de offic. deleg.Iaſ.in l.qui per ſalutem nu.4.ff.de iure iur.Petr. Duen.reg.97.limit.1.Palma in diuerſ.iur. com.prag. 2.de ordine iudic.gl.19. num.1.* qui id intelligit procedere, quando Nuncius eſt ordinarius ipſius iudicis, cæterum ſi ad id erat ſpecialiter deſtinatus, quia ex prima citatione etiam inualida eſt functus officio ſuo citandi. Et *nu.10.* examinat an ſi officialis dederit Nuncio mandatum citandi aliquem, & eo ignorante illud reuocet,an valeat citatio?

74 Secundum eſt in ſimplici citatione ad comparendum, quæ cum non requirat aliquam cauſæ cognitionem, poteſt fieri abſque alia ſpeciali Iudicis commiſſione *Franc.in cap.cum parati nu.14. de appell.Duen.d.reg.97.lim.2.Baron.de citat.q.30. num.19.ſed num.50.* dicit hanc non eſſe bonam fallentiam.

75 Tertium eſt in alijs citationibus, quæ fiunt poſt ceptum iudicium ad effectum probandi, & ſeruandi terminos ſubſtantiales, ſeruandi ſcil.telam iudiciariam,quia nullam requirunt cauſę cognitionem, ſed pendent à voluntate partium, & ideò fiunt per Nuncios, & curſores in vim generalis commiſſionis *Bal.in l.ſi quando C. de teſtibus*
76 *num.12.* & propterea Nuncius electus in principio cauſæ poteſt citare vſque ad finem cauſæ,

abſ-

abſque alia Iudicis commiſſione l.1. iuncta gl.in verb.traditus C.de ſportul.Felin.in d.c.1. de iudic. n.12.Vant.hic n.39.

77 Quartum exemplum eſt, etiam in primis citationibus, quando citandus propè eſt, & agitur de modico præiudicio, quia tunc ſufficit generalis commiſſio, niſi eſſet illuſtris perſona, & in dignitate conſtituta. Felin.in d.cap.1.n.12.de Iudic.Baron.de citat.q.30.n.19.in fine.

78 Quintum exemplum eſt in citationibus, quæ fiunt in iudicijs, quibus agitur ſummariè, & de plano,& ſine ſtrepitu,& figura iudicij, nam in illis cenſetur remiſſa ſollemnitas iuris ciuilis clem.
79 ſæpè de verb.ſignif. Sed ſollemnitas præcedentis commiſſionis Iudicis de citando eſt de Iure Ciuili, vt declarat Roman.conſ.497.num.9.

80 Sextum exemplum ponitur perperam per Baron.de citat.q.30. num.21. & 37. quando citatus comparet, & non opponit defectũ commiſſionis, quia tunc ſpontanea comparitio validat citationem poſt gl.in l.1.ff.de ferijs Rip.in cap.1. nu.90. in fine verſ.limita 3.de Iudic. Bæbaſ.in d.cap.propoſuiſti num.3.de foro compet. Dixi perperam,quia exceptio debet eſſe de regula, & regulam poſuimus, quæ citationes poſſint fieri ſine commiſſione Iudicis,quomodo benè conuenit exceptio hæc quod per comparitionem ſpontaneam ſanatur nullitas? Ideò melius fuiſſet ſi dixiſſet ſimpliciter: nullitas cauſata per defectum commiſſionis ſanatur per ſpontaneam comparitionem.

81 Difficultas non modica eſt,an in caſibus, in quibus eſt neceſſaria commiſſio Iudicis, probari debeat, an verò præſumatur? Quod debeat de ea conſtare ex actis,loquitur Felin.in cap.1. nu.13. verſ.quarta concluſio de Iudic. & in cap.quoniam contrà.Baron.de citat.q.30. num.35. verſ. & ceſſat omnis præſumptio, & per tot. vbi citat poſt antiquiores Iul.Cartar.dec.31.num.39. & dec.32.nu. 13.Tuſc.lit.C.concluſ.230.num.4.Menoch.d. præſ. 24.num.1.lib.2.Maſcard.de probat.concluſ.294.n. 2.Paim.in diuerſ.iur.commun.pragm.2. de ordin.iudic.gl.17.num.5.Rot.dec.161.à num.5. poſt tract. de cenſib. Duard.In cauſis criminalibus. Rolan. conſil.90.num.32.vol.1.& conſ.47.num.66. lib.2. Gramat.ad Veſtr.lib.4. cap.4. num.23.Paſcian.de probat.q.2.cap.48.num.69.Scacc.de iudic. lib.1. c. 39.num.3. Guazin.defenſ.10.cap.2. num.2. Quæ
82 concluſio vera exiſtens, etiam limitatur pluribus modis.Primo ſi citatus comparuiſſet, & non oppoſuiſſet talem defectum citationis, vt diximus ſup.in 6.exemplo cum Barone, & alijs addimus Tuſc.lit.C.concluſ.230.num.28. quæ concluſiò vera, eſt ſed non eſt limitatio bona, vt diximus.

83 2.Quando in loco eſt conſuetudo de non ſcribendo Iudicis commiſſionem. Innoc.in cap.comparati de appell. Rip.in d.cap.1. de iudic. num.90. verſ.limit.2.Tuſc.d.concluſ.230.num.29.Menoch. d. præſ.24.num.10. Baron.dict.q.30. num.38. vbi teſtatur de dicta conſuetudine in Sicilia, dum Nuncius teſtatur ſe intimaſſe de commiſſione talis iudicis,& ei creditur.

84 3.Quando apparet citationem factam fuiſſe per Nuncium, qui aliàs ſit bonæ famæ, & conditionis, ac tractatur de modico præiudicio Abb. in d.cap.quoniam contrà poſt nu.33.verſ.an autem Rip.d.cap.1.n.90. ver.limita primo Maſcard. d.concluſ.294. num.10. Menoch.d.præſ.24. num.9. Baron.d.q.30.num.39.

Sed quid ſi ex actis conſtet de ſola relatione Nuncij referentis citaſſe de commiſſione Iudicis, vel per relationem Notarij,an tunc præſumptiuè commiſſio ſufficienter cenſeatur probata?

85 Pro negatiua, quod ſcil.commiſſio non præſumatur,dicunt Abb.Felin. & alij in d.cap.1. de Iudic.Bar.in l.ſciendum ff.de verb.obligat. num.18. Alex.conſ.123.lib.2. num.3. per tex.in d.cap.quoniam contrà de probat. ibi: fideliter vniuerſa iudicij acta conſcribant, videlicet citationes, dilationes, & reliqua, vbi gl.in verb. citationes, in fine notat, quod Iure canonico non creditur Nuncio, niſi aliàs legitimè conſtet.Tuſc.concluſ.230. à nu.11. & à num.21.lit.C.Carpan.ſuper ſtatut. Mediol.cap. 205.n.50.Cauall.q.180.in princ. Marta voce 131. num.8.Riminal.conſ.92.circa fin. Farinac.de teſtibus q.56. art.10.num.375. Guazin.defenſ.10.cap. 2.num.3.Scacc.de Iudic.cap.32.num.7. in fin.Rip. in d.cap.1. num.90. verſ.tertiò amplia de Iudicijs. Gratian.diſcept.392.nu.16.

86 2.Adducitur, quod officium Nuncij non eſt electum circa hoc, quod dicat Iudicem commiſiſſe, & ideò illi non creditur Felin.d.cap.1. de iudic.num.13.Gabriel de citat.reſol.4.num.1.3. Tiraq.de retract.lignag.§.8.gl.9. à num.16. Guazzin. defenſ.10.cap.5.num.9.Ripol.cap.3.nu.277.Guſm. de euict.c.9.n.1.& ſeqq.Et regulariter, dicenti ſe habuiſſe mandatum, ſeu commiſſionem,non creditur, nam omnibus in re propria dicendi teſtimonia facultatem iura ſubmouerunt l.omnibus C. de teſtibus, ad idem eſt tex.in l.1. C. de mandat. princ.

87 3.Adducitur, quod regulariter nunquam præſumitur mandatum,etiam per curſum mille annorum, vt per Bald.in l.2.C.ſi ex falſis inſtrum. nu.2. quem ſequuntur Rom.& Alex.in l.ſciendum ff.de verb.obligat.num.20. diximus in rubr.11.

88 4.Quod ſollemnitas extrinſeca non præſumitur l.quæcunque §.fin.ff.de publ.in rem action. Gargiar.patrocin.28. num.37. Et ceſſat omnis præſumptio quando ſollemnitas non eſt in actis enũciata Tuſc.lit.C.concluſ.230.nu.4. Cartar.dec.32. num.13.poſt alios Baron.de citat.q.30.nu.35. quid quid ſit de ſollemnitate intrinſeca, quæ ſemper præſumitur §.fin.Inſtit.de fideiuſſ.

89 Vndè Bart.quem cæteri ſequuntur in d.l.ſciendum ff.de verb.obligat.num.2.explicat ſollemnitatem intrinſecam eſſe eam, quę ex natura verborum prolatorum comprehenditur, pro vt eſt interrogatio, quæ procedit in ſtipulatione fideiuſſorum, vndè qui dixit fideiuſſiſſe, intelligitur factam eſſe interrogationem, quaſi ea ſit pars promiſſionis, vt per gloſ.in d.§.fin. in verb.ſollemniter, & in verb.acta inſtit.de fideiuſſ.

90 Sollemnitas verò extrinſeca illa eſt, quam prolatio verborum non comprehendit,& eſt quid facti ſeparatum ab actu, cui accedit, pro vt authoritas Iudicis, & illius decretum, quod eſt ſollemnitas extrinſeca contractus pupilli, & aliud eſt contractus pupilli, & aliud decretum iudicis, & ideò poſito vno, non ponitur aliud d.l.quæcunque

quo §.fin.de publ.in rem act. Ideò cum aliud ſit ci-
91 tatio Nuncij, aliud commiſſio, poſito vno non
ponitur aliud.

92 5. Probatis extremis medium non præſumitur
quando eſt de ſollemnitate *Felin.in d.cap.1. de*
93 *iudic.num.13.in fine.* Ideò licet probaretur par-
tem petijſſe aliquem citari, & etiam citatum fuiſ-
ſe, non ob id tamen præſumeretur Iudicem de-
diſſe commiſſionem citandi, niſi aliter conſtet,
quod eſſe notandum, & facere ad multa dicit
Euerard.in loco ab extremis num.3. circa fin. verſ.
fallit quando Gratian.diſcept.392.n.16.

94 Pro parte affirmatiua, quod ex relatione
Nuncij in actis facta, præſumatur commiſſio Iu-
dicis, dicit *Angel in tract. Malefic.in* verb. *Iudex
commiſit, & Iaſ.in §. quadrupli* verſ. *refert etiam
num.17.Inſtit.de action. Vant.hic num.42.* vbi te-
ſtatur de conſuetudine. *Gratian.diſcept.736.n.37.
& diſcept.841.num.4.Cumia ſup.rit.c.1.n.21.*

95 Adducuntur multa ad probationem, Primum
quod dum Nuncius apud acta refert ſe citaſſe
de mandato Iudicis, ei credendum ſit: Nam
Nuncio creditur in pertinentibus ad eius officiū
gl.in cap.cum parati, in verb. *ſuus Nuncius de ap-
pellat.Guſm.de euiction.qu.92.* Nuncio creditur in
96 connexis ſuo officio *d.c.cum parati de appell.cum*
alijs per *Alciat.d.reg.3.præſumpt.14.in princ.* qui
num.8. dicit decretum Iudicis eſſe de connexis
eiuſdem Nuncij officio. *Guſman.d.qu.93.* De con-
97 ſuetudine huiuſmodi commiſſiones in actis non
ſcribuntur, & id attendi debet, quod conſuetu-
do approbauit *Io: Andr. & Abb.in cap.quoniam
contra de probat.Alciat.d.præſ.14.n.8.in fin.Scacc.
de iudic.lib.1.cap.32.num.8.& c.38.num 3. Guaz-
zin.defenſ.10.c.2.n.3.*

98 Qua opinione fundata poteſt reſponderi ad
contraria. Ad primum reſpondetur quod ille *tex.
in cap.quoniam contra de probat.* loquitur de pro-
batione citationis, non autem de probatione
commiſſionis Iudicis de citando, & de vno ad
aliud non infertur *l.papinianus exul ff. de minor.*
reſpondetur 2. quod idem *tex.* deſcribens actus,
qui requirunt ſcripturam, incipit à citatione,
& ſic præſupponit commiſſionem ipſam, non re-
quirere ſcripturam, ità reſpondet *Alciat. d.præ-
ſumpt.14. num.9.* Tanto magis quod commiſſio
99 non eſt de actis litis, ex quo lis non incipit à
ſola commiſſione, ſed à citatione Nuncij *Clem.fin.*
100 *vt lit.pend.* Ad 2. reſpondetur, quod Nuncius
eligitur ad effectum citandi, & cum citare debeat
de mandato Iudicis ei, ratione ſui officij, & iu-
ramenti præſtiti, credendum eſt *Bal.in l.2. n.1.C.
de ſportul.* & præſumi non debet eum deierare
cap.ſancimus 1.q.7. & ſic iura præællegata non
obſtant, cum loquantur de teſtimonio, ſeu aſſer-
101 tione priuatæ perſonæ. Ad 3. reſpondetur, di-
ctum *Baldi* eſſe verum, niſi in inſtrumento fuerit
facta enunciatiua mentio de mandato, nam tunc
concurrente aliqua coniectura, præſumitur man-
datum, ſecundum *Dec.in conſ.36. num.8. Rip.in c.1.*
102 *num.90. de Iudic.* Ad 4. quod quando ſollem-
nitas extrinſeca eſt modici præiudicij, tunc etiā
ſi non fuerit enunciata, præſumitur, & multo
magis quando fuit enunciata, vt plurium ſenten-
tijs probat *Menoch.de præſumpt. lib.3. præſumpt.*
132.n.54.verſ.tertius caſus & multo magis quan-
do veriſimiliter potuit interuenire *Menoch d.
præſumpt.132.num.33.verſ.declaratur primo hic ca-
ſus.* Et commiſſio Iudicis de ſe ipſa eſt modici
præiudicij, maximè quando non requirit cauſę
cognitionem, & non eſt præſumendum quod Nū-
cius falſum committeret *l. qui nomine ff.ad l.Cor-
nel.de falſ.* ità diſcurrit *Alciat.d.præſumpt.14. n.8.*
103 verſ. *confirmo.* Ad 5. poteſt reſponderi eodem
modo, quod reſpondimus ad 4. motiuum.

104 Eſt bene verum, quod ſi quis vellet tenere
opinionem, quod commiſſio Iudicis præſumatur,
poſſet reſponderi ad motiua pro contraria opi-
nione. Ad primum quod committere citationem
ſpectat ad Iudicem, citare autem ad executorem,
qui ſunt duo actus diuerſi, & vnus per neceſſe
non præſupponit alium. *Menoch.de præſumpt.lib.
2.præſ.24.nu.3.* & ſi creditur ſuo officio, non cre-
ditur de alieno *Soccin.de citat.art.11. num.3.* Ad
105 2. negatur, commiſſionem eſſe de connexis ad
citationem, nam committere citationem ſub pœ-
na, ad totam cauſam, ad comparendum perſonali-
ter, & decernere capturam, & formam citandi,
vel in perſonam, vel domi, vel per edictum, ſpe-
ctat ad ſolum Iudicem, qui eā decernere nequit,
ſine cauſæ cognitione, vt dictum eſt. Ad 3. dicitur
106 conſuetudinem, ſiue interpretatiuam, ſiuè indu-
ctiuam noui iuris, eſſe probandam. In hac con-
107 trarietate rationum, mea ſententia eſt, vt de Iu-
re communi vera ſit opinio negatiua, vt per *Fe-
lin.in d.cap.1.num.13.de Iudic.* & ibi *Rip.nu.90.
Maſcard.d.concluſ.294.n.4.*

108 De conſuetudine vera ſit opinio affirmatiua,
vt per *Alciatum, Menoch. & alios ſup.* citatos. *Ba-
ron.de citat.q.30.num.38.& 44.Guazzin.d.defenſ.
10.cap.2.n.3.*

109 Benè tamen in criminalibus debet ſeruari ius
commune, & debet de commiſſione Iudicis ali-
ter conſtare, quam per ſolam executoris relatio-
nem; aliàs citatio eſſet nulla, vt probat *Soccin.de
citat.art.11.num.3.& 4. Guazzin.ſup.n.2.Pacian.
de probat.p.2.c.48.*

110 Et captura non poteſt concedi, niſi cauſa co-
gnita *l.nemo carcerem C.de exact.tribut.lib.10. Io:
Andr.in cap.ſi Clericus de ſentent.excommun. in 6.
Clar.§.fin.pract.crim.lib.5.q.31. num.4.* vbi dicit
ità de conſuetudine ſeruari *Menoch.lib.2 præſ.24.
nu.15.* vbi dicit eam eſſe rationem, quia hæc ci-
tatio realis magnam requirit cauſæ cognitionem.
Alciat.d.præſ.14. num.10. vbi dicit putare hoc
procedere etiam ſi in præcepto eſſet clauſula,
quod plena daretur fides Nuncio, quia talis cō-
miſſio non debet operari, niſi in caſibus, in quibus
aliàs de iure plena fides illi danda eſſet. *Guazzin.
defenſ.5.c.3.*

111 In ciuilibus diſtinguendum eſt, quia citatio
verbalis, aut fit in ſcriptis per cedulam, vel epi-
ſtolam ſubſcriptam manu judicis, vel eius publi-
co ſigillo ſignatam, ac manu Notarij firmatam,
aut fit ſolo verbo, & ſine ſcriptis, vt *ſup.* diximus.
112 Quando Nuncius citat in ſcriptis, & oſtendit
litteras citatorias, vt *ſup.* confectas, & tunc ex
eiſdem litteris probatur Iudicis commiſſio, &
Nuncio cum eiſdem litteris credendum eſt. *Bal.
in l.2. C.de annal.except.* & diximus *ſup.* in cita-
tio-

tione in ſcriptis, & ſine ſcriptis, addimus *Palm.*
in diuerſ. iur. prag. 2. de ordin. iudic. gl. 17. nu. 7. 14.
15. & 16. Baron. d. q. 30. num. 40. Et per ſolum
113 decretum citationis vigore commiſſionis Rotæ-
lis obtemperam, inducitur lis, reſpectu actionis,
qui illud obtinuit ad effectum etiam attentato-
rum *Rota in nouiſ. deciſ. 6. vt lite pend.* Ratio eſt
114 quia, vt dicitur *in d. dec. 6.* actor eſt certus de
commiſſione impetrata, & citatione decreta, ideo
amplius certiorari non debet, non eſt idem in reo,
qui antè citationis executionem ſibi factam,
ignorat, & non attentat idem dixit *Caſſad. dec. 6.*
115 *ſuper reg. nu. 3. & 4.* Et quo ad actorem lis non
inducitur ſolum per litis conteſtationem, nam
quo ad illum eo ipſo, quod committit cauſam
facit beneficium litigioſum, & non intrat regula
de triennali *Put. dec. 481. lib. 2.*
116 Sic etiam dicendum eſt de eo, qui obtinuit
monitorium ab Auditore Cameræ, vt nequeat
etiam ante illius executionem variare, & com-
mittere cauſam in Rota, neque poſſeſſionem ca-
pere abſque vitio attentatorum, vt eiſdem ratio-
nibus cenſuit *Rota in bonanienſ. Canonicatus 23.*
Martij 1609. coram Penia. Idem dicendum eſt in
117 commiſſionibus, quæ fiunt per noſtrum Preſi-
dem Sacri Conſilij, Locumtenentem Regię Ca-
meræ, & Regentem Magnę Curiæ Vicariæ.
118 Sed quando Nuncius citat ſolo verbo, vel
cum cedula ſcripta per partem, quod idem eſt, vt
fit in Curia Romana, & tunc dixtinguendum eſt.
Aut talis eſt citatio, quę fieri non poteſt ſine
cauſę cognitione, vt in exemplis ſuprà poſitis, &
tunc non pręſumitur decretum, ſeu commiſſio
Iudicis, quia eſt ſollemnitas extrinſeca, vt dixi-
mus, quę non pręſumitur, niſi ex vrgentibus co-
niecturis, quę vel ex facto Iudicis, vel partis, vel
ex tempore poſſunt deſumi, Vrgens pręſumptio
pręcedentis commiſſionis Iudicis eſſet, quando
Idem Iudex vigore eiuſdem citationis ad vlte-
riora procederet, quia tunc quodammodo decla-
raret citationē ſua commiſſione factā, argumento
l. ſi procedente C. de dilat. Alciat. d. præſ. 14. n. 9. ver.
119 *præterea Mẹnoch. d. pręſ. 24. n. 12. lib. 2.* Vel ſi pars
cōparuiſſet, & nihil oppoſuiſſet *Alex. conſ. 124. n.*
2. lib. 2. Rip. in c. 1. de iudic. n. 90. ver. limita, & ter-
tio Alc. d. præſ. 14. ver. & in iſto caſu Menoch. d. præſ.
24. n. 13. Baron. de citat. q. 30. n. 21. Cum ſpontanea
120 comparitio purget omnem vitium citationis
gl. in l. 1. ff. de ferijs Tiraq. de retract. conſanguin. §.
9. gl. 2. num. 18. Menoch. vbi ſup. num. 14. Barboſ. in
cap. propoſuiſti n. 3. de foro compet.
121 Vrgens pariter eſſet præſumptio, quando lata
fuiſſet ſententia, & ab ea non fuiſſet appellatum,
& tranſijſſet in rem iudicatam *Rip. in d. c. 1. de*
Iudic. num. 90. verſ. pro concordia Menoch. d. præſ.
24. num. 12. in fin.
122 Si verò talis eſſet citatio, quę fieri poſſit ſine
cauſæ cognitione, vt in exemplis *ſup.* poſitis, tunc
ex conſuetudine poteſt fieri per Nuncium, vel
vigore generalis commiſſionis, vel etiam vigore
ſpecialis pręſumptę, vel per Nuncium in ſua
relatione enunciatæ. Nam de Iure verius eſt, vt
Nuncio talia referenti non ſit credendum *Salyc.*
in l. tres denunciationes, & Angel. & Bal. in l. con-
ſentaneum C. quomod. & quand. Iud. Aſin. in pract.
§. 9. cap. 3. num. 7. Guazzin. defenſ. 10. cap. 5. n. 10.
qui oblitus ſui aliter dicit *cap. 4. nu. 7. Vbert. de*
citat. c. 11. nu. 175. & 181.
123 Creditur Nuncio, maxime ſi agatur de modi-
co pręiudicio, & Nuncius ſit bonæ famæ *Car-*
pan. ad ſtatut. Mediol. c. 1. num. 26. Baron. d. q. 30.
num. 45. & ſeq. Cęuall. q. 38. num. 2. & ſeqq. vbi di-
cit, præſumi Nuncium citaſſe de ordine iudicis,
ſecundum magis communem opinionem, ſecus ſi
agatur de graui præiudicio. *Guazzin. defenſ. 10.*
cap. 5. num. 2.
124 Quo fit, vt ſtylus cuiuslibet Curiæ ſit atten-
dendus *Vant. hic num. 42. Afſl. dec. 79. num. 4. dec.*
235. nu. 4. Guid. Pap. dec. 292. Anna ſing. 497. Ca-
rau. & D. Petra in rit. 1. Viu. dec. 297. Nouar. de
grauam. Vaſſall. tom. 2. grau. 39. Ioſ. Ludouic. dec. luc.
125 *36.* Et ſic licet citatio fieri non poſſit à Nun-
cio, ſine mandato Iudicis, de conſuetudine tamē
mandatum Iudicis præſumitur *Rot. dec. 393. num.*
126 *3. p. 1. in recent.* & talis ſtylus, & conſuetudo
probari poteſt ex inſpectione proceſſuum. *Rot. d.*
dec. 393. nu. 4.
127 Et quamuis ſtylus non poſſit inducere, vt cita-
tio valeat ſine commiſſione Iudicis, poteſt tamen
inducere, vt mandatum pręſumatur ex relatione
Nuncij. *Rot. in dec. 363. num. 2.* poſt *conſil. Fa-*
128 *rinac. p. 2.* De ſtylo Rotæ Romanæ creditur
Nuncio referenti ſe citaſſe de commiſſione Iudi-
cis, & ſimiliter quod ex eodem Rotæ ſtylo cre-
ditur notario atteſtanti de ſua deputatione, quid
quid ſit in contrarium de iure. *Caputaq. dec. 268.*
p. 2. Vbert. de citat. tom. 2. cap. 11. nu. 190. Ad traſ-
129 mittendam citationem, vel monitorium ad
perſonaliter comparendum contra Epiſcopos, de-
bet præcedere commiſſio S. Pontificis ſignata
manu eiuſdem Papæ, per *nouam Reformationem*
Pauli V. ſub rubr. de Audit. Camaræ, & eius Trib.
Sed ipſi Epiſcopi non poſſunt citari, neque mo-
neri ad perſonaliter comparendum, niſi ex cauſis,
ex quibus venirent priuandi, vel deponendi, vt
fuit ſancitum per *S. Concilium Trid. ſeſſ. 13. cap. 6.*
& ibi *Barboſ. Guazzin. defenſ. 10. c. 2. n. 3. in fine.*
130 Sed difficultas eſt, an credatur Notario enun-
cianti in ipſa citatione, citationem fuiſſe factam
de mandato iudicis? Et quod non credatur No-
tario, facit quia commiſſio non eſt facta notario,
ſed Nuncio *Aretin. conſ. 33. num. 5.* quem ſequitur
Rip. in d. cap. 1. ampl. 1. de iudic. Contrariam ſen-
131 tentiam, quod Notario credatur, dicunt *Angel.*
de maleſic. in verb. *Iudex commiſit Marſil. in l. de*
vnoquoque num. 118. verſ. *an autem, quando in*
actis ff. de re iudic. ea ratione, quia ſi creditur,
quod commiſſio Iudicis præceſſerit in quantum
in actis apparet, & acta nullum aliud fundamen-
tum habent, niſi Notarij fidem, ergo in his fides
eius eſt ſequenda. Et opinio contraria eſſet ſe-
quenda, quando commiſſio eſſet facienda in
alienis actis, non in actis Notarij ſcribentis ci-
132 tationem. Sed *Ripa in d. cap. 1. de Iudic.* pro cō-
cordia dixtinguit. Quod aut non dum eſt lata
ſententia, aut lata, ſed non dum tranſacta in rem
iudicatam, & procedit prima opinio. Aut tran-
ſacta in rem iudicatam, & procedit ſecunda opi-
nio, quę dixtinctio eſt *Romani conſ. 487. col. fin.*
per *tex. in cap. cum inter caeed de iudic.* & eam

ſequitur *Maſcard.de probat.d.concluſ.294.nu.3.*

133 Difficultas eſt, an poſſit probari talis commiſſio, ſi non apparet ex actis? Et nullam aliam ſufficere probationem, videtur dicendum, cum huiuſmodi commiſſio in actis per Notarium ſcribi debeat *Angel. & Ant. de Butr.* poſt *gl.in* verb. *nuntius in cap. cum parati extra de appellat.* ergo videntur excludere omne aliud genus probationis, hac ratione *Scacc.de iudic.d.cap.32.nu.7.* dicit, commiſſionem debere apparere in actis, alias proceſſum annullari, & facit etiam, quod ceſſat omnis præſumptio ſollemnitatis adhibitæ, quando in actis non reperitur ſollemnitas enunciata,
134 vt diximus. Sed quod poſſit probari per alias probationes, verior eſt ſententia, nam ſententia poteſt probari per teſtes, licet taliter probata non habeat fauorem ſolitum *Vant.in rubr.de nullit.ex defect.proceſſ. num.79.* & *Nos* dicemus, ergo multò magis poteſt probari commiſſio citationis. Et id quod dicitur quod quando in actis non reperitur ſollemnitas enunciata ceſſat omnis præſumptio ſollemnitatis adhibitæ, procedit ſi tantum præſumptiuè tale mandatum probare velimus, ſecus ſi per veram probationem *Baron.de citat.qu.30.nu.52:*

135 Difficultas alia eſt, an in cōmiſſione (data pro vera opinione, quod requiratur commiſſio) requiratur quod ſit expreſſa perſona nuncij? Et requiri, dicunt *Aretin.in §.quadrupli nu.25.Inſtit. de action.& in §.omnium nu.5.de pœn. temer.litig. Dec.in rubr.de iudic.nu.62.Abb. Dec.Rip.& cæteri in cap.1.de Iudic.Maranta in ſpec.p.6.de citat.nu.64. Calnol. in praxi §. citatio concluſ.3. num.9. Tepat. de in ius voc. verſ. citatio iuſſu Iudicis Tuſcus lit. C. concluſ.230. num.19. Carpan. ad ſtatut. Mediolanen. cap.38.num.19. tom.1.Rebuff. ſuper conſtit.Gall.tom.3.tit.de citat.art.2.gl.4.nu.6.7.*dicens quod non valet citatio, ſi non exprimatur perſona, per quam vult fieri citationem, etiā data commiſſione *Scacc.d.c.32.nu.7. Peregr.deciſ.122.nu.1.Aym.Publ.ſuper conſuet.Aluern. tit.1.art.1.num.8.Gaill.obſ.54.lib.1. Marſil.ſing.259.* Et ſi
136 commiſſio eſt nulla, etiam erit inualida ipſius executio *Maſuer.ad Pract. Papienſ. in forma reſp. rei conuent.verſ.valebit il* 2.Quod non eſt de pra-
137 xi noſtrorum Tribunalium, nam citatio committitur generaliter *Porterijs v. g. Sacri Conſilij*, vel *ſeruientibus quarumcumque Curiarum*, & tunc quilibet ex Porterijs S. C. & quilibet ſeruiens poteſt citare.

138 Videbimus hic, an decretum Citationis fiat in ſcriptis, vel ſine ſcriptis, & an, & quando expiret? Citatio decerni debet in ſcriptis, ità vt ex actis de decreto conſtet, aliàs citatio eſſet nulla *Abb.Butr.& Imol.in cap. quoniam contra de probat.* & ibi *Dec.nu.22.Socein.de citat.art.11. nu.3. Rolan.conſ.32.nu.20. lib.1.* Ideo ſi citatio, vel domi
139 fieret tanquam contrà latitantem, vel per edictum, ſeu contradictas, tanquam contra abſentem & contumacem, vel per edictum ob non tutum acceſſum, citatio non valeret, niſi in actis conſtaret de decreto Iudicis, pro vt etiam non valeret in Curia Romana citatio per diligentias, niſi cōſtaret in actis eas fuiſſe commiſſas, de quibus plenè diximus. Idem dicimus de alijs citationibus requirentibus cauſæ cognitionem, & motum Iudicis, quorum exempla poſuimus *ſup.hic.*

140 Et quamuis *Soccin.de citat.art.20.qu.14.in ſi fin.nu.24 & Rebuff.de citat.in præfat.num.63.* dicant, quod citatio ad ſui eſſentiam non requirat regulariter ſcripturam, niſi quando citantur perſonæ illuſtres. Tamen id non intelligitur de citatione, pro vt eſt actus Iudicis, ſed de citatione, pro vt eſt actus Nuncij. Imò nuncius non poteſt citare ad domum, niſi in ſcriptis, & cum affixione, ſeu dimiſſione ſcripturę citationis *Tiraq.* poſt alios *de retract.conſanguin.§.9.gl.2. nu.8.* & diximus latè *ſup.*

141 Verum ſatis eſt, quod literę citationis ſint ſigillatę Iudicis ſigillo, vt dicit *Innoc.in c.quoniam contra*, & ibi *Io:Andr.n.15.de probat.gl. in c.ſignificauit* in verb.*ad citationem de appell. Marſil.in l.pœnalem §. qui in rationibus ff.qui in rationibus ff.ad l.Cornel.de Sicar.*

142 Decretum citationis expirat per mortem eius, contrà quem eſt decreta citatio, antequam ſit executa *Rot.in antiq.dec.9.de dolo, & contum.*

143 Nec poteſt exequi contrà hæredem abſque nouo decreto, nam licet inſtantia tranſeat in hæredem, tamen id procedit quando eſt executa citatio in perſonam hæredis. *Innoc. in c.quia v.de Iudic. Henric.Boich.in c.quoniam Abbas n.6.de offic.deleg.*

144 Expirat etiam decretum citationis primi Iudicis per præuentionem ſecundi, vt *in d.dec.9.in antiq.de dolo, & contumac.n.13.*

145 Item expirat per mortem delegantis, *l.more maiorum cum l.ſeq.ff.de Iuriſd.omnium iudic.* quādo ſcil.decreta fuiſſet citatio per delegatum poſt mortem delegantis, per quam re integra expirat iuriſdictio, ſed ſi fuiſſet decreta in vita delegantis, tunc non expiraret etiam mortuo delegante *Rot.in antiq.dec.9. de dolo, & contumac. Ripgn. dec.1.de offic.deleg.Caputaq.deciſ.115.p.1.*

146 Expirat pariter decretum citationis per mortem delegati, quandò ſcil.delegatus decreuit citationem, & ante illius executionem moritur, quia per mortem delegati expirat eius decretum, & iuriſdictio, quando eſt delegatus nomine proprio, ſecus quando nomine officij, ſeu dignitatis, quia tunc tranſit ad ſucceſſorem *c.quoniam Abbas de offic.& poteſt.Iud.deleg.* & ibi *gl.&*
147 *Henric.Boich.nu.5.* Sic etiam in extraiudicialibus per mortem eius, qui mandauit conuocari Capitulum ad electionem faciendam, decretum huiuſmodi citationis, & conuocationis expirat per mortem, vt dicit *Anchar.conſ.406.per totum.* Quando expiret circunductione, diximus *ſup.*

S V M M A R I V M.

1 *Præfixio termini an habeat vim citationis? & n.2.3*
4 *Concluſio in cauſa an habeat talem vim? & num.5.6.7.8.9.10.11.*
12 *Auocatio cauſæ an habeat vim citationis? & n.13.14.15.16.*
17 *An requiſitio? & à nu.18.ad nu.21.*
22 *An denunciatio? & à nu.23.ad nu.27.*
28 *An interpellatio? & à nu.29.ad nu.34.*
35 *An intimatio? & à nu.36.ad nu.69.*

70 *An*

Digitized by Google

71 *An proteſtatio? & num.71.*
72 *An appellatio,monitorium,& inhibitio? & nu.73.*
74.75.76.

Præfixio termini, Concluſio in Cauſa, Auocatio,Requiſitio,Interpellatio, Denunciatio, Intimatio, Proteſtatio,Appellatio,Monitorium,& Inhibitio, An, & quando habeant vim Citationis?

QVÆSTIO XXXX.

1 PRæfixio termini pendet ab ordinaria
Iudicis facultate *l.1.C.de dilation. Mādoſ. commiſſ.21. in princ.* Et quando fit
2 per Iudicem partibus præſentibus ha-
bet vim monitionis, & citationis *Ma-*
ranta in ſpec.p.6.membr.1.nu.48. nam dum præfi-
git parti terminum ad probandum, vel ad aliud
agendum,cenſetur partem monere,vt probet, vel
3 agat. Hinc ſi ſit præfixus terminus parti ad dan-
dum interrogatoria, ſi poſt eundem terminū fue-
runt examinati teſtes,cenſentur validè examina-
ti,quia illa præfixio termini habet vim citationis
Rota coram Coccino dec.141.nu.4.
4 Concluſio in cauſa eſt renunciatio omnibus
probationibus, & defenſionibus producendis *gl.*
in cap.cum dilectus, in verb. *concluſum de fide in-*
ſtrum. Maranta in ſpec.p.6. rubr.ſit etiam concluſio
5 *nu.1.* & operatur vt negotium finitum eſſe cen-
ſeatur, & perinde ac ſi lata eſſet ſententia *Bar.in*
l.ſi mater §. *eandem in fine ff. de except. rei iudic.*
Dec.in l.edita nu.33.C.de edend.Caſal.conſ.51.nu.
6 *19.lib.1.* & nos dicemus latius *in rubr.ſeq.* Con-
cluſio in cauſa de iure non habet vim citationis
ad ſententiam, quia ſunt duo actus ſeparati,con-
cludere in cauſa,& ſententiam ferre, & in quoli-
bet actu de iure citatio requiritur *cit. l.de vno*
quoq. ff.de re iudic. Sed de ſtylo poteſt induci, vt
7 concluſio deſeruiat pro citatione ad ſententiam,
qui ſtylus eſſet fundatus in magna æquitate, du-
plici ratione, vna quia citatio ad ſententiam nō
fit ad alium finem, & effectum,niſi vt pars ſciat,
ſe non eſſe amplius citandam, & in actis nihil
aliud eſſe deducendum,qui effectus cum habeatur
per concluſionem,poteſt de ſtylo introduci,vt il-
la ſufficiat pro citatione ad ſententiam *Rot. in*
recent.p.1.dec.412.nu.3.& p.2.dec.129.num.1.&
dec.627.nu.4.Addit.ad Ludouiſ.dec.140.num.11.
8 Sic ex ſtylo hiſpaniarum, ſtante concluſione in
cauſa abſque alia citatione ferri poteſt ſententia
Gonzal.reg.8 gl.9.in annot. nu.154. diximus *ſup.*
9 Stylus huiuſmodi non procedit,quando à Iudi-
ce fuiſſet data alia forma,quia ea eſt obſeruanda
Rot. in recent. dec.451.num.9. p.2. Et procedit
10 quando concluſio eſſet vniuerſalis ad totum
proceſſum,ſecus quando eſt particularis *Mantica*
11 *dec.301.num.4.* Verum,vt concluſio ſufficiat pro
citatione ad ſententiam,eſt neceſſe, quod ſenten-
tia non fuerit lata longè poſt concluſionem, in
cauſa *Rota in Aſtoricen. diſmembration.29. Mar-*
tij 1593.coram Penga,Treueren.decimar.26.Mar-
tij 1614. coram Dunozetto,Toletana decimarum 1.
Iunij 1616.coram Vbaldo,Add. ad Ludouiſ. deciſ.
140.nu.14. qui *nu.15.* notat, quod quamuis poſt
concluſionem in cauſa fuerit facta citatio ad ſē-
tentiam,ſed nulliter,nihilominus vigore conclu-
ſionis in cauſa, ſubſtinetur ſententia, quatenus
ſcil.de ſtylo, concluſio habeat vim citationis, &
nos diximus *ſup.*
12 Auocatio cauſæ an habeat vim citationis? eſt
ſciendum quod auocare eſt idem, ac vocare, &
euocare aliquem ad Iudicem eſt idem quod cita-
re *l.2.§.legatis ff.de iudic.l.contumacia ff.de re iu-*
13 *dic.* Auocare cauſam, eſt litem coram alio in-
choatam ad ſe transferre,& illi prohibere nè de
ea cognoſcat *l.iudicium ſoluitur ff.de iudic. cap. vt*
14 *noſtram de appell.* Poteſt etiam dici Aduocatio
l.2.C.vbi cauſ.fiſcal. Poteſt etiam dici Reuocatio
15 *cap.vt noſtrum de appell.*
16 In hac materia, An auocatio cauſæ fieri poſſit
ſine partis citatione, diſputat *Vbert.de citat.tom.*
5.cap.6. An afficiat antè intimationem, & inhi-
bitionem, An debeat eſſe expreſſa, vel ſufficiat
tacita,& alia diximus *in rubr. de nullit.ex defectu*
iuriſd. & dicit *Vbert.d.c.6.*
17 Requirere eſt propriè incitare aliquem extra-
iudicialiter, vt aliquid faciat, pro vt quando lo-
cator extràiudicialiter requirit conductorem, vt
recedat, vel ſi ſit finitum tempus locationis,iuxta
tex.in l.1.ff. de migr. Vel ſi defecerit in ſolutione
penſionis, vel male verſatus ſit in re conducta,
vel eam velit pro vſu proprio iuxtà *tex. in l.æde*
C.de loc.& conduc. Pro vt etiam quando quis mo-
net ſocium,nè in pariete communi,rem illicitam
18 faciat iuxtà *tex. in l.quidam Hiberus ff. de ſeruit.*
vrban.prædior. Hinc in libellis ſolent apponi hęc
verba: *& licet fuerit amicabiliter requiſitus,* vndè
19 apparet,requiſitionem eſſe actum amicabilem,
qui antè quam ad iudicium deueniatur, ſolet ex
20 vrbanitate,præmitti. Hæc requiſitio vim cita-
tionis non habet,cum ſit actus extraiudicialis, &
fiat inter pares,non autem per Superiorem infe-
riori,pro vt citatio, quæ non fit niſi de mandato
Iudicis,ſiuè generali,ſiue ſpeciali. Hinc quando
Iudex indiget auxilio Iudicis alterius territorij
pro citanda parte, dicitur illum requirere per
ſuas literas, quas requiſitorias vocant, vt dixi-
mus *rubr.3.q.20.*
21 At ſi Superior requirat inferiorem,non dicitur
propriè requiſitio, ſed præceptum, nam quod à
Superiore requiritur, neceſſe eſt, vt fiat, & reus
eſt qui Superiori non obtemperat *cap.ſin.14.q.1.*
niſi aliter ſuadeat cauſa rationabilis *cap.ſi quan-*
do de reſcript.
22 Denunciare eſt verbum generale, & ſignificat
ad alterius notitiam id, quod factum eſt, dedu-
cere, & propterea denunciatio in hac generali
ſignificatione, non habet vim citationis, quate-
nus aliquid extraiudicialiter factum extraiudi-
cialiter etiam denuncietur,ſic fiunt denunciatio-
nes per Parochum de Matrimonio contracto, vt
poſſit celebrari per *Conſil.Trid.de reform.ſeſſ.24.*
23 *cap.1.* Sic etiam denunciatur alicui,nè à poſſeſ-
ſore emat rem, quia non eſt illius *l.ſi fundum*
24 *C.de reuendic.* Sic etiam denunciatur, rem ali-
quam non eſſe hæreditariam,& ideò ne quis eam
optet *l.his conſequenter in princ.ff.famil.herciſc.* At

25 ſi

25 ſi Nuncius denunciaret alicui, vt in ius eat, diceretur eum citare, & in ius vocare ſic *in l.4.§. prætor ff. de damno infect.* Quod ſi alius denuncia-
26 ret, etiam de mandato Iudicis, non tamen diceretur citare, exemplum eſt *in l.1. in princ. ff. de liber. agnoſc.*

27 Sic ſi emptor notificaret venditori litem fuiſſe ſibi motam, diceretur facta denunciatio, ſed non ſufficeret, niſi vlterius eum requireret, vt liti aſſiſteret *Bart. in l. emptor fundi C. de euiction. cap. fin. de empt. & vendit. Mangil. de euict. q.3. nu.1. Guſman. de euict. q.4. Couar. var. lib.3. cap.17. n.3. verſ. ſecundo Barboſ. in elem. cauſam num.12. de election.*

28 Interpellare ſignificat aliquem loquentem, vel agentem interrumpere, & quando creditor commonet ſuum debitorem, vt ſoluat, cum dicitur interpellare, propter quam interpellationem ipſe interrumpitur quodammodo, & conſtituitur in mora *l. qui Romæ §. cohæredes ff. de verb. obligat.*
29 *l. mora ff. de vſuris* non tamen ſtatim, ſed cum aliquo temporis interuallo *l. qua enim §. Iulianus*
30 *ait ff. rem ratam hab.* Nam interpellatio ipſa non eſt mora, ſed initium moræ *d. l. mora ff. de vſuris Rot. in recentiſſ. p.2. dec.640. num.2.*

31 Hæc interpellatio videtur habere quandam ſimilitudinem, & vim citationis, quia interpellatus non implens, efficitur moroſus, ſicut, & citatus non comparens efficitur contumax. Et ſicu-
32 ti quis poteſt renunciare citationi, & habere ſe pro citato *Gabriel de citation. concluſ.1. n.371.*
33 *Ludouiſ. dec.137. num.4.* ità quis poteſt renunciare interpellationi, & habere ſe pro interpellato. *Rota in recentiſſ. p.1. dec.106. n.4.*

34 Et quemadmodum citatio debet continere plenam inſtructionem, ità etiam interpellatio, ideo ſi quis pro alio ſe obligauit ſoluere, quatenus ipſe non ſolueret, non ſufficit eum interpellare, vt ſoluat, niſi eidem notificetur, quod is nõ ſoluit. *Ruin. conſ.136. num.7. & 8. lib.5. Pauer. in tract. de mora num.25. de Graſſ. dec.1. de fideiuſſore num.6.* qui *num.7.* dicit quod quis debet certiorari de euentu facti, & conditionis, quando tenetur de euentu, & conditione.

35 Intimare idem eſt, quod edere, ſeu ad notitiam deducere, & demonſtrare, quod actum eſt. *l.1. §. edere, & §. editiones ff. de edendo Bellam. dec. 58. num.2. & dec.59. num.3.* differt à citatione, quia notificatio poteſt fieri, vel ad ſimplicem notitiam, vt plorimum fit *Dyn. in regula eum, qui de reg. iuris in 6. Bar. in l.1. §. fin. ff. de action. empti,* vel etiam ad aliquid aliud, ſcil. alicuius rei indocendæ, vel prohibendæ *Baron. de citat. q.3. n.4.*

36 Et quamuis videatur ſignificare idem, quod denunciare, hęc tamen differentia ſubtiliter poteſt conſiderari, quia denunciatur ſimpliciter actus extraiudicialiter geſtus, ſine aliqua requiſitione, ſed intimatur actus iudicialiter geſtus cum requiſitione, vt compareat, & contradicat. Qua ratione intimatio dicitur reſpicere defenſionem *Tiraq. de retract. lignagier. §.2. num.28. cum ſeqq. Achill. dec.17. num.6. de appell.* Et habere vim cita-
37 tionis. *Seraphin. dec.583. in fin. & dec.1057. nu.4. Rot. in recent. p.1. dec.227. num.3. Mantica dec. 84. num.5.* Niſi vbi citatio requiritur, non ad ſimplicem notitiam, ſed vt citatus aliquid faciat, vel adimpleat *Franch. dec.514. nu.7. Baron. d. q.3. num.*
38 *13.* Ideò vt de intimatione conſtare poſſit, ea debet fieri per aliquem ex Nuncijs publicis, & iuratis, & ad ſimilia facienda deputatis, quorum relationi ſit ſtandum *gl. in cap. cum parati in verb. ſuus Nuncius,* & ibi *DD. de appellat. Tiraquell. de retract. lignag. §.8. gl.9. num.11. Rot. in recentiſſ. p.2. dec.169. n.1. Baron. de citat. q.4.*

39 Et quando ſit de mandato Iudicis, debet conſtare, quod ea facta ſit, & reproduci antè executionem actus, & Iudex de illa ſit certus. *Bar. & Bal. in l. multum intereſt in fin. ff. de condit. & demonſtrat. Vant. hic nu.146. Rot. in recent. dec.725.*
40 *num.8. p.2.* Et ſicut defectus citationis eſt inſanabilis, ità & defectus intimationis, etiam ſtante clauſula: *arbitrio Rotæ,* quod regulari debet à iure. *Bar. in extrauag. ad reprimendum in verb. videbitur.* Et geſta ante intimationem ſunt nulla *Put. dec.174. lib.1. Cual. dec.486. nu.1.* Beneuetum notificatus non præiudicatur per notificationem, vt præiudicatur, ſi eſſet citatus, nam per notificationem non adimpletur neceſſitas citationis. *Ripol. var. cap.3. num.14.15.*

41 Ea quæ intimari dicuntur, regualiter ſunt: Decreta, Sententiæ, Mandata executiua, executoriales Rotæ, literæ Apoſtolicæ, Monitoria, Appellationes, & moleſtiæ illatæ, & lites motæ, de quibus non nulla dicemus. Decreta ſunt ſen-
42 tentię interloquutoriæ, quæ poſſunt regulariter fieri ſine partis citatione *Bar. in l.1. §. vbi decretum ff. de offic. proconſul. & leg. num.1.* Sed debent
43 intimari, vt ad partis notitiam deueniant, quæ intimatio in interloquutorijs ſupplet defectum citationis. *Surd. conſ.86. nu.31. in fin. Rota impreſſa* apud *Marcheſ. de commiſſ. lib.1. fol.631. Ludouiſ. dec.457. n.8.* & ibi *add. n.10.*

44 Quando autem decretum, ſeu interloquutoria eſt grauis præiudicij, tunc omninò requiritur citatio, ante quam fiat, & non ſufficit intimatio decreti iam facti. *Alex. in l. ſi opus num.3. ff. de oper. nou. nunciat. Ruin. conſ.69. num.6. lib.5. Seraphin. dec.565. num.10. & 11. Rot. in recent. dec.274. nu.3. p.1. Baron. de citat. q.3. num.13.* Et quando præ-
45 ceſſit citatio, non eſt neceſſaria intimatio. *Rot. in recent. dec.445. num.2. p.2.* quę loquitur de mandato de immittendo, quod quidem eſt grauis præiudicij, cum per illud amoueatur poſſeſſor, & ſic interponitur parte citata, at poteſt illud Iudex decernere, & relaxare ſine intimatione, quando citata parte Iudex articulum bene diſcuſſit, ſed quando eſt expeditum, tunc executor illud intimat parti pro notitia, vt parere poſſit, & hoc ſignificant verba illa, quę apponuntur in huiuſmodi mandatis: *intimatis,* & ſic aliud eſt intimatio decreti, & aliud intimatio mandati.

46 Decretum igitur eſt intimandum, quando ſit ſine citatione partis, at ſi ſit parte citata, ſi Iudex benè ſit ſatisfactus poteſt decernere ſine intimatione, at ſi putat partem poſſe ſe defendere, debet decernere cum intimatione, vt in eius termino pars poſſit comparere, & contradicere, & ipſe Iudex, ſi quid releuans fuerit deductum, poſſit partem reponere, vel ſuperſederi mandare. *Rot. in recent. dec.725. n.9. p.2.*

47 Defectus intimationis non annullaret decre-
tum, quando conſtaret partem habuiſſe notitiam
illius. Seraphin.dec.1010. num.7. Vt putà ſi fa-
ctum fuit parte præſente, quæ præſentia ſicut
ſupplet defectum citationis,ità etiam ſupplet de-
fectum intimationis Coccin.dec.373.num.3. Prout
48 etiam quando appellauit. Thor.in compen.dec.p.
7.verb.citatio, & verb.nullitas Reg.Marcian. di-
ſput.18.nu.45.Caual.dec.486.n.2.

49 Sed quando Iudex etiam parte præſente fecit
decretũ,vt putà:niſi infrà tres,dies cũ intimatione,
tunc defectus intimationis non ſuppleretur per
ſolam ſcientiam partis, quia Iudex dedit dila-
tionem, quæ non potuit incipere, niſi poſt fa-
ctam intimationem, & ſi actus fieret non conſti-
to de intimatione,eſſet nullus, vti factus dilatio-
ne pendente l.ſiue pars C.de dilation.Put.dec.374.
lib.1.Ludouiſ.dec.31.n.8.

50 Sententia diffinitiua ferri non poteſt ſine ci-
tatione perſonali, ſed vbi ferri poteſt cum ſola
citatione domi facta,tunc debet intimari perſona-
liter, & talis intimatio ſupplet defectum citatio-
nis Rot.in recentiſſ.dec.460.num.3.p.2.

51 Intimantur mandata, & executoriales Rotæ
diuerſo tamen modo, quia mandata continent
præciſà comminationem, videlicet: immittatis,ex-
52 pellatis, cogatis, & ſimilia. Executoriales conti-
nent ſolam monitionem, videlicet: moneatis,inti-
metis Mandoſ.de commiſſ.commiſſ.24. in verb. loco
literarum. verſ.Item executoriales Veſtr.in praxi
53 lib.8.c.vl.num.16.Ideò mandata debent omninò
executioni demandari, eius autem intimatio, ſeu
oſtenſio fit ſolum,vt pars parere poſſit, quam ni-
hilominus executor etiam inuitam compellit,
iuxtà formam mandati.

54 Sed executoriales intimantur parti, vt pareat,
quam tamen inuitam executor non compellit,
ſed fides intimationis factæ traſmittitur ad Ro-
tam, quæ poſtea ſeruatis ſeruandis, & conſtito,
quod ſit locus declaratoriæ,illam profert,ob non
paritionem, præuia tamen intimatione executo-
rialium,de qua conſtare debet Veſtr.vbi ſup.num.
55 16.in fin.Et ſufficit ſi de intimatione conſtet ſo-
lum per copiam in actis repertam,ſtante amiſſio-
ne regeſti, de qua atteſtabatur notarius, in quo
aderat originale, vt poſſit ferri declaratoria Mo-
bed.deciſ.1.de fide inſtrum. Dicta intimatio debet
56 fieri Principali,quia agitur de incurſo pœnarum
& cenſurarum, & ſic non ſufficit fieri procurato-
ri.Innoc.in cap.ſi aduerſarius de eo qui mitt.in poſ-
ſeſſ.cauſ.rei ſeru.Rot.in antiq.dec.20.de dolo,& con-
tum.Put.dec.332.num.2. lib.1. Mobed.deciſ.7. vt
lite pend.

57 Intimatio debet fieri ſecundum formam iuris,
perſonaliter, deindè domi ſi non reperiatur, &
quatenus non poſſit fieri etiam domi, tunc conſti-
to de non tuto acceſſu, debet fieri per edictum,
prout diximus de citatione. Nec ſufficit præſum-
58 pta ſcientia decreti executorialium, vt procedi
poſſit ad declaratoriam Caput.dec.334.p.1.

59 Neque ſufficit domi, niſi conſtaret de impedi-
mento per partem illato, nè ſibi perſonaliter in-
timarentur executoriales. Rot.in nouiſſ.dec.11. de
60 dolo, & contumac.Et conſtaret de ſcientia, ſi pars
dediſſet mandatum poſt notificationem factam,
domi, & ex comparitionibus, & alijs actibus
ſubſequentibus d.dec.11. in nouiſ. & Rot.diuerſ.
dec.104.n.2.p.1.

61 Quando intimatio executorialium ſufficeret
facta per edictum, deberet fieri coram multitu-
dine, & deberet affigi originale, deinde copia,
non verò ſufficeret affixio copię Caſſad.dec.1. nu.
1.de appell.Rot.diuerſ.dec.165.p.3. lib.2. Quando
62 intimantur executoriales non eſt neceſſe, quod
detur copia,nam cum intimantur eſt certus Reus
de actu, ſuper qua eſt lis, ſecus eſt in prima cita-
63 tione Caput.dec.332.p.1. Debent legi executo-
riales originales pro validitate intimationis Ca-
64 put.dec.333.p.1. Sufficit ſemel facta intimatio,
adeo vt ſi mortuus ſit ille, qui fuerit intimatus,
& alius fuerit ſubrogatus non ſit neceſſaria alia
intimatio Put.dec.332.num.3.lib.1.

65 Intimantur literæ Apoſtolicæ, & priuilegia
apoſtolica illis,qui parere debent, & de quorum
præiudicio agitur, vt ad eorum notitiam perue-
niant, qua notitia probata non noceret defectus
intimationis, quæ neceſſario fieri non deberet
ſcienti, quando ſcil.non requiritur, niſi ad ſolum
finem notificandi, ſecus quando ad alium etiam
finem Alex.conſ.24.num.4.lib.4.& conſ.138.num.
1.lib.7.Socc.iun.conſ.120.num.16.vol.3.Tiraq.de
retract.conſanguin.§.36.gl.1. num.30. & ſufficeret
66 ſi notitia probaretur per teſtes Mobed.dec.1.nu.
2.de teſtibus.

67 Non ſufficeret ſola ſcientia abſque notifica-
tione, quando literæ, & priuilegia continerent,
vt aliquid fieret ſub pœna priuationis. Bar.in
l.denunciaſſe §. quid ergo num.2. ff. ad l.Iul. de
adulter. Rot.in antiquiſ.dec.21.de dolo, & contum.
68 Vel vbi priuaretur iure ſuo, ſecus ſi ageretur
de amiſſione gratię, vt notat in cap.vnic. de con-
ceſſ.præb. & ibi Card.in 3 q.Mohedan.dec.3.nu.10.
& ſeqq.de ſentent.excommun.

69 Intimantur Monitoria, & appellationes extra-
iudiciales, ſcil.quæ interponuntur in cauſis ele-
ctionis, poſtulationis, ſeu prouiſionis, & in qui-
bus proceditur extraiudicialiter ad effectum, vt
cauſam deuoluant ad Sedem Apoſtolicam iuxta
tex.in clem.cauſam de elect. intimantur Moleſtia il-
lata, & lites motæ, vt late declarat Vbert.de citat.
q.6.n.97.& ſeqq.

70 Proteſtatio eſt animi declaratio, vel iuris ac-
quirendi, vel conſeruandi, vel damni depellendi
cauſa facta, & ſic eſt declaratio animi ſui. Alciat.
in l.deteſtatio num.6. de verb.ſignific. Crauett.conſ.
120.in fine Seraphin.dec.1168.n.9. Rot.in recent.
p.1.dec.567.num.7.Pegas qq.iur.q.14.Proteſtatio
71 regulariter non habet vim citationis, niſi fiat
parte citata Rip.in cap.cum M.num.107. de con-
ſtit.Pariſ.conſ.10, num.43. & 45.lib.1. Iaſ.conſ.9.
num.15. lib.1. Caſ.de graſſ.dec.3. num.6. de reſtit.
ſpoliat. Mantica dec.270.n.18.Pegas d.q.14.

72 Appellare idem eſt, quod vocare, ſicut etiam
citare,ideſt eſt, quod vocare, ſed citare proprie
eſt in ius vocare, & appellare proprie eſt poſt
ſententiam ad Superiorem prouocare, hoc eſt
ſuperioris opem implorare aduerſus inferiorem.
Scacc.de appellat.q.1.num.3.

73 Appellatio, & citatio conueniunt, nam ſicut
citatio eſt ſpecies defenſionis, vt qui in ius vo-
ca-

Digitized by Google

catur poſſit excipere, & ſe defendere, ſic etiam appellatio eſt ſpecies defenſionis, nè dum reſpectu appellantis, vt grauatus ab inferiore, poſſit per Superiorem releuari, ſed etiam reſpectu appellati, vt poſſit ſe defendere, & iuſtitiam ſuę ſententiæ comprobare, vt latè comprobat *Vbert. d.c.6.n.254. & ſeqq. Scacc. de appell. q.16. num.3. & ſeqq.*

74 Monitorium differt à citatione, nam per citationem quis vocatur ad iudicium, vt ſe defendat, per monitorium iudex notificat parti, vt aliquid det, vel faciat. *Vbert. de citat. cap.2.n.1.* Et quando fiunt monitoria ſolent fieri cum clauſula iuſtificatiua: *Si quis ſenſerit ſe grauatum compareat recepturus complementum iuſtitiæ. Vbert. ibid. num.6.* Et tunc habet vim citationis, & eſt idem, ac citatio *Mandoſ. regul.31. q.4. num.12. & in tract. de monit. q.17. nu.4. Rot. in recent. dec.685. nu.3. p.2.* ea ratione quia continet explicitam vocationem partis in ius iuris experiundi cauſa, per illud cum dicta clauſula inducitur litis pendentia *Vbert. d.c.2. nu.91. & ſeqq.* Verum ſine tali clauſula non habet vim citationis *Vbert. d.c.2. n.100.* Alia ad materiam ponit *Vbert. ibi per tot.*

75 Inhibitio tunc habet vim citationis quando à principio fieri non poteſt, niſi cum clauſula iuſtificatiua, vt dictum eſt de monitorio, & vigore talis clauſulæ inhibitio reſoluitur in vim ſimplicis citationis *Alex. conſ.143. nu.9. lib.7. Rot. in recent. dec.522. num.10. p.2.* Et per ſolam citatio-
76 nem ad videndum ſibi inhiberi, inducitur lis *clem. 2. vt lite pend. Caualer. dec.48. nu.4. dec.52. num.2. Vbert. de citat. cap.3. n.1. & ſeqq.* vbi late de materia inhibitionis *Ripol. var. c.3.*

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit contumacia, & quomodo incurratur? & incuſentur? & à n.2. ad n.25.*

De contumacia citati.

QVÆSTIO XXXXI. & vl.

1 Poſt factam relationem Nuncij, notificationis citationis factæ reo, ſi reus ille habitet extrà ciuitatem, ex quo in citatione dicitur, vt compareat infra tot dies ſecundum diſtantiam loci *l. nonnunquam ff. de iudic. Maranta in ſpec. p.6. membr.1. nu.67. & per conſtitut. noſtram incip. edictorum.* Prima contuma-
2 cia incuſatur in vltima die dicti temporis *Foller. in pract. in rubr. accuſentur contumacia nu.3.* & eſt noſter rit.223. vbi *Carau. D. Mutill. in praxi fol. 17. num.25.* quamuis die ſequenti, & melius dicant. *D. Petra in rit.97. & 223. num.38. Reg. Lott. dec.69. num.11. Nouar. in rubr. prag. de citat. nu.*
3 14. & 15. Sed ſi vltima illa dies ſit feriata accuſatur contumacia die ſequenti iuridica facta mentione, quod prima non fuit incuſata die præcedenti ob talem feſtum. *Carrer. in pract. crim. tit. de appellat. verſ. ſeptimus caſus eſt num.41. Maranta vbi ſup. nu.68.* & de iure noſtro ſunt ritus 80. 224. 226. *Nouar. & Petra ſup. D. Mutill. ſup.* Verum ſi
4 non fiat mentio talis feſti, ſi foriudicatio ſequatur non proinde foriudicatio eſt nulla *Franch. dec. 639. num.4. & ſeqq. Galeer. in praxi liquid. inſtr. p.3. rubr. perſonaliter nu.5. Muſ. atell. in praxi lib.1. p.1. gl. intimato num.23. D. Petra in rit. 80. n.2.*
5 Si citatus habitet in ciuitate vbi Iudex degit, tunc ipſe citatur ad primam iuris, & prima contumacia incuſatur die ſequenti poſt citationem notificatam *Foller. d. rubr. accuſentur contumaciæ. n.1.* nam dies citationis non computatur in termino, vt rit.119. 223. *Foller. ibid. nu.5. Carrer. vbi ſup. num.39.* Et *Galeer. ſup. nu.5.* dicit etiam quod ſi die ſtatuta non fuit accuſata contumacia abſque legitimo impedimento, licet ſit accuſata de ſequenti, nulliter accuſatur. Et quando quis
6 citatur, vt compareat infrà certum tempus, ſi dies termini cadat in diem feriatam, citatus tenetur comparere die ſequenti iuridica, vt in *noſtris rit. 17. & 157.* & docet *Maranta ſup. nu.120. & 123.*
7 Prima contumacia deſcribitur in actis hoc modo, videlicet. *Die &c. menſis &c. Anno &c. in tali Terra incuſata fuit prima contumacia, inſtante fiſco contrà T. de T. citatum, relatum, & non comparentem.* Talis contumacia poteſt incuſari coram
8 Actuario tantum, abſente iudice, & non Curia ſedente, vt in *noſtris rit.225. 227. Carrer. ſup. num. 40.* dummodo non ſit dies feſta, vt *in rit.82. 95. 225. & 227.* vt *ſup.* diximus.
9 Accuſata prima contumacia expectantur alios tres dies, & die ſequenti incuſatur vltima contumacia, vt in *noſtris rit.223. & 224.* & eſt etiam *prag. 3. de ordine iudic. D. Mutill. ſup. Dom. Rota in fortileg. concluſ.9. num.15.* aliàs non poteſt accuſari, niſi reo iterum citato, vt dicitur *in rit.223. Add. ad R. Sanfel. dec.243. Dom. Petr. & Carau. in rit.223. num.38. Baron. de citat. tom.2. & 3. q.47. Dom. Maſtrillo in ſuo praxi fol.27.* vbi reſpondet contrarijs.
10 Dicta vltima contumacia deſcribitur in actis hoc modo, vid. *Die &c. menſis &c. anni &c. in tali Terra Curia pro Tribunali ſedente, incuſata fuit vltima contumacia contra Talem de Tale citatum, relatum, & non comparentem, inſtante fiſco &c.* & ſic
11 talis contumacia debet incuſari Curia pro Tribunali ſedente. *Foller. d. rubr. accuſentur contumaciæ n.1. 2. 7.*
12 Citatio non tenet ſi non ſit accuſata prima, & vltima contumacia *Foller. in pract. in rubr. & ſi confitebuntur num.10. Franch. dec.204. nu.18.* licet contrà teneat *Menoch. conſ.100. num.169. &*
13 *ſeqq.* Contumaciæ debent incuſari expreſsè per noſtram *prag.3. de ord. iudic. De Nigris in cap. regni*
14 *ſiue quis num.19.* & non ſufficit, vt actor compareat, & inſtet procedi ad vlteriora *l. properandum §. & ſi quidem C. de iudic. Carauit. in rit.216. nu.5. Aff. in d. conſtit. edictorum.*
15 Sed debent incuſari per partem temporibus ſtatutis, & ſolitis, aliàs reus non dicitur contumax *Maranta ſup. num.1. Theſ. dec.19.* & adeſt *d. prag.3. de ord. iudic. Marſil. de bannitis verſ. contumacia num.11. Foller d. rub. & ſi confitebuntur n. 20.* licet *Caball. reſ. l. crim. caſ.110. num.13.* dicat ſufficere de conſuetudine, ſi appareat reum citatum, & non comparuiſſe, ſiuè procedatur per inquiſitionem, ſiue ad partis inſtantiam, nam prima

opi-

opinio eſt verior, *Oſaſcb. dec. 3. num. 2. dec. 71. nu.*
47. Gaill. obſ. 55. num. 7. lib. 1. Thoming. dec. 24. nu.
10. Borrell. in ſumma dec. tit. de citat. num. 509. tom.
1. D. Petra in rit. 93. nu. 2. Berlicb. lib. 1. concluſ. 17.
n. 73. idē Borrell. in ſumma dec. tit. 46. n. 170. nam
citatio circunducitur actore, & reo in termino
citationis non comparentibus *l. poſt edictum §. 1.*
ff. de iudic. Chartar. de execut. ſent. cap. fin. n. 167. &
ſeq. Et *num.* 170. id procedere ait quando per viā
accuſationis proceditur, ſecus per viam inquiſi-
tionis, quia tunc ſufficit, vt de contumacia con-
16 ſtet ex actis. Sed in noſtro Regno ſemper con-
tumacia incuſatur, ſiue ex officio procedatur, ſiue
ad quærelam partis *Caran. in rit. 123. nu. 5. Char-*
tar. d. n. 170. Et *num.* 171. dicit eſſe ſuper hoc ſer-
uandam formam cuiuslibet prouinciæ, & Ciui-
17 tatis. Per *pragm. 6. de citat.* fauore fiſci ſi citātio
ſit expedita per M.C.V. & ſit notificata in parti-
bus, & propter diſtantiam loci Nuncius non dum
aduerterit ad ipſam M.C.V. tempore, quo debebat
incuſare prima, & vltima contumacia, hoc caſu
intelliguntur accuſatæ tempore debito, dummo-
do poſtea dictæ contumaciæ deſcribantur in d.
citatione *Reg. Ronit. ibi num. 5. R. Latro dec. 69.*
18 Contumaciæ in criminalibus poſſunt accuſari
per partem, vel per fiſcum *Oſaſcb. dec. 71. num. 3.*
Theſ. dec. 19. Angelis ad Gizzarell. dec. 17. num. 6.
Clar. §. fin. q. 44. verſ. *dictum eſt*, dicens de Iure
ſeruari loci conſuetudinem.
19 Vt fiat quis contumax debet prius vocari per
ſeruientem Curiæ, vel alium eius loco, alta voce,
& Curia ſedente, vt in *noſtro rit. 209. Foller. d. rub.*
accuſentur contumaciæ num. 8. & eſt *prag. 26. §. 2.*
20 *de offic. Mag. Juſtit.* Iudex interloquendo debet
declarare citatum contumacem *Boer. dec. 63. Clar.*
q. 44. ver. ſed nunquid Chart. de execut. ſentent. c. fin.
nu. 174. Hipp. de Marſil. in pract. crim. §. poſtquam
21 *n. 42. & ſeqq.* Nec ſufficit ſi actuarius notet in
quinterno, talem eſſe contumacem, nam per ta-
lem deſcriptionem non probatur contumacia, ſed
debet apparere decretum iudicis, per quod decla-
retur quis contumax *Ricc. dec. 69. p. 3.* Ad hoc vt
22 valeat incuſatio contumaciæ debet conſtare de
relatione intimationis factæ per Nuncium, aliàs
ſi illa poſteà ſcriberetur non ſufficeret poſt *Bar. et*
Bald. D. Petra in rit. 123. n. 39.
23 Nec releuat parti citatæ in partibus, replica-
tio, quam fortè faciet in calce citationis, oppo-
nendo aliquas exceptiones, vel inſtando notifica-
ri aliquem procuratorem, nam hoc non obſtante
incuſantur contumaciæ nō intimato illo per *tex.*
in l. fin. vbi *gl. C. de proc. Muſcatell. in praxi p. 2. gl.*
veniēs n. 7. & 8. & per prag. 79. nūc. 81. §. 5. de offic.
S.R.C. diſponentem eſſe notificandum illum, ſi ſit
conſtitutus procurator in aliqua cauſa actitata
in eadem Banca, ſecus in diuerſa, cuius non
meminit *D. Mutill. in praxi fol. 17. n. 29.*
24 Et ſi citatus contumax compareat non pote-
rit opponere nullitatem citationis *Felin. in cap. ſi*
duobus vbi *Dec. num. 10. de appellat. Neuiz. conſ. 18.*
num. 13. Burſati conſ. 74. num. 37. Borrell. in ſum-
ma deciſ. tom. 1. tit. 46. n. 165. Cætera pertinentia
25 ad materiam citationis, & illius nullitatis Dom.
Lectores poſſunt videre apud *DD.* citatos, ſignā-
ter ex modernioribus *Gratioſum Vbertum de cita-*
tionibus, & modo citandi, Dom. Franciſc. Baronium
in eodem tract. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 1 tit. 44.
de citation. Ripoll. var. tit. de citation.

Viſo iam de Nullitate proueniente ex defectu
Iuriſdictionis, legitimationis perſonæ, & cita-
tionis, reſtabat videre de Nullitate ex Defectu
Proceſſus, merito ſubnectimus ſequentem *rubr.*
de Nullitate ex defectu Proceſſus ſollemnitatis,
ac formæ ipſius ſententiæ, & de illa, quæ poteſt
accidere in ſententiæ executione.

RVBRICA
DECIMA TERTIA.
De Nullitate ex Defectu Proceſſus,ſiue ordinis iudiciarij, ac ſolemnitatis, & formæ ipſius ſententiæ,ac ipſius executionis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia poteſt eſſe nulla ex defectu Proceſſus, & primo ex ordine peruerſo,& quomodo, & quando, & à nu.2.ad nu.45.*

46 *Quid ſit libellus,& quomodo ſit formandus, & in quibus cauſis requiratur, & quomodo ſit ineptus, & obſcurus,& quomodo debeat explicari, & an in regno noſtro requiratur libellus, vel ſufficiat talis qualis petitio? vbi tota eius materia,& à num. 47.ad num.209.*

210 *An libellus ſit de eſſentia iudicij? & à nu.211. ad num.220.*

221 *Libelli in pluribus cauſis remiſſiuè.*

De ordine in iudicijs ſeruando, & primò de libello,& eius requiſitis.

QVÆSTIO I.

1 Non ſolum ex cauſis ſupra allatis, ſcil.ex defectu iuriſdictionis citationis,mandati,ſeu inhabilitatis comparentium, ſententia nulla eſſe poteſt, ſed etiam ex defectu proceſſus, an ſollemnitatis, & formæ ipſius ſententiæ,poteſt eſſe nulla ſententia, ideo de hoc etiam dicemus. Cum ſatis non ſit ad validitatem ſententiæ, quod à iudice ſuo inter partes legitimè comparentes,ſeu citatas,lata fuerit, nam ſi ſolitus iudiciorum ordo neceſſarius omitteretur, vel etiam præpoſtere fieret, ex hoc ſententia redderetur nulla, iuxtà *tex.*& notata per *DD.in l.prolatam C.de ſentent.l.1.C.de execut. rei iudic.c. ad petitionem §.fin. de accuſat. c. veritatis de dolo, & contumac.Spec.de ſentent.§.nunc videndum in princ.Scacc.de appellat. qu.17. lim.6. membr.7.ſub nu.116.& de ſentent.& re iudic.gl.9. nu.22.& ſeqq.& gl.14. qu.14.qu.32. nu.44.Galgan.de condit.& demonſtrat.p.1.c.92.nu.29. Taſcl.lit.O.concluſ.197.num.19.& 28. Maſtrill.dec.99. num.3.&* 4.poſt alios *Donad. de renunciat.tom.2. cap.10.num.39. Salgad. de reg.protect.p.4.cap.13. num.12.& ſeqq.*

2 Imò nulla ipſo iure *Bar.in l.22.num.2.& Iaſ. num.13.ff.de acquir. hered.Soccin.reg.364.num.4. Scacc.de ſent.gl.14.qu.32.nu.44.& gl.9.qu.4.ſpec. 6.nu.1.& ſeqq.* Imo plus inficit iniuſtitia ex or-
3 dine,quam ex cauſa,quia prima reddit ſententiã
nullam,ſecunda non, vt dicit *Panorm.in cap.cum olim col.penult.de ſent.& re iudic.*
4 Iudex debet ordinem traditum à lege, ſeruare,& ſi non ſeruet,peccat, quia lex iuſta obligat
in conſcientia,latè *Scacc.de commerc.& camb.§.1 qu.7.p.2.ampl.19. nu.47.* Et quamuis iuſtam ſen-
5 tentiam ferret, etiam male faceret *Scacc. de ſent. gl.9.nu.22.& 24. & 25.* Non ſolum in crimina-
6 libus certus ordo præſcriptus eſt *Caualc. de brach.reg.par.1.nu.113.Burg.de modo proced.qu.9.*
7 *nu.13.* Sed etiam in Ciuilibus *Donad. de renunciat.tom.2.c.10. nu.23.* Nam iudex qui iuris or-
8 dinem non ſeruat,videtur facere de facto *l.prohibitum C. de iure fiſci lib.10.* poſt alios *Caball.caſ. 132. num.10.* Et iudici taliter procedenti poteſt
reſiſti de facto *Innoc. in c. dilecto de ſent. excommun.*poſt alios *Donad.d.c.10.nu.35.*
9 Talia ordo iuris etiam in cauſis, quæ Romani
Pontificis iudicio deciduntur, ſeruare debet *cap. cum in cauſis de re iudic.& cap.cum dilecti* ibi,*volentes tamen iuris ordinem obſeruare,de dolo, & con-*
10 *tumac.* Cum ordo ſit non ſolum in mundo, ſed
etiam in Cælis *c.principium* verſ. *nouem dixi genera de pœnit.2.diſt.Caſſan.in catalog.glor.mund.p.3.*
11 *conſid.20.* Quod procedit etiã in eius delegato,
vt probat *tex.in cap.exhibita de iudic.c.ex parte il 2.de offic.deleg.c.cumſumque de reſcript.*
12 Nam ad ordinem iudicij adſtringitur delegatus,ſicut,& ordinarius *Bal. in l.præſcriptione col.9. C.ſi contra ius vel vtil.publ.Dec.conſ.483. in princ. Donad.d.cap.10.nu.31.*poſt *Bertan.conſ.181. nu. 15.Menoch.de arbitr.lib.1. qu.54.nu.30. Muta in*

Cap.

Cap.Regni Regis Iacobi 35. nu.19. Seruari debet
23 etiam ſi cauſa eſſet inter priuatum, & fiſcum
Marſil.ſing.328. D.Roſa conſult.31. Epiſc.Aſſiſt.
24 contr.47.Imo nec ipſe Papa quo ad forum lai-
corum, ordinem iudiciorum tollere poteſt gl. in
clem.diſpendioſam in verb.vſus de iudic. Abb.in
cap.cum Clericis col.1. de foro compet. Bal. in l.eos
in fin.C.de vſuris.
25 Et ſic Iudex debet ſeruare iuris ordinem,alio-
quin iniuſtè facit Io: Andr. & Gemin. in cap.dile-
cto de ſent. excommun.in 6.Angel. in l.1.ff. ne quis
eum,Hippol.de Marſil.in l.1.in princ.nu.3.ff.de
26 quæſtion. Poterit de dolo inquiri procedendo
iuris ordine non ſeruato Farinac.q.111.nu.390.
27 Et videtur auferre ius tertio Gamba de poteſt.leg.
lib.8.nu.18.Camin ſuper ris.Sicil.38.nu.30.
28 Ordo iuris debet ſeruari regulariter in quo-
cumque iudicio,ſiue petitorio,ſiue poſſeſſorio.Et
quod in poſſeſſorio ſeruari debeat iuris ordo,di-
cit Bar. in l.naturaliter §. nihil commune ff. de ac-
quir.poſſeſſ.Abb.in cap.conſultationibus col.2. & ibi
Felin. col.fin. de offic.deleg. Idem Abb. in cap.bonæ
19 memoriæ nu.17.de appell.Etiam in cauſis ſumma-
rijs Ruin.conſ.68.nu.3.vol.2.Lancellott. de attent.
fol.6.nu.46.& ſeqq.Aſin.in praxi §.3. cap.27.n.1.
& ſeqq.Burg.de modo proced.ex abrupt.qu.36.n.12.
Rodolfin.de poteſt.Princ.abſolut.lib.2.qu.30. nu.7.
Donad.de renunciat.tom.2.cap.10.nu.174. Salgad.
de reg.protect.par.4.cap.12.num.21.& par.2.c.18.
à num.30.
20 Summario tamen modo Oſaſch.dec.1. nu.1.Ro-
dulf.d.qu.30.nu.8.Donad.vbi ſup. Etiam in regno
noſtro Neap.vbi per cap.regni:deteſtantes,& prag.
1. de ordin. iudic. in omnibus cauſis proceditur
ſummariè,ſi ordo per ritus,& prag.peruertatur nul-
liter proceditur Muſcatell.in praxi S.R.C. p.1.gl.
petitur.num.19.
21 Etiam ſi agatur inter matrem, & filium Bal.in
l.congruentius C.de patr.poteſt.Donad.de renunciat.
tom.2.cap.10.nu.31.
22 Et licet in notorijs ordo ſit ordinem non ſer-
uare cap.ad noſtram il 2.de iure iur. & cap.conſul-
uit.de appellat.c.peruenit de teſtibus Scacc. de iudic.
lib.1.cap.76.nu.8.& ſeqq. Decian.conſ.544. nu.6.
Boſſ.in praxi criminal.tit.quomod.proc.in crim.Fari-
nac.qu.21.num.60.Foller.in prax. crimin.verſ.item
quod commiſit crimen notorium nu.1. Salgad.de reg.
protect. p.1.cap.2. num.107.& p.3.cap.14. num.
23 47. Tamen illa regula habet locum in crimi-
nalibus,& in delictis fauore publico Buccaron.in
tract.de differ.differ.171.nu.7.in fine. Et etiam
24 notoria habent ſuum ordinem,qui ſeruandus eſt,
vt in c.qualiter,& quando vbi Felin. in princ.de
accuſat.
25 Ordinem ſeruari dixit Apoſt.ad Corint.1. c.14.
ibi omnia honeſtè.& ſecundum ordinem fiant vobis,
vt inde boni nihil emergeret vbi ordo deficeret dixit
etiam Menoch.conſ.52.in princ. Et omnia ordine
gubernanda dicit Maranta in ſpec.in proem.nu.5.
& ſeqq.Card.Tuſc.lit.O.concluſ.197. nu.1. latè de
ordine tractat Donadeus de renunciat. d.c.10. in
26 princ.Et adeò eſt releuans nullitas hæc ex defe-
ctu proceſſus ſubſtantialis,vt ſententia hac ratio-
ne nulla per iudicem appellationis reformari nõ
poſſit, ſed ſolum pronunciari nulla,vt dicit Abb.
in 3.& 4.not. in cap. cum dilecti per illum tex.de
empt.& vendit.Bal.in l.2.qu.14. C.de reſcind.ven-
dit.Alex.conſ.79.lib.2.Dec.conſ.483.col.2.
28 Licet Iudex appellationis regulariter ſenten-
tiam ex quocunque etiam iuriſdictionis, aut ci-
tationis,defectu, nullam reformare conſueuerit
Alex.conſ.67.lib.6.& conſ.111.lib.5.& d.conſ.79.
in princ.lib.2.Scacc.de appell.qu.11.nu.22.& ſeqq.
& 114.& ſeqq.& nu.143.
29 Ideo quando proceſſus,& ordo eſt ſubſtantia-
lis,à partibus aliquo modo omitti,vel remitti nõ
poteſt,quia illud dicitur ſubſtantiale alicuius rei,
ſine quo res illa eſſe non poteſt, pro vt dicimus
de pretio reſpectu emptionis l.pretia ff. de contr.
empt.Nam licet ſententia poſſit valere in vim pa-
cti,& partes poſſint tacitè renunciare fauori ſuo,
tamen nunquam valebit vti ſententia Scacc. de
iudic.lib.2.cap.8.ſub num.454.& de appell. qu.19.
remed.1.concluſ.5.nu.10. & de ſent.gl.9. nu.30.&
30 de commerc.& camb.§.7.gl.5.nu.35.Eodem modo
ſententia ſine proceſſu ſuo ſubſtantiali conſiſte-
re non poteſt,vt dicit Bar.in d.l.prolatam col.2. &
ibi Bal.col.1.Andreol.contr.62. nu.11. Rota par.4.
dec.341.nu.1.in nouiſſ.diuerſ.
31 Et adeo verum eſt, quod etiam ſi Iudex pro-
nunciaret abſque proceſſu, vel non ſeruato iuris
ordine procedendum fore, talis pronunciatio in
nullo prodeſſet, cum ordo, & ſollemnitas huiuſ-
modi in fauorem publicum fuerit introducta,ſe-
cundum Card. in clem.ſæpè qu.12. de verb.ſignific.
32 Et factum prætoris iuri publico derogare non
poſſit l.1. §.1.ff. de ferijs l.formam C. de offic.præf.
prætor.Alex.conſ.36.in fin.lib.2. l.teſtandi C.de te-
ſtibus Bal.in l.1.col.13.C.qui accuſ.non poſſ.
33 Nec partes poſſunt renunciare huic ſollemni-
tati l.ius publicum ff.de pactis Caſſard.dec.9.n.8.de
appell. Rota deciſ.88. in nou. Guid. Papa qu.216.
Capic.dec.47.in fine Myſing.conſ.28.num.32. Va-
laſc.de iure emphyteut.q.6.num.17. Quod intellige
34 coram Iudice, ſecus coram arbitris, late Donad.
de renunciat.tom.2.c.10.nu.176.& ſeqq.Verum
35 licet partes non poſſint huic ordini renuncia-
re, poſſunt tamen de communi conſenſu acta
nulliter facta approbare Felin.in cap.de cauſis n.
6.de offic.deleg. Quamuis Tuſc.lit.P. concluſ.519.
num.11. & 20. Maſcard.de probat.concluſ.244.n.
4.357.num.3.poſt alios Farinac.q.81.cap.2. à n.
66. dicant,partis confeſſionem validare omnes
defectus ordinis iudicialis, vt tamen limitat, &
ampliat, ſequitur Salgad.de reg.protect. p.4. c.13.
num.71.72.
36 Triplici modo plerunque diſputari conſueuit
circa iſtam nullitatem, videlicet. Primo Quod
ſententia eſt ipſo iure nulla,ex quo nullus appa-
ret proceſſus, & cauſę cognitio pręcedens. 2. &
ſi apparet, quod debitus iuris ordo ſeruatus non
fuit, ſed ratione eiuſdem cauſæ ad ſemetipſam,
vel aliàs idem ordo pręuerſus, & præpoſterätus
eſt. 3.Quod, & ſi is ordo, qui fuit adhibitus
fuerit debitus, nihilominus quod aliquid ex
ipſius ordinis, & proceſſus ſubſtantialibus fuerit
37 omiſſum,opponi ſolet. Quo ad primum, certum
eſt, quod ſi de proceſſu non conſtet, ſententia
abſque eo lata eſt ipſo iure nulla, maximè ſi ab
ea fuerit appellatum,vt probatur in cap.quoniam

contrà vbi *gl. Innoc. & alij de probat. & in cap. cum in iure de offic. deleg. Ægid. concluſ. 89. Alex. conſ. 222. lib. 2. Caſſad. dec. 1. in fin. de præſumpt. Marta voto 120. & 163. n. 3. Maranta in ſpec. 3. p. princ. num. 46.*

38 Quod non procedit ſi ſimus in antiquis, & tranſiuerit in rem iudicatam, nam tunc præſumuntur omnia rite, & rectè geſta *Gratian. diſcept. 520. num. 33. Cancer. var. lib. 3. cap. 11. nu. 81. Gabriel lib. 2. tit. de ſentent. concluſ. 4. num. 35.* nulla habita differentia, quod ſit lata inter præſentes, vel inter abſentes *Caſſad. dec. 3. de procurat. Seraph. dec. 580. num. 3.* Et præſumitur pro ſententia etiam in præiudicium tertij. *Ludouiſ. dec. 535. nu. 7. Antunell. de temp. legal. lib. 2. c. 112. num. 12. & ſeqq. Menoch. de præſumpt. lib. 2. cap. 67. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 903. & ſeqq.* vbi diſputat, quando dicatur antiqua *Borrell. in ſumma deciſ. tom. 2. fol. 295. n. 321. & 322.*

39 Circa reliqua duo, duplex quo ad iudicia ordo reperitur. Vnus qui ſi omittatur, vel peruertatur vitiat, quia dicitur ordo de ſubſtantia, alius qui ſi omittatur, aut peruertatur, circà remedium appellationis ipſo facto non vitiatur, quoniam dicitur ordo de iuſtitia, vt dicit *gl. in ſumma 2. q. 1. Panorm. in c. exhibita col. pen. de iudic.*

40 Sed quæ ſint ordinis ſubſtantialia, & quæ de ordine iuſtitiæ *DD.* variarunt. *Gloſ. in d. l. prolatam C. de ſent.* voluit eſſe de ordine ſubſtantiali, vt offeratur libellus, lis conteſtetur, iuretur de calumnia, conſcribantur, & publicentur depoſitiones teſtium, ſententia ſcribatur, & à Iudice proferatur, & ſi ordo ipſe omittatur, ſententia ſecun-
41 dum ipſam non valeret. *Ioannes Andreas* poſt *alios* non recedendo ab opinione *gloſæ*, dixit ſeptem tramites ordinis iudiciarij ſubſtantiales eſſe, ſcil. libelli oblationem, litis conteſtationem, iuramentum calumniæ, ſeu veritatis, ſcripturam atteſtationum, & earundem publicationem, & ſententiæ ex ſcripto à iudice ſedente, recita-
42 tionem, *Spec. in proemio 2. partis* verſ. *& nota, quod non omnia*, dicit ſubſtantialia iudicij eſſe, citationem, libelli oblationem, litis conteſtationem, iuramentum calumniæ, ſeu veritatis, & ſententiã, & ſi quid ex his omittatur, vel præpoſteretur, ipſo facto ſententia non tenet, & quod cætera non ſunt ſubſtantialia. *Azzo in ſumma ſub*
43 *tit. de iudic. in princ.* pro vt refert etiam *Spec. de offic. omn. iud. vol. 1.* dicit, quod ſeptem requiruntur ad validitatem ſententię ſcil. libelli oblatio, cautionis expoſitio, litis conteſtatio, iuramentum calumnię, cauſæ cognitio interrogationibus examinatio, ſententiæ in ſcriptis prolatio, & executio, quem ſequitur *Bal. in rubr. de vindicta libert.*
44 *col. 2. Hoſtienſ. in ſumma tit. de ſent. §. qualiter col. 4. verſ. is eſt ordo*, dicit ordinem ſubſtantialem iudicij eſſe, vt pars citetur, libellus offeratur, lis conteſtetur, de calumnia iuretur, & quod ſententia abſolutoria, vel condemnatoria certa, congruo loco, & tempore à competenti iudice, ſedendo, in ſcriptis, gratis, & ritè, ideſt non expreſſim contra iura pronuncietur, & ſi contrà hunc ordinem fieret ſententia eſſet nulla. Ordo iudicia-
45 lis de iuſtitia non ſubſtantialis ſecundum ipſum *Hoſtienſ.* conſiſtit in his, quæ inter iuramentum de calumnia, & ſententiam aguntur, pro vt ſunt poſitiones, & reſponſiones teſtium, & inſtrumentorum productiones, & publicationes, interloquutiones, renunciationes, concluſiones, & allegationes, quem ordinem ſi Iudex non ſeruauerit, ſententia ipſo iure tenet, quaſi contra ius litigatorum potius, quam ius commune publicum, lata.

46 Ex his nihil tutum eſt in hac materia ob varias *DD.* opiniones, ideò pro illius explicatione, & reſolutione eſt ſciendum, quod libellus ſecundum *Alciat in pract. ciuil. fol. 17.* eſt *breuis ſcriptura intentionem actoris continens contrà aduerſarium neceſſario inferens, & concludens Pax. in praxi 1. p. 4. temp. in princ. num. 2.* dicit: eſt Scriptura breuis claram, & concludentem actoris aduerſus reum intentionem continens, ſequitur *Rodrig. de modo vid. proceſſ. c. 5. de libello num. 1.* aliam ponit *Io: Monach. in defenſor. iuris tit. 8. num. 4. Spec. tit. de libell. concept. §. 1. Hoſtienſ. in princ. tit. de libell. concept. Roffred. de libell.*

47 Alij alias ponunt, vt *Petr. Termin. in proceſſ. iudic. ſcripti cap. 20. Vulteius in iuriſprud. Romana lib. 2. c. 29. Treutl. diſp. ſelect. p. 1. diſp. 4. Theſ. 10. Card. in pract. Iudic. & aduoc.* verb. *libellus n. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 979. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 1. c. 49. n. 1.*

48 Omnium melius *Muſcatell.* magnius practicus *in praxi S. C. gloſ. 1. libellus* ſic eum definit de iure communi, & noſtri Regni Neap. vbi ſunt ſublatę omnes ſolemnitates iuris in iudicijs per *Cap. regni* incip. *Deteſtantes. prag. 1. de ordine iudic.* quod ſit *declaratio mentis Actoris circa actionem ab ipſo intentatam, vel intentandam*, quam definitionem dicit verificari de Iure communi per *tex. in cap. fin. de libell. oblat.* ibi: *exprimere & c. 1. §. ff. de edend.* ibi. *cognita actione, qua conuenitur, & in l. edita C. eodem* ibi. *futura litis demonſtrat*, & *de Iure regni per d. cap. deteſtantes, & d. prag. 1. de ordin. iudic.* Verum ipſe *Muſcatell. in addit. lit. A.* damnat illud verbum *intentandam.*

49 Quinque ſubſtantialia libellus continere debet, vt ſcribit *Specul. tit. de libell. concept. §.* Primo nomen autoris 2. nomen rei. 3. rem, quæ petitur rectè cum confinibus deſignatam. 4. Iudicem ordinarium, vel delegatum, coram quo producitur 5. concluſionem eius, quod petitur. *Din. in tract. de except. art. 12. num. 2. Damhouder. in praxi ciuil. cap. 130. num. 7. & ſeqq. Maranta in ſpec. p. 6. membr. 3. num. 4. Cumia in rit. Sicil. cap. 39. nu. 23. Reuſner. dec. 18. nu. 2. lib. 3. Muſcatell. d. gl. libellus num. 8. Pax. in praxi tom. 1. temp. 4. num. 9. & ſeqq.* vbi late explicat, ſicut & *Rodrig. de modo viden. Proceſſ. c. 5.*

50 Requiſita libelli continentur his verſibus poſitis per *gl. in cap. 1. de libell. oblat. Pax. hic infra Rodrig. de modo vid. Proceſſ. c. 5. n. 15.*

Quis, quia, coram quo, quo iure petatur.
Et a quo, rectè compoſitus quiſque libellus habet.

51 Sola narratio non ſufficit, niſi debita concluſio in illo ſit *Paris conſ. 125. num. 3. vol. 1. Rota in nou. dec. 325. Corn. conſ. 8. num. 10. vol. 1. conſ. 92. num. 13. vol. 4. Franc. Marc. dec. 195. vol. 1.* & concluſio attenditur in libellis, & non inſpicitur quid, & quantum narratur *Innoc. in cap. ex litteris de reſcript.* poſt alios *Cardoſ. ſup. num. 10. Zan-*

gor-

ger.de except.cap.14.num.22.
52 Nam ex ſacti narratione in libello, quid, &
quo iure petatur, cognoſcitur Bart. in l. certi
conditio in princ. ff.ſi certum petat. & l. Aurelius
§.ſticho ff.de lib.legat. Alex.Raudenſ.dec.Piſan.17.
num 22.poſt Ruin.conſ.127. vol.5. Bellon.dec.Ge-
nua 7.num.12.dec.91.num.18. Minad.dec.1.n.5.
& 6.Scrader.de feudis p.9.ſect.8.n.5.vol.1.
53 De Iure regio Salmaticenſi libellus abſque con-
cluſione ſubſtinetur l.10.tit.17.lib.4. recop. item
de Iure luſitano lib.3.ordinam.c.49.in princ.& no-
tat Auendan.reſp.1.num.18.Mattiens in dialog.re-
lat.3.p.cap.43.num.2.Pax d.tom.1.temp.4.n.14.
54 Verum in cauſa criminali admittitur libellus
ſine concluſione Bar.in l.libellorum num.19. ff.de
accuſat.Bal.in l.edita nu.39.l.de edend. Triuſ.dec.
Venet.32.num.15. lib.2.Cardoſ.d.verb.libellus nu.
55 11.Ea ratione quia iu criminalibus cauſæ expe-
diuntur per accuſationem iudicis officio Alex.ad
Bar.in d.l.libellorum Blanc.in pract.crim. §.verum
num.34.& §.poſt quam num.74. Reuſaer.d.dec.18.
56 nu.29.lib.3. Et ſufficit in cauſa criminali libel-
lum præſumptiuè concludere Roman.conſ.105.n.
1.in fine Baiard.ad Clar.c.85.n.19. Bonacoſſ.omin.
commun.crim. verb.libellus lib.1.
57 Verum in libello criminali plura requiruntur,
ſcil.locus commiſſi criminis,annus, menſis, dies,
& conſul, de iure communi d.l.libellorum ff.de
accuſat. Petr.Foller.in pract.crim. §.audiuntur ex-
ceptiones num.9.& ſeqq.Clar.in pract.crim. q.12.n.
7. & ſeqq. Maranta in ſpec.p.6. membr.3. num.5.
Reuſen.dec.18.num.4.& ſeqq.lib.3. aliter eſt ipſo
Iure nullus, quamuis pars nihil opponat Cardoſ.
d.verb.libellus num.4.Farinac.q.1.nu.12. & ſeqq.
Scacc.de iudic.lib.1.cap.51.num.20.& ſeqq.Guaz-
zin.defenſ.3.cap.3.Vrſell.in concluſ.concluſ.26.nu.
38. & ſeqq.Ciriac.contr.488.num.51.& ſeqq. Vir-
migl.concluſ.254.n.4. qui dicunt procedere etiam
in inquiſitione, in qua Iudex tenetur ſpecificare
annum, & menſem, ne reo tollatur defenſio, etiā
parte non opponente Conciol.reſol.crim. verb.ac-
cuſatio reſol.7.n.9.& 10.
58 Quod locus, iu libello criminali accuſatorio
requiratur,dicit Bar.in l.prætor edixit in princ.ff.
de iniur.& in l.item exegit Roman.conſ.161.nu.1.
& 2.Alex.in l.edita num.12.C.de edend.& conſ.61
col.1.Foller.in pract.crim.rubr.Audiantur exceptio-
nes num.10. Boſſ.in pract.crim.tit.de inquiſ. nu.90.
Natta conſ.298.num.11.lib.1. Miſing.cent.2.obſ.
33.Cardoſ.ſup.Farinac.Scacc.Guaz.Vrſel. Virmigl.
ſup.Ciriac.contr.486.num.1.& ſeqq.
59 Imò cogitur Fiſcus dicere locum delicti, quia
poſſet reus in ſuis defenſionibus probare eo die
alibi fuiſſe. Plot.conſ.94.n.4.vol.1. Roland.à Valle
conſ.51.num.22.vol.1. Reuſen.conſ.18. num.6. &
6.lib.3.Ludouici Sacca conſ.30.nu.1.vol.1.
60 Beneuerum eſt non eſſe neceſſarium declarari
locum notorium, ac publicum per confines, putà
cum delictum eſt commiſſum in Palatio Magnæ
Curiæ Vicariæ, in noſtra Vrbe Neapolis,
vel in Caſtro talis Ciuitatis, vel oppidi. An-
gel. in l. hac conſultiſſima num. 2. C. de teſtamen.
Paris de Put. de ſyndicatu verb.ſententia cap. an
per d.capitulum n.2.& 4.Sed ſufficit hoc caſu po-
ni locum ſolum,tamquam celebrē, & nominatum
Clar.pract.crim.q.12. num.13. Scapp. de iure non
ſcripto lib.2.cap.17.num.6. Aliquando ponendus
62 eſt locus loci, quando neceſſarium fuerit Spec.
tit.de accuſat.& inquiſ. §.1.Auguſt.ad Angel.de
maleſic. verb. in platea communi Sacc.conſ.30.nu.
3.vol.1.
63 Ex licet non eſſe apponendum locum in cri-
mine falſi,dicat Accurſ.in princ. Inſtit.de publ.iu-
dic.verſ.& inſtituendis Aff.in conſtit.incip.qui lit-
teras regias nu.7. Capic.dec.79. n.2. Vrſill.ad Af-
fl.dec.250.n.5.Franc.Marc.dec.720.n.4. Bertaz-
zol.conſ.crim.517.num.2.vol.2. Tamen contrà te-
64 net Bal.conſ.490.vol.3.quem ſequitur Claud.Ber-
tazzol.ad patrem conſ.157.in 1.apoſtill.vol.1.
65 In libello criminis hæreſis locus non eſt neceſ-
ſarius,cum crimen hoc, vt plurimum occultum
ſit,& clam committatur ex Bal.in l.1.col.5. C.qui
accuſ.non poſſ.dicit Angel de maleſic. verb. in pla-
tea col.1. Verum ſi locus ſit indeterminatus, &
poſſit declarari libellus ſubſtinebitur Marian.
Soccin.ſenior conſ.146.col.7.vol.1.
67 Quo ad diem, ſiue tempus delicti, ſimiliter in
libello neceſſarium eſt, vt in libellorum ff.de ac-
cuſat. Aff.dec.250.num.2. Miſing.obſ.32. cent.2.
Seraphin.dec.451.nu.1.lib.1.vol.1. Reuſen.dec.18.
68 Quo ad annum, & menſem,dicere poſſumus,
quod diximus de tempore,nam certificato menſe
licet in d.l.libellorum non dicatur de anno,tamen
dicit tex.quo conſulis tempore,& ſic certificabi-
tur annus Borrell.de magiſtr.edict.lib.2.c.14.n.11.
Balb.dec.20.Bellam.dec.414.
69 Verum quod diximus de menſe, & die, non
habet locum in delictis continuatis, vt dicit Bar.
in d.l.libellorum in princ.nu.16. Ferrett.conſ.168.
num.21.vbi loquitur de concubinatu Angel.de
maleſic. verb.hæc eſt quædam nu.65. Reuſen.d.dec.
18.num.11.lib.3.
70 Verum quod commiſſi criminis dies,in libello
ſi omittatur, libellus ſubſtineatur,voluit Bar.in
d.l.libellorum Iaſ.in l.1.in princ ff.de edend. Reu-
ſen.d.dec.18.n.8.lib.3.Diem patrati criminis ſibi
71 edi voluit Idem Bar.in l.is qui reus ff.de publ.iu-
dic, dum dicit reo id petente, cogi ſibi diem de-
clarari, quem ſequitur Iaſ.in l.2. §.quis ephebi ff.
de eo quod certo loco Plot.conſ.94.n.4.
72 Sed quod non ſit dandus dies,tenuit Imol.in
d.l.is qui reus col.2.quem ſequitur ibi Alex.ad Bar.
Maranta in ſpec.p.6.membr.3.num.5. & 16.diſt.n.
32 Miſing.obſ.40.in innocent.2.Veſtr.in praxi lib.
5.c.vl.num.4.vel dicit teneri declarare annum
& menſem, non autem diem, niſi eſſet de ſubſta-
tia, & ibi Grammat.num.19.Vin.opin.24. nu.3. vol.
1.Cardoſ.ſup.num.4. Gomez.var.tom.3. cap.11.nu.
4.Farinac.q.1.num.18.Guazzin.defenſ.3. c.3.n.7.
licet aliquos contrarios referat, qui id non di-
cunt Vrſell.concluſ.26.nu.43. Rota dec.8.in princ.
poſt 1.vol.conſ.Farinac.
73 Niſi inquiſitus petat ſpecificari diem commiſ-
ſi delicti, quia vult ſe defendere, & probare tali
die alibi fuiſſe, quià tunc nē tollatur reo defen-
ſio, dies per accuſatorem eſt exprimenda Clar.§.
fin.q.12.Farinac.q.1.num.20. Guazzin defenſ.3.c.
3.ſub num.9.addit.ad Gomez. lib.3.cap.11.Niſi ta-
li explicatio petatur calumnioſè Farinac.Scacc.
& Guazz.ſup.Vel quando accuſator præuio iura-
men-

mento aſſereret de die præciſa non recordari, & id veriſimile iudici videatur *DD.ſup.cit. Conciol. verb.accuſatio reſol.7.* Vbi *num.7.* dicit eſſe ſecus ſi certa die,& hora eſſet punibile delictum, non alia die, & hora, nam tunc tenetur exprimere, alias condemnatio ſequi non poteſt,poſt *Farinac. Scacc.Guazz.& alios.*

74 Quo ad conſulem,quod exigeretur in libello, expreſſus eſt *tex.in d.l.libellorum ff. de accuſat. Maſtrill.de magiſtr.lib.2. cap.14. num.19. & 21.*

75 Et cum diſierint conſules loco illorum vſus inualuit, quod ponatur nomen Imperatoris,Regis,Principis.Sic in dominio Eccleſiæ poneretur nomen, & annus Summi Pontificis, de quibus *Bertazzol.de clauſ.inſtrum.clauſ.1.gl.6.per tot.* De
76 nomine Imperatoris in libello criminali, dicit *Andr.Alciat.in praxi ciuil.tit.quid continere debeat libellus* verſ. S. *Lancellott.Conrad.de offic.prætor.tit. de libell.n.6.*

77 Hic Neap. *per cap. Regina Iſabellæ* incip. *Iſabella* dicit eſſe ſublatas ſollemnitates libellorum, & quod ſufficiat conſtare de veritate, vt dicit *Foller.in pract.crim.*rubr.*Audiantur exceptio neſ.n. 32.* & per *cap.deteſtantes*, vt plene probat. *Muſcatell.in praxi S.R.C.lib.1.p.1.gl.1. & gl.petitur,* vbi dicit ſufficere talem qualem petitionem,ſaltem ad ipſius iudicis inſtructionem.

78 Talis libellus nec etiam requiritur in cauſa appellationis, & ſic in ſecunda inſtantia, latè *Scacc. de appell.q.11.num.35. & 36. Fenzon.ad ſtatut.vrb.c.184. num.20.* vbi *ex d.ſtatuto* teſtatur in Curia Romana non requiri, per *rit. M.C.V.6.153.154.& 155.*vbi *Carauit. & Conſil. Petra, Muſcatell.in praxi S.C.p.2. gl.debet nu.12. & ſeqq.* & ibi *Dom.Prat.ad n.20. & 23.* vbi dicit praxim eſſe, vt publicata ſententia per iudicem à quo, coram ipſo præſentetur talis qualis petitio continens verba appellationem continentia, vel replicatio in calce talis ſententiæ cõtinens appellationem. Vel quamuis appellatio non præſentetur coram Iudice à quo, debet præſentari talis qualis petitio eorum iudice ad quem continens grauamen illatum à iudice à quo, & inſtet reuocari dictam ſententiam per ipſum iudicem ad quem, qua comparitione præſentata ſit inhibitio Curiæ inferiori, vt amplius in dicta cauſa non procedat, & acta traſmittat, quibus tranſmiſſis fit apertura, & proceditur ad vlteriora,de qua praxi *Nos* etiam teſtamur. Idem eſt in
79 Curia Archiepiſcopali Neap.in qua ſufficit etiã talis qualis petitio *Conſ.Petr.decit.255.num.2.* & quo ad appellationem ab interloquutoria eſt *ritus illius Curiæ 36.§.ſi verò appellatur.* Item in
80 Sicilia, vt dicit *Mar.Muta dec.56. num.7.* vbi dicit in eo Regno dici per *modum poſta* id quod nos dicimus *talis qualis petitio. Surd.conſ.204.nu.*
81 *6.lib.2.* Idem in Cathalonia per *conſtit.1.& 4. tit.de donar.libell.ò demanda Cancer. var.lib.3.cap.*
82 *16.num.23.* Idem in Vrbe Romana per *cap.59. & 89.*vbi *Fenzon. n.10. & 11.* vbi ponit differentiam inter libellum, & petitionem.

83 Et ſi libellus in cauſis criminalibus non ſit cõceptus ſeruata forma *d.l.libellorum*, eſt ineptus, & reddit iudicium nullum,ex noſtris dixit *Maranta in ſpec.16.diſt.n.30.& 31.Ludouic.Roman.conſ. 167.num.1.Gaill.pract.obſ.lib.1.obſ.66.nu.1.Zanger.d.cap.14.num.30.* quod id dicit etiam parte non opponente *Reuſer.lib.3.conſ.18. num.9. Miſing.cent.2.obſ.32.*vbi limitant ſi id,quod deficit, appareat ſuppletum per probationem, ſeu confeſſionem.

84 In Saxonia admittitur libellus ſimplex, ſeu ſummarius libellus,non verò articulatus,qui reijcitur,etiam in cauſis criminalibus ex *nouell.Elect. p.1.conſtit.2.* etiam parte non opponente *Conſult. conſtit.Saxon tom.1.p.3.q.19. & tom.2. p.3. q.24. Coler.dec.118.num.3.& ſeqq.Berlich.lib.1.concluſ.*
85 *11.num.3.* ideo cum talis libellus articulatus ſit ipſo iure nullus,& ex officio iudicis reijci poſſit, ſequitur, quod hæc exceptio de articulato libello quandocunque poteſt opponi,tam ante litem conteſtatam, quam poſt, & poſt ſententiam *Berlich.ibid.num.4.*vbi refert *Zanger.contrarium.*

86 Ex dictis *ſup.* apparet libellum in ſcriptis offerendum eſſe, quod voluit *Bart.in auth.offeratur num.1. C.de litis conteſtat. & ibidem Bal.num.20. Maſuer.in pract. tit.de dilation.ſub nu.6.Grat.conſ. 75.num.22.vol.1.Aſin.in praxi Ciuil.§.4. cap.10. num.1.Coler.dec.111.num.5.Imol.conſ.182. nu.3.* poſt alios *Barboſ.in cap.1. de libell.oblat. num.2.* quod eſt de *Iure* Luſitano *in lib.3.Ordinam.tit.19.*
87 *§.5.* & de *Iure* Caſtellano *l.1.tit.2.lib.4. noua recapil.Mattienz.in dialog.relat.p.3. cap.43. num.1.* Et de *Iure* Cameræ Imperialis *p.1.tit.23.§.item Berlich.lib.1.concluſ.13.*

88 Quod declaratur in cauſis breuioribus non procedere, & modicæ quantitatis, in quibus non datur libellus in ſcriptis, per *tex.in auth.niſi breuiores C.de ſent. & breu.recit.Bart.in d.auth.offeratur num.1.gl.in cap.1.* vbi *Abb.num.17. de libell. oblat.Maranta in ſpec.p.4.diſt.9.nu.12.* poſt alios *Cardoſ.vbi ſup.* verb. *libellus n.6.* quæ ſint cauſæ breuiores Iudicis arbitrio remitti,dicit *Menoch. de arbitr.lib.2.cent.1. cap.72.* diximus *nos ſup.in rubr. 9. Muſcatell.in praxi S.C.p.1. gl.petitur nu.29.* vbi *nu.ſeqq.*dicit tales cauſas paruæ quantitatis,vel mercedis, ſaliarij,& miſerabilium perſonarum cognoſci, & decidi hodie in noſtra Ciuitate Neap. per Regentem M.C.V.per *prag.52. de off.M.Inſt.& rit.M.C.V.155.*modus eſt: citantur partes adhibita ſolum quadam cartula ſatis parua continente,nomen actoris, & rei,& actuarij, in cuius banca agitur, & comparente reo, & ſimpliciter confitente,ſi perſona eſt ſuſpecta, nec cognita,contra ipſum exequitur in bonis, vel carceratur.Si ſecus,fit præceptum,quod infrà tot dies ſoluat alias exequatur. Si verò reus neget, vel confiteatur cum qualitate,aſſecurato prius iudicio per cautionem de ſtando Iuri,& iudicatum ſoluendo,examinantur teſtes ſummarie. Multoties verò cauſa eſt dubia, & reus inſtat cauſam illam remitti alicui ex iudicibus, & tunc illam remittit.

89 2.Declaratur, quod hæ cauſæ breuiores intelliguntur,etiam cauſæ ſummariæ,in quibus,vt ſunt in noſtro Regno Neap.per *cap.regni, deteſtantes, & prag.1.de ordine iudic.* dicunt ſufficere talem qualem petitionem, ex qua reus valeat deliberare, an velit in iudicio cedere, vel contendere,intentionem ſuam apud acta explicare, & in actis

re-

redigi facere. *Maranta diſt.9.nu.7.& ſeqq. Veſtr. in praxi lib.4.c.2.num.2. Io:Franc.de Ferrar. in pract.in forma libell.actionis realis* in verb.*ſummariè Alex.conſ.50.vol.2.Corn.conſ.62.vol.1. Portius conſ.64.nu.1. Marcheſan.de commiſſ.p.2. pag.419. n.82.in 2.edit.Cabed.dec.Luſit.72.n.2.p.1.Surd.de alimentis tit.8.q.2. num.3. Honded.conſil.94.n.52. tom.1. Barboſ.in clem. ſæpe de verb. ſignif.& clauſul.176.n.11.Hunn.encyclopæd.p.2.tit.9.c.1.*

90 Verum etiam in cauſis Summarijs, ſi pars inſtaret,vt libellus offerretur in ſcriptis, eſſet dandus,vt per *addit.ad Hubert. de Bonaccurſ.in pract. tit.de except.imped.execut.Granat.ad Veſtr.vbi ſup. num.*10.quamuis contra, & melius dicat *Fenzon. ad d.ſtat.89.num.3.* vbi ex tali petitione poteſt reus videre intentionem actoris.

91 3.Declaratur quod in his cauſis breuioribus, & ſummarijs,libelli loco eſt ſupplicatio Principi oblata *Mar.Socc.in c.2. col.49. de libell.oblat. Corn.conſ.62.conſ.208.vol.1.conſ.99. vol.2. conſ. 174.col.2.vol.3. Aufr.ad Cappell.Tholoſ.dec.287. Gacher.dec.1.num.4.*

92 4.Declaratur,citationem cum inſerto tenore delegationis,eſſe pro libello *Iaſ.in l.2. col.2.ff.ſi quis in ius voc.non obtemp. Paris de Put. de ſindic.* in verb.*ſententia in cap an dictum Capitulum.*

93 5.Declaratur quod in dictis cauſis, articuli ſunt loco libelli, à quibus cauſa poteſt incipere *Oltrad.conſ.244. in princ.Rota in nou.dec.33. Roman.conſ.20.n.8.cōſ.519.n.4.& 5.Corn.conſ.181. Amicis conſ.153.num.3.Mandoſ.de monit.q.38.n. 3.Borrell.de Magiſtr.lib.2.c.5.Natta conſ.317.nu. 8.vol.3.Muſcatell.in praxi S.C.gl.petitur p.1.n.45. & ſeqq.* vbi declarat,

94 De *Iure* Salmaticenſi admittitur arbitrio iudicis, an libellus in ſcriptis ſit offerendus,nec nè per l.10.*tit.17.lib.4. recopil.* explicat *Auendan.in reſponſis reſp.1.à num.15.* Quod eſt verum,dummodo interueniat aliqualis petitio in ſcriptis redacta,apud acta proceſſus per notarium,vel per viuam vocem petentis, ſuper qua iudex poſſit ſuam ſententiam fundare, vt dicit *gl.in d.clem.ſæpe* verb.*neceſſario Auendan.d.reſp.1.n.17.*

96 Verum in regijs Auditorijs,& Supremis Tribunalis libellus in ſcriptis eſt offerendus per *l.1. tit.2.lib.4 recopil Matienz.in dialog.relator.3.p.c. 43.num.1.Paz in praxi tom.1.temp.4.num.4.* à quo reſcripſit *Rodrig.de modo vid.Proceſſ.c.5.n.5.*

97 In noſtro Regno Neap. non requiritur libellus, ſed talis qualis petitio, vt ſtatim dicemus, ſed talis qualis petitio debet eſſe in ſcriptis,alias Iudex non poſſet ſuper certo ferre ſententiam, & reus non poſſet deliberare, ſi deberet cedere. *Muſcatell.in pract.S.C.p.1.gl.petitur n.22. &*
98 *ſeqq.*& licet de Iure ſint plures caſus, in quibus poteſt procedi ſine libello in ſcriptis,quos ponit *Spec.tit.de libell.concept. §.nunc videndum Butr.& Abb.in cap.1.de libell.oblat.* Tamen *Muſcatell.loco*
99 *cit.*ponit duos caſus,primum niſi qualitas cauſæ repugnet. 2.niſi partes à principio aliter ſe direxiſſent, & ſuum aſſumptum bene comprobat.

100 In Regno noſtro loco talis qualis petitionis, ſucceſſerunt ſupplicationes, & comparitiones primæ præſentantur in S.C. ſecundæ in Regia Camera,& Magna C.V.ac in alijs Tribunalibus Regni, & mandata iuſtificata, ſeu cum clauſula iuſtitiæ, vel citationes, vt *in conſtit.regni incip. edictorum, & citationis litteræ*, nam omnia prædicta habentur loco libellorum, nam in eis actores deducendo ipſorum actiones, & iura, & ſi informes, & ineptas, dummodo tamen factum ità narretur,& explicetur,vt poſſit comprehendi, quid actor velit ad finem,vt reus poſſit deliberare,an velit cedere, an contendere, perinde ſatiſfaciunt, & adimplent,ac ſi libellos de Iure communi omni ſollemnitate vallatos, producerent.
101 *Muſcatell.vbi ſup. n.21.* In eodem Regno per *conſtit.*incip.*dilationes* in cauſis infrà duos auguſtales proceditur ſine libello, & per *rit.115. &* 178. & ibid.*Carauit.& D.Petra,Maranta in ſpec. p.5.diſt.9.num.118. cum ſeqq.* In pluribus Regni
102 partibus adſunt ſtatuta particularia, quod à certa ſumma infrà, vt putà à tribus aureis,procedatur ſine ſcriptis, ſup. verò in ſcriptis,vt *idem Carauit.*dixit *ſupra d.rit.186.num.2.*& ſic Capitanei, & iudices tenentur iudicare ſecundum dicta ſtatuta. Ideo ſi Iudices iudicarent contrà prędicta ſtatuta, ſi fuerint valida, puta regio aſſenſu vallata,tanquam contrà caſum legis, vt *in l.contrà legem ff.de legibus l.non dubium C.eodem Alex. conſ.40.num.2.lib.5.conſ.24.col.1.lib.4.*tanto magis quod dicta ſtatuta continent non ſolum fauorem partium, ſed etiam ius publicum, latè *Muſcatell.d.gl.petitur num.27.* & *ſeqq.* vbi alia ponit.

103 In Saxonia partes ſua iura præcisè viua voce Notario iudicij dictare debent *nou.elect.Aug.p. 1.cap.1.& c.9.ſub fin.Coler.dec.111.nu.4.& ſeqq. Hartm.Hart.obſ.1.num.3. Ludouic. Gilhauſ.tract.de arbor.iudic.C.de libellis, & eorum formul.3.nu.33. Terminan.ſue proceſſ.cap.120.num.14. Schrad.de feud.p.10.ſect.1.num.102.& ſeqq.* Quæ *conſtitutio*
104 extenditur,vt non ſolum in ipſa litis conteſtatione, ſed etiam ante eam, & poſt eam viua voce procedi debeat *d.c.9.Daniel Moller.in com.ad cōſtit.Saxon.p.1.conſtit.1.num.1.& ad d.conſtit.9.n.*
105 *1.& ſeqq.*Etiam in cauſis criminalibus, ſummarijs,feudalibus, non autem ſpectantibus ad res matallicas *Berlich.concluſ.13. num.3. & ſeqq.* vbi extendit,vt neque poſſit actor ex charta prælegere, & Notario in calamum dicter, vel alij prælegendum, & dictandum tradat *n.10.& ſeqq.*

106 Ineptus libellus dicitur pluribus modis. Primo quando continet defectum *Innoc.in cap.1. de offic.Vicar.Bal.in l.ſi defunctus n.10. C.de ſuis, &*
107 *legit.hæred.*2. quādo petitur debitum conditionale *Accurſ.in l.2. C.de formul. Vulteius iuriſprud.*
108 *Roman.lib.2.c.29.* 3.Quando cauſa eſt ordinaria,& pars petit procedi ſummariè *Bar. in l.præſcriptione num.42.C.ſi contra ius vel vtil.publ.* vbi
109 *Andr.Barbat.in apoſtilla.4.* Dicitur libellus ineptus, qui non aptè, ſed malè concludit,cum cōcluſio attendatur *gl.in cap.cum dilecti de empt. & vendit.gl.in §.1.Inſtit.de action. & in l.2. §.circa ff.de dol.except. Ceauet.conſ.7.num.1.Afflict.in pract. §.4.cap.3.caſ.6.nu.2.Hippol. Aldobr.dec.Rot.Rom. 251.num.4.lib.1.vol.1.* 5.Qui continet malam,
110 & ineptam cauſam, non qui continet malam actionem intentatam,vt poſt *Innoc.in c.examinata de iudic.Iaſ.in l.edita num.3.& ſeqq.C.de edendo*

de

y Google

do Gaill.pract.obſ.lib.1.obſ.61.nu.15. Troiſ. in cit.
M.C.V.189.nu.1.Bellon.dec.Gen.43.num.7.Zan-
ger.de except.c.14.nu.11.

111 Ex his ſequitur, libellum ineptum non vale-
re l.1.§.labeo vbi DD.ff.de flumin.clem.fin. de ap-
pell.Vant. hic nu.22.& 23. Vulteius iuriſprud.Ro-
man.lib.2.cap.19. Zanger.de except.cap.14. Bor-
rell.de magiſtr.edict.lib.2.c.5.nu.22.

112 Libellum ineptum Iudex non debet admit-
tere gl.in verb.libellis,& ibi Bar.ff.de offic.aſſeſſ.&
gl.verb.& proferre, & in l.vnica.C. vt quæ deſunt
Adu.Spec.de libell.concept. §.ſequitur, & in tit.de
aſſeſſ.§.officium,& in tit.de action. & petit. §.ſequi-
tur Ceauet.conſ.155.nu.3. Gabriel.conſ.37. num.1.
Io: Franc. de Ferrar. in pract. in form. reſponſ. rei
conu.verb,dantibus Lancell. Corad. de offic. Pret.in
cauſ.ciuil.tit.de libell.nu.8.Qui omnes concludũt,
libellum ineptum debere per iudicem lacerari,
confirmat hoc Gaill.obſ.66.nu.4.lib.1. Gama dec.
206.nu.7.& 8.Franc.Marc. dec.820.nu.2.vol.1.
Didac.Perez.in l.11.tit.1.lib.3. Ordinam.gl. verb.
o que no es tanbien formada per tex. in clem.fin.de
appell.ibi:niſi tunc ritè propoſita ex eo prius repulſa
fuiſſet, quia proponebatur inepte Borrell. de magi-
ſtrat. edict. lib.2.cap.5.nu.22. Verum reiecto li-
113 bello inepto, Iudicem poſſe actori iniungere
vt alium libellum clarũ, & concludentem exhi-
beat Gaill.lib.1.obſ.67.n.5.Valaſc.conſult.97.n.3.

114 Ex libello inepto omnia ſubſequentia acta
corruũt,& nulla ſunt decreta,& ſententiæ, etiam
parte non opponente Vant.hic nu.22.ex tex.in l.
1.verſ. ſi autem ff. ſi minor falſum modum Parexa
de inſtr.edit.tit.6.reſol.5.n.54.adeſt tex.in cap.exa-
minata de iudic. l.edita C.de edend. auth. offeratur
C.de litis conteſt.Crauett.conſ.150.nu.2 Gaill.d.obſ.
67.nu.3.Nig.de execut.rei iudic.cap.6.§.10.nu.1.
quidquid dicat Rodrig.de modo vid. proceſs. cap.5.
nu.13.verſ.vnde, Et Vant. ibi dicit nullitatem
prouenientem ex ineptitudine libelli per Iudicẽ
appellationis non poſſe confirmari, ſed omnino
declarandam nullam, & actore in expenſis con-
demnandum ex Alex.conſ.79.col.1. verſ.eſt verum
vol.2.& Felin.in c.in litteris col.pen.de offic. deleg.

115 Limita primo non procedere in ſũmo Prin-
cipe, quia ex proceſſu nullo iudicare poteſt ra-
tione ineptitudinis libelli,& exploſis ambagibus
ſequi veritatem, vt æquitas non ſcripta rigori
præferatur,vt ex pluribus docet Affl.in cap.1.nu.
41.quæ ſint reg.& deciſ.95.Dec. conſ.631. num.1.
Pariſ.conſ.1.nu.29.vol.1.Gaill.lib.1. obſ.66. n.16.
116.Nig.d.§.10.nu.2. Et in conciſtorio, & conſilio
Principis,Afflict.vbi ſup.nu 41.& ſeqq. Vt de Ca-
117 mera Imperiali nullitates Proceſſus non cura-
re,ſi alias de meritis cauſæ liquido, ac ſufficien-
ter conſtet ex illius ordinationibus tit. 34. §.1.
118 par.3.dicit Gaill.lib.1.obſ.42.n.1.& 3.de Supre-
mis Galliæ Curijs dicit Boer.dec.42.nu.19. De
119 iure Mediolani per conſtit. incip. Ne lites §.li-
bellus ſub tit.de iudic.De iure Marchiæ Anconita-
næ per conſtit.incip.Iudex ſub tit.de offic.& Iuriſd.
iudic.ciuil.lib.5. & conſtit. incip. breuiores in ead.
rubr.Borrell.de magiſtr.edict.lib.2.c.5.n.25.& 26.

120 2.Non procedere in cauſis ſummarijs libel-
lum non requirentibus, qui ſi exhibeatur illius
ineptitudo proceſſum non vitiat,neque iudicium
reddidit nullum,ea ratione quia quoties neceſſa-
rio non requiritur, ſi interueniat etiã ineptè actũ
non vitiat l.1.in princ. C.de rei uxor. action.Gaill.
obſ.66. num.15. Vant. hic num.24. Afin. in pract.
§.4.nu.2.Caroc.de except.except.77.nu.4. & 5.vbi
nu.12.dicit ſubſtineri libellum ineptum coram
poteſtatibus Villarum Borgnin.dec.19.nu.9. Me-
noch.de arbitr.qu.18.nu.5.Neuiz. conſ.32. num.7.
Borrell.de magiſtr.edict.lib.2.cap.5.nu.23.

121 Ideo in hoc Regno Neap. cum cauſæ Ciui-
les ſint ſummariæ ſequitur,ſufficere, quod etiam
libellus ſi ineptus, dummodo ex eo poſſit elici,
quid actor petierit,& reus deliberare,ineptitudi-
ne non obſtante,acta non corruant Maranta in l.
in poteſt nu.154.ff.de acquir.hæred. Afin. in pract.ci-
uil.§.4.cap.4.nu.2.Franc.Marc.dec.720. n.9.vol.
1.Muſcatell.in praxi part.3. gl.obcuris.Cum in hoc
regno cauſa poſſit ab articulis incohari, qui loco
libelli habentur Borell.ſup. & in ſumma dec.tit.1.
nu.12.tom.2.Calà de modo articul.gl.3.§.1.nu.261
Mari ad Gram.dec.19.nu.8.

122 Ex libello inepto Iudex poterit reum obſol-
uere ab obſeruatione iudicij,& actorem condem-
nare ad expenſas,reſeruando tamen eidem actori
ius agendi ex alia cauſa apta Natta conſ.200.nu.
4.vol.1.Gaill.obſ.lib.1.cap.67.nu.1. Bellon.dec.43.
nu.4.& 5.Affl.dec.60.in fine Achill. Perſonal.de
petit.hæred.nu.572.R.pa obſ.161. nu.4. Et cum
123 producitur libellus ineptus, ſtatim non proce-
ditur vlterius d.l.libellorum §. quod ſi libells ff.de
accuſat.Afin.in praxi §.31.cap.62.nu.2.

124 Quando autem dubium eſt,an libellus ſit ine-
ptus,vel aptus,debet admitti ex Bald.in l.fin. col.
4.C.de edict.D.Andr.ſoll.Quia in dubio præſumi-
tur aptus,& non ineptus Innoc.in cap.examinata
de iudic.Bal.in l.edita col.4.C.de edend.

126 De libelli ineptitudine poteſt ſemper, etiam
poſt ſententiã obijci,quamuis in rẽ iudicatã trã-
ſierit ad impediendam illius executionem Felin.
in cap.ex parte nu.12.vbi etiam Dec.de offic.iudic.
deleg.Afin.in pract.§.31.cap.41. nu.3. latè Caroc.
except. 77. Etiam in executione ſententiæ Iaſ.in
l.1.nu.14.vbi latius Padilla nu.34. C.de Iuris,&
facti ignor.Cephal.conſ.100.nu.13.Eman.theſ.lit.L.
nu.166.Crauett.conſ.152.nu.3.Licet ante litis cõ-
127 teſtationem debere opponi,dicat Borrell.de ma-
giſtr.edict.lib.2.cap.5.num.35.Et non obſtante li-
128 belli ineptitudine ſi conſtet de iure actoris,po-
terit pro ipſo,iudex ſententiam proferre, vt poſt
Guglielm.de benedict.tenet Boer.dec.42.nu.29.

129 Parte non opponente libellus ineptus admit
titur Guid.Papa dec.221.ſub nu.4.Iafred.dec.294.
quamuis contra dicat Vant.hic nu.22. & ſuum
dictum Vant. intelligit ſi ineptitudo expreſſe re-
ſultet, ſecus ſi tacite,vel per ſubauditos intelle-
ctus, ac ſubtilis iuris ratione deprehenderetur
ſecundum Bal.& Marian. quos citat Borrell. de
magiſtr.edict.lib.2.cap.5.nu.28.

130 Verum non admittitur declaratio,quando li-
bellus eſt ineptus ex Caſtr.in l.ſi quis intentione
ambigua ff.de iudic.voluit Anguiſſ. conſ.19. nu.1.
lib.1.

131 Libellus ineptus ſubſtinetur cum clauſula:
petens ius,& iuſtitiam miniſtrari, iudicis officium
benigne ſemper implorando poſt Innoc.& Io.Andr.
in

in cap.2.de ordine cognit.Bal.in l.1.ff. de except.rei
iudic.Vant.hic nu.25.Capic.dec.10.col.fin.& dec.
86.nu.16.Rodrig.de modo vid.proceſſ.cap.5.nu.29.
& ſeq.Caval.commun.contrà commun. qu.763. nu.
64.Barboſ.in clauſ.ius,& iuſtitiam &c. Euerard.in
locis legalibus in loco ab effectu eorum &c. num.7.
Beſold.in theſ.pract.in d.clauſ.petens ſibi ius fol.mibi
*390.vol.2.*dicemus *infrà* verſ. *quando Cardoſ.*verb
libellus nu.12.
132 Libellus generalis, & incertus non valet, nec
procedit, cum debeat eſſe clarus, vt diximus, do-
nec declaretur *Bar. in l.fin. C. de annal. except.*
Gaill.lib.1.obſ.62.nu.2. Marſil.ſing.348.Iaſ.in §.
curare lim.7.Inſtit.de action.Miſing.cent.2.obſ.42.
Vurmeſ.lib.1.obſ.tit.9.obſ.1. Berlich. lib.1. concluſ.
*12.nu.23.Cardoſ.in pract.d.*verb. *libellus num.19.*
Borrell.d.cap.5.nu.21.& ſeqq. Laca de vniuerſ.&
*Cappell.cap.10.nu.6.*Admittitur tamen in ciuili-
133 bus parte non opponente *gl.& DD.in l.1.ff.de*
edend.Marſil.ſing.348. Marc. Mantua ſing.273.
nu.1.Vant.hic nu.26.Pax in praxi p.1. temp.4.nu.
21.Rodrig.de mod.vid.proceſſ. cap.5. nu.11. quid-
quid dicat *Zang.de except.c.14.nu.6. Achill. Per-*
ſon.de petit.hæred.nu.552. Corn.conſ.55. num.27.
vol.3.Amat.dec.Mureb.98.num.21.Gaill.d.obſ.62.
nu.11.Ruin.conſ.110.nu.15.vol.5. ſed de *Iure* hi-
ſpano per *l.4.tit.2.lib.4 recop. iuncta l.10.tit.17.*
lib.4. recop. etiam parte non opponente iudex ex
officio poterit repellere talem petitionem *Aueu-*
dan.reſp.1.nu.19.Mattienz.in dialog. relat.3.par.
cap.43.nu.3. & 4. Imo etiam parte opponente
134 admittitur in ſummarijs *Put.dec.21.nu.7.lib.1.*
Aldobrandin.dec.Rot.Rom.254.nu.6. lib.1. Et ad-
135 mittitur quando libelli incertitudo cauſatur
ex parte rei *gl.& Bar.in l.1.§.qui autem ff. quorum*
legat.Franc.Marc.dec.558.nu.6.et dec.720.nu.4.
col.1.P.Rauen.ſing.4.Reuſen.dec.18.nu.33.lib.3.
Berlich.lib.1.concluſ.12.nu.26.Cardoſ.ſup.nu.20.
Lara ſup.num.11. quod eſt quando ignoratur, an
reus poſſideat tit. pro legato, hærede, vel poſſeſ-
ſore.
136 Quando deductum eſt omne ius competens
ex *Bal.in l.fin.nu.14. C.de edicto D. Adr.toll.Bel-*
lam.dec.662.Aldobrandin.dec.251.nu.3.dec.254.
nu.6.dec.256.nu.5.dec.257.nu.2.lib.1.Hier.Grat
conſ.79.nu.16.vol.2.Aſin.in pract.ciuil. §.4.cap.2.
nu.2.Put.dec.21.nu.7.lib 1.
137 Quando libellus generalis, & ineptus eſt, ad-
mittitur per clauſulam: *ius, et iuſtitiam miniſtrari*
Guid.Pap.dec.263.Burz.dec.Bon.70.nu.40.et ſeqq.
Berou.conſ.163.nu.4.vol.1.Vin.dec.395.nu.3. di-
ximus *ſup*, verſ. *libellus ineptus.* Niſi reus excipiat
de generalitate, & vt ſpecificet, nam tunc talis
clauſula nihil operatur *Euerard.in locis legal.loco*
ab effectu eorum nu.8. Vel niſi contineret actionē
prorſus difformem ſibi ipſi contrariam, & obſcu-
ram, ità vt reo tolleretur facultas deliberandi, &
defenſio, nam tunc talis clauſula non iuuaret *Ma*
rian.in cap.2.de libell.oblat.Capic. dec.96. num.8.
Muſcatell.in praxi S.C.gl.libellus p.1.nu.19.Sard.
conſ.273.nu.23.Parexa de inſtr. edit.tit.6. reſol.5.
nu.51.Caroc.except.77.nu.7. Andreol. contr.304.
num.3.
138 Sic in petitione hæreditatis admittitur li-
bellus generalis *l. ſi hæreditatem l. illud quoque ff.*
de petit.hæred.de Ferrar.in pract. in forma libelli in
actione reali gl.1.nu.13. Iaſ.in l.1.num.29. ff.de
edend.Gaill.lib.1.obſ.68.nu.1. Cacher.dec.74. nu.
15.& 18.Minad.dec.31.nu.3.& 6. Perſonal.de
petit.hæred.nu.555.Anguiſſol.conſ.64.num.2. & 3.
lib.2.Cardoſ.in praxi iudic.& aduoc. verb. *libellus*
139 *nu.21.Zanger.d.cap.14.* Quæ concluſio proce-
dit, dummodo res generaliter, & vniuerſaliter in
libello deductæ in executionis tempore expri-
mantur, & liquidentur *l.4.ff. de petit.hæred.* poſt
alios *Perſonal.d.n.555. Dilect. de arte teſtandi tit.*
11.caut.20.nu.5.
140 Et procedit in iudicijs vniuerſalibus, vt tem-
pore executionis fieri poſſit bonorum liquida-
tio, ſed in generalibus tenebitur actor in proceſ-
ſu, & ante ſententiam, ſpecificare, & probare, &
in probatis obtinere *Roffred. de libellis rubr. de*
generali, & vniuerſ. Innoc.in cap. conquerente de
offic.ordin.Panorm. in cap. cum inter in 5.not.de re
iudic.in cap. cum ad ſedem de reſtit.ſpoliat. Et quā-
141 uis *Angel.& Alex. in l 1.ff.de edendo* renuerint
etiam in executione fieri poſſe liquidationem
tamen ſecurior eſt dicta diſtinctio, quam ponit
Anguiſſol.conſ.64.nu.2.& 3.lib.2.
142 Sic etiam libellus incertus procedit in peti-
tione fructuum, vſurarum, damnorum, expenſarū,
& intereſſe *Innoc. in cap. cum ad ſedem de reſtit.*
ſpoliat. Cyn. in l.cum propria C.ſi quis alteri, vel ſibi
Bar.in l.1.ff.de edendo Vuſſembec conſ.99. Borrell.
de magiſtr.edict.lib.2.cap.5.nu.42. Sic etiam pari-
143 ter vbi eſt probabile iuris dubium libellus in-
certus admittitur *Capic.dec.10.nu.21.* In petitio-
144 ne legitimæ, nam admittitur libellus incertus
quo ad quantitatem, & veniunt fructus etiam nō
ſpecificati *Borrell.de magiſtr.edict.lib.2.c.5. n.36.*
145 In petitione attentatorum *Oldrad.conſ.206.Fe-*
lin.in cap.2.nu.23.de libell.oblat. Borrell.ſup.n.37.
146 In monitorijs *Quintilian. Mandoſ. de monit.*
qu.38.
147 Libellus alternatiuus regulariter non valet,
nec admittitur *l.prætor edixit §. quod autem ff.de*
iniur.l.vbi autem §.qui illud ff.de verb.oblig. Gaill.
lib.1.obſ.62.nu.1.Miſing.cent.4.obſ.11.Anguiſſol.
conſ.7.nu.6.lib.3.Franc.Marc.dec.870.nu.4. vol.
1.Berlich. lib.1.concluſ.12.nu.23.
148 Limitatur tamen pluribus modis, primo quā-
do procedit ex facto alterius, puta ipſius rei, quā-
do petit quis rem iure Dominij, vel quaſi, & ſic
intentat rei vendicationem, & publicianam,
& procedit *Ant. de Butr. in cap.2. de libell.oblat*
Alex conſ.69.nu.5.& 6.vol.4.Gaill.lib.1.d.obſ.62
nu.4.et 5.Berlich.lib.1.d.concluſ.12.nu.32. Maxi-
149 mè quando electio eſt debitoris *Vin. dec. 41.*
nu.1.Franc.Marc.dec.720.n.4.vol.1.Peregr.Fab.
in deciſ.nouiſſ.Rom.275.num.4.et 5. lib.3. Sic in
150 obligatione alternatiua, modo electio ſit de-
bitoris, ſecus ſi creditoris *l.vbi autem 57. §.qui*
illud, aut illud ff.de verb.obligat.Pract. Papienſ.in
forma reſp.rei conuenti §. libellus eſt incertus nu.2.
Geam.dec.68.nu.1.Berlich.lib.1. concluſ.12. n.24.
151 2. Legatarius poteſt facere libellum, petendo
legatum à reo, ſiue pro poſſeſſore poſſideat, ſiue
pro hærede *l.1. §.hoc interdictum* verſ. *quia autem*
ff.quor.legat.Iaſ.in l. vbi autem §. qui illud num.6.
ff.de verb.obligat.

Ffff 152 3. Mi-

152 3. Minor poteſt libellum alternatiuum facere, vt dicere contractum nullum, aut ſi validus ſit, illum reſcindi, ſeq; in integrum reſtitui *cap. conſtitutus* vbi *DD. de reſtit. in integr.* Similiter poteſt
153 ſententiam nullam dicere, & ſi qua eſt reuocare, & ipſum reſtitui in integrum *Guid. Pap. deciſ. 143. nu. 1. et ſing. 220. Cappell. Tholoſ. dec. 469.* & ibi *Aufr. Gall. d. obſ. 62. nu. 7. Berlich nu. 35.* Quā-
154 do vnum eſt in obligatione, aliud in facultate ſoluendi, puta: *peto mihi decem dari, vel ſeruum noxæ tradi l. miles §. 1. ff. de re iudic. Bal. conſ. 25. in princ. lib. 1. Berlich. d. concluſ. 12. num. 30.* quamuis diſſentiant *Abb. conſ. 88. lib. 1. Tuſc. lit. L.* verb. *libellus concluſ. 313. nu. 12.*

155 4. In actione hypotecaria procedit libellus alternatiuus, Peto Titium condemnari ad traditionem rei hypotecatæ, vel ad ſoluendum debitū *l. ſi fundus §. in venditione ff. de pign. et hypotecis l. fin. C. ſi vnus ex pluribus Bar. in l. ſi eem alienum nu. 12. ff. de pign. act. Gall. lib. 1. obſ. 62. nu. 8. et 9. Dec. conſ. 86. nu. 1. Berlich. lib. 1. concluſ. 12. nu. 28.*
156 Sic etiam poſſunt intentari ſimul perſonalis, & hypotecaria *Guid. Pap. dec. 108.* Quando Ma-
157 giſtratus pecuniam mutuò ſumpſit, tūc à creditore ipſe magiſtratus, & reſpublica alternatiue conueniri poſſunt *Hart. Piſtor. p. 1. qu. 37. num. 44. et ſeqq. Berlich. nu. 27.* Quando quis, cui fuit facta
158 promiſſio vendendi rem, petit vt vendat, vel vt ſoluat intereſſe *Bal. conſ. 290. nu. 2. lib. 4. Tuſc. lit. L. verb. libellus concluſ. 313. nu. 18.*

159 5. Libellus alternatiuus producitur dum tractatur reſciſſio contractus in materia *l. 2. C. de reſcind. vendit.* ibi *Cagnol. nu. 216. ibid. Pinell. p. 3. cap. 3. Crauetta conſ. 151. Gall. d. obſ. 2. num. 9. et 10. Caluol. in praxi §. libellus 9. concluſ. 2. n. 2. Ber-*
160 *lich. lib. 1. concluſ. 12. nu. 25.* Imo eſt de ſubſtantia, vt alternatiue concipiatur *Aufr. ad Cappell. Tholoſ. dec. 469. Alex. conſ. 182. col. 1. vol. 2. Gomez de contr. c. 11. n. 40. Barb. ibi n. 80.* licet non eſſe de
161 forma dicat ibi *Bald. contra Bart. n. 14. & 19.* vbi dicit eſſe conſilium, & non præceptū, ſequitur *Salyc. qu. 19. Pinell. d. par. 3. cap. 3. nu. 9. &* 10. dicens alternatiuè, & non alternatiuè agi poſſe *Mıſing. obſ. 42. cent. 2. & obſ. 11. cent. 4.*

162 In Camera Imperiali ſeruatur, quod fiat libellus, quo tantum reſtitutio rei petatur, & nihilominus per ſententiam pronunciatur alternatiuè *Mıſing. d. obſ. 42. cent. 2. Gall. d. obſ. 62. ſub nu. 10. & ex Aff. dec. 32.* probat *Pinell d. c. 3. n. 12.*

163 Vbi actor eſt incertus ob varias opiniones *DD.* & *gloſæ* quod ſibi debeatur, vel qualis ſibi actio competat, nam tunc libellus alternatiuus admittitur *Bar. in l. gallus 29. §. ſi verò 19. ff. de liber. & poſt. Petr. Paul. Paris in add. ad Bar. in l. 1. §. quia ff. quorum legat. num. 1. verſ. incertitudo Iaſ. in d. l. gallus §. ſi eius num. 29. & ſeqq. Berlich. d. concl.*
164 *12. num. 31.* Vbi actor petit ſibi reſtitui rem ſi extet, vel ſi conſumpta eſt, eius æſtimationem *Euerard. in topica in loco ab ordine 1. num. 4. Gall. d. obſ. 62. nu. 5. Mıſing. cent. 4. obſ. 11. Berlich. n. 33.*

165 6. Libellus in quo proponitur nullitas, & iniquitas ſimul, & exprimuntur nullitates, admittitur *Rota in antiqu. deciſ. 146. Cuſne. peregr. qq. q. 33. n. 78.*

166 7. In actionibus contrarijs libellus alternatiuè permittitur, non autem copulatiuè *Balb. dec. 497. Maranta de remed. poſſeſſ. num. 129.* alios caſus, in quibus libellus alternatiuus admittitur, ponunt *Tuſc. lit. L. concluſ. 313. Caluol. in praxi* verb. *libellus 9. concluſ. 2.*

167 Obſcurus libellus quinque modis dicitur. Primo ratione equiuocationis 2. generalitatis. 3. alternationis. 4. ratione locutionis non coarctatæ. 5. ratione infinitatis, vt ponit exempla. *Marc. Mantua ſing. 273. & 531.* refert, & ſequitur *Gall. d. obſ. 62. n. 4. & 5.*

168 Libellus obſcurus declarari poteſt vſque ad ſententiam, tam de Iure Ciuili, quam ſaxonico, vt dicit *Modeſtin. Piſtor. qq. illuſtr. q. 155.* vbi *Iacob. Schulz. & idem ad Coler. dec. germ. 109. nu. 32. Riminald. ſen. conſ. 172. num. 20. vol. 1. & conſ. 445. num. 5. vol. 3. Muſcatell. in praxi S. C. gl. obſcuris p. 3. num. 14. & 15.* vbi declarat *Cardoſ.* verb. *libellus nu. 14.* vbi dicit, quod actor debet ſoluere ex-
169 penſas. Verum non debet addi aliquid, vel detrahi, nam dicitur fieri nouus libellus *Bar. Bal. Angel. Alex. in l. edita* vbi *Dec. nu. 52. C. de edend. Claper. in center. deciſ. fiſcal. cauſ. 11 q. 1. nu. 6. Udd. conſ. 88. nu. 818. & 53. vol. 1.* & ſunt dandæ nouæ
170 induciæ, quia illud, quod venit poſt litem cōteſtatam non videtur venire in iudicium, nec dicitur acceſſorium ad primum in libello contentum, ſed opus eſt noua inſtantia *Muſcatell. in praxi S. C. p. 3. gl. obſcuris Cardoſ. vbi ſup. num. 14. Andreol. contr. 304. num. 5.* Ex quo ſequitur, quod
171 additio, vel detractio licet tantum antè litem conteſtatam non autem poſt. *l. non poteſt 23. ff. de iudic. l. at eius §. fin. l. ſeq. ff. de aqua pluu. arcend. Bar. in l. edita num. 7. C. de edend.* Cum ſententia quæ
172 proferretur ſuper mutatione, additione, vel emendatione, eſſet ſuper re in qua non eſſet lis conteſtata, & eſſet nulla. *arg. l. prolata C. de ſent. Panorm. in cap. 2. num. 29. de libell. oblat. Coler. dec. 109. num. 1. dec. 122. num. 5. Milanenſ. dec. 8. n. 43. lib. 2. Rimiald. ſen. conſ. 445. nu. 1. vol. 3.*

173 Talis emendatio, & mutatio libelli poſt litem conteſtatam non poteſt fieri, etiam ex conſenſu partium *Bal. in auth. hoc ſacramentum in fin.* Cum
174 litis conteſtatio, & alij iudiciales actus conſenſu partium remitti nequeant *gl. in c. de cauſis de offic. deleg. Bar. in auth. offeratur C. de litis conteſtat.* dicemus *infrà.* Verum volens mutare actio-
175 nem, & cauſam, purà quia egit actione ex empto, nunc vult mutare, & agere ex donatione, poteſt etiam poſt litem conteſtatam, quia reus ex hoc nullum damnum patitur, ex quo ſi abſolueretur ab vna, ageret ex altera, & ſimiliter condemnaretur, vt dicit *Paul. de Caſtr.* quem ſequitur *ibi in d. l. edita col. 9. Ant. de Alex.* vbi ponit multa ad materiam.

176 Cumulatio libelli non admittitur quando eſt circa res diuerſas. *Verall. dec. 132. n. 2. lib. 3.* Vn-
177 dè non ſubſiſtit libellus, in quo per viam cumulationis intentatur remedium retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis *Caſtr. conſ. 234. num. 1. vol. 2. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 507.*
178 *Cornax. dec. 137. num. 14.* Etiam ſi adſit clauſula illa: *ius, & iuſtitiam miniſtrari Surd. conſ. 273. nu. 23. Gratian. dec. 193. num. 8. & ſeqq.* verſ. *minus obſtat Statil. Pacific. de Saluian. interd. inſpect. 1. c. 3. nu. 22.*

num.12.& ſeqq.Barboſ.de clauſ.clauſ.76. num.16.
ad med.Parexa de inſtr.edit.tit.6.reſol.5.n.51.Ve-
179 rum in delictis,etiam poſt litem conteſtatam
libellus poteſt declarari. l.in delictis §.ſi detracta
ff.de noxal.l.hæres §.1.ff. de teſtam. Franc. Marc.
180 dec.720.nu.10.vol.1. Sic cumulatio plurium
actionum in vno libello fieri poteſt ex pluribus
Gaill.lib.1.obſ.63.num.1. Berlich.lib.1.concluſ.11.
num.4.& ſeqq.vbi dicit, quid de Iure ſaxonico.
181 In pluribus caſibus libellus non requiritur.
Primo in cauſa alimentorum Bar.in l.ſi quis à li-
beris in princ.ff.de liber.agnoſc.Aſin.in praxi ciuil.
§.3.cap.31.num.6.& §.4.cap.3.caſ.48.Milanenſ.
dec.5.num.29.30.lib.1.Surd.de alim.tit.8.priuil.1.
182 num.3.Quod intelligitur vbi alimenta petun-
tur officio iudicis, non autem ſi iure actionis ex
contractu Aſin.d.§.4. cap.3. caſ.48. Surd.de alim.
183 tit.8.priuil.2.num.15.Et in alimentis præſenti-
bus, & futuris, in quibus eſt neceſſaria celeritas
ob neceſſitatem victus, ſecus autem in alimentis
præteritis, in quibus non militat eadem ratio
Surd.d.priuil.2.num.14. Milanenſ.d.dec.5. nu.33.
184 lib.1.Et vbi alimenta debentur pauperi, ſecus
diuiti Surd.vbi ſup.Benincas de priuil.pauperi.ſpec.
2.in iudicijs num.18.& 19. 2.Non requiritur li-
185 bellus ſi procedatur via executiua, vigore in-
ſtrumenti liquidi, quod habet vim libelli. Affl.
dec.191.num.5. Carocc.caſ.44. num.10. Ceſ.Barz.
dec.60.num.49.num.5. Lancell.Gallia conſ.24.nu.
4.lib.1.
186 3.Non requiritur in cauſa executiua vigore
rei iudicatæ Sebaſt. Sapia in l.fin. num.64.C. de
edict.D.Adr.toll.Aſin.in pract.ciuil. §.4. cap.3.nu.
1.Surd.de alim.tit.3.q.9.num.6. Cacher.dec.1.n.3.
& 4.Idem Surd.conſ.204.n.5.vol.2. Marian.Socc.
iun.conſ.75.n.1.vol.1. Quod intelligitur quando
187 iudicis officio ſententię executiuo petitur An-
gel.in l.1.num.27.C.de iudic.Panorm.& Felin.in
cap.1.de libell.oblat.Neuizan.conſ.4.n.2.Lancellot.
de attent.p.3.cap.26.num.10.& 13.Vant.hic num.
51.Achill.Perſonal.de adipiſc.poſſeſſ.num.58.Schra-
der.de feudis p.10.ſect.6.n.105.& 106.vol.2.
188 4.Non requiritur libellus in cauſa depoſiti
Angel.in l.ſi quis C. depoſiti Viu.dec.191.num.6.
Boer.dec.295.Alphan.collect.472.
189 5.Non requiritur in cauſa reuocationis atten-
tatorum gl.in clem.2. vt lite pend. Biſignet. dec.2.
tit.de appell.Bellam.dec.101.Affl.dec.351. num.1.
Aſin.in praxi ciuil.§.4.c.3. Lancell.de attent. p.3.
cap.26.num.10.Quod dicit procedere in attenta-
tis notorijs Gaill.obſ.146.num.4.
190 6.Quando intentatur actio in factum Innoc.in
cap.de libell.oblat.Alex. & Iaſ.in l.intra dies ff.de
iudic.Surd.conſ.204.num.6.vol.2.Alios caſus vſq;
191 ad 80.in quibus libellus non requiritur, ponit
Aſin.in praxi ciuil.§.4.c.3.per tot.
192 Libellus ſi ſit obſcurus poteſt pars petere de-
clarationem illius, & libellans debet declarare
Muſcatell.in praxi p.1.gl.libellus, & gl.declarans,
193 & p.3.gl.obſcuris. Verum pars petens declara-
tionem debet opponere ſpecialiter de obſcurita-
te, & declarare partes, in quibus eſt obſcurus,
& non ſufficit generaliter dicere: oppono de ob-
ſcuritate libelli Cepoll.cautel.106.Affl.in conſtitut.
dilationis num.37.& 38.vbi ponit aliqua exem-
pla de prædictis; vtpote ſi quis egerit interdicto
retinendæ poſſeſſionis, dicendo ſe turbatum, op-
ponitur, quod libellus eſt generalis, quia non
exprimit modum turbandi, tunc actor tenetur
declarare modum turbationis Bal.in l.ordinarij
col.7.verſ.item quæro C.de reiuendic. Alex.conſ.71.
194 lib.3.Si verò generalitas eſt tolerabilis, puta
actor petit fundum declaratum per fines, & con-
fines, de quo fundo ipſe habet medietatem, ſi reus
petat quod declaret, an petat totum, vel partem,
non tenetur declarare, quia iſta eſt generalitas
tolerabilis Muſcatell.d.gl.obſcuris n.5.Affl.ſup.
195 Si libellus ſit obſcurus, & pars non opponat
de obſcuritate, poteſt valide ferri ſententia abſq;
ſcrupulo nullitatis, verum Iudex ex officio po-
teſt petere, vt pars declaret obſcuritatem, adhoc
vt poſſit ferre ſententiam certam, prout tenetur
§.curare Inſtit.de actio. Muſcatell. d.gl.obſcuris
vbi magiſtraliter loquitur, alias ſi non poſſet ſen-
tentia certa ferri, ſi ferretur, nulla eſſet, ex l.1.ff.
de edend.cap.fin.vbi Anchar.num.3.de libell.oblat.
l.nec cauſas C.de appellat. Azeued.d.l.10. tit.17.
lib.4.recopil.verb. contendendoſe num.113. vbi id
procedere dicit, etiam de iure hiſpano, ſi reus
non potuit ſe defendere.
196 Exceptio libelli obſcuri quo ad partes, com-
petit vſque ad diem litis conteſtationis, ſicut cæ-
terę exceptiones dilatoriæ, vt per Bal.in l.excep-
tionem C.de probat.reſpectu verò obſcuritatis, &
generalitatis ex quo concludit ius agendi, nec
ſuper eo recte ſententia formari poteſt, & ſic
reſpectu ipſius iudicis, & tunc hæc poterit quan-
documque opponi antè ſententiam Bal.ibid.num.
14.Muſcatell.vbi ſup. num.14. vbi num.15. dicit
hoc procedere etiam de Iure noſtri regni, etiam
attenta diſpoſitione cit.cap.deteſtantes ſi obſcuri-
tas, & generalitas eſſet adeo magna, quod reus
non poſſet intelligere, quid actor velit, ad hoc vt
poſſit ſe defendere.
197 Si reus ipſe velit copiam libelli, vel petitionis
eſt ei tradenda Iaſ.in l.de pupillo §.meminiſſe ff.de
nou.oper.nunciat.Panorm.in cap.ex parte 1.de verb.
ſignif.Rodrig.de modo vid.proceſſ.c.5.num.53. Pax
in praxi tom.1.temp.4. num.60. quę copia debet
198 dari expenſis actoris gl. verb.oblatos in clem.2.
de appell.Pax.ibid.Viu.dec.358. de Iure Neap.eſt
prag.5.de ord.iudic.Reg.Sanfel.in praxi ſect.49.nu.
1.ea ratione ad hoc, vt reus poſſit deliberare, ſi
velit contendere, vel cedere Viu.ibid.num.3.Dom.
Mutill.in praxi ſolemnib. 16.num.20.vbi limitat in
noſtris Tribunalibus Neap.
199 In actione iniuriarum ciuiliter intentata, de-
bet eſſe ità clarus, & ità ſpecificatus libellus, vt
reus certificari valeat Rota in nou.dec.36. & dec.
200 39. Sic ciuilis libellus continens infamiam
debet tempus continere Affl.dec.250. n.2. & ibi
Vrſill.
201 In poſſeſſorijs, & interdictis omnibus libellus,
ſiue qualis qualis petitio exigitur Menoch.de
adipiſc.poſſeſſ.remed.4.num.468. Barz.dec.Bonon.
202 49.n.1.2.& 3.Verum ſunt multa poſſeſſoria
in quibus libellus exigitur, quę ponit Menoch.
vbi ſup.n.470.& ſeqq.
203 Sic quando adeſt pars contradictrix non ſuffi-
cit talis qualis petitio, ſed requiritur libellus

Corn. in l. fin. num. 28. Iacobin. num. 23. Zuccard. 291. de edicto Diu. Adr. toll. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 469. Achill. Perſonal. de adipiſc. poſſ. n. 61. Peregr. de fideicommiſſ. art. 48. num. 57.

204 In petenda in integrum reſtitutione, libellus
requiritur *Spec. tit. de off. omn. iudic. §. incidenter num. 3. Odd. de reſtit. q. 35. art. 1. num. 1. Mſing. obſ. 18. cent. 4. Magon. dec. Luc. 40. n. 11. & 12.* Quod
205 eſt intelligendum quando petitur contra contractum, & ſententiam diffinitiuam, ſecus ſi contrà interloquutoriam, in qua libellus non exigitur *Aufr. ad Cappell. Tholoſ. dec. 55. Odd. d. q. 35. art. 1. nu. 4.* vbi ponit limitationes.

206 Libelli verba ſemper in fauorem libellantis latiſſimè ſunt interpretanda, & conformia mentis ipſius *Bellam. dec. 733. Cappell. Tholoſ. dec. 32. Hartm. Piſtor. lib. 1. q. 45. num. 26. Beſold. theſ. pract. clauſ. petens ſibi ius &c. ver. hæc que ex l. ſi quis ff. de*
207 *iudic.* Sic qui facit libellum cum remedijs contrarijs, ſi in illo deducat omne ius ſibi competens poteſt vti illo remedio, quod ſibi placuerit, & ſpectat ad libellantem electio *Angel. & Paul. de Caſtr. in l. ſi vterque num. 4. C. de codicill. Aldobrandin. dec. Rot. Rom. 251. num. 2. & 3. p. 1. Pus. dec. 21. n. 1. & 2. lib. 1.*

208 Sic pariter poteſt libellus ex pluribus capitibus formatis in vno capite valido, ſubſtineri, maximè ſi in libello fuerit poſita clauſula: *omni modo meliori Iaſ. in §. omnium Inſtit. de actiou. n. 151. Achill. de Graſſ. dec. 1. tit. de clauſ. Rub. deciſ. nouiſſ. Rom. 40. num. 3. p. 1. lib. 1.* Cum intelligatur petere
209 quod ſibi debetur *Schrader. de feudis 9. p. ſect. 8. num. 3.*

210 Ex dictis omnibus apparet, quod libelli oblatio eſt de ſubſtantia iudicij, cum ſit fundamentum cauſę, & ipſius iudicij, & offerri ſolet non ſolum ratione partium, verum etiam reſpectu iudicis, ſcil. Vt ipſe Iudex ex eo modum, & actionem intentatam, & nunquid ſit apta vel non, & ſibi concludat, cognoſcere poſſit, ac ſecundum illius formam ſententiam ſuam dicat, iuxtà *tex. in cap. licet Hely de ſimon. clem. ſape de verb. ſignific. l. vt fundus ff. de commun. diuid. auth. offeratur,* vbi *Bal. & alij C. de litis conteſt. gl. in ſumma 2. q. 1. & in cap. de cauſis de offic. deleg. in cap. 1. de libell. oblat. & in cap. quoniam contra* verb. *petitiones de probat. Pax in praxi tom. 1. temp. 4. num. 2. Rodrig. de modo iud. proceſſ. cap. 5. num. 2. Belich. lib. 1. concluſ. 12. n. 1. & concluſ. 13.*

211 Et ſic ſollemnitas libelli eſt ſubſtantialis, & admitti non poteſt, vt eſt *gl.* magiſtralis *in fin. in cap. 1. de libell. oblat.* vbi *Innoc. Hoſtienſ. Io: Andr. Cald. Imol.* vbi *Marian.* dicit regulariter libellum neceſſarium fore ſiue inter perſonas Eccleſiaſticas, ſiue ſeculares agatur, & de quibuſcunq; rebus, etiam mere prophanis, & coram quibuſcunq, iudicibus, etiam ſi eſſet arbiter *gl. in l. prnul.* verb. *coniunctim C. de arbitr. gl. 3. in auth. offeratur C. de litis conteſtat. Cancer. var. lib. 3. cap. 16. nu. 18.* Nec
212 partium conſenſu tacite, vel expreſsè omitti poſſit *Veronenſ. conſ. crim. 60. Rota in nouiſ. dec. 88. Mar. Soccin. conſ. 96. vol. 1. Aufr. ad Cappell. Tholoſ.*
213 *dec. 287.* Quamuis ſecus ſit coram arbitratore *c. quintaualliſ de iure iur. Cancer. vbi ſup.*
214 Et illius omiſſio vitiat *Bal. in auth. contra rogatus in fine C. ad Trebell. & in auth. generaliter col. pen. C. de Epiſc. & Cleric gloſ. & DD. in cap. ex cauſis de offic. deleg.* de *iure* noſtro Neap. per *conſtit. dilationes, & prag. diſpendia.*

216 Sed quod libellus de ſubſtantia iudicij non ſit, ſed ſaltim tacitè ad inſtar iuramenti de calũnia remitti poſſit, & ſufficiat talis qualis petitio in actis redacta, vt pars ſuper illa, an velit cedere vel contendere, & iudex ſententiam ſuam formare poſſit, cum per iſtam iuri ſatisfactum ſit, tenuit *Zaberell. in clem. ſapè in gloſ.* verb. *neceſſarius Petr. de bellapert. in auth. offeratur Aff. dec. 191. ſub*
217 *nu. 7.* Imo quod ex expreſſo partium conſenſu omitti poſſit dicit *Accurſ. in Auth. de exhib. reis §. ſancimus* in verb. *libellum* verſ. *item fallit quando partes Mar. Ian. conſ. 75. nu. 5. vol. 2. Bal. in d. auth. offeratur nu. 6. & Card. Flo. in clem. 2. de appellat.*

218 Veritas eſt, quod debet attendi caſus, & ſtylus Curię vbi lis eſt, vt dicit *Vaut. hic nu. 21. in fine,* & vidimus ex *ſup. poſitis.* Verum non debet
219 abeſſe talis qualis petitio, quæ niſi à principio fiat in ſcriptis, fiat tamen verbo, & deinde redigatur in actis, & ſic hoc deficiente nullitas eſt, vt *per gl. in clem. ſapè* verb. *neceſſaria Vaut. hic nu. 21. Ancbar. conſ. 383. nu. 7.* Nam aliàs reus non poſſet deliberare, nec iudex deuenire ad ſententiam
220 *Aff. in d. conſtit. dilationes nu. 5. & 6. Pariſ. de ſyndic.* verb. *libellus cap. 2. nu. 4. Bar. in eſtrauag. ad reprimendum* verſ. *& figuram nu. 8. Muſcatell. in praxi S. C. p. 1. gl. petitur nu. 24.*

221 Doctores ponentes libellos in centum ſexaginta quinque iudicija, refert *Borrell. in ſumma deciſ. tom. 1. tit. 49. nu. 192. & ſeqq.* omnium melius *Roſſ. in integro Tract. de libellis* vbi ponit libellos in omnibus iudicijs, *Pract. Papienſ.* quæ ita ſimiliter facit, quorum libellorum, cum ſuis decretis in fine operis, Deo Dante, *forſan* ponemus.

SVMMARIVM.

1 *Citatio an ſit de ſubſtantia iudicij? & nu. 2.*
3 *An, & quando ſit de ſubſtantia iudiciorum, litis conteſtatio? quæ nam ſit, et an fiat in iudicijs criminalibus? et à nu. 4. ad nu. 25.*
26 *De Iure noſtro Neap. an poſſit procedi in cauſis ſine termino? quid in Rota Romana? et à num. 27. ad nu. 41. et nu. 73. 74. 75.*
42 *In cauſis criminalibus an poſſit non dari terminus ad ſe defendendum? et à nu. 43. ad nu. 72.*
76 *Si ſit proceſſum cum termino ordinario, dum erat procedendum cum termino ſummario, an ſit nullitas? et nu. 77. 78. 79. 80.*
81 *An in cauſis ſummarijs requiratur litis conteſtatio? et poſſeſſorijs? et à nu. 82. ad nu. 134.*
135 *In quibus alijs caſibus litis conteſtatio non requiratur? et à nu. 136. ad nu. 157.*
158 *Terminus in aliqua cauſa ſi ſit datus, an poſſit variari ad viam executiuam? et à n. 159. ad n. 167*
167 *Quando terminus incipit currere, et quando committatur audientia teſtium pro examinandis teſtibus, in partibus? et à nu. 168. ad nu. 184.*
185 *Terminus quantus eſt? et à nu. 186. ad nu. 215. vbi etiam an poſſit prorogari.*
216 *Pendente termino ad probandum, non poteſt aliquid fieri à iudice.*

De

Digitized by Google

De Citatione, Litis conteſtatione, & Termino probatorio.

QVÆSTIO II.

1 Secundò, relati DD. pro ſubſtantiali ordine iudicij, ponunt Citationem, quaſi quod oblato libello pars ad illi reſpondendū, & ad reliquos actus citari debeat, alias proceſſus, & ſentētia non valerent. Quod eſt verum quando pars non eſt præſens, quia citatio tunc eſt fundamentum ordinis iudiciarij, & ſine ea regulariter quicquam fieri non poteſt *l.ne quicquam §.vbi decretum ff.de offic.proc.* Sed ſi
2 pars eſſet præſens citatio non eſſet de ſubſtātia, Cum ſententia, & proceſſus abſque illa formari poſſint, vt per *tex.* & ibi *DD. in l. de vnoquoque ff. de re iudic.l.in cauſa §.cauſæ ff.de minor.* Diximus *nos* late in *rubr.12.de citationibus*.

3 Tertiò pro actu ſubſtantiali dicti DD. *litis conteſtationem* requirūt, Ad cuius rei intelligentiam, eſt ſciendum, quod litis conteſtatio eſt *principalis negotij apud competentem iudicem facta narratio, & ad eam ſubſequuta reſponſio cap.1.de litis conteſt. cap.dudum 2.de elect.cap. pro vt de dolo, & contumac.cap.cum cauſam de iuram. calumn. Spec.de litis conteſt.§.1.Placentia in ſumma C.lib.3. tit.9.* qui dicit litis conteſtationem eſſe negotij hinc indè narrationem apud Iudicem *Maranta in ſpec.p.1. membr.10.nu.7.Dambonder.in praxi ciuil.cap.120 nu.1.& cap.140. nu.1.Pax in praxi tom.1. par.1. temp.6.nu.1.Cancer.var.lib.3.cap.16.nu.1.& ſeqq.*

4 Conteſtatio litis fit affirmatione vnius, & contradictione alterius litigantis, expreſſis verbis, dū dicitur; nego narrata, pro vt narrantur, petita fieri non debere, petendo ab inſtantia abſolutionē, ac aduerſarij in expenſas condemnationem. Et fit altero petente, altero verò reſpondente negando, vel affirmando, aut excipiendo *Maranta vbi ſupra num.3.4.& 5. Dambouder.in praxi ciuil.cap.220. nu.7.& ſeqq.* Et per affirmationem, & negationem fieri dicit *Guid.Pap.dec.369.nu.2. in fine Ferrett. conſ.114.nu.2.vol.1. Beron.conſ.162. nu.2. & 3. vol.1.Gaill.lib.1.obſ.73.nu.2.& 6.Cuiac. lib.9.obſ. 21.Verall.deciſ.223.lib.2.Viu. dec.310.num.2 & ſeqq.Peregr.conſ.82. nu.1. vol.1. Cephal.conſ.388. nu.8.vol.3.Cancer.var.lib.3.c.16.nu5. & ſeqq.* de *Iure* Hiſpano *per l.1. tit.4. lib.4. recopil. Pax vbi ſup.nu.48.*

5 In cauſis criminalibus fit litis conteſtatio quādo reus examinatur ſuper delicto ſi fecerit, vel non fecerit delictum, de quo agitur, per ſuam reſponſionem negatiuam, vel affirmatiuam *Scacc. de iudic.lib.1.cap.86. num.54.* verſ.*ſed vt offendi.* Idemque ſi reſpondeat inquiſitioni contrà eum formatæ *Iul.Clar.q.14. num.13.q.45. num.2.* vbi *Baiard.num.57.Ant.Gomez. var.lib.3.cap.12. num. 18.circa med.* & ità ſeruari in ſtatu Eccleſiaſtico dicit *Scacc.de iudic.lib.1.cap.103.n.9.in fine.*

6 In noſtro Regno Neap. fit litis conteſtatio, vt dicit *Foller.in pract.crim.* rubr.*fiat conteſtatio litis* vbi *num.2.* ponit practicam faciendi illam *Dom. Maiorana in opopraxi c.2. fol.110.* & fit etiam ſi reus reſpondeat in aliquo capitulo, quod mentitur qui hoc dicere voluerit *Foller.ſup. num.9.poſt Bal.in l.turpia ff.de leg.1. Farinac. q.10. num.55.* verſ.*ſi vero reus Caball.caſ.269.num.11.* vbi dicit, conſtitutum rei eſſe loco conteſtationis litis, & quod lis dicatur conteſtari, quando nomen rei eſt receptum inter reos *Canal.de teſtibus p.5.nu.205. Guazzin.defenſ.20.c.18.*

7 Litis conteſtatio fit reo præſente *Bal.in l.1. ver.3.quero num.4.C.de litis conteſt.Maranta in ſpec.p.6.membr.10.num.7.Aſin.in praxi §.17. c.3.*
8 licet de *Iure* hiſpano poſſit fieri parte abſente *l.2.tit.4.lib.4.recopil.* & poteſt fieri eodem Iure die feriato *d.l.Pax. lib.1.temp.6.num.32.Rodrig.de modo vid.proceſſ.cap.6. num.26.27.* vbi ponit rationem.

9 Litis conteſtatio non cenſetur facta ſi pars rea reſponderet cum proteſtatione, quod non animo litem conteſtandi, vt poſt *Abb. Panorm.in cap.dudum col.3.de except.*voluit *Viu.dec.310. nu.4. Cauagnol.ad decret.Montisferr.ad decretum 3.§.7. n. 1.Cancer.vbi ſup.*

10 Nec fieri poteſt, niſi anteà præcedat libellus, ſuper quo formari poſſit à reo congrua reſponſio *Accurſ.in l.prolatam C.de ſent. & interloquut. omn. iudic.Spec.de litis conteſt.num.7.* Habetur ex *tex. in auth.offeratur, & in auth.libellum C.de litis conteſt.Vin.dec.310.num.9. Dambouder.in praxi ciuil. c.120.n.8.& 14.& c.140.n.7.*

11 Lapſis angulatis, & iudicij initium, & fundamentum eſt litis conteſtatio, & eſt de ſubſtantialibus iudicij, ità vt illius omiſſio vitiet proceſſum & ſit nullus *cap.1. de litis conteſtat. gl.in cap.dudum el.2.de elect.Bar.in l.prolatam nu.5. C.de ſent. & interloquut. omn.iudic. Vant.hic num.28. Maranta in ſpec.membr.10.num.1. Carauit.in rit.48. num.2.& 3.Cumia in rit.Sicil.cap.76.nu.10.Gaill. lib.1.obſ.75.num.3.Afſl.dec.283.num.3. Maſtard. de probat.concluſ.33.num.17.Vin.dec.310.nu.12. Surd.conſ.134.num.1.vol.1. Doco.conſ.57. num.5. Natta conſ.573.num.34. vol.3. Miſing.obſ.1.cent. 1.& obſ.74.cent.3. Vrſill.ad Afſl.dec 191. num.7. Cephal.conſ.382.num.11.vol.3.Rol.à Valle conſil. 75.num.34.conſ.49.num.3.vol.2.conſ.8.nu.7. vol. 4.Coroc.de except.except.134. num.1. Nig.de execut.rei iudic.c.6.§.10.num.5. Mantica de tacit. & ambig.lib.19.tit.5.vol.2.Maſtrill.dec.131. num.8. Surd.dec.295.num.22. R.Rouit.in prag.4. de dilation.num.6.Thor.in comp.deciſ.*verb.*ſententia nulla p.2.f.629.Borrell.in ſumma deciſ.tom.1.tit.50. nu. 98.& ſeqq.Conſ.Prat.lib.1. diſcept.29. num.27. & ſeqq.Cancer.var.lib.3.cap.16.num.1.& ſeqq. Parlador.lib.1. rer. quotid. cap.14. Pax in praxi p.1. temp.6.num.2.3.Rodrig.de modo vid.Proceſſ.cap.6. num.4. Mund.in repet. l.diffamari C. de ingen. & manumiſſ.fol.*mihi 347.

12 Et adeo eſt ſubſtantialis litis conteſtatio, vt illi per partes renunciari non poſſit *gl.in cap.ex cauſis de offic.deleg.cap.1.de litis conteſt.in 6.clem. ſæpè in fin.de verb.ſignific.Rot.in nou.dec.88. Afſl. d.dec.191.num.8.Capell.Tholoſ.dec.353.Vant.hic num.28.Rol.à Valle conſ.75.num.36. conſ.94. nu. 28.vol.2.conſ.8.num.5.vol.4. Cumia in rit.Sicil.c. 39.num.6.Perſonal.de adſpiſt.num.258.*poſt alios

Co-

Caroc.d.except.134.an.13.Cancer.d.cap.16. nu.2.
Donad.de renunciat.tom.1,cap.32.nu.236. Pax in
praxi p.1.temp.6.nu.4. Niſi conſenſu ambarum
13 partium remitteretur,vt probat latè Bart.Brunat.
in agone cap.26.nu.6.

14 Litis conteſtatio, requiritur tam in ciuilibus,
quam in criminalibus Bar.Bal.& alij in l.1.C.de
litis conteſt..Azo in ſumma C. de requir. reis Soccin.
fall.239.num.5.Foller.in pract.crim,rubr.fiat con-
teſtatio num.2.& in pract.canon.§.aut inquiſitione
formata num.32.cum ſeqq.Franc.Marc.dec.918.n.
1.vol.2.Viu.dec.310.n.13.

15 Et licet non deſint alij contrarium ſentientes
nempè in criminalibus non ſeruari Clar.in pract.
crim.q.45.num.2.Guid. Pap.dec.143.num. 3.& 4.
Franc. Marcus deciſion. 768. num.6. vol. 2.

16 Tamen prima opinio eſt communior,& ſecu-
rior Farinac.in praxi qu.10. num.55. vbi egregiè
explicat, quando in criminali iudicio ſit neceſ-
ſaria litis conteſtatio Soccin.reg.240. nu.2. Afſl.
dec.183.nu.8.Gaill.obſ.74. nu.14. obſ.75. num.4.
Scacc.de iudic.lib.1.cap.103.nu.8.& cap.96.n.17
Guazzin.defenſ.20.cap.18. & defenſ.35. cap.3. &
hæc eſt recepta in regno Neap. vbi habemus co-
ſtit.Federici II.Imper.in conſtit.incip.lite legitimè
conteſtata, & videtur probari per ritus M. C. V.
105.106.et 107.& ſic videmus ſeruari in noſtra
M.C.V.&alijs Tribunalibus Si verò reus ſit ab-
17 ſens tunc non requiritur litis conteſtatio,& pro
ceditur ad condemnationem contrà contumacē,
tamquam contra confeſſum Scacc. de iudic. lib.1.
cap.93.nu.3.verſ.ſed ſolus,et cap.103.nu.9.in fine
Farinac.qu.10.nu.51.verſ. veritas tamen eſt Guaz-
zin.defenſ.20.cap.18.nu.3.

18 In Cauſis verò ſummarijs litis conteſtatio nō
requiritur, quod eſt expeditum in noſtro regno
Neap. in quo omnes cauſæ ſunt ſummariæ per
cap.regni Deteſtantes inſertum in ritu M. C. 288.
& per pragm.1. de ordine iudic. vt dicunt Muſca-
tell.in praxi par.1.gl.prius ò nu.4. Reg.Tap.in d.
cap.deteſtantes in lib.3. Iuris regni et dec. S.C.38.
nu.4.Ronit.in prag.1.de inſtat.cauſ.non reſtaur.nu.
2.Maranta in ſpec.p.6. verb. litis conteſtatio nu.1.
Ricc.collect.402.Donad.de renunciat.cap.32.num.
235.Carauit.in Rit.48. nu.3. vbi etiam D.Petra
Gallup.in praxi par.2. cap.16. nu.5.Caroc.except.
134.num.20.

19 Et ſic loco litis conteſtationis ſucceſſit termi-
nus, & ſic ab illo incipit inſtantia. Afſl.in con-
ſtit.dilationes ſub num.6. conſtit.exceptionis num.5.
& conſtit.hac lege num.10.dec.356.num.5. Capic.
dec.48.ſub num.5. Oliua in rit. Archiep. Neap.28.
num.5. Anna in conſtit.diuæ memoriæ num.264. R.
Ronit.in prag.7.de ordine iudic.num.10.Carauit.in
rit.288.in fine Aldobrandin.conſ.69. num.8. Ma-
ſtrill.dec.101.num.18. Muſcatell.in praxi S.C.p.3.
20 gl.probandum num.51. Etiam ſi terminus ille
datus ſit in contumaciam poſt Franch.deciſ.457.
Ronit.in prag.1.de ordin.iudic.n.10.

21 Prout eſt etiam in Cataliunia. Lud. Peguera
in praxi cap.11.num.2.Cancer.var.lib.3.cap.16.n.
11.vbi dicit,citati contumaciam pro litis conte-
ſtatione haberi, vt in conſtit.1.tit.de dilat. & ſic
dicit illam non eſſe de ſubſtantialibus iudicij,
quod intelligit de expreſſa,ſecus de tacita, &
preſumpta Fontanell.dec.273.& 274. vbi expli-
cat dicta per Cancer. & Peguer. In Curia parla-
menti Delfinalis Guid. Pap.dec.58. Franc.Marc.
22 dec.529.p.2.In Sicilia vbi etiam omnes cauſę
ſunt ſummarię. Maſtrill.dec.131. Priuia inſtitut.
tom.2.dec.2.de iudic.num.8. niſi in cauſis feudali-
23 bus per prag.emanatam anno 1579. Dom.Corſet.
q.11.lib.2.P.de gregor.de Iud.cauſ.feudal.q.43.nu.
24 4.Maſtrill.d.dec.131.num.2.In Statu Mediolani
per ſtatutum tit.de iudic. §.qua petitione Lancell.
Conrad.de offic.prætor.in cauſis ciuil.tit.de litis con-
25 teſt.ſub n.2.Romæ plures ſunt cauſæ Summariæ.
vltra Summarias de Iure communi, vt in lib.1.
c.88.vbi Fenzon.

26 Difficultas eſt, an ſicut non poteſt procedi in
cauſa ſine litis conteſtatione, de Iure communi,
ità non poſſit procedi ſine termino, qui ſucceſſit
in locum illius,de iure noſtri regni Neap.& ſi ſit
proceſſum ſine termino, an ſit nullum iudicium?
& videtur dicendum, quod non,cum dilatio de-
tur petenti l.1.C.de dilation. ibi: poſtulatum dari.
Alberic.ibi num.3.in fin.Bar.in 2.not. Ang.num.2.
Salyc.num.1.in 1.notab.Caſtr.num.3. eſt etiam tex.
in l.2.in princ. ibi: vtrique parti ſi petantur, dila-
tionibus non negatis C. vt intrà cert. temp. Lan-
franc.in cap.quoniam contrà verb.dilationes num.
6.De Iure noſtri regni eſt tex. in conſtitut. cauſas
alias ibi: ſi dilationes ex longinquo petantur, & ibi
Afſl.num.6.Franch.dec.628.Capic.dec.1.Reg.San-
fel.in praxi ſect.46.num.6. R.Reuert.dec.263. vbi
R.Marin.n.1.

27 In contrarium facit prag.1. de ordin.iudic.quæ
non vult eſſe derogatum probationibus neceſſa-
rijs, ſed probationes fiunt ſolum in termino l.1.
C.de dilation. ergo Iudex ne auferat probatio-
nes,debet dare terminum ad probandum, & eius
omiſſio vitiaret proceſſum. Tanto magis quod
terminus ſucceſſit loco litis conteſtationis,vt di-
ximus, & illa eſt de ſubſtantia iudicij, vt dixi-
mus, bene Cap.Tholoſ.dec.352.

28 Sed R.Ronit.in prag.7.n.4.dixtinguit,aut par-
tes abſque termino produxerunt ipſarum proba-
tiones, quod de iure fieri poteſt ſecundum DD.
in d.l.1.C.de dilat. Spec.tit.de dilat. §.videndum
verſ.vtrum, Pract.Papienſ in forma c. actoris verb.
coram nobis Pax in praxi tom.1.p.1.temp.3. n.45.
& tunc valet proceſſus abſque termino,addimus
Scac.de iudic.lib.2.c.3.n.58.aut partes ſiue aliqua
ipſarū nō produxit ſuas probationes,tunc quia
terminus probatorius non eſt de formali ordi-
ne iudicij ſecundum Bal.in l.2.in fin. ff.de teſtib.
dicit Ronit. quod per hoc proceſſus non eſt nul-
lus, ſed eſt parti imputandum, quæ non petijt
terminum, & reſpondet tex.d. l.1. C.de dilat. vt
procedat,vt probationes non poſſint fieri niſi in
termino, non quod non poſſint fieri abſque ter-
mino. Et reſpondet ad rationes pro contraria
parte, quod per cap.deteſtantes poſitum in rit.
288.eſt ſublata etiam omiſſio ſolemnitatis ſub-
ſtantialis, dummodo alias rite, & rectè ſenten-
tia proferatur, & per conſequens tollit etiam
defectum litis conteſtationis,vt per Afſl.dec.283.
quod iudicium ſine termino non ſit nullum dicit
idem Afſl.in conſtit.dilationes n.7. & pacis cultum
num.46.

29 Ve:

Digitized by Google

29 Verum *Muſcatell.in praxi p.3.gl.probandum n.47.& ſeqq.* dixtinctionem *D.Rouit* improbat in 2. capite diſtinctionis cum varijs optimis conſiderationibus, tandem *num.66.* dicit litis conteſtationem eſſe de ſubſtantia proceſſus, vt probauimus *ſup.* terminus ſubrogatus eſt in locum illius, vt diximus, ſubrogatum ſapit naturam ſubrogati *l.ſi eum §.qui iniuriarum ff.ſi quis caut.c.eccleſia il 1.vt lite pend.clem.1.de ſuppl.neglig. Prælat.Dec. conſ.50.num.2.conſ.90.n.1.& 543.* igitur ſi defectus litis conteſtationis cauſat nullitatem, debet cauſare etiam defectus termini; nec obſtat, quod probationes poſſunt fieri ſine termino, nam hoc erit remedium, quo hęc nullitas euitari poterit, quia ſi nullitas eſt ex quo fuit omiſſus terminus, & conſequenter non factæ probationes, ergo factis probationibus non erit nullitas.

30 Ex quibus concludendum eſt, quod terminus eſt de ſubſtantia iudicij, ſicut, & litis conteſtatio, ideò Iudex debet illum impartiri, etiam parte non petente, prout vſus inoleuit ex *Bart.in extrauag.ad reprimendum* verſ. *& figura num.12. Anchar.in clem.ſapè de verb.ſignific. & Imola* ibi *q.7.D.Capon.diſcept.forenſ.diſcept.352.Nouar.dec.190.* alias iudicium compilatum ſine termino, & probationibus, ſi feratur ſententia eſt nulla *Scac. de iudic.lib.1.c.93.ſub n.3.& lib.2.c.3. n.65.*

31 An terminus ad non poſita ponendum in cauſa appellationis, poſſit omitti ſine periculo nullitatis? Et reſolutiue dicimus, vtraque parte conſenſiente ſine dubio poſſe omitti *Bal.in l.vnic.in fin.C.ne liceat tertio prouoc.* Et etiam vna ex partibus hoc deſiderante, altera contumaciter abſente, omitti poteſt hic terminus, quod eſt priuilegium cauſę appellationis, vt *in l.fin. §.illud C. de temp.appellat.Muſcatell.in praxi S.C.p.3.gl.pro-*
32 *ceditur nu.49.* quod procedit etiam de *Iure* noſtri regni per *ritum M.C.V.253. & ſeqq.* dicemus *hic infrà* verſ. *& de Iure.*

33 Si verò fuerit altera pars præſens, & contradixerit non poterit omitti in pręiudicium appellati, qui voluerit forte ex nouis probationibus ſuam confirmare ſententiam *l.fin.* vbi *Bal.num.3. C.quomodo, & quando Bar.& alij in l.ſi quis libello, C.de appellat.& Abb. & Dec.in cap.ex parte 2.de reſcript.* vbi *Dec.num.7. Fenzon.ad ſtatut. Vrbis c.184.num.22.& ſeqq.* Ea ratione, quia appellatio eſt communis tam appellanti, quam appellati *l.amplioremC.de appell.Alex.conſ.583.nu.4.vol.6. Abb. conſ.2. num.1 lib.1. Cacbec.dec.131. num.12.13.* & terminus prędictus poteſt dari à iudice, etiam ad inſtantiam appellati *l.per hanc:* ibi: *tam appellatori, quam aduerſæ parti C.de appellat. Scacc.de appellat.qu.11.* Verum ſi in cauſa principalis fuerit conteſtata, non erit amplius conteſtanda, etiã ſi vtraque pars præſens fuerit *Franc.in cap.per tuas 58.ſub num.9. Rot.in nou.dec. vi.de litis conteſt.Fenzon.ſup.n.23.*

34 Ratio differentiæ eſſe poteſt, quia in prima inſtantia cum alia litis conteſtatio non præceſſerit, debet dari ad hoc vt probationes fiant, ſed in 2.inſtantia hoc non eſt, cum in prima inſtantia fuerit datus terminus, & potuerunt fieri probationes, & ſic nil mirum ſi vna præſente, & altera parte abſente poteſt denegari terminus in 2.inſtantia, & non in prima, magiſtraliter *Muſcatell.in praxi p.3.gl.probandum n.71.*

In appellatione ab interloquutoria litis conteſtatio non requiritur, ſiue procedatur in abſentia, ſiue in præſentià partium *Rota ſup. num.2.* & intelligitur vbi cauſa illam expoſcit ex ſua materia *Scacc.d.q.11, num.41.* verſ. *primus Fenzon. ſup.num.27.*

35 Eo magis ſi terminus ſit petitus, & non datus nullitas iudicij eſt. *Afflict.in conſtitut.ſi quis in poſterum in 9.not.Reg.Ponte conſ.59.num.2.lib.1. R. Rouit.in d.prag.7.de dilation. num.9. Franch.dec.221.num.12.R.Galeot.reſp.fiſcal.30. nu.39. Coler.dec.121.num.1.Reg.Sanfel.in praxi ſect.46. nu.7. Reg.Capic.latr.dec.189.nu.2. Viſcont.concluſ.* iur. *verb.terminus Franch.ibid.dec.628.D.Petra in rit.69.Trentacinq.var.lib.1.tit.1.reſol.2.n.13.* vbi reſpondet contrarijs, cum videatur auferri defenſio *Dom. Conſ.Roſa conſult.31. num 3.* vbi *num.4.* id ampliat etiam in cauſa cum fiſco per *tex.in l.pen. C.de dilat.inter priuat.& fiſcum,* vbi dicit *Bal.* quod fiſcus in dilationibus vtitur iure priuati *l.3.C.de conuen.fiſci debit.l.vnic.C.de conduct. & proc.lib.11.Gaill.obſ.20.nu.8.Mauſon.de conſ.execut.ampl.8.num.12.& 49.Epiſc.Affl.contr.47. n.3. & ſeqq.*

36 Conuenit in hoc, cauſa in prima inſtantia cum cauſa in 2.inſtantia, quod ſi cum breuiſſimo termino in illa procedatur in prima, eodem modo proceditur in 2.inſtantia *Franch.dec.520. Muſcatell.in praxi p.3.gl.inſtantia num.12. Ricc.coll.620.* eſt etiam quo ad cauſas criminales *prag.44. de offic.S.R.C.D.Staiban.reſol.154.num.15. Muta in cap.146.num.9. tom.4. Burg.de modo proced. ex abrupt.cap.35.nu.5.& cap.5.num.313. Dom.Petra in rit.256.num.11.*

37 Terminus debet dari, quamuis in commiſſione ſit dictum, vt quis procedat abſque terminorũ obſeruatione. *Rot.in antiq. dec.33. Pereg. Fabius dec.24.n.1.lib.1.vol.1.& dec.8.lib.2.vol.1.* bene
38 vigore talis commiſſionis Iudex poterit dilationes abbreuiare, ſed non in totum tollere *Rot.in antiq.dec.488.Caſſador.dec.2.tit. de iudic. Peregr. Fab.d.dec.24.n.2.*

39 In Rota Rumana ſeruantur plures termini, in cauis beneficialibus, ſeu aliter ſummarijs, qui dicuntur ſubſtantiales v.d.1. ad dicendum contrà commiſſionem. 2.ad libellãdũ, hi duo ſinguli ad primum. 3.ad articulandum, iſte tertius ad duodecimam.4.ad dicendum contrà articulos 5. ad producendum omnia.6.ad dicendum contrà producta: hi tres ſinguli ad ſecundam.7.ad declarandum.8.ad iurandum de calumnia: hi duo vltimi ſinguli ad primam, vt declarat *Vant.hic num.57. Veſte.in praxi lib.5.c.3.Scacc.de iudic.lib.2.cap.3.num.137.Formular.termin.Rotæ in princ.* Verum ex his octo terminis, quatuor tantum reputantur neceſſarij qui ſunt iſti: Ad articulandum, ad dicendum contrà articulos, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta, qui ſi omittantur proceſſus, & ſententia eſſet nulla, ſecundũ *Veſtr.in praxi lib.5.cap.2.num.1.& 2.Vant.hic n.59.Caſſad.dec.8. num.6.de reſcript. Caputaq.deciſ.249.ſen.1.p.3. Formular.termin. Rotæ* verſ. *item terminus Scacc.ſup.n.289.Pellegr. in praxi p.2.ſect.2.ſubſ.1.ſuceeſ.vnic.n.33.&ſeqq.* vbi latè.

40 Re-

40 Reliqui vero,bonum eſt, quod ſeruentur pro-
pter ſtylum, ſi tamen omittantur non vitiatur
proceſſus, eadem Rota dec.2.aliàs 33. ſub num.1.
Formul.vbi ſup.Scacc.de indic.p.2. c.3. num.239.
& ſeqq.vbi explicat.Pelleg.ſup.

41 In cauſis ordinatijs ſecundum Vant.hic n.57.
Veſtr.lib.5.c.4. requiruntur decem termini 1.ad
dicendum contra commiſſionem, ad primam. 2.
ad libellandum, ad octauam.3. ad reſpondendum
libello. 4.ad conteſtandam litem 5. ad iurandum
de calumnia:hi tres ſinguli ad primam.6.ad arti-
culandum, ad decimam quintam.7. ad dicendum
contrà articulos 8.ad producendum omnia. 9.ad
dicendum contrà producta : hi tres ſinguli ad ſe-
cundam. 10.ad declarandum, & iurandum de ca-
lumnia ad primam. Scacc.ſup. num.276. & ſeqq.
vbi declarat Quin.265.& ſeqq. dicit hodie eſſe
apud Auditores facultatem ſanandi talem nulli-
tatem ab Innocentio V.in caſu quo ſint facti, ſed
male, inculcati, ſeu nulliter facti, nam poſſunt
omnes reiterari vnico contextu, ſub vnica cita-
tione, & audientia.

42 In criminalibus Iudex debet dare reo termi-
num ad ſe defendendum, alias teneretur in ſyn-
dicatu de dolo Marſil.in pract.crim.§.nunc viden-
dum num.19.Plot.de in litem iurando §.30. nu.9.
Rolan.conſ.12.num.44.& 55.lib.3. Farinac.conſ.
64.num.9.Peregr.conſ.2. num.144. vol.2. Franc.
Perſonal.de indic.& tort.num.20.& 26.Card.Tuſc.
lit.T.concluſ.326.n.15.

43 Qui terminus ſolet eſſe trium dierum Cartar.
de interrog.reor.lib.3.cap.3.num.74. vel ſecundum
qualitatem perſonarum, delictorum, & diſtantiã
locorum,ad arbitrium iudicis Ambroſ.de proceſſ.
inform.lib.3.num.23.Cum.de ſyndic.cap.21. nu.29.
44 de communi obſeruantia ſolent Iudices eodem
contextu publicare proceſſum offenſiuum,& eius
copiam dare parti, vna cum termino ad facien-
das ſuas defenſiones Clar.q.48.num.1. Gomez.var.
lib.3.cap.13.ſub num.33.Farinac.q.39. nu.3. Fol-
ler.in pract.rubr.& fact.lit.conteſt.num.1.

45 Imò Iudex de neceſſitate tenetur dare termi-
num reo ad ſe defendendum.Foller.vbi ſup. & ru-
br. & ſi confitebuntur num.51. Nouell.in tract. ad
defenſ.c.3.num.5.& per totum mundum ità pra-
cticari dicit Corrad.in pract.rubr.de proced. ante
46 diffin.num.3.Debet dari etiam ſponte confeſſo,
quia contrà confeſſionem multę poſſunt deduci
exceptiones Salyc.in l.2.poſt num.7. C. de cuſtod.
reor.Clar.q.49.num.4.& 13.& q.64.num.53.& q.
65.num.1.Farinac.q.39.num.32.& ſeqq.& conſil.
16.num.15.& conſ.84.num.2. in fine Caualc. de
brach.reg.p.1.n.175.

47 Etiam confeſſo, & conuicto Farinac.d.conſil.
16.num.17.Ameſcua de poteſt.in ſe ipſum lib.1.cap.
16.num.15. Farinac.q.38.nu.32.35. Intrigl.ſing.
184.num.1.lib.2.ſing.24.lib.3.& conſ.11. nu.53.
Barz.dec.145. Burg.de mode proced. ex abrupt.q.4.
num.23.Debet dari etiam ſi non ſit petitus Clar.
q.49.ver.nunquid Farinac.Barz.Intrigl.ſup.Guaz.
defenſ.31.cap.1.

48 Et nõ vna dilatio,ſed tres concedendæ ſunt ad
examinandum, & ſe defendendum Iaſ.in l.prope-
randum num.16.C.de iudic.Cartar.d.lib.3. c.2. nu.
76.en tex.in l.fin.C.de ferijs vbi dicit, quod licet
ille tex.loquatur in cauſis capitalibus, intelligi-
tur in omnibus cauſis criminalibus Clar.d.q.48.
verſ.quæro Caualc.de teſtibus p.6.n.36.

49 Et cum dilationes ſint arbitrariæ in cauſis
criminalibus Innoc.in cap.ad petitionem nu.4. de
accuſat. Alex.in l.2.nu.8. de re iudic. Clar.d.q.48.
50 verſ.quæro ideò Iudices ſolent plures de facili
concedere reis dilationes, quam accuſatori Ca-
ualc.de teſtibus p.5.nu.34. præſertim quando ſunt
in carceribus, nam tunc ceſſant calumniæ pro-
trahendi cauſam in longum Clar.d. verſ.quæro
Cartar.d.lib.3.cap.2 num.76.Farinac.d.q.39. n.4.
& ſeqq.

51 Imo debet dari etiam quarta dilatio gl.magna
verſ.ſed in criminali cauſa d.l.fin.C. de ferijs Fari-
nac.d.q.39.num.4.& ſeqq. Tuſc.lit.T. concluſ.326.
52 num.16.imo etiam quinta dilatio,ſi reus fuerit
impeditus conducere teſtes in primis dilationi-
bus Beninten.dec.45.n.3.& ſeqq.Nec Princeps de
53 plenitudine poteſtatis poteſt tollere hunc ter-
minum defenſionis Affl.in conſtit.Inq. §. item du-
ran.9.lib.2.Clar.q.49.num.14.Baiard.q.49. n.55.
& ſeqq.licet contrarium teneat in Papa, quod re-
probat Guazz.d.defenſ.31.c.1. num.4. poteſt ta-
men abreuiare terminum,vt infrà dicemus.

54 In Regno noſtro Neap.adeſt conſtit.incip. lite
legitimè conteſtata diſponens, in primo termino,
omnia debere produci, tamen de æquitate per-
mittitur, quod reus ſine aliqua dilatione exami-
net ad pinguis probandum, & ſe defendendum,
ex quo ſumus in criminalibus Capic.dec.81. in
fin.Carau.in rit.69.Feller.in pract. rubr.facta li-
tis conteſtatione n.9.Baiard.q.48.n.5.

55 Valet etiam defenſio ſi facta fuerit ſine termi-
no,ſecundum Bar.in l.vnius §.cogniturum num.2.
ff.de quæſt.& in l.crim.ff.de adult. Scacc. de indic.
56 cap.3.num. Imo Iudex defenſiones tenetur re-
cipere, etiam poſt concluſum in cauſa, poſt ſen-
tentiam, & poſt rem iudicatam fauore innocen-
tiæ Bar.in l.1.§.ſi quis vltrò num.4. ff. de quæſt. &
ibi : quocunque tempore. Angel.de malefic.in verb.
comparuerunt dicti inquiſiti &c.verſ.quæro, & ad-
dit.Ant.Gomez var.tom.3. cap.13. num.33. ea ra-
tione, quia defenſio eſt adeò priuilegiata, & iure
permiſſa,vt timor ſubornationis non valeat eam
excludere Natta conſ.359. R.Capic.Latr.dec.178.
vbi deciſum refert per Collat. Conſil. Parexa de
inſtr.edit.tit.6.reſol.3.num.101.& ſeqq.

57 Et licet reus ſuis defenſionibus renunciet,quia
illis renunciare non poteſt l.notatum vbi gl.verb.
acquieſcit ff.de appell gl.in l.pactum verb. liceat ff.
de pactis Natta conſ.359.num.3.vol.2. Rolan.conſ.
12.num.14.lib.3.Gomez de delict.c.13.n.33.

58 Iudex debet illi terminum ad ſe defendendum
impartiri non obſtante illius renunciatione, &.
permittat illum labi Gomez ſup.Clar.q.49. nu.19.
Affl.dec.391.ſub num.6. vbi Vrſill.nu.2. Menoch
q.7.num.9.lib.1.Farinac.q.39.num.51.Triuuſ.dec.
1.num.7.lib.1.Decian.tract.crim.lib.2. num.12. Et
59 licet aliqui contrarium teneant, ſignanter in
delictis enormibus, quos refert Farinac.d.q.39.
num.52. & ſeqq. tamen contra eos eſt communis
opinio, etiam ſi renunciatio ſit iuramento valla-
ta Farinac.ibid.num.54.Ladercb.conſ.184. ſub nu.
9.Gomez tit.de delict.c.1.n.69.Baiard.q.49. n.60.

60 Con-

60 Concluſio procedit etiam ſi reus renunciet de-
fenſionibus ex quo ſcit nullam defenſionem ſibi
competeret, & proinde renunciet omni termino
ſibi competenti, tam de Iure communi, quam ſta-
tutario, adhuc talis renunciatio non nocet, & ſi
Iudices talem renunciationem extorſerint, ſuper
eos, & eorum filios conuertetur *Ang. de maleſic.*
verb. *qui iudex num. 14. Marſ. in pract. §. examinan-
da num. 11. Gomez. d. c. 13. num. 33. Clar. q. 49.* verſ.
*quaero nunc Farinac. q. 39. nu. 56. Caualc. de brach.
reg. p. 1. num. 78.* vbi improbat iudices hoc facie-
61 tes, licet alij contrarium teneat, quod valeat ta-
lis renunciatio *Soccin. in cap. qualiter num. 1055.
de accuſat. Ang. de maleſic. loco cit. num. 5. & 8. Ba-
iard. q. 49. n. 61. in fin.*

62 Sed eſt intelligenda hæc contraria opinio,
quando notoriè conſtat nullam competere de-
fenſionem *Paris de Put. de ſyndic.* verb. *condemna-
tio c. 4. num. 6. Farinac. d. q. 39. num. 58. Caualc. d.
p. 1. num. 180. Follee. in pract.* rubr. *facta litis conte-
ſtatione num. 8. & rubr. & ſi confitebuntur n. 57.*

63 In his caſibus poteſt renunciare ſuis defenſio-
nibus. Quando fuit repertus in fraganti crimine.
*Ang. de maleſic. ſup. num. 11. Follee. num. 57. Fari-
nac. num. 62. Triuis dec. 1. num. 24. lib. 2.* cum etiam
illi ſit dandus terminus *Imolen. conſ. 184. num. 8.*
64 In famoſo latrone *Follee. num. 57. Farinac. n. 63.
Baiard. q. 49. num. 59. Caualc. p. 1. num. 179.* In aſ-
65 ſaſſino *Farinac.* poſt alios *d. q. 39. num. 64.* vbi id
dicit verum, ſi conſtet de qualitatibus aſſaſſinij,
66 alias ſecus. In delictis in quibus non irrogatur
pœna capitalis, vel corporalis, ſeu infamia, quia
in eis admittitur renunciatio poſt alios *Fari-
nac. d. q. 39. num. 65. & ſeqq.* In confeſſo *Farinac.*
67 *ibid. num. 62.* quod eſt intelligendum ſi conſtaret
quod nulla defenſio competeret, alias ſecus *Guaz-
zin. defenſ. 27. cap. 1. num 10.* verſ. *ſexto.* Quando
68 quis renunciat defenſionibus introductis à iure
municipali, & de apicibus iuris, ſecus defenſio-
nibus naturalibus, vel introductis de iure gen-
tium *Farinac. d. qu. 39. n. 67. Triuis d. dec. 1. n. 24.*
69 *in fine lib. 2.* Quando quis renunciat defenſioni-
bus, vt citius abſoluatur, quia tunc tenet renun-
ciatio *Bar. in l. cuſtodias ff. de publ. iudic. Ladercb.
Imol. conſ. 184. nu. 8.* latè *Guazzin. defenſ. 27. c. 1.
& defenſ. 31. cap. 1.*

70 Nam ſi Iudex deneget reo defenſiones, omnia
acta ſunt nulla, ita vt ſi emanauerit confeſſio rei,
confitenti non noceret, ſed inquiſitus eſt abſol-
uendus *clem. paſtoralis 2. in fine de re iudic. Lau-
rent. dec. Auen. 15. Vulpel. conſ. 21. nu. 6. Farinac.
qu. 39. nu. 84. conſ. 156. nu. 24. et ſeqq. lib. 2. Guaz-
zin. defenſ. 24. cap. 3. in fine, et defenſ. 24. cap. 4. nu.
3. Vermigl. conſ. 205. nu. 4. Antonell. de temp. legal.
lib. 4. cap. 19. nu. 7. Conciol.* verb. *defenſio reſolut. 1.
nu. 7. et in add.* Etiamſi iudex habeat liberum ar-
71 bitrium procedendi, & ſine iuris ſollemnitate
Affl. dec. 391. n. 2. & ibi *Vrſill. n. 2. Laurent. d. dec.
15. n. 4. 5. Cartar. in pract. interrog. reos lib. 4. c. 1. n.
167. et ſeqq. Farinac. d. q. 39. n. 15. et ſeqq. et conſ.
103. n. 4. et ſeqq. lib. 1. Vermigl. conſ. 184. n. 3. Reg.
Merlin. lib. 2. contr. 33.* Benè tamen Iudex in ca-
ſibus exemplaribus poteſt tempus defenſionis
72 reſtringere, & abbreuiare *Farinac. d. q. 39. n. 26.
et 112. Cartar. de execut. ſent. capt. bannit. c. 3. n. 38
Guazzin. defenſ. 31. c. 1. n. 4.* vbi dicit eſſe peſſimi
exempli tēpus defenſionis ad horas reſtringere.

73 Et de iure noſtro Neapolitano per *ritus M.
C. 253. 254. et 255.* in cauſis appellationum in
quibuſcumque Curijs non datur libellus, nec li-
74 tis conteſtatio. Verùm licet non requiratur li-
bellus requiritur tamen talis qualis petitio, vt
diximus ſupra hac *rubr. q. 1.* Et licet non requi-
ratur litis conteſtatio hoc intelligitur, vt non
debeat fieri cum ſollemnitatibus iuris commu-
nis, fit tamen per interpoſitionem termini ad nō
poſita ponendum, & non probata probandum
iuxtà *tex. in l. per hanc C. de tempor. appell.* & alias
leges quas refert *Oliua in rit. 22. cur. Archiep. n.
12. et 13.* qui terminus impartitur facta apertura
proceſſus, latè *Muſcatell.* vbi *D. Conſ. Prat. p. 2. gl.
debet ad n. 20. et 23. Conſ. Petr. in rit. 254. et 255.*
diximus *ſup.* verſ. *an terminus.*

75 De iure nouiſſ. Romano ex *ſtatut. cap. 184.* in
cauſa appellationis non eſt opus litis conteſta-
tione ex ſtylo vniformi *Scacc. de appell. quæſt. 1.
n. 44.* verſ. *aduerte tu. Fenzon. ſuper d. c. 184. n. 28.*

76 Sed difficultas eſt, ſi in aliquo caſu, vigore
ſtatuti id mandātis, debeat procedi cum termi-
no extraordinario, & procedatur cū termino or-
dinario, an validè procedatur? Et videtur dicen-
dum nulliter procedi, ea ratione, quia vbi lex
dat certam formā procedendi, omiſſio illius red-
dit actum nullum *l. certa ratione C. quando prouo.
non eſt neceſſe Burg. de modo proced. ex abrupt. q. 34.
n. 23. Sebaſt. Medic. in tract. de legib. et ſtatut. p. 4.
q. 15. n. 6.* eo magis quando legiſlator iubet, vt
ità exequi debeat *Menoch. de arbitr. caſ. 380. n. 2.*
latè *Conſ. Campana de form. iudic. reſol. 5. nu. 1.*

77 Melius *Orilia in obſ. ad d. reſol. Camp. 5.* diſtin-
guit, vt ſi ſtatutum prohibitiue loquatur, & tunc
quia in lege prohibitiua ſimpliciter loquente,
ſemper ineſſe cenſetur clauſula decreti irritan-
tis *D. Merlin. contr. 61. nu. 14. cent. 2.* actus contrà
legem factus eſt nullus *l. non dubium C. de legib.*
Aut non prohibet, ſed tantum iubet actum fieri
certo modo, & tunc ſi vltrò non ſit proceſſum,
actum aliter factum annullando, ex tali inobſer-
uantia nullitas actus non reſultat *Campana ſup.
nu. 2. Reg. Sanfelic. dec. 51. nu. 2.* Punitur tamen
contra faciens *Farinac. lit. L. in fragm. num. 225.
Intrigl. conſ. 11. nu. 2. & 10. & ſeqq. Burg. ſup. q. 34.
nu. 13. & 14. & q. 85. & nu. 1. & qu. 5. no. 296.* vbi
dicit, quod ſi debet in cauſa procedi ſummariè,
ſi ex conſenſu partium procedatur ordinariè,
proceſſus non eſt nullus.

78 Maximè ſi Iudex ordinariè procederet con-
ſentiente fiſco, cuius iura, per alium opponi
non permittitur *Andreol. contr. 239. nu. 4. Ciarlin.
contr. 37. nu. 24. contr. 70. nu. 31. contr. 184. nu. 4.
Farinac. in fragm.* verb. *fiſcus num. 25. Gsurba de
feud. §. 2. gl. 16. nu. 27. gl. 4. §. 2. ſub nu. 7. & gl. 10.
nu. 92.* nam licet poſſit in aliquo caſu ex abrupto
procedi, ſi procedatur ordinariè ex conſenſu par-
tium, proceſſus non eſt nullus *Burg. qu. 5. nu. 296.*
vbi *nu. 297.* dicit, quod ſi cauſaretur aliqua nul-
litas in modo procedendi ordinario, non obid
proceſſus redditur nullus, quia non erat neceſſa-
rium procedere modo ordinario *Dec. in cap. no-
uit nu. 17. de iudic. Bursat. dec. 151. nu. 1.*

79 Nec Iudex ſi inceperit pec modum ordinarium, poteſt redire ad extra ordinarium *Scacc. de iudic. lib. 1. c. 76. num. 9. Maſtrill. dec. 157. num. 1. Carleual. de iudic. diſp. 54. n. 2. tom. 2.* vbi ponit rationem, quia quod ſolemniter incohatur, ſolemniter debet finiri, & *num. 4.* aliam aſſignat. *Coler. de proceſſ. execut. p. 3. cap. 4. nu. 35. Salg. de reg. proteſt. p. 4. cap. 13. num. 110. Scacc. de iudic. lib. 5. cap. 62. num. 33. & de appellat. q. 17. lim 9. num. 45. Rota* penes *Poſtium de manut. dec. 334. num. 5.* penes *Burat. dec. 208. num. 2.* & ibi *add. num. 8. Gratian.*

80 *diſcept. 593. num. 8.* Quamuis diſtinguat *Ortiz ad Campan. reſol. 5. num. 8.* Vt ſi fiſcus ſit aditus, non poſſit variare, ſecus ſi non ſit auditus, nam tunc fiſcus poteſt de nullitate dicere, & petere procedi extraordinario modo *Campana ſup. Maſtrill. dec. 214. num. 12. Cabed. dec. 119. num. 5. p. 2. Fontanell. dec. 30. num. 2. Garz. de nobil. gl. 3. in princ. nu. 12. & 13.* bene *Dom. Maiorana in opo praxi f. 48. n. 79. & ſeqq.*

81 Et de Iure communi eſt *tex. in clem. ſæpè de verb. ſignific. Innoc. in cap. fin. de offic. iudic. in cap. ad noſtram de iur. iur. Afſl. dec. 283. nu. 3. & 4. Cappell. Tholoſ. dec. 440. in fine Maranta in ſpec. p. 1. membr. 10. num. 1. Vrſill. dec. 591. num. 6. Guid. Pap. dec. 369. num. 1. Damhouder. in praxi ciuil. c. 140. num. 13. Cumia in rit. Sicil. cap. 39. ſub num. 9. Menoch. de arbitr. q. 18. Virgin. Boccacc. de interd. uti poſſid. c. 19.* dicentes, quod in Romana Curia apud Iudices Eccleſiaſticos, vel ex facultatibus, vel ex commiſſionibus, omnes cauſæ ſunt ſummariæ, nec conteſtatur formaliter amplius lis, cum per exceptionem generalia contra: *Saluo iure &c.* lis habeatur pro conteſtata *Caroc. d. except. 134. nu. 18. & 19. Pax in praxi p. 1. temp. 6. num. 7.* Secus

82 eſt de *Iure* regio Hiſpano, nam etiam in ſummarijs litis conteſtatio eſt neceſſaria, vt probat *tex. in l. 20. tit. 17. lib. 4. recopil. Pax ſup. d. n. 7.* Ex ea-

83 dem ratione in Supremis Concilijs, & Senatibus, litis conteſtatio non eſt neceſſaria, vt de parlamento Delphinali dicit *Guid. Papa dec. 58. n. 1. & dec. 369. n. 3.*

84 Et quamuis in cauſa prophana nullus ſit proceſſus ſine litis conteſtatione, tamen ſecus dicendum eſt in cauſa beneficiali *Rota in antiqu. dec. 627. & 628. Cappell. Tholoſ. dec. 226. Bellamer. dec.*

85 *616. num. 1.* Sic etiam in petitione reſtitutionis in integrum requiritur litis conteſtatio. *De Ferraràn pract. in forma libell. reſtit. in integr. in princ. Myſing. obſ. 18. cent. 4. Mageu. dec. Luc. 40. num. 11. Odd. de reſtit. q. 35. art. 8. n. 49. Caroc. de except. except. 134. n. 39.*

86 Sed quod non requiratur litis conteſtatio dicit *Rot. dec. 472. in antiqu. & in nouis dec. 9. & 44. Guid. Papa dec. 143. n. 4.* Tamen conciliatio eſt, vt

87 prima procedat, ſi principaliter reſtitutio in integrum petatur, ſecunda ſi incidenter. *Bal. in auth. ſi omnes num. 7.* vbi *Paul. de Caſtr. num. 6. C. ſi minor. ab hered. ſe abſtin. Aufr. ad Cappell. Tholoſ. deciſ. 55. Veſtr. in praxi lib. 8. c. 3. num. 19. Caroc. d. excep.*

88 *134. n. 43.* Sic non requireretur litis conteſtatio ſi reſtitutio in integrum peteretur ſummariè. *Bellam. dec. 266. Odd. d. q. 35. art. 7. num. 52. Caroc. d.*

89 *except. 134. n. 40.* Vel quando petitur ad appellandum *Veſtr. in praxi lib. 8. cap. 3. num. 19. Rota dec. 6. de litis conteſt. in antiqu* [illegible] *aroc. num. 41.* Vel

90 quando petitur aduerſus [illegible] ſum fatalium *Card. in clem. ex ratione de ap[illegible] Rota* apud *Papazon. dec. 4. de reſtit. in integ.* [illegible] *roc. d. except. 134. n. 42.*

91 Requiritur in omnibus iudicijs poſſeſſorijs, ſiuè agatur interdicto retinendæ, ſeu recuperandæ, ſiue adipiſcendæ. *§. hodie Inſtit. de interd. l. 5. §. annum ff. de itiner. actuque priuat. gl. in l. ſi de fundo ff. de vi, & vi armat. in l. fin. C. ſi per vim, vel alio mod. l. fin. in fine* vbi *gl. ff. quorum legat. Bar. in l. naturaliter §. nihil commune nu. 4. ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi *Bologn. nu. 104. Alex. conſ. 2. num. 9. vol. 3. Albert. Brun conſ. 20. num. 17. Rol. à Valle conſ. 94. n. 4. vol. 2. conſ. 8. nu. 4. vol. 4. Cappell. Tholoſ. dec. 226. Achill. Perſonal. de adipiſc. poſſeſſ. num. 257. & 258. Amicis conſ. 6. num. 40. Ferret. conſ. 95. nu. 1. Vant. hic num. 28. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. nu. 254. Ioſ. Cumia in rit. Sicil. cap. 39. num. 7.* latè *Caroc. except. 134. nu. 2. & ſeqq.*

94 Quæ concluſio limitatur non procedere in poſſeſſorio cauſæ beneficialis, vt per *Rotam in antiquis dec. 115. Cappell. Tholoſ. dec. 226. Bellamer. dec. 616. num. 1. Gabriel commun. concluſ. tit. de reſtit. ſpoliat. concluſ. 5. num. 117.* quamuis contrà teneat *Ferret. conſ. 95.*

93 Limitatur 2. non procedere in poſſeſſorio ſummario, in quo omittitur litis conteſtatio *Paul. de Caſtr. conſ. 5. col. 2. Neuizan. conſ. 80. num. 7. Ruin. conſ. 28. vol. 1. col. 2. Rolan. à Valle conſ. 94. nu. 31. vol. 2.*

94 Limitatur 3. quando ageretur via ſpolij propter penſionem, quia tunc litis conteſtatione opus non eſt *Gig. de penſion. q. 47. & q. 71. Cumia in rit. Sicil. c. 3. n. 8.*

95 Limitatur 4. quando intentatur officium iudicis à perſona aſſerente, ſe eſſe in poſſeſſione, & timere nè in ea perturbaretur, & donec ordinarium poſſeſſorium terminetur, petat officio iudicis, ipſum in ea poſſeſſione, vel quaſi conſeruari, donec ordinaria lis diffiniatur, nam iſto caſu litis conteſtatio non exigitur. *Coguol. in l. iuſari nu. 61 ff. de reg. iuris Curt. ſen. conſ. 61. col. fin. Petr. Beumtend. dec. 79. num. 2. Neuizan. conſ. 65. num. 20. & conſ. 80. num. 7. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. vl. n. 32. Tholoſ. dec. 226.* poſt alios *Caroc. de except. 134. nu. 11. & 12.*

96 Limitatur 5. In interdicto quorum bonorum, & vti poſſidetis, in quibus litis conteſtatio nõ requiritur. *Rol. a Valle conſ. 35. nu. 32. vol. 2. & conſ. 8. n. 2. 31. 32. vol. 4. Bologuett. conſ. 7. n. 64.*

97 Limitatur. 6. In poſſeſſorio vigore iuris *l. fin. C. de edicto Dom. Adr. toll. Bal.* ibi *num. 44. Angel. de Aret. in §. quadrupli num. 16. Inſtit. de action. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 555.* Quod procedit

98 ſi adeſt contradictor, ſecus ſi non adeſt *Menoch. ib. n. 552. Caroc. d. excep. 134. n. 5. & 6.* vide *n. 121.*

99 Non tamen requiritur in pluribus caſibus Primo in cauſa appellationis, ſiue in 2. inſtantia, in qua lis non conteſtatur ſi fuit conteſtata in prima per *tex. in cap. per tuas*, & ibi *DD. de appel. Rot. in antiq. dec. 669. Guid. Pap. dec. 58. in fine dec. 143. num. 3. dec. 369. num. 1. Gaill. obſ. 76. n. 5. lib. 1. Cancer. var. lib. 3. cap. 16. num. 58. & ſeqq. Cald. in l. ſi curatorem habens C. de in integr. reſtit. verſ. per quod priſtinum ius num. 42.* Quod declaratur, aut

100 lis

100 lis ſuit conteſtata in prima inſtantia, & poſtea
pars ſe abſentat per contumaciam, & ſufficit pri-
ma conteſtatio. Aut non eſt abſens per contuma-
ciam, & tunc lis iterum eſt conteſtanda iudice
volente, ſiue ſit in Curia, ſiue extrà Curiam *Mar-
ſheſil.ſing.63.* vbi *addit. Rip.d.l.naturaliter §.nihil
commune nu.186. ff.de acquir.poſſeſſ. Bellam.deciſ.
697.Virgin.Boccacc.de interd.vti poſſid.cap.19.nu.*
14.vbi teſtatur de praxi *Rota,Caroc.d.except.134
num.33.Scacc.de appell.q.11.num.37. & ſeqq.* vbi
late declarat.

101 2.Vbi agitur ad exactionem iurium tributorũ,
collectarum, gabellarum, aliarumque functionum
fiſcalium. *Ferret.de gabell.nu.230.& 381. Oſaſcb.
dec.86.num.47. Cumis in cap.4. rit. num.17. Pe-
guer.in pract.rubr.14. num.12.* poſt alios *Burg.de
modo proced.ex abrupt.q.5. num.11. Peregr.de Iure
fiſci lib.6.tit.7.num.5.Gaill.obſ.20.num.5.6. lib.1.
Manſon.de cauſ.execut.ampl.8.num.14.15.* niſi de-
bitum ſit dubium, vt diximus *ſup.* ex *Epiſc.Affl.
contr.47.& D.Roſa conſul.31.*

102 3.Vbi in cauſa proceditur ſine ſcriptis, *Iaſ.
conſ.2.col.vl.lib.3.Caroc.except.134.nu.22.& 25.*

103 4.Vbi agitur contrà confeſſum in iudicio ali-
quid debere, quia tunc partes iudicis ſunt in
præcipiendo, vt ſoluat *Maranta in ſpec. p.3. diſt.
9.num.169.Aſin.in pract.§.3.cap.31.num.7. Ma-
gon.dec.Luc.25.num.44. Carib.de execut.ſent.capt.
bann.cap.1.num.35.Farinac.q.81. num.66.& 78.
& q.34.num.29.Burg.ſup.n.14.15.*

104 5. Vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta
*Roman.conſ.519.& ſing.806.Iaſ.conſ.105. in fin.
lib.1.Caroc.vbi ſup.num.24.*

105 Vbi proceditur per viam præcepti, ſeu in-
iunctionis, vbi tamen à præcepto incipi poteſt
Corſet.qq.forenſ.fol.93.Muta in cap.rit.99. nu.21.
Vt putà quandò agitur ad executionem publici
inſtrumenti contrà obligatum pro rato pro ali-
quo, vel à reddendum rationem, vel ad aliquid
faciendum, vel non faciendum *Corſet.fol.89. Ca-
roc.ſing.430.Muta in cap.rit.99.n.6.& 22.*

106 7.In cauſa matrimoniali *arg.clem.diſpendioſam
de iudic.Rot.in nou.dec.402. circa med. Couar.in
epit.de ſponſal.p.3. cap.8. §.1. num.5. Marc.Ant.
Cuch. Inſtit. canonic. lib.1. tit. de ſacram. matrim.
num.176.cum ſeqq.tex.eſt in c.1. c.quonia frequen-
ter §.porro, vt lit.non conteſt.Rot.apud Bellamer.dec.
359.Virg.Boccacc.de interd.vti poſſid. c.78.nu.16.
Caroc.d.except.134.n.38.*

107 8.Vbi agitur pro locatore agente finito tem-
pore locationis contrà conductorem interdicto
de migrando, ſeu exfractando à re ſibi locata,
quia cauſa celeritatem deſiderat *Caroc.de loc. &
conduct.p.6.remed.14.n.42.*

108 9.In caſibus quibus poena ipſo iure infligitur
*Bar.in l.ex iudiciorum.num.2.ff.de accuſat.Affl.in
cap.1.§.porro num.3.ex quibus cauſ.feud.amitt.Me-
noch.conſ.99.num.161.Cappell-Tholoſ.dec.341.*

109 10.Cum agitur de reuocando ea, quæ à iudi-
ce facta ſunt, iuris ordine non ſeruato, nam quæ
de facto ſiunt de facto debent reuocari *gl.in l.mi-
nor ff.de euiction.perſonal.de adipiſc.num.258. Ga-
briel.de citat.concluſ.1.n.44.* poſt alios *Caroc.ex-
cept.134.n.26.*

110 11.Quando petitur aliquem declarari inci-
diſſe in canonem excommunicationis latæ ſen-
tentiæ, ob violẽtam manuum iniectionem in cle-
ricum iuxtà *tex.in cap.ſi quis ſuadente 17.q.4.Ro-
ta in nou.dec.54. Bellamer.dec.361. Caroc.ex cept.
134.nu.35.*

111 12.Cum agitur de facto notorio *Abb. in cap.
quoniam frequenter num.3.in fin.* vbi *Marian.col.
27.fall.64.vt lite non conteſt.Caroc.n.28.*

112 13.Vbi proponitur nullitas conſtans ex actis.
Rota in nou.dec.340.Panor.in c.per ſuas vbi *Dec.
num.5.de appell.Philipp.Franc.in cap. dilecto q.12.
de appell.Aldobr.conſ.69.num.7.vol.1. Caroc.d.ex-
cept.134.num.36.Burg.ſup.n.76. & ſeqq.* diximus
ſup.rubr.1.q.4.num.19.& ſeqq. & alibi.

113 14.Vbi agitur de libertate Eccleſiæ, ciuitatis,
vel ſimili. *Bal.in in l.1.in fine C.de teſtibus Soccin.
reg.296.fall.7.Caroc.n.29.*

114 15.Si ex verbis ſtatuti colligatur non requi-
ri litis conteſtationem. *Menoch.de recuper.remed.
15.q.22.nu.255.*

115 16.In liquidatione publici inſtrumenti, cum
ordo iudiciarius non exigatur *Ant.Canar.de exe-
cut.inſtrum.q.14.nu.32.Corn.conſ.156.vol.1. Ber-
nard.Pand.de liquid.Inſtrum.p.3. declar.21. n.76.
de Graſſ.de except.excep.36. n.11.Scacc.de iudic.c.
62.n.2.Burg.ſup.n.100. Burg.ib.de modo proced.ex
abrupt.q.5. nu.105.* in noſtro Regno Neap: adeſt

116 *rit.166.cũ ſeq.* vbi *Caran.& Petra,* vbi explicant
ſi eſt liquidum, alias ſecus, in Sicilia eſt *ritus* 80.
*Burg.de laudem.inſpect.fin.q.97. Maſtrill.deciſ.60.
num.5.*

117 17.In cauſa hæreſis *arg.cap.fin. de haret.in 6.
Carrer. in tract.de heret. num.111. Simanc.Cathol.
inſtit.tit.64. num.23. & in praxi hareſeos tit.35.n.
8.Roias ſing.125.Comeus in Lucerna inquiſit. §.li-
tis conteſtatio Nicol.Eymeric.in direct.Inquiſit.p.3.
cap.8.* vbi *Pegna comment.19. Idem Pegna in Lu-
cerna in loco allegato Vgol. de hareticis cap.8.* vbi

118 latè *Campegius.* Verum ſi comparuerint debent
interrogari ſuper vnoquoque inquiſitionis capite
*Carrer.vbi ſup. nu.111.Simanc.in tit.27.in d.prax
hareſeos.*

119 18.Et in omnibus criminibus enormibus litis
non conteſtatio non requiritur *Archidiac.in cap.
1.de homicid.in 6.Hippol.de Marſil. in pract. cri-
min.§.diligenter num.158. Pegna in locis allegatis.*

120 19.In cauſa depoſiti dum agitur ad illius re-
ſtitutionem *Abb.Panormit.in cap.quia propter de
elect.Franc.Vin.dec.191.n.6.*

121 20.In executione vltimæ voluntatis, puta in
remedio *l.fin.C.de edicto D.Adr.toll.* nam præſen-
tato teſtamento non abolito, nec cancellato
ſcriptus hæres immittitur in poſſeſſionẽ *Peregr.de
fid.* vbi *Cenſ.art.48.* Sic legatarius habet viã exe-
cutiuã contrà hęredẽ *R.Marin.lib.1.reſ.241.* vbi
*add.Reg.Latr.dec.12.R.Sanfel.dec.204.D.Prat.di-
ſcept.10.lib.1.Dom.Petra in rit.181.* Niſi contra
teſtamentum, vel legatum aliqua altercatio iu-
ris, vel facti ſubſiſtens, opponatur *D. Merlin.lib.
2.contr.2.num.18.Vda differt.42.num.47.48.tom.
2. Petra ſup.* in Sicilia ex *rit.19. Burg. vbi ſup.
num.228.*

122 21.In cauſa executionis ſententiæ *Bar.in l.
intrd ff.de re iud.Affl.dec.346.num.2.5. & per tot.*
vbi *Vrſill.ſub n.2,Burg.ſup.num.99.Tuſc.lit.S.con-*

cluſ.887.num.21. quia habet executionem para-
tam l.poſt rem ff.de re iudic. Gallup.in praxi S.C.p.
3.c.2.num.1.Carleuol.de iudic.tom.2.diſp.8. n.13.
Giurba dec.96.num.1. Caſtill.dec.85. Maſtrill.dec.
25.quando tranſiuit in rem iudicatam l.ſi cauſam
123 C.de execut. rei iudic. niſi à die ſententiæ ſine
elapſi 30.anni, nam illius executio præſcribitur
per dictum tempus l.ſicut C.de præſcript.30. vel
40.annorum Salg.de reg.protect.p.4. cap.2. num.4.
Ant.Fab.in C.tit.13.lib.7.diff.12. Carleual.d.diſp.
4.q.8.num.985.& tom.2.diſp.3. num.1. Groſſ.ſuper
pragm. Comitis de Caſtro §.26. num.1. Et ſic da-
124 tus terminus ſuper executione dictę ſenten-
tiæ, licet ſecundum alios debeat executio inco-
hari infrà annum, & poſſit finiri infrà 30. annos
Caſtill.d.dec.85.qui loquitur de iure ſiculo, quo
executio debet incohari infrà annum. Groſſ.ſup.
num.6.
125 22.Vbi periculum eſt in mora Bal.in l.incerti
q.23.C.de rei vendic. Iaſ.in §.nihil commune num.
372.l.naturaliter.ff.de acquir.poſſeſſ. vbi Rip.in 3.
fallentia ſub nu.185.Caroc.d.except.134. num.16.
Burg.de modo proced.ex abrupt.q.5.n.36.
126 23.In reuocatione attentatorum gl.in clem.2.
vt lite pend.Veſtr.in pract.lib.8. tit.vt lite pendente
num.18.Hercul.de attent.cap.14. Rot.dec.2. de ap-
pell.per Biſigaot. & dec.14. de reſtit.ſpoliat.in nou.
dec.1.de offic.iudic.in antiquis & dec.78.Carocc.d.
except.134. num.27. Borrell.in ſumma deciſ.tom.1.
tit.46.num.88.Burg.d.q.5.num.39.
127 24.In cauſa conſiſtente in ſolo puncto Iuris,
in quo proceditur ſine termino Franch.dec.231.
num.12. Anna ſing.470.Corſet.qq.forenſ.fol.86.an-
te num.3. Milanenſ.dec.5.num.156.& dec.5.num.
9.lib.1.Burg.in tract.de laudem.p.3.inſpect.24. nu.
27.Mutatn cap.regni ritus 99.num.29.& ſeqq. idē
Burg.de modo proced.ex abrupt.q.5.nu.5.& 6. Ra-
128 tio eſt ſecundū Mur.ſup.quia tunc partes Iudi-
cis non ſunt in aliquo, niſi in aperiendo Iuris li-
bros, & iuxtà illius diſpoſitionem talem articu-
lum terminare R.Rouit.vbi nos conſ.44.lib.2.& in
prag.7.n.12.de ord.iudic.Gallup.in praxi S.C.c.18.
num.13.R.Marin.lib.1.reſol.66.nu.6. R.Sanfel.in
praxi ſect.47.nu.12. Dom.Petra in rit.69. nu.13.
Dom.Merlin.contr.2.num.10.cent.2.Dom.Philippis
diſſert.3.num.82. niſi factum oppugnetur. Ma-
ſtrill.dec.217.num.4.& ſeqq.
129 25.In cauſa incuſationis obligationis penes
acta contra obligatum Afſl.dec.135. num.5.deciſ.
387.num.1.& ibi Vrſill.nu.3.ex rit.M.C.V.128.
Franc.dec.218.num.7.& dec.200.num.22. Corſet.
qq.forenſ.fol.105.Farinac.q.34.num.29.& ſeqq.Io.
Franc.Leonard.in pract.official.cap.14.nu.50.Con-
ſil.Rocc.reſp.22.num.5.tom.1.Viſcont.concluſ.iuris
verb.obligatio Dom.Marcian.conſ.62.num.2. Dom.
Merlin.contr.66.num.2.tom.2.e Dom.Theodor.alleg.
39.num.1.Dom.Petra ibid.rit.128. quod procedit
130 ſi obligatio ipſa incuſetur in eadem Curia, in
qua ſtipulata eſt, ſecus ſi in alia Curia, vel ſi ſint
elapſi decem anni à die ſtipulationis, nam tunc
citatus reus ad dicendum cauſam quare non de-
bet obligatio incuſari. Genuenſ.in pract. Archiep.
c.16.nu.3.Petra ſup.
131 26.In pacto executiuo in inſtrumento adiecto,
quod non præſcribitur minori ſpatio annorum
30. ad tex.in l.ſicut C.de præſcript.30. vel 40.an-
norum Reg.Capic.Latro dec.58.D.Petra in rit.128.
num.22. Reg.Sanfel.dec.151. Dom.C.nſ.Roſa con-
ſult.22. Quod competit contra debitorem, &
hæredem, quid quid dicat Rocc.reſp.89.num.3.lib.
1.non contra tertium Reg.Sanfel.dec.322. num.1.
Staiban.reſol.84.num.26.& 28.lib.2. Cuius vigo-
re factis duobus præceptis debitori, expediun-
tur literæ executoriales realiter tantum. Dom.
Merlin.contr.66.num.5.lib.2. poſt Carleual.de iu-
dic.lib.1.tit.1.diſp.2.q.7. ſect.3.ſub nu.923. Giur.
ad Reg.Latr.d.dec.58.Sed ſi factis diligentijs pro
executione non reperiantur bona, factis præcep-
tis, quod exhibeat executionem explicitam, alias
capiatur de perſona, ſi non exhibeat, capitur de
perſona, Thor.in comp.deciſ. p.3. verb. pactum
f.239.
132 27.In litteris cambij, tam de Iure communi,
quam noſtri Regni toto tit.in prag.de literis cam-
bij Scacc.de comb.§.7.gl.5. Gait.de credit.cap.2.tit.
7.num.2485.Maſtrill.dec.9.nu.7.& dec.221. Ro-
uit.in prag.1.de litt.cambij nu.4. & ſeqq. D.Petra
in rit.128.num.26.Dom.Rocc.de literis cambij num.
1.& ſeqq.
133 28.In apocis banco directis de Iure noſtro
Neap.per pragm.63.§.item volemo de offic.proc.Cæ-
ſaris. Niſi ſit elapſum decennium, vel niſi debi-
tor ſit mortuus, vel niſi aduerſus illam ſit præuen-
tum Reg.Capic.Latr.dec.111.Ceſar.qq.forenſ. q.46.
D.Petra in d.tit.128.n.25.
134 Alios caſus, in quibus litis conteſtatio non
requiritur enumerat Soccin.in c.quoniam frequen-
ter vt lite non conteſtat.Mier.par.1.collat.9.tit.de
Sol.omnium iudic.cap.8.nu.27. & ſeqq. alios in
quibus proceditur ſummariè, ex abrupto vſque
ad 130.enumerat Burg. de modo proced. ex abrupt.
qu.5.per tot.Afin.in praxi cap.2. §.31. num.32. &
ſeqq.Card.Tuſch.lit. concluſ.887.
135 Impeditur litis conteſtatio quin ad eam pro-
cedatur per exceptionem nullitatis Rota in an-
136 tiqu.dec.115. Quod intelligitur in nullitate
notoria, & euidente Vrſ.in.dec.220.nu.2. Milanenſ.
deciſ.2.num.136.137.147.lib.2. Torreſ.conſ.78.
137 nu.8.vol.1. 2. quando opponitur exceptio cō-
cludens actorem ius non habere in eo, quod pe-
tit v.g.cum donatarius petit bona donata, & op-
ponitur exceptio, quod donans donationis tem-
pore mente captus, & furioſus erat Cappell.Tho-
loſ.dec.29.& 67. vbi Aufr.3. Quando opponitur
138 exceptio ceſſionis bonorum Cappell.Tholoſ.dec.
236.Vendelin.Schellenb.act.& except.forenſ. cap.
279.4.per exceptionem opponentis, quod eſt in-
139 tra tempus conficiendi inuentarium l.ſcimus §.
donec C.de iure deliber.Guid.Pap.dec.571. num.7.
Surd.de alim.tit.8. 9. & 11. nu.2. 5.per oppoſi-
140 tionem exceptionis præſcriptionis Cyn. in l.
emptor C.de præſcript.30. annor. Tholoſ. d.dec.67.
Balb. de præſcript.p.2.q.9.6. per exceptionem ſo-
141 lutionis Cappell.Tholoſ.dec.355. Cum declara-
142 tione quod debet incontinenti offerri, & pro-
bari Bar.in l.cum quærebatur nu.3.ff. iudic.ſolu.&
in l.fin.C.de edicto D.Adr.toll.Tholoſ.vbi Aufr.dec.
143 67. 7.per exceptionem nonnumeratæ pecuniæ
oppoſitam infrà biennium Spec. tit. de except. §.
dicto num.18.

144 Ad

144 Ad videndum quæ exceptio litis conteſta-
tionem impediat, ponunt aliquas regulas *Angel.
Aret.in §.appellantur ſub num.36. Inſtit. de except.
Aufr.ad* Cappell. *Tholoſ. dec.67.* Prima regula eſt
145 quod omnis peremptoria exceptio, de quibus
in *l.peremptorias* C.*ſententiam reſcindi non poſſe, &
in §.appellantur.inſtit.de except.*
146 Iſtæ oppoſitæ impediunt litis conteſtationē,
poſt quam opponi poſſunt ante,& poſt litis con-
teſtationem *Idem* Angel.*in d.§.appellantur nu.36.
Aufr.ad* Cappell. *Tholoſ. dec.67.* Ideo ſolent per-
147 petuæ appellari quia ſemper agentibus obſtāt,
& rem de qua agimus perimunt *Casus in l.excep-
tiones ff.de except. Cyrill. in ſummula crimin.p.1.
tit.15. nu.2.* vbi ponit exemplum in exceptione
rei iudicatæ, tranſactionis, iuris iurandi,& præ-
ſcriptionis. De qua re *infra.*
148 2. Regula eſt in exceptionibus reſpicienti-
bus perſonas, quæ requiruntur in iudicio, vt in
perſonis iudicum, actoris, rei, & procuratorum
& aliorum in iudicio interuenientium, & iſtæ
exceptiones ſunt dilatoriæ, & opponuntur in
ipſo iudicio,& ante litem conteſtatam deducun-
tur,& iudicium declinant *l.fin.C.ſi à non compet.
iudic. l.1.* C. *qui legit. perſon. l.licet* C.*de procur.
Grauat.ad Veſtr.lib.5.cap.vlt.nu.17.Aſin. in praxi
§.13.cap.2.nu.2.* de qua re *infrà.*
149 Tertia regula eſt, quia ſi à lege, vel ſtatuto in
aliquo Caſu non datur petitio, neque actio, eo
caſu datur exceptio impediens litis conteſtatio-
nem,& illius ingreſſum, exemplum eſt in Sena-
tus Conſulto Macedoniano,& Velleiano, in qui-
bus, & ſi non tollatur actio ipſo iure, tamen pa-
ratur exceptio, quæ impedit litis conteſtationem
*Bar.in l.2.in princ. nu.2. in fine ff. ad Senat.Vel-
leian.& in l.1.in princ.nu.2.ff.ad Macedon. Aufr.
ad* Cappell.*Tholoſ.dec.67.*verſ.2.*regula eſt* Quam-
uis de iure noſtro Neap.per *prag.1. ad Senat.Cō-
ſult.Velleian.*tollatur actio, ità vt Iudex ex offi-
cio debeat agentem repellere, & non expectare,
quod opponatur per exceptionem *Franch. dec.
623.nu.3. 22. & 23.* ea ratione quia tales con-
tractus ſunt ipſo Iure nulli in ſua natiuitate vi-
gore *d.pragm.Franch.ibid. nu.8.R.Ponte de poteſt.
Proreg.tit.10.cap.11.Mauſ.de cauſ.execut. lim.10.
nu.11.D.Merlin.cent.1.cap.55.num.2. & 8.* Quo
vero ad Macedonianum attenta *regia prag.1. ad
Senat.Conſult.Maced.*vide *Præſ.Ganauere.dec.54.*
150 Quarta regula reſpicit cauſas criminales, in
quibus omnis exceptio, per quam factum impu-
nibile redditur, poteſt opponi antequam nomen
inquiſiti inter reos numeretur, vel ante litem cō-
teſtatam *l.ſi ſeruus* vbi *gl. & DD.* C. *de his qui ad
Eccleſ. confug. l.ſi maritus §. præſcriptiones ff. ad l.
Iul.de adulter.*Cappell.*Tholoſ.d.dec.67.*
151 Quinta regula eſt, Vt quoties concluditur
eidem actori actionem aliquam non competere,
ſimilis exceptio impedit litis conteſtationem
fieri,& ſemper impedit litis ingreſſum, cum ne-
mo ſine actione experiatur *l.ſi pupilli §. videamus
ff.de negot. geſtis.* Quæ exceptio litis conteſtatio-
nem impedit vt *in l. eleganter* vbi *Gulielm.de Cun.
ff.de condit.indeb.Aufr.ad* Cappell. *Tholoſ. dicta
deciſ.67.*
152 6.Regula eſt dum agenti opponi poſſet, illius
non intereſſe actionem intentare, quæ in primis
oppoſita impedit litem conteſtari *ex cap.veniens
il 2.de teſtibus in 6.Aufr.vbi ſup.*
153 Iuramentum habet vim litis conteſtationis
*Gozadin.in l.2.nu.52. C.de pactis inter.empt. Rol.
à Vall.conſ.25.nu.19.29.vol.2.Barz.dec.43.nu.9.
Seraphin.de priuil. iuram.priuil.50.n.2. Mancin.de
iuram.par.4.effect.21. nu.1.* Quod intelligitur de
154 iuramento iudiciali *Mancin.d.eff.21.nu.2.& 3.*
155 Per confeſſionem debiti a debitore factam
in iudicio litis conteſtatio inducitur *Affl. deciſ.
191.num.6.*
156 Litis conteſtatio, quæ ob calumnias,& im-
pedimenta partis facta non fuit, habetur, ac ſi fa-
cta fuiſſet *l.ſi cum §.qui iniuriarum* vbi *Bal.Angel.
Ludouic.Roman.Alex. & Iaſ.ff. ſi quis caut. Iacob.
Thoming.dec. 24.nu.4.*
157 In cauſis ſummarijs habetur loco litis con-
teſtationis ille primus actus, qui fit *Card. in clem.
constitutionem §.fin.in fin.de elect.Panorm. in cap.
inſinuante in fin.de offic. deleg. Roman. conſ.174.
nu.5.Maranta in ſpec.diſt.9.nu.15. & membr.10.
ſub nu.1.Grammat.dec.19.nu.8.dec.62.nu.30.de-
ciſ.103.nu.141.Miſing.obſ.1.cent.1.obſ.44.cent.2.
Aſin in pract.Ciuil.§. cap.8.nu.2. Paz.in prax
is par.1.temp.6.nu.7.Rodrig.de modo vid. Proceſſ.
cap.6.num.9.*
158 Terminus ſi in aliqua cauſa executiua ſit da-
tus, an poſſit variari ad viam executiuam, abſque
vitio nullitatis DD.non ſunt concordes, nam
quod non poſſit variari dicit *Accurſ.in l.proinde
75.§.notandum* verb. *ſed abſtinenda,in fin. ff.ad l.
Aquil.Bal.in l.diffamari nu.6.C.de ingen. & manu-
miſſ.R.Galeot.contr.14.num.13.& ſeqq. lib.2.* Ea
ratione quia intentata via ordinaria, videtur re-
nunciatum executiuæ *c. vt quis de elect.in 6. Bal.
in l.1.n.1. in fin.C.de.execut.rei iudic.& in l.2.nu.
54.C.de ſeruit.& aqua* In terminis *Rota Rom.*poſt
Poſtium de manut.dec.334. num.4. & 5. vbi dicit
nulliter fieri hanc variationem *Molin.de hiſp.pri-
mogen.in annot.ad finem operis tit.3.cap.13. n.31.
Guttier.pract.qq.lib.3.cap.59.Caualc.dec.1.nu.15.
lib.1.Parlador.rerum quotid.lib.2.in fin.p.5.§.11.
num.20.Lancell.de attent.p.2.cap.4.limit.30.Ma-
ſtrill.dec.157.in princ.Reg.Valenz.conſ.49.nu.11.
& ſeqq.Monter.dec.Aragon.22.nu.15. Velaſc.con-
ſult.88.nu.8.Maranta diſp.6. Cancer.lib.1. var.c.
17.num.34.& tom.2.cap.3.n.91.*poſt alios *Giurb.
dec.55.n.18:*
159 Quod poſſit variari facit, quod exceptio litis
pendentię non habet locum in via executiua, nec
regula *tex.in l.vbi captum ff.de iudic.Iaſ.in l.nulli
num.8.C.de iudic.& conſ.9.num.7.41.& 42.vol.2.
Neguerol.alleg.4.nu.26.* Et via ordinaria, & exe-
160 cutiua non ſunt inter ſe contrariæ, ſed diuerſæ
tendentes ad idem, ideoque electione vnius non
fit alteri præiudicium, ex *gl.in clem.ſæpe verb.par-
tibus de verb.ſignif.Roman.conſ.133.* & ex his, &
alijs tenent expreſsè, vt etiam poſt litem conte-
ſtatam poſſit variari ad viam executiuam, *Dec.
conſ.460.nu.7.& 8. Suar.de Pace in praxi tom.1.
p.4.c.3.num.31.& p.5.c.2.num.2.& ſeqq.Aceued.
in l.1.tit.21.lib.24.recopil. nu.150. & 153. Faliv
cian.de conſil.lib.2.c.1.num.34.Caualc.q.815.nu.
22.& ſeqq.Rebuff.ad conſtit.gall.tract.de litter.oblı-
gat.*

gat.art.1.gl.vnic.num.21.& art.6.gl.3.num.7.Vrſill.ad Afſl.dec.326.num.2.Ludouic.dec. Peruſ.23. nu.15.& 18.

161 Hæc concluſio licet ſit controuerſa, cum apud *Rot.Rom.* diuerſimode iudicatum dicat *Lancell.d.lim.30.num.14.* hæc vltima opinio, ſecundum *Dom.Merlin.cent.2.c.97. num.11.* eſt verior vbi iudicium ſui natura eſt ſummarium, & executiuum, nam hoc caſu, vbi lis fuit ordinario iure incepta, poterit ad ſuam ſummariam naturam redire, & tacitus conſenſus agentis tantummodo ei præiudicabit ad terminos, in quibus fuit proceſſum, poſt *Roman.d.conſ.135.* tenet *Marin.Frec.*
162 *de præſent.inſtr.p.9.q.9.nu.18.* & debet ſoluere expenſas ex tali variatione *Merlin.ibid. num.7. in fine.*

163 Eſt verior in locis vbi proceditur ſummarie, ſimpliciter, & de plano, & in Regno noſtro per *Capit.* incip. *Deteſtantes* inſertum *in rit. M. C. 288.* vt dicit *ibi Carau.nu.33. Aceued.ſup.nu.53.* & non eſſe hoc caſu ſoluendas expenſas per variationem dicit *Cauall.d.q.855.n.36.*

164 Et in Curijs Supremis, in quibus regulariter etiam proceditur ſola facti veritate inſpecta *Caual.poſt Boer.dec.42.d.q.815.nu.20.* Eo maxime ſi ſit inceptum agi via ordinaria ex inſcitia aduocati, vel procuratoris, nam illi non poſſunt præiudicium afferre ſuo Principali, niſi ipſe ratum habeat *Cauall.ibid.num.40.& D.Merlin.*ad hoc allegat *tex.in l.ſi quis ſtichum 66. ff. de procurat.*

165 Nulla dubitatio eſt, ſi conſultum non eſt creditori ſuum poſſe conſequi, per remedium ordinarium, quod elegit, nam tunc non eſt præcluſa ei via agendi executiue, & ſummariè *Coler.de proceſſ.execut.p.1.cap.8.num.47.vſque ad num.56. & p.3.cap.5.num.43.Gratian.diſcept.118. nu.53. Giurb.d.dec.55.n.12.*

166 Partes ipſæ poſſunt iudicium, de ſui natura ordinarium, facere ſummarium, vt probat *Rodolf. de poteſt.Princip.abſolut.lib.1.q.39.* quid quid dicat *Maranta in ſpec.p.4.diſt.9. num.13.* ſequitur *Rodolf.Burg.de modo proced.ex abrupt.q.5. nu.300.* quamuis contra dicat ex *rit.Sicil.140.Giurba dec. 74.num.12.* poſt *Gaill.lib.1.obſ.13.num.2.Cumia in prælud.R*it.*num.35.& cap.45.num.67. Carpan. ad ſtat.Mediol.cap.25.num.19.* Sed nulla dubitatio eſt, quod cauſa ſummaria conſenſu partium poſſit fieri ordinaria *gl.in clem.ſæpe* verb. *irritandus,* & verb.*partibus de verb.ſignific. Tiraq.de primogen.q.24.num.8.Bengiorn.in rit.Sicil.140. Ant. Sola ad conſtit.ſabaud. tit.de forma in cauſ.ciuil.gl. 13. in fin. Carpan.ſup. num.10. Maranta diſp.4. Giurb.ſup.*

167 Terminus incipit currere ab eo ipſo momento, quo decretum, per quod alicui probatio iniuncta eſt, vires rei iudicatę conſecuta eſt. *Coler. p.1.dec.121.nu.3.*

Niſi vbi aliquid ante terminum ſit adimplendum, putà ſit danda cautio expenſarum, & ſimilis, nam tunc ille incipit currere poſt quam id eſt adimpletum *l.ſi cum ipſe ff.de excuſat.tutor. l.intra vtile ff.de minor. Natta conſ.172. num.16. lib.1. Theſ.dec.10.num.6.& ſeqq.Muſcatell.in praxi p.5. gl.defendendum n.10.& ſeqq.Berlic.concl.28.n.27.*

Vel niſi ſint oppoſitæ aliquę exceptiones, nam pendente illarum diſcuſſione terminus non incipit currere *Alex.conſ.72.lib.3.Gaill.lib.1. obſ.91. num.8.in fine Mi?ng.cent.1.obſ.99.Scacc.lib.1.de iudic.cap.3.q.4. num.91. Feguer.dec.160. & 180. Viu.dec.286. num.1. Borrell. in ſumma dec.tom.1. tit.46.nu.47.*

Præſertim ſi petatur depoſitio principalis ſuper articulis ad hoc, vt releuetur ab onere probandi *Franch.dec.120. Muſcatell.in praxi p.5 gl. defendendum nu.12.* & ibi: *in addit.lit. D.Barboſ. in clem.ſæpe de verb.ſignif.n.15.* Idē eſt ſi per partē ſit oppoſita fruſtratoria dilatio, nam interim terminus non labitur *Borrell.d.tit.46.num.99.*

168 Quamuis melius faceret ſi intrà terminum articulos offerret, & teſtes citaret, ne ſi poſtea ſuccumbat reperiat terminum elapſum *Gaill.lib. 1.obſ.140.num.8.& ſeqq.Amat.reſol.35. Rouit.dec. 18.*vbi *noſtra additio.*

169 De *Iure* noſtro Neap. Terminus incipit currere à die intimatæ electionis examinatoris, & ſic poſt quam adimpletum eſt dilatorijs *Muſcatell.in praxi S.C.p.5.gl.defendendum n.10.* & ſic electio
170 examinatoris eſt de eſſentia iudicij, quāuis cōtrà dicat *Reg.Rouit.in prag.4.de dilat. n.5.* cum ſit ille, qui probationes debet recipere, & teſtes examinare, & debeat à Iudice eligi, & ſic ante electionē ſit incertus, vt deciſum fuit per M.C.V. ad relationē Iudicis D.Steſani Padilla nunc Reg. Conſil.meritiſſimi in cauſa Io:Baptiſtę Chichizola, cum Petro de Steſano in Banca Ardiæ, & con-
171 firmatum per S.C. Nam lite conteſtata, ſeu dato termino in Cauſa, illoque notificato parti aduerſæ, elapſo biduo, eligitur examinator, qui debet examinare teſtes. Poſſet tamen procedere opinio *R.Rouiti*, ſi vnus tantum eſſet examinator, putà actuarius cauſæ, qui ſolus examinaret teſtes; ſecus ſi eſſet arbitrarium Iudici eligere hunc, vel illum, vel eſſent plures examinatores, vt in noſtro S.C. per *prag.69.de offic.S.C.* & eligitur vnus ex illis per buſſulam per *prag.68.eod.tit.* nam tunc cum ſit incertus examinator terminus non poteſt currere ante electionem. Verum quia teſtes poſſunt eſſe, vel in loco iudicij, vel extrà locum iudicij, ideò pro examinandis teſtibus exiſtentibus in loco iudicij, eligitur examinator, vel Scriba Cauſæ, vel alius ad arbitrium Iudicis Commiſſarij cauſæ, & in noſtro Sacro Conſilio eligitur per buſſulam vnus ex examinationibus.

172 Sed pro examinandis teſtibus exiſtentibus extrà locum per *tex.in l.rem non nouam C.de iudic.& conſtitut.Neap.*incip.*In pecuniarijs* committitur audientia teſtium prædictorum, officialibus locorum, vbi exiſtunt dicti teſtes, vel locis conuicinis *R.Rouit.in prag.7.de ordine indic. num.15. & 16.* per *tex.in l.iudices C.de fide inſtrum.l.1.C. de dilat. & de iure noſtri Regni per conſtit.* incip. *in pecuniarijs* de materia nominationum teſtium, illorum audientię, & examine *Muſcatell. p.5.gl. ſuſpectorum per tot.* Talis commiſſio debet fieri of-
173 ficiali habenti iuriſdictionem, non autem priuatę perſonæ per *tex.in auth.apud eloquentiſſimum,* vbi *gl.C.de fide inſtr.*eſt *ritus noſter 122.* Et ille officialis non poteſt recipere teſtes extrà locum electum, niſi de conſenſu vtriuſque partis, aliàs

eſ-

eſſent nulliter recepti *cap.ſtatutum* §.*in illo de reſcript.in 6.Caualer.dec.*254. Niſi iurauerint in loco electo,vel fuerint data noua interrogatoria, ex quibus deducitur conſenſus partis. *Caualer. deciſ.*349.

174 Et talis electio examinatorum, licet antiquitus fiebar, pro vt eſt de Iure communi per *Bal.in l.*1.*C.de relat.Angel conſ.*192. *Io:Andr. in cap.ſtatuto* §.*aſſeſſorem de reſcript.in* 6. & ibi *Franc.col.* 3.*verſ.in gl.* & allegat *tex.in* §. *quod ſæpè in auth. de trient.* & *ſemiſſe* , & *in cap.cum ſpeciali col.*11. *verſ.*16.*de appell.Anna ſing.*274. præuia liſta dãda per partes,ſuſpectorum , alias ſi Iudex non peteret hanc liſtam ſuſpectorum , & daret examinatorem repugnante parte, examen eſſet nullum, ſecus parte non repugnante *Muſcatell.in praxi p.*5.*gl.ſuſpectum nu.*4.& 5. vbi *nu.*12. dicit non eſſe petendam hanc liſtam, vbi eſt vnus tantum examinator,bene tamen poteſt ille allegari ſuſpectus ex cauſa: Tamen hodiè per *pragm.*4. *de dilation.*§.10. talis liſta debet dari in biduo poſt notificatum terminum , aliàs illo elapſo amplius dari non poteſt.*Golin.de procur.p.*4.*cap.*4.*num.*13. *Muſcatell.in praxi p.*5.*gl.ſuſpectorum n.*30.Verum ſi electio examinatoris fiat per Iudicem non elapſo biduo, & partes non contradicant, & ille procedat ad receptionem teſtium,examen eſt validum. *Laganar.ad Reg.Rouit.in prag.*9.*de ord.iudic.num.*2.

175 Et quia multoties ad dilatandum ſolent per partes allegari ſuſpecti, quaſi omnes examinatores, ideo fit præceptum , quod reſrenent *Anna ſing.*276. *Muſcatell. in praxi p.*5. *gl.ſuſpectorum num.*20.

176 Non tamen creditur ipſi examinatori de commiſſione ſibi facta per iudicem,recipiendi teſtes, niſi appareat ipſa commiſſio , quæ debet ſcribi per alium ſcribam , ſeu actuarium, & non per ipſum eundem examinatorem, alias teſtes eſſent nulliter recepti *Aff.dec.*317. licet contra teneãt aliqui relati per *Bouadil.in polit.lib.*3.*c.*5. *nu.*48. & commiſſio non expirat per mortem Iudicis

177 *Farinac.dec.*16.*num.*4.Verum ſi lis eſt in S.C. Audientia teſtium non committitur in partibus, ſed accedit examinator electus præuia buſſula, vt per *prag.*68.& 69.*de offic.S.R.C.Gizzarell.dec.*27.*num.*9.*Laganar.ad R.Rouit.in prag.*9.*de ordin.iudic.nu.*5.

178 Sed committitur audientia teſtium , quando vnus ex litigantibus eſt Neap.ordinario loci,ſeu vicinitori non ſuſpecto,exceptis cauſis criminalibus, & feudalibus , vt inter *priuil.Neap.cap.*36.*fol.*36.& *cap.*69.*fol.*47. *Reg.Rouit.in prag.*9. *de ordine iudic.nu.*11. *Reg.Marin.ad R.Reuert.deciſ.*542.*nu.*2. Vel quando lis non excedit ſummam

179 duc.500.Vel quando lis non excedit ſummam duc.mille,nam tunc non ſoluitur accurſus, & receſſus examinatori , ſed tantum mora per *prag.*75.*de offic.S.R.C.Laganar.ſup.d.nu.*5.Vel quando

180 qui audientiam committi petit,eſt pauper *Scaglion.in prag.*9.*num.*15.*de examin.teſtium in antiq.*

181 Vel quando duo tantum teſtes ſunt examinandi *Carau.in rit.*158. *num.*3. *Ibor.*2.*p.comp.* verb. *teſtium audientia*,*R.Sanfel.in praxi ſect.*36.*nu.*21. Quod etiam in cauſa repulſæ , in cauſa cuiuſuis ſummæ procedere dixerunt *Veſill.ad Aff. deciſ.*351. *n.*3.*R.Rouit.in prag.*12.*num.*19.*de ordin.iudic.Reg.Marin.ad Reuert.dec.*542. *num.*1.*in fine.* licet in repulſa,audientia teſtium non committatur per *gl.in conſtit.*incip.*in pecuniarijs* verſ.*quo quidem caſu*, & ibi *Andr.* ſed deſtinatur examinator S. C. *Gizzarell.d.dec.*27. *D.Petra in rit.*146. *Imbrian.in tract.de repulſa p.*1.*conſid.*1. *à nu.*157. Niſi ſumma non ſit excedens , nam tunc etiam in cauſa repulſę committitur adientia teſtium ordinarijs locorum. *D.Petra ibid.n.*6.

182 In cauſis criminalibus audientia teſtium non committitur,ſed illi ad locũ iudicij vocantur,excepto ſi teſtes eſſent valetudinarij , aut aliter iuſtè impediti,quo caſu ad illorum dicta recipienda tranſmittitur in partibus Commiſſarius doctor *R.Rouit.in prag.*7. *de ordin. iudic. Gizzarell. dec.*27.*num.*12.*Gizz.ad Reg.Capic.Latr.dec.*178. *nu.*1.vbi deciſum refert per S.C.& confirmatum in gradu reſtitutionis in integrum.

183 In Regno noſtro Terminus , adimpletis exceptionibus dilatorijs , an cenſeatur datus ipſo iure , vt videtur dicere *prag.*incip. *poſt prædictas* an debeat dari per iudicem , & ſi per Iudicem , an ex officio , vel parte petente. Et *d.pragm.* videtur dicere ipſo iure , *ritus* verò 90. videtur probare, quod non ipſo iure , ſed per iudicem ſit dandus.Sed de Iure comuni,vt in *l.*1. *C.de dilat.*& ibi *Bal.*& per noſtram *conſtit.*incip.*Cauſas*, & ibi *Aff. num.*6. *not.*5. videtur probari , quod verum eſt terminum dari per Iudicem , ſed ita demum ſi pars petierit, & ſic non ex officio , ſed parte petente. Ideò *Carau.in rit.*90.*nu.*4. dicit, practicam hodiernam obſeruare , vt terminus nunquam intelligatur datus ipſo iure,niſi conce-

18datur per iudicem, etiam parte non petente.

4 Verum contrarium eſt verius, vt Iudex etiam parte non petente, poſſit dare terminum in cauſa,cum teneatur ex ſuo officio lites breuiare , & eas citius terminare *cap.finem litibus de dolo* , & *contumac.*De *Iure* noſtro per *ritus* 288.289.ſecus eſſet,ſi nec reus,nec actor peteret, nam tunc cum eius officium ſit merè mercenarium, non tenetur illud impartiri,niſi petenti *DD. in l.imperium ff. de Iuriſd.omnium iudic.* & *l.iubere cauere ff. ead.l. quarta* §.*hoc autem ff.de damn.infect.* & ibi *Bart. Muſcatell.p.*5.*gl.defendendum nu.*6. *R.Rouit.in d. prag.poſt prædictas n.*7.& *S.Berlich.concl.*38.

185 Terminus de Iure eſt dierum viginti per *tex. in auth.offeratur C. de litis conteſt.* & *cap. induciæ verſ.offeratur* 3.*q.*3.*Pax in praxi tom.*1.*p.*1.*temp.*6. *num.*23. idem eſt ſtatutum de *iure* noſtri Regni per *prag.*incip.poſt *prædictas* , verum abreuiatur ad arbitrium Iudicis *l.*1.*C.de dilat.d.cap.induciæ* §.*ſpacium* 3.*q.*3.*Coler.de proceſſ.execut.p.*1.*c.*2.*nu.*33.& *p.*1.*dec.*121.*num.*2.*Gaill.lib.*1.*obſ.*53.*num.*20.*obſ.*91.*num.*13.*Menoch.de arbitr.lib.*2.*ce.*1.*caſ.*52.*Berlich.lib.*1. *concluſ.*38. *n.*1.*Carauit in rit.*69.*Muſcatell.p.*5.*gl.defendendum n.*8.ſicut remittitur arbitrio iudicis de *Iure* hiſpano per *l.*41.*tit.*2.*p.*3.& *l.*6.*tit.*3.*p.*3.*Rod.de modo vid.proceſſ.c.*6.*n.*10.& 31.*Scacc.de Iudic.lib.*2. *c.*3.*n.*144.& *ſeqq.*

186 Dum teſtes examinandi ſunt extrà locum , tunc terminus eſt ſecundum diſtantiam locorum.

187 *DD.ſup.cit.Dom. Petra in rit.*69.Alias ſi daretur

ter-

Digitized by Google

terminus minus breuis, ità quod non potuit probari, tunc ſententia lata tanquam ſine cauſæ cognitione dicitur nulla, vel ſaltim iniuſta, quæ venit retractanda, *Abb. conſ. 46. col. 2. verſ. 4. cor-ruit lib. 2. Tuſc. lit. S. concluſ. 157. nu. 19. Rim. iun. conſ. 770. num. 10. vol. 7.* & anteà *conſ. 45. nu. 13. Guazzin. defenſ. 35. c. 21. n. 6. in med.*

188 De *Iure* noſtro Neap. ſi examen debeat fieri extrà Ciuitatem pro prima dieta, quæ eſt iter 20. milliariorum, vt diximus *rubr. 12.* dantur 15. dies, deinde pro qualibet alia dieta dantur quinque dies, dummodo talis terminus non ſit longior trium menſium, & extra regnum non ſit lõgior ſex menſium, per *Reg. prag.* incip. *poſt prædi-ctas 7. de ordin. iudic. Muſcatell in praxi p. 5. gl. ſu-ſpectorum nu. 16. 17. R. Rouit. in d. prag. 7. de ordin. iudic. num. 21. & 24.* de Iure, vltramarina, ſeu vltra montes eſt 9. menſium, ex *l. 1. C. de dilat. c. fin. 3. q. 3. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 3. n. 42.*

189 De *Iure* Saxonico eſt ſex ſeptimanarum, & trium dierum *Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. n. 33. & ſeqq. & p. 1. dec. 121. num. 2. & ſeqq. Belich. lib. 1. concluſ. 38.*

190 De *Iure* noſtro Neap. Terminus primi beneficij eſt medietas primi termini dati in cauſa principali, terminus ſecundi beneficij, eſt medietas medietatis primi termini, eodem modo eſt in repulſa, & repulſa repulſæ per *prag. 4. de dilat. §. 28. Muſcatell. in praxi p. 6. gl. momentum num. 12. & gl. repulſæ nu. 1. & gl. aduerſæ num. 1. Galiup. in praxi p. 2. c. 28. num. 2.* & per *prag. 16. de ordin. iu-dic.* Verum ſi fieret nominatio teſtium in partibus, non attenditur talis diſpoſitio, ſed diſtantia locorum. *Affl. dec. 124. in fin. Caraff. in rit. 67. n. 3.* Idẽ eſt in cauſa ſuſpicionũ officialiũ, in qua debet dari terminus 30. dierũ tãtũ, niſi fiat nominatio in partibus, quæ fieri poteſt, vt fundat. *R. Rou. in prag. 7. n. 28. de ord. iud.* tũc debet dari lõgior terminus *Font. dec. 20. & 21.* vbi talis terminus eſt 8. dierũ.

191 Elapſo termino ſtatuto competenter, vt *ſup.* diximus, amplius quis ad probandum non admittitur *Bart. Blaver. in comment. ad l. diffamari C. de ingen. & manumiſſ. cap. 8. num. 3. & ſeqq. Pract. Papienſ. in forma libell. pro legato vel ſingulari gl. coram vobis nu. 160. & ſeqq.* Etiam in cauſa appellationis *Surd. conſ. 8. num. 6. & ſeqq. Bimius. Piſtor. q. 24. num. 4. lib. 4. Barz. dec. 32. nu. 15.* Et ſic tota cauſa
192 cadiot, & reus difinitiuè abſoluitur, ità vt actori, ne quidem refuſis expenſis, aut præſtita cautione de proſequenda lite ad nouam actionem aditus pateat *Coler. dec. 104. nu. 30. p. 1. Blar. ſup. nu. 2. & ſeqq. Capic. dec. 82. R. Rouit. in prag. 7. n. 14. de ord. iudic.*

193 Niſi eſſet impeditus, quod conſtaret per legitimas probationes *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 3. q. 4. num. 67. & ſeqq. Gemin. conſ. 91. nu. 1. Muſcatell. in praxi p. 5. gl. defendendum num. 14. & ſeqq.* vbi dicit ex cauſa poſſe prorogari terminum per *con-ſtit.* incip. *in pecuniarijs Borrell. in ſumma deciſ. tit. de dilat. num. 46. & ſeqq.* vbi ponit quando terminus poſſit prorogari.

194 Nam terminus probatorius, ſiue de Iure communi, ſiue municipali, eſt peremptorius, & excluſiuus omnium probationum *Coler. de proceſſ. p. 1. c. 2. n. 33. Scacc. de iudic. lib. 2. d. c. 3. q. 1. nu. 21. & ſeqq. Alex. conſ. 101. num. 4. Tuſc. lit. T. concluſ. 67. num. 6. & ſeqq. per tot. Ioach. Scheplitz in conſuet. Marchi. p. 2. tit. 7. §. 9. num. 2. & ſeqq. Borrell. ſup. nu. 20. Cardoſ. in* verb. *Terminus num. 6. Fontanell. dec. 561. num. 12. & 43. Affl. in praxi §. 15. c. 1. & 3. & §. 22. c. 2. Barz. dec. 32. num. 15. Scacc. de iudic. tom. 2. cap. 3. nu. 21. & ſeqq.* vbi explicat, & eiuſdem lapſus renunciationem inducit *Blar. in d. l. diffamari C. de ingen. c. 8. n. 7. Berlich. ſup.*

195 Et eſt adeo verum, quod Iudex, nec ad inſtantiam partis, nec ex officio poſſit alium terminum concedere, & ad probationem aliquem admittere: *Iaſ. in l. in pecuniarijs vl. ff. de fer. & dilat. nu. 8. 9. & 23. Coler. dec. 121. num. 4. p. 1. Capic. dec. 82. Borrell. nu. 20. de Iure* noſtri Regni eſt *prag. 7. de ordin. iudic.*

196 Quod procedit etiam in cauſis ſummarijs *Bar. in extrauag. ad reprimendum* verb. *in termino* verſ. *ex quo patet Iaſ. in d. l. in pecuniarijs nu. 14. Scacc. iudic. lib. 2. c. 3. q. 1. nu. 27. Ludouic. Roman. conſil.*
197 *226. num. 5.* Sunt plures caſus, vbi terminus probatorius non currit, quos affert *Scacc. de iu-dic. lib. 2. cap. 3. q. 4. n. 89. & pluribus ſeqq.*

198 Tempus termini probatorij eſt continuum, ità vt nullis ferijs, ſiue ſolemnes, ſiue repentinæ illæ fuerint, interrumpatur, & impediatur *l. ſiue pars 3. §. feriæ autem C. de dilat. l. 26. §. 7. ff. ex quib. cauſ. maior.* currit de momento ad momentum *l. 3. §. mi-norem ff. de minor. Affl. dec. 73. Borrell. d. tit. 46. nu. 67. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 3. n. 156. & ſeqq.* cum probationes fieri neceſſitas vrgeat, ne tempore pereant, & teſtes moriantur *l. 1. §. 2. ff. de ferijs Bal. in d. l. ſiue pars nu. 3. C. de dilat. Peguera dec. 160. p. 2. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 3. q. 4. num. 156. Franc. Marc. dec. 35. p. 1.* Et vbi dicit Iudex: do terminum decem dierum, dies termini non computatur in termino *l. 1.* vbi *Bar. Bal. Salyc. Caſtr. ff. ſi quis caut. Guid. Pap. dec. 270. Borrell. conſ. 19. & in ſumma deciſ. tom. 1. tit. 46. nu. 70.*

199 Licet poſſit difficultari, an debeant teſtes examinari in termino probatorio, & alia omnia fieri ad complementum examinis, vel ſufficiat articulos offerri, & teſtes produci, & aliqui tenuerint non ſufficere, ſi teſtes intrà terminum iurauerint *Tuſc. lit. T. concluſ. 64. n. 10. & ſeqq. Ang. conſ. 399.* Tamen vera eſt concluſio, ſufficere articulos offerre, & teſtes producere, licet teſtes non iurauerint, nec examinati ſint *Abb. Panorm. in c. licet cauſam de probat. Scacc. lib. 2. de iudic. c. 3. n. 182. & ſeqq. Rui an. de commiſſ. p. 1. lib. 2. cap. 7. n. 16. & ſeqq. Gaill. lib. 1. obſ. 16. num. 17. Pract. Papienſ. in forma oppon. contra teſtes poſt publicationem §. ſuntq;*
200 *num. 16.* licet aliqui velint, quod debent iurare in termino, *Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 126.*

201 De *Iure* noſtro Neap. ſufficit, vt teſtes ſint citati in termino, vt poſſint quandocunque poſt terminum examinari, vt diximus *rubr. 12.*

202 Sufficit etiam ſecundum aliquos, ſi in vltima die, & momento termini, articuli probatorij, & nomina teſtium offerantur *Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. num. 41. Martin. Piſtor. obſ. 224. n. 4. & ſeqq. Spec. lib. 2. p. 1. tit. de dilation. §. ex peremptori q. 3. nu. 17. Rum. conſ. 209. nu. 17. lib. 1. Bal. in rubr. de falſ.*
203 *inſtrum. nu. 10.* licet contrà teneant alij *Bar. in l. damno 8. §. ſcabiei nu. 11. ff. de damn. infect. Mi-ſing.*

ſing.cent.6.obſ.57.nu.6.Socc.ſen.conſ.205.nu.7. & ſeqq.lib.4. Poſſuot conciliari hæ opiniones con-
trariæ, ſi habuit iuſtam cauſam differendi, proce-
dere primam opinionem.
203 Minor tamen aduerſus lapſum termini, &
omiſſam probationem reſtituitur in integrum
per *tex.in l.minor 18.§.ſin autem 1.& l.minor 36.
ff.de minor.c.auditis de in integr.reſtitut.c.ſuſcitata
6.eod.tit.Hart.Piſtor.p.1.q.12. Afſl.dec.216. nu.2.*
205 *Soccin.reg.385.fall.1.* Tale beneficium iuuat
etiam maioribus, ſi vnam eandemque cauſam
cum minoribus communem, & ſimul inſtitutam,
habent *Paul.de Caſtr.in l.1.C.ſi commun.eademque
cauſ.n.3.Coler.dec.273.P.Heig.q.1.p.2.Mar.Socc.*
206 *de teſtibus n.129.* Et minor reſtituitur etiam ſi
nullam læſionem probet, cum per lapſum termi-
ni ſatis læſus dicatur *Add.ad Specul.lib.2.p.3.tit.
de reſtitut.in integr.Iacob.Put.dec.193.nu.1. lib.2.*
quid quid diſſentiat *Boer.dec.79. num.7. & ſeqq.
Gilken.de præſcript.p.3.c.1.n.115.*
207 De *Iure* noſtri Regni per *conſtitut.obſcuritati*
gaudent hac reſtitutiooe, quam vocamus pri-
mum, & ſecundum beneficium minores, vniuer-
ſitates, eccleſiæ, mulieres omnes *Imbrian.in tract.
de 1.& 2. benefic. per tot.* Et terminus datus eſt
208 cõmunis tam petenti, quam aduerſario, & non
poteſt per vnam partem renunciari *Carauit.in
rit.90.num.2.Baiard.q.48.num.2. Guazzin.defenſ.
24.c.4.num.10.Maſuer.in pract.tit.de dilat. n.17.
Sforz.Odd.conſ.35.num.2. vol.1. Marſil.ſing.168.
Caualc.dec.22.nu.9.p.2. Grauat.ad Veſtr.in pract.
lib.6.c.vl.nu.28.Barz.dec.bonon.67.nu.4. Borrell.*
209 *d.tit.46.n.50.& 62.* Benè re integra poteſt re-
nunciari *Rimnal.ſen.conſ.469.nu.23.vol.3. Petr.
de Gregor.ſyntagm. lib.48.cap.8.nu.18.Borrell.ſup.
num.51.*
210 Terminus probatorius ex iuſta cauſa poteſt
prorogari, & elongari ad petitionem partium,
ſi iuſtum impedimentum ſuperueniat, ex quo non
poſſint teſtes produci *Coler.p.1.dec.121. nu.5. &
ſeqq.Gaill.lib.1.obſ.91. Hartm.Piſtor.lib.2. obſ.tit.
12.obſ.4.n.9. & ſeqq.Miſing.cent.1.obſ.72.Scacc.
de iudic.lib.2.cap.3.num.44.& ſeqq. & nu.67. &
ſeqq.& q.3.nu.218. & ſeqq.Borrell.ſup.tit.46. nu.
22.vbi n.23.*dicit, impedimentum debere proba-
ri aliter quam per iuramentum. *Caſtill. dec.1.*
211 Dummodo protogatio ſit petita termino ad-
huc durante, ſecus poſt illum elapſum *l.oratione
7.ff.de ferijs l.ſed ſi manente 5.in princ.& §.1. ff.
de præ… l.21.§.5.l.25.§.1. & ſeqq. ff.de recept.
arbitr.l.bonorum 24.ff.rem ratam hab.Gaill.& Hart.
ſup.Scacc.lib.2.c.3.q.1.nu.51.& ſeqq.Borrell.ſup.n.
47.*vbi dicit, quod alias non diceretur proroga-
tio, ſed noua dilatio. *Caſtill.d.dec.1.*& talis pro-
212 rogatio poteſt fieri, etiam in vltimo momento
termini *Bal.in c.de cauſis de offic.deleg.col.3. Phil.
Dec.ibid.col.4.nu.6.& ſeqq.*licet *Bal.idem in l.ſi di
te 7.C.de pactis inter empt.n.1.& Dec.ſup.* dicat id
verum, ſi tantum temporis remaneat, quantum
ſufficiat ad illum actum expediendum. Proroga-
tio hæc debet fieri cum cauſæ cognitione, partis
citatione, & intimatione *Borrell.ſup.n.48.49.Ca-
ſtill.d.dec.1.*qui id dicit verum, quo ad citationẽ,
ſi fiat elapſo termino, ſecus ſi non elapſo, &
proinde dicit, quod ſententia lata in termino
prorogato eſt valida.

213 Verum ſi fuerit impeditus examinare aliquos
teſtes, & fuerit reſtitutus ad illos examinandos,
non poteſt alios teſtes ſuperaddere, & articulos
mutare *Iacob.de Arena in l.admonendi ff.de Iure-
iur.nu.1.Scacc.de Iudic.lib.2.c.3.q.4.n.76.*vbi li-
mitat ſi quis alios teſtes ignoret, *& n.82.& ſeqq.*
214 Admitteretur tamen ſecundum aliquos, pur-
gatio moræ, ſi ius partis non ſit factum deterius
ad producendum teſtes, & articulos elapſis vno,
duobus, vel tribus diebus poſt terminum *Oldrad.
conſ.139.nu.vl.Crauet.conſ.207.nu.8. Menoch.de
recup.poſſeſſ.remed.1.n.242.Harem.Piſtor.obſ.122.*
215 *Borrell.ſup.n.52.*licet contra tenuerit *Surd.conſ.
8.nu.8.conſ.92.nu.15. & ſeqq. Miſing.cent.2.obſ.
99.n.1.& ſeqq.Spec.lib.2 p.1.tit.de dilat.§.viden-
dum 4.nu.9.Greuen.lib.1.pract.concluſ.91.n.6.*
216 Termino ad probandum dato à iudice, non
poteſt aliquid peragere, ſed debet ſuperſedere
*l.vnius §.cogniturum ff.de quæſtion. l.ſiue pars C.de
dilation.Burſat.conſ.201.nu.75. lib.2. Franc.in c.
ſignificante num.4.de appell.Pariſ conſ.106.nu.14.
lib.4.Lancell.de atten.c.7.nu.1.& ſeqq. Farinac.q.
39.nu.7.& ſeqq.Caualc.de brach.reg.p.3.nu.4.* vbi
dicit procedere, etiam in iudice habente bra-
chium regium *Grat.conſ.77.nu.5.& ſeqq.p.2.* qui
reddunt bonam rationem, cum facta pendente
dilatione, dicantur facta ab eo, qui carebat offi-
cio, ſiue exercitio iuriſdictionis, quia dicto tẽ-
pore officium iudicis conquieſcit *d.l.ſiue pars Ve-
ſtr.in pract.lib.7.c.1.n.16.Baiard.q.48.nu.4.Scacc.
de iudic.lib.2.cap.3.nu.265. & ſeqq.* vbi declarat
*Barboſ.in c.2.de dilation.Gabriel lib.2.de dilat.con-
cluſ.1.num.1.& ſeqq.Guazzin.defenſ.24.cap.4.* niſi
ſi Iudex expreſſe reſeruauerit aliquid faciendum
durante dicta dilatione, *Barboſ.in d.l.ſiue Pacſ.*
diximus late *in rubr.9.q.47.*

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum calumniæ quid ſit, an debeat præſtari,
& quando?*
2 *Cur fuit introductum?*
3 *Quo Iure ſit? & quid debeat continere? & nu.4.*
5 *Si petitum non ſit præſtitum, an nullitas?*
6 *Quando cenſeatur remiſſum?*
7 *An per ſtatutum poſſit tolli? & nu.8.*
9 *An Princeps illud tollat?*
10 *Quando ſit præſtandum? & n.11.*
12 *A quibus præſtetur? & nu.13.& à nu.14. ad nu.
31.& n.45.46.47.62.*
32 *In quibus cauſis præſtetur, & in quibus non? & à
n.33.ad n.43.& n.61.*
48 *Quid de Iure Neap.& à n.49.ad n.59.*
60 *Effectus talis iuramenti.*

De iuramento calumniæ?

Q V Æ S T I O III.

1 QVarto pro ſubſtantiali iudicij DD. po-
nunt iuramentum calumniæ, ſeu de
veritate dicenda, quod intelligitur
parte petente, nam tunc præſtari de-

 bet,

bet, vt in l.1.auth.hec ſacramentum,& l.cum & iudices Auth.in iſto, auth.principales C. de iure iur. propt.calumn. cap.dudum el.2.de elect.cap.fin.de iuram.calumn.Spec.tit.de iuram.calum. §.1. in princ. Maranta in ſpec.p.2.act.1.nu. 1.Lancell. Corrad.de offic.prætor.in cauſ.ciuil.tit.de iuram.calumnia nu. 2.Dambeud.in praxi ciuil.cap.151.nu.3. Gaill.lib. 1.obſ.84. Coler.dec.117. nu.4. Petr.de Greger.ſyntagm.iuris vniuerſ.lib.48.cap.7.nu.4.Seraphin.dec. 857.num.10.Carec.except.135. Scacc.de iudic.lib. 2.cap.1.nu.1.& ſeqq.& nu.49.& ſeqq. vbi limitat in foro Capitolino, in Abbatia Sublacenſi, vt debeat præſtari, etiam non petitum Nig.de execut. rei iud.c.6.§.10. Hunnius in encycloped. Iuris p.2. tit.11.c.2.Georg.Obrect.de iuram.calum.Ierem.Setzer.eod.tract.de Graſſ.except.32.Pelleg.in praxi Vicarior.p.2.ſect.2.ſubſect.2. Fuit introductum hoc
2 calumniæ iuramentum ob publicam vtilitatem, nè veritas occultetur, vt dicit Imperator in l.2. §.ſed quia veremur vbi Bar.num.4. C. de iur.iur. propter calumn.Maranta d.art.1.ſub n.6.Coler.dec. 117.nu.4.Hunn.ſup.cap.2.Pellegr ſup. Quod iura-
3 mentum eſſe de iure naturali, & diuino, dicunt Franc. Curt.in tract.de iuram.calumn. §.ſed nu.9. Io:Bapt.Patauin. in tract.de arbitr. lib.10. cap.10. nu.12.ex exodi cap.22.Grauat.ad Veſtr.lib.5.c.2.n. 11.& 12.& lib.6.c.2.n.39.Put.dec.398. n.3. in fin.lib.2.Scacc.d.c.1.nu.123.& 147.

4 Quinque continere debet hoc iuramentum. Primum quod credat in agendo, aut reſpondendo ſe bonam, & optimam cauſam ſubſtinere. 2.quod interrogatus non negabit, quod verum eſſe credit. 3.quod nullis falſis vtetur probationibus. 4. quod nullam dilationem in fraudem ſit petiturus. 5.quod pro ſuæ cauſæ fauore neminem muneribus corrumpet, hoc eſt quod non dedit, nec dabit, nec promiſit, nec promittet directè, vel indirectè, aliquid pro ſua cauſa, niſi perſonis illis, quibus leges date permittunt, hæc omnia ex d.l. 2.& auth.Pincipales C.eodem tit. & habetur in l.1. in Auth.vt litig.iurent in princ. Placent.in C.lib.2. tit.58.Io:Barber.in Viatur.iuris p.4.tit.2.nu.150. Damhouder.in praxi ciuil.cap.151.num.2.Scapp.de iure non ſcript.lib.3.c.49.nu.1. Borrell.in ſumma deciſ.tom.1.tit.51.de Iuram.calumn.nu.7. Hunnius in Encycloped.Iuris 2.p.tit.11.c.1.& per tot.

5 Eſt adeo neceſſarium hoc iuramentum, vt ſi petitum ab aliqua parte fuerit, & omittatur, proceſſus nullus eſt, niſi tacite remittatur Bar.Salyc. Curt.& alij in d.l.2. C. de iure iur.propt. calumn. Vant.hic nu.29.Rot.dec.3.nu.4. poſt Mangil.de ſubhaſt.D.Petra in rit.147.nu.5.Pellegr.ſup. nu.3. ſeqq.Corn.conſ.316.n.10.vol.3.Rota in antiqu.dec. 660.& 664.Guid.Pap.conſ.8.num.1. Cappell.Tholoſ.dec.114. Vrſill.ad Aff.265. nu.32. Surd.conſ. 124.nu.1.& 2.vol.1.Gaill.lib.1.obſ.84.de Graſſ.de except.except.32. num.114. Cumia in ritib.Sicil.c. 38.num.7.Carocc.de except.except.135. Vin.deciſ. 109.nu.9. Graue lib.1.concluſ.84.num.5. Burg.de modo proc.ex abrupt.q.5.n.258. Carau.in rit.288. nu.34.Scacc.d.c.1.nu.68.& ſeqq.vbi declarat, vbi nu.75.ſecus eſſe dicit, ſi actus, & ſententia ſint in fauorem eius, qui petit iurari. Sed non eſſet nulla ſententia, ſi de bono iure illius, qui ſententiam reportauit fauorabilem, conſtaret Farinac.dec. 45.p.1.tom.1.D.Petra in d.rit.147. nu.10. A Iudice, cum petitum fuit, remitti hoc iuramentum non poteſt.Put.dec.398.num.1.& 2.lib.2.Daniel. Venat.in Analyſi iuris Pontificij lib.2.tit.7.D.Petra ſup.8.Hunnius d.c.2.

6 Verum cenſetur hoc iuramentum remiſſum, ſi à neutra parte petatur, & nullitati proceſſus locus non erit, ſed expreſsè à partibus remitti nō poteſt. in d.l.2. verſ.ſed quia veremur Grauat. ad Veſtr.in pract.lib.5.tit.2.num.11. & 12.Vin.opin. 258.num.5.& dec.109.nu.1.Menoch.de arbitr.lib. 1.q.20.n.5.Gaill.lib.1.obſ.85.ſub nu.1.Cumia in rit.Sicil.in prælud.nu.14.Carau.in rit.288. nu.39. Coler.dec.117.nu.4.& 5.Graue lib.1. concluſ.84. Guttier.pract.lib.1.q.99.Barboſ.in l.maritum. n.97. ff.ſolut.matr.Morla in empor.p.1.tit.11. in prælud. num.23.Borrell.in ſumma deciſ.tit.51.nu.9.Del Rè de iuram.calumn.c.7.num. 3.& ſeqq. Rota dec.1.n. 4. & dec.51.& 52. & 117. apud Farinac. in collect.1.nouiſſ.alias p.4.diuerſ. Grattan.diſcept.208. à nu.15.D.Petra in d.rit.47.nu.6. Hunnius d.c.2. num.3.& 4.

7 Nec à ſtatuto, vel conſuetudine iſtud iuramentum remitti poteſt, vt voluit per illum tex. Petr.de Anch.in c.cæterum nu.5. de iuram. calumn. Rol.à Valle conſ.71.n.10.vol.1.Menoch.de arbitr. iudic.q.20.nu.4.Coler.d.dec.117.nu.6. & 7. Gaill. obſ.85.num.3.Vin.dec.109.nu.4.Roman.ſing.428. Ant.del Rè de iuram.calumn.c.13.nu.1.& cap.15. n.4.Surd.dec.18.nu.8.Caroc.de iuram.litis deciſor. q.17.nu.7. Scacc.d.c.1.num.124.& ſeqq. Hunnius ſup.n.5.

8 Et ſic ſtatutum laudenſe, quod dicit, eſſe ſublatum iuramentum calumniæ, nullum eſſe, dicit Lancell.Conrad.de offic.prætor.in cauſ.ciuil. tit. de Iuram.calumnia nu.9. Nec Principis reſcripto
9 tolli poteſt, niſi expreſſis verbis deroget Del Rè d.c.13.nu.21.Rodolfin.de ſuprem. Princip.poteſt c. 6.nu.43.Scacc.d.c.1.n.127.Hunnius ſup.n.6.

10 Erit præſtandum hoc iuramentum in principio litis, antè litis conteſtationem, vel ſtatim poſt illam, vt in l.1.§.fin.C.de iure iur. propter calumn. Marian.ſen.in c.1.nu.17.de iuram.calumn. Poteſt
11 peti etiam in termino citationis ad ſententiam Mareſcott. reſol.4.lib.1. Schult.obſ.56. Nig.de execut.rei iudic.c.6.§.10.nu.4. Vel vſque ad concluſionem, & non poſt Maranta in ſpec.verb.iuramentum calumniæ num.7. Menoch.vſufr.lib.2. c.25.nu. 7.Seraph.de priuil.iuram.priuil.12.nu.2. Del Rè de iuram.calum.c.1.n.19. Rodrig.de modo vid.proceſſ. cap.11.num.24.Burg.de modo proced.ex abrupt.q.5. nu.257.Tiburt.de iuram.calum.c.19.n.11.& ſeqq. Cala de modo art.gl.3.§.1.num.88. Scacc.d.cap.1. num.18. & ſeqq. vbi declarat Berlich.concluſ.31. vbi in Saxonia dicit, poſſe peti etiam poſt ſententiam D. Petra in d.rit.147. num.13. Theodor. alleg.77.Hunnius ſup.nu.9.Pellegr.ſup.nu.7.

12 Debet præſtari à Principalibus requiſitis, qui inuiti cogi poterunt ex officio, cum ſit introductum ob bonum publicum, vt in d.l.2. §.ſed quia Lancell.Conrad.de offic.prætor.in cauſ.ciuil. tit.de iuram.calumn.n.2.

13 Si dominus ſit abſens poterit à procuratore ſpeciale mandatum habente, præſtari Bar. Bal. Alex.& cæteri in l.qui bona §.ſi alieno ff. de damn.

in-

inſect. Cappell.Tholoſ.dec.132. & dec.224. Coler. dec.115.nu.1.& 2.Seraphin.de priuil.iuram.priuil. 111.num.4.Gaill.lib.1.obſ.83. num.1. Gratian.diſcept.105.num.21.Cardoſ.in praxi verb.*procurator nu.36. Ant.del Rè de iuram.calumn.c.16. Menoch. vſufr.c.25.num.16.Borrell.in ſumma tit.51. nu.16. & tit.66.nu.181.Ricc.dec.52.nu.2. Farinac.dec. 157.nu.2.* & apud *eundem in 1.collect.nouiſſ.* alias *3.p.diuerſ.Pacian.de probat.lib.2.cap.48. num.12. Guttier.pract.lib.1.q.62.*Et ſufficere ſpeciale mandatum, licet non ſit expreſſa in eo cauſa, in qua iurandum ſit *Del Rè d.cap.16.num.17. Gratian.d. diſcept.205.nu.23.* quamuis contradicat *Menoch. cap.25.nu.17.Scacc.d.cap.1.nu.183.186. & ſeqq. Berlich.concluſ.31.n.18.*

14 Procurator non ſolum cogi poteſt ad iurandum nomine Domini, ſed etiam ſuo nomine, quia poſſet ipſe partem calumnijs vexare, ſicut Dominus, vt cenſuit *Rota in nou.dec.37.& 40. Gaill.lib.1.obſ.89.n.47.Ant.del.Rè de iuram.c.16. nu.45. Surd.dec.28. nu.3. Borrell.in ſumma dec.tit. 51.nu.19. Scacc.d.c.1.nu.173.& 174. Berlich.d. concluſ.31.nu.21.Dom.Petra in d.rit.147. nu.12. Hunn.ſup.c.4.nu.3.Pellegr.ſup.nu.10.*quod ſeruari
15 in Curia Romana dicit *Rota in nou.d.dec.37. & 40.& in antiqu.dec.492.*Etiam ſi dominus iuraſ-
16 ſet *Petr.de Gregor.ſyntagm.iuris vniuerſ.lib.48. c. 2.*ſed tenetur iurare prius principalis, & poſtea aduocatus, & procurator *Scacc.d.cap.1. nu.189.*
17 An hęres teneatur iurare, ſi defunctus iurauit, diſputat *Suar.de relig.tom.1.lib.2.de iuram.cap.31. nu.12.Scacc.d.cap.1.nu.42.*vbi dicit quod ſic.
18 Tenentur iurare de calumnia,etiam Aduocati *l.rem non nouam* §.*patroni C.de iudic.Caſtr.in l.cũ & iudices ſub num.4. C.de iure iur.propter calumn. Scacc.de iudic.d.lib.2.c.1.nu.190.*Sed de conſue-
19 tudine non ſeruari dicit *Schult.ad Coler.dec.115. & 117.Hunn.ſup.d.cap.4.nu.13. Obrect. de iuram. calum.c.6.nu.37.& ſeqq.Scacc.ibid.n.191.& 193.* qui *n.192.*dicit hanc conſuetudinem non valere, & hic Neap.cũ eſſet emanata *prag.21.22.80.§.1. de offic.S.R.C.*mandãtes tale iuramentũ,Aduocati ſupplicauere,non adſtingi ad tale iuramentum, vt eſt videre apud *F.De Petris conſ.1.*& de hac re amplius non fuit locutum, & ſic non iurant licet *Thor.in comp.decif.tom.5.* verb.*ſententia prolata fol.238.*dicat ſpeciali ordine Dom.Regis Philippi IV.fuiſſe mandatum, tale iuramentum præſtaſi,tamen non habuit effectum. *Taſſon.de anteſ. verſ.7.obſ.1.à nu.11.*De *Iure* hiſpano iurant ad-
20 uocati *ex l.2.tit.16.lib.2.recop. Barboſ.in l.rem non nouam* §.*patroni C.de iudic.* vbi meminit etiã *l.13.tit.8.p.3.*
21 Tenentur iurare ceſſionarij,qui ad ſuum commodum litem peragunt, ſiue directas actiones,ſiue vtiles actiones exerceant. *gl. & Bar.in l.qui ſtipendia C.de procurat.gl.in l.emptor C.de hered.vel act.vendit.Bertazol.clauſ.39.gl.4.n.4.Hippol. Montan.in add.ad Oliban.de action.p.2. lib.1.c.4.num. 42. Olea de ceſſ.Iur.tit.6. miſcell.n.14.* Tenentur
22 iurare Epiſcopi, Prælati, Clerici, Oeconomi, Tutores, Curatores, & Syndici *cap.fin.* vbi *Marian.Soccin.nu.10.& ſeqq.de iuram.calumn.Soccin. reg.209.Damhouder.in praxi Ciuil.cap.151.nu.22. & ſeqq.Scapp.de iure non ſcript.lib.1.cap.15. nu.1. Petr.de Gregor.lib.48.c.7.nu.4. Scacc.de iud.d.c.1. nu.194.& ſeqq.*quamuis nec clericos,aut religioſos teneri præſtare, dicat, poſt alios *Hunn.d.c.4.*
23 *nu.4.*Et omnes, & quicunque litigantes cuiuſcunque ſint dignitatis *Scacc.d.lib.1.c.15.nu.5. & lib.2.cap.1.num.171. & ſeqq. Petr. de Gregor. vbi ſup.Borrell.in ſumma tit.51.nu.25.42. & ſeqq. Berlich.p.1.concluſ.31.num.20.* In Saxonia ſeruatur,
24 de quo *Belich.lib.1. concluſ.31.* vbi *nu.19.* dicit ſeruari præſtari per principales tantum, & per
25 actores tantum *num.24.* Et ſimiliter in Gallia *Petr.de Gregor.d.lib.48.c.7.ſub n.4.* Verum tene-
26 tur iurare prius actor, & deinde reus *Io:Ferrar. Montan.in tract.de iudicior. praexercitam lib.2.c. 2.*verſ.*qua propter oculati Scacc.d.cap.1.num.265.* ſed ordine conuerſo non vitiatur iudicium *ibid.*
27 *nu.265.*Si recuſet actor iurare de calumnia cadit à cauſa, & ab actione, & reus abſoluitur, ſi reus ille habetur pro confeſſo, & ſic condemnatur per ſententiam ad illud, quod petitum fuerit *l.2.* §.*quod ſi actor* §.*quod ſi reus C.de iur.propter calumn.*§.*1.Auth.vt litig.iur. cap.fin. de iuram. calumn. Damhouder.d.c.151.num.28. Maranta in ſpec.p.2.act. 1.num.2.Gaill.lib.1.obſ.86. Placent.in ſumma lib.2.tit.58.Maeſil.ſing.252.Scacc.d.cap.1. nu.87.& ſeqq.Hunnius ſup.nu.11.Pellegr.ſup.n.18.*
28 Niſi recuſans eſſent Tutor, Syndicus, Oeconomus, nam hi non poſſunt præiudicium afferre principalibus *Soccin.reg.259.Scacc.d.cap.1. num. 127.*vbi *num.ſeqq.* contrarium dicit, & explicat
29 *Hunn.d.c.4.nu.8.9.*Poteſt recuſare ſi plenè probauiſſet *Bal.in cap.2.num.2.de probat. Iaſ.in l.admonendi num.81.de iuram.calum. Cotta* verb. *iuramentum Scacc.d.cap.1. nu.217.* contrà *Mantica dec.33.Hunnius ſup.nu.14.Pellegr.ſup.n.6.*
30 Verum ſi pars,quæ iurare compellitur,peteret copiam proceſſus, illa non conceſſa,compelli nõ poſſet, vt æquitati conſonum eſſe dicit *Vant.hic nu.29.in fine Thom.Falſtoli cauſ.26. dubit.50.* Et
31 ſi fuerit contumax in iurando,poteſt purgare moram, vſque ad ſententiam *DD.in l.2. C.de Iuram.calum.Io:Andr.ad Spec.de iuram.calum.* §.*fin. verſ.ſed nunquid Hunn.ſup.nu.13.*
32 Debet præſtari etiam in cauſis beneficialibus (licet contrarium diſpoſitum primò eſſet *in c. de iuram.calumn.*) vt habetur in *cap.1.* §.*fin.eodem tit.in 6.Vant.hic num.29.Mohedan.dec.212. Aretin.in cap.dilecti num.18. de iudic. Menoch.de arbitr.lib.1.q.20.nu.3.Scacc.d.c.1. nu.142. Hunnius ſup.c.3.n.8.*
33 2.In cauſis ſpiritualibus *tex.eſt in cap.1. de Iuram.calumn.in 6.Damhouder.cap.151.nu.11.& 12.*vbi dicit appellari iuramentum veritatis *Mohedan.d.dec.212.Petr.de Gregor.lib.48.cap.7.num. 4.Barboſ.in cap.1.de iuram.calumn.n.6. Scacc.d.c. 1.num.148.Petra in d.rit.147.nu.9. Hunnius ſup. c.3.nu.13.*
34 3.In cauſis ſummarijs *clem.ſæpè.*§.*citationem,* vbi *Card.& Natta de verb.ſignif. Scacc.d.cap.1.n. 141.Berlich.d.concluſ.31.n.28. Petra in d.rit.147. num.9.* Etiam ſi agatur vigore obligationis Cameralis, vt deciſum refert *Rot.Rom.* apud *Farinac.dec.82.p.1.tom.1.Hunn.ſup.c.3.num.4. Burſat. conſ.2.nu.5.vol.1. Put.dec.398. nu.1. lib.2. Rol.à Valle conſ.71.num.9. lib.1.Ant.Auguſtin.dec.Rom.*

1531. lib. 3. vol. 3. Matthæſil. ſing. 65. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 20. & de adipiſc. remed. 4. num. 533. eadem Rota dec. 620. in antiq. Cotta in verb. iuramentum calumnia Calà de modo art. gl. 3. §. 1. n. 88. Mancin. de iuram. p. 2. art. 3. Burg. de modo procced. ex abrupt. q. 5. nu. 256.

35 Et in cauſis in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta *Afflict. in praxi §. 3. cap. 30. Put. d. dec. 388. p. 2. Mantica dec. 33. num. 3.* de qua re *infra.*

36 4. In cauſis criminalibus *Alberic. in l. libellorum nu. 1. ff. de accuſat. Foller. in pract. crim. canonic. in verb. accuſationæ porcella nu. 5. Clar. in pract. crim. q. 18. nu. 4. Graut d. concluſ. 84. n. 6. Farinac. q. 16. num. 28. Gratian. diſcept. 208. nu. 26. Borrell. in ſumma tit. 51. n. 34. Ricc. deciſ. 56. n. 10. p. 2. Damhoud. d. c. 151. nu. 12. Petr. de Gregor. lib. 48. c. 7. nu. 2. &* 3. qui maiori ex parte dicunt non ſeruari *Scacc. d. c. 1. nu. 157. & ſeqq. Berlich. d. concluſ. 31. nu. 27. Hunn. ſup. cap. 3. n. 2.*

37 5. In cauſis appellationum iuramentum exigitur, quamuis in prima inſtantia fuiſſet præſtitum, *c. 2. in princ. de iuram. calum. in 6. Conrad. in tract. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. tit. de iuram. calum. nu. 2. Damboud. d. cap. 151. nu. 14. Scacc. lib. 2. de iudic. c. 1. nu. 166.* vbi verſ. *cæterum in praxi* dicit non ſeruari de praxi Romana, licet illud petatur *Fenzon. ad ſtatut. Vrbis cap. 184. num. 29.* ex verbis *d. c. Myſing. cent. 1. obſ. 1. Franc. Marc. dec. 1182. n. 23. p. 1. & dec. 706. p. 2. Menoch. vſufr. lib. 2. q. 25. num. 30. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 50. de litis conteſt. num. 29. Brederod. de appell. p. 2. tit. 30. Scacc. de iudic. d. c. 1. nu. 165. Berlich. d. concluſ. 31. n. 35. Hunn. ſup. n. 5.*

38 6. Illud patre petente præſtare cogitur ſibi iura exiberi petens *Caßer. deciſ. 57. nu. 6. Valaſc. de iure emphyt. q. 8. n. 13.*

39 7. In cauſis coram arbitris ventilatis *l. 2. §. 4. C. de iuram. calumn. Scacc. d. c. 1. num. 54. Caluol. d. d. §. iuramentum calumnia concluſ. 1. num. 5. Hunnius ſup. c. 3. n. 7.*

40 In fiſcalibus cauſis Aduocatus, & procurator fiſci iurare debent, ſecundum veriorem opinionẽ, vt dicit *Gaill. lib. 1. obſ. 90. Surd. dec. 18. a. 1. & ſeqq. Andr. de Iſern. in cap. 1. §. in quibus de conſuet. recti feud. Peregr. de iure fiſci lib. 7. tit. 2. num. 7. in fine Obrecſ. de iuram. calum. c. 6. n. 29. & ſeqq. Scacc. d. cap. 1. n. 221.* qui dicit ſecus ſeruari de conſuetudine *Schrad. de feud. p. 10. ſect. 3. n. 74. Cuiac. lib. 4. feud. tit. 36. ſub fin. Donell. de iure iur. lib. 24. comm. c. 13. nu. 4.* & in Camera Imperiali non iurare Fiſcalem Cæſaris, dicit *Gaill. lib. 1. obſ. 90. n. 2. 3. 4. Myſing. cent. 1. obſ. 74. Obrecſ. d. c. 6. n. 32.*

41 Contrarium tamen, quod in cauſis fiſcalibus Aduocatus fiſci iuramentum calumniæ præſtare non teneatur, dicunt *Franc. Lucan. de Parma de priuil. fiſci priuil. 99. Myſing. cent. 1. d. obſ. 74. Gaill. d. obſ. 90. lib. 1. Surd. d. dec. 18. nu. 21. & ſeqq.* vbi *D. Hodiern.*

42 Tale iuramentum calumniæ non ſeruatur in Camera Imperiali, in noſtro Regno Neapolitano, Marchionatu Montis Ferrati, vt diximus, ſed etiam in Conſilio Flandriæ, & Mechliniæ dicit *Dombouder. d. c. 151. nu. 30. & 31. Borrell. in ſumma deciſ. tit. 52. nu. 46. Dom. Petra in tit. 47.*

43 Si actor peteret præſtari calumniæ iuramentum à reo, & cauſa proceſſerit abſque illius præſtatione, vſque ad publicationem, & concluſionem, præſtari non poterit ad partis inſtantiam, ſed officio Iudicis tantum, aliàs eodem iuramento exacto, & non præſtito, ſententia, quæ ſequeretur eſſet nulla *l. prolatam C. de ſentent. Cappell. Tholoſ. dec. 108. Rol. à Valle conſ. 71. nu. 34. vol. 1.* Quæ
44 concluſio procedit ſolum in cauſis ordinarijs, non autem in ſummarijs, in quibus etiam ad inſtantiam partis poſt concluſum in cauſa peſſet exigi ex *gl. in clem. ſæpe de verb. ſignific. Aufr. ad Cappell. Tholoſ. d. dec. 108. Rol. à Valle d. conſ. 71. n. 34. vol. 1. Cauagnol. ad Decreta Montis Ferrati decr. 14. §. 9. nu. 10. & 11.*

45 Parens, & Patronus iurare de calumnia non tenetur *l. 8. §. 5. ff. qui ſatiſd. cog. l. qui bona fide 13. §. 13. & 14. ff. de damn. infect. l. 34. §. qui iuſiurandum ff. de iure iur. Soccin. reg. 309. num. 4. Scacc. d. cap. 1. nu 263.* ſed contra dicit *num. ſeqq. Berlich. d. concluſ. 31. nu. 9. Hunn. d. c. 4. nu. 15.* vbi dicit *tex. in l. 34. §. iuſiurandum ff. de iure iur.* vbi dicit *aque* eſſe legendum, *neque* vt habent alia exemplaria.
46 Nec Dominus feudi, ſiuè Senior, & Vaſſallus, qui ſibi inuicem iuramentum hoc non præſtant *tit. 33. §. 1. lib. 2. feud. Surd. dec. 18. nu. 12. Scacc. d. c. 1. nu. 220.*

47 Nec pupilli, & adulti *l. 2. §. quid obſeruari C. de iur. propter calumn.*

48 Diximus *ſup.* concluſionem in principio propoſitam procedere, etiam in cauſis, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, & quod non valeat conſuetudo in contrarium, aut ſtatutã. Sed videndum eſt de veritate attenta diſpoſitione noſtri *Iuris* municipalis Regni Neap. de quo in *cap. incip. Deteſtantes* inſerto in *rit. M. C. V. 283.* per quod eſt ſtatutum, Iudices debere procedere in cauſis, ſola veritate illarum inſpecta,
49 & ſine figura Iudicij, an hodie defectus talis Iuramenti faciat proceſſum, & ſententiam nullam; *Caranit. ſuper d. rit. 288. num. 34.* attenta diſpoſitione *d. cap. deteſtantes*, & doctrina *Bar. in tract. ad reprimendum* verſ. *& figura nu. 11. & alijs* concludit iuramentum, hoc poſſe à partibus omitti, ſed non remitti, & propterea ſi altera pars hodie peteret, Iudex tenetur deferre, alias
50 proceſſus eſſet nullus. Sed *Muſcatell.* maximus practicus *in praxi p. 1. gl. contendere n. 14. & ſeqq.* tenet dicta per *Caranit.* procedere in caſu diſpoſitionis *tex. in d. clem. ſæpè de verb. ſignific.* & in *alijs Iuribus* expreſſè requirentibus huius iuramẽti delationem, vt non poſſit à partibus expreſſe remitti, ea ratione, quia cum ſit iuramentum de veritate dicenda, ne veritas occulteretur, iſta remiſſio eſſet contrà bonos mores, bene tamen vtriuſque taciturnitate omitti poſſet, quæ omiſſio non vitiaret proceſſum, per *tex.* expreſſum *in cap. 1. de Iuram. calum. in 6.* Et procedunt dicta per *Afflict. in prælud. conſtit. q. 12. nu. 7. & ſeqq. Menoch. d. q. 20. num. 5. per DD. ſup. citatos* Velle
51 tamen extendere dicta eorum ad caſum noſtri *Cap. deteſtantes*, & *pragm. diſſ eadem*, vt *Caranit.* facit, non eſt verum, quia dictum *Cap. deteſtantes*, & *pragm.* tale iuramentum non requirunt expreſſe, ſicut illud requirit *d. clem. ſæpè*, Et *Paris de Pu-*

reo

Digitized by Google

tæ,qui optimè comentauit illud , expreſsè dixit
in tract.de Sindic.verſ.Sententia cap.2.ſub nu.13.
per d.Cap. fuiſſe excluſum hoc iuramentum, &
opinionem Paridis ſequuta eſt communis praxis,
de qua teſtatur Veſt.ad Aff.dec.265.nu.42. Reg.
Rouit.in prag.6.nu.1.de ordine iudic. D. Petra in
rit.147.nu.18.
52 Duplicem eſſe,credo,ratinnem. Primam quia
hoe iuramentum eſt quædam ſollemnitas non
reſpiciens ſubſtantiam, & veritatem negotij pro
totali cognitione, & diffinitione ipſius , ſed tan-
tum circa ordinem proceſſus , & ipſius proſe-
quutionem,vt probatur in d.l.1.& 2. & in auth.
C.de Iuram.calumn. & ex dictis per Aff.in d.con-
53 ſtit.lite legitimè, & dec.351.nu.8. ſed per Cap.de-
teſtantes ſunt ſublatæ ſollemnitates non reſpi-
cientes veritatem, & ſubſtantiam ipſius negotij,
vt dicit Paris d.c.1.n.13.ergo &c.
54 Secundam rationem , quia per conſtit.noſtri
Regni incipientem. Si exceptio, eſt in iudicis ar-
bitrio reijcere omnes exceptiones malitioſè op-
poſitas,& eas,quæ ad cauſam nonfaciunt pro to-
tali ipſius veritate. Aff.2.notab. Et per d.Cap.de-
teſtantes prouiſum,Iudicem poſſe reijcere ſollem-
nitates iudiciarias, dummodo veritatem negotij
habeat, ergo ſi pars illud iuramentum petierit,
poterit Iudex illud reijcere tanquam non faciens
ad veritatem cauſæ. Doctores verò ſup. in princi-
55 pio citati,& in ampliationibus relati,procedunt
de Iure communi,vel in caſibus expreſsè requi-
rentibus huius iuramenti delationem,vt in d.con-
ſtit.lite legitimè. Secus ſecundum modernam pra-
xim , ſecundum diſpoſitionem d.Cap.deteſtantes,
in quo nulla ſit mentio de iuramento calumniæ,
ideò eſt ſublatum.
56 Imò Muſcatell.d.gl.contendere,num.19.& ſeqq.
dicit dictum Iuramentum calumniæ per æqui-
pollens haberi in Regno noſtro Neap.ex quo
ſeruatur petitio depoſitionis principalis, quæ ha-
bet eoſdem effectus , ac iuramentum prædictum.
Nam illud defertur regulariter poſt litem conte-
ſtatam, licet poſſit peti in qualibet parte Iudicij
ſic etiam depoſitio principalis. Rit.M.C. 70. vbi
Carauit.pragm.quinta die de ordine iudic. poteſt
tamen peti in qualibet parte iudicij. Franch.dec.
220.nu.5.licet hodie per pragm.4.§.7.de dilatio-
nibus depoſitio principalis poteſt peti vſq;ad cō-
57 cluſionē Illud petitur tam ab actore,quā à reo c.
cum cauſa in fin. de Iure iurand. c.dudum il 2.de
elect.Ità hæc depoſitio peti poteſt, tam ab actore,
quam reo per d.rit.70. & 79.vbi Carau.& Petra.
58 Et interrogatus ſub hoc iuramento calumniæ
tenebatur reſpondere per verbum credo, vel non
credo Bal.in auth.in iſto C.de Iuram.calum. & in l.
2.§.quod obſeruari C.eodem. Ità hæc depoſitio ſie-
59 ri poteſt,& debet per principales legaliores,per
verbum credo, vel non credo , vt eſt diſpoſitum in
d.prag.quinta die,Carauit.ſup.d.rit.70.& 79. Mu-
ſcatell.in praxi p. gl.legaliores Pellegr.ſup.nu.14.
60 Vnus effectus præſtiti iuramenti de calumnia
eſt, quod licet,ſi quis non ſit proteſtatus contra
teſtes, & eius dicta, & dicenda tempore citatio-
nis teſtium,amplius non poſſit illos repulſare, vt
dicit Ant.de Butr.in cap.veniens num.5. de teſtibus
Tamen ſi ſit præſtitū tale iuramentū,poterit p eti
repulſa Aff.dec.351.nu.8.Boer.dec.245.nu.5.Viu.
opin.426.Seraph.de priuil.iuram.priuil.12.nu.3.
61 In quatuor caſibus non requiritur iuramentum
calumniæ. Primus, vbi proceditur per modum
voluntariæ iuriſdictionis. 2.quando eſt quæſtio
Iuris. 3.quando ſumus in notorijs.4.in petente
Priuilegium, vel diſpenſationem Balb.dec.38.ex
Spec.de iuram.calum.§.ſequitur verſ.quid vbi Scac.
d.cap.1.num.214. & ſeqq. & num.24.31.32. vbi
alios caſus ponit Hunnius d.c.3.nu.9.& ſeqq.
62 Curator datus ad litem pupillo non tenetur ad
præſtandum iuramentum calumniæ Rot.in antiqu.
dec.467. poſt Specul.tit.de actore ab vniuerſit.ſeu
à tutore ſub nu.8.qui hoc non dicit Obrect.de iu-
ram.calum.c.6.num.25.& ſeqq.Scacc.d.cap.1. num.
176.& 177. Gaill.lib.1.obſ.88.n.9. Ludouic. Gil-
hauſ in arbore iudic.c.5.ramuſc.8. num.17. Hunn.
d.cap.4.n.19.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa cognitio, an requiratur in iudicijs? & num. 2.3.4.*

5 *Præcipitatio eſt nouerca iuſtitiæ , & num.6.7. 8.9.10.*

11 *Sententia lata non viſis actis an valida? & à n.12. ad nu.15.*

16 *Sententia lata præcipitanter eſt adeo nulla, vt ſtatutum nullitatem hanc tollere non videatur.*

17 *Nec valet Principis reſcriptum mandans procedi ſine cognitione cauſæ, & n.18.19.20.21.22.*

23 *Spoliatus per Iudicem procedentem feſtinanter ante omnia eſt reſtituendus, vbi alij effectus , & num. 24.25.*

26 *Limitationes dictæ regulæ, & à n.27.ad n.34.*

35 *E contra Iudex non debet tam tarde ſententias proferre.*

An, & quando cauſæ cognitio ſit de ſubſtantialibus Iudicij ?

QVÆSTIO IV.

1 QVinta ex ordine ſubſtantiali iudicij,ſe-
cundum aliquos ex ſupraſcriptis cau-
ſæ cognitio,& examinatio requiritur,
quæ adinuenta eſt non ſolum ad iu-
dicij ſollemnitatem,ſed etiam ad na-
turalem iuſtitiam conſeruandam. Nam naturali
rationi conuenit,vt quis prius cognoſcat id,ſuper
quo iudicare debet, & ideo dici ſolet, quod cau-
ſæ cognitio à iure diuino deſcendit Abb.in cap.1.
de cauſ.poſſeſſ.& propriet.Felin.in cap.Eccleſia col.
2.de conſtitut.Marſil.in pract.crim.§.nunc videndū
num.32.& ſeqq.Oſaſch.dec.146. num.14. Scacc.de
ſent.gl.13,nu.2.& ſeqq.patet ex Io:7.in fine num.
51.vbi Nicodemus ad Phariſæos : nunquid lex no-
ſtra iudicat hominem,niſi prius audierit ab ipſo,
& cognouerit quid faciat?
2 Sic ſententia lata ſine cauſæ cognitione,eſt ip-
ſo iure nulla Bar.in l.prolatam,& ibi cæteri DD.C.
de ſentent.& in l.ex ſtipulatione eodem tit.l.fin. &
l.ſi Iudex C.comminationes, vel Epiſt.cap.ponderet
50.diſt.c.Deus omnipotens 2.q.1. cap.cum in literis
de

de reſcriptis vbi *Barboſ.c. quæro 6.q.1. cap.ſummorè 11.q.3.cap.Henricus de pœnis cum ſimil. Gram.dec. 69.num.26.Borrell.in ſumma deciſ.tom.2. tit.30.n. 104.& ſeqq.Card.Tuſc.lit.S.concluſ.147. nu.1. & 26. Caball.caſ.286. nu.12.* qui dicit non tranſire in rem iudicatam, quamuis ab illa non ſit appellatum. *Surd.dec.334.num.3.in fine, & ſeqq. Scacc. vbi ſup.num.4.* Qui *num.5.* ampliat etiam in decreto interloquutorio. *Card. Tuſc. lit.S. concluſ. 147.nu.1.& 26.Ancbar.q.16.nu.14.lib.2. Caball. d.caſ.286.nu.42.Guazzin.defenſ.35.cap.21.Nigr. de execut.rei iudic.cap.6.§.8.n.7.& ſeqq. Maſtrill. dec.80.Trentacinq.de iudic.lib.2.reſol.2.num.3.& ſeqq.& n.6.Gregor.de iudic.cauſ.feudal.q.37.*vbi dicit non valere ſeuteotiam latam oon viſis actis *Amat.reſol.77.num.2.& per tot. Frances var.reſol. c.11.nu.103.& ſeqq. Fenzon. ad ſtatut. Vrbis cap. 184.n.1.Burat.dec.440.n.6.*

3 Talis cognitio debet actum præcedere, & oon ſequi, alias huiuſmodi præpoſteratio vitiaret *Bal. in l.non enim in princ. ff. de adopt.* facit *tex.in l. 2.C.de ſent.ex breuic.recit. & l.1. C.de execut.rei iudic.Bal.in l.cum iudex C.de ſent. & in l.non dubium C.de legib.Alex.conſ.37.col.6.lib.2. Oſaſcb.d. dec.146.nu.14.* nam ſtulte ageret Iudex, qui poneret habenam in cauda, & currum antè boues

4 *Scacc.d.gl.13.nu.7.* Etiam ſi ex cognitione poſtea adhibita, appareret, quod ſententia eſt iuſta, & quod ſi non eſſet lata, eſſet ità ferenda *Scacc.d. gl.13.nu.8.*

5 Regulariter Iudices debent abſtinere ab huiuſmodi præcipitatiooe, quia præcipitatio dicitur nouerca iuſtitiæ, vt probat *in clem.paſtoralis §. verum de re iudic.Felin.in cap.Eccleſia S. M. num. 35.de conſtit.Hippol.in l.ſtatuliber nu.2. ff.de quæſtion.Scacc.de ſent.gl.9. nu.33. Gabriel tit.de ſent. concluſ.6.num.5.& ſeqq.Muta dec.12.nu.28. Milanenſ.dec.2. nu.35.p.1. Caſtill.dec.71. num.5. & dec.194.63.Surd.dec.334.num.4. Maſcard.de probat.concluſ.241.& concluſ.1296.nu.36.& 37,* poſt *alios Anton.de Amat.reſol.71.nu.13. Molegn.altercat.37.nu.25. De Angelis de confeſſ.lib.1. q.7. eff. 16.* Maxime in cauſis criminalibus *Farinac.qu. 118.§.2.n.4.*

6 Et quamuis in dubio ſententia cum cauſæ cognitione prolata præſumatur, maxime ſi Iudex dicat: *viſa accuſatione, & viſis &c.* vel dicat adhibuiſſe cauſæ cognitiooem *Tuſc.lit.S.concluſ.147. nu.48.& ſeqq.Guazzin.defenſ.35. c.26. Maſtrill. dec.80.Amat reſol.71.n.10.Scacc.de iudic.lib.2.c. 8.num.603.Antonell.de temp.legal.lib.2. cap.112. nu.12.Carena reſol.77. num.8.9.* tamen multoties præſumptio huiuſmodi ex breuitate temporis tollitur. Vndè ſi Iudici vna die proceſſus cauſæ, ſeu magnum regeſtrum præſentaretur, & altero die pronunciaret, Sententia tanquam cauſa non cognita, & actis non viſis lata, eſſet ipſo iure nulla, cum intrà tam breue interuallum, & modicum temporis, iuris præſumptione quis non potuerit merita illius cauſæ videre, ac maturè ſuper his conſiderare, & deliberare; Ideò ſententia taliter lata tanquam præcipitata, & temeraria, & iniuſta admittenda non eſt, ſed tanquam nulla reijcienda *Bar.in d.l.prolatam Dec conſ.295. & 479.Guazzin.defenſ.35.c.21.n.6.* vbi ponit alia exempla ſententię latæ feſtinanter, & *cap.26.num. 7.Tuſc.lit.S.concluſ.721.nu.173. Caball.caſ.286. nu.42.Nig.de execut.rei iudic.c.6.§.8.Trentacinq. var.tit.de iudic.lib.2.reſol.2. num.4. Amat.d.reſol. 71.num.12.& ſeqq.* vbi dicit, quod quamuis in dorſum proceſſ. vel rubr. decreti, ſit dictum: viſis actis &c. ſi tamen talis viſio haberi non potuerit per breuitatem temporis, vel ſi fuerit aſportatus vnus ex pluribus proceſſibus neceſſarijs, tunc eſt ſemper nulla ſententia. *Fenzon.ad ſtatut.Vrbis c. 184.Trentacinq.var.lib.2.reſol.2.num.4. & 5. Poſtius de manut.obſ.12.num.72.& 83.Mantica dec. 165.nu.2.Rota recent.dec.807.nu.5.p.4. & deciſ. 138.nu.4.p.1.Bellon.de his, quæ fiunt incont. c.32. Molegnan.altercat.37.nu.26.Paris de ſindic. §.an ſi Iudex Scac.de ſent. gl.13. nu.25. & gl.9. num. 32.* Qui *d.gl.13.nu.25. verſ.ſecus eſt*, dicit ſecus eſſe, ſi habuerit aliquod tempus ad plene ſe inſtruendum, nam tunc non eſſet nulla ſententia, ſed dicta breuitas temporis daret eo ſam ad petendum reſtitutionem in integrum. *Trentacinq.d. reſol.2.n.8.*

7 Idem eſt in laudis arbitrorum, quæ ſi ferantur ſtatim facto compromiſſo, non valent, quia dicuntur lata cauſa non cognita, niſi ante compromiſſum erant arbitri benè informati de meritis cauſę *Scacc.d.gl.13. num.26.Tuſc.lit.S. concluſ. 147.n.38.*

8 Et hoc caſu non creditur Notario ſcribenti fuiſſe adhibitam cauſæ cognitionem *Scacc.d.gl. 13.nu.27.Maſtrill.dec.80.nu.7. & ſeqq.* qui dicit neque Iudici, niſi concurrentibus alijs adminiculis *Amat.reſ.71.nu.7.*

9 Quę concluſio procedit etiam in ſententia Papæ, vel Imperatoris, quia ſi ex abrupto, & nō præcedente cauſę cognitione, ferretur, diceretur nulla *Dec.conſ.544. col.3.* verſ.11. principaliter *Capic.dec.69.num.35. Gram.dec.15.Balb.dec.95. Alex.conſ.123.nu.24.* qui loquitur in Sententia Papę Eugenij, quæ ob temporis breuitatem lata, fuit nulla *Tuſc.lit.S.concluſ.149.num.2. 12. & 29. Ancbar.conſ.255.in princ. Decian.reſp.15.nu.86. lib.3.*

10 Et etiam in cauſis ſummarijs *Vant.hic num. 53.Lancellot.de attent.p.3.cap.25.num.53.Oſaſcb. dec.1.num.1. & ſeqq.Io:Baptiſt.de arbitr.lib.10.c. 10.col.1.Burg.de modo proced.ex abrupt.q.5.n.268*

11 Sententia lata noo viſis actis, an ſit valida, vel nulla, dixtinguit *Trentacinq.d.reſol.2.de iudic.* Vt ſi loquamur de actis, per quæ iudicium ſubſiſtit, puta non viſo libello, citatione, termino, & hoc caſu dicit ſententiam non viſis his, eſſe nullam, ea ratione, quia id, quod eſt de ſubſtantia, ſi ceſſet actus non valet *l.pacta ff.de contrah.empt.* & eſt de ſubſtaoria, vt cauſæ cognitio adhibeatur *l.ex ſtipulatione C.de ſentent. & interloq.omn.iudic.* Si vero loquamur de actis probatorijs, & in hoc caſu duas eſſe *DD.* opiniones, vnam quod ſententia illa teneat, ea ratione quia probationes non ſunt de ſubſtantia iudicij, & ſic ſententia lata ſine illis valeat *Abb.in cap.afferte n.6. de præſumpt.Bellamera dec.73.rubr.de re iudic.*

12 Alteram, quod non teneat, ea ſic nulla, & ratione *ſup.*poſita, quod ſententia lata ſine cauſæ cognitione ſit nulla, ſed Iudex non inſtructus nō

vi-

Digitized by Google

videndo acta, & probationes iudicat ſine cauſæ cognitione, cum illa verſetur circa merita cauſæ, ità quod Iudex de omnibus debet eſſe inſtructus *cap.cum Bertoldus de re iudic.can.primates* 2.q.1.ergo ſententia non viſis actis probatorijs eſt nulla. Sic ſententia lata in tam breui termino, quo veriſimiliter iudicetur, quod acta videre non poterit Iudex, non valet, cum fuerit lata ſine cauſæ cognitione. *Scacc.de ſentent.gl.9. num.32. Nig. de execut.rei iudic.c.6.§.8.nu.24.& ſeqq.*

13 Ideò ſi eodem tempore, quo fuit quis deſignatus Curator minoris per decretum Iudicis, fuit præſtita authoritas in certa obligatione minoris, & interpoſitum decretum Iudicis in ipſa alienatione, non valet actus, cum decretum requirat cauſæ cognitionem, quæ non præſumitur ex breuitate temporis *Duen.reg.185. Anchar.conſ.83.n. 3.Borgnin.Cauale.in tract.de tutor.& Curat.n.128. Rolan.conſ.33.vol.1.*

14 Et *Trentacinq; ibi* tenendo hanc opinionem reſpondet rationi authoritatis contrariæ, illam procedere, quando probationes non ſunt factæ, ſed in cauſa proceſſum fuit, nam tunc ſententia lata ſine probationibus valet, quia tunc pro Iudice præſumitur *cap.in præſentia de renunciat.* Secus quando adſunt probationes, & conſtat, quod Iudex cauſam non cognouerit, & de meritis cauſæ non fuit inſtructus, nam tunc ſententia lata non viſis probationibus non valet *Dec.in cap.eccleſia S.M.ſub n.23.de conſtit.* cum fuerit lata ſine cauſæ cognitione.

15 Sic an ſententia abſolutoria non viſis actis ſit valida, diſtinguimus, aut actor habitis dilationibus ſe abſentauit, & nihil probauit, & tunc ſine probationibus ſententia poteſt proferri, cum actore non probante reus ſit abſoluendus *l.qui accuſare C.de edendo*, Aut datis dilationibus ambæ partes fecerunt probationes, & tunc ſi Iudex non viſis probationibus vtriuſque partis ſententiam ferret, tunc tanquam lata ſine cauſæ cognitione eſt nulla *Trentacinq.ſup.n.12.*

16 Et adeo eſt nulla dicta ſententia taliter lata, quod iſta nullitas non eſt ſublata à ſtatuto, ſeu motu proprio tollente omnes nullitates, præter tres, iuriſdictionis, mandati, & citationis. *Scacc. d.gl.13.nu.9.* ea ratione quia plus eſt cauſæ cognitio, quam citatio.

17 Infertur quod ſi Principis reſcriptum contineret, vt Iudex procederet ſine cauſæ cognitione tale reſcriptum eſſet ſuſpectum de falſo. *Felin.in cap.eccleſia 10.num.3 1.not.7.de conſtit. Marſ.in pract.crim.§.nunc videndum n.40.*

18 Infertur 2.quod ſi in caſu, quo requiratur cauſæ cognitio Papa mandaret, procedi ſine cauſæ cognitione, mandatum non valeret, niſi appareret de certa ſcientia Papæ. *Innoc.in c.5. & Abb. num.9.de in integr.reſtitut.Felin.d.cap.Eccleſia nu. 45.verſus finem de conſtit.*

19 3.Quod Epiſcopus non poteſt facere ſtatutũ, quod liceat pronunciare ſine cauſæ cognitione *Felin.d.c.Eccleſia num.26.not.3. Marſil.d.§.nunc videndum n.36.*

20 4.Quod ſententia lata ad conſilium Sapientis præcipitatum, eſt nulla *Felin.d.c.Eccleſia num.13. in fine Scacc.d.gl.13.nu.18.*

21 5.Quod ſi arbitrator laudauit ex abrupto, arbitramentum eſt nullum *Felin.d.cap.Eccleſia nu. 13.& 16.Bellon.de his, quæ fiunt incontinenti cap. 32.num.4.*

22 6.Sententia lata à Iudice ſecundum Sapientis conſilium clauſum, quod non legit, eſt nulla, nam debet illud aperire, & legere *Bal.in l.1.nu. 4.C. de ſent.ex breuic.recit. Felin.vbi ſup. Guazzin. defenſ.35.cap.9.n.4.*

23 7.Quod licet ſpoliatus per ſententiam Iudicis, non ſit antè omnia reſtituendus, tamen ſi fuit ſpoliatus ſine cauſæ cognitione, eſt ante omnia reſtituendus, quia Iudex diceretur proceſſiſſe tanquam priuatus *Felin.d.cap.Eccleſia nu. 30.not.6.de conſtit.Scacc.de ſent.d.g.13. nu.21. & de appell.q.17.lim.6. membr.6.num.65. & ſeqq. & membr.7.nu.122.Rota Rom.deciſ.629.nu.10. dec. 641.nu.2.& alibi* poſt *Poſtium de manut.*

24 8.Quod quis non poteſt ſe obligare, vt ſine cauſæ cognitione, & ſine contumacia poſſit excommunicari *Genuenſ.in praxi Curiæ Archiep.c. 117.ſub n.5.*

25 9.Vt de *Iure* Siculo hoc procedat, etiam ſi nõ fuerint viſæ ſcripturæ poſt concluſum in cauſa, (quæ ab extrà ex fori conſuetudine appellantur) præſentatæ parte citata, nam ſententia erit nulla illis non viſis, quia illæ ſunt de actis, cum ſint parte citata præſentatæ ex *pragm.Comitis Albæ de anno* 1589.& conſequenter de actis ſiunt *Guid. Pap.dec.241.Bolognet.in l.2.nu.29.C.de edend.* Et præſentatæ de mandato Iudicis dicuntur de actis *Pacian.de probat.cap.65.num.4.p.1.Bolognet.ſup.n. 28.* & ſic deciſum refert, & fundat *Amat.d.reſol. 71.num.4.*

26 Primo intelligitur poſita concluſio, quando ſententia fertur in abſentem, ſecus in præſentem, & proceſſui non contradicentem, quia ſibi imputandum eſſet, ſecundum *Lap.alleg.28.* nam tunc valeret *Balb.dec.357. Borrell.in ſumma deciſ.p.2. tit.30. num.113. Artman.in dec.2. de appell.* Sed contrarium dicit eſſe verius *Trentacinq. var.lib. 2.tit.1.reſol.2.num.11.* ea ratione quia tacens, vbi factum impedire non poteſt, non dicitur conſentire *l.qui vas §.vetare ff.de furtis, l.Titia §. Lucia ff.de leg.2.l.Gaius ff.de pignor.act.* & hoc caſu pars non poteſt conſentire vt ſententia nõ proferatur. Dicit tamen veram eſſe opinionem contrariam in ſententia lata partibus *præſentibus*, & conſentientibus, nam tunc præſumitur, cauſæ cognitionem præceſſiſſe poſt *Balb.dec.357.* Vel quando eſſet lata parte contumaciter abſente, nam tunc etiam præſumitur cauſæ cognitio *Caccher.deciſ. 146.nu.8.*

27 2.Sic etiam valeret ſi adeſſet timor ſcandali futuri, vel ſi mora noceret, nam tunc licitum eſt Iudici fallere nè fallatur *Bal.conſ.127. lib.3. Alex.ad Bar.in l.ſi finita §.ſi quis* verſ. *arma ff. de damn.infect.Guazz.defenſ.35.cap.21.num.9.Crau. conſ.179.num.1.* Nam mora inualeſceret Seditio *P.Aerod.lib.7.rerum iudic.tit.9.c.2.*

28 3.Valeret etiam vbi ex cauſæ qualitate non obſtante temporis breuitate conſiderari poſſet, quod Iudex poſſet eſſe de cauſa inſtructus, nam tunc non diceretur præcipitanter lata, *Card.Bonon.dec.Rom.123.num.2.p.2.tom.1.Borrell.vbi ſup. n.112.*

Digitized by Google

num.112.Balb.dec.97.Tuſc.lit.S.concluſ.147.num. 38.Guazzin.defenſ.35.cap.21.nu.8. Seraphin.dec. 455.num.9. vel ſi tempus non fuerit tam breue, vt intrà illud non poterit de cauſa cognoſci. *Menoch.conſ.387.num.18.conſ.508.nu.25. De Angelis de confeſſion.lib.1.q.7.eff.16. num.16. Gratian. cap.153.num.2.&* 8. vbi dicit non poſſe opponi hanc nullitatem ab illo, cuius non intereſt.

29 4.Sic pariter ſi ſententia proferretur in confeſſum, quia tunc partes Iudicis ſunt ſolũ in condemnando *l.2. ff.de confeſſ.l.proinde ff. ad l.Aquil.* Verum in criminalibus debet ei dari terminus ad ſe defendendum aduerſus confeſſionem *Guazzin.defenſ.31.per totam, & defenſ.35.c.21.num.9. De Angelis ſup.n.10.& 11.*

30 5.Sic etiam licet non debeat ſententiare antequam proceſſus, & merita cauſæ cognouerit Iudex, ac illa digeſſerit, pro vt in cedula, in qua nihil eſt deſcriptum, tamen ſi hoc faciat ob negotiorum multiplicitatem, ſeu periculum inſtantiæ, vel alias ex aliqua rationabili cauſa, tolerari poteſt, iuxta ea, quæ ponunt *DD.l.cum iudex C.de ſententijs Dec.conſ.517.* dicemus *infra.*

31 6.Infertur, quod ſi Iudex diceret ſe habuiſſe ſummariam cognitionem, nam adhuc ſententia non valeret, quia plenaria cauſæ cognitio eſt de ſubſtantialibus *d.l.ex ſtipulatione C.de ſentent.Bart. in tract.ad reprimendum* verb. *ſummariè num.33. Trentacinq.d.reſol.2.n.7.*

32 7.Si ſententia ferretur in facto notorio, nam tunc in illo non requiritur cauſę cognitio, & ſententia valeret *Trentacinq.vbi ſup.n.10.*

33 Et poſt adhibitam cauſæ cognitionem, requiritur etiam congrua deliberatio ad ponderandum ſententiam ferendam; quia non eſt ſubito ferenda *l.2.* & ibi *Bar.nu.1.C.de ſent. ex breuic. recit.* ea ratione quia veritas ſæpius agitata magis ſplé-
34 deſcit in luce *c.7.35.q.9.* & tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus. *cap.14.diſt.50.* bene *Scacc.d.gl.53.num.29.& ſeqq.* Et veritas eſt temporis filia, & *Tacit.*præclare *lib.2.Annal.* Veritas viſu, & mora, falſa feſtinatione, & incertis valeſcunt. *Bellon.de his, quæ fiunt. incont. cap.32. num.16.*

35 E contrario nimia cunctatio, & negligentia Iudicum eſt reprehendenda, ne lites fiant immortales, ideo celeriter eas terminari debere ſtatuit S.P.*in cap.iurgantium de ſent.& re iudic.*vbi plura de hac re D.D.Imò puniuntur, & iudiciario munere priuantur Iudices, vbi ter ex interuallo requiſiti negligunt ius reddere *Sola ad conſtit.Sabaud.quo temp.proceſſ ſunt formãd.gl.vnic.n.*
36 *31.*Et facit illud *Salaſtij in Catil.Prius, quam incipias, conſulto, & vbi conſulueris mature facto eſt opus*, quod à Græcis mutuatus eſt, celebre eſt adagium: *Feſtina lentè.*

SVMMARIVM.

1 *Probationes an ſint de ſubſtantialibus Iudicij? & num.12.& à num.13.ad num.26. & à num.40. ad num.48.*

2 *Iudex, cui nihil conſtat, nihil decernere poteſt, & actore non probante, reus abſoluitur, & nu.3.4. 5.6.7.8.9.10.& 11.*

27 *Sententia referens ſe ad ſcripturas, quæ non ſunt de actis, an ſit nulla? & à n.28.ad n.39.*

An, & quando, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, probationes ſint de ſubſtantialibus Iudicij?

QVÆSTIO V.

1 SExto aliqui pro ſubſtãtiali Iudicij ponunt
probationes, quoniã poſt quam per negationem partis res eſt effecta dubia, vt *in l.ſi quis libertatem C.quib. ad libert.proclam.*
*& l.nemo C.de acquir.poſſeſſ.*Iudex, cui nihil con-
2 ſtat, nihil decernere poteſt *l.1.* vbi *gl. C. de bonor.poſſeſſ.ſecund.tabul.Bal.in l.falſus C. de furtis l. 2.21.& 22.ff.de probat.l.qui accuſare C. de edend. l.exact.25. ff.de Iure fiſci l.vl. C. de rei vendic.l. actor 23.C.de probat.l.1.C.de alien.iudic.mut.cauſ. fact.§.retinendæ Inſtit.de interdict.cap.vl.6. q.5.c. cum Eccleſia de cauſ.poſſ. & propriet.cap.vl. §.ſané de Iure iur.c.vnic.in princ.vt eccleſ.benef.cap.inter dilectos de fid.inſtrum.Scacc.de iudic.lib.1. cap.93. ſub num.3. Cenar.var.lib.1.c.1. num.8.* in quibus *Iuribus* habetur, quod actore non probante reus abſoluitur *Scacc.de ſent.& re iudic.gl.14.q.21.nu. 1.Maſcard.de probat.concluſ.36. Tuſc.lit.A. concl. 517. Cardoſ.in praxi iud. & adnoc.* verb. *actor 4. Trentacinq.var.lib.2.tit.de probat.reſ.2. num.5.& 16.Seſſ.dec.217.n.4.*
3 Et ſi nullis pręcedentibus probationibus Iudex aliquem condemnaret, diceretur in dolo.
Bal.in l.1.col.8.C.de his, quæ pæn.nomin.Alex.conſ.
4 *131.lib.2.*Sic etiam ſi actor contrà reum non
probet, videtur calumniare. *l.1. §.incidit ff.ad ſen.conſult.Turpill. Borrell.in ſumma deciſ.p.2. tit.*
5 *2.num.17.*Ideo in quocunque iudicio, etiam poſ-
ſeſſorio, & quantumuis ſummario, requiritur plena probatio *gl.in l.1.in* verb. *filium C. quorum bonor.Alex.conſ.138.* circà finem *lib.6.* licet quo ad hoc melius dicat, vt ſufficiat non plena probatio *Peſtius de manut.obſ.38.* Et ipſemet Papa
6 non poſſet condemnare ad debitum non probatum, ex quo eſſet contrà ius naturale, vel gentium, & eradicare naturalem iuſtitiam *Alex.de Imola conſ.2.col.1.vol.2.Alex.conſ.231.col.2. lib. 2.Aff.dec.91.num.2.*facit *tex.in cap nullum 30. q. vl.Vant.hic num.39.* à quo reſcripſit *Salgad.de reg.protect.p.2.cap.1.nu.130.& ſeqq.* nam à proba-
7 tione pendet victoria *Sard.dec.36.n.12.* Et à perſona actoris ius eſt metiendum idem *Surd.de ali-*
8 *ment.6.q.4.num.9.* etiam ſi de Iure rei non conſtet, & nihil ille omnino probet, aut etiam prædo ſit reus *Tuſc.d.concluſ.117.nu.10. Borrell.ſup. num.28.Rot.Bonon.dec.98.num.57. & dec.104.nu. 41.in congeſtis à Fontuſ. & Giſp. Magon.dec.Luc. 8.in fin.Maſcard.d.concl.36.n.24. & 31. Crauet. conſ.104.n.38.& conſ.177.n.1.*
9 Et procedit concluſio etiam ſi fiſcus agat, vel accuſet *Clar.§.fin.q.62. num.1. Maſcard. concluſ. 36.num.1.Decian.reſponſ.48.nu.1.lib.3.Surd.dec. 326.nu.1.Burſat.conſ.439.num.2.& ſeqq. & conſ.*
10 *445.nu.2.& ſeqq.lib.4.* Et etiam ſi actor ſit perſona valde inſignis, & honeſta, & reus ſit malę

con-

conditionis, & famæ *gl.fi.a.in fine cap.ſicut de ſent. excom. Dec.in l.qui accuſare num.11.C. de edend. Borrell.ſup.nu.20.& ſeqq.* Sic actore non probante
11 te obtinet qui poſſidet *l.1.C.de alienat.iudic.mut. cauſ.fact.§.retinendæ Inſtit.de interd. Surd.de alim. q.12.n.7.*

12 Et licet ſuper hoc articulo poſſent plura diſputari, & adduci, quod probationes ſint de ſubſtantia Iudicij, vt tenet *Innoc.in cap.tua nos nu. 9.in fin.de cohabit.Cleric. Barbat.de præſtnat. Cardinal.q.11.Baſil.1.p.num.3.fol.83.tom.3.p.2.Bal.in ſua Margar.ſeu repert.ad Innoc.in* verb. *arctorium veritatis Calcan.conſ.36. col.8. DD. apud Gabriel commun.concluſ.lib.2.tit.de ſentent. concluſ.9.num. 4.& 5.Bellamer.dec.89.Caſſador.dec.1.de præſum. Seraphin.dec.290.nu.15.Aſſi.dec.28. num.2. Coccin.dec.417.& 424.Caualer.dec.203.nu.4.& ſeqq.*

13 In decreto hoc tenuit *Grammat.conſil.ciuil.150. col.2.*

14 Tamen concluſiuè tenemus, ſententiam latam abſque probationibus non eſſe nullam, ſed iniquam, cum non fuerit contra ius conſtitutionis, ſed tantum contra ius litigatoris lata, ità concludit *Rota*, vt per *Ægid.conc.73. Oſaſch.dec.146.n. 26.*poſt *alios Gabriel d.concluſ.9.nu.1.& ſeqq.Aſſi. d.dec.28.num.3.& ſeqq.Surd.conſ.223.num.25.& dec.36.n.6.& ſeqq.Scacc.de ſent.& re iudic.gl.14. q.10.num.1.* eſt *tex.*in *cap.cum I.& A.de re iudic.* ibi:*minimè publicatis*, vbi ſententiam latam, petita reſtitum publicatione, & denegata, validam eſſe habetur *Guid.Papæ dec.586.* Cum probationes
15 dicantur media cauſæ, & ſint de ordine iuſtitiæ, & non ordine ſubſtantiali iudicij *Sforz. Odd.de reſtit.in integr.q.77.art.5.num.29. Surd.conſ.223. nu.25.lib.2.Aſſi.dec.28.num.2.& 8.dec.39.nu.6. & 7.dec.47.Scacc.de iudic.lib.1.c.97.ſub nu.198.* verſ.*contrarium*, *& de ſent.gl.14.q.20. num.1. Rot. dec.77.diuerſ.n.6.p.3.lib.3.*dum dicit talē ſententiam eſſe iniuſtam, & nihil dicit de nullitate *Tuſc.lit.S.concluſ.49.nu.26. Guazzin.defenſ.35.c. 4.n.1.Gratian.diſcept.266.nu.10.*

16 Vndè quamuis Iudex abſque probationibus male faciat aliquem condemnare, nihilominus ſententia ſua ſi ab ea non fuerit appellatum tenet, & tranſit in rem iudicatam, quia ex iuſta, & vera cauſa lata præſumitur *cap.cum inter cap. ſicuti de re iudic.cap.bonæ el.1.*& ibi *Innoc. & alij de elect. Imo in cap.cum in iure de offic. deleg.* facit *tex.in l.qui accuſare C.de edendo Achil.Perſonal de adipiſc.poſſeſſ.num.280.& 291.Surd.conſ.223.nu. 25.lib.2. & dec.36.nu.6.* per *tex.in l.prolatam C. de ſent.cap.bona 1.*vbi *Innoc.& alij de elect.Salg.de reg.protect.p.2.cap.1. num.136. Turzan.opin.160. Emanuel in theſ.lit.P.num.280. Oſaſch.dec.146.n. 26. Treuiſ.deciſ.53.lib.1. Caroc.de except. except. 236.Scacc.de iudic.lib.1.c.97. nu.195. Tuſc.lit.S. concluſ.49.nu.26.* vbi teſtatur de communi.*Scac. de ſent.& re iudic.gl.14.q.10. num.1. & ſeqq. Andreol.contr.79.num.46.& contr.228. num.11.* vbi dicit contrarium procedere de ſtylo Rotæ Rom. ex *Caſ.de Graſſ.dec.16.num.15.& dec.2.num.2.de ſeint. Rota Recentior.dec.659.p.1. Mart.Medic.deciſ.Senenſ.60.n.10.Scacc.de iudic.lib.1.c.97.num. 198.* verſ.*contrarium Sperell.dec.95.num.18.*vbi dicit hanc opinionem admittere Rotam Romanam quando offeruntur probationes in promptu ad iuſtificandam ſententiam poſt *Put.dec.401. lib.1. Seraph.dec.701.nu.1.*& anteà *dec.334.num.5. Burat.dec.251.num.10.& ſeqq. Queſad.controuerſ.forenſ.cap.42.n.2.& 3.*

17 Et licet *gl.in d.c.eccleſia* 10. teneat contrariũ, illa intelli debet, tunc quando Iudex probationes recipere noluiſſet, ſed illis non obſtantibus ad cauſæ expeditionem proceſſiſſet, nam eo caſu ſententia poſſet dici nulla, pro vt declarat *Alex.* poſt *Bal.conſ.105.*verſ.*accedit Gabriel communis.concluſ. lib.1.tit.de ſentent. concluſ.9. num.7.* verſ.*Primò limita*, & verſ.*ſed tenendo Vincent.Carrocius in tract. de exception. d. exception. 136. num.3.Salg.d.p.2.cap.1.num.135.Maſcard.de probat.concluſ.1296.num.41.tom.3. Ant.Fab.in C.tit. de teſtibus 15.lib.4.deſin.60.Queſad.d.contr.42.n. 4.& 5.& num.11.*deciſum refert per ſuum Senatum Sardoum.

18 Quamuis hoc caſu debere à denegatione admiſſionis probationum huiuſmodi,appellare,dicit *Vant.hic num.39.propè finem*, aliàs ſententia ipſo iure teneret,vt concludunt *Felin.& alij in d.c.eccleſia* per *tex. in l.argentario §. cum autem* verſ.*ſi non probauerit ff.de edendo, & l.poſſibumus §.ſi quis ex his ff.de inoffic.teſtam.l.cum putarē ff.famil.erciſc. Aſſi.dec.47.Capic.dec.1.ver.11.quod dictum Francus in cap.dilecto q.55.de appell. DD.*apud *Gabriel d.concluſ.9.nu.2.*verſ.*contrarium.*

19 Sed ſi quia vellet tenere primam opinionem, illa intelligitur procedere, quando ſine iuſta cauſa illas non reciperet, ſecus ſi ex iuſta cauſa illas nollet recipere,ità *Ant.de Butr.in d.cap.eccleſia col.3.*verſ.*& ideo de conſtitut.*

20 Neque procederet in delictis notorijs, vt probat *Innoc.in c.tua nos ſub num.10. de cohabit.cleric.Ant.de Butr.de notor.art.4. nu.34. & 38. Abb. in cap.cum olim num.27.in fine*, & ibi *Felin.n.11. de ſent.& re iudic.*vbi dicunt ſententiam validam ſi poſtea notorium conſtet *Scacc.de ſent. tom.2.c. 9.nu.566.& ſeqq.*

21 Alij vero diſtinguunt, vt prima opinio procedat, quando illa eſt lata pro actore, ſecunda vero eſt, quando eſt lata pro reo, nam hoc caſu quamuis ille nihil probauerit eſt abſoluendus, *ad tex.in l.qui accuſare C.de edendo Nig. de execut.rei iudic.c.6.§.10. num.11. Scacc.de iudic.lib. 2.c.3.n.66.*

22 Retenta opinione communi,quod non ſit nulla,Declara primo nō procedere in ſententia lata contra abſentem ab initio ſuper proceſſu fabricato per inquiſitionem ex officio, quia in eo requiritur in primis diffamatio, quæ gerat perſonam accuſatoris, & ſecundo loco requiritur inquiſitio ſpecialis, quæ faciat officium accuſationis portectę ab ipſa diffamatione, quare hęc concluſio non poteſt formari, niſi ex materia, & vētre ipſius diffamationis, per ea quæ dicit *Scac. de iudic.lib.1.c.84.num.11. & de ſent. & re iudic. gl.14.q.20.n.4.& ſeq.*

23 Vel non poteſt formari ſecundum aliquos, niſi ex indicijs præcedentibus, &. ſufficientibus ad torturam,vt dicit *Idem Scacc.d.c.84.nu.6. & 37. & cap.97.ſub num.78.* Et diffamatio non poteſt oriri niſi ex probatione famę, ſeu indiciorum,

 &.pro-

& proinde probatio eſt omnino neceſſaria tan-
quã de ſubſtantia iudicij, quia ſicut ſententia lata
ſine accuſatore, & ſine accuſatione in proceſſu, in
quo non procedatur per inquiſitionem eſt nulla,
quia deficeret pars ſubſtantialis iudicij, ità etiam
eſt nulla, ſi in proceſſu ex officio ſit lata ſine dif-
famatione, ſeu ſine indicijs, imò eo ipſo quod deſi-
cerent diffamatio, & inquiſitio, quę ſuccedunt in
locum accuſatoris, & accuſationis, & ſic in effe-
ctu deficerent accuſator, & accuſatio, neceſſario
deficeret etiam accuſatus, ideſt reus, qui eſt cor-
relatiuus, nam correlatiuorum natura eſt, vt vno
ſublato, tollatur etiam alterum. *Euerard. in topic.
in loco à correlatiuis num. 4. & ibid. Barboſ.* Ideò
ſententia diceretur nulla, etiam ex iſto capite,
quod eſſet lata non exiſtente reo, vt dicit *Scacc.
de ſent. gl. 14. q. 7. ſub nu. 110. in 2. caſ.* principali,
igitur probationes in proceſſu criminali per in-
quiſitionem ſunt de ordine ſubſtantiali iudicij,
late Scacc. *de iudic. lib. 1. cap. 97. ſub num. 198. ver.
ſecundo Guazzin. defenſ. 35. cap. 4. num. 2. Farinac.
conſ. 5. n. 106.*

24 Declarà 2. reſtringendo, vt eadem ratio non
procedat in ſententia lata vigore fictæ confeſſio-
nis, cum ſcil. Iudex criminalis ex diſpoſitione
ſtatutorum, & legum particularium ſimul, & ſe-
mel declarat reum pro confeſſo, & condemnat
diffinitiuè, iuſta formulam poſitam per Scacc. *de
iudic. lib. 1. cap. 97. ſub nu. 64.* quia ficta confeſſio
25 non poteſt oriri, niſi ex contumacia, & contu-
macia non poteſt dari, niſi pręcedat citatio, & ci-
tatio cum inquiſitione ſpeciali non poteſt fieri,
niſi præceſſerint legitima indicia, vt probat Scac.
*de iudic. d. cap. 97. num. 78. Guazzin. defenſ. 35.
cap. 4. num. 2.*

26 Declara 3. Vt non procedat, quando ſenten-
tia ſe refert expreſsè ad probationes factas in
actis, ſeu ad probationes non bonas, quia tunc
ſi in actis omnino deficiant probationes, ſeu illæ
probationes non ſint bonæ, ſententia eſſet nulla
Aff. dec. 47. nu. 3. & 4. Mohedan. dec. 6. alias 290.
*de teſtibus Contard. in l. vnic. limit. 9. ſub nu. 9. ver.
non puto C. ſi de moment. poſſeſ. Card. Tuſc. lit. S. con-
cluſ. 159. num. 8. Reg. Seſſe dec. 434. nu. 34. & ſeqq.
Cutell. tom. 2. dec. 32. num. 34. Sperell. dec. 95. num.
18. Reg. Latr. conſult. 50. n. 64. Gratian. diſcept. 103.
nu. 18. & ſeqq.*

27 Idem eſt ſi ſententia referatur ad ſcripturas,
quæ non ſunt de actis, nam ſcriptura de actis di-
citur illa, quæ eſt præſentata in iudicio, accerſita
parte, ſecundum doctrinam *Bar. in l. 1. num. 1. &
2. C. de offic. proc. Caſ. Bologn. in l. 2. num. 29. C. de
edend. Guid. Pap. dec. 241. Caſtill. dec. 10. nu. 11. Po-
ſtius de manut. obſ. 97. num. 15.* qui multa ponit, vt
ſcriptura poſſit dici de actis, igitur quoties ſen-
28 tentia refertur ad illas nihil agit, poſt *Andr. Ant.
de Butr. Abb. Ang. Aret. Alex.* dicit *Iaſ. in l. ait prætor
§. ſi iudex nu. 18. de re iudic. Dec. in cap. cum vene-
rabilis num. 142. de except. Carbcr. dec. 142. & 49.
num. 5. Gallus conſ. 2. nu. 48. & 49. Anna ſing. 478.*
29 Sic ex ſcriptoris in iudicio parte citata non
productis, etiam extrà iudicialiter editis Iudici,
ſententia nulliter profertur *Couar. var. lib. 1. c. 1.
nu. 5.* vbi dicit hoc veriſſimum, etiam quod con-
ſtaret de bono Iure actoris, vel rei *Poſtius d. obſ.
97. num. 14.*

30 Et licet Iudex poſſit moueri non ſolum ex
his, quæ formiter exhibita non fuerunt, ſed etiã
ex his, de quibus in proceſſu non conſtat, iuxta
authoritatem *Bal. in l. 1. nu. 6. C. de ind. ſ. vid. Aff.
dec. 28. num. 5.* Tamen vltra quod doctrina *Bal. lo-
co cit.* eſt reiecta per *Couar. d. c. 1. per totum* ſignan-
ter *num. 9. Poſt. obſ. 97. nu. 14. Gratian. diſcept. 725.
num. 33. & 34.* & dicemus *infrà q. ſeq.* Tamen do-
ctrina *Bal.* poteſt intelligi, vt poſſit duci Iudex ad
maiorem, vel minorem fidem teſtibus, & alijs
probationibus adhibendam, ex his, quæ in pro-
ceſſu non apparent, quia fides eſt iudicis arbitra-
ria, vt in ſpecie declarat *Rota Gen. dec. 160. nu. 2.*
31 Idem ſi Iudex retulit ſe ad quantitatem, de qua
incerto Inſtrumento apparet, quod in iudicio
productum non fuit, nam ſententia non valet, op-
timè *Iaſ. in d. l. ait prætor §. ſi iudex num. 19. de re
iudic. Alex. conſ. 109. num. 7. Caroc. de except. excep.
139. num. 14. & 15.* videndus *Noguerol. alleg. 27.*
32 *num. 45.* Idem ſi Iudex referat ſe ad teſtes, qui
non ſint de actis, nam nec etiam illi in cauſa ma-
nutentionis probant *Rota* apud *Marcheſ. de com-
miſſ. p. 1. fol. 959. ſua num. 2. eadem Rota* poſt *Poſtiũ
de manut. dec. 35. num. 1. & dec. 551. n. 4. idem Poſt.
de manut. obſ. 38. n. 40.*

33 Dantur plures caſus, in quibus ſententia hu-
iuſmodi non eſt nulla, primus cum relatio per
Iudicem non fuit expreſsè facta ad inſtrumenta,
quæ non ſunt de actis, alioquin ſecus, poſt *Couar.*
diſtinguit *Gall. d. conſ. 2. n. 49. Aff. dec. 28. num. 3.*
34 2. Cum Iudex remiſit ſe ad ea pro ſimplici de-
claratione, quæ haberi poteſt abſque productio-
ne inſtrumenti, alias ſi fundauit ſe in relatione,
nulliter agit *Dec. in d. cap. venerabilis n. 42.* & ibi
35 *add. lit. E.* 3. Vbi ſententia lata fuit parte pręſen-
te, vel contumace, non hoc caſu videtur cauſa
cognita Iudex procedere, & ità explicandus eſt
Felin. ex aduerſo adductus *in d. cap. cum venerabi-
lis nu. 41. et 42. de except.* vt colligitur ex reſpon-
ſione, quam dat *DD.* tenentibus eſſe nullam. 4. Si
36 talis ſententia ſit abſolutoria, valet *Veſill. ad Af-
flict. d. dec. 28. n. 2. 3.* 5. Vt nunc ſententia ſit vali-
37 da, quando ſit relatio ad aliquid, quod eſſe li-
quidum *Bal. in l. 1. in fin. C. de ſent. et breu. recit.
Alex. conſ. 53. n. 21. lib. 2.* quod durum eſt reperiri
caſum ità clarum, vt nulla tergiuerſatione ob-
ſcurari poſſit.

38 Hec *Iaſ.* & aliorum opinio contrariatur *tex. in
l. ait prætor §. ſi iudex ff. de re iudic.* vbi valere di-
ſponitur ſententiam per relationem ad teſtamen-
tum in iudicio nunquam productum, nam *tex* ille
procedit, quia teſtamentum fuit enunciatum in
libello, & ſic illud fuit ex aſſertorijs actis, licet
non probatorijs ſecundum *Angel in §. curare In-
ſtit. de action. n. 3.* & hoc ſufficit ad euitandã nul-
litatem *Caroc. except. 34. n. 4. Dec. in d. c. cum vene-
rabilis n. 141.* bene *D. Camarat. reſp. 19. lib. 1.* Alia
dicemus *inferiùs infrà*, an ſententia ſit nulla lata ex
falſis Inſtrumentis, & probationibus.

39 De *Iure* ſiculo, vt Iudex poſſit moueri ex
ſcriptura ab extra proceſſum, debent præſentari
parte citata, alias ſententia eſt ipſo Iure nulla
& ſic de actis illæ dicuntur eſſe *Guid. Pap. deciſ.
141. Bologn. in l. 2. num. 29. C. de edendo*, & quia
iudicis mandato præſentantur *Bal. in l. illud n.*

3. C. de

3.C.de Sacr.Sanctis Eccleſ. Pacian. de probat. cap. 65.nu.4.p.1. Bologn.ſup.nu.28. Giurb.dec.36.n.1.

40 Declara 4.concludendo contrà ea, quæ adduximus ſuprà, Vt ſententia lata ſine probationibus, quamuis non ſit nulla, tamen quia continet manifeſtam iniquitatem apparentem ex actis, nunquam tranſit in rem iudicatam, quamuis ab ea non fuerit appellatum infrà tempus debitum.
41 Alex.conſ.91.num.1.lib.6. Imò quamuis diceremus eam tranſiſſe in rem iudicatam, tamen ſi ſit iniuſta ex eiſdem actis non eſſet exequenda, maximè ſi eſſet lata per contradictas Paris conſ.54. num.1.lib.4.Menoch.de adipiſc.remed.4. q.100.n. 852.& 853.Ceſar.de Graſſ.dec.4.aliàs 97.num.1. de ſent.& re iudic.& 104.nu.1.& 6.de appell.

42 Et ſententia in cauſa criminali ſi ſit notoriè iniuſta, non debet exequi, etiam ſi eſſet ſententia Principis Rebuff.in tract.de reſcript.in præfat. art.1.gl.vl.Scacc.de ſentent.gl.14.q.8.n.49 & 50. & de iudic.lib.1.c.97.num.198.Et manifeſta, &
43 notoria iniuſtitia æquiparatur nullitati, vt millies probauimus in hoc Tract.addimus Scacc.de iudic.lib.2.cap.3.num.292.Copuaque dec.250.ſen vnic.notoria n.3.p.2.

44 Sub declaratur hæc declaratio dixtinguendo duos caſus. Primus eſt, quando probatio deficit in totum, & iſto caſu manet declaratio. Secundus caſus eſt, quando probatio non deficit in totum, ſed non eſt ſufficiens, & iſto caſu concludendum eſt, quod ſententia poteſt eſſe iniuſta, ſed non notoriè iniuſta, vt dicit Scacc.de commerc.& camb. §.7.gl.5.ſub num.88.verſ.ſed hic, & conſequenter tranſit in rem iudicatam, & meretur executionem, quia probationes ſunt arbitrariæ, vt dicit Scacc.de iudic.lib.2.cap.9.nu.530. & 531.& ſub
45 d.num.88.confirm.1. Ratio differentię inter vnũ caſum, & alium, eſt, quia quando probatio deficit omnino, ſeu in totum, vel è conuerſo nullatenus deficit, ſed imo eſt plena, & perfecta in totum, tunc habet notorietatem, & conſequenter Iudex non poteſt aliter arbitrari, quia eſſet arbitrium doloſum, & ſententia, quam aliter ferret, eſſet notoriè iniuſta, & iſto caſu probatio non dicitur arbitraria, & ità procedit primus caſus. Secus eſt quando probatio eſt intrà medios gradus, quia tunc remanet arbitraria, & ideo ſententia eſſet valida, & ità procedunt, quæ diximus in 2.caſu, quia ſicut in primo caſu arbitrium eſſet doloſum, ità in iſto ſecundo, ſi Iudex non haberet arbitrium, eſſet impoſſibile metiri, aut certa ſtatera ponderare probationem, bene Scacc.de ſentent.gl.14.q.20.n.19.

46 Declara 5.indiſtinctè in omnibus cauſis criminalibus, in quibus ſententia ſine probationibus lata eſt nulla. Mar.ian.in conſ.38.col.fin.verſ. tertio dice, vol.2.Ruin.conſ.68.col.3.vol.6. vbi declarat Guazzin.defenſ.35.cap.4. num.2. Cauale.de brach.reg.p.4.num.73.in fine Farinac.conſ.5.num. 106.Scacc.de iudic.lib.1.cap.97.n.198.verſ.2.

47 Declara 6.ſi conſtet, quod Iudex voluit recipere probationes, & non recepit, quia teſtes fuerunt inducti, & iurati, ſed non fuerunt examinati, nam tunc etiam ſententia eſt nulla ipſo iure Alex.conſ.105.num.4.lib.5.Card.Tuſc.lit.S.concluſ.149.num.26.Guazzin.defenſ.35.c.4.n.3.

48 Probatio ſi non ſit plena, ſed ſit ſemiplena, aut aliter deficiat in parte, an poſſit valida ſententia ferri in parte proportionata probationi diſputat Scacc.de ſent.gl.14.q.21.verum quia non ad materiam nullitatum pertinet, illam relinquimus, videndam apud dictum Authorem, & de Iudic.lib.1.cap.93.num.23.quando ſententia lata ex falſis probationibus valeat, dicemus q.ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata ex cauſa notoriè falſa, an ſit nulla? & quid ſi ſe referat ad acta non vera, vel nulla? & à nu.2.ad n.13.*
14 *Sententia lata per falſos teſtes, vel allegationes, ſeu inſtrumēta falſa an ſit nulla? & à n.15.ad n.28.*
29 *An ſit neceſſe exprimere cauſam in ſententia? & nu.30.31.32.33.34.*

An, & quando ſententia lata ex cauſa notoriè falſa, vel ex falſis teſtibus, vel ſcripturis ſit nulla?

QVÆSTIO VI.

1 IDem eſſet, ſi ſententia eſſet lata ex cauſa notoriè falſa, nam, & tunc eſſet ipſo iure nulla *Abb.* poſt alios *in d.cap.inter cætera* vbi *Felin.col.6.ver.2. concluſ. Rot.dec.347 in antiqu.Gabriel de ſent.concluſ.fin.num.15.in fin. Brun.de conſtitut.§.nullitas* verſ.*item quæritur Nig de except.cap.12.§.15.Corn.conſ.132. num.2.vol. 2.Cuman.conſ.155.num.6. Relan.conſ.77. num.85 vol.3.Bear.dec.141.Guid.Pap.ſing.792.Natta conſ. 631.num.35.lib.3.Seſſ.de inhibit.§.2.cap.1.nu.35. & ſeqq.Idem Nig.de execut.rei iudit.cap.6.§.8.nu. 40.Surd.conſ.223.num. 17. & ſeqq. Crauett.conſil. 134.num.50.Cornax.dec.1.num.4. Seraphin.deciſ. 988.num.2.Grat.conſ.77.lib.2.nu.1. Scacc.de ſent.& re iud.gl.14.q.32.num.45. Reg.Latre deciſ. 50.num.94.* Amplia etiam in ſententia Principis, *Crauet.ibid.* Vnde pro cautela traditur, quod in ſententijs cauſa non exprimatur, cum ſine expreſſione illius, valeat *cap.ſicut nobis de ſent.& re iudic.*vbi *gl.Io:Andr.* verb.*exprimatur,* ne forte ex incuria errorem aliquando in illam exprimat, & ne calumnijs via aperiatur, vt per *Franch. dec.664.*de qua re *infrà.n.29.& ſeqq.*

2 Ideo ſi Iudex in ſententia expreſſe ſe ad aliqua acta non vera, ſeu nulla, vel erronea retuliſſet, putà, quod dixiſſet: *quia nobis conſtat per talem, & talem teſtem &c.*vel *per tale inſtrumentum &c.te debitorem, ideò te condemno,*& inſpectis huiuſmodi teſtibus, ſeu inſtrumento, ad quæ ſpecialiter ſententia per modum cauſæ ſe referebat, de errore ipſius Iudicis conſtaret, ſententia eſſe nulla, vt tenuit *Bar.& Bal.in l.1. C.de error.calculi Idem Bar.Caſtr.Aret. & Iaſ.in l.ſi is ad quem ff. de acquir.hered. Gabriel d.concluſ.fin.nu.9.& ſeqq. Tuſc.lit.S.concluſ.149.Vant.hic num.129.Cald.qq. forenſ.lib.2.q.32.num.4.Scacc.d.q.32.n.45.*

3 Si verò ſententia feratur ex pluribus cauſis, quarum vna ſit vera alia falſa, valida eſt ſenten-

tia vna exiſtente vera. *Tuſc.lit.S. concluſ.145.nu.25. Brun.de conſtit. §.nullitas*, verſ.*item quæritur Nig.d.§.15.num.8. Magon.dec.Flor.67.num.38. Viu.opin.399.num.6.Seraphin.de iuram.priuil.102.n.7.Sperell.dec.74.n.87.*

4 Secus eſt ſi Iudex ſe reſtrinxiſſet ad cauſam falſam tantum *Dec.conſ.403.n.21.Alciat.præſ.10.reg.3.num.18.Nig.d.§.15. num.4. Duen.reg.285. n.2.Sperell.ibid.nu.24.*

5 Idem eſſet ſi acta huiuſmodi, ad quæ ſententia expreſſe ſe refert, detegerentur nulla, ſeu falſa, nam tunc ſententia non valeret *Bal.*per *illum tex. in cap.cum cauſam de re iudic.* loquens de ſententia ad ſtatutum nullum ſe referente. *Hoſtienſ.in ſumma tit.de ſent.§.qualiter col.3.ver. octauus Abb. Felin.& alij in d.c.inter cæteras Capic.dec.47.nu.3.Scacc.d.q.32.nu.45.*

6 Sic etiam ſententia eſſet nulla, ſi ſe referret ad probationes à iure reprobatas, putà ſi Iudex dixiſſet: *quoniam probatum eſt per duellum, vel experientiam ferri candentis, &c. ideo condemnamus* &c.per *tex.in cap.2.de purg.vulgar. Dec.conſ.475. col.3.verſ.& breuiter.*

7 Si verò ſententia ad acta in ſpecie per modũ cauſę ſe non referret, ſed potius generaliter, & enunciatiuè, puta quando dicitur: *Viſis actis*, vel *quoniam nobis conſtat, ideo te condemno &c.* tunc licet error deprehenderetur in actis, nihilominus ſententia ipſo iure valeret, ex quo Iudex potuiſſet probationes aliquas recepiſſe, quæ non eſſent in actis redactæ, vel animum ſuum ex confeſſione partium, ſeu aliundè informare iuxtà dictum *Bal.in l.quoties §.2. ff.de probat. Cornax.dec.*
8 *1.num.28.* Ideò ſententia quaſi contra ius partis valeret, ſecundum communem ſententiam, de qua teſtatur *Capic.d.dec.47.Scacc.d.q.32.n.45.*

9 Et ſic ad inualidandam ſententiam per modũ erroris in actis expreſſis requiritur, vt diximus, quod ſententia præcisè referat ſe per modum cauſę ad aliqua acta, quę erronea detegantur, & error huius modi ſit patens, & inexcuſabilis, tunc nanque error, ac nullitas actorum huiuſmodi propter expreſſam relationem, ſententiæ ineſſe cenſetur per *l.ait prætor §.1. ff.de re iudic. & d.l.1.§.1.ff.quæ ſent.ſine appell. cap.cum Bertoldus*, & ibi *Abb.col.2.* poſt *Innoc.& alios de ſent.et re iud. Felin.in cap.1.col.6.* verſ.2. *declaratio de re iudic.*

10 Si verò ſententia nullo modo ſe referat ad acta, tunc ſi error in illis actis deprehenderetur, ad quæ neceſſario ſententia referenda eſt, pro vt dicitur de libello in *l.in ſumma ff. de re iudic.l.vt fundus ff.commun.diuid.cap.licet hoſtis de ſimonia.*

11 Vel pro vt eſt de prima ſententia, ad quam ſecunda referenda eſt. *l.eos C.de appell. l.1.§.1.ff. quæ ſent.ſine appell.reſcind.* Tunc error libelli, ſeu ſententiæ primæ cenſetur ineſſe, etiam in ſententia confirmante, & ideò eodem morbo laboraret, & eſſet nulla. *Bar.in l.1. C.de err.calculi*, & ibi *Alex.& Iaſ.*& eſt *lex.in l.1.§.ſed, et ſi ff. quæ ſent. ſine appell.reſc.Tuſc.lit.S. concluſ.140. num.41.& ſeqq.Nig.d.cap.12.§.13.n.35.*

12 Et ſi error in alijs actis, ad quæ neceſſario non eſt fienda relatio deprehenderetur, ſententia non continens in ſe expreſsè, neque tacitè per neceſſariam relationem ad acta, erroem, mero iure, teneret, & parti non appellanti imputaretur, ità procedit *tex.in d.l.præſes*, vbi *gl.& DD.de re iudic. et in l.2.in fin.C.quando prouoc. non eſt neceſſ.l.ſeruo inuito §.cum prætor ff.ad Trebell.l.ex decurſo §.fin.ff.ſolut.matr.l.2.C.de re iudic. l.error.C. de iuris, et facti ignor.l.1. C.de error.calcul.* Et ità

13 ſunt intelligendæ ſuprà dictæ communes opiniones, ſiuè loquantur de falſa cauſa, ſeu errore iuris, vel facti expreſſo, vel notorio. *Vant.hic num.131.*

Verum ſi quis vellet tenere opinionem, quod ſententia lata ex falſa cauſa non ſit nulla, ex quo non eſt expreſſa dicta cauſa falſa in ipſa ſententia, tamen talis concluſio non procedit in decreto, nã illud eſt nullum ipſo iure *Bar.in l.diuus 33.*vbi *Alex.num.3.in fine, et Iaſ.num.3.ff.de re iudic.Odd.*poſt alios *de reſtit.in integr.q.77. art.9. ſub nu.46. Scacc.d.q.32. gl.14.de re iudic.nu.21. et ſeqq.* vbi rationem differentiæ ponit inter ſententiam, & decretum.

14 Ex præmiſſis colligitur, quod ſententia lata per falſos teſtes, vel allegationes, ſeu inſtrumenta, non ſit nulla, quoniam regulariter dicitur valida, etiam quod teſtes pecunia corrupti, & ſubornati fuiſſent, ex quo probationes, ac media cauſę non ſunt de ſubſtantia iudicij, vt diximus, & quia talis ſententia magis contra ius litigatoris prolata cenſetur, ideò ſi appellatum non fuerit, tranſit in rem iudicatam, quamuis per reſtitutionem in integrum reſcindi, & retractari poſſit, vt eſt *tex.in l.diuus* vbi *DD.ff.de re iudic.*& ità intelliguntur *leges C.ſi ex falſ.inſtrum. et l.agnitius ff.de except.l.ex falſis C. de tranſact. cap.licet cauſam de probat. Decian.tract.crim.lib.2. cap.22. num.20.Surd.conſ.266.num.1. vol.2. Caualcan.de teſtibus p.5.num.241.ver.& in tantum*, vbi ſubdit, maximè procedere, quando non fuit cognitum de falſitate in primo iudicio ad effectum, vt non poſſit ſequi ſententia carens iuris probationibus *Vrſill.ad Afſl.dec.266. Muſcatell. in praxi de appell.p.4.gl.inſtantia num.38. Caroc.except.39.num. num.1.& except.40.Guazzin.defenſ.35. cap.6.num.1.Sforn.Odd.de reſtitut.in integr. q.77.* poſt *alios Scacc.de ſentent.& re iudic.gl.14.q.32. num.2. & ſeqq.*vbi latè comprobat. Quid quid dixerit *gl.in cap.cum venerabilis de exception.Petr.Gregor.de benefic.cap.20. num.13. Seraphin.dec.1259. num.3. Nig.de execut.rei iudic.c.6.§.14.nu.1.*

15 Limitatur tamen ſupra poſita concluſio in ſententia lata contrà abſentem ex cauſa falſa dolo partis fabricata, quia hic concurrentibus ſententia huiuſmodi eſt nulla per *tex.in l.ſi prætor §. Marcellus ff.de iudic.Matthæſil.ſing.17. Bar. & alij in l.is ad quem ff. de acquir. hæred. Cappell.Tholoſ. dec.282.Caualcan.de teſtibus p.5.nu.241. Caroc.d. except.39. num. 13. Ricc. coll.1502. Scacc. d.q. 32. num.31. Odd. d.qu.77.ſub num.41.* Secus ſi
16 ſine dolo *Guazzin.d.c.6.n.1.* verſ. *aut lata Scacc. d.q.32.num.36.Odd.d.q.77.nu.40.* Et ſecus ſi In-
17 dex de abſentia notitiam non habuiſſet, vel abſentia eſſet affectata *Scacc.d.q.32.n.35.*

18 Limitatur 2.non procedere in ſententia lata contrà minorem, etiam ſi eſſet defenſus, quia fauore minoris ætatis, ſententia prætextu falſarum allegationum, ſeu teſtium lata non valebit *l.1.C. ſi tu-*

ſi tutor ex falſ.alleg. & ibi *Bar.Bar.Angel Paul.Ale-*
*xan.Iaſ.*poſt *gl.fin.in d.l. diuus ff.de re iudic.* Ca-
noniſtæ in *d.cap.licet cauſam*, vbi *Felin.2.fall.de*
probat.Soccin.reg.454.fall.2.& conſ.18.num.8.lib.
1.Menoch.de arbitr.caſ.15.num.11.Odd.de reſtit.q.
77.art.6.Vin;opin.718.num.3. Scacc.d.q.32. num.
4n.Caroc.d.except.39.num.23.& quod dicimus de
19 minore idem dicendum eſt de fiſco, & eccleſia
Vniuerſitate, & ſimilibus, quæ iure minoris
vtuntur,vt in *cap.1.de reſtit.in integ. Vant.hic nu.*
232. verſ.& quod dicitur *Aufr.ad Cappell.Tholoſ.*
dec.283.num.1.Scacc.d.q.32.nu.43.
20 Limitatur 3.in laudo arbitri contra abſentem.
Bal.conſ.282. lib.2. Lancell.de attent.p.2. cap.17.
*num.77.*Quod non procedit in abſente ſollemni-
ter citato,qui tenebatur non parere *Felin.in cap.*
ſicut num.23.de re iudic. Nec procedit in abſen-
tia voluntaria *Angel.in d.§.Marcellus num.3.* vbi
*Fulgoſ.num.4.*quamuis confundat *Odd.d.q.77.art.*
7.& 8.Caroc.d.except.39.nu.14.
21 Limitatur 4.non procedere in decreto, quod
ſi ex falſa cauſa latum fuerit, ſiuè contrà præ-
ſentem,ſiue abſentem feratur, eſt ipſo iure nullū
l.cum verò §. ſubuentum ff. de fideicommiſſ.libert.
Bal.in l.fin.C.ſi ex falſ.inſtrum.Dec.conſ.403.479.
Capic.dec.51.Scacc.de ſent.d.q:32.num.21. Odd.d.
q.77.ſub num.46.Caroc.d.except.39.num.2. vbi *n.*
*3.*idem dicit eſſe, ſi ſubeſſet cauſa vera,ex qua
decretum ſubſtineri potuiſſet, tamen non fuit al-
22 legata, & etiam, quod cauſa non ſit in decreto
expreſſa *Rota deciſ.443.Alex.conſ.207.col.fin.in*
princ.& conſ.147.lib.7.conſ.69.col.2.lib.3. Caroc.
*d.except.39.num.10.*quamuis in diffinitiua, quan-
23 do ſententia eſt diuidua, retractetur ſolum in
eo capite, quo falſa, ſeu nulla reperiretur *l.etiam*
§.1.ff.de minor.l.ex falſis C. de tranſact. Capic.dec.
51.R.Marin.lib.2.reſol.163.nu.9.10. & 11.& ad
24 *Reuert.dec.256.nu.1.*In interloquutoria ſi cauſa
eſſet partim vera, partim falſa, decretum eſt nul-
lum in totum,vti indiuiduum *Afflict.dec.218. Du-*
en.reg.185.num.4. Caroc. poſt alios *d.except.39.*
num.9.Scacc.de ſent.& re iudic.gl.14.q.13.nu.39.
*& q.32.num.25.*quamuis de equitate contrarium
deciſum referat *Capic.d.dec.51.n.7.*
25 Limitatur 5. ſi vltrà falſas probationes adſit
falſitas in actis iudicialibus *Caroc.d.except.39.*
num.27.
26 Ex his erit notandum, quod Iudex in dubio,
probationes in actis factas iudicando ſecutus
fuiſſe præſumitur. *c.I. & A.de re iud.Tholoſ.dec.*
282.in fine Simon.de Pratis conſ.191.nu.11. Ber-
tazol.conſ.505. num.12. vbi alios concordantes
allegat. *Guazzin.defenſ.35. cap.6. num.4.* Si ve-
27 rò examinati plures teſtes, aut varia inſtru-
menta, & diuerſę probationes intentionem acto-
ris concludentes producti, & exhibiti fuiſſent,
detecta falſitate aliquorum teſtium, vel alicuius
inſtrumenti,ſententia ex alijs veris ſubſtineretur,
& Iudex præſumeretur ſententiando vera,& nō
falſa ſecutus fuiſſe, vt voluit *gl.Bar.Bal.& alij in*
l.falſam C.ſi ex falſ.inſtrum.Capic.dec.25.
28 Erit etiam notandum,quod antequam excep-
tio falſi aduerſus ſententiam proponatur propter
authoritatem rei iudicatæ, reſtitutio in integrum
aduerſus ſententiam huiuſmodi reſcindendam
intrà quatriennium impetrari, & proponi debe-
bit, vt voluit *gl.in l.agnatis ff.de except.Cyn.Bal.*
Caſtr. Alex. & Iaſ.in d.l.ſi ex falſis C. de tranſact.
Caualcan.de teſtibus p.5.nu.241.circa finem.
29 Licet,verū ſit,quod diximus *ſup.in princ.*quod
bonū,eſt nō ponere cauſa,& rationē in ſententia,
tamen concluſio hęc in pluribus caſibus limita-
tur, in quibus debet poni. Primo in ſententia
lata à Iudice, ad quem fuit appellatum, nam
inſeri debet cauſa cur primam ſententiam reuo-
cauit, ad hoc, vt iniuriam non faciat primo Iu-
dici. *Spec.lib.2.de ſent. §.6. num.27.* 2. Quando
30 Iudex abſoluit reum propter ineptam petitio-
nem actoris,nè prorſus pereat ius agentis,ſi alias
aptè proſequi voluerit. *cap.examinata de iudic. &*
l.31.§.1. ff.ſi menſ.falſ. 3.Quando in actione rei
31 vendicationis Iudex abſoluit reum, quia non
poſſidet tempore iudicij moti, ne præcludatur
via iterum agendi, propter exceptionem rei iu-
dicatę *c.pen. de except.l.ſi rem meam ff.de except.*
rei iudic.l.ſi quis ad exhib. ff.eod.tit. 4. Si non
32 condemnet in expenſis *cap.calumniam, in fine*
*pœnis,& §.oportet collat.6.Auth.de iudicib.*5.Quā-
33 do abſoluit reum ab inſtantia Iudicij, & per
aduocatos cauſæ ſtetit quo minus cauſa potuerit
definiri *l.properandum §. illo procul dubio C. de iu-*
34 *dic.* 6.In ſententia excommunicationis, in qua
exprimi debet cauſa *cap.cum medicinalis de ſent.*
excommun.in 6.Sayr.de cenſuris lib.1.cap.13.num.
6.& 7.Farinac.in fragm.crimin.p.1.lit.E.num.13.
Bonacina de ſuſpenſ.omnibus in particulari diſp.8.
q.5.punct.1.§.2.num.7. vbi *num.8.* ampliat non
ſolum quando cenſura fertur in ſpecie contrà
certam perſonam, verum etiam quando fertur in
genere non expreſſa certa perſona,licet *num.11.*
dicat eſſe validam cenſuram, ſine expreſſione
cauſę. Imo in hac materia,licet cauſa ſit falſa
ligat excommunicatio *Couar.in cap. alma mater*
p.1.§.11.num.14.Card.in quæſt.lib.1.q.43.Clar.§.
fin.q.77.num.33.Riciull.de Iure perſon.lib.4. cap.
1.num.8. vbi declarat procedere, dummodo Iu-
dex intelligat cauſæ falſitatem, & hoc non ob-
ſtante proferat excommunicationem, ſecus ſi
credebat veram cauſam eam, quæ erat falſa, & ſi
ſciuiſſet non fuiſſet excommunicatus, quia ex-
communicatio ſumit vires ab intentione excom-
municantis.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata contra probationes nullas, eſt nulla.*
2 *Teſtes an poſſint examinari poſt publicationem, &*
poſt dedicta teſtificata? & à n.15. ad n.145.
3 *Quando dicantur dedicta teſtificata? & à nu.4.*
ad num.14.

Sententia lata ex probationibus nulliter factis an ſit nulla,& an,& quando teſtes poſſint examinari publicatis atteſtationibus?

QVÆ-

QVÆSTIO VII.

1 SI quis vellet tenere opinionem, quod probationes ſint de ſubſtantia iudicij, ſi probationes ſint nulliter factæ, ſententia lata contrà tales probationes nullas, nulla eſt. *Burat. dec. 506. num. 1. Rota poſt Poſtium de manut. dec. 382. num. 9. & dec. 484. n. 3. & 4.* Ideo videbimus de pluribus ad materiam.

2 Teſtes non poſſunt examinari poſt publicationem, & neque poſt didicita teſtificata, ſi illa ſint didicita aliquo modo ante publicationem, propter timorem ſubornationis *auth. aut qui ſemel* cum ibi *not. C. de probat. clemen. 2. de teſtibus c. fraternitatis tit eod.* Ideò videbimus hic quando dedicita teſtificata dicantur.

3 Non dicitur pars didiciſſe teſtificata, ſi audiuerit à teſtibus ante quam examinarētur, quid dicturi eſſent, niſi id audiuerint coram Iudice, coram quo teſtes dixerint parte pręſente: Domine Iudex nihil aliud ſcimus niſi hoc, & hoc. *Farinac. de teſtibus q. 75. num. 34. & ſeqq.* vbi *in fine* ponit *Bertig.* contrarium in hoc vltimo, dicentem.

4 Nec ſi ſit facta publicatio tantum, ſed non didicita teſtificata *Alex. conſ. 84. col. 1. vol. 4. & conſil. 181. col. 2. verſ. nec ad hoc obſtat vol. 7. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 2. tit. 9. num. 4.* quamuis in dubio fuiſſe viſat teſtificationes facta publicatione, dicat *Surd. conſ. 176. num. 8.* quod intelligit, ſi ſit facta ad inſtantiam actoris. *Borrell. d. tit. 9. nu. 80.*

5 2. Non dicitur didiciſſe teſtificata, ſi pars à teſtibus audiat poſt eorum examen. *Farinac. ibid. nu. 38. & 39.*

6 3. Si audiuerit à Notario, ſeu Actuario reuelante teſtium depoſitiones, quod intelligitur ſi Notarius perfunctoriè reuuliſſet, vel eſſet indoctus, & non multum fidelis, ſecus è contrà. *Farinac. n. 41. & 42.*

7 4. Si à Iudice audiuit qoid nam teſtes ipſi depoſuerunt. Niſi Iudex ille ſpecificè, & clare eorum depoſitiones reuelaſſet, vel præſente parte illas legeret. *Farinac. n. 43. 44. & 45.*

8 5. Si adiuit à parte aduerſa, niſi adiuerit per deliberatam diſputationem, & ſpecialem inquiſitionem factam inter ipſas partes per *tex. in Auth. atqui ſemel C. de probat.* ibi: *aut ab aduerſario hoc faciente diſputationem acceperit. Farinac. num. 46. & 47.*

9 6. Si non audiuit à teſtibus, non à Notario, non à Iudice, non à parte, ſed ab alia extranea perſona, niſi perſona extranea eſſet eius aduocatus, vel procurator, qui ità depoſitiones teſtium perlegiſſet, & præmanibus habuiſſet. *§. quia verò verſ. ſi verò;* ibi: *neque ipſe, neque aliquis aduocatorum eius, aut aliquis pro eo agens,* vbi *gl. verſ. agens* extendit etiam ad tutorem, & Curatorem. *Auth. de teſtibus* ad idem eſt. *tex. in Auth. at qui ſemel C. de probat.*

10 Quæ concluſio limitatur ſi ille extraneus eſſet non multum doctus, vel talis, cui ipſa part credere non deberet, vel ſi perfunctoriè legiſſet depoſitiones, vel tantum legi adiuiſſet, vel præſentem examini fuiſſet, & agatur de re non modico diſcurſu perceptibili. Secus è contra *Farinac. vbi ſup. n. 48. & ſeqq.*

11 7. Idem eſt ſi ipſe legerit apud Notarium, ſeu Actuarium dictas depoſitiones non perfunctorie, ſed exproſeſſo, nam tunc non poſſet vlterius examinare alios teſtes, ſecus ſi legiſſet perfunctoriè. *Vrſill. ad Afſl. dec. 216. num. 6. Farinac. num. 52. & ſeqq.* poſt *Gabriel commun. concluſ. tit. de teſtibus concluſ. 21. num. 116. & 141. Campeg. reg. 268. fall. 31. & alios.*

12 8. Dicitur quis didiciſſe teſtificata ex eo, quod illa ſubtraxerit, vel aliàs penès ſe diſſigillatę reperiuntur. *§. quia verò verſ. ſi vero deducent. Auth. de teſtibus.* Quæ concluſio procedit ſi atteſtationes reperiantur penes partem originales, ſeu copiæ ſcriptæ manu Notarij, ſeu Actuarij, *gl. in cap. conſtitutus* verb. *depoſitis,* & ibi *DD. de teſtibus Ludouiſ. dec. 583. num. 2.* vbi dicit diei teſtificata didicita ſi pars penes ſe habuerit proceſſum *Borrell. in ſumma deciſ. p. 2. tit. 9. num. 6.* ſecus ſi eſſent copiæ ſcriptæ manu alterius Notarij, vel perſonæ. Nec etiam procedit ſi ipſa pars, penes quam reperiuntur, probauerit non legiſſe, puta quia eſſent clauſulæ, vel alio modo probauerit *Farinac. num. 55. & ſeqq.*

13 9. Si quis ſit pręſens depoſitioni teſtium, dicitur didiciſſe teſtificata quatuor concurrētibus, & non aliter. Primò vt pars fuerit pręſens perfectè, & puntualiter examini. 2. quod perfectè audiat teſtes depoſitiones. 3. quod intelligat perfecte teſtes depoſitiones, puta ſi ſit idiota, quod deponant teſtes vulgari ſermone 4. vt perſona ſit non rudis, ſed docta, & inſtructa, & depoſitio ſit breuis, & perceptibilis, aliàs ſecus. *Farinac. vbi ſup. q. 59. & ſeqq.*

14 10. Non dicuntur didicieſ teſtificata ſi Idex det ſummarium teſtium, vt de ſtylo Curiæ teſtatur *Seraph. dec. 688. ſub num. 2. Rota deciſ. 136. p. 3. lib. 2. Graff. dec. 11. de teſtibus Ludouiſ. dec. 497. num. 4.* & ibi *addit. lit. A. & dec. 583. num. 3.*

Teſtes an, & quando poſſint examinari poſt publicationem, & quando examinati probent,

15 vel non? Regula ſit, quod non poſſunt examinari teſtes ſuper eiſdem Articulis, vel directè contrarijs, & ſi examinentur nihil probent. *§. quia verò in verb. illud tamen Auth. de teſtibus c. conſtitutie il 2.* à contrario ſenſu *de teſtibus cap. ex tenore ad fin. eodem tit. de teſtibus cap. venient il 2. ad finem eodem tit. cap. inſinuauit* à contrario ſenſu *eodem tit. clem. 2. de teſtibus Nell. de teſtibus num. 123. Lanfranc. de teſtibus* poſt *num. 36. Crot. de teſtibus num. 262. Campeg. reg. 176. in princ. & reg. 268. in princ. Gabriel d. concluſ. 21. de teſtib. num. 1. Menoch. de arbitr. q. 34. num. 1. & ſeqq. Viu. opin. 896. nu. 1.* poſt *alios Farinac. de teſtibus q. 75. num. 66.* vbi ponit rationem, quę eſt timor ſubornationis per *tex. in d. cl. 2. in fine de teſtibus Scacc. de ſent. & re iudic. gl. 14. q. 32. num. 47. de iudic. lib. 2. cap. 8. nu. 220. & ſeqq. & de appell. q. 11. num. 106. & ſeqq. Giurba deciſ. 73. Tuſc. lit. T. concluſ. 294. & 295. Cauall. q. 350. num. 18. Gratian. diſcept. 158. num. 9. Macerat. lib. 1. reſol. 95. nu. 4. Sforz. Odd. de reſtit. q. 65. num. 51.* qui vltimi loquuntur, concluſionem procedere, tam in prima, quam in ſecunda inſtātia *Lodouiſ. dec. 583. & 497. Naguerol. alleg. 10. nu. 182.*

182.& ſeqq.D.Hodiern.ad Surd.decif.59.& de *Iu-*
re noſtro Neap. eſt *prag.2. de teſtium refrenat.*
Ciarlin.contr.96.nu.1.

16 Amplia 1.vt poſt publicationem non ſolum
non poſſint examinari alij teſtes,ſed nec etiam
poſſint ijdem, iam examinati, repeti. *Farinac.*
num.72.

17 Amplia 2.vt poſt publicationem teſtes non
poſſint examinari,non ſolum ſuper eiſdem arti-
culis,aut directè contrarijs, ſed nec etiam ſuper
nouis *Veſtill.ad Aff.dec.262.* poſt *num.4.* Et licet
18 contrarium teneant plures relati per *Farinac.d.*
*q.75.num.78.*tamen prima opinio eſt verior, vt
dicit *Farinac. ibid. num. 79.* Extende primo
19 hanc limitationem, vt procedat in productione
nouorum articulorum, non ſolum reſpectu rei
petitæ, ſed etiam actionis intentatæ *Farinac.nu-*
20 *80.2.* Vt noui articuli non admittantur,tam ex
parte actoris, quam rei *Farinac.num.81.*Limita
21 tamen dictam ſecundam ampliationem, vt illa
procedat, quando articuli ſunt omninò noui nõ
facientes,nec pertinentes ad cauſam, ſecus quan-
do articuli noui ſunt pertinentes, & dependen-
tes, aut aliquo modo incluſi ſub primis. *Farinac.*
22 *num.82.*Verum de *Iure* hiſpani atum *ex l.5.tit.6.*
*lib.4. recep.*prohibente recipi nouos teſtes poſt
factam publicationem, omnes caſus comprehen-
di,alias eſſet fruſtatoria dicta lex *Nogueral.d.al-*
leg.10.num.188.

23 Amplia 3.vt nec etiam in ſummarijs poſt pu-
blicationem poſſint teſtes examinari *Oſaſc.dec.1.*
*num.26.*vbi loquitur in cauſis, in quibus proce-
ditur ſola facti veritate inſpecta *Surd.conſ.118.*
num.11.lib.1.Bertaz.conſ.529.num.3. & 4. lib.2.
Bertrand.conſ.142.num.4.p.1.Toſc.d.lit.T.concluſ.
294.num.16.Giurba d.dec.73.num.5. Burg.de mo-
do proced.ex abrupt.q.5.nu.305. vbi loquitur etiã
24 ſi procedatur ex abrupto.Et licet adſint contra-
rij tamen prima opinio eſt verior, cum etiam
in his cauſis vigeat timor ſubornationis, *Fari-*
nac.num.85.

25 Amplia 4.vt teſtes non poſſint examinari poſt
didicita teſtificata,ſiuè quis illa didicerit per ſe,
ſiue per alium. *§. quia vero Auth. de teſtib. & d.*
*auth.qui ſemel C.de probat.Farinac.num.66.*ſed de-
clara, vt diximus *ſup.*

26 Amplia 5.vt poſt didicita teſtificata non poſ-
ſit quis teſtes examinare, etiam quod non ſit fa-
cta illorum publicatio *d.auth.atqui ſemel C.de pro-*
bat.Farinac.nu.88.Ludouiſ.d.dec.583.n.2.

27 Amplia 6.vt poſt didicita teſtificata non poſ-
ſit quis teſtes examinare, non ſolum quando di-
dicit teſtificata ſua, ſed etiam quando didicit te-
ſtificata partis aduerſæ *d.auth. atqui ſemel* ibi: *aut*
*ab aduerſario hoc facient Farinac.num.89.*Verum
28 ſi vna pars didicit alia non,quæ non didicit po-
teſt alios teſtes examinare *Farinac.n.90.*

29 Amplia 7.vt teſtes poſt publicationem non
poſſint examinari,non ſolum ſuper eiſdem, vel
directo contrarija, ſed etiam ſuper alijs, & di-
uerſis, incluſis tamen ſub primis de neceſſitate
probationis, & facti *Farinac.num.91.* vbi ponit
exemplum.

30 Amplia 8.vt licet teſtes poſſint cogi ad depo-
nendum veritatem ſub cenſura excommunicatio-
nis *Abb.in cap.dilectorum num.1. & 2. de teſtibus*
cogend. Lazar.de monitor.ſect.1.q.15. num.12.13.
& 14. quia veritas non eſt occultanda *Iacob.*
Graff.in dec.Aureis lib.4.cap.8.n.23.tom.1.Franc.
Marc.dec.1167.p.1.& dec.382.p.2. Tamen ſi ſit
31 facta publicatio coram ſeculari Iudice ſuper ea-
dem materia, & didicita ſint teſtificata, poſſunt
impediri talia monitoria, ad euitandum timorem
ſubornationis. *Sola ad decret. Sabaud.tit. vt nemo*
inuit.gl.1.num.9.Coſta de iur. & fact.ſcient.cent.2.
diſt.55.num.9.Giurba decis.73.num.2.Genuenſ.in
pract. Archiep.cap.1. nu.4.Dom.Hodiern. ad Surd.
decis.59.n.2.

32 Limita primo ſuprapoſitam regulam, quando
teſtes nulliter, & non ritè ſunt examinati, nam
tunc habentur pro non examinatis, ideò poſt eo-
rum publicationem non impeditur illorum repe-
titio, & aliorum teſtium productio per *tex.in*
clem.2.de teſtibus, in verb. *ritè* ſumpto ibi argu-
mento à contrario ſenſu *Farinac.d.q.75. nu.98.*
& latius *num.358.& ſeqq.Berlich.lib.1.concluſ.40.*
*n.4.& 5.Tholoſ.dec.28.*vbi deciſum refert, quam-
uis ipſe contrarium teneat *Fontanell. de pactis*
nuptial.clauſ.4.gl.18.p.4. num.115. Dom.Hodiern.
ad Surd.dec.59.num.12.Caualc.de teſtibus p.3.cap.
53.Ciarlin.contr.96.num.10.

33 2.non procedere, quando teſtes eſſent ritè re-
cepti, ſed eorum publicatio eſſet nulliter facta,
nam tunc non impeditur aliorum productio *cap.*
ex tenore à contrario ſenſu *de teſtib. Farinac.nu.*
106. & latè *num.375.& ſeqq. Berrell.ſup.nu.7. &*
*ſeqq.*Vel ſi eſſet publicatio per iudicem reuocata
expreſsè,vel tacitè *Farinac.ibid.num.244.Berlich.*
d.concluſ.40.n.36.

34 3.In diuerſa inſtantia,ac diuerſo iudicio, nam
publicatio facta in vno iudicio non impedit pro-
ductionem teſtium in alio *Nell.de teſtibus n.123.*
in 5.caſu *Campeg.de teſtibus reg.370. verſ.11.* In-
35 tellige,vt procedat quando iudicia, & inſtantiæ
ſunt taliter diuerſæ,vt exceptio rei iudicatæ in
vno non obſtet in alio, nam tunc publicatio fa-
cta in vno iudicio non impedit productionem
teſtium in alio, ſecus quando exceptio rei iudi-
catę in vno obſtaret in alio, *Farinac.num.103.*
36 Intellige 2.vt procedat, quando adeſt ſola pu-
blicatio, ſed teſtificata non ſunt didicita, ſed ſi
vltrà publicationem pars didicit teſtificata, tunc
in diuerſa inſtantia non poteſt alios teſtes exa-
37 minare *Farinac.num.104.*Intellige 3.vt dicta li-
mitatio procedat, quando in ſecundo iudicio, &
inſtantia perſonæ ſunt diuerſę,vel cauſę diuerſæ,
vel aliud petitur, ſecus quando perſonæ ſunt eędẽ
& eadem agendi cauſa, ac etiam idem petitur,
quia tunc publicatio obſtat, etiam quod ſimus in
diuerſa inſtantia *Farinac.num.105.* Intellige 4.
38 limitationem tertiam non procedere, quando in
prima inſtantia fuiſſet plenè cognitum, ità quod
ſententia lata in ea pareret exceptionem rei iu-
dicatæ in alia,qua tunc publicatio obſtat, & ſic
limitatio procedit tantummodo, quando in vno
iudicio teſtes ſunt examinati ad vnum finem, &
in alio iudicio producuntur ad alium finem,alias
ſecus *Farinac.n.106.*

39 Limita 4.poſitam regulam, vt publicatio te-
ſtium facta in ſummario iudicio, vt puta poſſeſ-
ſo-

ſorio, non impediat aliorum teſtium productio-
nem in plenario, vt puta in petitorio *Soccin. reg.*
403. fall. 43. Campeg. reg. 268. fall. 9. & 65. Fari-
nac. d. q. 75. num. 107. Berlich. d. concluſ. 40. nu. 34.
40 *Borrell. d. tit. 9. num. 46.* Idem eſt è contrà, vt fa-
cta publicatione teſtium in petitorio poſſint exa-
minari in poſſeſſorio ex quo agitur ad diuerſum
finem, poſt alios *Farinac. num. 107. & ſeqq.* Sed
41 non procedit, quando in iudicio ſummario te-
ſtes eſſent plenariè recepti, quia tunc eorum
publicatio non obſtat, etiam in plenario iudicio
Campeg. de teſtib. reg. 298. fall. 9. verſ. niſi teſtes.
42 Limita 5. vt facta publicatione teſtium exa-
minatorum coram arbitro non impediatur quia
alios teſtes producere, & examinare coram Iu-
dice, ex quo ſumus in diuerſo iudicio per *tex. in*
l. fin. C. de teſtibus, et cap. præſentata eodem tit. Fari-
43 *nac. num. 112.* Extende, vt procedat hæc limita-
tio, etiam mutato iudicio de arbitratore ad Iu-
dicem, nam publicatio teſtium examinatorum
coram arbitratore non impedit productionem
aliorum teſtium coram Iudice *Gabriel de teſtibus*
concluſ. 21. num. 46. & ſeqq. Extende 2. procedere
44 etiam quod non mutetur iudicium de arbitro,
ſcil. vel arbitratore ad iudicem, nam ſi lis ſemper
coram arbitro, vel arbitratore vertatur publica-
tio coram iſtis facta non impedit aliorum teſtiũ
productionem *Farinac. num. 114. Berlich. d. concl.*
40. num. 21. vbi dicit, quando in compromiſſo di-
ctum eſſet, quod procedi poſſit alijs ſollemnitati-
bus non obſtantibus.
45 Sublimita dictam quintam limitationem pro-
cedere, quando ille, contrà quem teſtes coram
arbitro, vel arbitratore producti fuerunt non
vult eorum atteſtationes ratas habere, ſed quod
de nouo producantur, nam tunc non obſtat pu-
blicatio, quin, & ijſdem, & alij teſtes coram Iu-
dice produci poſſunt, ſecus autem ſi dictas atte-
ſtationes acceptet, quia tunc obſtat publicatio,
Farinac. num. 115. Cancer. var. lib. 1. cap. 20. de te-
ſtibus num. 49. Verum non poſſunt produci teſtes
ſuper veteribus articulis, ſed ſuper nouis, ſi vo-
luerit, dummodo articuli non ſint de directo cõ-
trarij articulis veteribus partis aduerſæ, vt de-
ciſum per S.C. Neapolitanum refert *Capic. decis.*
46 *47.* 2. Quando teſtes examinati coram arbitro
ſunt mortui, nam tunc quia fidem faciunt coram
Iudice *l. fin. C. de teſtibus cap. præſentata tit. eodem.*
Ideò facta publicatione coram arbitro non poſ-
ſunt ijdem, aut alij teſtes examinari coram Iudi-
ce. *Farinac. num. 116.*
47 3. Quia è contrà facta publicatione teſtium
coram iudice non poſſunt ijdem, aut alij teſtes co-
ram arbitro examinari, cum arbitria ſint redacta
ad inſtar iudiciorum *l. 1. ff. de arbitr. Marian. in*
cap. fraternitatis num. 123. de teſtibus. Verum hæc
48 concluſio non procedit, quando mutatur iudiciũ
de Iudice ad arbitratorem, ſeu amicabilem com-
poſitorem, nam tunc publicatio facta coram iudi-
dice non obſtat coram ipſo arbitratore, vel ami-
cabili compoſitore, quin, & ijdem, & alij teſtes
poſſint examinari, & hoc in vim poteſtatis arbi-
trorum. *Marian. d. cap. fraternitatis nu. 132.* iun-
cto num. 158. de teſtibus Gabriel de teſtibus concl.
21. num. 62.

49 Limita 6. propoſitam regulam non procedere
in iudicio nullitatis, nã quando quis principaliter
de nullitate agit, & poſt quam in primo iudicio
reportauit ſententiam, contrà porrigit libellum
nullitatis primi iudicij, tunc teſtium publicatio
facta in primo iudicio non impedit in hoc iudi-
cio nullitatis, alios teſtes examinari, quia diuer-
ſæ ſunt inſtantiæ, & diuerſa iudicia *Marian. nu.*
50 *112. & 115. de teſtibus.* Sublimita vt procedat,
quando teſtes producti in iudicio nullitatis, non
tendunt ad eundem finem, ad quem tẽdebant pro-
ducti in primo iudicio, ſecus autem ſi teſtes in
primo iudicio producti fuerint ad eundem finem
nullitatis, ſcil. probandæ, ad quem nunc produ-
cuntur in iudicio nullitatis, nam hoc caſu non
admittuntur *Farinac. n. 120.*
51 Limita 7. Quando ſumus in caſu, in quo ſen-
tentia non tranſit in iudicatum, & ſic quando nõ
obſtat exceptio rei iudicatæ, nam tunc etiam poſt
publicationem atteſtationum poſſunt teſtes exa-
minari. *Socc. reg. 403. fall. 37. num. 38. Campeg. reg.*
268. fall. 44. Gabriel d. concluſ. 21. num. 58. & 143.
Berlich. d. concluſ. 40. nu. 44. vbi contrarios refert.
52 Limita 8. in cauſa matrimonij per *tex. in cap.*
ſerius, & in cap. conſtitutus il. 1. de teſtibus latè *Fa-*
rinac. d. q. 75. an. 383. & ſeqq. vbi declarat. *Berlich.*
d. concluſ. 40. num. 20. Borrell. d. tit. 9. n. 47.
53 Limita 9. eſtque illatio. 7. limitationis in teſti-
ficatione peritorum, quorum relationes, etiam
quod fuerint publicatæ, poteſt tamen probari
contrarium per alios peritiores, *Socc. reg. 403.*
fall. 37. Campeg. reg. 268. fall. 51. Gabriel d. concluſ.
21. num. 89. Maſcard. de probat. concluſ. 1034. nu.
9. Menoch. de arbitr. q. 34. num. 9. Farinac. nu. 124.
& ſeqq. Berlich. d. concluſ. 40. num. 40. Imò ſi ſint
examinati teſtes, & ſit facta illorum publicatio,
poteſt fieri probatio per viſum loci faciendam
per expertos *Caroc. de except. except. 50. Barn. dec.*
2. num 58. Borrell. d. tit. 9. num. 54. & ſeqq. Berlich.
d. tom. 1. concluſ. 47. nu. 27. Fontanell. deciſ. 381. &
382. vbi probat poſſe recipi peritos, vti peritos
non vt teſtes. *Coſta de remed. ſubſid. remed. 101. R.*
Valenz. conſ. 100. nu. 2. Poſt. de manut. obſ. 101. Can-
cer. var. p. 3. c. 17. nu. 129.
54 Limita 10. in foro, in quo de æquitate proce-
ditur, putà, in cauſis mercatorum *Felin. in cap.*
licet cauſam de probat. num. 18. Bar. in l. ſi fideiuſſor
§. quædam ff mandat. num. 1. et 2. Berlich. d. concluſ.
40. num. 33.
55 Limita 11. non procedere, quando variatur
modus agendi, vel quia primo fuerit actum
ad vnum finem, & deinde agatur ad alium,
nam tunc publicatio facta in primo iudicio non
obſtat, quin alij teſtes poſſint examinari in ſe-
cundo *Soccin. regula 403 fallit. 20. et 41. Cam-*
peg. reg. 268. fall. 41. 43. et 45. Gabriel d. concl.
21. num. 58. Perſonal. de iudic. et tort. q. 11. num. 24.
Berlich. d. tit. 9. num. 61. Ciarlin. contr. 96. num. 20.
56 *Burat. dec. 824.* Hinc eſt, quod ſi mutetur iudi-
cium de cauſa ciuili in criminale, puta agebatur
ex contractu, deinde agitur ex delicto non pro-
hibentur examinari teſtes in ſecundo criminali,
ex quo diuerſus eſt agendi modus *Perſonal. d. qu.*
11. nu. 23. verſ. & ſic etiam Soccin. reg. 403. 8. fall.
Campeg. reg. 268. fall. 42. & 49. Berlich. d. concl. 40.
num. 13.

57 Li-

Digitized by Google

57 Limita 12.Quādo ſumus inter diuerſas perſo-
nas Soccin.reg.498.fall.40.Campeg.reg.370. verſ.
12.quia Berlich.d.concluſ.40.num.31.Farinac.d.q.
75.num.132.

58 Limita 13.Quo ad tertium comparentem, nā
publicatio facta inter partes principales,non ob-
ſtat tertio comparenti pro ſuo intereſſe,quin poſ-
ſit alios teſtes producere Gabriel d.concluſ.21.n.
91 Campeg.reg.268.fall.70. Berlich.d.concl.40.n.
55.Borrell.d.tit.9.nu.69.Secus eſt ſi comparuiſſet
59 poſt publicationem, & concluſionem Paris in
cap.fraternitatis num.37.& 38. de teſtibus Borrell.
ſup.num.70.& ſeqq.vbi dicit,poſſe, ſi neſciuit li-
tem motam, aliàs ſecus, & neque poſſe, ſi Prin-
cipalis malitioſe procurauit tertium ignorantem
60 comparere. Secus etiam eſſet in caſu, quo ſen-
tentia noceret, etiam tertio quo ad plenum præ-
iudicium, vt puta quando idem teſtius fuiſſet in
iudicio liti aſſiſtens, & præſens publicationi fa-
ctæ, nam tunc ipſi obſtat publicatio, ſicut obſtat
principali. Gabriel d.concluſ.21.n.92. & 93.

61 Limita 14.In articulis dependentibus ab an-
tiquis,ſuper quibus poſſunt teſtes examinari,etiā
poſt publicationem Nell.de teſtibus n.123.Lanfr.de
teſt.n.38.ad fin.Viu.opin.896.n.2. Berlich.d.concl.
62 40.num.19. Quod intellige procedere, quando
teſtes fuerint ſimpliciter producti ſuper articulis,
ſecus ſi fuerint producti, & iurauerint dicere ve-
ritatem ſuper articulis, & tota cauſa, ac etiam in
ſtatu,vt ſuper tota cauſa examinentur: nam tunc
poſt publicationem eorum non poſſunt alij teſtes
ſuper dependentibus à primis examinari. Cotta
in memor.verb.teſtes communiter,ad fin. verſ.3.ſin-
gulariter Marian.in cap.fraternitatis num.79.de
63 teſtibus. Et procedere quando teſtes, & ſic indu-
cti ſuper tota cauſa fuerint diligenter, & ſpecifi-
ce per Iudicem examinati, non ſolum ſuper arti-
culis, ſed etiam ſuper tota cauſa, ſecus ſi fuerint
ſolum examinati ſuper articulis, & non ſuper
tota cauſa, quia tunc non impeditur poſt eorum
publicationem aliorum teſtium productio ſuper
dependentibus à primis articulis. Marian.vbi
ſup.num.80.Paris num.75. de teſtibus. Sic etiam
64 poſſunt teſtes admitti ad corroborationem,
& confirmationem antiquorum Farinc.d.qu.75.
num.155.Ludouiſ.dec.583.num.5. vbi addit.lit.C.
deciſum refert, & ad dec.272.Giurba dec.73.

65 Limita 15.Quia licet poſt publicationem non
poſſint examinari teſtes ſuper alijs articulis dire-
ctè contrarijs,benè tamen poſſunt examinari ſu-
per indirectè cōtrarijs, vt putà probando negati-
uā iuxtà terminos tex.in l.optimam C.de contrah.
& committ.ſtipul.Gabriel.d.concluſ 21.nu.42.Cam-
peg.reg.177.fall.4.& reg.268.fall.40.& reg.369.
fall.1.et reg.370.verſ.dic primo.

66 Intellige procedere, quando in primis arti-
culis non fuit expreſſus certus locus, & certum
tempus, & ſi non potuit pars de dicto loco, &
tempore inſtrui, & ideò admittitur ad proban-
dum indirecte contrarium, ſecus autem quando
in primis articulis fuerunt ſpecificata tempra, &
loca, quo caſu poſt publicationem non admit-
titur, quis ad probationem alterius loci, quia
tunc ſecundus articulus eſſet de directò contra-
rius primo, non autem indirectè,& eſſet ſibi im-
putandum,cum per primum articulum bene po-
tuerit inſtrui, & præuidere Gabriel d.concluſ.21.
num.43,Vulpell.conſ.130.num.5.et num.24. et 25.
contrarium tamen tenet Hipp.Rimin.in ſubſcriptio-
ne ad conſil.Vulpell.136.n.17.

67 Limita 16.quando quis vult probare, quod
teſtes aduerſarij falſum dixerunt, nam tunc ad-
mittitur quis ad producendum teſtes, non ſolum
poſt publicationem, ſed etiam quandocunque
poſt ſententiam, vſque ad annos viginti. Gabriel
d.concluſ.21. num.38. in fine Scacc.de ſentent.gl.
14.q.32.num.50.et ſeqq.Berlich.d.concluſ.40.num.
18.Borrell.d.tit.9.num.20.Reg.Tapia in lib.3.Iuris
regni in tit.73. num.5. vbi deciſum refert.

Contrarium tamen eſt verius, vt probant Lan-
franc.de teſtibus num.41.ad med.Boſſ.tit.de public.
proceſſ.nu.6.et ſeqq. vbi de communi Burſatt.conſ.
68 357. num.2. lib.2. Et poteſt intelligi loquutus
Gabriel vbi ſup. & alij quando pars vult probare
falſitatem teſtium aduerſarij indirecte, iuxtà ea
quæ diximus ſup. Vel in cauſa matrimoniali,vel
quando agitur criminaliter ad puniendum teſtes
qui falſum dixerunt, & partem, quæ eos ſubor-
nauit, nam tunc publicatione non obſtante falſi-
tas detegi,& puniri poteſt. Boſſ.tit.de publ proceſſ.
69 num.7. Verum licet non poſſit poſt publicatio-
nem admitti ad probandum falſitatem teſtium
aduerſarij, tamen ſi ex huiuſmodi dictis lata
fuerit ſententia,datur aduerſus hanc ſententiam,
ſic ex falſo teſtimonio latam,reſtitutio, non ſolū
minori, ſed etiam maiori. Odd.de reſtitut.in integ.
p.2.q.77.et 78.

70 Limita 17.non procedere, quando teſtibus
publicatis opponitur falſitas cum corruptione,
& quod corrupti falſum dixerunt, nam tunc ad
huiuſmodi falſitatem cum corruptione probandā,
etiam poſt publicationem,teſtes admittuntur. Io:
Andr.in cap.fraternitatis nu.25. poſt med.ibi Bel-
lamer.num.19.Butr.num.14.et 16.Imol.n.10. Abb.
num.4.fall.10.num.51.Marian.num.84.et 85.et n.
512.et 145.Pariſ.num.47. Scacc.d.q.32. num.48.
et ſeqq.Berlich.d.concluſ.40. num.18. Borrell.d.tit.
71 9.num.20. Et corruptio intelligitur non ſolum
ſi interueniat pecunia, ſed etiam ſi doloſè teſtes
falſum dixerunt, vt puta odio, vel amore Lan-
franc.de teſtibus num.41.Afflſ.dec.216. num.5. in
fine Boſſ.de publ.proceſſ.nu.6.et 7. Soccin.reg.403.
fall.13.et 28. Gabriel d. concluſ.21.36. Gaill.obſ.
105.num.8.lib.1.

72 Limita 18.quia licet poſt publicationem non
admittantur teſtes ad reprobandum dicta teſtium
publicatorum, vt diximus ſuprà in verſ.con-
trarium. Tamen admittuntur ad reprobandum
dicta, & perſonas ſimul. v.g. probaſti per teſtes
poſſeſſionem alicuius fundi per annos 30. ego ad
illos reprobandum volo probare, quod teſtes
prędicti non ſunt 30.annorum,iuxtà illud: nun-
dum 50.habes,& Abraham vidiſti? nam iſto mo-
do reprobantur, & dicta, & perſonæ eorundem
teſtium,& publicatio non obſtat Soccin.reg.403.
fall.54.et 38.Gabriel d.concl.21.n.515.

73 Limita 19.quando agitur de reprobando per-
ſonas teſtium publicatorum, nam tunc publica-
tio non obſtat, quin talis reprobatio poſſit fieri
Boſſ.tit.de publ. proceſſ. num.10. Campeg.reg.370.

verſ.24. *Gaill. obſ.*105.*num.*8. *Perſonal. de indic. & tortura qu.*12.*nu.*19.*in fin.* *Ciarlin.contr.*96.& nos dicemus *infrà* dum agemus de *repulſa*. Contrà tamen tenent *Couar.pract.qq.cap.*28.*num.*5. verſ.5. *non erit* vbi reſpondet contrarijs.

74 Limita 20. Quando agitur de reprobando teſtes reprobatorios partis aduerſę, & de coadiuuando priorem probationem, ac confirmando primos teſtes examinatos, nam licet iſto caſu articuli videantur directè contrarij, publicatio tamen non obſtat v. g. Probaui per teſtes meos rē taliter ſe habere, aduerſarius meus probauit per teſtes contrarium, publicatis ipſius aduerſarij teſtibus non prohibeor alios examinare teſtes ad confirmandum primos meos teſtes, & ad reprobandum teſtes reprobatorios aduerſarij, & eſt ratio, quia nihil mihi poteſt imputari, ſi confiſus fui de prima mea probatione, ex qua veriſimiliter credidi meos teſtes verum dixiſſe, donec cōtrarium appareat, ſed ex quo poſteà contrarium apparet ex teſtibus aduerſārij, ideo eorum publicatione non obſtante, potero alios producere ad confirmandum primos, & reprobandum illos partis aduerſæ *Gabriel.d.concl.*21.*nu.*38. *Menoch. de arbitr.qu.*34.*nu.*15. *Gaill.obſ.*105. *nu.*9. *Perſonal.de iudic. & tortura qu.*12. *num.*19. *Natta conſ.* 656.*nu.*7.*lib.*3. *Affl.dec.*216. poſt *num.*4. *Burſatt. conſ.*357.*nu.*6.*lib.*2. *Vulpel.conſ.*136.*nu.*1. 12. *& ſeqq.* *Farinac.qu.*75.*ſub nu.*155. *Giurba dec.*73. *Cyriac.contr.*228.*num.*5.*tom.*2. *Queſad.controuerſ.forenſ.cap.*42.*nu.*16.& non dicemus *infrà* dum agemus de *repulſa repulſæ* quidquid contra teneat *Gabriel.concluſ.*21.*nu.*38.*in fine*.

75 Sublimitatur primo procedere, dummodo nō fuerint publicatæ atteſtationes aduerſarij reprobantes primos teſtes, ſecus ſi illę fuerint publicatæ, quia tunc non liceret, contra eas, & ſuper directè contrarijs, alios producere teſtes, etiam ad confirmationem priorum *Vulpell. conſ.*136. *nu.*4. vbi *Rimin.in ſubſcriptione nu.*19. & 20. & ibi etiam *Simon. de Pratis in ſubſcriptione n.*24. *in fine*, quæ ſublimitatio non eſt ſublimitatio, ſed deſtructio, imo eſt contradictoria limitationi, nam quomodo poſſum videre teſtium meorum fidem diminutam, niſi videro teſtes aduerſarij? & ſic quod etiam ſi atteſtationes contrariæ ſint viſæ, quod poſſit ſuper eiſdem capitulis teſtes produci, dicit per *tex. in cap.clamor.* & ibi *Imol.cap. ſeries de teſtibus* *Natta conſ.*565. *Tuſc.lit.T.concluſ* 294.*nu.*105.106.*& alios* *Giurba d.dec.*73.*num.*6. vbi *nu.*7. poſt *Affl.dec.*216.*num.*4.*&* 5. *Capic.dec.* 62. *Menoch.de arbitrar.caſ.*38.*nu.*15. dicit id etiā procedere in cauſa appellationis, dummodo teſtes afferantur ad comprobationem examinatorum in primo iudicio.

76 Soblimitatur 2. dummodo producens iuraret ſe producere &c. non malitioſe, nec animo ſubornandi nouos teſtes *Vulpell.d.conſ.*136. *num.*7.*&* 15.*&* 19.

77 Limita 21. Vt licet poſt publicationem non poſſint teſtes examinari, benè tamen poſſunt produci confeſſiones partis, & ſic etiam teſtes ad probandum confeſſiones ipſius partis, nam tunc non dicimur eſſe in articulis eiſdem, vel directè contrarijs, ſed in nouis ad cauſam pertinentibus *Io:de Amicis conſ.*127.*nu.*3. *Bertazol. conſ.*529. *lib.*2. vbi vult, quod licet poſt publicationem poſſit produci confeſſio aduerſarij, non tamen illa poteſt per teſtes probari propter timorem ſubornationis, quod non credit verum *Farinac. d.qu.*75.*nu.*163.*in fine*, quia ex quo articulus eſt nouus, & diuerſus à primo ceſſat ratio ſubornationis, & verius exiſtimat poſt publicationem teſtium examinatorum ſuper veritate facti, poſſe examinari teſtes ſuper confeſſione partis, ſecus quando primi articuli continerent eandem partis confeſſionem quia tunc militat ratio ſubornationis conſiderata per *Bertaz.* *Berlich.d.concluſ.* 40.*num.*41.*& ſeqq.*

78 Limita 22. Vt poſſint inſtrumenta produci *Gabriel.d.concluſ.*21.*nu.*90.*in fine* *Gaill. obſ.*105. *nu.*4.*lib.*1. *Franc. Perſonal.de iudit. & tort.qu.*51. *nu.*19. *Berlich.lib.*1.*concluſ.*28.*nu.*91. *& ſeqq.* dicemus *infrà*.

79 Limita 23. Vt & idem ſit quando poſt publicationem vna cū teſtibus producitur inſtrumentum, nam & hoc fieri poteſt *per tex. in cap.ſcripto* & ibi *DD.de teſtibus* *Viu.opin.*896.*num.*22. *Menoch.de arbitr.qu.*34.*nu.*16. *Natta conſ.*565.*nu.*8. *lib.*3. *Affl.dec.*216. poſt *nu.*5. *Rolan.conſ.*88.*n.*56. *&* 19.*lib.*3. *Vulpell.conſ.*136.*n.*1.*&* 6. *Cancer.var. lib.*1.*cap.*20.*de teſtibus nu.*29. *Caroc.dec.*49.*n.*20. declarat *Fab.in C.lib.*4.*tit.*15.*de teſtibus defin.*36 *nu.*4. *Borrell.d.tit.*9.*n.*73. licet contra dicat *Auan. in d.cap ſeries nu.*3. Quæ limitatio procedit, quā-
80 do inſtrumentum, & ſcriptura, quæ producitur eſt valida, & faciens ad cauſam, & facta ab illo, contra quem producitur *Pariſ. conſ.*122. *nu.*9.*& ſeqq.lib.*1. vbi limitat alio modo, Et dummodo ſint ſcripturę publicæ, ſecus ſi priuatæ *Affl.* vbi *add.dec.*271.*&* 272. *D.Hodiern. ad Surd.dec.*59. *nu.*4. *Fontanell.dec.*370.*&* 371. diximus *ad Ronit.conſ.* *lib.*3. *Reg.Sanfel.in praxi ſect.*58.*n.*29.

81 Limita 24. vt poſt publicationem poſſint teſtes examinari, etiam ſuper directè contrarijs, quando nihil poteſt imputari producenti, quare prius non fecerit examinare *Gabriel. d. concluſ.* 21.*nu.*39.*&* 40. *Menoch. de arbitr.qu.*34. *nu.*15. *Berlich.d.concluſ.*40.*nu.*7. pura quia ſint citati in termino, & culpa examinatorio, vel iudicis non fuerunt recepti, vt deciſum fuit per S.C. *Franch. dec.*371. *D.Petra in rit.*86. *num.*1. *Ciarlin.contr.* 96.*num.*13.

82 Limita 25. Vt noſtra regula non procedat quando pars ex articulis partis aduerſæ non potuit inſtrui de eo, ſuper quo vult producere teſtes, quia tunc non impeditur eos examinare, etiā ſuper directè contrarijs poſt publicationem *Gabriel.concluſ.*21.*de teſtibus nu.*149.

83 Limita 26. Vt poſt publicationem admittantur teſtes ſuper articulo directè contrario, quando primus aduerſarij articulus fuit confuſe formatus, ità vt ex eo producens plenè inſtrui, aut informari non poſſit *Campeg.reg.*369.*fall.*8. *Gabriel.d.concluſ.*21.*nu.*82.

84 Limita 27. Quando producuntur teſtes ſuper notorio, nam tunc etiam poſt publicationem admittitur probatio, quia ceſſat timor ſubornationis, & ſimulationis *cap.fraternitatis num.*1. *&* ibi *Marian.nu.*170. *Pariſ.num.*63. *in fine* *Soccin.reg.* 403.

403.fall.36.Campeg.reg.268.fall.55.Farinac.d.q.
75.nu.171.Berlich.d.concluſ.40.nu.37.

85 Limita 28. Vt pariter publicatio teſtium non
obſtet, quando quis vult probare contrarium
per euidentiam facti iunctis atteſtationibus ad
tale factum v.g. Titius dixit, Sempronium gla-
dio interfectum, & nulla apparet percuſſio, ego
de hoc inquiſitus volo facere exhumari cadauer,
& medicis oſtendi, vt ſuper hoc exhibeant teſti-
monium, nullum in eo apparere vulnus, vtique
poſſum publicatione non obſtante, quia ceſſat
ſubornatio Gabriel.d.concluſ.21.nu.87. Menoch.
qu.34.nu.12. Affl.dec.216.nu.3. & ibi Vrſill.nu.3.
ad finem, vbi teſtatur de obſeruantia Curiæ no-
ſtræ Neapolitanæ Berlich.d. concluſ.40. num.22.
Canale.dec.44.nu.67.Petr.Heig.par.2.qu.4. n.fin.
Ruland.de commiſſ.par.1.lib.6.cap.2. nu.3.& p.2.
lib.3.cap.3.nu.5.& p.4.lib.8.cap.11.nu.5. Borrell.
d.tit.9.nu.54.& ſeqq. Quod intellige procedere
86 vbicunque inſpectio requireret peritiam artis,
per ea quæ diximus ſup. de peritorum relatione,
ſecus autem ſi non eſſet iudicandum per artis
peritos, vt puta ſi damnum eſſet datum, vel non
datum, & in ſimilibus caſibus, quia tunc poſt pu-
blicationem non admittitur talis probatio Ga-
briel.d.concluſ.21.nu.88. diximus lim.9.

87 Limita 29. Quia poſt publicationem teſtium
examinatorum de veritate facti, poſſunt exami-
nari teſtes ſuper fama, etiam quod prædicti te-
ſtes examinati dixerint in fine eorum examinis,
ſe nihil aliud ſcire Gabriel.d.concluſ.21. nu.112.
& ſeqq. vbi declarat, & ampliat.

88 Limita 30. Vbi agitur de periculo animarum,
nam tunc poſt publicationem poſſunt teſtes exa-
minari Gabriel.d.concluſ.21. nu.73. & 135. Alex.
Stia in pract.iudic.c.18.nu.56.

89 Limita 30. in cauſis beneficialibus, & maxi-
mè Curatis, in quibus etiam poſt publicationem
poſſunt examinari alij teſtes Gabriel. de teſtib.
rubr.de recept.poſt terminum n.47. Menoch. de ar-
bitr.q.34.n.7.Stiat.d.c.18.n.53.

90 Limita 32. In cauſa monacatus Viu.opin.899.
n.16.Couar.pract.qq.c.18.n.6.ante finem.

91 Limita 33. de conſenſu partium Gabriel. d.
conclus.21.n.74.Viu.opin.896.n.9.Gaill.obſ.105.
n.14.lib.1. Farinac.d.q.75.n.179.Berlich.d.con-
cluſ.40.n.6.Borrell.d.tit.9.n. 10. quamuis contrà
dixerit Nell.de teſtibus.n.126. & alij. Sublimita
92 non procedere in materia tangente bonum pu-
blicum, vt in cap.ſi diligenti de foro compet. nam
tunc nec de conſenſu partium facta publicatione
poteſt fieri noua productio Gaill.d.obſ.105. num.
14.verſ.intelligo bene fallentiam.

93 Limita 34. in teſtibus poſt publicationem re-
ceptis, parte non opponente, nam tunc talis rece-
ptio poſt publicationem non eſt ipſo iure nulla,
ideò probant, & conſenſus tacitus idem operatur
quod expreſſus Crot. de teſtibus poſt num.263. &
ſeqq.Stiat.d.cap.18.nu.37. verſ. contrarium tamen
Monticell.in repert. teſtium rubr.teſt. product. publ.
atteſt.fol.111.col.2.verſ.5.Canter.var.lib.1.cap.20
de teſtibus nu.26. poſt Grauet.conſ.65.nu.2. & conſ.
248.nu.2.& 3.Menoch.de præſ.præſ.46.nu.25.lib.
2.& alios Berlich.d.concluſ.40. num.38. Quamuis
94 contrarium, quod imo talis examinatio ſit ipſo
iure nulla, etiam parte non opponente, & quod
non ſit neceſſaria appellatio, & expreſſa contra-
dictio, nec quod ex non contradictione induca-
tur conſenſus Aretin.in d.cap.fraternitatis nu.30.
iuncto nu.39.40.& ſeqq. alijque relati per Crot.nu.
262.verſ.2.extenditur.

95 Limita 35. Quando iudex vult teſtes exami-
nare ex officio poſt publicationem, & non ad in-
ſtantiam partis, nam vtique poteſt cap. cum Ioan-
nes 10. ſub finem, de fide inſtrum. Lanfranc. de te-
ſtibus nu.37.Crot.de teſtibus num.265.Campeg.reg.
268.fall.27. Gabriel.d.concluſ.21. num.101. Me-
noch.de arbitr.qu.34.nu.37.Gaill.d.obſ.105.n.11.
lib.1.Viu.opin.896.nu.24.& 25. Berlich.d.qu.40.
nu.24.Theſ.dec.262.nu.3. Modeſt.Piſtor.par.4.qu.
132.nu.3.& ibid.addit.Bellam.dec.439.nu.2.Mi-
ſing.cent.6.obſ.56.nu.7.Rulan.de commiſſ.p.1.lib.
6.cap.2.nu.1.& ſeqq.Borrell.d.tit.9.nu.48. Ciar-
lin.contr.96.nu.16.

96 Limita 36. ſecundum cautelam traditam per
Bal.in l.ampliorem nu.8. C.de appell. vt ſcil. non
procedat quando pars poſt publicationem no-
minat iudici ad aures teſtes examinandos, & po-
ſtea ſe abſentat, nam tunc videtur ceſſare timor
ſubornationis ex abſentia partis, ideo Iudex po-
teſt illos examinare Viu.opin.896. nu.8. Natta
conſ.565.lib.3.Capoll.cautela 241.& 242. Rolan.
conſ.88.nu.15.lib.3.Berlich.d.concluſ.40.num.26.

97 Contrarium tamen tenent Clar.§.fin.q.61. verſ.
ſed quæro, in fine Corſet.ſing.verb. teſtis 22.Viu.
opin.896.nu.8. vbi dicunt non eſſe verum, ceſſa-
re ſubornationis timorem, & dicunt nunquam vi-
diſſe hanc cautelam practicatam Farinac.d.q.75.
nu.186.& ſeqq.Hart.Piſtor.obſeru.183.n.15.Gaill.
lib.1.de pace publ.c.18.nu.9.

98 Limita 37. in cauſis criminalibus, in quibus
teſtes poſt publicationem poſſunt examinari per
tex.in l.vnius §.fin.ibi, reo poſtulante quocumque
tempore ff.de quæſt.Farinac.d.qu.75.nu.188.& de-
clarat nu.407.& ſeqq. poſt mille Berlich. d.concl.
40.n.8.Ant. Gomez var.lib.3.cap.13.num.33. vbi
add.Reg.Latr.dec.178.Conciol.verb.reus reſ.3.n.2.
Licet contra teneat Giurba d.dec.73.nu.5.Borrell.
d.tit.9. num.51. Quod eſt verum ſi criminaliter
actio inſtituatur, ſecus ſi ciuiliter Theſ. dec.262.
nu.3.4.Conciol.nu.4. & licet an id procedat in
iudicio ad offenſam rei, & ſint DD. pro, & con-
tra, vt videre eſt apud Theſ.dec.262.num.2.Gaill.
lib.1.de pace publ.cap.18.nu.10.& ſeqq. Tamen
conciliatio eſt, vt ſi Iudex ſolus ex officio, & in-
quiſitione hoc faciat, & poteſt, Aut Iudex non
facit ex officio, ſed adeſt accuſator, vel inſtigator
vel alias, & tunc non poteſt Theſ.d.dec.262.nu.2.
5.Berlich.d.concluſ.40.nu.11. niſi ſuper nouis ar-
ticulis D.Prat.reſp.20.ſub nu.64. Reg.Latr. d.dec.
178.nu.16.Reg.Marin.reſol.109. Reg.Sanfel.dec.
22.Vermigl.conſ.326.nu.6.Canter.var.lib.1.de
teſtibus num.43. latè D.Maiorana in ep.praxi fol.
162.nu.6.& ſeqq.Conciol.verb. teſtes quo ad exam.
reſol.1.num.1.& ſeqq. vbi ampliat eo magis ſi ſit
clauſula in publicatione: ſine præiudicio vlterius
proceſſus. In Iudice bono, etiam ſi adſit promo-
tor fiſcalis: multo magis in crimine hæreſis, &
multo magis ad defenſam rei.

99 Limita 38. quando teſtes examinarentur ad

enmprobationem inſtrumenti, vel ſeripturarum *Gaill. obſ. 105. poſt nu. 4. lib. 1. & obſ. 107. num. 14.* diximus *in limit. 22.*

100 Limita 39. In teſtibus de nouo repertis *Rebuff. de publ. atteſtat. nu. 1 n. Vin. opin. 896. num. 10.* ſi hoc plene probetur *Ludouiſ. deciſ. 583. num. 4.* Quamuis contra teneat *Gabriel. d. concluſ. 2 t. nu. 130. & ſeqq.* vbi reddit rationem quia adhuc hoc caſu viget timor ſubornationis *Idem Ludouiſ. ſup. Farinac. d. qu. 75. nu. 190. & 191.*

101 Limita 40. vt ex ſuperuenienti cauſa veriſimiliter non cogitata tempore publicationis, poſſint alij teſtes examinari *Marſil. in l. 1. §. ſi quis vltrò nu. 50. & ſeqq. ff. de quaſtion. Montecell. in repertor. teſtium rubr. teſt. product. atteſt. fol. 113. col. 2. verſ. 4.*

102 Limita 41. In teſtibus digniſſimis, & legaliſſimis, nam illi poſſunt examinari poſt publicationem *Crot. de teſtibus num. 267. in fine*, & ibi *Moncad. in addit. lit. B. Vin. opin. 896. nu. 25. Frãc. Perſonal. de indit. & tortura nu. 22. Decian. conſ. 51. nu. 105. lib. 2.* Quamuis contra teneant aliqui relati per *Gabriel. concluſ. 21. nu. 4.*

103 Limita 42. quando ex teſtibus productis aliqui non fuerunt examinati, nam tunc non examinati etiam poſt publicationem examinantur *Nell. de teſtibus nu. 126. in fine Alex. Stia. in pract. iud. cap. 18. nu. 77. Surd. conſ. 8. num. 3. & 4. lib. 1.* quamuis contra dicat *nu. 19. & ſeqq. Ludouiſ. dec. 583.* quod intelligit ſi publicatio ſit facta parte inuita, & reluctante, alias ſecus.

104 Limita 43. quando ſunt dati articuli, & nulli teſtes ſunt producti, & examinati *Soccin. reg. 403 fall. 34. Gabriel. d. concluſ. 21. nu. 111. Alex. Stia d. cap. 18. nu. 77.*

105 Limita 44. Quando teſtes examinati, & interrogati dixerant ſe nihil ſcire, quia tunc non obſtat publicatio, quin alij poſſint examinari *Nell. de teſtibus nu. 127. Campeg. reg. 168. fall. 5. Gabriel. d. concluſ. 21. nu. 110.* vbi declarat.

106 Limita 45. quando teſtes non fuerunt interrogati, vel non bene, aut perfecte interrogati, & examinati ſuper articulis productis, dolo, aut culpa iudicis, vel examinatoris, nam tunc non prohibentur, & ijdem, & alij teſtes poſt publicationem examinari per *tex. in cap. per tuas de teſtibus* Gabriel. *d. concluſ. 21. nu. 20. & ſeqq. Vin. opin. 896. Stia. d. cap. 18. nu. 48. Gaill. obſ. 105. num. 12. lib. 1. Berlich. d. concluſ. 40. nu. 7.* Secus ſi ſit culpa
107 partis *Stia ibid. nu. 48. verſ. & limitatur*, & in
108 dubio quod iudicis culpa, & negligentia præſumatur *Farinac. qu. 66. nu. 282.*

109 Limita 46. quando agitur de probaodo aliquid, quod continetur ſuper primis articulis de neceſſitate facti, ſed non de neceſſitate probationis, quia tunc publicatio non obſtat *Campeg. reg. 168. fall. 46. Gabriel. d. concluſ. 21. nu. 146. Gaill. lib. 1. obſ. 105. nu. 9. Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 63. nu. 112. Farinac. d. qu. 75. nu. 155. & ſeqq. & nu. 198. Berlich. d. concluſ. 40. nu. 28.* Puta quis vult probare locum, & tempus contractus in primis articulis deducti, vt puta primus articulus continet, quod mutuaui tibi centum, vel vendidi tibi domum, de neceſſitate facti ineſt tempus, quia mutuum celebratum, vel venditio præſuponunt aliquod tempus, quo celebratæ fuerunt, non tamen ineſt de neceſſitate probationis, quia mutuum, & venditio poſſunt probari abſque tẽpore *l. teſtium C. de teſtibus Farinac. qu. 75. nu. 206* qui *nu. 208.* dicit hoc procedere quando contractus, puta mutui, vel venditionis in primis articulis deductus, fuit benè probatus, alias ſecus licet contra teneat *Hartm. Piſtor. obſ. 183. num. 7. & ſeqq.*

110 Limita 47. Quando agitur de probando aliquam qualitatem contractus, iam in primis articulis, deductã, & probatã *Crot. de teſtibus nu. 267. Vin. opin. 896. nu. 15. & ſeqq.* Sublimita procede-
111 re pro vt loquitur quando principalis contractus in primo articulo deductus fuit probatus, nam tunc poſt publicationem poteſt formari articulus ſuper qualitate illius contractus, ac deſuper examinari teſtes, ſecus ſi teſtes producti in dicto articulo non probarunt, quia tunc ſuper illius qualitatibus poſt publicationem non poſſũt teſtes examinari *Marian. in d. cap. fraternitatis n. 67.* vbi *Io: Andr. nu. 22. Bellam. nu. 15.*

112 Limita 48. quando in primis articulis fuit deducta, & probata excommunicatio, nam tunc poſſunt poſt publicationem iſtorum teſtium alij teſtes examinari ſuper qualitate excommunicationis, vt puta quod eſſet ille talis publice excõmunicatus *Crot. de teſtibus n. 167. Io: Andr. in cap. fraternitatis nu. 22.* ibi *Bellamer. nu. 16. Butr. nu. 15. Ancharr. nu. 15. Abb. nu. 9. Aret. nu. 59. Felin. nu. 11*

113 Quod procedit ſi non fuit deducta in primis articulis, ſecus ſi fuit deducta *Abb. in auth. atqui ſemel nu. 6. C. de probat.* Non procedit quando te-
114 ſtes iurauerunt dicere veritatem ſuper tota cauſa *Io: Andr. in cap. fraternitatis nu. 22. lit. I.*

115 Limita 49. quando agitur de probando legitimam ætatem contrahentis, vel ingredientis religionem pro validitate contractus, vel ingreſſus, iam in primis articulis deducti, & probati, nam talis ætas legitime poteſt pariter deduci, & probari poſt publicationem primorum teſtium *Campeg. reg. 268. fall. 67. Rota dec. 8.* alias 469. *de teſtibus in antiqu.*

116 Limita 50. quando teſtes ſuper primis articulis inducti depoſuerunt extrà articulos ſuper aliquibus dependentibus ab eis, nam tunc poſt eorum publicationem poſſunt alij examinari ſuper eiſdem dependentibus, ſuper quibus primi teſtes depoſuerunt *Gabriel. concluſ. 21. nu. 32. & ſeqq*

117 Secus eſt quando teſtes iurauerunt dicere veritatem ſuper articulis, & tota cauſa, quia ſi tunc aliquid depoſuerunt extrà articulos in dependẽtibus tamen ab illis poſt publicationem, non poſſunt alij teſtes examinari ſuper eiſdem dependentibus, ſuper quibus primi teſtes extra articulos depoſuerunt *Gabriel. nu. 33. Alex. Stia d. c. 18. num. 38.*

118 Et licet contra teneat *Imol. in cap. fraternitatis nu. 12. Marian. nu. 79. de teſtibus.* Tamen cõciliat *Farinac. d. qu. 75. nu. 221.* Vt prima opinio procedat ſi primi teſtes fuerunt producti à parte non ſolum ſuper articulis, ſed etiam ſuper tota cauſa. Secunda ſi teſtes fuerint ſimpliciter à parte producti non ſuper tota cauſa, ſed ſimpliciter ſuper articulis.

119 Li-

119 Limita 51.quando inſtantia eſt perempta, nam tunc poſſunt examinari teſtes poſt publicationem *Campeg.reg.268 fall.18. Crot.de teſtibus n. 268.in fine Aſſl.dec.216. num.2. in fine*, vbi de-
120 eiſum refert. Quæ limitatio procedit, quando ex peremptione inſtantiæ, reſultat etiam nullitas atteſtationum, putà quando inſtantia perijt, vel propter ineptitudinem libelli, vel propter non conteſtationem litis, ſecus ſi perempta inſtantia non pereunt acta probatoria, ſed illa remanent valida, pro vt eſt, quando inſtantia perit per lapſum triennij *Gabriel d.concluſ.21.num.68.*vbi declarat *Soccin.reg.403.fall.39. Card.Tuſc.concl. 294.num.43.lit.T. Cauagnol.ad decret. Montiſtr. 7.§.2.num.26.Giurb.dec.73.num.4. Farinac.num. 223.*vbi *num.224.* affert contrariam opinionem tenentes *Borrell.d.tit.9.nu.42.& 43.*

121 Limita 52.Quando Princeps ità mandaret; nam poſſunt teſtes poſt publicationem examinari expreſſo Principis iuſſu, aut mandato *Nell.de teſtibus num.123.Menoch.q.34.num.5.6.Gaill.obſ. 105.nu.10. Soccin.reg.403.fall.32. Berlich.d.con-*
122 *cluſ.40.num.29.*Multò magis hoc procedit in Papa, qui eſt Supremus Princeps *Gabriel d.concluſ.21.num.103. & 104.* qui loquitur in quolibet Principe non recognoſcente Superiorem.

123 Sublimita hanc limitationem, vt procedat quando Princeps hoc expreſsè dixerit, & conceſſerit, vt putà ex certa ſcientia, & cum clauſula: non obſtante, aliter ſecus, nam per ſimplex Principis reſcriptum non poſſunt teſtes examinari poſt publicationem per *tex.in §.quia verò verſ. illud Auth.de teſtibus auth. atqui ſemel C.de probat. Gabriel d.concluſ.21. nu.57. Campeg.reg.268.fall.*
124 38.Imo tali teſti examinato ex tali reſcripto Principis, Iudex credere non debet *Crot.conſ.10. col.3.lib.1.Caſtell.Cotta* verb.*teſtes communiter* verſ. *quid autem ſi teſtis.*

125 Limita 53. quādo eſt facta publicatio teſtium examinatorum ante litem conteſtatam, & ad perpetuam rei memoriam, nam tunc non prohibentur alij teſtes examinari *Nell.de teſtibus nu.123. caſ.16.Gabriel d.concluſ.21. num.83. & ſeqq. Farinac.d.q.75.num.231. Berlich.d.concluſ.40. nu.30. Queſad.d.contr.42.num. 17. Borrell.d.tit.9. nu.65.* Et licet contrà teneant alij, conciliat *Farinac. d.q.75.n.233.*

126 Limita 54.quando atteſtationes eſſent deperditæ, nam tunc poſſunt ijdem, & alij teſtes examinari poſt eorum publicationem. *Gabriel d.concluſ.21.num.85.Viu.opin.896.num.24.Gaill.obſer. 105.num.13.fall.10.Farinac.d.q.75. num.235.& ſeqq.* vbi declarat *Berlich.d.concluſ.40. num.39.* Idem ſi ſcripturę eſſent amiſſę, nam poſſunt examinari teſtes *Borrell.d.tit.9.num.50.*

127 Limità 55.Quando agitur de declarando dubias teſtium depoſitiones, nam tunc etiam poſt publicationem poſſunt ijſdem teſtes repeti, & alij etiam examinari ex officio Iudicis, licet non ad inſtantiam partis. *Nell.de teſtibus num.123. caſ.6. Præſ.Corrad.tit.de teſtibus rubr.de recep. poſt term. num.97.Farinac.d.q.75. num.184. Miſing.in cap. fraternitatis de teſtibus num.17. & in cap.cum clamor eod.tit.num.2.& ſeqq. Berlich.d.concluſ.40.num. 14.Ciarlin.contr.96.n.17.*

128 Limita 56.Vt quamuis quis non poſſit poſt publicationem teſtes examinare, poteſt tamen ad examinandum à iudice in integrum reſtitui ex clauſula generali: *ſi qua mihi iuſta cauſa &c. Farinac.d.q.75.num.240.* quid in minore, muliere, eccleſia, ruſtico, & republica *d.q.num.431. & ſeqq.*

129 Limita 57. Quando in aliquo loco adeſt conſuetudo, vt poſt publicationem poſſint examinari teſtes, nam hanc conſuetudinem valere dicunt *Soccin.d.reg.403.fall.11.Campeg.reg.176.fall.3.& reg.268.fall.57. & 62. Gabriel d.concluſ.21.num.*
130 107.Contrarium tamen quod dicta conſuetudo non valeat per *tex.in cap.feries in fine* ibi: *non obſtante illa conſuetudine, vt puta iura contraria &c.de teſtibus.*

131 Limita 58.Quando ſtatuto contrarium diſponeretur. *Soccin.reg.403.fall.12. Campeg.reg.268. fall.57. Præſ.Corradi tit.de teſtibus* rubr. *de recep.* poſt *term.num.47.Berlich.d.concluſ.40.n.17.*

Licet contrà de iure verius eſſe teneat *Anan.in d.cap.feries num.4.de teſtibus.*

132 Limita 59.In eo, qui ad producendum teſtes eſt impeditus teſtes producere facto aduerſarij, vel Iudicis. *Gabriel d.concluſ.21.nu.41. Surd.conſ. 8.num.5.& ſeqq.& conſ.173.num.10.lib.2.*

133 Limita 60.In eo qui didicit teſtificata dolo partis aduerſæ, quæ vt illum excluderet à teſtium nouo examine, procurauit, vt teſtificata didiceret, nā non debet ſibi dolus, & fraus patrocinari. *cap.ſedes de reſcript. Marian.in d.cap.fraternitatis num.62.ad med.* verſ.*nam forte, de teſtibus.*

134 Limita 61.Quando Iudex publicationis, ſeu concluſionis in cauſa interloquutoriam reuocauit, nam tunc nihil eſt, quod impediat aliorum teſtium examen, ſecundum *Marian.in cap.fraternitatis num.24. de teſtibus Soccin.reg.403.fall.45. Campeg.reg.268. fall.17. Menoch. q.35. num.14. & ſeqq.*

135 Limita 62. In eo qui licet didicerit teſtificata, & percunctatus fuerit teſtificata, eorum tamen oblitus eſt *Campeg.reg.268.fall.32. Gabriel d.concluſ.21.num.123.Præſ.Corrad.tit.de teſtibus rubr. de recept.*poſt *term.nu.47.*

136 Limita 63.Quando probata intentione actoris reus vult probare ſuam exceptionem, nam tunc publicatio non obſtat. *Gabriel d.concluſ.21. num. 114. Campeg.d.reg.268.fall.48.* Maximè in pro-
137 batione exceptionis peremptoriæ *Gabriel d.concluſ.21.num.126.Gail.obſ.205. num.16.* Verum
138 hęc limitatio non procedit, ſi poſt publicationem reus vellet probare exceptionem directè, contrariam probatæ intentioni actoris, nam hoc non poteſt. *Lanfranc.de teſtibus num.36.verſ. quod eſt intelligendum.*

139 Limita 64. In probatione abſentiæ, quia tunc etiam publicatio non obſtat *Nell.de teſtibus nu. 223.caſ.11.Corrad.tit.de teſtibus rubr.de recept.poſt term.nu.47.*

140 Limita 65.Quando ſententia eſt lata ſecundū conſilium ſapientis, ſic puta dictante ſtatuto, nam tunc quia talis ſententia non tranſit in rem iudicatam, ideo nec etiam obſtat publicatio *Crot.de teſtibus num.266.* & ibi *addit.lit.R.verſ.& ad id.*

141 Limita 69.In teſtibus excommunicatis, vel alias

alias inhabilibus examinatis antè publicationem & nulliter, nam ceſſante excommunicatione, & inhabilitate poſſunt illi ijdem iterum examinari, & repeti, vel etiam alij examinari *Gabriel d. concluſ. 21. num. 120. & ſeqq. Corrad. vbi ſup.*

142 Limita 67. Vt licet teſtes non poſſint examinari poſt publicationem, examinati tamen faciũt indicium, & præſumptionem, nam poſſunt induci ad præſumptionem, vel indicium tantũ faciendum *Gabriel d. concluſ. 21. nu. 134. Corrad. vbi ſup. num. 47. in fine Cent. de teſtibus num. 269.*

143 68. Minor, & Eccleſia, mulier de *Iure* noſtro Neap. Ciuitas, oppidum, poſt publicatas atteſtationes per reſtitutionem in integrum, poſſunt alios teſtes producere *Soccin. reg. 498. fallit. 27. Hart. Piſtor. p. 1. q. 12. num. 8. & ſeqq. Myſing. cent. 6. obſ. 56. num. 12. & in cap. fraternitatis de teſtibus num. 19. Farinac. d. q. 75. n. 240. Campeg. reg. 268. fall. 28. Rulan. d. de commiſſ. p. 1. lib. 6. cap. 2. nu. 14. Berlich. d. concluſ. 40. num. 23. & 46.* qui *num. 50.* extendit hos caſus, etiam ad ius Saxonicum. *Borrell. d. tit. 9. num. 24. & ſeqq.* quamuis contra, quo ad teſtes de iure communi dicat *Gratian. diſcept. 158.* Plures ex his limitat. adducunt vltra relatos *DD. Tuſc. lit. T. concluſ. 29. Pellegr. in praxi p. 2. ſect. 2. ſubſect. 8. & alij.*

144 An, & quando teſtes poſt concluſionem in cauſa poſſint examinari, quando poſt renunciationem factam à parte, quando poſt publicationem factam in prima inſtantia, poſſint examinari in cauſa appellationis. Quando poſt publicationem, non tamen dedicitis teſtificatis, quando poſt publicationem poſſint examinari ſuper titulo, aut poſſeſſione, quando in primis articulis fuit capitulum de præſcriptione, & è contrà, quando poſſint examinari poſt publicationem, quando ante publicationem inducti fuerunt nulliter, & non ritè examinati, quid quando teſtes fuerint rite recepti, examinati, eorum tamen publicatio eſt nulla, an, & quando poſſint alij examinari, vel ijdem repeti, quid ſi publicatio minus rite ſit facta. Quid in cauſa matrimoniali. Quid in cauſis criminalibus. Reſtitutio in integrum, an, & quando concedatur maiori, minori mulieri, aut alijs quibuſcunque ad examinandũ teſtes poſt publicationem, diſputat latiſſimè *Farinac. de teſtibus q. 75. per totam.* Quando teſtes an-
145 te litem conteſtatam, & ad perpetuam rei memoriam in iudicio ciuili ex parte actoris examinari poſſint, & examinati, quid, & quando probent, quid ex parte rei, quid ſi ſint Senes, valetudinarij, & diu abfuturi, in criminalibus, an & quando poſſint examinari ante litem conteſtatam, & de ipſorum requiſitis latè diſputat *Idem Farinac. q. 76. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtes non debent examinari per Notarium, ſed per illum cum mandato Iudicis, alias nulliter examinantur, & num. 2. & 3.*

4 *Quid ſi Notarius dicat in examine, illos receptos de mandato Iudicis? & n. 9.*

5 *Inualide recipiuntur per procuratorem fiſcalem, & num. 6.*

7 *Nec fiſcalis poteſt carcerare, & num. 8.*

10 *Nec teſtes poſſunt recipi per iudicem ipſum, ſed per actuarium, ſeu notarium, & quid de Iure Neap. & num. 11. & num. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. & à nu. 20. ad n. 25.*

26 *Teſtes examinati per Notarium allegatum ſuſpectum, an nulli? & n. 27. & 28.*

29 *Teſtes examinati die feriata, an & quando probēt? & à n. 30. ad n. 34.*

35 *Teſtes examinati poſt terminum, an, & quando probent? & à n. 39. ad n. 61.*

62 *Teſtes debent examinari ſecretè, & ſingulariter, & à n. 63. ad n. 69.*

70 *Teſtes non examinati per extenſum, an probent? & à n. 71. ad 75.*

76 *Teſtes debent examinari coram Iudice competente.*

77 *Debent ſe ſubſcribere.*

78 *Quando poſſint per ſcripturam deponere? & à nu. 79. ad n. 84.*

85 *Indebite torti an probent? & n. 86.*

An teſtes poſſint examinari per Notarium, ſine mandato Iudicis, an per ipſummet Iudicem, an per Notarium allegatum ſuſpectum, an die feriata, an extra terminum, an debeant examinari ſecrete, an debeant deponere per extenſum, an probent examinati in iudicio nullo, an poſſint deponere per ſcripturam, & an indebite torti probent?

QVÆSTIO VIII.

1 TEſtes non poſſunt examinari per Notarium, ſeu Actuarium, ſinè Iudicis mandato per *tex. in cap. 8. de teſtibus, & atteſtat Farinac. de teſtibus q. 77.* vbi declarat *Afflict. dec. 245. num. 8. Anna ſing. 4. De Angelis in C. in l. 2. C. de magiſtrat. num. 5. Berlich. lib. 1.*
2 *concluſ. 8. nu. 22.* Ideò ſi examen fuerit receptum per Notarium ſine mandato Iudicis, & ſequatur rei confeſſio, illi non præiudicat *Boſſ. tit. de confeſſ. num. 14. Maſcard. de probat. concluſ. 344. nu. 6. & concluſ. 348. num. 52. & ſeqq. & concluſ. ſeq. num. 6. lib. 1.* vbi alios allegat *Farinac. de reo confeſſ. & conuict. cap. 6. q. 81. num. 43.* Verum talis confeſſio
3 ſubſtinebitur in vim confeſſionis extraiudicialis, & ob id facit indicium ad torturam. *Farinac. d. q. 81. num. 48.*

4 Fallit tamen illa concluſio, ſi Notarius aſſeneret in examine, per illam clauſulam ſolitam apponi (*de mandato iudicis*) quia tunc ſibi crederetur, & confeſſio rei coram eo emanata, noceret. *Ang. in l. 1. num. 5. C. de conf. Marſil. in pract. crim. §. poſt quam num. 17. Farinac. d. q. 82. num. 46.* vbi teſtatur de praxi, *Berlich. ſup. n. 23.* quamuis contrà dicat *Afflict. dec. 317. Guid. Pap. deciſ. 126.* vt nec ſufficiat, ſi ipſe fidem faciat de tali commiſſione, ſequitur *Muſcatell. in praxi p. 5. gl. ſuſpectorum in addit. lit. E.* quam opinionem veriorem exiſtimo, & *Vrſill. ad Afflict. ibid. num. 3.* dicit, quod nec ex conſenſu partium poteſt Actuarius examinare,

ſine

Digitized by Google

ſine commiſſione iudicis poſt Cotta in memoral. verb. notarius non poteſt diximus q.2.nu. Et ſi examen eſt commiſſum faciendum per Capitaneum, non poteſt fieri per locuntenentem. Henr. Bon.ſing.verb. delegatio num.13.vbi dicit, examinationem teſtium non poſſe ſubdelegari. Muſcatell.ſup.

5 Sie etiam nullum eſt examen, & proceſſus receptus per procuratorem fiſcalem, qui minime habet facultatem deferendi iuramentum teſtibus & ob id ipſi teſtes pro non examinatis habentur, vt poſt Caravit.in rit.115.nu.7. & Marſil.in conſ. 4.in fine Burſatt.conſ.192.num.35.vol.2.Guazzin. defenſ.1.cap.6.num.2.& defenſ.14.c.1. nu.3.Burg. de modo proced.ex abrupt.tent.1.q.19.num.4.quod 6 procedit etiam in repetitione, nam ſi teſtes ſint examinati per Iudicem ordinarium, non poſſunt repeti per procuratorem fiſcalem Burſatt.d.conſ. 192.num.37.Guazzin.defenſ.1.c.6.nu.1. vbi pro hac re affert bullam Pij IV. & ſeruari dicit in Curia Romana, licet aliquando per aliquos Procuratores fiſcales contrarium tentatum fuerit obſeruari, & male, cum vere fiſcus nullam babeat iuriſdictionem, niſi fuerit ſibi à Principe, vel conſuetudine cōceſſa Pereg.de iure fiſci lib.1.tit.1. n.12.Caualc.de brach.reg.p.4.n.146.& 328.Maur. Burg.de modo proced. ex abrupt.q.19.num.4.

7 Nec etiam Procurator fiſcalis poteſt aliquem carcerare facere per modum iuriſdictionis, ſed tantum per modum prouiſionis, vt late probat Cauale.de brach.reg.p.4.num.325. & ſeqq. Vbi tamen videtur limitare in Procuratore Cęſaris, & Summi Pontificis ſub num.327. & ſeqq. Et ſub n. 345. & ſeqq. ponit etiam caſus, in quibus per modum prouiſionis capturam concedere valeat. Guazzin.defenſ.1.cap.6.num.4.vbi dicit in Curia non concedere capturam, niſi de mandato Papę, vel Sacræ Conſultæ.

8 Adſunt tamen aliqui fiſcales, qui habent ex conceſſione Principis iuriſdictionem, quibus eſt conceſſa facultas carcerandi, pro vt eſt Florentiæ, & Mediolani.Caualc.d.p.4.num.241.& ſeqq. Guazzin.defenſ.5.c.1.nu.4.in fine.

9 Bene tamen faceret Iudex ſi examen teſtium ipſo præſente reciperetur, & non fideret actuario, tunc quia ipſe videret, qua trepidatione deponeret ad tex.in l.3. verſ.tu magis ſcire potes ff. de teſtibus Alber.de maleſic.in tract.de teſtibus c.7.nu. 52.Ant.Scapp.de Iure non ſcript.lib.3.cap.51.num. 15.Maximè in cauſis arduis criminalibus Couar. var.lib.2.cap.13.num.10.Baiard.q.26.num.13.Carauit.in rit.157. num.1. & 2. latè Farinat.q.77. cap.4.nu.175.Et ego pluries expertus ſum, aliquos malos Scribas, & Actuarios, in capiendis informationibus, ex pecunia, vel comendatione alicuius Potentis, vel contra inquiſitum, vel pro, ſcripſiſſe quidquid voluerint, vel prætęrijſſe id, quod deſeruiebat pro fiſco, vel contra fiſcum. Vnde aduertant Iudices, nè fident eorum conſcientiam, & honorem ſcribis quibuſcunque, ſed ipſimet informationes capiant, cum ſine dubio aliquo decipientur.

gibus, vbi in fine, quod iure conſulti id fecerunt
permiſſu Principis; nam Princeps ſemper iubet
leges ſeruari *l.3. §.diuus ff.de ſepulc. violat.* Nec
eſt credendum, Principem, qui iura tuetur, velle
euertere leges *l.ſi quando ff. de inoffic.teſtam.* nec
alicui committere talem poteſtatem, niſi de eo
appareat *d.l.fin.C.de legib.* per quæ iura ita te-
net *Theſ.in præfat.ad deciſ.n.32.*

12 Et ſententiæ Senatus, etiam *Rotæ Rom.* non
habent vim legis, *Ant.Cuch.lib.1.inſtit. Maiorat.*
tit.1.num.20.Euerard.de loco argum. in loco ab au-
thor. num.10.Cagn.in rubr.num.26. ff.de reg.iuris
Scacc.de ſent.& re iudic.gl.14.q.24.nu.8.

13 Et licet Sententiæ Senatus reuerenter ſint ſer-
uandæ, vt dicit *Gama dec.228. Aff.dec.190. Scac.*
de ſent. gl.14.d.q.24.

14 Et ſit iudicandum pro vt Senatus iudicauit *l.*
filius ibi: *ſic inueni Senatum cenſuiſſe ff.ad l. Cor-*
nel.de falſ.Ludouic.dec. Lucenſ.3. num.50. & 52.
vbi inuehit contra Caſarellum Aduocatum Ro-
manum, qui ſolitus erat dicere: *Rota rotat Aff.*
deciſ.45.n.fin. & dec.169.num.5. Finell.in l.2.2.
p.c.4.num.2.Parlador.lib.2.rer.quotid. cap.fin.5.p.
§.26.num.7.ad fin.& lib.3.differ.10.nu.27. Quia
Rotę deciſiones faciunt communem opinionem
Zerol.in praxi Epiſc.p.1.verb.Rota Tribunal.

15 Non tamen debent iudicare, niſi ſecundum le-
ges, vt dicit *Parlador.ſup.* declarando, quod dicit
Guid.Pap.d.dec.29. & eſt *tex.* formalis, qui non
recipit canillationem *in d.l.proferendum §. & ſi*
quidem ſup.allegata C.de iudic. quæ eſt directa
Præfecto Prætorio, igitur ſi Præfectus Prætorio
hanc poteſtatem non habet, quomodo volunt
eam vſurpare noſtri Senatus, licet Supremi.

16 Nec officit, quod in illo Senatu adſit ſtatutū,
vel in reſcripto Iudicis adſit clauſula, quod *pro-*
cedatur ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & fi-
gura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, nam tales
clauſulæ important ſolum remiſſionem ſollemni-
tatum figuræ iudicialis, & excludunt apices Iu-
ris *Cornax.dec.158.num.1.Bologn.conſ.36. num.5.*
Roman.conſ.519.Barboſ.in clauſ.176. num.11. nec
17 per ea verba remittuntur ſubſtantialia ad veri-
tatem eruendam, vt poſt *gl.Bar.in extrauag.qui ſunt*
rebelles verb.*ſine ſtrepitu* dicit *Zabarell.clem.di-*
ſpendioſam num.42.& ſeqq.de iudic. Oldrad.conſil.
115.Barboſ.ibid.Tuſc.lit.C.concluſ.366. nu.4. nec
18 tollunt legitimam exceptionem *Bar.in extrauag.*
ad reprimendum verb.*videtur col.fin.Raudenſ.conſ.*
9.num.104.& 211.Aſin.in praxi §.3.cap.3.Oſaſch.
deciſ.2.num.1. Raud.conſ.20. num.51.52. Barboſ.
ſup num.20.

19 Et licet per dictas clauſulas attendantur pro-
bationes, etiam non concludentes *Bal.in l.ſolam*
in fine C.de teſtib. Aretin.conſ.84.& 147.Raudenſ.
20 *21.num.215.* & releuetur à forma iudicij à Iure
ciuili inducta *Raudenſ.d.conſ.21.nu.234.* Tamen

te-

Digitized by Google

tenetur ſeruare figuram iudicij iure gentium, vel
naturali ratione ioductam Grammat.conſ.90.num.
34. Oſaſcb.dec.1.num.15. vbi dicit, quod ex dictis
verbis ſunt ſublata ea, quæ reſpiciunt ſollemoi-
tatem iudicij, non quæ factum, & defenſionem
partium ex clem.ſæpe, & refert plures DD. Rau-
denſ.d.conſ.21.num.234. Alias neſciret reus, quo
modo, & à quibus ſe defendere valeret, ſi Iudex
non deberet iudicare ſecundum allegata, & pro-
bata, vt dicit, & bene Becc.conſ.114.num.45. &
ſeqq. Rota Rom. apud Poſtium dec.238.nu.8. in fi-
ne Barboſ.d.n.20. Tuſc.lit.C.d.concluſ.366.
21 Facit pro hac opinione Ariſt.lib.2. Polit.cap.8.
vbi dicit: & non ſecundum legem ſcriptam iudicare,
ſed ſecundum quod ſibi videtur periculoſum eſt Bal.
in l.cum quidam §.ſuum num.2. ff.de acquir.hered.
quod veritas occultata in iudicijs non ſufficit, ſed
apparens probationibus, & præſumptionibus le-
galibus requiritur, quia veritas quæ veſtimentis
legalibus non induitur non habetur pro veritate,
Eccleſ.cap.11. priuſquam audias nè iudicaueris quē-
quam, quem refert cap.fin.in fine 15.q.8. Paul.ad
Corint.1.cap.4. nolite ante tempus iudicare, putà an-
te captam informationem, faciunt etiam tex.in
cap.13.2.q.1. & c.23.q.4. Deuth.cap.13. vbi poni-
tur ſimilis clauſula, de qua ſup. & iterum c.17. ta-
men addit probationem, & modum probandi, &
excludit probationem imperfectam, probāt hanc
ſententiam vltra D.Thom. & alios Theologos ſup.ci-
tatos in princ. Leſſ.de Iuſtit. & Iure lib.2. cap.29.
ſub dub.10.num.94. & ſeqq. Clau.Reg.lib.12.cap.8.
num.20. & 22. Bonacin.de legib. & decalog.diſp.
10.q.2.punct.2.num.5. quos citat, & ſequitur D.
Melius pract.obſeruat.obſeru.127.nu.49. Nec Bar.
22 in d.l.vnic.in fine C.vt quæ deſunt aduoc. dicit id,
ad quod allegatur, nā dicit contrariū, dum dicit,
quod Iudex inferior à lege non debet iudicare
ſecundum conſcientiam ſuam, ſed ſecundum al-
legata, & probata: & certum eſt, quod Supremus
Senatus non eſt ſupra legem, nec eius dicta habēt
vim legis, quinimo ſubijci legibus, & decretis do-
municalibus, ergo non debet iudicare ſecondum
conſcientiam Senatorum, ſed ſecundum allegata,
& probata.
23 Idem eſt ſi alicui Iudici remitteretur, vt pro-
cedat ſecundum conſcientiam, tunc debet intelligi
de conſcientia lege munita, ac publica, & ſic de
ea, quæ habet vel publica perſona, tanquam Iu-
dex, non autem ſecundum conſcientiam priuatā
Alex.conſ.218. vol.2. Bal.conſ.298. num.7. lib.1.
Corn.conſ.137.lib.2. Pariſ.conſ.15.num.21. vol.4.
Hippol.conſ.15.nu.17. Zaſ.conſ.10. in fine Sanch.
de matr.lib.3.diſp.8. ſub num.4. verſ.2. Melius ſup.
n.49. in fine.
24 Bene verum non ſolum Iudices Supremi Se-
natus, ſed & quilibet alij poſſunt inſtruere eorū
animum ad iudicandum ex aliquibus cauſis, etiā
extrà proceſſos, ex tex.in cap.cum ad ſedem in
fine de reſtit.ſpoliat. ibi: quod præſumendum eſt pro
ſententia iudicis, qui motum animi ſui potuit ex cau-
ſis alijs informare conducit tex.cap.cumſam 14. de
ſent. & re iudic. ibi: qui tamen iudicis animus non
ſemper ad vnam probationis ſpeciem inclinatur, & l.
cunctos populos C.de Summa Trinit. & fide Cathol.
ibi: motus animi noſtri, & in l.41. ff.ad l.aquil. ibi:
ad ſuſpicionem iudicem adducant, & l.ſi fideiuſſor
§.fin.ff.qui ſatiſd.cog. Addit plura Crauet. conſil.
198.num.11. Affl.dec.28.num.5. Corn.conſ.198.n.
11.vol.1. Securius tamen eſt Iudicem inſtruere
animum ſuum ex actis iudicialibus cap.in præſen-
tia 6.de renunciat.
25 Sic etiam ſi Iudex pro veritate eruenda acce-
dat ad locum alicuius differentiæ, tunc poſſet iu-
dicare ſecundum id, quod vidit, & non ſecundum
allegata, & probata gl.in cap.quoniam verb. ad
locu de præſcript. quia inſpectio ocularis omnes
alias probationes ſuperat Cornax.deciſ.24. num.
4. Natta conſ.236. num.3. & eſt tex.in l.ſi irruptio-
ne in fine, & ibi gl.ff.fin.regun. Sed hoc caſu iu-
26 dicat ſecundum proceſſum, licet iudicet ſecun-
dum quod ipſe nouit, omiſſis alijs probationibus,
quia conſtat iudici, vt iudici ex quo iudicialiter
datur inſpectio oculorum, non autem, vt priua-
tæ perſonę, atque ità intelligit Bar.d.§.veritas Ro-
der.Suar.l.poſt rem not.3.num.4. ff.de re iudic. de
qua inſpectione tractāt Gaill.lib.1.obſ.26. num.9.
Franch.dec.322.n.7. Puz.conſ.43.num.4. Pudil.in
l.2.n.72. C.de reſcind.vendit. Trauched.conſul.36.
27 Similiter ſi ex confeſſione coram iudice viua
voce facta, ille ad ſic iudicandum inclinatur Bal.
in l.1. propè fin.C.de vind.libert. Felin.in cap.cum
venerabilis num.42. de except. Paris, & Alban.in
add.ad Bar.in d.§.veritas. Quod eſt intelligendom
ſi ex abſentia Notarij, vel negligentia non ſit re-
dacta in actis, ſecus ſi Iudici, vt priuatæ perſo-
næ, vt dixtinguit, & probat Conar.d.c.1. num.9.
ſequitur Maſcard.de probat. concluſ.949. num.5.
Sperell.dec.95.n.19.
28 Si verò Iudex certo ſciat ex ſua conſcientia,
reum per falſos teſtes eſſe conuictum, & illum
eſſe innocentem, tunc, ſi adhibitis omnibus cau-
telis, vt cognoſcat illos eſſe falſos, non poſſit
illum liberare, etiam admouendo accuſatorem,
vt deſiſtat, debet conſulere Principem, alias re-
nunciare officium. Luc.de Penna in l.2. ſub num.
14. C.de tab.ſcrib. & c.lib.10. Couar.var.lib.1.cap.1.
num.3. & ſeqq. Mich.Sal. & Dom.Thom.2.2.q.67.
Sed debet cauere ne illum dimittat, quia graui-
ter erraret Scacc.de iudic.lib.1. cap.97. ſub num.
159. Eman.Sà in aphoriſm.verb.Iudex Filluc.tract.
29.cap.2.num.32. & 33. & tract.40.cap.6.q.5.nu.
170. Bonacina tom.1. circa octauum decal.præcept.
diſp.10.q.2 punct.2.num.2. & 3. Card.de Lugo de
iuſtit.diſp.37.ſect.14. Buſſembau Medull. Theolog.
moral.l.4.c.3.dub.1.art.4.reſp.4.
29 Si verò Princeps, conſultatione, & excuſa-
tione ab officio non obſtante, vellet, vt Iudex il-
le ſententiam proferāt, tunc poteſt cum mæſtitia
illum condemnare, & in his terminis loquitur
communis opinio, de qua in princ. Scacc.de ſent.
& re iudic.d.gl.14.q.8. num.49. & 50. vbi dicit,
quod tunc Iudex debet ante condemnationem
deponere ſcrupulum conſcientiæ, quia eo non
depoſito peccaret, ſi illum contrà conſcientiam
condemnaret, & eo caſu debet deponere officium
& abſtinere omninò à condemnatione, & omnia
mala pati ex Luc.de Penna ſup.nu.14. Abb.in d.§.
quia vero ſub n.8.
30 Licet non deſint DD. dicentes, non teneri Iu-
dicem officium deponere, nec in totum, nec ad
ſem-

Digitized by Google

tempus, quamuis teneatur pro aliquo tempore
ſuperſedere in cauſa, ad finem, vt veritas in lucem
prodeat contrà teſtes, ità *Caietan.* & *Petr. de
Aragon. in* 2.2. *D. Thoma q.*67. *art.*2. *Sot. lib.*5. *de
Iuſtit. q.*4. *art.*2. *Tolet. in ſumma lib.*5. *q.*57. Couar.
31 *lib.*1. *var. c.*1. *n.*2. Tamen *Diana* modificando
prædicta, mediam viam eligendo *p.*5. *tract.*4. *reſol.*
22. verſ. *ſed quid*, tenet quod ſi Iudex poſt prędi-
ctas diligentias, aliquod graue damnum paſſurus
eſſet, ex depoſitione officij, non teneretur illud de-
ponere.

32 Summus verò Princeps, qualis eſt Papa, &
Imperator, qui poſſunt ſupplere de facto, ſi vel-
lent iudicare ſecundum conſcientiam, poſſent.
*Cyn. in l.*1. *ſub num.*3. *C. vt quæ deſunt aduoc.* Qua-
lis eſt etiam Princeps omnis, qui poteſt conde-
re, & reuocare leges *Couar. d. cap.*1. *num.*7. *verſus
finem* latè *Scacc. d. gl.*14. *q.*8. *num.*54. & *ſeq.* vbi id
dicit verum, ſi Princeps abſoluat innocentem,
alias per falſos teſtes nocentem repertum, eum
poſſit illi gratiam facere, ergo multo magis ab-
ſoluere, ſecus ſi velit condemnare innocentem,
probatum per teſtes, licet ipſe contrarium ſciat,
nam tunc videretur facere iniuſtitiam, à qua de-
bent Principes abſtinere Vide *Scacc. loco cit.* nam
nullus melius illius, materiam hanc exagitat per
veros Iuris terminos, tam in foro fori, quam po-
li. *Valaſc. in Iudice perfecto rubr.*14. *annot.*3.

33 Eodem modo, quando Iudex priuata ſcientia
nouit aliquem eſſe nocentem, ſecundum verò al-
legata, & probata iuridice apparet eſſe innocen-
tem, non poteſt illum condemnare, cum tenea-
tur iuris ordinem ſeruare, & ordo Iuris eſt, vt
non condemnetur reus, qui ſecundum allegata,
& probata conſtat, quod ſit innocens, cum ille
non habeat poteſtatem derogandi legibus Supe-
rioris, quod procedit ſiue ſermo ſit de ordine
iuris humani, vt dicit *Sayr. in claui reg. lib.*12. *cap.*
8. *n.*21. Siue de ordine Iuris gentiũ, vt dicit *Leſſ.*
34 *ſup. cit. n.*95. Nec Supremus Iudex hoc facere
poteſt, ea ratione, quia agitur de fauore rei, qui
habet ius defenſionis, cum probatio teſtium ad
ſui defenſionem competat reo de Iure naturæ
Clem. Paſtoralis §. *rurſus de ſent.* & *re iudic. Sayr.
d. lib.*12. *cap.*8. *num.*20. Et Princeps diſpenſare
non poteſt in his, quæ ſunt Iuris naturæ, ergo
non poteſt nocentem necare, probatum innocen-
tem per teſtes, alias peccat mortaliter, & ad re-
ſtitutionem obligatur, ità *D. Thom.* 2.2. *q.*67. *Leſſ.
vbi ſup. num.*102. *Sayr. ibid. num.*26. *Buſembau. d. l.*
4. *cap.*3. *dub.*1. *art.*4. *reſp.*3. *Filluc. tract.*28. *c.*8. *qu.*
4. *num.*131. *Bonacina d. diſp.*10. *q.*2. *punct.*2. *nu.*5.
Aragon. 2.2. *q.*62. *art.*2. Bene tamen Princeps, &
Reſpublica poteſt damnare innocẽtem pro ſalu-
te Regni, vel Reip. vt probat *Larrea alleg.*114.
*lib.*2.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſit publicatio teſtium, & ſcripturarum?*
2 *An ſententia valeat non facta publicatione teſtium? & à n.*3. *ad num.*7.
8 *Quid in criminalibus? & à n.*9. *ad n.*26.
27 *An teſtes non publicati probent, & quando? & à n.*28. *ad n.*44.

Publicatio proceſſus, an ſit de ſubſtantia iudicij?

QVÆSTIO XI.

1 SEptimo aliqui pro ſubſtantiali Ordinis
Iudiciarij, ponunt publicationem proceſ-
ſus, & teſtium, quæ dicitur manifeſtatio
facta partibus de dictis teſtium, *gloſ.* per
tex. ibi *in auth. de teſtibus* §. *quia verò multi Rodeig.
de modo vid. proceſſ. c.*8. quod intelligitur parte pu-
blicationem proceſſus, & teſtium petente; nam
ſi Iudex, tunc non facta publicatione, procede-
ret, ſententia ſecundum ipſos, non valeret *Hoſt. in
ſumma de ſent.* §. *qualiter* verſ. *duodecimus gl. in c.
fin.* verb. *iudicij de haeret. in* 6. *Maranta in ſpec.
diſt.*9. *num.*22. *Caualcan. de teſtibus p.*4. *num.*121.
& *ſeqq.* Vbi dicit, quod Iudex denegando dictam
publicationem, faceret litem ſuam, & *p.*5. *n.*132.
*Dom. Molius obſ.*127. *nu.*38. & *ſeqq.* qui teſtatur
de *Iure* Mantuano *in rubr. de teſt.* & *eorum dicto, &
iuram. Vin. dec.*32. *n.*3.

2 Verum ex dictis concludi poteſt, quod etiam
petita, & denegata publicatione, ſi ſententia fer-
retur, valeret, ſi modo à denegatione publicatio-
nis non fuiſſet appellatum, nam proceſſus reſpectu
Iudicis ſemper dicitur publicatus, & reſpectu
partium publicatio dicitur de ordine iuſtitiæ nõ
de ordine ſubſtantiali iudicij, *tex.* eſt *in cap. fin.
de haeret. in* 6. vbi eſt caſus, quod dicta teſtium
non publicantur, & fertur ſententia, quod non
poſſet fieri per Papam, ſi eſſet defenſio de iure
naturali, ex *clem. paſtoralis de re iudic. Gratian. di-
ſceptation. forenſ. cap.*561. *num.*24. *Epiſcopus Pel-
legr. in praxi Vicar. p.*2. *ſect.*2. *ſubſect.*3. *num.*38.
Innoc. in cap. cum I. & *A. de re iudic. Guid. Pap. q.*
586. & 369. *in fine Capic. dec.*1. *nu.*33. *Alex. conſil.*
120. *num.*7. *lib.*7. *Rota dec.*16. *in antiqu.*31. *Vant.
hic num.*40. *Alex. Stait. in pract. cap.*38. *nu.*31. *Mi-
ſing. obſ.*52. *cent.*4. *Guazzin. defenſ.*35. *cap.*2. *Ma-
ranta in ſpec. tit. an iudicium ſit ſuper petitorio, vel
poſſeſſorio num.*22. *Aff. in conſtit. Pacis cultum num.*
45. & *in conſtit. vniuerſos an.*5. & *in cap.*1. §. *item
ſi vaſſallus num.*4. *de controuerſ. inueſtit. Gallup. in
praxi q.*2. *cap.*26. *num.*2. *Reg. Marin. ad Reuert. dec.*
263. *num.*2. *Cald. de modo articul.* & *probandi gl.*3.
§.1. *num.*35. *Menoch. de arbitr. caſ.*33. *Dom. Prat. ad
Muſcatell. in praxi p.*6. *gl. partes Reg. Sanfel. in pra-
xi ſect.*57. *ſub num.*2. *Dom. Maiorana in opo praxi
crim. fol.*161. *num.*5. *Dom. Petra in tit.*72. *num.*4.
*Poſtius de manut. obſ.*95. *Pax. de tenut. c.*2. *nu.*27.
*c.*7. *num.*49.

3 Nam ſi denegatio, & iudicis interloquutio
huiuſmodi, diſplicebat, pars debebat appellare,
& non illi tacitè acquieſcere *cap. ex parte de ap-
pell. l.*1. *C. ſi ſæpè in integr. reſt. poſtul. Rungnell. de
appell.* §.2. *cap.*3. *n.*949. *Farinac. de teſtibus q.*175.
*num.*7. *Marcheſ. de commiſſ. p.*1. *de commiſſ. appell.
ab interloq. fol.*1211. *num.*117. Si ergo proprio
4 facto illam (acquieſcendo) confirmauit, parere
habet neceſſe *l. fin. C. de ſent. quæ ſine cert.* & *l. ab
eo C. quomod.* & *quand. l.*1. *C. de poſtul. l.*5. *C. de iu-
riſdict. omn. iudic.*

Digitized by Google

5 Sed poſt quandocunque ante ſententiam appellari *Bar.& alij in l.prolatam C.de ſent.interloqu. omnium iudic.Ripa reſp.5.num.3.de conſtit.& ſtatut. Canalc.d.p.4.ſub num.122. Guazzin.defenſ.29. c.2.& defenſ.37.c.2.n.3.*

6 In aliquibus locis ſunt ſtatuta mandantia ſine ſollemnitate, vel ſine partis inſtantia, teſtes ipſo iure intelligi publicatos,tranſacto certo limitato tempore,vt firmat *Caualc.de teſtibus p.4.nu.124.in fine*, vt eſt de *Iure* noſtro Neap.ex *prag.* incip. *curſu dilationum*,quo dicitur in cauſa publicatum eo ipſo, quod dilationes datę ad probandum, ſunt finitæ. *Calà de modo articul.gl.3.§.1. nu.35. Muſcatell.vbi ſup.lit.B.*

7 Si verò aliud eſſet introductum de ſtylo alicuius Curiæ,ſcil.vt fiat publicatio in cauſa altera parte inſtante, & alia requiſita, nam ſi ſolita eſt fieri publicatio ad partis inſtantiam, tunc erit facienda, tanquam de ſubſtantia,& concernens defenſionem, ità limitat *Afflict.in conſtit. pacis cultũ num.45.* verſ.*tunc dico, quod eſt de ſubſtantia*,refert, & ſequitur *Cauenſ.in prag.curſu dilationum num.4.*verſ.*ex quibus infertur*, pro quibus benè facit *tex.in l.prolatam* ibi: *ſolitum C.de interloqu. omn.iudic.* Calà *ſup.n.36.*

8 In criminalibus verò publicatio proceſſus offenſiui eſt omninò neceſſaria, adeo quod ille, cui non eſt decreta copia proceſſus,neque eſt datus terminus defenſionis, non poſſit condemnari *Clar.q.61.& 48.in princ. Caualcan.de teſtibus p.4.q.124.* verſ.*at in criminalibus, & in tract.de brach.reg.p.4. num.210.* dicit, quod publicatio proceſſus offenſiui non ſit de ſubſtantia, etiam in criminalibus, ſed bene oblatio copiæ proceſſus ſit, & *p.5.n.133.*vbi teſtatur de praxi *Pract. Papienſ.in forma publicationis teſtium in princ. nu.1.Ioſ.Ludouic.dec.Lucenſ.4.nu.3. Guazzin.defenſ.22.cap.1.num.7.Greg.Lopez in l.37. tit.16.p.3 gl. dene Auendan.reſp.1.num.8.in fine Paz in pract.8. temp.n.141.Azeued.in l.10.tit.6.nu.4.*quod eſt de *Iure Hiſpano per l.3.tit.16.lib.4.recopil.*vbi *Azeued. num.77.* alias eſſet tollere defenſionem,indiciorum copiam denegando,vt latè tradit *Ant.Gomez tom.3.var.cap.13. num.21.* Clar.*ſup.q.49. Rodrig. de modo vid.proceſſ.cap.8.n.12.Pellegr.in praxi Vicarior.p.4.ſect.9.an.8.*

9 Et eo magis procedit, ſi proceſſus non fuerit publicatus eidem iudici, qui tulit ſententiam, quia teſtes eſſent examinati ab alio iudice, & ipſis teſtibus non lectis, neque viſis, protulit ſententiam, vt dicatur nulla, vel ſaltim veniat annullanda, poſt alios *Mrnoch.de arbitr.q.33.nu.6. Guazzin.defenſ.35.c.2.n.4.*

10 Et quamuis per confrontationem factam de teſtibus cum reo,dicatur proceſſus publicatus,ſeu dicantur publicata acta teſtium. *Bar.in extrauag. ad reprimendum* in verb. *& figuram Baiard. ad Clar.q.48.n.8.*

11 Tamen debet fieri ſollemnis publicatio proceſſus,per traditionem copiæ eiuſdem proceſſus, vt poſſit oſtendi Aduocatis, & Procuratoribus, & ſub dicto proceſſu diſputari *Marſil.in pract. crim. §.poſtquam n.5.Foller.in pract.crim.* in verb. *& facta litis conteſtatione num.10.Conrad.in pract. tit.denegatio crim.n.6.Ambroſ.de modo form.proceſſ. lib.3.cap.1. num.2.* & ob id non dicitur ſatisfactum publicationi proceſſus per dictam confrontationem in criminalibus, licet contrarium teneat *Caualc.de teſtibus p.4.ſub nu.123.* verſ.*Item ſcias reus quod.*

12 Verum ſciendum eſt, quod publicatio eſt duplicis ſpeciei, vna dicitur pronunciatiua, altera inſinuatiua, pronunciatiua eſt illa,quando Iudex dicit *publicamus*, inſinuatiua verò eſt, quando dicta teſtium ſunt partibus inſinuata, & lata, & maxima eſt differentia inter vnam, & aliam, quia in prima non impeditur noua teſtium productio, & repetitio eorundem teſtium, ſecus eſt in altera inſinuatiua *Bal.conſ.152.nu.5. Guazzin. defenſ.22.c.1.n.1.*de qua re diximus *ſupra* quando teſtes poſſint examinari poſt publicationem.

13 Antequam reo publicetur proceſſus, ſolet citari inſtigator,vel accuſator ad ſubminiſtrandum alia, & quęcunque indicia, & probationes,ſiue ad probandum quidquid vult,& poteſt etiam per omne genus probationis *Clar.q.48.num.1.Foller. in pract.crim.* verb.*fiat publicatio n.3.* Et ſi ipſe
14 inſtet ſibi dari terminum ad probandum, Iudex debet ſuperſedere in publicatione proceſſus *Ludouic.dec.Lucenſ.1.n.4.Baiard.q.49.n.7.*

15 Solet etiam oſtendi proceſſus abſque alia publicatione, vt poſſit coadiuuare intentionem fiſci, & indicia ſubminiſtrare, ſed Notarius, ſeu Actuarius non poteſt ei originalem proceſſum dare, ſecundum communem opinionem atteſtatam per *Io:de Amic.conſ.106. num.7.* & per *Baiard.q.46.n.6.*

16 Et quo ad publicationem, ſolent Iudices, ſi plures eſſent imputati de eodem crimine, & aliqui ſe conſtituant in carceribus, & alij ſint abſentes,proceſſum non publicare,niſi prius fuerint abſentes condemnati *Ant.Gomez tit.de delict.c.1. ſub num.28.*verſ. *vnum tamen eſt Angel de maleſic.* in verb.*aduertas tamen num.2.* vbi *Auguſt. in addit.in princ.Caball.cuſ.75. num.11.* vbi teſtatur de praxi, prout teſtatur de praxi Curiæ Romanæ *Guazzin.defenſ.22.c.1. num.8. Clar.q.49.num.7. Ant.Scapp.de Iure non ſcript.lib.5.cap.154.n.14. & ſeqq. Baiard.d.q.49. num.31. Caualc.de brach. reg.p.4.n.157.*vbi dicit hanc eſſe veram,& tutiorem praxim.

17 Sic etiam ſi reus eſſet imputatus de pluribus delictis,& ſuper quibuſdam non eſſent planè aſſumptæ informationes, neque eſſet proceſſus cõpletus,non tenetur iudex dare proceſſus copiam, neque illum publicare ſuper alijs delictis, de quibus fuit proceſſus completus, nè continentia cauſarum diuidantur, vt per *Io:Ludouic.dec.4.n.*
18 *4.& ſeqq.*Et licet ipſe *Ludouic.*loquatur in cauſis connexis, vel annexis,tamen verum erit in alijs pluribus delictis penitus ſeparatis,cum omnia vnico proceſſu, & ſententia debeant expediri,vt dicit ſeruari *Guazzin.d.defenſ.22.c.1. n.9.*

19 Quo ad neceſſitatem publicationis, tam in cauſis ciuilibus,quam criminalibus,ego omnium Iuriſconſultorum minimus ſic diſcurro.Si publicatio teſtium non fieret, examinatis teſtibus, auferretur parti defenſio,nam ſi non publicarentur illi, non poſſent impugnari, & repulſari, tam quo ad perſonam, quam quo ad dicta, ſed aufer-

ri

ti defenſio non poteſt, cum hoc repugnet iuri
naturali *vulgat.Iuribus*, publicatio fit, quo ad
duos effectus 1.vt dicta ipſorum fidem faciant,vt
per *DD.in l.ſolam C.de reſcript.* 2.vt valeat teſtea
illos repulſare,igitur ſi Iudex,petita publicatio-
ne non obſtante,procedit ad ſententiam, nulliter
procedit.Tenentes contrariam opinionem dicũt
non eſſe nullam, ſed contra ius litigatoris, qui
poterit ex grauamine appellare, & hoc ex du-
plici ratione, prima quia ſententia poteſt eſſe
ſine teſtibus, quando adſunt confeſſiones, & in-
ſtrumenta, vt diximus, Sed quando non
adſunt,nec confeſſiones, neque inſtrumenta, ſed
adſunt teſtes tantum,tunc Iudex non poteſt ſen-
tentiam ferre,nulla habita ratione atteſtationum,
ac ſi teſtes non eſſent examinati,alias eſſet nulla,
tanquam contineus manifeſtam iniquitatem *Fe-
lin.in c.intercætera* ver.3. *cõcluſio de re iudic.Nat-
ta in addit.ad Alex.conſ.*105.*lib.*3. *in* verb.*proba-
tiones.* 2.quia nos loquimur non de ſententia la-
ta ſine teſtibus, ſed cum teſtibus, ſed non publi-
catis, & dicti teſtes licet non publicentur parti-
bus, ſunt tamen ſemper noti Iudici, vt per *gl.in
cap.fin.de hær.in* 6.*Matth.ſing.*38.& eſt in iudicis
arbitrium dare fidem teſtibus *l.*3.*ff.de teſtib.*ibi:
*quanta fides.&c.*Ego ad has duas reſponſiones re-
plico, poſſe Iudicem hoc facere, ſed ſequi duo
inconuenientia 1.quia idem eſt, ac ſi Iudex pro-
tuliſſet ſententiam abſque teſtibus abſolute, cum
teſtes non publicati fidem non faciant, & ſic Iu-
dex non poteſt dare fidem atteſtationibus, quam
non habent *Alex.conſ.*82. *num.*23. *lib.*3. Ideò ſi
ſententiam proferat ex dictis atteſtationibus à
iure reprobatis, illa erit nulla, vt per *Bal.in l.li-
bertorum C.de teſtib.Afſl.dec.*77.*num.*5. *Maranta
p.*6. verſ. *& demum fertur n.*139. 2.inconueniens
eſt,nam auferuntur defenſiones, cum non publi-
catis atteſtationibus pars non poſſit vti repulſa,
vt per *Bar.in tract.ad reprimendum* verſ. *& figura
num.*15.*Capic.deciſ.*55.*n.*3.*Afſl deciſ.*351. *num.*2.
21 & in iudicio quantumcunque ſummario, defen-
ſiones tolli non poſſunt, vt in *clem.ſapè de verb.
ſignif.* in terminis noſtri *cap.deteſtantes Paris de
Put.de ſyndic.* in verb.*ſententia cap.*2.*ſub num.*12.
enumerans ſubſtantialia iudicij, quæ hodie ſer-
uantur ſecundũ diſpoſitionem *d.cap.*inquit, quod
publicatio debet fieri, quia alias reo aufertur ius
22 defenſionis. Secus ſi examen teſtium non eſſet
factum,nam tunc non requiritur publicatio,nam
non adeſt quid publicandum,cum non entis non
ſint qualitates *l.eius ver. quoniam ff.ſi certum pe-
tat.l.*4.§.*condemnatum ff.de re iudic. cum concord.*
23 Si vero eſſet facta publicatio atteſtationum,
ſcil.pars viderit dicta teſtium, licet non ſit factũ
decretum: *publicentur* tunc ſi pars fuerit illa per-
cunctata, & ad repulſam admiſſa, tunc non erit
nullitas,in terminis magnus practicus *Muſcatell.
vbi ſup.in gl.Partes, & in add.lit.B.Grauat.ad Ve-
ſte.in praxi lib.*7.*cap.*1.*num.*22. *Pax de tenut.c.*7.
*n.*6.*&* 21.*Poſtius de manut.obſ.*95.*n.*4.*&* 7.
24 Verum *Aſin.in praxi iudic.*§.3.*c.*10.*num.*2. *&*
2.Aliter dixtinguit,vt ſi à parte non ſit petita,
non ſit nullitas, ſi petita, & iudex denegauit, &
dixtinguit, ſecundum vnam opinionem,ſi pars
petijt, & Iudex denegauit, & ad vlteriora pro-
ceſſit non conceſſa publicatione, & proceſſus eſt
nullus. Secundum aliam opinionem, vt non ſuffi-
ciat publicationem à iudice petere, ſed à dene-
gata publicatione appellare, & tunc proceſſus
non erit nullus *Idem Aſin.ibid.num.*3.*&* 4.ſequi-
tur *Fenzon.ad ſtat.Vrbis c.*78. *num.*5. *&* 6. poſt
*Vant.bin num.*40. *Did.Perez in.rubr.tit.*11. *lib.*3.
*ordin.col.*155. quę reſolutio diſplicet *Suar.de Paz
in praxi* 1.*tom.p.*1.*temp.*8.*n.*136. verſ.*hæc tamen*,
nam ipſe dicit: ſi publicatio eſt de ſubſtantia iu-
dicij,eius omiſſio vitiat actum, & proceſſum
reddit nullum, nec opus eſt appellatione, per
*tex.in l.*1.*ff.quæ ſent.ſine appell. & in cap.*1.*de
ſent. & re iudic.* ſi igitur debet appellari, reſpi-
cit ius petentis, & ideo eius omiſſio non vitiat.

25 De *Iure hiſpano ex l.*1.*tit.*8.*lib.*4.*recopil.* eſt de
ſubſtantia iudicij publicatio, quia verba ſunt
concepta per oblatiuum abſolutum, & ideo in-
ducunt conditionem *l.à teſtatore,*vbi *Bar.& cæte-
ri ff.de condit.& demoſtrat.* quæ conditio induxit
formam *l.mæuius ff.eod.* & omiſſio formę reddit
actum nullum *cap.cum dilecta de reſcript. Suar.vbi
ſup.*quamuis *Rodrig.de modo vid.proceſſ.cap* 8. *nu.*
11.verſ.*cæterum* contrarium dicat, niſi pars bis
petat publicationem fieri poſt *Perez in l.fin.tit.*
4.*lib.*3.*ordinam.in gl.*verb.*el proceſſo.*

26 In Curia Romana, & Parlamenti Pariſienſis
non vitiare omiſſionem publicationis, dicit *Ga-
ill.obſ.*105.*num.*1.poſt *Guid.Pap.d.dec.*586.*Fari-
nac.q.*75.*c.*1.*num.*5.verſ.*quarto quæro, & ſeqq.Lu-
douiſ.dec.*535.*nu.*11.*Rot.recent.dec.*205. *n.*1.*p.*3.
*Poſt.d.obſ.*95.*nu.*1.

27 Difficultas hic eſt, an teſtes non publicati
probent,Regula eſt negatiua,quod non probent,
ſecundum *Butrigin.l.geſta c.*ibi *Bar. C.de re iudic.
Iaſ.in l.*2.*C.de edend. Diaz.reg.*758. *in princ.Boſſ.
in tit.de oppoſit.contra teſtes nu.*28. *Vin.opin.*932.
*num.*4.*Montic.in reper. tes* rubr. *publicari debent
depoſitiones fol.*181.

28 Quę regula ampliatur 1.procedere etiam in
Curia Romana *Vin.d.opin.*932. *num.*13. *&* 14.
*Gabriel conſ.*40.*num.*46.*lib.*1.

29 2.Et præſertim procedat, quando ſumus in
diuerſo iudicio, nam tunc propriè teſtes non
publicati non probant, pro vt loquitur *tex.in d.
l.geſta C.de re iudic.*poſt antiquiores *Menoch.de
arbitr.lib.*1.*q.*33.*nu.*7.*& ſeqq.* vbi teſtatur de cõ-
muni *Viu.opin.*933. *Montic. vbi ſup.fol.*181. *Ga-
briel d.conſ.*40.*nu.*45. *lib.*2. Verum quod teſtes
30 non publicati probent, etiam in alia inſtantia,
& coram diuerſo iudice,dicunt *Dec.in l.*2.*nu.*60.
*C.de edend.ibid.Cur.iun.num.*93.*in fine.* Verum
31 *Farinac.de teſtibus q.*75.*c.*4.*num.*12.*in fine,*dicit
communiorem eſſet primam opinionem.

32 Quod ſi teſtes non fuerint publicati coram
illo iudice,à quo fuerint examinati, non poteſt
ille iudex illos publicare, ad hoc vt probent
*Bar.in d.l.geſta num.*3. *in fin. C. de re iudic.* poſt
alios *Viu.opin.*932.*nu.*6.*&* 7. Sed quod ad hoc,
33 vt teſtes non publicati coram vno iudice,pro-
bent coram alio, poſſit publicatio fieri ab illo
iudice, coram quo quæritur probatio, tenet *Bar.
in d.l.*2. & ibi etiam *Cuman.ff.de iudic.ſolus In-
noc.in c.albericus de teſtib.Felin.in c.I. & A.n.*4.
ad med.de re iudic.

34 4. Vt teſtes ſint etiam publicandi in cauſa
matrimonij, quando agitur de illud diſſoluendo,
vt per *Monticell.in repert.teſt.* rubr. *publicari de-
bent depoſ.f.*181.*col.*2.ver.*antepenul.*
35 5. Vt teſtes non publicati pereant perempta
inſtantia, quod an verum ſit, eſt videndus *Bal.in
d.l.geſta num.*5. & ibi etiam *Caſtr.num.*3. *C. de
iudic.*
36 6. Vt teſtes non publicati non probent, nec
etiam ſemiplenè, *Corrad.in pract. num.*5. *Crauett.
conſ.*134.18.*Viu.opin.*932.*nu.*55.*Montic.ubi ſup.*
37 Limitatur tamen dicta regula. Primo non
procedere quando ſumus coram eodem iudice,
qui teſtes examinauit, nam dicta teſtium ſunt
ſemper publicata iudici examinanti, vel exami-
nari mandanti, & ideo coram eo, etiam non pu-
blicati probant *Butr.in cit.l.geſta col.* 2. & ibi
*Bar.& Paul.de Caſtr.C.de re iudic.Rip.in l.*2. *num.*
30.*C.de edend.* quamuis in contrarium faciant ra-
tiones deductę per eundem *Rip.ibid.n.*29.
38 2. Vt idem ſit in iudice ordinario, vel de-
legato, ſucceſſore, & ſubrogato in locum illius,
qui teſtes examinauit, nam, & coram eo etiam
non publicati probant ſecundum *Bal.in d.l.geſta
num.*4.*C.de re iudic.Viu.opin.*932. *num.*9. Sed li-
39 cet diximus *ſup.ampl.*3. quod teſtes non poſ-
ſint publicari, niſi ab illo iudice, qui illos exa-
minauit, veritas tamen eſt, quod poſſunt publica-
ri ab illius ſucceſſore, vel ſubrogato ſecundum
eundem *Bar.in d.l.geſta nu.*13. *C.de re iudic.Rip.
in d.l.geſta num.*13.*C.de re iudic.Rip.in d.l.*2. *nu.*
32. verſ.*illud debet intelligi C. de edenda Viu.d.
opin.*932 *num.*9.& 11. Et ſic coram iſto Iudice
ſucceſſore, & ſubrogato, teſtes non publicati nō
probant, niſi ab eodem iudice fuerit facta pu-
blicatio *Aretin.in cap.cum cauſam quæ num.*8.*de
teſtibus.*
40 3. In cauſa, prout dicunt *DD.* Succedanea, &
ſic in iudice appellationis, nam hoc caſu ſicut te-
ſtes non publicati, probarunt coram primo iudi-
co, ità etiam probabunt coram ſecundo *Bal.in
d.l.geſta num.*4. *C.de re iudic.Caſtr.in l.*2.*num.*14.
*Iaſ.num.*14.*Iaſ.num.*21.*Rip.num.*31.*Curt.iun.nu.*
98. *Cagnol. num.*83. *C. de edend. Viu.opin.*932.
*num.*8.
41 4. In teſtibus ſenibus, & valetudinarijs, &
alijs receptis ante litem conteſtatam, & ad per-
petuam rei memoriam, nam hi etiam non publi-
cati probant *Bal.in l.*2.*num.*21.& ibi *Iaſ.num.*21.
& 31.*C.de edend.Viuius d.opin.*932.*n.*10.& 12.
42 5. In teſtibus mortuis, vel alias in longinquis
partibus, exiſtentibus, nam, & ibi etiam non
publicati probant *Iaſ.in l.*2.*num.*20. *Rip.nu.*31.
C.de edend. Pract. Corrad.tit.de teſtibus rubr. *de
non publicatis n.*51.*fol.*140.
43 6. De conſenſu partium teſtes non publicati
probant coram quocunque iudice *Butr.in d.cap.
cum cauſam quæ col.*2.& ibi etiam *Imol.col.*2.*Fe-
lin.n.*14.*de teſtibus.*
44 Quod licet teſtes non publicati non probent
coram alio iudice, pars tamen aduerſa compel-
litur pati, vt iterum producantur, & examinen-
tur *Butrig.in d.l.geſta,* & ibi *Bal.poſt num.*4. *C.de
re iudic.Rip.in l.*2.*num.*32.*C.de edend.Farinac.d.
q.*75.*c.*1.*per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Dilationes, an, & quando ſint de ſubſtantia Iudi-
cij? & a n.*2.*ad n.*8.

An dilationes ſint de ſubſtantia Iudicij?

QVÆSTIO XII.

1 OCtauo, an dilationes ſint de ſubſtan-
tia iudicij, dicimus reſolutiuè, quod
non, nam ſiue petitæ fuerint, ſiue non,
ſententia, dilationibus non conceſſis,
lata, valebit, cum ſint media cauſę, & eius partis
non autem conſtitutionis concernant, ac proba-
tiones abſque termino, & dilatione fieri poſſint,
ideò ſi non fuerint petitæ non eſt quid imputan-
dum iudici, ſi petitæ fuerint, & denegatę impu-
tatur parti, quæ non appellando acquieuit, pro
vt concludit *Bar.in l.prolatam,* quamuis *ibi gl. &
Bal.* videantur tenere contrarium. Nam, vt ſen-
tentia dicatur lata cauſa cognita, ſatis eſt quod
feratur parte præſente, vel citata *l.in cauſæ* §.*cau-
ſa cognita ff.de minor.* & quod non ſint de ſub-
ſtantia dicit *tex.in l.cum a nobis* ibi: *& ea tributa
2 non ſit C.de dilation.* Et de cauſa poteſt Iudici,
etiam per aſſertionem partium liquere, *l.fin.C.
ſi per vim, vel alio modo.*
3 Imò ſi dilationes non dentur, vel dentur mi-
nus breues, non eſt proditum remedium nullita-
tis, ſed appellationis, vt in *cap.*1.*de dilation.*&
ex eo quia dilatio non eſt ordinis ſubſtantialis
*Spec.in princ.*2.*partis.* Quę maximè procedunt, ſi
4 pars non petat, cum iudex dilationes dare non
teneatur, niſi petenti per *tex.in l.*1. ibi: *poſtulanti
dare conuenit* C.*de dilation.* & *l.*2. & ibi *Bal.* C.
et iuſta cert.temp. Bal.in l. cum a nobis C. *de di-
lation.*
5 Quæ etiam procedunt, ſi ſtatutum daret cer-
tam formam ſuper dilationibus dandis, nam hu-
iuſmodi ſtatutum intelligi debet parte petente,
vt eſt *gl.*& ibi *DD.in l.ſi curatoris in* verb. *habe-
res* C.*de iure delib.* & *d.l.*2. C.*ſi intrà certum
tempus,* & facit *l.*4.§.*hoc autem,* & ibi *Bar.ff.de
6 damn.infect.* Cum, vt diximus, probationes poſſint
fieri abſque dilatione, ſecundum *Bar.in l.in crimi-
ne ff.de adulter.& l.vnius* §.*cognituram ff.de quæſt.
Bar.& alij in l.fin.ff.de ferijs Alex.conſ.*181.*lib.*2.
Capic.*dec.*1.
7 Verum *gl.in clem.ſæpè* in verb. *litis conteſtatio-
nem de verb.ſignific.* dicit, dilationes deliberato-
rias, ſi petantur, eſſe de ſubſtantia iudicij. *Sera-
phin.dec.*1134.*n.*1. qui dicit eū totum non poſſe
omitti, etiam quod iudici data ſit facultas proce-
dendi nullis terminis obſeruatis *Rot.dec.*2. *de
reſcript.in nou. & deciſ.*15. *eodem tit. in antiquis
Mantua dec.*254.*num.*1.*Farret.conſ.*359.*num.*8.
Aſin.in praxi §.15.*c.*3.*num.*4. & 5. *Caſtill.deciſ.*
8 48.*num.*1.& 2. Sed ſubſtinetur proceſſus ſi tales
termini fuerint reiterati in citatione ad ſenten-
tiam *Seraphin.dec.*1296. *n.*5. *Nig.de execut.ſent.
cap.*6.

cap.6.§.10.num.6. Alia ad materiam hanc,quando dilationes ſint de ſubſtantia iudicij, diximus q.2.ibi dicta videat lector.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad reprobandum teſtes, & ſcripturas, an & quando debeat concedi? & an illius omiſſio cauſet nullitatem? & d. n.2.ad n.32.*

33 *Reſtitutio in integrum ad pinguius probandum, an, & quando debeat dari perſonis priuilegiatis? & num.34.35.36.*

Terminus ad reprobandum teſtes, & ſcripturas, an ſit de ſubſtantia iudicij, ſicut,& reſtitutio in integrum aduerſus probationes non factas in iudicio?

QVÆSTIO XIII.

1 TErminus ad reprobandum teſtes, & inſtrumenta in omnibus cauſis debet cōcedi, etiam ſummarijs *Aff.deciſ.351.*
num.2. ad *tex.in cap.licet de probat. c. quoniam in princ.vt lit.non conteſt. cap.præſentium de teſtibus l.ſi quis teſtibus* C.de *teſtibus Menoch.de arbitr.q.32.num.6.*Crauet.*conſ.840.num.9.* Card. *Tuſc.lit.P.concluſ.871.num.30.*Cartar.*dec.17.nu.*
2 *10.Vin.deciſ.380.nu 25.*ex *rit.Sicil.134.& 136. & 171.Carau.in rit.73.n.7.*etiā vbi Iudex procederet ex ſuo arbitrio poſt *Io.de Plat.& Imol. Imbrian.de repulſa conſid.1. num.73.* etiam in illis, in quibus de Iure, & de facto proceditur *Vin.d.dec.380.num.26.* & ſine figura iudicij.*Bar. in conſtit.ad reprimendum* verb. *ſine figura nu.15. Alb.in cap.veniens il 2.num.10.de teſtib.* Cala *de modo articul.gl.3.§.1.num.33.*vbi ſic dicit ſeruari in noſtro Regno, ex *prag. incip.curſu dilation.* ea ratione, quia colligitantis defenſionem reſpicit Carauit.*in rit.71.num.4. rit.144. num.8. Muſcatell. in praxi par.6.gl.partes nu.18. Vin.dec.32. n.3.Milan.deciſ.6.num.5.lib.2. Menoch.d.q.32.n.*
3 *1.Capic.dec.55.num.3.*quid quid contra,in cauſis ſummarijs,& in quibus proceditur ſinè figura iudicij,dicant *Crau.conſ.42.num.8. Marſil.in rubr.de probat.num.445 Roman.ſing.388. nu.2.* ea ratione, quia ſi concederetur,non eſſet ſummariè procedere, ſed magis ordinariè.
4 Sic inſtrumenta ſi præſententur poſt terminū, debet pars citari, vt probent *Bal.in l.iudices 4. not.C.de fid.inſtrum.Marſil.ſing.81. Caualcan.dec. 21.num.79.p.1. Maranta in ſpec.p.6. tit.de prod. Inſtr.num.18.& 35.Cephal conſ.77.num.51. Hondid.conſ.34.num.77.vol.2.Vin.deciſ.118. num.9. Maſcard.de probat.concluſ. 9.6.num.151. Tuſc.lit. P.concluſ.781.nu.7.& 27.Verall.dec.99. alias 3.*
5 *nu.1.p.3.*& illi conceditur copia, & terminus ad impugnandum,ſi petatur, alias eorum productio non ſubſiſteret *l.fin.C.de fide inſtrum. Caual. dict. deciſ.21.num.40.Capic.dec.68.Muſcatell.in praxi gl.præſentata p.7.num.16.Ruginell.de appell.§.10. gl.5.num.4.Menoch.conſ.2.nu.369.Cartar.dec.17. num.6.& 7.Gratian.diſcept.159. num.25. Vin.d. deciſ.118.num.10.& deciſ.32.num.5. Cumia ſuper rit.Sicil.40.num.246.& rit.75.num.104.Ant.Sala in decret. Sabaud.tit.de oppoſit. contrà formam extrinſecam inſtrum.gl.nu.3.Tuſc.lit.P. concluſ.871. num.14.& ſeqq.*alias non probant *Honded.conſil. 34.n.78.Rota diuerſ.dec.445.p.1.*

6 Id procedit in ciuilibus, ſed in criminalibus parte etiam non petente dari debet terminus ad reprobandum *Aff.in conſtit.pacis cultum 5. nu. Foller.in praxi crim.1.p.2.p.* verſ. *facta litis conteſtatione nu.8.Maſull.ad Capic.dec.82. nu.5.* Quia debet iudex indefenſos defendere *l.ſi non defendatur. ff.de pœnis Ambr.deciſ.Peruſ.50.nu.26.p.2.* Quod in criminalibus debeat concedi reo repulſa contra teſtes examinatos per fiſcum, dicunt *Clar.q.53.num.1.Maranta in ſpec.p.6. act.13. n. 16.Foller.idem in pract.* rubr.*concedatur repulſa. Scacc.de iudic.lib.1.cap.97. num.91. Guazzin.defenſ.28.cap.7. & ſeqq. Conciol.reſol.crim.* verb.*repulſa reſol.1.& 2.Maſull.ad Capic.dec.82.n.5.*

7 Quibus poſitis, quæſtio eſt, an ſententia ſit nulla non dato termino ad reprobandum, & repulſandum, quem pars petijt? Et eſſe nullam dicit *Maſcatell.d.gl.partes nu.14. Verall.dec.149. p.3.*ea ratione, quia petito termino,& non conceſſo omnia acta indè ſecuta ſunt nulla *Clem.paſtoralis* verſ.*ceterum de re iudic.clem. ſæpè* verſ.*non ſic de verb.ſignif.Ponte conſ.59.num.2. Purpurat. conſ.151.Sola ad decret.Sabaud.tit.de concluſ.in cauſ.gl.1.num.5.Aff.in conſtit.ſi quis in poſterum num.9.Maſull.ad Capic.deciſ.81.num.2. in fine,* Et *Imbrian.in tract.de repulſ.conſid.1.num.75.*dicit, quod ſi ſit petita repulſa, & non conceſſa, Iudex ad torturam reum perducat, & confiteatur, talis confeſſio eſt nulla,vbi *nu.76.*id intelligit,ſi reus aduerſus teſtes contra ſe examinatos, poſſet opponere inimicitiam Capitalem, quia ex tali repulſa non potuiſſet torqueri.

8 Quod non ſit nulla dicit *Triuiſ.dec.54. lib.1.* vbi deciſum refert *Anguiſſol.conſ.199. Imbrian. de repulſa conſid.1. num.72. Muta ad conſuet.Panorm.14.* ea ratione, quia obiectus contra teſtes, & inſtrumenta non ſunt de ſubſtantiali ordine iudicij, ſed de iuſtitia eiuſdem, quorum omiſſio, aut denegatio iudicium, & ſententiam, nec reddunt nullā, nam ſi exceptiones, & iura repellat Iudex, quæ ad defenſionem faciunt, ſententia contra ius litigatoris eſt ad *tex.in cap.ſuborta, & cap.cum l.& A.de re iudic.Triuis d.dec.54. nu.3. Pellegr.in praxi Vicarior.p.4. ſect.13. num.2.* qui bonam rationem non affert,& ſententia ſine pro-
9 bationibus validè ferri poteſt *Menoch.de arbitr. q.33.nu.11.Aff.dec.28.& dec.47.n.1.*

10 Item ſi dilationes non dentur, aut nimis breues dentur, nullitati locus non eſt, ſed appellationi *cap.1.de appellat.Vant.hic nu.42. Cauagnol. ac decret.Mantuſ.21.n.3. Carp.ad ſtat.mediol.24. n.16.* Sic denegato parti petenti hoc termino ad repulſam teſtium,ſententia non eſt nulla.

11 Sed *Vin.dec.380.num.27.& dec.32.*dicit non eſſe nullam ipſo Iure,ſed iniuſtam,& iniquam, quia contra ius litigatoris, nam adhibuit ſcripturas Iudex, quæ non probant, denegato parti petenti termino, vt diximus *ſup.*& ſententia ex probationibus fertur *Marſ.in rubr. C.de probat. num.*

Digitized by Google

num.67.Maſcard.de probat. q.1.num.11. Verum
12 *Giurba dec.26.num.10.* dixtinguit, aut terminus
repulſę petitur per actorem, aduerſus teſtes, &
inſtrumenta rei, Aut à reo. Primo caſu ſententiā
eſſe validam dicit, ea ratione, quia ſi actore in-
ſtaure eſt concluſum in cauſa, cenſetur renunciaſ-
ſe omni termino, defenſionem eius reſpicienti
poſt *gl.in cap.ſignificauerunt* verb.*liquere de teſti-*
bus cap.cum dilectus verb.*concluſus de fid.inſtrum.*
cap.auditis de proc.c.fin.de reſtit.in integr. Aſin.in
praxi §.23.cap.1.Couar.pract.cap.20. num.8.Aze-
ued.in l.2.tit.5.lib.5.recopil. Cupic.dec.35. in fine
& alios.
13 2.Caſu de Iure communi ſententia non erit
nulla ex *Triuſ.& Anguiſſol.ſup.Muta num.7.* licet
iniuſtam, & contra ius litigatoris illam appellet
Vin.dec.32.& 380.n.25.& 26.
14 De *Iure* verò *Siculo ex rit.134.* tunc petenti
reo, debet dari ab actore terminus ad repulſam,
alias ſententia erit nulla. *Muſcatell.d.p.6.gl.par-*
15 *tes num.14.* eo maxime, quia Siculi *DD.* dicunt
omnia à *ritu* diſpoſita eſſe de forma, & cum *ritus*
134.136. & 171. vſi fuerint verbis illis; *detur*
terminus eius petitio, & denegatio, vti contrà *ri-*
tus formam, ſententiam annullat *Cumia in cap.*
Ritus 76.num.107. vbi dicit tale terminum de-
bere dari, etiam ſi non petatur.
16 Si vero reus talem terminum non petat, ſen-
tentia, illo non concesso, lata, non eſt nulla, nō
obſtantibus *dictis ritibus*, quia terminus ad repro-
bandum datur petenti. *Caualc.de teſtibus p.4.nu.*
201.ex l.2. C.vt intrà certum tempus crim.quæſt.
term.l.1.C.de dilat. & diximus *ſup.q.2.Muſcatell.*
in praxi p.6.gl.momentum n.8. loquens de *Iure*
Neap.*ex rit.73. & d.prag.11. de ordin.iudic.* nec
datur repulſa, niſi petatur *Foller.in pract.crim.gl.*
& ſi confitebantur p.3.num.50. cum ſeqq. Caualc.
d.p.4.num.209.Intrigl.ſing.24.lib.3.Muta in con-
ſuet.Panorm.cap.14.num.3. Imbrian.in tract. de
repulſa conſid.1.num.71. dum id probat de *Iure*
noſtri Regni Neap. ex *rit.71.& ſeqq.& prag.in-*
17 *cip. curſu dilationum*, nam quod lex ad alicuius
commodum ipſo iure factum cenſeri ſtatuit, in-
telligitur ipſo petente, & declarante *Tiraq.in l.*
ſi vnquam gl.reuertatur num.10.C.de reuoc.donat.
Menoch.conſ.1014.num.7. Giurba dec.13.num.8.
dec.14.nu.8.dec.21.n.14.
18 Maxime ſi citatus reus ad proceſſus collatio-
nem, nec reclamauerit, terminum petens ad re-
pulſam. *Felin.in cap.Eccleſia S.M.de conſtit. Ga-*
briel tit.de ſent.conclaſ.9.n.12. Cumia rit.7. num.
127. Vel ſi fuit habita copia atteſtationum, vel
aliorum actorum, & non fuit petitus terminus
ille *Intrigl.d.ſing.24.Cumia d.c.14. n.3.* nam hoc
caſu videtur renunciare exceptioni contrà teſtes
& inſtrumenta *Cranet.conſ.140.nu.5.Aſin.in pra-*
xi §.19.c.5.Lim.12.nu.1.1. Cancer.var.lib.1.cap.
20.de teſtibus num.21. & 23. Monter.dec.12.nu.
56.Amat.dec.24.num.27.Triuſ.dec.2.n.12.lib.2.
Burg.de modo proced.ex abrupt.q.5.n.280.
19 De *Iure* Siculo ex *prag. Comitis Alaæ dieiſ.15.*
Sept.1589. omnes ſcripturæ ab extra ſunt præ-
ſentandæ parte citata, aliàs ſententia eſt ipſo iure
nulla, & ideo de actis illæ ſunt *Guid.Pap.deciſ.*
141.Bologn.in l.2. num.29.C.de edend. ideo, vt
20 probent debet concedi terminus reprobatorius
ex *Bart.Marſil.& alijs Giurb.dec.26.num.4.Intri-*
gl.dec.44.num.11.dec.14.nu.15. Idem Giurb.dec.
36.num.2. vbi alios refert Contrà qua ſcripturæ
21 ab extra non vim probationis, ſed ad ſolā Iudi-
cis inſtructionē præſentātur à parte *Carauit. in rit.*
283.n.1.Cauſ.rit.239.Intrigl.conſ.13.n.101.Cu-
mia rit.39.n.71.& de ſyndic.c.16.n.10. pro reſolu-
22 tione Conſiſtorium in hac re dixtinguit, Aut
dictæ ſcripturæ præſentantur tempore quo ſupe-
reſt de inſtantia, & tunc dari debet terminus ad
reprobandum, non quia ſint de actis, ſed ne frau-
dibus via aperiatur, aut eo tempore, quo finita
eſt inſtantia, & tunc aut decurſa eſt inſtantia,
quia in vltimo eius die concluſum fuit in cauſa,
& tunc non debet dari, aut decurſa concluſi tem-
pora, non erat inſtantia, quia concluſum in
cauſa fuerit per dies aliquos ante lapſum inſtan-
tiæ, conputato biennio à die litis conteſtatæ, ad
diem, quo præſentatæ ab extra ſunt ſcripturę, &
tunc terminus reprobatorius non debet denega-
ri, latè *Giurba d.dec.36.*
23 Sunt autem plures caſus, in quibus talis ter-
minus reprobatorins non datur, primus eſt in
cauſis ſummarijs, illis ſcil.quę expectant aliam
ſententiam poſt ſe, vt eſt v.g.iudicium poſſeſſo-
rij ſummariſſimi, alimentorum in cauſa ordina-
ria filiationis &c. nam tunc non admittitur re-
pulſa, cum pręiudicium, quod forte infertur per
tales probationes, poteſt reparari in alio iudicio
magis pleno *Lambert. de Iure patr.p.1. quæſt.*
prinæ.2.lib.Fariaac.q.62.num.200. Capic.dec.55.
Cumia in cap.Ritus 38.num.18.19.& 36. & cap.
81.in fine Vrſill.ad Aff.dec.351.n.1. Couar.pract.
cap.17.num.4. verſ.7. Anna alleg.84. num.10. &
ibi *add. Nepita ad conſuet.Catan.tit.38. num.25.*
Muta in conſuet.Panor.cap.14.num.16. & in cap.
regni rit.133.num.4. Scaglion.in rit.73. Calà *de*
modo articul.gl.3. §.1.n.72. vbi de tertio compa-
rente pro ſuo intereſſe. *Meno.h.de arbitr. lib.1.*
q.32.num.11. vbi loquitur de hærede miſſo in
poſſeſſionem vigore teſtamenti non aboliti, nec
cancellati ex *l.fin.C.de edicto D.Adr.toll. Berlich.*
lib.1.concluſ.28 num.17. & ſeqq. Poſt. de manut.
obſ.96.Pellegr.in praxi p.2.ſect.2.ſubſect.9. num.8.
24 Secus eſt ſi cauſæ ſint ſummariæ, ſed ſunt ta-
les ex earum natura, non quod ſint præparatoriæ
ad aliud iudicium ordinarium, vt ſunt cauſæ ſa-
larij, mercedis, penſionum domorum, & ſimiles,
nam in eis datur repulſa, quia tractatur de ma-
gno, non leui præiudicio, cum grauamen non
poſſit reparari in alio iudicio. *Imbrian.de repulſa*
conſid.3.num.7.& ſeqq.& nu.32. R.Reuit.in prag.
11.de ordine iudic.Reg.Sanfel.in praxi ſect.57. nu.
13. & ſic deciſum per S.C. refert *Mutil.in praxi*
S.C.fol.74. num.22. Cumia ſuper rit.38. num.17.
Ludouic.dec.Perus 86.Aff.dec.351. num.9. Fari-
nac.q.65.num.203.& 207.Burg.de modo proced.ex
abrupt.q.5. num.272. qui num.275. ſic intelligit
Oſaſch.d.dec.1.nu.11.Grauat.ad Veſtr.lib.5. conſ.
in fine Intrigl.ſing.210.lib.2. q.62. num.193.Se-
raphin.de priuil.Iuram.priuil.12.in fine ſimplici-
ter aſſerentes in cauſis ſummarijs non debere cō-
cedi teſtium repulſam. *Pellegr.ſup. verſ.limitatur.*
25 Non tamen conceditur in his cauſis, quando
appa-

apparet, repulſam eſſe petitam per calumniam, & ad dilatandum *Menoch.d.q.32. num.4. Affl.d. dec.351.n.6. Grauat.ad Veſtr.vbi ſup.n.54. Farinac. d.q.62.n.147.& 204. Aſin.in praxi §.3.c.34.n.4.*

26 E contrà io cauſis illis ſummarijs, quæ expectant aliam ſententiam poſt ſe, ſi appareat de reprobatione, & repulſa teſtium ex inſpectione eorundem actorum ab actore productorum, quia tunc benè admittitur *Menoch.d.q.32.nu.10. Farinac.d.q.62.num.10.* ea ratione quia hæc repulſa eſt notoria Iudici, & notorium non ſubiacet regulis iuris, *Burg.ſup. num.277. Maſull.ad Capic. dec.55.num.3.* vbi exemplificat etiam in teſtibus inimicis capitalibus.

27 2. Caſus in quo non competit repulſa eſt quãdo pars non ſe proteſtauit ante publicationem *cap. præſentium de teſtibus Ludouic.dec.Peruſ.86.n. 4. Maſull.ad Capic.dec.55. num.4. Imbrian.de repulſa conſid.1.num.35.& ſeqq.* ea ratione, quia per talem proteſtationem remouetur præſumptio illa calumniæ, in petitione dictę repulſæ, cohęrens. *Imbrian.ibid. Muſcatell.in praxi p.6. gl.momentum n.4.& 5.* quod non eſt de Iure Saxonico, vt dicit *Berlich.lib.1.concluſ.38.n.8.& ſeq.*

28 3. Caſus eſt in cauſa crimiois læſę maieſtatis blasfemiæ, hæreſis, manifeſti vſurarij, & in alijs, de quibus *Imbrian.d.tract.conſid.3.per tot.* vbi poſitas, & alias declarat. *Anna ſing.67. Grom.conſ. 15. R.Rouit.& Nouar.in prag.11. de ordine iudic. Guazz.in defenſ.28.c.7.& 8. Conciol.reſol.crimin. verb.repulſa reſol.1. Pellegr.ſup.num.11.& p.4.ſect. 13.num.12.*

29 4. Caſus eſt, ſi quis in termino ordinario repulſauerit teſtes partis aduerſæ cum renunciatione futuræ repulſæ *Carauit.in rit.73.& 282. R. Sanfel.in praxi ſect.57.n.7.* Verum ſi renuociatio prędicta non interfuit, poteſt ſuo tempore petere repulſam, vt deciſum refert per S. C. *Scaglion. ſuper rit.73.& 74.n.7.*

30 5. Caſus eſt io cauſa criminali nã fiſco nõ conceditur repulſa, ſed loco illius dat teſtibus coõtrarijs interrogatoria *Carauit.in rit.258. nu.3. Clar.q.23. Paris de Put.de ſyndic. verb.inquiſitio c. 3.num.1.in fine* ſecus eſt ſi adeſt accuſator fiſco adhærens, nam tunc datur *Clar.d.q.23. Paris ſup. Pellegr.in praxi Vicariór.p.4.ſect.13.num.1.*

31 6. Vt non competat repulſa aduerſus teſtes approbatos, & productos à ſe *Card.in clem.fin. circà fin.de teſtibus,* cum videatur illos approbare per productionem, niſi noua cauſa emerſerit *Spec.tit.de teſte §.10.num.7. Marnata in ſpec.p.6. act.13.num.10. Farinac.q.62.n.215. Seraphin.dec. 265.* bene tamen competit repulſa, ſi non contra perſonas teſtium, contra eorum dicta *Spec.ſup.n. 7.* probatur per *tex.in l.ſi quis teſtibus* vbi *gl.verb. arguere C.de teſtibus l.imputari de fide inſtrum. Farinac.d.q.62.num.241. Crauet.de antiqu.temp.p.1. ſect.quæritur etiam in hac materia num.24. Ludouic.concluſ.70.verſ.falſiſſima Pellegr.ſup. nu.12.& p.4.ſect.13.n.16.*

32 Poſt factum examen in cauſa repulſæ teſtium, & factam publicationem proceſſus, & atteſtationum, competit alteri parti repulſa repulſæ, ideſt alius terminus ad reprobandũ, repulſandum teſtes examinatos pro repulſa teſtium examinatorum in termino probatorio, colligitur ex *tex.in cap.licet dilectus de teſtibus, & c. præſentium eod.tit.in 6. Spec.de teſte §.10. num.5.* de Iure noſtro Neap. eſt *ritus 74.* vbi *Carauit.& D.Petra* plura ponit ad materiam, ſicut eſt *Pellegr.ſup.2.ſect.2.ſubſect.10. & p.4.ſect.13. num.11.* vbi loquitur de cauſis criminalibus, Et ſic omnia, quæ diximus de repulſa faciunt ad repulſam repulſę.

33 Tam de *Iure* communi, quam de *Iure* noſtri Regni Neap. habemus terminum, qui de *Iure* communi vocatur reſtitutio io integrum ad pinguis probandum, de *iure* Regni vocatur primũ, & ſecundum beneficium, quod etiam datur ad eundem effectum, & datur elapſo primo termino dato ad probandum, perſonis priuilegiatis, putà minoribus, pauperibus, Hoſpitalibus, Eccleſijs, & alijs, vt de *iure com.* eſt *tex.in l.& ſi ſine §.reſtituitur,* & ibi *gl.ff.de minor. D.Merlin.contr.65. cent.1. Carauit.in rit.71. Franch.dec.598.* De *iure* noſtri Regni eſt *conſtit.* incip. *obſcuritatem, & prag.11.de ordin.iudic.* quo *iure* datur primum beneficium, & elapſo primo datur ſecundum, vt *in d.iuribus* late de his agentes *Muſcatell.in praxi p.6.gl.in integrum R.Rouit.in prag.11. de ordine iudic.* & ibi *Nouar. Imbrian. in integra tract. de primo, & ſecundo beneficio,* vbi explicat totam hanc materiam per decem conſiderationes, & in quibus cauſis detur, & io quibus denegetur, vſq; ad quod tempus debeaot peti, de pœna illorum illa petentium, & ijs non vtentibus *Pelleg.in praxi p.2.ſect.2.ſubſect.11.*

34 Sed difficultas hic eſt ad materiam, an ſi Iudex deneget concedere prædicta beneficia, in caſu, quo de Iure eſſeot coocedenda, nunquid erit nullitas, vel tantum contra ius litigatoris, & pars teneatur appellare? Quod teneatur appellare eſt *tex.in l.1.C.ſi ſæpius &c.* vbi habetur aperte, quod erit appellandum, dicit *Affl.in d.conſtit.obſcuritatem q.8.n.11.*

35 Quod ſit nullitas, facit, nam ſententia, per quam tollitur minoribus defenſio eſt ipſo iure nulla, vt in *l.pen.* & ibi *Bal.C.ſi aduerſ.rem iudic.* ſed hæc eſt talis, igitur &c. Sed reſpondetur, illum *tex.* loqui quando ſententia fuit lata contra minores indefenſos, ex quo oulla fuit facta prouiſio tutoris, ſeu Curatoris, qui ipſos defenderet, ſed ſi minoribus fuerint dati tutores, & Curatores ad lites, ſi prędicti petierint beneficia, & Iudex denegabit, tunc non erit nullitas, ſed minoribus ſuccurritur per reſtitutionem, vt in *d.l.penul. & d.l.1.C.ſi ſæpius &c.* hanc opinionem eſſe ipſam veritatem dicit *Muſcatell.vbi ſup. num.25. in fine.*

36 Mihi verò placet opinio *Muſcatelli* in caſu, quo detur locus appellationi, puta ſi iudex iorerloquatur: *non eſſe concedendam,* ſed caſu, quo non daretur locus appellatiooi, putà quia eſſemus in cauſa ſummaria, quæ non expectaret poſt ſe aliã ſententiam, putà in cauſa ſalarij, vel mercedis, & ſimilibus, quo caſu dantur primum, & ſecundum beneficium, vt dicit *Imbrian.de primo, & 2. benefic.conſid.8. Fenzon.ad ſtatut. Vrbis cap.50. num.76.& ſeqq.* In alijs ſecus, vt diximus in *obſ. ad conſ.32.lib.2. R.Rouiti, & lib.3.conſ.44. nu.1.*

& tunc

Digitized by Google

& tunc, cum facta facultate ad dicendum, minor, ſeu alius priuilegiatus peteret primum, vel ſecundum beneficium, & iudex proferret ſententiã diffinitiuam eum condemnando, non interloquẽdo ſuper petito beneficio, tunc crederem, quod ſi re vera competeret, eſſet nulla illa ſententia, ex rationibus citatis pro ſecunda opinione.

S V M M A R I V M.

1 *Concluſio in cauſa an ſit de eſſentia in iudicijs, & an illius omiſſio vitiet proceſſum? & à num. 2. ad num. 15.*

16 *Citatio ad ſententiam, an ſit de eſſentia ſententiæ? & n. 17. & 18.*

Concluſio in cauſa, an ſit de ſubſtantia Iudicij, an cautio expenſarum, & an citatio ad ſententiam?

QVÆSTIO XIV.

1 NOnò pro ſubſtantiali ipſius Iudicij, aliqui ponunt, etiam concluſionem in cauſa per *tex. in cap. auditis de procur. cap. paſtoralis de cauſ. poſſ. & propriet. cap. cum dilectis de fide inſtrum.* quæ eſt renunciatio quædam probationum, & iuris allegationum à partibus facta, amplius nihil probare volentibus *Maranta in ſpec. tit. de concl. p. 6. Pax in praxi 10. temp. num. 1. Mattheu. in dialog. relat. 3. p. 1. 52. Moria in empor. iuris 1. p. tit. 11. num 2. D. Vela in cap. 9. num. 1. de modo proced. in cauſ. crim. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 12. n. 16.*

2 Quod eſt intelligendum eſſe verum in foro eccleſiaſtico, & in cauſis profanis, & plenarijs, quia ſi concluſio in talibus omitteretur, proceſſus eſſet nullus, ſecus in cauſis beneficialibus, & ſummarijs, vel in foro ſeculariorum, vbi talis concluſio fieri non conſueuit *gl. in clem. ſæpè in verb. concluſione*, & eam ſequuntur *ibi DD. Rot. dec. 5. in fine Io: Andr. ad Spec. tit. de renunciat. & concluſ. in princ. in* verb. §. *fin. Capic. dec. 1. num. Maranta in ſpec. tit. de concluſ. num. 9. p. 6. Gallup. in praxi p. 2. cap. 29. num. 2. Reg. Marin. ad Reuer. dec. 263. num. 2. Cumia in rit. 39. num. 63. Carauit. in rit. 75. num. 2. & rit. 238. Menoch. de arbitr. caſ. 35. num. 8. Aſin. in praxi §. 3. cap. 11. num. 3. & §. 23. cap. 7. Scacc. ſuprà nu. 11.* vbi *num. 13.* dicit nulliter procedi omiſſa concluſione, vbi de ordinario ſtylo fit concluſio, contra *Aſin. ſup. num. 7. in fine Calà de modo articul. gl. 3. §. 1. num. 38. R. Sanfel. in praxi ſect. 58. num. 27.* vbi dicit eſſe de ſtylo fieri, ſed eius omiſſionem non cauſare nullitatem, licet contrà, & malè dicat *Dom. Mutill. in praxi fol. 82. num. 5. & 6. Pellegr. in praxi Vicar. p. 2. ſect. 2. ſubſect. 12. num. 6.* latè *Vbert. de citat. lib. 1. cap. 6. num. 6.* vbi *num. 7. & ſeqq.* dicit, poſſe fieri concluſionem in cauſa expreſsè, & tacitè, quando datur terminus ad probandum, & probatum habendum &c. nam tunc cenſetur concludi tacitè, & per æquipollens in cauſa *Alex. conſ. 101. n. 4. lib. 2.* Sic etiam tacite, & per æquipollens cenſetur facta concluſio in cauſa, quando fuit facta citatio ad ſententiam, quę in neceſſarium antecedens præſupponit concluſionem in cauſa *Gratian. diſcept. 206. nu. 29. lib. 2. Parexa de inſtr. edit. tom. 2. tit. 6. reſ. 3. num. 121. & ſeqq. Barboſ. in Clem. ſæpè de verb. ſignif. num. 26.* Imò concluſio non debet fieri, niſi aliqua parte inſtante, aliàs eſſet locus appellationi, vt dicit *Rot. deciſ. 707. in antiqu.*

4 In Sicilia ex *rit. 171.* concluſio in cauſa ordinaria eſt de forma, quia dicitur ibi: *concludatur &c.* ità notat ibi *Emia*, quem refert *Muta ibid. num. 22. & in conſuet. Panorm. c. 2. num. 3. cap. 5. num. 27. & cap. 67. num. 14. Corſet. q. 11.* qui dicit in cauſis feudalibus. Sic etiam in cauſis Summarijs ex *rit. 39.* ſeu 134. *Maſtrill. deciſ. 237. Cumia d. rit. 39. num. 63. Amat. reſol. 71. num. 24.* vbi declarat verũ eſſe, ſi procedatur ordinariè, vel ſummariè iuxtà dictos *ritus*, ſecus ſi alio modo iuxtà formam *prag.* vel ex abrupto.

5 In Camera Imperiali. *Myſinger. ſing. obſeruat. cent. 3. obſ. 17.* dicit non fieri publicationem ſententię, neque interloquutorię, niſi in cauſa legitimè ſit concluſum, ſic pariter dicit *Gaill. lib. 1. obſ. 107.* ſub pœna nullitatis *Hunnius in encyclop. Iuris p. 2. tit. 21. c. 2. num. 5. & 6.*

6 Bononię fere nunquam fit concluſio in cauſa *Alex. Stat. in pract. iudic. c. 22. ſub num. 32.*

7 Hic Neap. ex ſtylo fit publicatio, & concluſio in cauſa *Carauit. in rit. 75. num. 1. in fine*, & nos teſtamur de praxi, ſed per *pragm.* incip. *curſu* cenſetur in cauſa concluſum eo ipſo, quod eſt facta publicatio, & elapſi ſunt termini, & ſic omiſſio illius non vitiat, *Calà de modo articul. gl. 3. §. 1. nu. 39.*

8 In Hiſpania eſſe de ſubſtantia, & eius defectũ cauſare nullitatem ex *l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinam. §. el qual, & l. 10. tit. 6. & l. 1. tit. 7. & l. 10. tit. 17. lib. 4. recopil.* dicunt *Auendan. reſp. 1. num. 9. Pax in praxi temp. 10. num. 1. & 3. Aceued. in l. 10. tit. 17. lib. 4. recopil. num. 31.* Quod putat verum *Ferez in d. l. 6. gl. verb. el pleito, in fine*, licet *Pax ſup.* dicat requiri etiam ſi non petatur, meminit *Rodrig. ſup. num. 7. 8. Ripol. var. reſol. c. 5.*

9 Qui actus vim habeant concluſionis ponit latè *Amat. d. reſol. 71. num. 28. & ſeqq.* ſcil. collatio ſcripturarum, miſſio ſcripturarum, ſiue proceſſus, facta iudici. Recitatio proceſſus, & aperitio pũctorum. Vltimus actus qui fit in ſpolio ſummariſſimo, & ſummarijs cauſis. Viſa ſcripturarum, quæ ſolet fieri per Iudicem ſuper proceſſu. Et lapſus termini dati parti ad probandum, & probatum habendũ ex *Giurb. dec. 74.* & pluribus *DD.* quos allegat.

10 De Iure communi Actor debet præſtare cautionem de reficiendis expenſis reo in caſu ſuccumbentiæ per *tex. in auth. generaliter C. de Epiſc. & cleric. nouell. 112. cap. 2. Cuiac. nouell. 96. & lib. 7. obſ. 5. Pract. Papiens in form. reſp. reo conuenti §. debite n. 1. Afflict. dec. 170.* Quod eſſe de *Iure* Saxonico dicit *Berlich. lib. 1. concluſ. 20. num. 3.* vbi explicat.

11 Præſtatio cautionis iuxta *auth. gener. C. de Epiſc. & cler. & auth. libellũ de litis conteſt.* tacito, vel expreſſo partiũ conſenſu omitti poteſt, vt dicitur in *d. auth. generaliter in fine Zanger. de except. p. 2. c.*

21. n.

21.num.4.& ſeqq. Henring.de fideiuſſ.c.10.n.115.& ſeqq.Coler.dec.105.num.1.& ſeqq. Ideò potius
12 accidentale, quam ſubſtantiale iudicij reputari debet, quid quid dixerit Azo *Vant.hic num.46.* meminit *Maſcatell.in praxi p.3.gl.expenſis nu.7.*

13 Si vero talis cautio petatur, debet de neceſſitate preſtari, & eius omiſſio nullitas eſſet, non quod ex hac ſola nullitate, annulletur totus proceſſus, ſed faciet numerum inter alias forte nullitates, nam non omittitur ſolemnitas à lege requiſita circa actum, ſed omittitur ipſe actus, & ſic expreſſe fit contrà legem *l.non dubium C.de legib.l.cum hi §.prætor ff.de tranſact.Alex.conſ.24.ſub n.3.lib.4.* & ſic actus ille non facit vitiare totum proceſſum, ſed illum actum abſolutè, qui temen poterit ſemper, & in qualibet parte iudicij adimpleri, ac ſuppleri, vt per *Bal.in d.auth. generaliter num.17.q.5. Muſcatell.d.gl.expenſis n.7.in fine.*

14 Ad tales expenſas Iudex debet condemnare, etiam ſi pars non petierit per *tex.in l.ſancimus 15.C.de iudic.l.ædiles 25. §.item ſciendum eſt 8.ff. de ædilit.edicto l.cum fundus 31.ff. de reb. credit. Burat.dec.921.num.1.Duran.dec.313.num.9.* Verum ſi Iudex hoc non fecit, excuſatur, & ipſi nihil poteſt imputari *l.dies 4. §.hoc autem ff.de damn.infect.Mſing.cent.2.obſ.22. & cent.5.obſer.55.num.6.& ſeqq.Rebuff.de expenſ.art.3. gl.vnic. num.12.& ſeqq.* Secus eſt ſi litigans habuerit iuſtam cauſa litigandi, nam tunc non condemnatur ad expenſas *l.cum ſolidum 18.§.etiam ff.de leg.2. l.74.ff.de iudic. Piſtor.lib.1.q.11. Gaill.lib.1. obſ.151.num.23.& obſ.152.D.Merlin.contr.42.lib.2.* vbi ſecus eſſe dicit, ſi expenſæ ſint promiſſæ per ſtipulationem *Pellegr.in praxi Vicarior.p.2.ſect.3. ſubſect.1.num.97.Tuſc.lit.E.concluſ.628. num.85. Berlich.*latiſſimè *lib.1.conſ.78.per tot.* vbi habetur tota materia expenſarum. *Borrell.in ſumma deciſ. tom.2.tit.39.Pegas qu.15.* Et perempta inſtantia culpa actoris, inſufflato vitæ ſpiritu, debet ille ſoluere expenſas litis tantum, ſcil. illas, quæ ſunt erogatę in compilatione proceſſus tantum. *Caualc.dec.17.p.1.* & ſic deciſum fuit per S.C. iunctis Aulis in cauſa Ill. Ducis Marzani, cum D. N.Laudati anno 1680.penes Secretarium.

15 De *Iure* Saxonico præter ſatiſdationem actor præſtare tenetur, etiam guarandam, ſeu euictionem ex *lib.3.art.14 Nouell.elect. Auguſt.p.1.cap.4.Henrig.de fideiuſſ.c.10. num.137.& ſeqq.Coler. de proceſſ.execut.p.4.c.3.nu.17.& ſeqq. & p.1.dec.104.num.1.& ſeqq.* Alias reus non tenetur reſpondere, ſed cum refuſione expenſarum ab actione abſoluitur, modo à reo petatur, nam à iudice actori imponi non poteſt *Henring.ſup.nu.173.& 179.Iacob.Schult.p.1.obſ.15.nu.2.& ſeqq.* præſtatur ante litem conteſtatam, non poſt *Coler.& Henring.ſup.*

Debet præſtari in ciuilibus, & criminalibus *Henring.ſup.num.140.Coler.d.dec.109. num.4.10.& ſeqq.* Non præſtatur in cauſis executiuis, & matrimonialibus *Coler.& Henring.ſup.* Illa præſtatur non per fideiuſſiones, vel pignora, nec nuda verba ſufficiunt, ſed præſtari debet realiter actu corporali, ſtipulata manu, vel tactura baculi, latè *Berlich.lib.1.concluſ.19.per totam.*

16 Pro ſubſtantiali validitatis ſententiæ *DD.*ponunt citationis ad ſententiam, actum, qui omni Iure requiritur, & ſi omittatur ſententia eſt nulla, poſt alios *Scacc.de iudic.lib.2.cap.2.num.399. Vrſill.ad Affl.dec.283.num.14. in fine Reg.Sanfel. in praxi ſect.59.num.23. Dom.Prat.ad Muſcatell. gl.ſententiam Coccin.dec.244.nu.1.p.2.tom.1. Burat.dec.584. num.34.p.2. tom.2. Pellegr.in praxi Vicarior.p.4.ſect.15. num.2. & ſeqq.* vbi reprobat aliquos contrarios, *Scacc.de ſent.gl.9. num.36.*

17 Apud nos, loco talis citationis, eſt monitionis actus, addicendum, vt dicit *Affl.d.deciſ.283. Franch.dec.261.nu.11.* de qua citatione latè di-
18 ximus *in rubric.12.* Apud Cathalanos loco citationis ad ſententiam eſt aſſignatio ad ſententiam, quæ ſi non fiat, ſententia eſt nulla, vt deciſum refert *Fontanell.dec.370.nu.12.*

S V M M A R I V M.

1 *In iudicijs antè litem conteſtatam, excepto libello, nihil eſt quod vitiet.*

2 *Ordo non attenditur niſi, vbi à lege præfixus, vt vitiet, reperitur.*

3 *Poſſeſſorium, an petitorium prius determinari debeat? & n.4.ad n.28.*

An poſſit decidi prius petitorium, quam poſſeſſorium, ſine vitio nullitatis?

QVÆSTIO XV.

1 REl iqua, quæ in iudicijs concurrere ſolent, ſi ante litem conteſtatam fiant, præparatoria dicuntur, in quibus ordo iudicij non ſeruatur, nam ante litem conteſtatam, excepto libello, nihil eſt, quod vitiet *Spec.tit.de præpar.iudic. in princ. 2.partis Rot.dec.496.in antiqu.Alex.conſ.37.n.2. lib.2.Dec.conſ.590.n.2.*

2 Alia verò, quæ fiunt poſt litem conteſtatam, demptis his, de quibus *ſup.*diximus, ex quo ſunt media cauſæ, & accidentalia reputantur ſub ordine iuſtitiæ includuntur, & ideò ſi omittantur, vel præpoſterentur non vitiatur proceſſus, quia, vt diximus, id ſolum vitiat ſi omittatur, vel præpoſteretur, quod ſubſtantiale eſt, quoniam ordo non attenditur, niſi vbi à lege præfixus, vt vitiet, reperitur *Bal.in auth.hoc amplius num.38. C.de fideicommiſſ. & l.fin.num.14.C.de hæred.inſtit.* vbi ponit, quod ordo legis diuinæ, naturæ, & formę, præpoſterati non debet, & in *l.præpoſteri C.de teſtam. Salgad.de reg.protect.p.4.c.4.*

3 Ideo quamuis ordinarij iuris ſit, quod poſſeſſorium prius debeat terminari, quam petitorium, *l.ordinarij C.de rei vendic.l.incerti C.de interd.l.ſi de vi ff.de iudic.l.fin. C.quorum bonor.Eugen.conſ.4.num.20.Cephal.conſ.30. num.1. Reg.Valenz.vol.conſ.70.num.55.& 56.Affl.dec.98.nu.63. Caualc. dec.510.num.5.Rota diuerſ.dec.99.num.2.p.1.dec.41.in fine, & dec.64.in fine p.2. Mantica deciſ.328.num.4. Rota* apud *Cenc.de cenſib.dec.235.n.3.Reuizan.conſ.80.num.8. Bocc.de interd.vti poſ-*

ſid.c.5.num.2.& c.9.num.2.& 8.Grat.conſ.10.nu.25.Theſ.dec.15.num.1. Noguerol.alleg.25.n.234.
4 *& 235.* etiam de *Iure* canonico per *tex. in cap. cum ad ſedem de reſtit.ſpoliat. Poſt.de manut. obſ.7. num.11.*ver. *cum ordo iuris ſit Pax. de tenuta c.70. num.1.& ſeqq. & num.8. Rota* per *Farinac.deciſ.*
5 *507.num.8.tom.2. in poſth.* maxime vbi ageretur actione ſpolij, quæ in hoc, vt prius cognoſcatur, priuilegiata eſt *cap.ſuper.ſpoliatione de ordin.cognit.& 3.q.1.& q.2.per tot.*

6 Tamen ex quo talis ordo eſt potius de iuſtitia, quam de ſubſtantia iudicij, ſi peruerteretur, & pars non exciperet, proceſſus, & ſententia valerent, maximè quia hic eſt ordo cognitionis vnius cauſæ ad aliam, & reſpicit ius litigatorum, non autem eſt eiuſdem cauſæ ad ſe ipſam, neque reſpicit ius publicum, nam his tantum caſibus præpoſteratio vitiare ſolet, vt eſt *gl.in l.ſi mancipium §.1.ff.de euiction.& l.1.* & ibi *gl.& DD.C.de appell.Alex.conſ.24. lib.1.* poſt alios *Vant.hic num.49. Erna.conſ.108. num.14. Guid.Pap.dec.554. Petr.Ant.Gamb.de offic.legati à latr.lib.8.n.163.Gram.conſ.ciuil.79.n.17.*

7 Et quod prius debeat terminari poſſeſſorium, & deinde petitorium, & quod pendente poſſeſſorij diſcuſſione, habeat Iudex ligatas manus procedendi in iudicio petitorio, vel alio poſſeſſorio, ſi pars ſuſpenderit petitorium, quam de Iure poteſt facere *cap.paſtoralis de cauſ.poſſeſſ. & propriet.clem.1.eodem tit. Lodouiſ.dec.307. nu.19. Mareſcot.lib.1.var.cap.36.num.1.& 2.* quod procedit in quolibet interdicto, & poteſt fieri ſemel, & pluries *Mareſcot.ibid.num.5.* & in 1. & 3. inſtantia *ibid.n.6.& 7.* cuius deciſio procedit etiã in profanis *num.7.*dicunt *Giouaga.conſ.8. nu.79. & 84.lib.1. Ricc.coll.2850.* ver.*ego autem* Ea ratione, quia debet ſciri quis ſit actor, & quis reus *Reg.Reuerter.deciſ.347.num.2. in mea.* & ibi *Reg. Marin.*

8 Et procedendo, nulliter procedere videtur, & ſine iuriſdictione, dicunt *Buratt.dec.377. nu.10. Cenc.dec.55.num.8. Statil.Pacific.de Salutano interd.inſpect.1.c.4. num.13. Poſt.de manut.d.obſ.7. num.21.& 22.Noguerol.d.alleg.25.n.237.*

9 Et iudicium poſſeſſionis, ſeu manutentionis de ſe, & ex ſui natura habet cauſam ſuſpenſiuã omnium aliorum iudiciorum, vt dicunt *Conar. var.reſol.cap.14.num.44.Giouaga.conſ.11. nu.42. lib.1.Mantica dec.228.ſub nu.4. Tuſc.lit.M.concluſ.79.num.9.Rota diuerſ.dec.99. num.2.p.1.dec.41.in fin.dec.64.in fin.p.2.*

10 Talis ſuſpenſio petitorij procedit etiam reſpectu tertij oppoſitoris, quando ius ſuum eſt connexum cum iure perturbantis *Butr. in cap.in litteris de reſtit.ſpol.num.33.*& ibi *Beroi nu.102.& 103.Farinac.dec.23.num.2.p.1.in recent.Canter. var.lib.2.c.16.n.93.*

11 Et ſi ſit intentatum petitorium, & poſſeſſorium plenarium, optima iudicis practica erit ſuſpendi petitorium *Intrigl.dec.42.nu.3. Barz.dec.46.num.1.& dec.47.num.6. Boccacc.de interd. vti poſſid.c.5.num.2.in fine, & cap.9.nu.2. Grat.conſ.10.n.25.Neuizan.conſ.80.n.8.in fine.*

12 Imo conceſſa facultate per Principem in ſuo reſcripto, quod procedatur ad expeditionem cauſæ, tam in poſſeſſorio, quam in petitorio ſimul, de iuris ſubſtantia pronunciari omninò prius debet Iudex in poſſeſſorio, ſi de eo prius clarè conſtat, & deinde in petitorio *Giouagn. conſ.8.num.73.& conſ.10. num.67. conſ.11.num.32.& 37.lib.1. Barboſ.de clauſ.clauſ.8. num.2.& clauſ.53.num.8.Marcheſ.de commiſſ.p.1.f.471. n.2.Poſt.obſ.7.n.52.& 53.*

13 Etiam ſi dicatur, vt procedatur in poſſeſſorio, & petitorio iuxtà arbitrium iudicis, nam adhuc hoc arbitrium extendi non poteſt ad cognoſcẽdum de petitorio reiecto poſſeſſorio, & arbitriũ debet eſſe regulatum, & conforme iuri *Rota dec.364.num.4.deciſ.547.num.1.dec.558.n.1.p.1.in recent.Ludouiſ.dec.189.n.3.& dec.221.num.1.& 416.n.4.et 405.n.1.*

14 Verum licet ſit quæſtio difficilis, ſi poſſit ex poteſtate ordinaria, vel plenaria, Princeps mandare, quod prius terminetur petitorium, deinde poſſeſſorium, tamen communior eſt opinio, quod poſſit, vt dicit *Theſ.dec.15.num.4.*licet *nu.2.et 3.* pro contraria opinione bene allegauerit, & pro communiori opinione allegat *Affl.dec.361.num.13.et dec.283.num.6. Gramm.conſ.ciuil.79. num.19.et conſ.100.num.54.et conſ.83.num.2. Oſaſch. dec.1.num.28.*moti illa regula, quod differtur nõ aufertur. *Calà de modo articul.et prob.gl.4.nu.66.* vbi dicit etiam, quod ſi Iudex procederet ſola facti veritate inſpecta, poſſet ſuper vtroque cognoſcere *Medicis conſ.53.n.6.* poſt alios *Donad. de renunciat tom.2.c.11.n.21.*

15 Tamen ab huiuſmodi reſcriptis omninò obſtinere debent Principes, quia vni complacendo alterũ lædunt ſequitur *Mar.Muta dec.31.n.37.*

16 Nec in Tribunali Supremo, & in Rota Romana vnquam intrat arbitrium ad cognoſcendum de petitorio, conſtito de poſſeſſorio *Rota* per *Farinac.dec.177. num.1. et 2. in poſth.* ea ratione, quia arbitrium debet eſſe regulatum, & conforme iuri, & cum in iure ſit diſpoſitum in *l.ordinarij C.de rei vendic.et l.incerti C. de interd.* quod prius cognoſcatur de poſſeſſorio, quam de petitorio, Rota non poteſt arbitrari, quod hic ordo peruertatur, & quod prius agatur de petitorio, omiſſo poſſeſſorio, eadem *Rota* apud *Farinac.dec.365.nu.9. dec.476.p.1.in recent.et deciſ.542.et 698.p.2.in recent.*

17 Si verò dependeat deciſio poſſeſſorij ex valore tituli, prius de titulo, & petitorio eſt pronunciãdũ *Lancell.de attent.p.3.c.24.q.19.n.4.*loquẽs in terminis manutentionis *Seraph.dec.1278.n.1. Farinac.dec.423.num.7.p.2. in recentior. Ludouiſ. dec.283.Ramoa.conſ.58.n.5.*

18 Vel ſi à reo, conſentiente actore fuerint plures propoſitę allegationes, quę defectum tituli, & proprietatis reſpiciunt, & omnia ad confirmationem tituli ſpectantia, quod poſſeſſorio indicio repugnat, quando ab initio de illo ageretur, nam tunc ſuper petitorio pronunciari debet *c.1.de reſtit.ſpoliat.*vbi *Bal.num.2. Brun.conſ.feudal.21.num.8.lib.1. Camill.de Medic.conſ.17. nu.19. Menoch.de recuper.remed.1.num.163.cum ſeqq.Vrſill. ad Afflict.dec.142. ex num.19.* vbi loquitur quando ſpoliator fuit ad probationem admiſſus, quod debeat ſuper petitorio pronunciari *Corbul.*

de

de Iure emphyt.tit.de cauſ.priuat. ob non ſolut. can. q.14.Perſonal.de adipiſc.poſſ.nu.381. Caball.conſ. 29.num.12.& 13.lib.1.

19 Quod procedit non ſolum in remedio poſſeſſorio recuperandę,vt dicunt DD.ſup.cit.quod eſt fauorabile in odium ſpoliatoris, multo fortius hic debet admitti in remedio manutentionis, vel adipiſcendæ poſſeſſionis, vt in terminis arguit Put.dec.29.nu.3.& 4.lib.2.alijque apud Contard. in l.vn. C.ſi de moment.poſſeſſ.lim.2.§.9. num.21. Milanenſ.dec.Sicil.3.num.148.lib.1.Intrigl.deciſ. Sicil.35.num.36.Greuen.ad Gaill.concluſ.3.conſid. 2.num.14.

20 Et licet poſſit reus quo ad hoc allegare, quod iuſtificationem tituli allegauit, & produxit ad coadiuuandum poſſeſſorium ex Mareſcot.lib.1. var.cap.35.num.8.& 9. Tamen cum probationes ex vtraque parte ſint iam receptæ,ſuper vtroque debet pronunciari cap.cum dilectus cap. paſtoralis de cauſ.poſſeſſ.& propriet. Franch.dec.199. num.8. Scacc.de iudic.lib.2.cap.7.num.247. & ſeqq.Fontanell.dec.139.nu.14.& ſeqq.Contard.in l.vnic.C. ſi de moment.poſſeſſ.lim.2.§.7.nu.11. & 12.

21 Nec facit oppoſitio,quod ad hoc,vt ſpoliatus præiudicatus remaneat in remedio recuperandæ,neceſſarium eſt, quod expreſsè conſentiat admiſſionem articulorum ſuper proprietate,vt de ea cognoſcatur ex Barboſ.in l.ſi deni ff.de iudic.n. 58.Nam contraria opinio eſt verior, ſcil.tacitũ conſenſum ſufficere,vt probat Maſcard.de probat. concluſ.1331.num.7.& 8.Idem Barboſ.num.64. & ſeqq.& n.67.& 68.

22 Nec ſufficit, quod reus ſuſpendat petitorium per tex.in clem.1. de cauſ.poſſeſſ. Quia quamuis ſuſpenſio fiat cum omnibus circumſtantijs, id nõ procedit in cauſis poſſeſſorijs mixtis cap.paſtoralis verſ.alijs poſſeſſorijs de cauſ.poſſeſſ. ſecundum intellectum Bellam. ibi: q.5.principal.Contard.in d.l.vnic.C.ſi de moment.poſſ.limit.2. §.18.num.9. Sacc.conſ.2. num.67. Mareſcot.lib.1. c.36.nu.20. Amat.reſol.39.n.139.& ſeqq.lib.1.

23 Nec habet locum ſuſpenſio, quando ſumus in iuribus incorporalibus,& vterque iam actor,quã reus contendit eſſe in poſſeſſione. Menoch.de retin.remed.3.num.539.& 541.Imo proteſtatio, &
24 ſuſpenſio debet fieri in qualibet parte iudicij, vt dicit Iacob.in l.ſi deni num.19. de iudic. Contard. de moment.poſſeſſ.lim.2. in princ. num.13. & 14.

25 Nam ſi contra actoris proteſtationem iudex articulos, & probationes ſuper proprietate admittit,debet actor appellare ab illa admiſſione articulorum Crauet.conſ.248. num.3. Perſonal.de adipiſc.num.381.Menoch.de recuper.remed.1.num. 167.Scacc.de iudic.lib.1.cap.7. num.145. Maxi-
26 me ſi reus facit probationes ſuper petitorio Achil.de Graſſ.dec.91. aliàs 3. de iudic. Farinac. dec.95.num.4.p.2.in recentior. Put.dec.29. lib.2. in 2.edit.Pariſ.conſ.113.num.8.& conſ.112. num. 56.lib.1.vbi dicit, quod propter actum ſubſequentem probandi ſuper proprietate, & conſentiendi reum idem facere,receditur à proteſtatione ſuſpenſionis, alia ad hanc materiam diximus in rubrica 9.

27 Si vero eſſet intentatum poſſeſſorium,& eſſet deciſum, putà quia Titius petierit manuteneri in poſſeſſione, & obtineat, & aduerſarius intentet petitorium, ſcil.nullum ius illi competere, hoc caſu poteſt procedi in petitorio, vt deciſum bis refert per R. C. Summariæ, Reg. Reuert.deciſ.347.

28 Sic etiam poteſt ſimul ab vna, eademque perſona cumulari poſſeſſorium recuperandæ, & petitorium, cum ceſſet ratio prohibitionis gl.in c. cum dilectus in verb. poſſeſſorio de cauſ.poſſeſſ. & propriet. Menoch.de adipiſc.remed.4. num.521. & ſeqq.R.Marin.ad Reuert.d.dec.347.n.2.

S V M M A R I V M.

1 *Quæſtio criminalis prius cognoſci, & determinari debet, quam ciuilis,ratione præiudicij: vbi limitatio, & n.2.& n.4.*

3 *Cauſa præiudicialis quæ ſit?*

5 *Vna cauſa tanquam præiudicialis, quando expediri debeat prius quam altera, & exempla cauſæ præiudicialis, & tota materia, & à num.6. ad num.36.*

37 *De Iure Neap.an ſint ſublata præiudicialia? & num.38.39.40.41.42.& 43.*

Si in vna cauſa ſit Articulus præiudicialis, an committatur nullitas,ſi ille articulus,prius non decidatur?

QVÆSTIO XVI.

1 IDem eſſet ſecundum Vant.hic num.50. Si eſſent duo, quorum vnum eſſet maius, vel alteri præiudiciale, vt dici conſueuit de quæſtione criminali, & ciuili, quoniam quæſtio ciuiliter mota,ratione maioritatis,prius quam ciuilis cognoſci,& terminari debet l.fin.C. de ordin.iudic. ibi: quoniam ciuili quæſtione intermiſſa, ſæpè fit, vt prius de crimine iudicetur, quod vtpote maius, merito minori præfertur, vbi gl.ver. ſæpè ver.item hic erat Cyn.num.1. Bart.in ſummar. Farinac.in praxi q.100.num.59. et conſ.crim.199. num.1.et 14.lib.3 Plot.conſ.crim.diuerſ.73.num.1. ſeqq.tom.2.Rot.diuerſ.dec.205.num.2.lib.3. tom.3. Rimin.ſen.conſ.299.Seſſ.dec.73.num.9. Dom.Prat. reſp.crim.14.Vermigl.conſ.crim.158.num.3. Virgil. de legit.perſ.in prælud.num.118.Scacc.de ſent.et re iudic.gl.14.q.19. num.71. vbi dicit id intelligi quando cauſa criminalis,& ciuilis non ità ſe cõtingunt, & non habent inter ſe dependentiam; alias ſecus. Carleual.de iudic.lib.1.tit.2. q.6.num. 7.verſ.alio modo vbi num.21.ampliat etiam ſi vna ſit cum alia compatibilis puta actor agat ad mutuum, & reus accuſet de homicidio.

2 Verum in hoc eſt aduertendum, quod non ex eo, quia vna cauſa eſt criminalis, & alia ciuilis debeat proſequi prius cauſa criminalis, & deinde ciuilis, ſed in hoc debet proſequi illa, quæ eſt præiudicialis, ideò ſi ciuilis ſit præiudicialis, illa debet prius terminari ad tex.in l.1. C.de appel.gl.in l.fin. verb.ſæpè C.de ordine iudic. vbi Bellapert.propè fin. verſ.ſed nunquid,vbi ponit exemplum, quando tù accuſas me de adulterio, & ego

dico te ſeruum meum, & ſic quod non potes me accuſare, quo caſu cauſa ciuilis dicitur præiudicare criminali, vbi latè *Salyc. num. 1.* qui declarat materiam, & reſpondet contrarijs *Crauett. conſ. 280. num. 2. & ſeqq. Natta conſ. 138. num. 3. lib. 1.* & ibi alia exempla adducit *Affl. in conſtit.* incip. *ſi ciuiliter num. 1. Fulgoſ. in l. interdum num. 1. C. de publ. iudic. Farinac. q. 100. num. 61.* vbi etiam concordantes allegat, & teſtatur hanc opinionem ſequutam fuiſſe *Rotam Romanam in vna Romana hereditatis de Stecchys die Lunæ 9. Martij* 1598. *coram Cipſio*, aliam deciſionem *Rotæ* refert *Guazzin. defenſ. 1. cap. 24. num. 1.* in caſu quo cauſa ciuilis prætenſæ fraudis fuerat intentata in Camera Apoſtolica, deinde fuit intentata criminaliter, & inquiſitus paſſus fuit examinari à iudice criminali, ac habuit ſuas defenſiones, & dedit articulos, & induxit teſtes pro defenſione, & etiam examinauit, nam in his terminis ſuſcepto patrocinio, obtinuit dictam cauſam criminalem ſilere, & remitti ad iudicem ciuilem *Giachar. ad Clar. §. fin. q. 1. in princ. lit. A. ver. & è contra, addentes ad Farinac. conſ. 21. lit. B.* qui referunt alios, & teſtantur de obſeruantia in omnibus Curię Tribunalibus, & in Signatura iuſtitiæ. *Farinac. d. q. 100. n. 77.*

3 Cauſa præiudicialis dicitur, quando ſententia in vna cauſa lata rei iudicatæ exceptionem parit in alia, vel quando reſpicit perſonarum legitimationem, & in ea obijcitur aliquid, quod agentem ab actione repellat *Crauet. conſ. 74. nu. 5. tom. 2. crim. diuerſ. Farinac. d. qu. 100. num. 79. & ſeqq. addit. ad Farinac. conſ. 21. lit. D. Natta conſ. 138. n. 3. iuncto num. 27. lib. 1. Peguera dec. 9. Gratian. diſcept. 394. num. 9. & diſcept. 559. num. 4. Canall. q. 818. Salg. de reg. protect. p. 2. cap. 18. num. 4. & ſeqq. Carleual. de Iudic. tit. 2. q. 6. n. 7. Zanger. de except. c. 10. p. 2. n. 1.*

4 Quæ concluſio eſt magis vera, quando actor in cauſa ciuili nimium ſe arctauit ad probandũ quærelam criminalem, ſed paſſus fuit in cauſa ciuili litem conteſtari, vt tunc non ſuperſedeatur in ipſa ciuili cauſa propter cauſam criminalem deindè intentatam *Capic. dec. 25. num. 5. Affl. dec. 229. num. 2. Bar. in l. is qui reis num. 16. ff. de publ. iudic. Macerat. var. lib. 3. reſol. 1. num. 1. Farinac. q. 100. num. 102. & ſeqq.* vbi allegat concordantes, & etiam contrarios; & tandem ponit conciliationem ad iſtas opiniones contrarias, quæ eſt, quod ſi nulla negligentia poſſit prætendi, etiam contrà valentem quærelare, & falſitas proponenda ſit notoria ex perſpicuis indicijs, & præſumptionibus ſit audiendus non obſtante, quod fuerit lis in cauſa ciuili conteſtata.

5 Sic etiam quando ciuilis, & criminalis cauſa ſe non compatiũtur ad inuicem, ſed vna confundit aliam, & vna eſt præiudicialis alteri, tunc pręiudicialis eſt tractanda, ſiue vna ſit ciuilis, & alia criminalis, vel è contrà, ſiue ambæ ciuiles, ſiue etiam ambæ criminales ſint *Natta conſ. 138. nu. 2. Peregr. dec. 296. lib. 2.* vbi quod ſufficit poſſibile præiudicare. *Giaccar. ad Clar. q. 1. lit. A. Lancell. de attent. p. 2. cap. 4. lim. 23. num. 22. & ſeqq. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 58. num. 77. Dom. Carleual de iudic. lib. 1. tit. 2. diſp. 6. num. 6.* vbi dicit, cauſam præiudicialem eſſe illam, quæ ex natura ſua poſtulat, vt prius iudicetur in concurſu aliarum *Gratian. diſcept. 394. num. 23. & 24. Carleual. d. tit. 2. q. 6. num. 6. Farinac. q. 100. num. 60.* vbi teſtatur de communi, *addit. ad Farinac. conſ. 21. lit. C. Surdus conſ. 139. num. 1. vol. 1.* vbi dicit hoc eſſe in ſpecie introductum, nè ſequantur ſententiæ plures ad inuicem contrariæ, & ſi iſto caſu procederetur ad ſententiam, erit ipſa ſententia nulla, vt poſt *Crauett. conſ. 270.* firmat *Baiard. ad Clar. q. 2. num. 16. in fine Farinac. q. 100. cap. 2. num. 60. & ſeqq.* ex *Bal. conſ. 275. lib. 5. ex tex. in cap. ex libera de iudic. Giurb. dec. 33. num. 7. dec. 36. num. 13.* vbi loquitur de ſententia lata articulo præiudiciali indeciſo. *Comes, & Præſes Placent. Io: Franciſcus.*

6 *Andreol. contr. 320. num. 19. Dom. Theod. alleg. 65. num. 4. Magon. dec. Luc. 37. num. 5. & 6. D. Roſa conſult. 32. nu. 25. Scacc. de ſent. & re iudic. gl. 14. q. 19. n. 9.* vbi ponit rationes, quia cognitio cauſæ pręiudicialis eſt pars principalis totius cauſę cognoſcendę, & ideo illa ignorata, quod geritur eſt nullum, & neglecta cognitione cauſæ præiudicialis peruertitur ordo naturalis, & ponitur currus ante boues. *Paul. de Caſtr. 281. col. 5. Surd. conſ. 139. num. 1. Guazzin. defenſ. 1. cap. 24. num. 3. in fine Menoch. conſ. 301. num. 59. 41. Virgil. de legit. perſon. in prælud. num. 118. Cauall. d. q. 818. num. 20. Maſtrill. dec. 187. num. 3. 4. & dec. 243. n. 28.* & id procedit ſiue cauſa præiudicialis principaliter moueatur, ſiuè per modum incidentis, aut emergentis *Ludou. Peguer. dec. 9. num. 2. Menoch. d. conſ. 301. num. 42. Scacc. de ſent. & re iudic. gl. 14. q. 19. n. 19.*

7 Quod procedit etiam ſi quæſtio præiudicialis ſit poſterior mota, quia in iudicijs præiudicialibus non attenditur ordo temporis, ſed naturę cauſæ pręiudicialis, nam *lex qui prior 29. de iudicijs*, quæ vult, priorem cauſam eſſe prius terminandam, procedit in iudicijs, in quibus attenditur ordo temporis, non autem in præiudicialibus. *Fontanell. dec. 71. num. 5. 6. Gratian. diſcept. 394. num. 7. & 8. Hier. Pirotus in alleg.* poſt *d. diſcept. num. 20. Virgil. de legit. perſon. in prælud. num. 118. Carleual. d. q. 6. n. 9.*

8 Verum aliqui dè conſuetudine dicunt, quod malè ſeruatur, quia etiam ſi ſit intentata prius cauſa ciuilis, poſſit per eundem intentari criminalis, conſulto tamen Principe, vt teſtatur *Bartander in tract. crim. reg. 135. num. 4. & ſeqq.* Cum
9 ſemper iudex procedere poſſit ex officio *Coſta de ſubſid. remed. remed. 120. num. 31.*

10 Tertius non prohibetur ſi velit cauſam criminalem intentare poſt intentatam ciuilem, poſt alios *Farinac. d. q. 100. num. 114. Baiard. q. 2. num. 19. add. ad Farinac. conſ. 21. lit. B. ver. & eſt ratio*
11 *Carleual. d. q. 6. num. 36.* Sic Fiſcus, vel Iudex non impeditur agere criminaliter ex officio poſt intentatam cauſam ciuilem *Farinac. d. conſ. 21.* & ibi *add. lit. B.*

12 Et intentato vno iudicio ciuili, vel criminali, poteſt intentari aliud tendẽs ad diuerſum finem *Clar. §. fin. q. 2. num. 7.* ità intelligens *tex. in l. 1. C. quando ciuil. act. crim. præiud.* Sic in crimine furti non prohibetur quis agere criminaliter poſt in-

ten-

tentatum iudicium ciuile. *l. à pleriſq. C. eod. Guazzin. defenſ. 1. cap. 24. num. 6. & ſeqq. Scacc. d. gl. 14. q. 19. num. 83.* qui hoc dicit verum, niſi moneatur calumnioſe ad impediendum accuſatum in ſuis defenſionibus in cauſa criminali, vt *num. 74. & ſeqq. Carleual de iud. tit. 6. q. 6. n. 2.*

13 Cauſa alteri præiudicialis pluribus modis cõtingere poteſt, quos ponunt *Crauett. conſ. 74. nu. 5. tom. 2. Farinac. d. q. 100. num. 79. & ſeqq. add. ad Farinac. conſ. 21. lit. D. Natta conſ. 138. num. 3. & ſeqq. lib. 1. Conſ. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 2. diſp. 6. num. 6. Conſ. Prat. reſp. crim. 14. Salgad. de reg. protect. 2. p. c. 18. Canall. q. 818. Gratian. diſcept. 394. Larrea dec. 64. Nos ad R. Ronit. conſ. 88. lib. 2.* vbi late materiam explicuimus, etiam ad explicationem noſtri Iuris municipalis *in conſtit. incip. Si ciuiliter agens.*

14 Exempla aliqua ſunt. Agit Titius contra Caium petitione hæreditatis, Caius opponit de libertate, prius debet tractari cauſa libertatis, & interim ſilet iudicium petitionis hæreditatis, ea ratione, quia lata ſententia ſuper libertate declarante eum, qui hæreditatem petit, liberum non eſſe, parit præiudicium in cauſa hæreditatis, cum non poſſit eſſe hæres, niſi ſit liber *l. ſi quis libertatem ff. de petit. hæred. l. liber. C. eod.* & ſic cauſa ſtatus debet prius terminari, etiam ſi poſtremo intentetur *Menoch. conſ. 301. nu. 25. cum ſeqq. Gratian. diſcept. 394. num. 8. & ſeqq. Salgad. de reg. protect. 2. p. cap. 18. num. 4. & 42. Virgil. de legit. perſ. in prælud. num. 118.*

15 2. Titius agit petitione hæreditatis, opponitur, quod ille prohibuerit teſtatorem teſtari, prius agitur de hac vltima cauſa, nam ſi conſtet de prohibitione teſtandi fruſtrà tractabitur de petitione hæreditatis *l. 1. & 2. C. ſi quis aliquem teſt. prohib.* Vel quod teſtamentum eſt falſum *Lacreatequi lib. 6. Select. c. 6. num. 12. Larrea dec. 64. per tot. ſignanter num. 9. Carleual d. q. 6. num. 13.* vbi *nu. 25.* limitat, ſi ſit malitioſè propoſita, vel ſi agatur contra hæredem tanquam indignum, quia occidit illum, cuius hæreditas petitur, oportet vt prius agatur iudicio criminali pro delicto *Scacc. de re iudic. gl. 14. q. 19. num. 26. Noguerol. alleg. 12. num. 126. Dom. Peat. ad Paſcal. de vir. patr. poteſt. p. 4. c. 8. in princ.*

16 3. Quis agit ad fideicommiſſum, vel maioratum, opponitur illegitimas natalium, ſuperſederi debet in deciſione articuli fideicommiſſi, donec terminetur articulus illegitimatis, vt deciſum refert *Larrea deciſ. 8. num. 28. 29.* & meminit *d. dec. 64. num. 15.*

17 4. Titius agit contra Caium aliqua actione, Caius opponit de excommunicatione Titij, debet terminari prius ſi eſt excommunicatus *Crauet. conſ. 75. nu. 5.*

18 Si maritus accuſet aliquem de adulterio, & accuſator excipiat de mariti lenocinio, cauſa lenocinij eſt prius diſcutienda ex *l. quoniam C. de adulter. Crauett. conſ. 280. col. 1.* verſ. *ſimili modo.*

19 6. Si quis conueniat alium ad executionem contractus, & conuentus objiciat contractum eſſe fœneratitium, hęc cauſa eſt pręiudicialis ad ipſam executionem contractus, & ob id prius tractari debet *Bal. d. conſ. 275. lib. 5.*

20 7. Vxor petit alimenta à viro, vir objiciat thorum eſſe ſeparandum, hec eſt prius diſcutiendum coram Iudice Eccleſiaſtico, antequam diffiniatur an ſint pręſtanda. *cap. quam de ordin. cognit.* vbi *Abb. & reliqui Crauet. d. conſ. 280. col. 1. ver. ſimiliter ſi vxor Menoch. conſ. 301. per totum*, vbi alia ponit exempla.

21 8. Si Titius faciat depoſitum pro redimendo fundum, quem dicit venditum cum pacto redimendi, & poſſeſſor replicet tale pactum redimẽdi non competere, quia extinctum, vel pręſcriptum, vel alienatum, vel aliter deperditum, prius cognoſci debet, ſi competat illud, vt fundat pluribus rationibus, & exemplis *Menoch. d. conſil. 301. per tot. Fontanell. dec. 71.* ad idem eſt *Gratian. diſcept. 394.* vbi probat, iudicium retractus domus intentatum eſſe ſuperſedendum, intentato alio iudicio ad inſtantiam vicini petentis cogi ad vendendum dictam domum ratione vicinatis, *Ludouiſ. dec. 470. Coccin. dec. 308.*

22 9. Titius intentat cauſam ciuilem contra Caium, probando ſuam intentionem, cum examine teſtium, Caius accuſat teſtes illos, & partem de falſitate, debet ſuperſederi in cauſa ciuili, donec terminetur cauſa criminalis falſitatis *l. quoniam ciuili vl. C. de ordin. iudic. Bal. in l. fin. num. 13. C. de fide inſtrum. Afflict. dec. 103. & 229. num. 3. Gram. deciſ. 60. num. 23. Capic. dec. 25. nu. 1. Caſ. de Graſſ. dec. 92.* alias *3. num. 10. de except. Carleual. d. diſp. 6. num. 4. 15. Farinac. q. 100. ex n. 60.* quod intel-
23 ligitur, vt ſuperſedeatur in ſententia, non autem quod non poſſit procedi, vſque ad concluſionem cauſæ *Capic. d. dec. 25. num. 6. Gram. d. dec. 60. nu. 24. Scacc. d. gl. 14. q. 19. num. 16.* vbi explicat *Farinac. d. q. 100. n. 93. lim. 5. Carleual d. q. 6. n. 24.*

24 Verum non debet ſuſpendi cauſa ciuilis primo loco incohata, ſi ſuper falſitate contra teſtes examinatos fuerit cauſa introducta, cum ſententia lata contra teſtes de falſo accuſatos, non præiudicet parti, quæ teſtes produxit *Rol. conſ. 13. lib. 2. Ruin. conſ. 15. nu. 11. lib. 5. Abb. conſ. 16. n. 7. & 6. lib. 2. Carleual d. q. 6. n. 32. & ſeqq.*

25 Nec ſuperſedetur in cauſa ciuili, ſi ius totius cauſę non conſiſtit in teſtibus accuſatis de falſo, ſed tantum cauſa adminiculatur *Afflict. dec. 229. n. 2. & 3. Gram. d. dec. 60. num. 24. Capic. d. dec. 25. nu. 3. Cæſ. de Graſſ. dec. 92. num. 4. & 4. Pieotus apud Gratian. d. diſcept. 394. num. 28. & ſeqq. Carleual. ibid. num. 35.*

26 10. Si accuſanti aliquem, tanquã plagiarium, nempè, quod ſubtraxerit, ſeu corruperit ſeruum ipſius accuſantis, reus accuſatus dixerit, ſeruum eſſe ipſius accuſati, prius cognoſcendum erit de dominio ipſius ſerui, quam de crimine plagij, quia cauſa dominij eſt præiudicialis ad cauſam criminis plagij *l. præſes C. ad l. Fl. de Plagijs Crauet. d. conſ. 280. num. 1. in fine, & num. 2. Natta d. conſ. 238. num. 3. Scacc. de ſent. & re iud. gl. 3. q. 2. ſub n. 43. & gl. 14. q. 14. n. 42.*

27 11. Quia tanquam procurator, ſyndicus, pater, oeconomus, comparet, petens contra Caium aliquod debitum, et Caius opponit legitimationem perſonæ, ante omnia debet agitari hic articulus, tanquam præiudicialis, etiam in iudicio ſummario *Maranta in ſpec. p. 4. diſt. 20. num.*

16. Et

26.Et ſic pendente hoc articulo non eſt procedendum ad vlteriora *Scacc.de commerc.* §.7.*gl.*5. *& ſeqq.*

28 Diximus *ſup.*ſententiam lata ordine præpoſtero non deciſa prius cauſa præiudiciali, eſſe nullam, ſiue præiudiciale opponatur principaliter,ſiue incidenter, hic pro veritate dicimus,quo ad primum, eſſe verum,parte petente prius decidendam cauſam præiudicialem, alias ſecus,ea ratione, quia ordo vnius cauſæ ad aliam reſpicit iura partium *Vant.hic num.*49.*&* 50.*Card.in cap. tuam num.*3.*de ord.cognit.Guid.Pap.dec.*94. *nu.*3. *& dec.*221.*Valaſc.conſul.*119.*num.*12.*tom.*2.*Gratian.diſcept.*394.*num.*6.& ibi *Pirotus num.*41. ſequitur *Fontanell.d.dec.*71.*num.*7. *Giurba deciſ.*36. *num.*14. & ità procedit *tex.in l.*1. *C.de appellat.* ibi:*prius de poſſeſſione pronunciare, & ità crimen violentiæ excutere Præſes Prouinciæ debuit, quod cũ non feceris iuſte ab eo prouocatum eſt.Salgad.de reg. protect.p.*2.*cap.*18.*num.*74.*&* 75. cum diſpoſita à lege,vel ſtatuto procedant tantum parte petente, licet lex vel ſtatutum ipſo iure fieri velit *Giurba dec.*13.*n.*8.*dec.*14.*n.*1.*dec.*21.

29 Si verò ex tali pronunciatione iam patefaceret ſuum votum, putà ſi cum eſſet lis ſuper libertate, & ſuper validitate teſtamenti, ſi decerneret illum eſſe liberum ex teſtamento, iam patefaceret, quod teſtamentum erat validum, & ſic ipſi iudici fieret præiudicium, ſi prius ſuper hoc pronunciaret, vnde ex officio nulla parte opponenſe,poteſt dictam cauſam libertatis differre,cum non debet manifeſtare motum animi ſui *l.obſeruandum ff.de offic.præſid. l.vbi C.de falſis*, cum iudex in illis, in quibus ſuæ iuriſdictioni poteſt pręiudicare, poſſit ſupplere ex ſe abſque oppoſitione partis *l.quos prohibet ff.de poſtul. Bar.in l.*4. §.*hoc autem ff. de petit.hered. Gratian. d.diſcept.* 394.*n.*3.*& ſeqq.*

30 Quo ad 2.ſiue præiudiciale opponatur principaliter,ſiue incidenter, dicimus id eſſe verum, quando opponitur principaliter,ſecus ſi opponatur incidenter, ea ratione, quia illa exceptio non facit aliud iudicium, cum exceptio non faciat cauſam de per ſe, ſed ea iudicetur, pro vt de principali *Bal.in l.*3. *in addit. num.*6.*ff.ad exhib. Caſtr.in l.filio pręterito num.*6.*ff.de inoff.rupt.irrit. teſtam.* Et ſi quid incidenter deducitur non eſt opus ſuper eo pronunciare *Bal.in l.*1.*in fin. C.de ordin.cognit.Berou.conſ.*34. *lib.*3. *Afflin.in praxi* §. 12.*cap.*2.*in fine Ludouiſ.dec.*470. *Pirotus in d.diſcept.Gratiani* 394.*num.*33.*& ſeqq.* ſequitur *Fontanell.d.dec.*71.*n.*16.*& ſeq.*

31 Verum ipſe *Fontanell.in d.dec.*71. *num.*21.*& ſeqq.*dicit, quod licet vera ſint ſupra fundata de præiudicialibus oppoſitis principaliter.Tamen cum ſit circuitus inutilis *l.cum fundus* §.*ſeruum ff.ſi certum petat.l.dominus teſtamento ff.de condit. indeb.* & litibus finis ſit imponendus *l.*3.§.1.*ff. de recept.arbitris*, Ideò Senatus debet, & ſunm Senatum Cathalonię ſic ſeruare, determinare ambas cauſas,ex *Coccin.d.dec.*308.*num.*3.vbi dicit non permittendas reis has cauſarum eluſorias motiones,& introductiones bene *Fab.in C.lib.*3. *tit.*7.*defin.*3.*& defin.*13.

32 Limitatur concluſio *in princ.* poſita vt non procedat, quando cauſa pręiudicialis eſt ordinaria, & cauſa, cui eſt præiudicialis eſt executiua, quia tunc illa cauſa ordinaria præiudicialis perdit virtutem pręiudicialitatis, & conſequenter non retardat cauſam executiuam, quamuis in fine litis reſolutio cauſæ executiuę pendere debeat à reſolutione cauſę ordinariæ,vt loquendo de exceptione vſuariæ prauitatis oppoſita contra inſtrumentum habens executionem paratam, ſcripſit *Scacc.de commerc.*§.7.*gl.*5.*num.*61.*& ſeqq.*

33 Sic cauſa ordinaria nullitatis contractus non retardat executionem inſtrumenti,etiam ſi Iudex cauſę nullitatis inhiberet iudici executori *Scac. de appellat.q.*19.*remed.*1.*concluſ.*4.*num.*7. *& ſeqq.* Et quando Signatura cõmittit cauſam nullitatis penſionis, ſolet reſcribere cum clauſula: non retardata ſolutione penſionis *Scacc.ibid.num.*10. *& de commerc.*§.7.*gl.*5.*num.*140.*& de ſent.& re iudic.gl.*14. *qu.*19. *num.*94.*& ſeqq.* vbi declarat *Carleual.d.q.*6.*num.*37.

34 Sic cauſa reſtitutionis in integrum non retardat executionem rei iudicatæ, quamuis articulus reſtitutionis ſit præiudicialis cauſę executionis,dummodo petitio executionis præuenerit petitionem reſtitutionis *Scacc.de appell.q.*19.*remed.* 2.*num.*109.*& de ſent.gl.*14.*q.*19.*num.*94.*in fine.*

35 Limitatur 2.in cauſis ordinarijs cum dixtinctione: Nam aut ordo cognoſcendi prius articulum, ſeu cauſam pręiudicialem includit merita cauſæ, de qua agitur,ità vt omiſſa cauſa principali,ſententia, quæ ferretur,diceretur lata ſine cauſę cognitionę, & ità manifeſta reſultaret iniquitas, & tunc illa cognitio eſſe adeo neceſſaria, vt ſententia, quę,illa omiſſa, ferretur,eſſet nulla cum toto proceſſu, vt diximus *ſupra*. Aut ordo cognoſcendi non includit hanc intrinſecam cognitionem,ſine qua non poteſt cognoſci iuſtitia cauſæ, ſed includit ſolum quandam congruitatem, vt eſt ordo cognoſcendi de poſſeſſione prius, quam de proprietate, & tunc licet Iudex inuito poſſeſſore peruertat hic ordinem, cognoſcendo de dominio,tamen ſententia non erit ipſo Iure nulla,imò eſt valida,cum hunc ordo ſit extrinſecus, & ad corpus ſeparatum, ideò remedium eſt,vt appelletur ab iſta ordinis perverſione *Scacc.de appell.q.*17.*lim.*6.*membr.*7. *n.*127.*& de ſent.gl.*14.*q.*18.*n.*18.

36 Limitatur 3.Vt quandoque illa concluſio nõ procedat de conſuetudine, quia ſi accuſans de vulnere ſibi illato, accuſetur ab accuſato de falſa accuſatione,conſuetudine eſt obtentum,vt gratia minuendarum litium procedatur ſuper vtroque, & ex probationibus hinc inde factis, ſequatur ſententia ſuper vtroque,iuſtitia mediante, & tamen iſta crimina ſe ita inuicem contingunt, vt propter præiudicialitatem, & ordinem naturalem,ſuperſederi deberet in prima *Ang. in l.qui prior num.*2.*ff.de iudic.Clar.*§.*fin.q.*14.*verſ.tertius. caſus Farinac.d.q.*100.*n.*91.*&* 92.

37 De *Iure* noſtro Neap.licet per *conſtit.* incip. *Si ciuiliter agens*, ſint ſublata præiudicialia, vt, ſcil.ſi agatur contrà aliquem ciuiliter, ille alter accuſet criminaliter agentem, non ſuperſedeatur in cauſa ciuili, quamuis de Iure communi ſuperſederetur per *l.adulterij C.ad l.Iul. de adult.l.fin.*

C.de

Digitized by Google

C.de ord.cognit. Et ſic ceſſet diſputatio caſuum ſup. poſitorum, vt dicit *Aſ.ſt.& Reg.Tap.in d.conſtit.Maranta in ſpec.p.4.diſt.20.num.19.* meminit *Scacc.d.gl.14.q.19. nu.120. Carleual de iudic.lib.1.tit.2.diſp.6.num.40.& ſeqq.*

38 Tamen in pluribus caſibus *d.conſtit.* locum non habet, quia illa ſubſtulit præiudicialia, quæ ad ordinem ſpectant, non ad iuſtitiam, & actionis carentiam, vt dicit *Aff.in d.conſtit.num.7. & ſub num.9.Dom.Marcell. Mucian.conſ.4.ſub n.10. lib.1.& conſ.33.num.16.lib.2.Antibin.de prauent. cap.2. num.50.* ver.*aduerto ſol.62. Maranta in ſpec.p.4.diſt.20.num.7.& 39.Dom.Roſa conſul.32. num.24.*

39 Proinde ſi creditor inſtet procedi ad venditionem alicuius domus pr̨etenſ̨ ſibi obligat̨ pro aliquo credito, & poſſeſſor replicet illam non poſſe vendi, ex quo eſt ſubiecta fideicommiſſo, vel quia illa eſt ſubrogata in re ſubiecta fideicommiſſo, tunc quia articulus ille, an ſit facta ſubrogatio, vel non eſt, articulus pr̨eiudicialis, quia ſi vendatur non eſt neceſſe diſputare illum, vel ſi eſt diſputandus ille, non debet vendi, ideo de illo prius eſt agendum, vt fundat *D.Roſa d.conſult.32.*ſignanter *nu.22.& ſeqq.*

40 Si agatur coram iudice ſeculari, ſuper aliquo iudicio, & in illo incidat aliquod incidens, cuius eſt incapax Iudex cauſæ principalis, tunc licet de illo incidenti cognoſceret, etiam iudex cauſæ principalis, ex *tex.in l.quoties C.de iudic.* tamen quia eſt incompetens, tunc diſpoſitio *d.tex.* non habet locum, ideo deciſio illius, remittitur ad iudicem competentem, & illius diſcuſſione pendente ſuperſedetur in cauſa principali v.g. agitur de iudicio dotium, antefati, de renunciatione per profeſſionem, ſi difficultas ſit circa profeſſionis validitatem, ſeu matrimonij, articulus ille remittitur ad Iudicem Eccleſiaſticum competentē, & interim ſuperſedetur in cauſa principali, ex *tex.in cap.tuam de ord.cognit. cap.lator qui filij ſint legit.Franch.dec.512.R.Rouit.dec.40.Larrea deciſ. 64.Scacc.d.gl.14.q.19. nu.21. Myſing.cent.1.obſ. 100.* Sic dum tractatur cauſa ſucceſſionis alicuius feudi in S.C.ſi opponatur, quod illud non eſt feudum, ſed burgenſaticum, vel non quaternatum, remittitur articulus decidendus ad Reg. Cameram competentem ſuper hoc puncto, & interim ſuperſedetur in cauſa principali, vt diximus latè *in obſ.ad conſ.24.R.Rouit.lib.2.*

41 Ità etiam multoties vertunt duæ cauſæ, vel in vno Tribunali coram duobus iudicibus, vel in duobus, quorum vna eſt pr̨eiudicialis alteri, ſiue parit exceptionem rei iudicatæ illi alteri, vt eſt in caſu *conſilij 88.R.Rouit.lib.2.*& tunc eſt ſuperſedendum in vna, quouſque illa præiudicialis terminetur, ex *tex.in l.ſi vſumfructum 23.ff.de liber.cauſ.* ibi *num cum apud alium iudicem mater litigabat, apud alium autem filius, Auguſtus dixit, ante de matre conſtare oportere, ſic de filio deinde cognoſci.* latè *Pachard.ſuper §.præiudiciales num.1. Inſtit.de actien.Oſuald.ad Donell.lib.20. comment. in not.lit.S.& lib.22. ad eundem Donell.cap 9. in not.lit.S.* Et ſi vna pars expoſtulet pro expeditione ſuę cauſæ non pr̨eiudicialis, ſit decretum, quod expectetur exitus cauſæ vertentis coram alio Regio Conſiliario, vt millies ſeruatum vidimus.

42 Sic pariter ſi à ſententia ſuper negotio principali extitit appellatum, & appellatus dixerit de nullitate appellationis, & ſuper hac nullitate inſteterit prius procedi, & pronunciari, antè quam procedatur in negotio principali, & Iudex non aliter cognita cauſa nullitatis appellationis ſententiam tulerit in negotio principali, iſta ſententia erit nulla, quia nullitas appellationis erat cauſa, ſeu articulus præiudicialis, nam data nullitate appellationis, cauſa ſuper negotio principali non erat deuoluta, & ideo de ea non poterat cognoſcere *Cuſtr.d.conſ.281.ſub nu.5.ver.2. quia lib.1.Crauet.conſ.103.num.2.Scacc.d.gl.14.qu.19. num.23.Ant.Amat reſol.93.lib.2.*

43 Sed eodem *Iure* noſtri regni, eſt ſuperſedendū in cauſa ciuili ob accuſationem criminalem falſitatis teſtium, quando allegata falſitate Iudici procedenti conſtiterit de ipſa falſitate ex eiſdem actis, & proceſſu currenti ſuper cauſa principali, & procedere ſuper falſitate, & ſuper illa pronunciare, vt eſt ſtatutum *in prag.2.de falſis, in 2. parte.* cui ſtandum eſt in Regno, vt dicit *Grammat.dec.60.num.24.& 25.*conſonat *Muſtrill.dec. 220.num.7.* latè *Carleual de iudic.d.lib.1. tit.2.q. 6.num.42.*

S V M M A R I V M.

1 *Si nullitas actorum ordinatorium ſit appoſita, & Iudex ad vlteriora procedat, an ſit nullitas, vel cenſeatur remiſſa? vbi explicantur genera exceptionum, & a n.2.ad n.34.*

35 *An ſit nulla ſententia ſi exceptiones reſeruatæ ad merita cauſæ non fuerint deciſæ? & à num.16.ad num.40.*

41 *Si ſententia reſciſſionis contractus proferatur in Regno Neap.in contractibus annuorum introituū non factis ſolitis præceptis:* ſoluat tertias, alias &c.*an ſit nullitas? & n.42.*

Si nullitas actorum ordinatoriorum ſit oppoſita, & Iudex ad vlteriora procedat, nulla facta prouiſione ſuper oppoſitis nullitatibus, an talis nullitas actorum remiſſa cenſeatur? Et an ſit nulla ſententia, ſi exceptiones reſeruatæ ad merita cauſæ non fuerint deciſæ? Et an ſi in reſciſſione contractus non admittatur purgatio moræ?

Q V Æ S T I O XVII.

1 ET cenſeri remiſſam, videtur dicendum per *tex.in l.d procedente C. de dilation.* Et Iudex procedendo ad vlteriora videtur omnes exceptiones tacitè reijeciſſe *cap.ex parte 67.de appell.* & ibi: *Bal.num.12. Zabarel.n.1.Panorm.num.2. Ancharan.nu.2.Imol. num.4.Franc.num.4.5.Dec.nu.8.& ſeqq. Monoch. conſ.153.num.34.* ver. *non obſtat Lancellot.de at-*

ten-

Digitized by Google

tentat cap.4.limit.19.num.5. Anchar.iun.qq.famil. lib.2.q.29.num.2.& 8. Gabriel lib.2. commun.concluſ.tit.de except.concluſ.1.num.1.& ſeqq. Scrad.de feud.p.4.in præambul.num.39. Menoch.de præſumpt. lib.2.præſumpt.64. num.10. Aſin.in praxi §.18.c. 6. Pacian.de probat.cap.58.nu.22. Garz.de nobilit. gl.1.ſub num.25. Scacc.de appell.q.17.lim.6.membr. 7.á num.58. dicentes hi vltimi, declinatoriam adeò eſſe diſcutiendam, & non reſeruandam, quod taciè per proceſſum adulteriora videatur declaratio facta ſuper illius reiectione, tanquam incompatibli cum proceſſu. Becc.conſ.31.ſub nu. 6. Felin.in cap.ſuborta num.6.de ſent. & re iudic. vbi limitat hanc concluſionem in iudice delegato, tamen plures refert DD. contrarios.

2 Sed quod non cenſeatur remiſſa, imò quod noua ſit nullitas, ſi illa omiſſa ad vlteriora Iudex proceſſerit, dicit Franc.in cap.dilecto num.25. de appellat. Pur.dec.150.lib.1.dec.71.num.2. & 3.lib. 3. Gonzal.ad reg.Cancellar.gl.9. in anot.num.171. Verall.decìſ.60.num.1. & 2. Muſcatell.in praxi p. gl.nullitatis num.64. Vant.rubr.6.num.16. Giurba dec.70.num.7. Salgad.de reg.protect.p.2.cap.18.nu. 40.& ſeqq.

3 Tamen mea opinio eſt, quod ſecunda opinio
ſit verior, cum proponuntur exceptiones reſpi-
cientes perſonam iudicis, aut defectum iuriſdi-
ctionis, nam illæ debeant expreſsè determinari,
vt docet Gabriel d.concluſ.1.num.3.& ſeqq. Scra-
der.d.num.39. Natta conſ.271. num.3. Menoch.d.
præſ.64.num.2.& ſeqq. vbi declarat Caroc.except.
22.q.8.num.3. R.Rouit.in prag.5. num.16. de ord.
4 iudic. Imò ſententia lata in cauſa principali, pen-
dente, & non deciſa diſcuſſione declinatoriæ eſt
nulla Bellon.dec.167. num.2. & 3. Maſtrill deciſ.
5 127.num.3. imò, & totus proceſſus Paz in praxi
tom.1.p.1.temp.5.num.36.& 37. Greg.Lop.in l.11.
tit.3.p.5.gl.1. Bal.conſ.275.num.1 vol.5. Pacian.de
probat.c.58 num.23.& ſeqq.& num.35. Ea ratione,
quia propoſita declinatoria reuocatur in dubium
poteſtas iudicis, & donec declarauerit ſe com-
petentem, videntur ligatę eius manus, nè vlte-
rius procedat, vt notant Maſtrill. & Rouit ſup.

6 Aut exceptiones reſpicientes legitimationem litigantium, vt notat Hippol.de Marſil.in l.ſi quis num.84.ff.de quæſt. Vant.ſup.num.10. Scrad.d.num. 39. Perez de Lara de anniuerſ.& appell.lib.2.c.10. ex num.63. Salg.de reg. protect. p.2. cap.18. num. 13.& 14.

7 Et procedit in qualibet dilatoria exceptione oppoſita, quæ ſi locum habeat, reddit iudicium retrò nullum, & ideò non poteſt illas ad finem litis reſeruari, ſed ſtatim decidi, nè iudicium reddatur eluſorium, dum index fruſtrà vlterius procedit, & reus inutilibus ſumptibus vexatur Greg.in l.5.tit.10.p.3.gl.1.

8 Et tales dilatoriæ poſſunt opponi non ſolum
ante litem conteſtatam, ſed etiam in quacunque
parte iudicij, imò etiam poſt ſententiam, aut tres
ſententias conformes, cum iuriſdictio eſt impro-
rogabilis Felin.in cap.exceptionem 12. num.28.de
except. Natta conſ.271.num.4. Carleual de iudic.tit.
1.diſp.2. num.811. in fine. Verum cenſetur Iu-
9 dex expreſsè determinaſſe ſuper declinatoria,
ſi cauſa cognita poſt illam propoſitam interlo-
quatur verbis generalibus: non obſtantibus oppoſitis eſſe procedendum ad vlteriora, quamuis decretum non faciat expreſſam mentionem de declinatoria, dicendo; declinatoriæ non eſſe locum, vel remiſſioni petitæ, vt dicit Menoch.d.præſ.64. num. 5. poſt Felin.cap.ſuborta num.6. verſ. tertius caſus de re iudic. Butr.in cap.ſuper litteris 20. num.37. in fine de reſcript. vbi Imol.num.12. Angel.conſ.200. n.3. Pacian.de probat.lib.1.c.58.n.24.

Quo ad reſolutionem queſtionis, an dicatur nulla Sententia, ſi exceptiones reſeruatæ ad tempus ferendæ ſententię non fuerint deciſę. Ideò nos breuitati ſtudendo dicimus, propoſita aliqua actione in iudicio, ſolere aduerſus proponi per reum Conuentum, aliquas exceptiones. Quæ ſunt triplicis ſpeciei. Prima ſpecies eſt exceptionum dilatoriarum. Secunda peremptoriarum. Tertia anomalarum, ſeu mixtarum. Circa primã, quędã
10 illarum Iudicem reſpiciunt, vt declinatoria fori, ipſiuſque ſuſpicio. Quędam ad litigantes referũtur v.d. exceptionis legitimationis perſonę v.g. exceptio obiecta minori, quod agat ſinè Curatore, vel quod tutor non adimpleuerit adimplenda, quod procurator agat ſine mãdato, vel in ſufficienti &c. Quędam pertinent ad libellum, quia obſcurum, vel ineptum, aut cauſam totam, vt exceptio pacti temporalis de non petendo, aut exceptio antè diem agis &c. de iſtis exceptionibus agunt gl.in cap.1.de ord.cognit. & ibi Panorm.nu. 22. Paz in praxi t.p.1. tom.temp.5. num.84. Spec. lib.2.tit.de except.§.exceptionum num.1. Tuſc.lit.E. concluſ.389.& 330. Maranta in ſpec.p.6. membr. 9.num.1. Aſin.in praxi §.13.c.1.& 2. Muſcatell.in praxi lib.1.p.3.gl.dilatorias ex num.1. Bolan.in Curia Phil.p.1.§.13. Villadieg.in Polit.cap.1.nu.8. Scacc.de iudic.lib.1.c.101.ex num.6.& num.31.& ſeqq.& num.58.cum ſeqq.

11 Secundum genus eſt exceptionum merè peremptoriarum, illarum, quę perimunt omne ius actoris §.appellantur Inſtit.de exception. Vt eſt exceptio non num.pecuniæ, doli, metus, pacti de non petendo perpetuo, & ſimiles, de illis agunt, Spec.d.tit.de exception. §.dicto 3. Maranta ſup.nu. 12. Aſin.in praxi §.13.cap.3.4.5.& 6. Paz in praxi p.1.tom.1.temp.7.ex num.1. Muſcatell.p.4.gl.peremptorias ex num.4. Bolan.ſup.§.15.ex n.1. Villadieg.d.c.1.n.9.

12 Tertium genus eſt exceptionum anomalarum, ſeu mixtarum, quę participant naturam, tam dilatoriarum, quam peremptoriarum, & poſſunt opponi, tam antè litis conteſtationem, quam poſt, vt ſunt exceptio rei iudicatæ, tranſactionis, litis finitæ, iuxtà tex.in cap.1.de litis conteſt.in 6. vbi gl. verb. finita De iſtis agunt, poſt antèquiores, Aſin.in praxi §.12.cap.3.6.7.& 9. Maranta ſup.n. 12. Paz ſup.num.1. Muſcatell.ſup.p.4. periurij gl.finita gl.iudicatæ gl.tranſactionis gl.petendo gl. & ſimilia Pacian.de probat.lib.1.cap.58 ex nu.11. Tuſc.lit.E.concluſ.394. Valladieg.cap.1.num.10. DD. in cap.1.de litis conteſt. Soccin.in cap.olim ex num. 16.de litis conteſt. Phil.Franc.in cap.1. ex num.18. de litis conteſt.in 6. Marc.Blanc.in tract. de except. imped.litis ingreſſ. tom.3.tract.1.p.

13 Exceptiones merè peremptoriæ debent opponi poſt litis conteſtationem, & nullo modo

ſunt

ſunt decidendæ ante litis conteſtationē, cū ſuper
ipſis diffinitiua ferenda ſit, qua totalis finitur
tex. eſt in cap. 1. de litis conteſt. in 6. Spec. de except.
§. dicto 3. num. 3. Maranta vbi ſup. num. 13. Pax in
praxi temp. 7. num. 4. & 8. Surd. conſ. 252. num. 7. &
8. vol. 2. Curena reſol. 99. n. 2.
14 Exceptiones dilatoriæ debent opponi ante
litis conteſtationem, non poſt l. vl. C. de except. l.
ita demum 13. C. de procurat. l. exceptionem 19. C.
de probat. & ſi illas non alleget, videtur illis re-
nunciare cap. inter monaſterium de re iudic. Felin.
in cap. exceptionem 12. ex nu. 7. cum 12. limitat. de
except. Aſin. in praxi §. 13. cap. 1. num. 17. & 18. &
c. 8. num. 4. & c. 2. vbi ampliationes, & limitatio-
15 nes regulæ Maranta ſup. ex num. 8. Sic etiam
quo ad dilatorias, quæ reſpiciunt perſonam Iu-
dicis, videl. declinatoria, & recuſatoria antè
omnes ſunt opponendæ, nè illis omiſſis, & pro-
cedendo ad vlteriora, videatur indicis perſona
approbata, & prorogata eius Iuriſdictio. Ma-
ranta in ſpec. p. 6. tit. de except. num. 1. Aſin. in pra.
§. 13. cap. 8. num. 4. Carleual de iudic. tit. 1. diſp. 2.
q. 8. ex num. 991. Ripol. var. cap. 2. ex n. 84.
16 Imò declinatoria ante omnes debet opponi,
etiam ante ſuſpicionem iudicis, ſeu recuſatio-
nem, nam ſuſpicio iudicis obiecta, & recuſatio
videtur præſupponere iudicem competentem,
cum incompetens per ipſam declinatoriam fa-
ciliter, & ſine ambagibus remoueatur, non per
recuſationem, quę plures ſollemnitates requi-
rit, & propoſitionem, & examen cauſarum,
propter quas recuſatur Iudex Bal. in l. vl. ex nu.
6. C. de iudic. & ibi Burbat. Salic. ibid. num. 8. Ripol.
var. c. 2. ex num. 88. Carleual. de iudic. tit. 1. diſp. 2.
17 num. 794. quæ exceptio ſtatim eſt decidenda,
& determinanda Bal. in l. 1. num. 11. verſ. præterea
pone C. de ord. iudic. Paul. de Caſtr. in l. ex quacunq;
num. 10. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & in d. l. 1. n.
9. C. de iudic. Iaſ. in l. ait Prætor 7. num. 25. ff. de
Iur. Iur. vbi aut id procedere, etiam ſi exceptio
iſta requireret altiorem indaginem.
18 Idem eſt dicendum de exceptionibus dilato-
rijs concernentibus perſonæ legitimationem,
quando quis agit nomine alieno, ſecus ſi nomi-
ne proprio Bal. in l. exceptionem 19. num. 7. C. de
except. Abb. in cap. paſtoralis 4. num. 14. de except.
Blanc. de except. imped. litis ingreſſ. num. 36. Aſin. in
praxi §. 13. cap. 8. num. 2. & §. 18. cap. 1. num. 3. &
6. & cap. 2. num. 4. 5. & cap. 3. ex nu. 1. & 4. Gram-
mat. dec. 65. num. 81. 83. & 84. Scrnd. de feud. vbi
ſup. num. 36. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 102. num. 3.
Salgad. de reg. protect. p. 2. cap. 18. ex num. 1. & nu.
10. & 13. & ſeqq. Reg. Rouit. in prag. 5. num. 16. de
ord. iudic. Maſtrill. dec. 258. p. 3. Curena reſol. 99. n.
6. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. loco vbi ſup.
19 Exceptiones anomalæ, quæ opponuntur in
vim dilatoriarum, & peremptoriarum, quæ im-
pediunt litis ingreſſum, vt ſunt exceptio litis fi-
nitæ, tranſactionis, & ſimiles an debeant ſtatim
decidi, vel reſeruandæ ad merita cauſæ, vel in
tempus diffinitiuæ, reſoluimus cum diſtinctione,
aut de iſtis exceptionibus conſtat incontinenti,
cum opponuntur, vel offertur à reo earum pro-
batio incontinenti, & hoc caſu ante omnia ſunt
definiendę, vt ſopiatur lis, & vlterius non proce-
dat, conceſſo eas allegandi breui termino ad eas
probandas. Aut non conſtat de illis, quia requi-
runt altiorem indaginem, nec poſſunt breuiter
liquidari, quia ſunt intricatæ in facto, & tunc
reſeruandę in tempus diffinitiuę ex tex. in l. nam
poſtea 9. in princ. & ibi: gl. verb. exceptioni ff. de
iure iur. & ibi Bar. num. 2. & 5. Bal. num. 1. Ang. n.
1. Salyc. ante num. 1. Marſil. ſing. 365. Molina de
primog. lib. 4. cap. 9. ex num. 39. Menoch. de arbitr.
lib. 1. q. 53. & lib. 2. cent. 1. caſ. 19. & 20. num. 4.
& caſ. 167. & conſ. 125. num. 13. Tuſc. lit. E. concl.
379. Scrnder. de feud. p. 10. vbi ſup. num. 36. Gra-
tian. diſcept. 160. ex num. 1. Surd. conſ. 252. ex nu.
9. Reg. Valenz. conſ. 68. num. 52. Cancer. var. p. 3. c.
17. num. 20. Salgad. de reg. protect. p. 2. cap. 18. &
num. 45. & ex n. 62. Pax in praxi tom. 1. p. 2. temp.
7. num. 4. & 5. Afſl. dec. 52. & 63. Capic. dec. 10. n.
19. & 20. Franch. dec. 289. num. 4. Giurb. dec. 21.
Maſtrill. dec. 8. n. 5. 6. Trimſ. dec. 2. lib. 1. Caſtill. dec.
124. Trentacinq. var. lib. 1. tit. de reſcr. reſol. 5. ſub n.
25. Amat. reſol. 80. nu. 1. Dom. Moccin caſ. 74. Dom.
Staib. reſol. & obſ. 35. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 2.
diſp. 5. vbi num. 21. dicit incontinenti quomodo
dicatur, remitti in arbitrium iudicis de Iure
communi, & in Regno Neap. eſſe probandas
infrà 5. dies per prag. 5. de ord. iudic. Dom. Merlin.
contr. 6. n. 14.
20 Sed quando exceptiones, & quæ requirant
altiorem indaginem, verius eſt remitti in Iudicis
arbitrium, vt dicunt Aſin. in praxi §. 18. cap. 4.
Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 20. num. 3. Salgad. de
reg. protect. p. 2. cap. 18. nu. 47. 48. 64. et 65. Pax de
tenut. c. 38. num. 26. Rot. diuerſ. dec. 619. num. 2. p.
p. 1. Caſtill. dec. 124. num. 10. lib. 2. Amat. reſol. 80.
num. 3. Dom. Merlin. cent. 2. contr. 96. num. 6. et 16.
21 Eiuſdem qualitatis ſunt illę tertij generis,
quas ſup. enumerauimus vid. illæ quę reſpiciunt
merita cauſæ, vt eſt exceptio de non petendo
temporalis, aut exceptio ante diem agis, & ſi-
miles, quę, quamuis ſint dilatoriæ inter anoma-
las DD. ponunt Marcus Blancus in tract. de ex-
cept. imped. litis ingreſſ. n. 118. in fine.
22 Et id quod diximus de exceptionibus intri-
catis in facto, quod ſint reſeruandæ, aduerte,
quod ſi ſunt intricatæ, & dubię ſolum in Iure,
non ſunt reſeruandæ, ſed ſtatim ſunt decidendę
ſuſpenſo interim proceſſu cauſę principalis,
Bal. in l. poſtquam lite 4. num. 8. C. de pactis Blanc.
ſup. num. 102. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 53. num.
4. 5. Maſtrill. dec. 8. ex num. 7. et 20. circa fin. Salg.
d. p. 2. c. 18. ex nu. 50. vbi ponit rationem, quia
in diſputatione Iuris non requiritur ordo iudi-
carius, & dum cauſa conſiſtit non in facto, ſed
in puncto iuris, deciditur abſque termino, vt di-
ximus ſup. q. 2. ex Maſtrill. dec. 217. n. 5. 17. et 18.
Salg. ſup. p. 2. cap. 18. nu. 62. Dom. Merlin. contr. 76.
23 num. 8. et contr. 96. num. 2. cent. 1. Niſi ſit quęſtio
Iuris ſatis intricata, & dubia, nam tunc æquipa-
ratur dubitationi facti, & lex dicitur dubia pro-
pter varias DD. opiniones Angel. de acquir. poſſ.
q. 2. art. 4. Maſtrill. d. dec. 217. num. 19. Farinac.
dec. 540. num. 10. in vltim. collect. Ludouiſ. dec. 234.
num. 1. vbi Beltram. et dec. 406. nu. 17. D. Merlin.
contr. 76. n. 2. cent. 1. et contr. 96. n. 15.
24 Exceptiones omnes, quæ reſpiciunt proceſ-

 ſum,

ſum, non merita cauſæ, vt exceptio breuitatis dilationis, an teſtes ſint recipiendi, vel nè, & ſimiles, ſtatim, & ante omnia eſſe decidendas, & ſuper illis interloquendum tacitè, vel expreſsè, nam niſi hoc fiat, negotium principale non poteſt expediri, & ideo non ſunt reſeruandæ in tempus diffinitiuę Innoc. in cap. cum inter R. 16. num. 3. verſ. ſi verò de elect. gl. 1. in cap. 1. & Abb. ibi num. 11. de ord. cognit. Aſin. in praxi §. 18. c. 3. num. 3. Muſcatell. in praxi lib. 1. p. 5. gl. reſeruatis, ex num. 31. Menoch. conſ. 367. ex num. 1. & de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſ. 167. Amendol. ad Franch. dec. 513. nu. 1. Natta conſ. 138. num. 28. tom. 1. Pacian. de probat. lib. 1. c. 58. num. 19. Surd. conſ. 252. num. 4. Carena d. reſol. 99. num. 7. 8. Huiuſmodi ſunt exceptiones præiudiciales, quæ veniunt appellatione dilatoriarum, & quæ nam illæ ſint diximus ſup.

25 A decreto reſeruante ad merita cauſę exceptiones, an admittatur appellatio, DD. variant. Nam quod admittatur dicit Scacc. de appellat. q. 17. lim. 47. membr. 1. nu. 94. & de ſent. & re iudic. gl. 14. q. 4. num. 52. & ſeqq. qui dicit hoc eſſe verum, ratione damni irreparabilis.

26 Sed quod à decreto reſeruante ad merita cauſę tales exceptiones non admittitur appellatio, tum quia dicta reſeruatio dependet ab arbitrio Iudicis conſiderare debentis ſi eſt nec ne intricata exceptio, tunc etiam, quia reſeruatio non nocet propter acta, quę fiunt exinde, quia ſi obſtabit exceptio, ea erunt nulla, vt conſiderat Anna ſing. 605. Gregor. Lopez in l. 5. tit. 10. p. 3. gl. 1. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 2. diſp. 5. nu. 8. propè fin. Salgad. ſup. p. 2. cap. 18. num. 66. Cornax. dec. 106. num. 15. Triuiſ. dec. 2. num. 8. 9. lib. 1. Aſin. in praxi §. 18. c. 5. D. Merlin. d. contr. 96. n. 9. Moccia d. caſ. 74. nu. 7. & ſeqq. cum illæ exceptiones non ſint deciſæ Franc. dec. 289.

27 Et in arbitrarijs Iudicum, non datur appellatio Giurb. deciſ. 21. num. 4. poſt mille Anton. Amat. reſol. 80. num. 4. & ſeqq. Tum etiam ne re-
28 tardetur proceſſus in cauſa principali, alioquin cauſa eſſet immortalis ad tex. in l. 3. §. ibidem ff. ad exhib. d. l. ille à quo §. 1. ff. ad Trebell. Et ſic
29 quod à decreto reſeruante exceptiones ad merita, non detur appellatio, tenent vltrà citatos Gratian. diſcept. 170. num. 4. Ruginell. de appellat. c. 3. num. 303. Anna ſing. 446. & 605. Triuiſ. dec. 2. n. 1. Intrigl. dec. 17. Giurb. dec. 21. vbi ſubdit ſic deciſum, meminit. Dom. Hodiern. ad Surd. dec. 36. num. 4. Salg. de reg. protect. p. 2. c. 18. nu. 46. & ſeqq. vbi num. 58. & 58. multo magis procedere dicit in Supremis Tribunalibus, maximè ſi adſit ſtatutum mandans, exceptiones omnes reſeruari in fine litis cuiuſcunque generis ſint, pro vt eſt Cremonę in nou. Conſtit. in tit. de iudic. §. ne proceſſus poſt Felin. Pacian. Ruginell. & alios probat Carena reſol. 98.

30 In exceptionibus verò, & articulis, qui ſtatim, vt opponantur, & deducantur proceſſui, requirunt ante omnia examinationem, & cognitionem, pro vt ſunt exceptiones dilatoriæ, aliàs emergentes, veluti recuſationis, declinationis, ſeu incompetentiæ, defectus mandati, & ſimiliũ, articuli præiudiciales de quibus ſuprà, & omnes exceptiones, quæ ſui natura, & ordine anteriorem cognitionẽ exigunt, ante cauſam principalem, ſi illę in diffinitiuam reſeruentur appellari poteſt Pacian. de probat. lib. 1. cap. 58. num. 50. Scacc. de appellat. q. 17. lim. 47. membr. 1. num. 97. Ruginell. de appellat. §. 2. c. 3. num. 303. latè Salg. de reg. protect. p. 2. cap. 18. num. 3. & ſeqq. Amat. cit. reſol. 80. num. 6. & ſeqq. Intrigl. ſing. 161. lib. 2. & ſing. 35. lib. 1.

31 Eſt tamen obſeruandum in hac materia, magnam eſſe differentiam in modo reſeruandi exceptiones, nam multoties illę reſeruantur ad merita cauſæ, vel proceſſus, multoties ad tempus ferendæ ſententiæ. Quoties illę reſeruantur ad merita cauſę, vel proceſſus, tunc primus actus, qui debet expleri poſt compilationem proceſſus, eſt determinare ſi obſtant, vel ne exceptiones illæ reſeruatæ. Quoties verò reſeruantur in finem cauſæ, ſeu in tempus ſententiæ ferẽdæ, tunc examinantur in fine d. Cauſa, & ſi conſtiterit eo tempore, illas obſtare, totus proceſſus redditur nullus. Reg. Sanfel. dec. 88. n. 16. lib. 1. Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 2. diſp. 5. num. 28. Ant. Amat. cit. reſol. 80. num. 15. Ea ratione, quia reſeruare exceptiones nihil aliud eſt, quam reſeruare effectum ipſarum l. ſi fideiuſſor 7. in princ. ff. qui ſatiſdare cogãt Et effectus earum erat impedire litis conteſtationem, & proceſſum Cauſæ, vndè cum ex poſt facto appareat, litem non debuiſſe conteſtari, neque in cauſa procedi, per conſequens conſtat, quidquid factum eſt, non eſſe ritè, & rectè factum, quia conteſtatio non ritè facta, pro nulla habetur. auth. offertur in fine C. de litis conteſt.

32 Et quiuis actus non ritè factus, cenſetur non factus. l. quoties vitiosè 6. ff. qui ſatiſd. cogantur poſt alios Giurb. dec. 21. num. 6. Carleual. d. diſp. 5. num.
33 28. in fine. Et proindè ſi obſtabit reſeruata exceptio, erunt reficiendæ expenſæ. Clem. appellante de appellat. Anna ſing. 605. Gratian. diſcept. 170. n. 9.

34 Eſt tamen verum benè procedere, quæ diximus de nullitate geſtorum, ſi probentur exceptiones, quoties exceptio reſeruata proceſſui opponeretur, ſecus ſi ſubſtantię ipſius negotij, ſuper quo agitur, quia adhoc, vt dicatur nullum, quod antea factum eſt, requiritur ſententia declarans, quod illud pro irrito haberi debeat, ſicut aduertit poſt Gratian. diſcept. 170. n. 7. & 8. Giurba d. deciſ. 21. n. 7.

35 Quibus viſis, & perpenſis, deueniamus ad reſolutionem, an reſeruatis prædictis exceptionibus in tempus Sententiæ, debeat Iudex in ſententia de illis facere mentionem, aut antè ſententiam ſuper illis ſpecificè interloqui, & an earum omiſſio reddat Sententiam nullam? Cum diſtinctione communiter reſoluunt. Aut reus inſtat decidi exceptiones reſeruatas, aut non inſtat. Primo caſu Sententia lata non deciſis exceptionibus reſeruatis, erit nulla. Secundo verò caſu erit valida. Triuiſ. dec. 2. n. 8. cum ſeqq. lib. 1. Giurb. dec. 21. n. 9. & 12. cum ſeqq. Salgad. de regia protect. 2. c. 18. ex n. 61. ſignanter n. 69. ea ratione, quia multa, parte non opponente ſubſiſtunt, quæ alias de Iure non valerent Magon. dec. luc. 52. num. 21. Giurba dec. 14. n. 8. Amat. reſol. 80. n. 2. Reſolutio pri-

Digitized by Google

primi caſus videtur probari ex Sententia *Carlenal.d.diſp.5.num.29.ex tex.in l.de qua re 74. in*
36 *princ ff.de Iudic.Carlenalio* verò & *mihi* contraria opinio verior videtur, & ſic validam eſſe Sententiam, quæ ſpecificè non pronunciauerit ſuper exceptione reſeruata, etiam ſi pars petierit, & inſtaret pro ſpecifica determinatione, ſed ſolum cauſam determinauerit, prolata diffinitiua ſententia ſuper principali negotio, videtur eſſe Sententia *Muſcatell.d.gl.reſeruatis num.42,Bar.in l.a.num.6.& 7. & 8. C.de ordine iudic. & in l.d procedente num.3.4.et 5. C.de dilat. Menoch.de arbitr.Iudic.lib.2.cent.2.caſ.167.ex n.4.*

37 Et eſt ratio, quia dum Iudex pronunciat ſuper principali non eſt neceſſarium commemorare expreſſe exceptionem oppoſitam, illam reprobando per Sententiam, vt illa videatur reijciſſe, ſed ſat eſſe pronunciare ſuper principali, cum etiam ſuper reſeruata exceptione, cenſeatur pronunciaſſe. Quod procedit ſi ſuper illa plenè fuerit diſcuſſum, nam tunc oritur ex Sententia exceptio rei iudicatę aduerſus prædictam exceptionem, & probat *Gratian.diſcept.945. ex num.13. Pacian.de probat.lib.1. cap.58. ex num.63. Farinac.in praxi q.100.c.2.num.89.et 90. Afflict.in conſtit.Neap.*incip.*Si ciuiliter agens nu.11.* Et ſic cum
38 videatur tacitè pronunciaſſe, proceſſus non vitiabitur *Bar.in d.l.à procedente n.4.et d.l.1. nu.8.* vbi in ſpecie loquitur de exceptione tranſactionis, rei iudicatæ, & iuris iurandi, latè *Carlenal.d.diſp.5.n.30.*

39 Quo ad 2.caſum ratio eſt, quia dum reus patitur Iudicem ad Sententiam procedere, & non inſtat decidi exceptionem reſeruatam, videtur illi renunciaſſe, iuxtà tradita à *Dec.in l.res iudicata 208. n.4.ff.de regul.Iur.Crauet.conſ.140. num.5.Aſin.in praxi* §.19.*cap.5.limit.11.Monter.deciſ.12.num.56.Cancer.var.p.1.cap.20.ex num.20. & 21.& p.3.cap.17.num.13. Gonzal.in reg.8.gl.66. ex num.38.Caſ.Barz. dec.154.ex num.8. Carlenal. d.diſp.5.num.29. in med. Amat.deciſ.24. num.27. Put.deciſ.150.lib.1. Salg.de doreg.protect.p.2. cap.18.n.69.& ſeqq.*

40 Et multo magis erit valida ſententia diffinitiua, ſi vnico decreto reijciatur exceptio reſeruata, decidendo illam non obſtare, & feratur ſententia diffinitiua ſuper negotio principali, & hoc ad euitandum, & dirimendum lites, nè decidendo ſeparatim incidens illud, detur appellatio, & in infinitum iudicium trahatur. *Berou.conſ.34. n.8.lib.3.* ver.*ſed quando exceptio Ludouiſ.deciſ.470.num.10. Aſin.in praxi* §.18.*c.2. Fachin.controu.lib.1.cap.43.* ver. *prima concluſio Card.Tuſc. lit.E.concluſ.379.num.7.& concluſ.526. lit.S. nu.6.& 7.* vbi de conſuetudine Bononiæ id diſponente, quam ſententiam, & rationabilem vocat ad dirimendas lites *R.Rom.dec.21. nu.13.*vbi teſtatur de praxi noſtrorum Tribunalium *Dom. Hodiern.ad Surd.dec.36.Amat.d.reſol.80. num.15. et 16.*vbi teſtatur etiam de praxi Regni Siciliæ, vbi tamen *nu.10.et ſeqq.* regulariter debere pronunciari in interloquutoria ſeparatim, ad hoc vt ab illa poſſit appellari, ſi illa interloquutoria afferat grauamen, quod non poſſet reparari in diffinitiua ex *Becc.conſ.31.num.2.et l.2. et per tot. C.de ordin.cognit.l.5.C.de appell.Berou.conſ.34.n.6.lib.3.Scacc.de appellat.q.17.lim.47. membr.1.n.98.et lim.6.membr.7.n.113.*

41 Alter modus eſt, quo Sententia eſt nulla, ex quo non eſt ſeruatus ordo in illius prolatione, eſt, cum ſententia reſciſſionis profertur in Tribunalibus Regni Neapol. In contractibus annorum introituum non factis ſolitis præceptis de ſoluendo annualitates, ſeu tertias, quæ præcepta ſunt neceſſaria ante aſſiſtentię præſtationem, ad hoc, vt mora purgari poſſit ad *cap.potuit tit.de locat.& conduct. Loffr.d.conſ.41. Franch.dec.482. R.Latr.dec.30.per tot.* præcipuè *nu.16.17. et 18.* vbi monet ab huiuſmodi ſtylo in iudicando non eſſe recedendum, cum ſit inducta conſuetudo, quæ vim legis obtinet *Cin.et Bal.in fin.C.quæ ſit longa conſuet.R.Rouit.deciſ.22.num.7.et conſ.18. num.3. lib.1.*

42 Imò cum ſtylus habeat vim legis *Afflict.deciſ.135.num.3.R.Latr.d.deciſ.30. D.Theodor.alleg.1. num.33.et alleg.33.num.10.* nos diximus *ad conſ.18. Dom.Rouiti lib.1.Dom.Pratus obſeru.pract.44.* Sententia lata contra ſtylum eſt nulla. *Idem Dom. Prat.diſcept.forenſ.cap.31.num.19 20.et 53.*quamuis ipſe *in fin.d.diſcept.* dicat deciſum per S.C. primam, & quartam nullitatas obſtare, & ſic non obſtare tertiam, vbi cumulauit has rationes. An, & quando ſententia lata contra ſtylum ſit nulla dicemus *infra q.29.*

S V M M A R I V M.

1 *Modus, quo creditor ſatisfaciendus eſt ſuper rebus debitoris, et n.2.3.*

4 *Si feratur ſententia contra diſpoſitionem tex.*in l.à diuo Pio, ff.de re iud.§.in venditione, *an ſit nulla? vbi tota materia* d. tex. & à num.5. ad num.23.

Sententia lata, & executio facta non ſeruata forma *l.à diuo Pio* §. *in venditione, ff.de re iudicata,* an ſit nulla?

Q V Æ S T I O XVIII.

1 In *tex.in l.à diuo Pio.* §.*in venditione ff.de re iudic.*datur modus, quo ad inſtantiam creditoris in actione perſonali procedi debet contrà debitorem, & procedi debet ad venditionem rei debitoris, vt ſcil.primo vendantur res mobiles, ſeu ſeſe mouentes 2.immobilia, & tertio, his non apparentibus, vel non ſufficiētibus, iura, nomina, & actiones, idem in *tex.in cap.quoniam frequenter, vt lite non conteſt. Spec.lib.2.p.3.tit.de execut.ſent.*§.*ſequitur videre 3.num.2. Aſin.de execut.*§.*2.cap.1,num,1.& ſeqq.Guid.Pap. deciſ.281.num.2.Coler.de proceſſ.execut.p.3.cap.9. num.19.Koppen dec.55. nu.25.* poſt *alios Berlich. lib.1.concluſ.81.num.45. & ſeqq. Rodriqu.in tract. de execut.ſent.c.5. num.3. Nig.de execut.rei indic. cap.11.in princ. Galganet.de Iure public. lib.2.tit. de 51.num.24.Rebuff.de literis obligat.art.1.gl.12. n.7.*

n.7.& art.74.gl.& 3.Idē Aſin.in praxi §.31.c.5. quod cauetur de *Iure.&Stat.Romano lib.1.c.195.*

2 Si denique omnia hęc non ſufficiunt, vel non adſunt, deuenitur ad carcerationem, & capturā perſonæ *Pract.Papienſ.in forma execut.ſent. deſin. gl.ſapiens num.22.& ſeqq.Coler.ſup.nu.19.& ſeqq.*
3 & ſic expeditis litteris executorialibus, & mandato executiuo, apparitor, ſeu executor deputatus ad executiones faciendas, facit executionem modo prædicto, verum ſi non reperit, quæ exequatur, facit relationem: nihil reperijſſe ad exequendum, qua facta Iudex monet reum, vt infrà certum tempus exhibeat executionem explicitam, aliàs prouidebitur, quod capiatur de perſona, & deinde facto alio decreto, ſi non exhibet talem executionem, capitur de perſona. *Coler.ſuprà num.37.&ſeqq.Berlich.ſup.num.47.* vbi teſtantur etiam de praxi Saxoniæ, *& num.48.* Diximus *ad R.Rouit.conſ.44.num.30. lib.2. Nig.de execut. rei iudic.c.14.n.1.& ſeqq.& n.39.& ſeqq.*

4 Idrò quęſtio eſt, ſi profeſeratur ſententia venditionis rei debitoris immobilis tempore, quo ille habet bona mobilia, vel ſe ſe mouentia, an iſta ſententia ſit nulla, vel neceſſe eſt, vt ab illa appelletur? Aliqui dicunt eſſe nullam, vt etiam executionem. *Imol.in d.* §. *in venditione col.2.* verſ.*an autem proceſſus* vbi *Alex.* plures apud *Marunta in ſpecul.vl.actu, Addentes ad Aff.dec.358.* vbi anno 1552.deciſum per S.C.refert *Aff.Vin. opin.10. & 11. Molin.de hiſp.primog. cap.7.* verſ. *nec obſtat num.24.lib.4.Gamm.dec.199.* dicit cōmunem hanc opinionem non tamen carentem contradictoribus. Ea ratione, quia in *d.tex.* datur forma, qua non ſeruata actus corruit *l.non dubium C.de legibus Gratian.diſcept.forenſ.cap.734. num.24.* hanc opinionem tenent *Put.dec.318.lib. 2.Coler.de proceſſ.execut.p.3.cap.9.num.20.* dicens ordinem *d.tex.* eſſe traditum pro forma *Koppen. dec.55.num.27.Gabriel commun.concluſ.lib.2. de execut rei iudic.concluſ.2.num.1.& ſeqq.Aſin.de execut.* §.*4.cap.90.num.12.& ſeqq. D.Prut.obſeru. pract.obſ.43.num.45.* verſ.*Tot inter ſcopulos Nig.de execut.rei iudic.c.11.*§.*1.n.47.*

5 Alij verò verius exiſtimat Sententiam, & executionem non eſſe nullam, ſed ab illa debere appellari. *Bart.in d.*§.*in venditione* ver.*quæro, &* ver.*ſed hoc,* vbi *Iaſ.col.4.* ver.*iuxta idem Aff.in conſtit.* incip.*dilationes num.23.* ver. *ſubſequenter* alijque quos refert *Franch.dec.441.* qui hanc opinionem dicit veriorem eſſe. *Io: Gutier.pract. qq lib.1.q.131.* poſt alios *Caroc. de except.except. 61.num.7. & per tot. Petr.Rebuff.ad l.gallius tit.de litterarum obligat.art.11.gl.5. num.1. & tit.de execut.ſent.art.7.gl.14.num.7.Rol.à Valle conſ.32.n. 31.vol.1.Gama d.deciſ.Luſit.199.nu.6.Surd.conſ. 39.nu.22.* deciſum refert per S.C.*Iacob.de Franchis in addit.ad Alex.in d.*§.*in venditione*, Dummodo in ſubhaſtatione ipſorum æſtimatio prę ceſſerit, alias executio eſt nulla *Caſtill.dec.91.n. 14.* vt in hoc caſu loquitur *Aff.d.dec.358. Muneut.dec.19.Trentucinq.var.lib.2. tit.de execut.rei iudic.reſol.2.ex num.3.& 4.Carleual.de iudic.lib.2. diſp.1. num.12.* verſ.*contrarium Maſtrill.dec.253. num.9.*

6 Alij verò aliter dixtinguunt: Aut Iudex in eius Sententia ſpecificauit ordinem contrà *d.*§. *in venditione*, & tunc in executione poteſt opponi de nullitate. Aut Iudex exequitur ſine interloquutoria non ſeruato ordine, & tunc valet *Gabriel concluſ.2. de execut.rei iudic. Contard.de q moment.poſſeſſ.limit.18.num.27.*

7 Aliter etiam conciliat *Salgad.de reg.protect.p. 4. cap.3. num.105.* vt prima opinio procedat in executore, ſecunda in Iudice ordinario.

8 Aliter conciliat *Surd. d.conſ.39. num.23.* Vt opinio *Aff.* procedat ſi Iudex iubeat exequi iuris ordine ſeruato, & executor faciat executionem præpoſteram.

9 Alij aliter tenent, ſcil. eſſe nullam executionem, ſi vltrà inobſeruantiam ordinis *d.* §. adeſt ille, quod ſtabilia non ſunt vendita iuſto pretio, quia tunc eſt nulla executio. *Aſin.de execut.*§.*4. cap.90.num.12. Franch.d.deciſ.441. in fine*, vbi deciſum fuit per S.C.*Curocc.d.except.61. num.4.* verſ.*Vel dicimus.*

10 Alij denique tenent non eſſe nullam talem executionem, ſi ſimus in locis, vbi proceditur ex ſtatuto: ſola facti veritate inſpecta. *Grauat.ad Veſtr.in praxi lib.8. c.vl. num.27.* quem ſequitur *Dom.Luca ad Franch.d.dec.441. num.4.* ver. *Ducor.Cald de modo articul.& prob.gl.4.nu.69.Grammat.conſ.crim.40.num.27. ex l.fin.* §.*fin. ff.at eo, quod met.cauſ.*

11 Mihi verò ſemper placuit ſecunda opinio, ea ratione præcipua, quia ordo traditus à Diuo Pio *in d.*§.*in venditione* non eſt introductus pro forma, ſed tantū in vtilitatē debitoris vel creditoris, vt infrà, ſiue adiudicis inſtructionē, ſecundū *gl.ibi* verb.*inueniuntur*, & aliud eſt, quod ſit pro forma, aliud pro inſtructione *Bal.in l.prolatā n.2.C. de ſent.& interloq.omnium iud.Surd.d.conſ.39.n.23. Mitanenſ.dec.5. n.50.& ſeqq.Card.Tuſc.tit.F.concluſ.519.num.16.& a num.13.* vbi quod, quando prępoſteratio ſonat in conſilium legis, non in neceſſitatem, non vitiat *Caſtrenſ.in conſ.232.col. 1.in fine* verſ.*nec obſtat, & col.2.lib.1.*

12 Eſt tamen verum diſpoſitionem *d.textus* non eſſe ſeruandam quoties ageretur actione hypotecaria. *Soccin.conſ.158.num.27.vol.2. Marunta in ſpecul.p.6.*verb.*executio* verſ.*2.limit.n.13.Amend. ad Franch.dec.441. nu.7. Carocc.de except.excep.*
13 *61.num.4.in fine* De *Iure* Galliarum ex ſpeciali ordinatione Regis Franciſci Primi, ab anno 1539.fuit abrogatum Diui Pij reſcriptum, de quo in *d.*§.*in venditione*, & conceſſum creditori, quod liberam habeat exequendi electionem ſuper bonis debitoris, nullo ordine ſeruato, vt prius ſuper mobilibus, quam immobilibus, & nominibus debitorum exequatur, ſicut cautum erat in *d.*§. *in venditione*, vt dicit *Matth.de Afflict. in*
14 *addit.ad Guid.Pap.dec.281.& 568.* Sic etiam de *Iure* Hiſpaniarum dicit ex lege particulari *Furlador.lib.2.rerum quotid.cap.fin.5.p.*§.*3.n.4. & 5.*

15 Debitor inuito creditori rem immobilem, cū habet mobilem, tradere in cauſam iudicati non poteſt *Stracc. de mercat.p.3. num.43. Vncſembec. conſ.28.num.26.p.1.Koppend.dec.55.num.5.& 6.*
16 & ſecundum veriorem opinionem inter res mobiles, & ſe ſe mouentes non adeſt differentia, ita vt poſſit ad libitum quælibet exequi *Coler.d.*

cap.

Digitized by Google

cap.9.num 21.*& ſeqq.& num.*38.*& ſeqq.* vbi con-
17 trarios refellit. Talis ordo non eſt traditus in fauorem debitorum, vt dicit *Imol.in d.l. à diuo Pio*, §.*in venditione num*.4.verſ.*& hoc etiam videtur hic ſequi* Sed creditorum *Iaſ.in d.*§. *in venditione num*.10. *Coler.ſup. num*.23. vbi contraria ſoluit, & *num*.31.*& ſeqq.& num*.39. *& ſeqq. Felin.in cap.quo ad conſultationem de ſent. & re iudic.num.* 12 *& ſeqq.Berlich.d.concluſ.*81. *n*.57.
18 Inter bona mobilia diuerſarum ſpecierum aliquis ordo eſt ſeruandus *Io: de Imola in d.l. à diuo Pio d.*§.*in venditione num*.1. & licet ordo executionis non ſit traditus in fauorem debitoris, vt non bene dicit *Imol.ibid. n*.2. Sed in fauorem creditoris *Iaſ.ibid.Coler.de proceſſ.p.3.c.9. num*.23.31.*& ſeqq.* ideò dicendum eſt, inter mobilia diuerſarum ſpecierum non eſſe ſeruandum ordinem. *Coler.ibid.num*.21.*et ſeqq.* ſed ſit in electione creditoris, quæ bona velit exequi *Coler. ibid.num*.33. vt eſſe de *Iure* Saxonico dicit *Berlich.concluſ.*81.*num*.60. Et licet contrarium dicant *gl.in d.*§.*in venditione* verb. *animales Maran in ſpec.p.6.act.3.tit.de execut.ſent.n*.11. *et ſeqq.* Tamen id procedit dummodo creditori aliquod præiudicium ex tali electione non fiat, alioquin eſt incipiendum ab his bonis, quæ poſſunt celerius diſtrahi *d.l.à diuo Pio* §.*ſed, et illud ff.de re iudic.Cuman.Iaſ.et Zaſ.in d.*§.*in venditione*, quod eſt de *Iure* Saxonico, vt dicit *Berlich.ibid.n*.63.
19 Et ſic creditor rem magni pretij eligens audiri non debet, ſi res minoris valoris adeſt, & æquè ſolutioni ſufficit *Coler.ſup.nu*.36.45.*et ſeqq. Nig. ſup.*§.2.*num*.16.*et* §.6. Beneuerum equi, boues,
20 oues, frumentum ad ſeminandos agros deputatum, & reliquæ res ad agriculturam ſpectantes, adeò ſunt priuilegiatæ, vt non niſi vltimò, vbi bona mobilia, immobilia, nomina iura, & actiones debitoris deficiunt, capi poſſunt *Maranta ſup.nu.* 31.*Coler.de execut.p.2.c.3.n*.189.*et ſeqq.*
21 Si bona nobilia, vel ſe mouentes non ſuperſint nec exiſtant, capiuntur res ſoli, ſeu immobilia *d.l.à diuo Pio* §.*in venditione* verſ.ſi *non ſuffeceit ff.de re iudic.Coler.d.p.3.cap.9.num*.45. Verum ſi contrarium fiat non eſt nullitas, ſed appellari poteſt *Coler.ibid.num*.22.*& ſeqq.Berlich.ſup.n*.64.
22 Diſpoſitio dicti *tex.* non procedit in obligatione in forma Cameræ *Gratian.diſcept*.479. *n*.42. *Nig.ſup.*§.1.*num*.66.*&* §.4. Nec procedit, vbi illi
23 beneficio eſt renunciatum per partes *Nig.ibid.c.* 11.§.5. ad materiam videndus *Berlich.ſup. Nig.d. cap*.11.*in princ.&* §.1.*& ſeqq.Coler.ſup.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ſuper bonis in genere obligatis, non ſuper bonis in ſpecie obligatis, an ſit nulla? & à num.2.ad n.24.*
25 *An, & quando poſſit agi contrà fideiuſſorem non diſcuſſo principali debitore, & à nu.26. ad n.36.*
37 *An, & quando poſſit agi contrà tertium poſſeſſorem non diſcuſſo principali debitore? & n.38.39.40. 41.& num.50.& à n.51.ad n.59.*
42 *An auocatio pecuniæ libertatæ creditori cum cautione, poſſit auocari non diſcuſſo debitore principali? & num.43. & an à minus poſteriore? num.45.*
44 *An creditor poſſit agere contra legatarium non diſcuſſo herede?*
46 *Si poſſeſſori bonorum ſubiectorum fideicommiſſo, ſit data licentia alienandi aliquam rem, intelligitur diſcuſſis bonis liberis.*
47 *Creditor habens obligata bona feudalia, & burgenſatica, quando poſſit ſatisfieri ſuper quibus velit? Quid reſpectu creditorum habentium obligata bona ſubiecta fideicommiſſo? & n.48.49.*
60 *An ſit nullitas peruerſio ordinis? & qui ſint termini ſubſtantiales iudicij & à n.61.ad n.79.*

Sententia lata ſuper bonis in genere obligatis, non diſcuſſa re ſpecialiter obligata, an, & quando ſit nulla? Et an ſit nullitas peruerſio ordinis iudiciarij?

QVÆSTIO XIX.

1 ALia nullitas, quæ ſolet opponi aduerſus ſententias ex defectu ordinis procedendi non ſeruati, eſt quoties ſententia eſt lata ſuper bonis in genere obligatis, non tamen ſuper re in ſpecie obligata prius, ad *tex.in l.2.C.de pignorib.* Vnde ad reſolutionem eſt videndum, quod Iuris. Et non eſt dubium per *d.textum* diſponi, prius bona ſpecialiter obligata vindicari debere, & poſt modum ea, quæ ſunt generaliter obligata, hancque concluſionem ex hoc *textu* ſumpſerunt *Caroc.de excuſſion.bonorum q*.65. *Statil.Pacific.de Salnian.interd.inſpect.3.cap.3.num*.69. *Muta deciſ.Sicil*.24. *num*.25.& quod ſit nulla ſententia lata ſuper bonis in genere obligatis, omiſſa re in ſpecie obligata, deciſum refert *Thor.in comp.deciſ.p.3.*verb. *nulla an cenſeri ſect*.2.
2 Quæ concluſio ſine vllo dubio procedit, vbi in inſtrumento obligaretur vnus fundus, & in defectum alia bona, nam per verbum *indefectum* videntur alia bona obligata ſub conditione, cũ verbum illud *indefectum* conditionem importet, *l.2.ff.qui potior l.decem*, vbi *Iaſon.num*.19. *ff. de verb.obligat.Anna conſ.*81.*num.9.Cenc.de cenſib.q.* 88.*num*.64.*& dec*.263 poſt *d.tract.*probat *D.Luc. ad Franch.dec.5.num.3. Thor.p.3. comp.dec.*verb. *nullitas p.2.fol*.169. *D.Scopp.ad Gratian.deciſ*.25. *num*.28.
3 In contrarium vrgent alij, dicentes, creditorem habentem generalem hypotecam, poſſe vendere, quã vult ex rebus pignoratis ad ſui libitũ, *l.creditoris ff.de diſtract.pignor. Caroc. vbi ſup.d.q.* 65.*num*.15.
4 Sed prima opinio eſt verior fundata diſpoſitioni *d.tex.l.2.* & diſpoſitio *d.l.creditoris* procedit, vbi creditor habet tantum generalem hypotecam, nam tunc nemo dubitauit, quin poſſit agere ſuper qualibet ex re ſibi obligata, & ideo creditor poſterior habens generalem hypotecam non poteſt impedire dictum creditorem anteriorem per *tex.in l.qui generaliter in princ.ff. qui potiores.*
5 Beneuerum diſpoſitio *d.tex.l.2.* procedit in beneficium creditorum, præcipuè habentium ſo-

lam

Digitized by Google

lam generalem hypotecam contrà creditorem habentem ſpecialem, vt antè quam ille virtute generalis hypotecæ ad bona recurrat, excuſſionē in ſpeciali faciat, ſed non in fauorem debitoris, & hæredum, quia non ex eo, quod ſit hypoteca ſpecialis, poteſt petere, vt ad reliqua bona non accedat creditor, antequam fiat excuſſio in hypoteca ſpeciali, nam creditor hoc non obſtante, habet electionem exigendi ex quibuſcunque bonis *Angel. in d. l. 2. verſ. in ea Surd. dec. 44. nu. 10. Trentacinq. var. lib. 3. reſol. 5. de pignor. nu. 8. Caſtill. contr. 26. tom. 4. num. 23. Ant. Thomat. dec. Macerat. 97. num. 30. & 31. Gratian. in add. ad dec. 25. num. 13. Guttier. cõſ. 50. n. 15. Nogaerol. alleg. 4. n. 31.*

6 Scio tamen aliquam eſſe difficultatem in caſu, quo quis habeat primo loco ſpecialem, & ſecundo loco generalem, à caſu quo quis habeat primo loco generalem, & ſecundo loco ſpecialem, nam aliqui dicunt, quod ſi præcedat ſpecialis, clauſula generalis non refertur ad ſpecificata, ſi verò præcedat generalis refertur *Alberic.* poſt *Petr. de bellapert. in d. l. 2.* iuſta notata *in l. d. ſi clauſula ff. de verb. obligat. & l. cum quæſtio §. fin. C. de legat.*

7 Alij verò contrarium verius ſubſtinent, ſcil. diſpoſitioni *d. l. 2.* ſemper eſſe locum, ſiue primus creditor habeat primo loco ſpecialem poſt generalem, ſiuè è contrà, nam talis ordo ſcripturæ non attenditur ad tollendam executionem *d. l. Fulgoſ. & Salic. in d. l. 2. Parıſ. conſ. 50. num. 38. Neguſant. de pignor. p. 6. membr. 2. n. 51.*

8 Poſſem afferre plures concluſiones ad explicationem *d. l. 2.* Sed illas videat lector apud *Caroc. d. q. 65. Caluin. de æquitate lib. 1. cap. 30. nu. 14. Dom. Prat. obſ. 29. num. 81. et ſeqq. Merlin. de pignor.*
9 *lib. 4. q. 21.* ponam tantum ſeptem. Prima eſt an habeat diſpoſitio *d. textus* locū in muliere agente pro dote, & procedere etiam in dote, dicunt *Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 18.* verſ. *octauò Roman. conſ. 127.* verſ. *tertio quia Cravet. conſ. 67. num. 16. Caroc. de excuſſion. bonor. q. 65. num. 18. Pacific. de Saluian. interd. inſpect. 3. cap. 3. num. 69. Dom. Theodor. alleg. 39. num. 11. Rot. Rom. dec. 431. p. 5. recent. Dom. Conſ. Prat. pract. obſeru. d. c. 29. num. 82. Surd.*
10 *conſ. 495. lib. 4.* Rationem ponunt, quia dos non habet in hoc caſu ſpeciale priuilegium, hoc reſpectu, vt dum habet ſpecialem, atque generalem non debeat prius experiri ex ſpeciali, quamuis habeat priuilegium tacitæ hypotecæ *l. aſſiduis C. qui potior in pignor.* Quam ſententiam procedere etiam ſi apponendo ſpecialem hypotecam, declaretur fieri ad maiorem ſecuritatem *Surd. d. conſil. 495. num. 9. Coſta de remed. ſubſid. remed. 11. n. 3. 4.*

11 Et quamuis contrarium tenuerit nouiſſimè *Merlin. in tract. de pignor. lib. 4. q. 21. num. 37.* ea ratione, quia excuſſio eiuſmodi ex *nouo iure Codicis* ſtatuatur ex equitate, quæ non debet ſeruari contrà dotem, cuius cauſa per ſe eſt æquiſſima, *l. 1. ff. ſolut. matr.* ideò non debet extendi contrà
12 dotem. Tamen ſemper mihi placuit prima opinio, ea ratione, quia diſpoſitio *tex. d. l. 2.* eſt generalis, & ſic debet comprehendere generaliter *l. cum quærebatur ff. de verb. ſignif. Seſſ. dec. 48. num. 27. Franc. Molin. de ritu nuptiar. lib. 4. q. 54. nu. 4.* & dos in hoc caſu ante *d. l. 2.* non erat priuilegiata, ad hoc, vt poſſit dici, quod lex ſubſequens generaliter loquens non debeat comprehendere dotem, quæ habebat ſpecialem prouiſione *Sebaſt. Medic. de reg. Iuris reg. 1.* Et dos non eſt priuilegiata, niſi in caſibus expreſſis, latè *Andreol. d. contr. 256. num. 28. & ſeqq.* vbi afferens omnia fundamenta *Merlini*, illa ſigillatim refutat.

13 Et in tacita hypoteca doti competenti, quod requiratur excuſſio contrà principales debitores, ad hoc, vt agi poſſit contra tertios poſſeſſores *ad tex. in l. ſi debitor. C. de pignor.* tenet *Franch. dec. 270.* innixus opinioni *gl. in l. vbi adhuc verſ. qui non potiora C. de Iure dot.* communiter receptę à *Pacific. de Saluian. inſp. 2. cap. 2. num. 8. Merlin. de pignor. lib. 5. q. 69. num. 37.* Nam quamuis
14 cauſa dotis ſit ſummaria, & ceſſent exceptiones de apicibus Iuris *l. iure ſuccurſum, ff. de iure dotium* Attamen excuſſio competit ratione ſui intereſſe, vt dicit *Pacific. vbi ſup. Fab. defin. 21. C. de Iure dotium Paſcell. exped. cauſ. ciuil. 4.*

25 Secunda concluſio ad explicationem *d. tex. in l. 2. C. de pignor.* eſt quid dicendum ſi in inſtrumento obligationis adeſſet clauſula, *quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contrà*, an Creditor habens ſpecialem hypotecam, cum generali, virtute d. proteſtationis, poſſit generalem exercere, omiſſa ſpeciali, in prœiudicium poſteriorum, & poſſe, defendit *Praſ. de Franch. dec. 58* vbi decisum refert per S. C. pluries. *Caſſan. in Cathalog. gl. mundi par. 12. conſid. 99. Pariſ. conſil. 103. nu. 3. & ſeq. lib. 1. Oſaſchius dec. Pedemont. 158. in fin. Gizzarell. dec. 29. num. 4. Caſtill. dec. 98. nu. 2. lib. 1. Pacific. de Saluian. cap. 3. inſpect. 3. nu. 47. Fontanell. de pactis nuptial. tom. 1. clauſ. 4. gl. 18. p. 1. num. 86.* qui dicit hodie non eſſe in vſu *d. legem 2.* ex dicta clauſula ſolita apponi in omnibus inſtrumentis, decisum per S. C. refert *Thor. p. 3. cap. dec.* verb. *aſſiſtentia præſtita Trentacinq. var. lib. 3. tit. de pignor. reſol. 5. D. Hodiern. ad Surd. dec. 44.*

Et quamuis *Caluin. in tract. de æquitate lib. 1. c. 30. Rodriq. in tract. de concurſ. creditor. p. 2. art. 1. n. 4.* teneant, etiam ſtante dicta clauſula eſſe locum diſpoſitioni *d. l. 2.* ea ratione, quia per dictam clauſulam non cenſetur præiudicatum generali hypotecæ, non autem, quod prius ad generalem, quam ad ſpecialem agi poſſit, & quod proteſtatiu non operatur in his, quæ in iure conſtituta ſunt, Tamen contrà eos eſt *Dom. Conſ. Prat. pract. obſeru. cap. 29.* qui latè ſoluit illorum argumenta, nam per talem proteſtationem nihil aliud intendunt contrahentes, quam generalem hypotecam intantum relinquere, ac ſi ſpecialis adiecta non eſſet, vt dicit *addit. ad Molin. de primog. lib. 4. c. 7. verſ. ſecundo*, & ea, quæ introducta ſunt fauore alicuius, legitime renunciari poſſunt, *l. pen. C. de pactis.*

16 Et d. clauſulæ æquiualet clauſula, *vt vna via electa, alia non tollatur*, cum illa etiam faciat ceſſare excluſſionem *Gratian. d. cap. 38. Staib. d. reſol. 67. & 96.*

17 Tertia concluſio eſt ad explicationem *d. l. 2.* an illius diſpoſitio procedat, vbi in inſtrumento adeſt conſtituti clauſula: *Amendola ad Franch. d. dec. 5.* dicit etiam procedere, ſic etiam *Merlin. de* pi-

Pignor.lib.4.q.21.num.31.poſt Surd.dec.44.n.12.
Andreol.contr.256.num.8. & 11.Amend.fundat ſe
rationi,qoia dicta clauſula potius de ſtylo nota-
riorum cenſeatur appoſita, quam ex mente con-
trahentium.
18 Contraria opinio mihi verior videtur,quam
ſequuntur Theſ.dec.215.poſt alios D.Conſ.Prat.d.
obſ.29.num.86.poſt Tiraquel.d.conſtit.p.1. nu.58.
Coſta de remed.ſubſid. remed.11. num.9. verſ.multò
minus Gratian.diſcept.38. num.8. Dom.Staib.reſol.
71.num.15. Ratio eſt, quia conſtitutum facit
ceſſare excuſſionem, ſecundum Iaſon.in §.item ſi
quis in fraudem n.57.Inſtit.de act.
19 Quarta concluſio eſt,an procedat diſpoſitio il-
lius leg.2.Vbi in cauſa agitur ſummarie, & de
plano ſola facti veritate inſpecta, vt eſt in hoc
Regno Neap.per pragm.1. de ordin.iudic. cap.re-
gni deteſtantes, & ritum M.C.V.288. Et non eſſe
locum tenent Myſing.cent.2. obſer.15.Canalc.dec.
27.num.4.p.2.alij apud Caſtill.dec.99.num.4.Ma-
ſtrill.dec.110.p.2. Dom.Prat.d.obſ.29. num.89.D.
Staib.reſol.67.num.29.& reſol.96.n.20.
20 Sed contrariam ego amplector opinionem, ea
ratione, qoia facilius vbi proceditur de bono,&
æquo debet admitti excuſſio, quæ de æquitate
fuit introducta d.l.2.Molin.de iuſtit.& Iure diſp.
538.num.31.p.2. Couar.iur.lib.3. cap.18. num.2.
Crauet.conſ.982.num.1.Molin.d.lib.4.q.21. n.54.
eo fortius quia, quamuis noſtrum S.C. procedat
de bono, & æquo,in caſu dec.270.Dom Præſ.de
Franch.in muliere agēte pro dote admiſit excuſ-
ſionem Reg.Tap.dec.19.
21 Quinta concluſio eſt, vt eeſſet depoſitio pręe-
dicta in ioſtrumento guarentigio, & obligatione
camerali Merlin.d.q.21.num.58. contrà Veſcont.
d.dec.5.Staib.d.reſol. lib. & Gratian.d.cap.38.
latè D.Prat.d.obſ.29. num.83. & ſeqq. quid quid
contra dicant Surd.dec.44.num.19. Galleſ.de obli-
gat.Cameral.q.6.num.3.& 4. & ibi Zacch.& Gal-
leſ.q.11.num.3.& ibi Zacch.num.5. Andreol.contr.
256.num.27.nam ibidem Galleſ.num.3.dicit ſuam
opinionem non ſernari apud Auditorem Came-
ræ.licet Merlin.d.q.21.num.59. dubitet, quo ad
guarantigiam,nam dicit illam non eſſe idem, ac
clauſulam Cameralem.
22 Sexta concluſio eſt, excuſſionem hanc debere
opponi ante litem conteſtatam,nam ſi opponatur
poſt,non iuuat, cum illa inter exceptiones dila-
torias connumeretur.latè Surd.dec.44. nu.20. Co-
ſta de remed.ſubſid.remed.11. num.4. verſ.ſecundo
requiritur,pluresque apud Caluin.d.c.30.num.14.
verſ.plures alios caſus. Dom.Prat.d.obſ.29.nu.88.
23 Qua concluſione ſexta vera exiſtente, faci-
lis eſt reſolutio queſtionis per nos propoſitæ in
principio, ad noſtram materiam nullitatum, nā ſi
exceptio hæc debet oppponi ante litem conte-
ſtatam,& non,poſt bene fertur ſentētia abſq; labe
nullitatis.Nec cōtrà eſt Ther.in loco num.1. citat.
nam loquitur cum adeſt clauſula in defectum, &
alia concurrecebant,vt ibi.
24 Septima concluſio eſt,vt diſpoſitio d.l.2.pro-
cedat inter primum, & ſecundum creditorem
tantum,non autem reſpectu tertij poſſeſſionis, nā
is non poteſt creditori opponere, quod cum ha-
beat ſpecialem hypotecam, debeat ad eam recur-
rere, & dimittere poſſidentem rem generaliter
obligatā,ſed ille poterit,vt vult,agere,ità ex mē-
te gl.in d.l.2.verſ.interim, & Salyc.nu.2. Fab.An-
na conſ.93.num.21.lib.2.Alex.Raudenſ.de Analog.
lib.1.c.33.nu.5.
25 Idem eſſet, vt ad noſtram materiam reuerta
mnc, ſi creditor vellet agere contrà fideiuſſorem
non excuſſo principali debitore, quia ordo eſt,
vt prius agat contrà principalem, ſi præſens eſt.
auth.præſente C.de fideiuſſ. Barb.ſ.in l.ſi conſtante
num.60. ff.ſolut.matr. Hering.de fideiuſſ.cap.28. d
num.19. Capic.deciſ.54. num.2. Guid. Pap.deciſ.
432.num.9.Donad.de renunciat.lib.1. cap.29.n.1.
Vaſq.lib.1. contr.illuſtr.c.33. Caroc. de excuſſ.p.2.
Alb.conſ.328.num.4.Salgad.de reg.protect.p.2. c.1.
26 nu.175.etiam mortuo debitore, nam debet fieri
excuſſio contra hæredes, vel cootra hæreditatem
iacentem, dato illi Curatore Gall.lib.2.obſ.27.
num.12. Donad.ibid.num.35.36. maxime ſi ſit fi-
27 deiuſſor indemnitatis, qui etiam ſi renunciauit
diſcuſſioni,non poteſt conueniri non facta diſcuſ-
ſione Caroc.p.2.q.14.num.7.& ſeqq. Donad.ibid.n.
37.& 38.R.Rouit.dec.5.num.5. Gallerat.de renun-
ciat.cent.1.c.74.quid quid dicat oblitus nu.104.
28 Verum poſſet creditor agere prius contrà fi-
deiuſſorem, ſi ille eſſet obligatus in publico in-
ſtrumento guarentigiato Cyn.in l.1. num.3. C.de
confeſſ. Menoch.de adipiſc.poſſ.remed.5. num.144.
Succin.ſen.conſ.24.in fine vol.1.Caroc.in d.tract.de
diſcuſſ.p.2.q.4.num.1.& vbi hoc ampliat doobus
modis,& q.ſeq.tenet,idem procedere in fideiuſſo-
re obligato in forma Cameræ, quod voluit etiā
Grat.conſ.87.num.25.lib.1. Gabriel tit. de fideiuſſ.
concluſ.1.per totam, vbi examinat hanc q.Donad.
d.c.29.num.103.& 107.
29 Nec poteſt opponere pater ſi eſt obligatus pro
filio Caroc.d.p.2. q.6. Vaſq.ſuprà num.12. Donad.
de renunciat.lib.1.c.29.num.52.Nec quando pro-
30 ceditur de bono, & equo,ex clauſula: ſola facti
veritate inſpecta Mandel.conſ.375. num.13. Aſin.
in pract.execut.§.31. cap.2. ampl.2.ampl.22.nu.9.
Rimin. iun. conſ.757. num.30. & 31.Maſtrill.
dec.109.nu.4. & ſeqq. Fontanell.de pactis clauſ.9.
gl.9.num.48.Donad.de renunciat.d.cap.29.nu.84.
85.Port.concluſ.lib.1.reg.41.lim.12.contra tamen
tenet Barboſ.clauſ.173.num.23.poſt DD.quos al-
31 legat Nec ille fideiuſſor, qui ſe obligauit, vt
principalis,& inſolidum Caroc.d.p.2.q.3.Reg.Ga-
leot.cont.61.lib.1. maximè ſi renunciauit benefi-
cio l.vnde quæritur ff.commodati, vt diximus in
obſeru.ad conſ.34.lib.3.Reg.Rouiti,vbi totam hanc
materiam videat lector. Niſi negotium non ſpe-
32 ctet ad ipſum pincipaliter,& ſumma ſit illiqui-
da,vt pota ſi ſit fideiuſſor tutorum, & aliorum
adminiſtratorum, nam tunc poteſt petere, vt
ſumma liquidetur cum tutore Graſſ.d.except.10.
33 num.67.Nec ille,qoi renunciauit cum iuramen-
to beneficio excuſſionis cap.ex reſcripto de Iure
iur.poſt alios Graſſ.d.except.10. num.68: & ſeqq:
34 Donad.d.c.29. vbi declarat. Nec in foro Eccle-
ſiaſtico Graſſ.d.except.10.num.74. & 75. Donad:
35 d.c.29.num.90. Nec in Curia mercaturum Ca-
roc.d.p.2.q.32.in fin.& q.48.in princ.Graſſ.d.ex-
cept.10.num.76.& ſeqq.Donad.ſup. num.53. Nec
36 vbi bona principalium ſunt extra territorium,
cum

eum durum ſit mittere creditorem illuc. *Donad. d.c.29.n.54.*

37 Vel etiam ſi quis vellet prius agere contra tertios poſſeſſores, pignorum, quam contrà mandatores, & fideiuſſores, nam hoc facere non poteſt per *tex.in auth.ſed hodie C. de action. & obligat.auth.hoc ſi debitor C.de pignor.& hypot.& l.moſchis ff.de Iure fiſci Merlin.de pign. & hypotec. Alex.conſ.137.col.3.lib.2. Neguſ. de pignor.§.par. princ.num.9.10.& 23.1.membr. Gabriel commun. concluſ.tit.de fideiuſſ.concluſ.1.nu.21. Magon.dec. lucenſ.64.num.16.*& ibi *addit. Muſtrill. deciſ.109. Ant.Fab.in C.lib.8.tit.6.de pignor. defin.32. Hier. Leo dec.167.tom.2. Donad.de renunciat. lib.1.cap. 29.num.50.& 62.Pegas reſol.forenſ.cap.3. n.361. Vela p.1.differt.20 num.34. Antonell. de temp.legal.lib.2.cap.40.num.22.Cyriac.contr.490. nu.30. Card.Tuſc.lit.E. concluſ.401. Scacc.de ſent.gl.14. q.7.num.17.*

38 Et debet fieri excuſſio de omnibus principaliter obligatis, & exinde de fideiuſſoribus,eorũque heredibus, ac etiam de tertijs poſſeſſoribus bonorum principalium debitorum, & poſtea deueniatur ad bona fideiuſſorum per tertios poſſeſſa. *auth.hoc ſi debitor,* & ibi *gl.Salyc. Bal.& alij C.de pignor.Caſtill.dec.17.à nu.48.ad finem Add. ad Affl.dec.312.Cancer.var.p.2.tit.5.de fideiuſſ.n. 170.& ſeqq.*

39 Quæ concluſio procedit etiam in dote, nam prius maritus, & eius bona diſcutienda ſunt *Ant. Fab.in C.tit.de Iure dot.defin.25. & in tit. de rei vxor.act.defin.2.Peruſ.dec.45.num.1. Fontanell.de pactis nuptial.clauſ.7.gl.2.p.3.nu.32.& gl.3.p.13. num.2.& ſeqq.Merlin.de pignor. lib.5.q.69.num. 37.Paſtell.exped.conſ.ciuil.4.*Et prius debent excuti principales debitores dotis, quam poſſeſſores bonorum promittentium in tacita actione hypotecaria *Franch.dec.270. Theſ.dec.51. nu.4. Grat.dec.21.num.1.Menoc.dec.luc.31.Cornaz.dec. lucenſ.37.num.2.Caroc.p.2.q.25. num.4. Donad.d. c.29.nu.39.*

40 Sic poteſt creditor poſterior, qui poſſidet rem
obligatam anteriori creditori, opponere diſcuſ-
ſionem contrà anteriorem agentem contrà ipſum
hypotecariam, tanquam contra tertium poſſeſ-
ſorem *Cucher.dec.133.Ant.Fab.in C.tit.de except.*
defin.7. per *tex.in l.cum notiſſimi §.1.C. de pre-*
ſcript.30. Etiam contra fiſcum, cum ille in hoc
vtatur iure priuato *Donad.d.cap.29. num.40. &*
41 *ſeqq.* Sic etiam Vxor agens pro dotis aſſecura-
tione ob viri vergentiam ad inopiam, ſuper bo-
nis à tertio poſſeſſis,ſi opponatur diſcuſſio, debet
fieri,deciſum bis refert per S. C. *Affl.dec.199:*
42 *Donad.d.cap.29.num.44.*Sic ſi ſimus in caſibus,
in quibus poteſt fieri auocatio pecuniæ ſolutæ
alicui creditori, à debitore, de quibus *R.Mari-*
nis lib.1.reſol.71. Affl.dec.190. & ibi *add.* Talis
43 auocatio debet fieri diſcuſſo debitore principali
Reg. Marin.d.c.71. Ant.Amat.reſol.51.lib.2.n.22.
44 diximus *ad Rou.conſ.12.lib.3.*Sic ad hoc,vt cre-
ditor defuncti poſſit agere contrà legatariũ, cui
fuit traditũ legatũ, vt poſſit de ſuo credito ſatiſ-
fieri,debet prius diſcutere bona hereditaria exi-
ſtẽtia penes hæredẽ,& deinde agere contra lega-
tarium ex *tex. in l.& ſi præfatum C.de Iure delib.*
gl.in d.§.& ſi præfatum verb.*accomodare* verſ.*ſed ſi quando Fanuc.de inuentar. q.242. num.142.* latè *Præſ.Guazzer.dec.8.num.35. & ſeqq.*ſic deciſum fuit per S.C. anno 1670. in cauſa creditorum D.Octauij de Sanctis in Banca Martini ad relationem Ill.Comitis Legardę.

45 Sic etiam ſi in concurſu creditorum ſit liberata aliqua quantitas cum cautione alicui creditori, & alijs creditoribus poſterioribus, tunc capientibus, ſi deinde compareat creditor anterior & velit auocare pecuniam liberatam, non poteſt agere contra primum creditorem, ſed debet diſcutere alios magis poſteriores, vt dixi ad vnam opinionem in *obſ.ad conſ.12. R.Rouit.lib.3.*

46 Sic pariter ſi poſſeſſori fideicommiſſi, vel maioratus ſit permiſſa alienatio aliquorum bonorũ, debet prius excutere bona non vinculata,& deinde vinculata per *tex.in l.pater filium ff.de legat. 3.Noguerol.alleg.4.num.38.*

47 Idem dicendum eſt in creditore habente obligata feudalia cum aſſenſu, & bona burgenſatica,nam licet de rigore iuris, poſſit ſatisfieri ſuper bonis feudalibus, & burgenſaticis, ad ſui electionem per *tex.in l.creditoris arbitrio ff.de diſtract.pignor.*Tamen ex æquitate, nè ex tali arbitrio fiat præiudicium creditoribus ſine aſſenſu, ſine eius incommodo, ne ex tali ſatisfactione ſuper burgenſaticis remanerent excluſi dicti creditores ſine aſſenſu,cum non poſſent ſatisfieri ſuper feudalibus ex defectu aſſenſus regij, poſſet cogi dictus creditor,cum aſſenſu diſcutere prius bona feudalia *Minad.deciſ.13. Anna alleg.141: Taſſon.de anteſ.alleg.27. nu.24. Amat.conſ.95.*vbi deciſum refert.*Reg. Marinis lib.2.reſol.16. Anna ſil.conſ.63.num.4.& conſ.76.num.1.De Ponte de poteſt.proreg. rubr.de effectu reg.ſuper dot.in princ. num.38.Add.ad Cap.dec.33. num.3. Merlin.de pignor.lib.4.q.21. num.20. & 59. Melius alleg.4. num.13.Dom.Hodiern.ad Surd.dec.44.* vbi *num.4.* poſt *Reg.Ponte conſ.124.* limitat in muliere agẽte pro aſſecuratione dotis.

48 Quod non procedit ſuper bonis ſubiectis fidei commiſſo,exiſtentibus alijs bonis liberis,reſpectu creditorum habentium obligata bona prędicta, vel regio aſſenſu, vel vigore legis, ex diſpoſitione *tex.in auth.res quæ C.communia de legatis,* cum alijs creditoribus non habentibus obligata bona prædicta, nam fideicommiſſarios, vel creditores non habentes obligata bona prædicta ſubiecta fideicom. non poſſunt petere, vt diſcutiantur bona prædicta, ad hoc, vt ſibi ſit cautum ſuper bonis liberis, vt contra opinionem *Molin.de primogen.lib.4. cap.7. num.17. & ſeqq.* quem ſequuntur *Cutell.dec.13. num.22. Amat.d. conſ.95.num.15.Reg.Marinis lib.2. cap.16.d num. 14.Hodiern.ad Surd.dec.44.num.1.*Tenent *Ciriac. contr.328.Salgad.in labyr.credit.p.2. cap.5. Dom. Luca de dote diſc.87.num.12.& diſc.145.num.80. Franch.dec.519.P.Molina de Iuſtit. & Iure tract. 2.diſp.653.nu.6.& ſeqq. Sarmien.lib.7.ſelect. cap. 7.Acened.conſ.38.nu.28. & 29. Auendan.in l.46 Tauri gl.9.num.8.Caſtill.lib.4.contr.26.num.31.& in princ.ſub num.1.* vbi refert obtentum contra *Molinam add.ad Molin. vbi ſup.ver. quorum Noguerol.alleg.4.num.27.* & præcipuè à *num.39. Leo dec.176.*

49 Ra-

Digitized by Google

49 Ratio differentiæ inter vnum caſum, & alium eſt, quod in primo caſu creditor cum aſſenſu habet obligata bona feudalia principaliter, & nõ in ſubſidium, & ſic poteſt agere ſuper quibuſcũque bonis, ſed in ſecundo caſu creditor habet obligata bona ſubiecta fideicommiſſo inſubſidiũ, non exiſtentibus bonis liberis, vt dicit *Molina ſup.Franch.d.dec.519.num.1.Ponte conſ.45.lib.1.Faſar.de ſubſtit.q.531.num.121.& ſeqq.Luca de dote diſc.145.num.64.add. ad Burat. dec.641.Ottobon.dec.83. num.11. Rota deciſ.125.p.10.recent.* Et hanc differentiam benè conſiderat *Reg. Marinis d.cap.16.num.16.*

50 Non tamen requiritur excuſſio, quando agitur contrà poſſeſſorem rei cenſitæ *Guid.Papa, dec.42.Velaſq.de Iure emphyt.q.32.nu.14. Gatter. & alij apud Felician.de cenſib.lib.3.cap.4.num.9. Gratian.dec.141.num.5.Medic.exam.18. num.35. Fab.in C.lib.8.tit.de pignor.defin.36.Surd.dec.32. in fine, & conſ.162.num.10.Hier.de Leo dec.267. num.3.Cenc.de cenſib.q.98.num.20. Pegas reſol.forenſ.c.3.n.364.*

51 Nec quando creditor habet in contractu clauſulam conſtituti *Ricc.dec.115.nu.13. Peguer. dec.73.num.46.Donad.d.cap.26.num.51. Merlin. de pignor. lib.5. q.69. Fontanell.de pactis clauſ.4. gl.18.p.2.num.62.& ſeqq. Reg.Marin.lib.2.c.62. D.Prat.obſ.29. D. Staiban.reſ.71.num.15. D.Roder.conſ.29.num.34.* qui limitant mortuo debitore conſtituente *Dom.Scopp.ad Grat.dec.25.n. 30.& ſeqq. Reg.Marin. alleg.145.* & de Iure noſtro eſt *prag.1.de aſſiſt.* vbi *Reg.Rouit.& Nouar.R. Sanfel.dec.115.*

52 Nec iura dubia, & intricata ſui debitoris *Fab. in C.lib.4.tit.de pignor.defin.29. Olea de Ceſſ.Iur. tit.7.q.3.num.38.Coſta Sicul.conſ.89. num.17. & ibid.in add.Nogarol.alleg.2.num.113. & ſeqq. & alleg.29.num.163.& ſeqq.Caſtill.tom.4. controuerſ. cap.16.à num.30.* Nec cum agitur interdicto ſaluiano *Gratian.dec.25.& diſcept.38.Statil.Pacific. de ſaluiano inſpect.1.cap.2.à num.40. Gait.de credito c.4.queſt 7. nu.786.Scopp.ad Gratian. d.deciſ. 25.* quãuis contrà teneat *Surd.dec.44.n.14.Merlin.de pignor.lib.4.tit.1.q.21.num.32.33.*

53 Nec quando agitur contrà tertium poſſeſſorem, cum titulo lucratiuo *Rota Rom.* apud *Merlin. de pignor.lib.5.q.69.nu.49.*

54 Nec in Ciuitate Florentiç *Stacc.de iudic.lib. 1.cap.62.num.24.lim.6.*

55 Nec ſi agatur hypotecaria contrà poſſeſſorem malæ fidei *l.mulier 19.ff.qui potior in pignore hab. Fab.in C.lib.4.tit.36.defin.12. num.6. in allegat.*

56 Nec, ſi notorie conſtet principales debitores non eſſe ſoluendo *DD. in l.fin. ff.ſi certum petat.Giurba dec.57.num.11.Dom.Staib.reſol. R. Marin.lib.1.reſol.191. nu.7. Reg.Sanfel.dec.204. num.11.Ioannes Baptiſta Ciarlin.controu.95.num. 21. Merlin.d.qu.69. num.7. Salgad.in labyr.credit.lib.1.c.23.Caſtill.dec.146.num.1. Caſtill.Sotomaior.lib.4.contr.26.Olea de Ceſſ.Iur.tit.2.q.3.à n. 38.Graſſ.de except.except.10. num.79. Caroc.de excuſſ.p.2.q.35.Donad.d.c.29.n.117.*

57 Nec ſi hypotecaria intentetur contrà tertium poſſeſſorem, etiam non facta diſcuſſione bonorũ vnius ex fideiuſſoribus inſolidum obligatis, quia à creditore fuerat exceptus à ſua obligatione *Hier.de Leo dec.146.lib.2.*

58 Nec quando creditor habens nomen debitoris hypotecatum, velit agere contrà debitorem ſui debitoris *Leo dec.163.nu.9.& 11.* Nec quando agitur contrà nomen debitoris *Bar.in l.nomen C. quæ res pignor.oblig. Neguſ. de pignor. 8.p. membr.1.num.19.Maſtrill.dec.118.num.35. vol.2. Donad.d.c.29.nu.93.Merlin.d.q.69.nu.27.*

59 Nec quando debitor lite pendente alienat *Merlin.ibid.n.22.*

60 Verum in caſibus, quibus non poteſt agere contrà vnum non diſcuſſo alio, ſi ordo iuſtitiæ ſit, vt prius vnum expediatur, quam aliud, tamen cum peruerſio ſit vnius cauſæ ad aliam, & principaliter iura partium conſpiciat, peruerſio non vitiabit *Guid.Pap. deciſ.94.221. & 432. Vant. hic num.50.in fine Pac.dec.188.p.1. Seraphin.de iuram.priuil.58.num.18.Bertra.conſ.3.vol.1.Blanc. de compromiſſ.q.1.verb.æquius, & melius num.47. & 48. Caroc.de except.except.36.& 61.& de excuſſ.bonor.p.3.q.1.4.& 5.* Vbi dicit, exceptionem diſcuſſionis debere opponi ante litis conteſtationem, cum ſit dilatoria ex *Bar.in l.3. num.6.ff. de except.& alibi Gabriel commun.concluſ.tit.de fideiuſſ.concluſ.1. num.13. Blanc. de compromiſſ.q. 4.num.111.Vital.tract.de clauſ.cap.vl. Alex.conſ.lib. 31.num.3.conſ.33.num.3. vol.4. conſ.78. in fine vol.1.conſ.220.num.10.vol.6. Rot.Genua deciſ.78. num.4.Rebuff.de except. num.366. Zanger.de except.p.2.cap.16.num.1.& ſeqq. Graſſ.de except.except.10. num.54. & ſeqq. Merlin. de pignor. lib.5. qu.71.*

61 Et quamuis alij teneant contrarium *Corn.cõſ. 35.col.1.vol.4.* dicens, hanc exceptionem eſſe anomalam, & poſſe opponi, etiam poſt ſententiã *Iaſ.in §.item ſi quis num.80. de action. Anan.conſ. 60.Guid.Pap.q.332.Crauett.conſ.263.num.6.Calcan.conſ.29.col.6.num.12.Reg.Marin.lib.2. reſol. 26.nu.10.Ant.Fab.in C.lib.8.tit.24.*

62 Tamen *ipſe Caroc.d.q.4.num.3.* conciliat, vt exceptio excuſſionis ſit duplex, quædam ex diſpoſitione legis, quæ competit fideiuſſori, vel tertio poſſeſſori, & ſimilibus, & iſta eſt dilatoria, & opponi debet, & ità procedit prima opinio, quædam eſt excuſſio, quæ venit ex conuentione, vt in fideiuſſore indemnitatis, de iudicio ſiſti, & ſimilibus conditionaliter obligatis, & iſti poſſunt opponere etiam poſt ſententiam, quo tempore eſt purificata conditio: quędam eſt excuſſio, quæ ſit principaliter contrà debitorem, & hoc eſt iudicium de per ſe, poſt *Ronchegal.in l.3. §.ubi duo ſub num.122.de duob.reis Roderic. Suar. in l.2.for. tit.de los emplazamentos ſub n.12.& alios.*

63 Verum pro praxi eſt ſciendum, quod hęc exceptio excuſſionis, aut non opponitur, aut non admittitur ſimpliciter, aut non admittitur, quia fuit replicatum. Primò caſu iudicium tenet. 2. caſu non, quia Iudex videtur feciſſe in contemptum legis, cum excuſſio ſit à lege inducta.

64 3. Caſu proceſſus tenet, quia cenſetur reiecta mediante replicatione, ſi de ea appareat cauſæ cognitio, alias non *Corn.conſ.85. col.pen. vol.4. Socc.in reg.excuſſio num.16. Caſtr.in l.fin.ff.ſi cert. petat.Caroc.d.q.5.n.2.*

Digitized by Google

65 Eſt etiam ſciendum, quod licet non oppoſita
exceptione excuſſionis iudicium teneat, tamen-
non poterit deueniri ad capturam perſonæ, niſi
prius facta excuſſione, vt diximus, & ſic praxis
erit, quod ſi actum fuerit hypotecaria, vel alio
ſimili remedio, in quo de iure admittitur excuſ-
ſio, licet iudicium teneat non oppoſita excuſſio-
ne, hoc verum ante litem conteſtatã, ſed facta li-
tis conteſtatione actor vnum ex duobus facere-
debet, vel excuſſionem, vel docere de inopia de-
bitoris, aliàs ſuccumbere debet, quia ligarum-
eſt exercitium actionis, ità mirabiliter *Bal. in l. 2. num. 3. C. commun. diuid.* vbi *Caſtr. n. 2. Socc. conſ. 24. col. 7. Inſ. in §. item ſi quis nu. 81. de action. Neguſ. de pignor. p. 8. membr. 1. nu. 37.* Imo Iudex po-
66 teſt ſupplere excuſſionem non oppoſitam à par-
te *Barz. de excuſſion. q. 20. n. 2.*

67 Diximus iam vſque adhuc de ordine iudicij
plenarij, & in illo, cum ſententia generet plenũ
præiudicium, requiritur, quod iudicium ſit for-
male, & habeat ſua ſubſtantialia, ſcil. quod inter-
ueniat obſeruantia ordinis iudiciarij, de qua di-
ximus, perſonarum præſentia, & vtriuſque par-
tis iurium audientia, vt dicit *Bal. in l. iudices C.*
68 *de iudic.* Si verò iudicium ſit ſummarium, vel ſui
natura, vt puta quod eſſet præparatorium, ſeu
præambulum ad aliud, vel ex eo quod illius ſen-
tentia modicum, ſeu reparabile præiudicium af-
ferret, vt ponit exempla *Bal. in d. l. iudices*, putà
69 in poſſeſſorio *interim*. Siuè quod ratione con-
tractus, vel obligationis, aut vigore legis, ſeu re-
ſcripti, vel ſtatutorum, aut aliter, iudicium foret
executiuum, tunc tanta ſollemnitas, & obſeruan-
tia non requiritur, ſed illa ſolum, quæ veritatẽ
rei, ac partis defenſionem reſpiciunt principali-
ter attenduntur, vt declarat *gl.* & ibi *DD. in clem. ſæpè verb. defenſiones de verb. ſignif.* iuncto *tex. in clem. diſpendioſam de iudic.* Vbi cauſæ ſpirituales,
& ab illis dependentes, tanquam ſummariæ enu-
70 merantur. Verum quantumuis cauſa ſit ſumma-
ria, neceſſario interuenire debet cauſę cognitio,
partis citatio, & iudicis declaratio, vt dicit *Alex. conſ. 42. num. 4. lib. 4.* & habetur in *d. clem. ſæpe*, vbi
Barboſ. n. 5. 12. & per tot.

71 Multoties tamen in qualibet ſpecie cauſarũ,
ſiuè ſummariæ, ſiue plenariæ, vltra communis iu-
ris diſpoſitionem, in pleriſque locis vigore ſtatu-
torum, aut conſuetudinis localis, certus modus ac
ſollemnitas in procedendo adhiberi non conſue-
uit. Ideò diligenter ad id aduertendum erit, nam
quid quid ſtatuenti, vel Principi, quod obſerue-
tur, & ſi ordo placuit, cenſetur ordo ſubſtantia-
lis, cum talia niſi cum aliquo miniſterio, & ra-
tionabili cauſa induci non conſueuerunt, ideo ſi
modus ille, & ordo non ſeruaretur proceſſus eſ-
ſet nullus, diſtinctione non habita, an eſſet ordo
vnius cauſę ad ſe ipſam, vel ad aliam, quia ſem-
per quod fit contra huiuſmodi ordinem ipſo iure
non valet *cap. cum dilecta de reſcript. cap. cum venerabili de offic. deleg. Bal. in l. 1. ff. de liber. & poſth.*
vbi *DD.* voluerunt, quod quęlibet leuis ſollem-
nitas à ſtatuto pro forma, & ordine inducta, ſi
omittatur, vitiat *Felin. in cap. quoniam contra col. 5. vt lite non conteſt. & in d. cap. cum dilecta Dec. conſ. 10. col. 1. lib. 1. conſ. 439. num. 5. conſ. 434. in princ. & conſ. 466. & conſ. 552. conſ. ſeq. conſ. 612. col. 1.*

72 Igitur cum in concernentibus ordinem, &
modum procedendi coram quocunque Iudice,
ſiue ordinario, ſiue delegato, attendi debeat lo-
cus iudicij, quamuis in deciſorijs locus contra-
ctus, vel delicti attendatur, vt de vtroque eſt *gl.*
ordinaria, quam ibi ſequuntur *Iacob. de Aret. & Cyn. 2. q. Bal. in l. fin. C. quæ ſit longa conſuetudo Alex. conſ. 164. col. 2. lib. 6. Ægid. concluſ. 78. Rot. deciſ. 20. in fin. in nou. Guid. Pap. dec. 262. Card. Tuſc. lit. S. concluſ. 157. num. 22. Scacc. de appell. q. 18. num. 11. in fine.* Ideo diligenter videre proceſſum cõ-
ueniet, & perquirere nunquid ordo, ac ſollemni-
tas iudicij in loco, vbi cauſa agebatur ſeruari ſo-
lita, ad vnguem ſeruata fuerit. a

73 Exemplum eſt, ſi in Curia Romana, cauſa agi-
tata ſit, videndum eſt, numquid ordo iudiciarius
fuerit ſeruatus ſecundum ſtylum, & conſuetudi-
nem illius fori, in quo cauſa cognita, & deciſa-
extiterit, videlicet ſi in Sacro Rotæ Auditorio
cognita fuit, videbis, nunquid termini ſubſtan-
tiales ibidem protela, & ordine iudiciario ſer-
uari ſoliti, ſeruati fuerint. Nam in cauſis bene-
ficialibus, ac ſpiritualibus, & alijs, de quibus in
d. clem. diſpendioſam, vel in profanis, in quibus à
partibus, vt ſolet, fuerit obtemptum reſcriptum,
vt etiam in his procedatur, pro vt in beneficiali-
bus. In his omnibus, quando cauſa eſt in prima
inſtantia ex ſtylo eiuſdem Palatij termini infra-
ſcripti, ſecundum *Vant. hic n. 57.* vnus poſt aliũ,
obſeruari conſueuit, videlic. quia pars aduerſa-
ad dicendum contrà commiſſionem ad primam-
diem, ad libellandum ad primam, ad articulandũ
ad duodecimam, ad dicendum contrà articulos
ad ſecundam, ad producendum omnia ad ſecun-
dam, ad dicendum contra producta ad ſecundam,
ad declarandum, & iurandum de calumnia ad
primam diem citari conſueuit.

74 In ſecunda verò inſtantia omnes prædicti ter-
mini ſeruantur ad primam diem, excepto termi-
no ad articulandum, qui ſeruatur ad octauam.
75 In tertia inſtantia termini prædicti ſeruantur ad
primam diem, excepto termino ad articulandum,
qui ſeruatur ad ſextam, & hæ dies ſunt vtiles, &
non continuæ *Rot. dec. 135. in nou.* In cauſis verò
76 profanis, in quibus ex vi alicuius reſcripti
inſtar beneficialium procedi non poteſt, cum-
de Iure in eiſdem requiratur libellus, vel ſaltim
talis qualis petitio, & lis omninò conteſtanda-
ſit, vltrà terminos ſuſcriptos ſeruatur etiam ter-
minus ad reſpondendum libello, & litem conte-
ſtandam ad primam, & ad hoc ſi pars non re-
ſponderit, ac litem non fuerit conteſtata, conſue-
uit quatuor vicibus citatio reiterari, vid. 1. ſim-
pliciter, 2. ad primam diem. 3. ad idem ſub pœna
excommunicationis. 4. ad idem ex ſuper abun-
danti, alioquin ad videndum ſe declarari &c. De-
inde fit citatio ad articulandum ad decimam-
quintam diem in prima, in 2. inſtantia ad octa-
uam, in 3. ad ſextam, in reliquis fit, pro vt in-
beneficialibus, præterquam in termino ad libel-
landum, qui in prima inſtantia in profanis fit ad
octauam, in beneficialibus ad primam, pro vt in
Rom. Curia practicis notorium eſt, licet ſoleant
obti-

obtineri reſcripta,vt in huiuſmodi cauſis proce-
datur ad inſtar beneficialium , & tunc ſeruantur
termini primo loco poſiti, de qua re *Caſſad.dec.
9.de reſcript.*& vbicunque cauſa profana,ſeu alia,
77 vigore reſcripti,ſeu alias ſemel efficitur ſumma-
ria, in quacunque inſtantia , & coram quocun-
que iudice qualitas huiuſmodi cognitionis ſum-
marie perdurat *Ægid.concluſ.41. Caſſad.dec.8.de
reſcript.Scacc.de appellat.q.11. num.17.* verſ.*con-
firmatur.*

78 Ex ſupraſcriptis terminis, qui ſunt ſubſtantia-
les, dicit *Vant.hic num.59. Pellegr. in praxi p.2.
ſect.2.ſubſect.1.interſect.vnic. Scacc.de iudic.lib.2.
cap.3.num.9.& 13.* Quid in cauſa appellationis
idem Scacc.de appellat.q.11.num.59. diximus *nos
ſup.q.2.*

79 In eadem Curia Romana extrà Rotam , in
Curia Capitolij ſeruatur, quod in cauſis ordina-
rijs excedentibus ſummam ſcutorum 25. pars
ad videndum productionem libelli , & reſpon-
dendum illi,citatur. Et poſtmodum, libello exhi-
bito,idem reus citari conſueuit ad litem conte-
ſtandum,alias videndum pronunciari,haberi pro
conteſtata, & iuramentum calumniæ præſtari vi-
dendum. Et demum lite conteſtata , vel habita
pro conteſtata,ac iurato de calumnia , per teſtes,
ſeu inſtrumenta cauſa inſtrui ſolet, ad quorum
productionem pars etiam eſt citanda , demum
parte petente , iudex tribuat dilationes , duas ad
probandum, & reliquam ad probatum habendũ
per omne genus probationis,dare tenetur;quibus
decurſis principali , & procuratore , ſi adeſt, ad
audiendam ſententiam vocatis,ex ſcriptis recita-
tione per Iudicem pro Tribunali ſedentem ſen-
tentia profertur , & ſi aliter fieret proceſſus , &
ſententia non valeret ex forma ſtatutorum dicti
Tribunalis *Vant.hic num.68.Fenzan.ad ſtatut.Vr-
bis c.39.& ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Delinquens non poteſt torqueri, niſi appareat de-
lictum in genere,nec poteſt procedi ad aliquem
actum, & n.2.3.4.5.24.25.26.*

6 *Etiam ſi ſit data facultas procedendi nulla ſollem-
nitate ſeruata, & n.7.*

8 *Nec poteſt delinquens carcerari, etiam de Iure
noſtro Neap.& num.9.10.11. Niſi ſit ſuſpectus
de fuga n.12.13.14.15.16.*

18 *Nec poteſt procedi ad ſpecialem inquiſitionem non
conſtito de delicto.*

19 *Nec poteſt quis citari,nec examinari, & n.20.nec
bona confiſcari 21.*

22 *Nec poteſt procedi contrà abſentem habitum pro
confeſſo. Multo magis ad condemnationem , &
num.23.*

27 *Et reus eſt relaxandus ſub fideiuſſione.*

28 *Quomodo debeat probari delictum in genere? & à
n.29.ad n.98.*

An Corpus delicti, ſeu delictum in genere requiratur in omni Proceſſu crimi- nali, & an illius omiſſio vitiet Proceſſum, & quomodo probetur?

QVÆSTIO XX.

1 PEr *tex.in l.1.§.item illud ff.ad S.C. Sylla-
nian.* ibi: *niſi conſtet aliquem eſſe occiſum,
non haberi de familia, quæſtionem,* habe-
tur non poſſe quem torqueri tanquam
delinquentem, niſi appareat delictum in genere,
ſeu corpus delicti. *Clar.q.4.in princ. Ant.Gabriel
concluſ.17.num.1.lib.7. Honded.conſ.107. num.7.*
verſ.*& ſi de corpore vol.1. Baiar.ad Clar.q.95. nu.
15.in fine Burſat.conſ.201. num.30.& ſeqq. vol.2.*
Cum tortura detur non ad inueniendum factum,
aut illud liquidandum , ſed ad inueniendum de-
linquentem *Muſcat.in pract.de cognit. & probat.
crim.in proœm.num.58.Cauale.de brach.reg. p.3.nu.
10.*latè *Farinac.q.98.num.2.Gramm.conſ.60.num.
9.Guazzin.ad defenſ.reor.defenſ.4.cap.1.num.15.&
cap.3.nu.13.Burg.de modo proced.ex abrupt. q.22.
Guazzin.defenſ.4.cap. 1.num.15.& cap.3.num.13.
& ſeqq.Carena de S.offic.p.2.tit.12.nu.171.& ſeqq.
& p.3.tit.10.num.156.Vermigl.conſ.42.nu.1.Ant.
Ball.tract. crim.lib.2.q.9. Conciol.reſol.crim.* verb.
*tortura reſol.6.num.1. Pellegr. in praxi Vicarior.p.
2 4.ſect.1.num.33.* Et talis *tex.* licet loquatur de
quæſtione non inferenda , ſinè corpore delicti,
fuit communiter intellectus, vt procedat in quo-
cunque actu faciendo. *Honded.conſ.107. num.9.
vol.1.& conſ.91. num.10. vol.1.* Cum ſint ligatæ
3 manus indicia ad procedendum in cauſa , donec
conſtet de corpore delicti. *Farinac.conſ.23.nu.2.
Scacc.in tract.de indic.q.83.ſub nu.6.Perſonal.de
Indic.& tortur.q.17.num.26.Add.ad Ambroſ.in
proceſſ.informat.lib.1.cap.1.num.14. in fine.* Alias
4 nulliter procedit, & proceſſus factus non conſti-
to de delicto in genere , ſeu corpore delicti,eſt
nullus *Farinac.q.2.num.5.& 6. Burg.de modo pro-
ced.ex abrupt.q.22.num.6. & 7.Guazzin.defenſ.4.
cap.1.Giurba conſ.37.num.21.& 46.& conſ.43.n.
6.& ſeqq. Ambroſin.de proceſſ.infor. lib.1. cap.1.
Carena de S.Inquiſit.p.2.tit.12.num.170. & ſeqq.
& p.3.tit.1.num.23.& ſeqq.Caball.caſ.255.num.1.
& ſeqq. Zuff.de proceſſ.crim.lib.1. q.10. & q.20.
21.Pellegr.ſup.*

5 Quod procedit in omni ſtatuto , ſeu conſtitu-
tione imponente pœnam,nam intelligitur, dum-
modò conſtet de corpore delicti. *Plot.conſil.3n.
6 num.2.*Et procedit etiam ſi ſit data Iudici facul-
tas procedendi nulla ſeruata ſollemnitate,nam
vigore dicti arbitrij, non poteſt contrà aliquem
procedere,niſi ſibi conſtaret de delicto, vt firmat
Burſatt.conſ.201.num.90. vol 2. Hinc ſi extaret
7 ſtatutum , quod debeat ſtari iuramento damnum
paſſi, nam intelligitur,dummodo conſtet de dam-
no *Burſat.d.conſ.201.n.62.*

8 Sic non conſtito de corpore delicti,non poteſt
deueniri ad capturam. *Boſſ.de delict. num.34. Ant.
Gomez.var.tit.de delict.cap.3. num.1. Farinac.in
praxi crim.q.2.num.2.Burſatt.conſ.166.num.2.vol.
2.Honded.conſ.107.num.7.vol.1.conſ.88.num.9.&
conſ.91.num.10.vol.2.Iannin.in tract. de captura
reali lib.1.cap.2.num.42.* vbi teſtatur de commu-
ni , *Farinac.d.q.2. num.2. Conciol.var.reſol.crim.*
verſ. *Captura reſol.7 . num.10. & ſeqq.* vbi de-

clarat *Pellegrin. ſuper num.* 33.

9 Et in Regno noſtro Neap. per *pragm. 2. de Cuſtodia reorum*, Iudex deueniens ad capturam non conſtito de delicto, punitur, meminit *Grammat. conſ. 60. num. 19. Caram. in tit. 39. ſub num. 10. Baiard. ad Clar. q. 28. num. 16.* Quæ pragmatica malè
10 ſeruatur per Iudices, *Caramt. tit. 39. ſub num. 10. Baiard. q. 28. num. 16. Mar. Burg. de modo proced. ex abrupt. c. 22. num. 8.* Quod maxime dicitur procedere in Clerico delinquente. *Iul. Clar. q. 28. ſub verſ. quare nunquid Farinac. q. 2. num. 2.* vbi teſtatur de communi.

12 Limitatur poſita *ſup.* concluſio, quando inquiſitus, vel imputatus de crimine, eſſet ſuſpectus de fuga, nam tunc poterit adſtringi ſub fideiuſſione de ſe præſentando. *Iul. Clar. q. 4. num. 3.* vbi teſtatur de obſeruantia Senatus *Blanch. in tract. de ind. dic. num. 8. Farinac. q. 27. num. 125. Baiard. d. qu. 4. n. 3. Pellegrin. ſup. n. 32. 33.*

13 Alij verò teſtantur de conſuetudine ſeruari in aliquibus Senatibus, inquiſitos in carceribus mãcipari, etiam non conſtito de delicto, ſunt *Scappa de Iure non ſcript. lib. 5. cap. 43. num. 3. Flam. Cartar. in prax. interrog. reor. lib. 2. c. 1. num. 3. in fin. Clar. q. 28. num. 2. Baiard. q. 61. num. 2.* qui omnes ſe fundant *in conſil. Caſtr. 328. num. 1. lib. 2. idem Clar. q. 4. num. 4.* vbi teſtatur de vno actu, in Ciuitate Papię.

14 Mihi verò ſemper placuit opinio contrà *Caſtr. & alios*, vt Iudex de conſuetudine totius Italiæ non deueniat ad capturam contrà imputatum, niſi prius aſſumat informationes ſuper delicto, & hæc eſt verior, & communior opinio, de qua teſtatur *Eugen. conſ. 49. nu. 19. & ſeqq.*

15 Bene verum eſt, me vidiſſe receptum in praxi apud bonos Iudices, vt non in omni delicto, & contrà quamcunque perſonam, habita relatione, vel accuſatione de delicto, abſque informationibus, deuenire capturam, ſed inſpecta grauitate criminis, & qualitate perſonæ, ſi fuerit diues, vel pauper, vel poſſideat bona ſtabilia in loco, vel ſit perſona bonæ famæ, vel iuuenis rixoſus, vel ſcandaloſus, & veriſimiliter, etiam committere potuerit delictum, & ſi delictum ſit occultum, vel difficilis probationis, & in ſumma totum reſidere in arbitrium circumſpecti Iudicis, vt dicit *Clar. d. q. 28. ver. ſcias etiam Farenc q. 28. nu. 21. & ſeqq. Baiard. ad Clar. q. 22. num. 99. circà medium.*

16 Multoties ſeruant Iudices, & benè, quod quando denunciatur, vel accuſatur aliquis ſuſpectus de fuga, de graui delicto, adſtringere accuſatorem, ſeu denunciatorem ad præſtandam cautionem de reficiendis expenſis, ſi delictum non fuerit verum, vt dicit vidiſſe ſeruari *Boſſ. tit. de capt. num. 3. in fin. Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 314. num. 6. lib. 2.* vbi refert fuiſſe vnum denunciatorem capite mulctatum, quia apprehendere fecit quendam, tanquam bannitum, cum non eſſet, & ſecundum opinionem *Boſſ.* vidit ſeruari in ſua Curia *Guazz. ad defenſ. reorum defenſ. 4. c. 1. n. 11. in fine*, vbi dicit ſic ipſum ſeruaſſe.

17 Sed eſt etiam verum, ad effectum capturandi imputatum de aliquo delicto, ſufficere leuiora indicia ſuper corpore delicti, quam requirantur ad condemnandum. *Clar. d. q. 4. num. 1. verſ. aliter & q. 55. num. 10. & q. 64. verſ. debet etiam, & qu. 66. circà princ.* Et *Eugen. conſ. 64. num. 25.* dicit, quod etiam ſufficeret ſi conſtaret de delicto per vnum indicium tantum, & traditur regula, quod ad inquirendum ſufficiat querela, ad torturam ſufficiant teſtes, ad condemnandum debeat conſtare de corpore delicti, ſi fieri poſſit *Caualcan. de brachio reg. p. 1. num. 193.* & poſt *Gand.* dicit, quod per teſtes, vel per indicia, vel per euidentiam facti, ſufficiat conſtare de delicto, Quę concluſiones hæ generales *Eugenij* nõ procedunt ex infrà probandis.

18 Imò nec poteſt deueniri ad ſpecialem inquiſitionem contrà imputatum non conſtito de delicto, vt probant *Rolan. conſ. 51. num. 11. vol. 1. Decian. reſp. 96. ſub nu. 19. verſ. cum igitur vol. 3. Honded. conſ. 107. num. 7. vol. 1. Farinac. conſ. 23. nu. 2. lib. 1. Guazzin. defenſ. 4. cap. 1. num. 13. & 14. Ambroſin. lib. 1. cap. 1. n. 9. Vermigliol. conſ. 59. num. 1. R. Sanfel. dec. 28. num. 1.*

19 Nec etiam poteſt imputatus citari non conſtito de delicto. *Decian. reſp. 96. num. 11. verſ. cum igitur vol. 3. Gabriel concluſ. 17. nu. 4. lib. 7. Maur. Burg. d. q. 22. num. 8. & ſeqq.* Qui ſubdit, dummodò hoc opponatur per reum, aliàs poſſet deueniri ad ſpecialem inquiſitionem, poſt *Farinac. q. 1. nu. 49. verſ. limita.*

20 Neque poteſt imputatus examinari, non conſtito de delicto *Farinac. q. 2. nu. 1. circà med. Honded. conſ. 107. num. 9. vol. 1. & conſ. 88. num. 7. & conſ. 91. num. 10. vol. 2. Scacc. de iudic. lib. 1. qu. 83. num. 6. Idem Farinac. conſ. 23. num. 2.* Neque po-
21 teſt deueniri ad confiſcationem bonorum. *Plot. conſ. 20. num. 2. Guazzin. defenſ. 4. cap. 2. num. 18. & c. 3. num. 4.*

22 Et ſi adeſſet ſtatutum in loco, quod contumax habeatur pro confeſſo, non poſſet deueniri ad ſententiam contrà abſentem, niſi adeſſet probatum corpus delicti. *Plot. conſ. 30. num. 2. Decian. reſp. 96. num. 19. verſ. item plus dico Maur. Burg. d. q. 22. num. 12. Farinac. q. 2. nu. 7. verſ. amplia hanc quintum Petr. Caball. reſol. crim. cent. 3. caſ. 156.* vbi licet in fine declaret, dummodo conſtet ex proceſſu de innocentia inquiſiti, ſecus ſi res eſſet dubia, quia tunc, debet ſequi condemnatio, Tamen non eſt recedendum ab opinione *Deciani, & aliorum*, vt dicit etiam *Guazzin. d. c. 1. num. 12. in fine denſ. 4. Conciol, verb. corpus delicti reſolut. 1. num. 10.*

23 Et ſic multo minus Iudex poteſt deuenire ad condemnationem non conſtito de delicto in genere *Decian. reſp. 96. nu. 19. & 22. vol. 3. Zuff. de proceſſ. crim. q. 20. & 21. Conciol. d. verb. corpus delicti reſol. 1. num. 10.*

24 Adeò *ſup.* poſitæ concluſiones veræ ſunt, quod non conſtito de delicto in genere, omne quod ſuper ædificatur eſt nullum. *Rota conſ. 80. num. 3. lib. 1. Honded. conſ. 107. num. 8. vol. 1. & conſ. 90. num. 20. in fin. vol. 2.* poſt *alios* quos allegat *Maur. Burg. d. qu. 22. num. 6. Guazzin. ad defenſ. reor.*
25 *defenſ. 4. cap. 1. num. 5.* Et ſententia deinde lata eſt ipſo Iure nulla. *Decian. d. reſp. 96. num. 19. & ſeqq. vol. 3. Farinac. conſ. 23. num. 2. Guazzin. d.*
26 *defenſ. 4. cap. 2. num. 18.* Nec conualidatur ſi con-

Digitized by Google

conſtet de corpore delicti poſt ſententiam, cum ſententia ex nouis probationibus non conualeſcat, latè *Borr. dec. 259. Baiard. q. 66. num. 9. in addit. ad Clar. Guazzin. ſup.*

27 Proindè non conſtito de corpore delicti, reus eſt relaxandus ſub fideiuſſione de ſe præſentando ad omnem ordinem Curiæ. *Bull. de quæſt. pract. q. 4. num. 43. & de ind. q. 2. num. 3. Mar. Burg. de modo proced. ex abrupt. q. 23. n. 285.*

28 Videamus quomodo debeat probari delictum in genere? Illud probatur, vel per euidentiam facti, vel per teſtes de viſu, vel per famam, quando aliter conſtare non poteſt, latè *Caualc. de brachio reg. p. 3. num. 10. Guazzin. ad defenſ. reorum defenſ. 4. c. 1. nu. 15. & n. fin. in fine.*

29 Per euidentiam facti probatur, quando accedit Iudex cum Notario, vel Notarius de mandato Iudicis ſuper faciem loci, in quo delictum eſt commiſſum, & aſpiciat corpus mortuum v. g. illudque recognoſcat cum duobus teſtibus, qui etiam illud corpus recognoſcant, aliàs ſolus Notarius non ſufficeret. *Foller. in pract. crim. rubr. capiat informationem num. 4. Iodoc. in pract. cap. 75. num. 1. & 3. Scacc. d. cap. 83. num. 14. Guazzin. defenſ. 4. cap. 2. num. 21. in fine.* Et recognitio ſolius Notarij, ſeu Cancellarij non ſufficit *Conciol. d. verb. corpus delicti reſol. 4. nu. 1. 2. Vermigl. conſ. 11. num. 16. & 20. Ludouiſ. dec. 71. in fine, & dec. 605. num. 11. p. 5. recent. lib. 2. Zuff. de proceſſ. crim. q. 12. num. 1. & ſeqq. & q. 13.* vbi dicit viſitationē debere fieri per mandatum iudicis, alias nulliter procedit, & non creditur Notario atteſtanti de commiſſione, licet *qu. 14. in fine* contrarium de conſuetudine ſeruari dicat.

30 Qui teſtes debent eſſe periti, videlicet medici, chirurgi, & in ſtupris, obſtetrices, & in pecunia adulterina, annona corrupta, veneficio, & ſimilibus, requiruntur alij periti, nam aliàs ſi adhibeātur teſtes non periti, quamuis adſit confeſſio, non poteſt ſequi condemnatio. *Alexan. conſil. 155. num. 3. & ſequentibus vol. 3. Burſ. conſ. 166. num. 5. & ſeqq. vol. 2. Guazzin. defenſ. 4. cap. 2. num. 20.*

31 Nam tales teſtes debent deponere de homine mortuo, ſtupro &c. & etiam debent deponere, quod homicidium ſit ſcælere commiſſum ad *tex. in d. l. 1. §. item illud verſ. ſcælere interemptum ff. ad Syllanianum Foller. in pract. crim.* rubr. *capiat informationem num. 1. & ſeqq. Brun. à Sole in ſuo vnic. conſ. num. 13. Farinac. qu. 2. num. 1. & 4. Rim. Iun. conſ. 758. num. 2. & ſeqq. lib. 7. Honded. conſ. 88. num. 11. vol. 2. Boſſ. de delict. n. 1. & ſeqq. Scacc. in tract. crim. qu. 83. num. 6.* Qui ponit multa exempla, quando factum poſſit ſuccedere ſine ſcælere, alia ponit *Add. ad Ambroſin. in proceſſ. informatiuo lib. 1. c. 1. n. 14.* quæ videantur apud eos.

32 Cum ad euitandum delictum quis præſumatur mortuus naturali morbo, & non ſcælere *Foller. in pract. crim.* verb. *ſuffocauit vxorem num. 9. & 27. Clar. §. fin. q. 4. in fine Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 7. num. 10. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 83. num. 6. & ſeqq. Farinac. q. 2. num. 29. Add. ad Ambroſ. de proceſſ. inform. lib. 1. cap. 1. num. 14. Guazzin. d. defenſ. 4. cap. 2. num. 2. 3. & ſeqq. Giurba conſ. 43. num. 7. P. Laiman. theolog. moral. ſect. 5. tract. 3. p. 3. c. 1. n. 8.* quid quid contra dixerint *Boſſ. in pract. tit. de delict. num. 10. Baiard. ad Clar. q. 4. in fine Plaz. in epit. delict. cap. 23. num. 15.* alijque relati per *Farinac. d. q. 2. num. 29. verſ. ſublimita.*

33 Sed ſi eſſet in loco ſtatutum, quod occidens ſe ipſum patiatur bonorum confiſcationem, tunc ad euitandam confiſcationem, præſumitur potius ſuffocatus ab alio, quam à ſe ipſo. *Muſcatell. in fragm. crim. fragm. 20. Guazzin. defenſ. 4. cap. 2. num. 1. in fine.*

34 Nam vbi conſtat non fuiſſe dolum, ſilebit proceſſus criminalis, aliàs ad vlteriora procedat *Clar. q. 4. num. 4.* & ibi *Baiard. num. 9. Ambroſin. de proceſſ. informat. lib. 1. cap. 1. num. 14. & ſeqq. Vulpell. reſp. 1. num. 25.* qui loquitur in eo, qui in fonte repertus fuit ſuffocatus. *Boſſ. tit. de delict. n. 5.* loquitur in illis, qui Mediolani in Caſtro Portę Iouis fuerunt fulgore perempti. *Scacc. d. q. 83. num. 5. & 8. Iann. in tract. de citat. reali lib. 1. c. 2. num. 50.* & de illo, qui fuit Romę repertus mortuus in carceribus, ponit *Idem addens ad Ambroſin. de Proceſſ. inform. d. c. 1. num. 14. Muſcatell. in praxi proband. delict. in proœm. n. 76. cum ſeqq.*

35 Verum tamen eſt, dolum in delictis à natura prohibitis, abſque alia extrinſeca probatione in dubio pręſumitur, vt dicunt *DD.* relati per *Farinac. q. 2. n. 1.*

36 Hinc eſt, quod imputatus de tali delicto, debet per clariores, & fortiores probationes, defenſiones ſuas facere. *Guazzin. defenſ. 4. cap. 2. nu. 21.*

37 Ex quibus vnum notabile ad materiam eruitur, quod in ſimilibus caſibus per coniecturas, & præſumptiones, ac per indicia probatur corpus delicti *Boſſ. tit. de delict. num. 10. Foller. in d. rubr. capiat informationem num. 24. & rubr. quod ſuffocauit vxorem num. 16. & 59. Farinac. q. 2. nu. 29.* vbi ponit aliquas coniecturas, an delictum ſcælere fuerit commiſſum. *Clar. q. 4. num. 4.* vbi *Baiard. n. 9. in fin. Scacc. d. c. 83. lib. 1. de Iudic.*

38 Teſtes periti, puta medici, chirurgi, obſtetrices &c. ſufficit ſi deponant de eorum iudicio, & credulitate, & non præciſè *Clar. §. homicidium verſ. ſcias autem, & in q. 4. num. 3. Milens in praxi crim. ſub rubr. renunciat. formul. num. 4. Muſcatell. in pract. de probat. delic. in proœ. num. 77. & ſeqq.* vbi reprobat *Foller.* qui vult, quod teſtes, vel periti dicerent delictum fuiſſa commiſſum ſęuitia, vel animo delinquendi *Guazzin. defenſ. 4. cap. 2. num. 14. Farinac. q. 127. num. 118. & ſeqq. Scacc. q. 83. n. 13.* Qui dicunt hoc eſſe verum in ijs, quę certò ſciri non poſſunt, quia non conſtat certis, & indubitatis doctrinis diſciplinæ, vel ſi deponant de ijs, de quibus non poteſt haberi infallibilis notitia veritatis, ſed opinata, ſecus ſi poſſit haberi certa, & indubitata notitia, quia tunc teneretur deponere cum Iuramento veritatis. *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 47. num. 28. Zuff. de proceſſ. crim. q. 17. num. 6. & ſeqq. Conciol. d. reſol. 5. n. 9.*

39 Si verò debeat fieri relatio in caſu, ſuper quo fundari poteſt veritas, tunc requiritur iuramentum veritatis, & non ſufficeret iuramentum credulitatis. *Felin. in cap. propoſuiſti nu. 7. de probat. Gaill. pract. obſeruat. lib. 2. obſ. 111. num. 19. Scacc. d. q. 83. n. 13.*

40 Nam vbi adhibentur teſtes non periti, dicitur conſtare de corpore facti, ſcil. corpus

pus eſſe mortuum, vel quis vulneratus, & non
de corpore delicti *Scacc.d.q.83.n.16.*
41 Et eſt regula trita, ſtandum eſſe relationi peritorum, an vulnus ſit mortale, vel non, vel an
vulneratus obierit ex vulnere, vel ex alia cauſa
*Rim.iun.conſ.121.num.5.lib.2.Farinac.q.127.nu.
101.cum ſeqq. Maſcar.de probat.concluſ.1034.nu.
5.& ſeqq. Pacian.de probat.lib.1. cap.47. num.1.
Iacob.Ayrer.in tract.de homicid. p.2. num.57.&
69.Bertazol.conſ.85.num.27. vol.1. Caball.cent.3.
caſ.248.num.37. Batard. §.homicidium num.155.
Muſcatell.in pract.de cognit. & probat.delict.rubr.
de vulner. lethal num.159. Card.Tuſc.lit.P. concl.
286.num.3.Conciol.reſol.5.verb.corpus delicti Pellegr.in praxi p.4.ſect.1.n.45.*
42 Sed in hac re eſt diligenter aduertendum nõ
eſſe ſtandum medico, qui curauit vulneratum, dicenti obijſſe ex vulnere, & non ex mala cura,
cum tunc videatur deponere ad ſui excuſpationẽ.
Corn.conſ.194.num.1.in fin.lib.2.Facbin.conſ.82.
43 *num.66.& ſeqq.lib.2.* licet illis benè reſpondeat
Bologn.conſ.5. num.20. & teneant *Gram.conſ.49.
num.11. & ſeqq.Farinac.q.127. nu.165. Guazin.
defenſ.4.c.2.nu.26.*
44 Ideo bonum eſt accipere depoſitionem aliorum medicorum, vel peritorum vltra illum, qui
curauit, & ſi non adſint alij medici, & periti,
accipere depoſitionem aliorum non peritorum,
an vulnus ſit mortale vel non, & quo genere armorum ſit vulnus illatum. *Muſcatell.vbi ſup.nu.
24.& ſeqq.*
45 Et huiuſmodi periti, licet non ſint Doctores,
ſufficit ſi ſint barbitonſores, poſt *Boer.Clar.Farinac.q.127.num.105. & vlrius, Guazzin.defenſ.4.c.*
46 *2.n.3.* Sed magis credendum eſt Chirurgis Doctoribus, quam non doctoribus, & circa vulnera
magis chirurgis doctoribus, quam phyſicis. *Gua-*
47 *zin.d.cap.2.num.4.* Magis creditur tribus medicis, quam duobus. *Caball.cuſ.248.num.41.cent.3.*
48 *Guazin.d.c.2.num.8.* Sic etiam magis creditur
peritis paucioribus, quam alijs teſtibus maioris
numeri, cum periti reddant cauſam ſcientiȩ.
Guazin.d.c.2.nu.12.
49 Periti tenentur cũ iuramento deponere. *Farinac.
d.qu.127.num.118. cum ſeqq. Facbin.conſ.82.lib.
3.Muſcatell.tit.de vulner.lethal.n.12.& 14. Fulu.
Pacian.de probat.lib.1. cap.41.* vbi licet *n.20.* teneat opinionem contrariam, illam limitat pluribus modis, & *n.47.n.21.& ſeqq.*
50 An ſufficiat, & quando vnus peritus, vel plures requirantur, diſputat *Guazin.defenſ.4.cap.2.n.
15.& ſeqq. Maſcard.de probat.concluſ.674. num.
21.& ſeqq.* nam quod debeant eſſe ſaltim duo, dicit *Clar.§.homicidium n.34.Ant.Gomez var.lib.3.c.
3.num.28.* qui teſtantur de communi opinione
*Caball.cuſ.248.num.39.Paſtell.expedit.ciuil.82. n.
14.Ciriac.contr.485. num.11. Poſt.de ſubbaſt. inſpect.47.nu.49.*
51 Fallit poſita concluſio, ſi in illo loco adſit
vnus tantum peritus, quia tunc ſolus ille ſufficit
*Clar.Muſcard.& Gomez ſup.Farinac.qu.127. num.
153.Paſtell.ſup.num.116.Gratian.diſcept.235. nu.*
52 *44.& ſeqq.* Quod procedit etiam ſi agatur de
cauſa criminali graui, & de vita hominis *Pacian.
de probat.lib.1.cap.47.num.36.in fine Guazzin.d.*
53 *defenſ.4.cap.12.num.19.* & de conſuetudine ſufficere vnum peritum, dicunt *Farinac.d.q.127.nu.
170.Clar.d.§.homicidium num.34. Conciol.d.reſol.
5.num.11.*
54 Si verò adſint plures Medici, quorum duo
deponerent de mortalitate, & duo de non mortalitate, magis credendum eſt illis atteſtantibus
de non mortalitate, vt probant *Plac.in epit.delict.
lib.1.cap.13.ſub num.10.Boer.dec.323. ſub nu.24.
Facbin.conſ.82.num.68.& conſ.38.num.5. Giurba
conſ.43.num.28.* vbi dicit peritis paribus, nemini
55 eſſe credendum. Niſi vulnus fuerit illatum in
capite, vel in alia parte corporis periculoſa, vel
vulnus fuerit magnum, vel ſtatim ſit mortuus poſt
illatum vulnus. *Boer.dec.323.num.10. in fine, &
num.24.Capoll conſ.61.num.13.Dec.conſ.415.num.
3.& ſeqq. Maſcard.de probat.concluſ.1034. num.7.
Iannin.de titat.real.lib.1.cap.2. num.54. Farinac.
q.127.num.141.cum ſeqq.* vbi alias declarationes
ponit *Guazin.defenſ.4.c.2.n.27.*
56 Et redeundo ad noſtram materiam, dicimus,
non ſolum debere conſtare de delicto in genere,
ſed de identitate rei, ſuper qua aſſeritur fuiſſe
commiſſum delictum *Abb.in cap.cum Ioannes nu.
16. in fine de fide inſtrum. Dec.conſ.101. Crauett.
conſ.244.num.2.Maſcard.de probat.concluſ.494.n.
5.& ſeqq.* vbi dicit, quod licet identitas rei præſumatur, tamen non procedit, quando ex identitate præſumeretur delictum, quia tunc identitas
eſt probanda, cum non præſumatur.
57 Non ſolum conſtare debet de delicto, ſed etiã
de eius qualitatibus, & circumſtantijs, *Angel de
Maleſic.verb.item fama n.108. Sim.de Pratis conſ.
50.num.4.Boſſ.de delict.num.24.Clar.q.4.nu.3. Fa-*
58 *rinac.q.2. num.4.* & ſic debet Notarius deſcribere tot percuſſiones, tot vulnera punctim, vel
ceſim, & in qua parte corporis habeat, & an ſint
mortalia, vel ne, & cum quo armorum genere
illata fuerint, vt Iudex percipere poſſit, quis teneatur de occiſo, & quis de ſimplici vulnere, ſi
delictum fuerit commiſſum in pura rixa, ac ſi teſtes ſuper crimine examinati veritatem deponant
cum ſæpè contingat illos plura deponere præterea, quæ ex corporis inſpectione apparent, & ſic
quanta fides poſſit ipſis teſtibus adhiberi. *Guazin.defenſ.4.cap.2.n.8.Conciol.d.reſol.1.n.6.*
59 Si Cadauer fuerit ſepultum, Iudex debet illud effodi facere. *Marsil.in tit.de inquiſit.num.18.
Clar.q.55.ver.quomodo autem.Farinac.q.2.num.5.
Batard.ad Clar.q.4.num.4. Cumulc.de brachio regio
p.1.num.185.* & latius *num.190.& 196.* vbi dicit
eſſe deſcribendum locum vnde ſumitur, & quomodo cadauer ſepultum maneat.
60 Et quia poteſt eſſe, vel quod cadauer per tempus eſſet conſumptum, qua propter oculari inſpectione vulnera non poſſent aſpici, vel quod Epiſcopus non ſineret fieri exhumationem, tunc poſſunt examinari teſtes, qui dicta vulnera, & eorũ
qualitates viderunt. *Scacr.q.83. num.11. & ſeqq.*
Vbi ſubdit eſſe examinandos plures teſtes, quam
duos *Foller.in pract.crim.* rubr. *capiat informationem num.16.in fine Guazzin.d.defenſ.4.c.2. num.
10.Scacr.de iudic.lib.1.c.83.n.11.& 17.*
61 Sed Epiſcopus tenetur impartiri licentiam
exhumandi cadauer, & ſi recuſet poſſet appella-

ti

ti ad Metropolitanum. *Genuenſ.in prax. Archie-piſcop. Neap.cap.35.num.10. & cap.41. in vl.im-preſſ.* Cum poſſit licentiam impartiri ſine metu irregularitatis *Genuenſ.ibidem Ricc.in praxi reſol. p.1.reſol.453.in fine Belleſt.diſquiſit. Cleric.p.1.de diſcipl.cleric.§.5. num.147. Pellegr.in prax. Vica-rior.p.4.ſect.1.n.37.*

62 Teſtes debent examinari, qui cognouerunt illud cadauer dum vixit, poſt alios *Farinac.q.2. ſub num.4.Maſcard.de probat.concluſ.674. nu.20. & 21.* quam praxim appellant *DD.viſum, & re-pertum. Foller.in pract.rubr.capiat informationem num.4.Scacc.d.q.83.num.18. Iannin.de citatione reali lib.1.cap.2.nu.44.& ſeqq. Guazz.d.defenſ.4. c.2.nu.11.Conciol.d.reſol.4.n.3.*

63 Sed ſi interfectus non erat notus in loco, non eſt opus, vt examinentur ſuper eius nomine, cognomine, & patria, ſed ſatis eſt, vt conſtet de eius cadauere, licet nomen ignoretur *Clar.q.4.ſub num.3.* vbi obſeruatum refert *Boſſ.de delict.nu.33. Carthar.in tract.capt.bannit.cap.2. num.4. Caualc. de brachio reg.p.1.num.197.* Qui dicit, quod dum ignoratur Cadauer cuius ſit, ſolet poni cadauer in loco publico, ad effectum, vt cognoſcatur, & ità obſeruari in Curia Romana teſtatur *Guaz-zin.defenſ.4.cap.2.num.12.* & ſeruatur hic Neap. in M.C.V. vt nos teſtamur de viſu, *Conciol.ſup.nu. 4.Pellegr.d.p.4.ſect.1.n.39.*

64 Prout dicimus in crimine furti, vt valeat proceſſus contrà delinquentem conſtito de corpore delicti, licet ignoretur nomen illius, cui fuit res furata. *Ant.Gabriel concluſ.17.num.6.lib.7.Farinac.q.2.num.28. Scacc.q.83.num.13.in fine, & q. 97.num.172.& ſeqq.Boniſac.de furtis §.2. num.9. Conciol.ſup.n.5.*

65 Sed è contra valet proceſſus contrà delinquẽtem conſtito de corpore delicti, licet nomen delinquentis ignoretur. *Gabriel d.lib.7. concluſ.17. num.6.Farinac.qu.3.in fine Cartar.de execut.ſent. capt.bannit.c.2.num.4. & ſeqq. Guazzin.d.defenſ. 4.c.2.n.13.& ſeqq.Conciol.d.reſol.4.nu.6.* Debent
66 tamen examinari teſtes ſuper ſignis ipſius delinquentis ignoti, de quibus ſignis debet conſtare in proceſſu per teſtes, aliàs inquiſitio non valeret nec ſententia poſſet exequi, niſi ipſe delictum fateretur. *Nouia conſ.442.vol.2.Farinac.q.3.num. 10.ver.ſublimitando Baiard.q.4. num.9. Scacc.in tract.crim.qu.97.n.170.& ſeqq. Caualc.de brachio reg.p.1.n.198.*

67 Adſunt tamen aliqua delicta, quæ cum non poſſint oculo corporeo inſpici, vt in ſimplici inſultu, percuſſione manu vacua, & ſimilibus, & in illis non ſoleant remanere veſtigia, & ſint facti tranſeuntis, idem in illis non requiritur probatio per inſpectionem, requiritur tamen probatio delicti in genere per aliquas coniecturas, & indicia, vt quid quid dixerit *Clar.q.55. verſ quomodo autem*, quod dicatur conſtare de delicto in genere per ſolam quærelam partis, ità vt ſi ſequatur confeſſio delinquentis ſequi poſſit condemnatio, tenent contrà, *Farinac q.2.num.3. Baiard.d. qu.55.num.22. Maſcard.de probat.concluſ.830.n. 2.Carena de S.offic.p.2.tit.12.num.171. & ſeqq.& p.3.tit.1.num.41.& ſeqq. Vermigl.conſ.11. nu.17. & conſ.230.nu.3. Conciol.d.verb.corpus delicti reſol.3.num.4. Pellegr.in praxi Vicarior.p.4.ſect.1. n. 40.& 45.*

68 Sola verò accuſatio in iſtis delictis facti tranſeuntis, ſufficit ad effectum inquirendi, vt tradit *Scacc.de Iudic.lib.1.cap.71.num.3. Addit.ad Ambroſ.de proceſſ.informat.lib.1. cap.1. Caualc.de brachio reg.p.1.num.180. Muſcatell.de cognit. & probat.crim.in procemio n.39.*

69 In delictis omnibus occultis, & difficilis probationis, pro vt ſunt adulteria, aſſaſſinia, venenationes, & ſimilia, corpus delicti probatur per cõiecturas, & præſumptiones, *Farinac.q.2.num.12.* vbi teſtatur de communi *Clar.qu.66.in princ. Gabriel concluſ.17.num.14.lib.7. Sanfel.dec.28.num. 2.Caualc.de brach.reg.p.1.nu.201.* Debent tamen
70 præſumptiones, & indicia eſſe à Iure approbata. *Foller.in pract.rubr.capiat informationem n.78. Farinac.q.2.nu.12.in princ.*

71 Et licet in omnibus delictis, etiam in illis in quibus remanent veſtigia poſt factum, vt ſunt vulnera, homicidia, & ſimilia, *Franc.Becc.conſil. 70.num.11. & ſeqq.* teneat ſufficere indicia, & coniecturas, ſic etiam *Plot.conſ.50.num.22. lib.1. Burſatt.conſ.166.n.1.vol.2.Maſcard.de probat.concluſ.497.n.3.& ſeqq.*

72 Tamen verior eſt concluſio, non ſufficere indicia, & coniecturas, ſed requiri in delictis, in quibus poſt factum remanent veſtigia, ad probandum delictum in genere, debere conſtare per ocularem inſpectionem, vel per teſtes *Blanc.in proc.in princ.nu.3.Clar.q.4. ver.quando verò Brun. à Sole conſ.vnic.n.200.Farinac.q.2.n.6.*

73 Difficultas non leuis eſt, an corpus delicti, & quando ſuppleatur per confeſſionem delinquentis? Regula eſt non ſuppleri, ea ratione, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, *l.liber homo ff. ad l.Aquil. l.non tantum ff. de pœnis Gram. conſ.60.Angel.de malefic.verb.& veſtem caleſtem num.25.Clar.q.4.num.1.verſ.& hac adeò Boſſ.tit.de delictis num.15.Farinac.q.2.num.7. Burſatt.conſil. 166.num.3.vol.2.Decian.reſp.96. num.19.& 22. vol.3.Maſcard.de probat.concluſ.354.nu.3. vol.1. Baiard.d.qu.55.num.15.Carthar.in pract.interrogreos lib.2.c.2.nu.12. Petr.Caball.cent.caſuum crim. caſ.180.num.1.& caſ.255. num.1.& ſeqq. Maur. Burg.de modo proced.ex abrup.q.22. num.12. Macerat.lib.3.reſol.44.num.9. Turrett.conſ.9. nu.13.* vbi teſtatur de communi *Carena de S.offic.p.3. tit.1.in fine, & tit.8.num.57. Conciol.verb.confeſſio reſol.19. num.1.& ſeqq.* & verb. *corpus delicti reſol.1.num.11.& reſol.2.* & confeſſio non poteſt facere delictum, vbi non eſt *Giurba conſ.37.num. 21.Vermigl.conſ.218.num.8.Sperell.dec.137.num. 23.p.2.Zuff.de legit.proceſſ.crim.lib.3. qu.185.nu. 5.& lib.1. qu.19. Angelis de confeſſione lib.1. qu. 3. num.31.* qui ſatis ieiunè de materia ſcribit *Ciazz.ad defenſ.cap.1.num.13.30.& ſeqq.& c.27. n.13.Pelleg.in praxi p.4.ſect.1.n.41.*

74 Et adeo verum eſt, quod non afficiat præiudicium confitenti delictum, niſi verificetur corpus delicti, vt abſolui debeat. *Clar.qu.55.ſub num.10.*
75 *in fine.* Vnde ad hoc, vt confeſſio confitenti noceat, debet illa verificari, ideo debet mittere notarium ad locum delicti, vel ipſe accedere ad verificandum delictum, & qualitates illius confeſ-

ſio-

Digitized by Google

ſionis *Marſ.ſing.329. Gram.conſ.37. Burſatt.conſ. 201.num.30. Clar.q.4. num.6. & qu.55. num.10.*

76 Nam non verificata confeſſione, & illius qualitatibus reus eſt relaxandus ſub fideiuſſione de ſe præſentando ad omnem ordinem Curiæ *Farinac.q.2.num.15.* verſ. *& memini.* Imò ſi factis di-
77 ligentijs appareret delictum non fuiſſe factum per confitentem, debet ille abſolui, tanquam innocens *Burſatt.conſ.201.nu.32. Guazin.defenſ.2. n.5. in fine.*

78 Quæ concluſio, vt confeſſio debeat verificari, procedit tam in confeſſione ſpontanea quam facta in tormentis, de ſpontanea, loquuntur *Gram. conſ.26.num.4. & ſeqq. Farinac.q.2.nu.7.* verſ. *dicat quod ſpontanea,* de facta in tormentis *Gabriel concluſ.17. num.2. lib.7. Menoch. de arbitr.iudic.*
79 *caſ.269.num.3.lib.2.* Etiam ſi ſit vnicum delictũ, nam adhuc verificari debet. *d.q.2. num.7.* verſ. *vbi amplia.*

80 Hinc infertur, quod ſi quis fateretur, ſe eſſe publicum latronem, aut viarum craſſatorem, ſibi præiudicium non faceret, cum oporteat conſtare aliundè de criminibus, & non ſufficiat ſola confeſſio, ſed quod fateatur factum, nempè dicat: feci tale, & tale furtum, vel tale latrocinium, vel talem agreſſionem, vel ſi quis dixerit ſe eſſe hæreticum, non poterit per hoc puniri, ſed oporteat, quod dicat, quod non credat, & in quo articulo fidei diſſentiat. *Crauett.conſ.260. num.1. & conſ.262.num.4. Carrer.in pract.crim. §.homicidiũ vl.num.40. Caphal.conſ.23. nu.11. Add.ad Clarum q.55.lit.D.* vbi *Baiard.num.20. Caball.caſ.150.nu. 5. & ſeqq.* Vbi idem dicit de eo, qui fatetur perſæpè blaſphemaſſe, vt non poſſit puniri, niſi aliter deponat de blaſphemia.

81 Sic etiam ſi quis fateatur dediſſe alicui venenum, & ex eo mortuum eſſe illum, non poſſit puniri, niſi alia concurrant *Caball.in tract. de omni genere homicid.n.615. & ſeqq.*

82 Et licet aliqui *DD.* teneant ſolam confeſſionem ſufficere in aſſaſſinis, & malandrinis, qui propè lictus maris verſantur, & confitentur homines ignotos occidiſſe, & in mare proieciſſe, vt ex illa poſſint damnari, ſunt. *Gabriel concluſ. 17. num.12. lib.7. Foller.in pract.rubr. & ſi non confitebuntur num.34. Farinac.q.2.n.11. Caſſan.in conſuet.Burg.rubr.1.§.5.n.40.*

83 Tamen in contrarium eſt veritas, vt ſola confeſſio non ſufficiat, niſi ſint alia indicia, & coniecturæ. *Boſſ.tit.de delict.num.15. Farinac.q.2.num. 11.* verſ. *certum hac Guazzin.defenſ.3. num.10.* vt fuit in caſo relato per *Caſſan.rubr.1. §.5. nu.40.* de eo qui confeſſus fuit occidiſſe dominum ſuum, cuius cadauer proiecit in lacum Cumarum, nam quamuis fuiſſet piſcatum, & non repertũ, tamen quia fuit repertus ſanguis in illo loco, in quo confitebatur eum interfeciſſe, qui locus deſtabat à lacu per iactum lapilli, ideo ex illo indicio ſanguinis fuit damnatus ad mortem, alium caſum ponit *Clar.q.55.* verſ. *quomodò autem.*

84 Sic etiam ſi reperiantur valiſiæ, veſtimenta, æqui, vel aliæ ſimiles res mercatoris interfecti penes dictos latrones, & aſſaſſinos. *Guazzin.d. defenſ.3.n.11.*

85 Vndè reſpondendus eſt *Caball.caſ.155.* qui dicit confitentem occidiſſe vnum certum hominem poſſe damnari abſque alia probatione, ſecus ſi incertum. Nam etiam in certo homine contrà eum eſt communis opinio, vt *ſup.* diximus, quamuis confitens eſſet malę famæ *Mar.Burg.de modo proced.ex abrupt.q.22. num.14.* latè *Conſtant. Cæſar. peregr.qq.q.17.num.39. & ſeqq. Annam Robert.rerum iudic.cap.4. Grazz.diſcept.19.*

86 Si vero adſint aliquæ coniecturę, & indicia, puta fama, aut alia, & ille homo non reperiatur, ſi confiteatur occidiſſe hominem notum, procedit opinio *Caballi Farinac.d.q.2. num.10.* verſ. *limita 2. Guazzin.d.defenſ.4.cap.3.num.11. & cap.4.nu. 4. & ſeqq. Vermigl.conſ.59.num.7. R.Salernit.deciſ. 29.* vbi deciſum refert per M.C.V. & S.C. vbi dicit in caſu ſuo ad fuiſſe confeſſionem trium ſociorum criminis *Reg.Sanfel.dec.28.* vbi alias deciſiones refert.

87 Verum ego dico in hac materia debere procedi cum maxima aduertentia, nè Iudici eueniat, quod euenit in caſu allato per *Annaum Robertum d.cap.4. & Cæſar.d.q.17.num.52.* nam poſt ſuſpẽſos illos confeſſos occidiſſe, aduenit occiſus.

88 Et id, quod diximus, quod delictum in genere non probetur per confeſſionem inquiſiti, procedit etiam in confeſſione ficta reſultante ex contumacia. *Farinac.qu.2. num.7.* verſ. *amplia hanc quintam. Decian.reſ.96. num.16.vol.3.*

89 Et *Decian.loc.cit.* ſubdit etiam attentis bullis Pontificijs dictantibus contumacem haberi pro confeſſo, adhuc requiri corpus delicti. *Plot.conſ. 30.num.2.lib.5.* poſt *Guazzin. Decian. Farinac. Cart. & Caball.Controu.d.reſol.19.num.2.* verb. *confeſſio Sperell.dec.137.n.23. & ſeqq.*

90 Verum in delictis facti tranſeuntis ſufficit confeſſio delinquentis, & querela partis, ſi inter ſe conueniant *Zuff.de proceſſ. crim. lib.1. qu.19. Scialoya in praxi torq.reos c.3.num.13.*

91 Difficultas alia facit ad materiam, an delictum in genere probetur per famam? Reſolutiuè dicimus in materia criminali, requiri probationes luce meridiana clariores per *tex.in l.ſciant cuncti C.de probat.cum concord.* Et probatio, quæ deſu-
92 mitur ex ſama, verè non dicitur probatio, neq; ſpecies probationis, nec facit aliquam plenam probationem, neque ſemiplenam, ſed tantum alias probationes factas coadiuuat. *Paul.Caſtr. conſ.299.num.2.lib.2. Bal.conſ.447.num.13.lib.5. Clar.§.fin.q.21.* poſt *Petr.Caball.caſ.200. nu.122.*

93 Et licet *Marſ.in pract.crim.§.principiam num.5. Foller.in pract.rubr. capiat informationem num.15. & rubr. & ſi confitebuntur num.34. Rolan.conſ.51. num.13.vol.1. Gabriel concluſ.17.n.11.lib.7. Becc. conſ.70. num.11.* verſ. *ſed ſi per famam,* teneant corpus delicti probari poſſe per famam, quando ageretur de homicidio, vel delicto commiſſo in nemore, vel propè lictus maris, & cadauer deindè fuerit proiectum in mare.

94 Et ſufficiat teſtes deponere, communiter à populo ſic exiſtimari, & cenſeri, vt probat poſt *Affict.in conſtit.tit.de his, qui fideiuſſ.lib.2. rubr.10. n.31. Maſcard.de probat.concluſ.497.n.19.*

95 Tamen contrà eſt veritas, cum vt *ſup.* diximus fama nullam faciat probationem, & illa ſuper corpore delicti abſque alio adminiculo, & fine

con-

confeſſione inquiſiti non ſufficit,niſi ad inquirendum ſuper delicto, & non ad torquendum *Foller. in pract.rubr: Item quod ſuffocauit num.16. & 20. Farinac.q.2.num.29.ſub* verſ. *& vna*, Et *ſup.citati DD.* loquuntur, quando cum ſama concurreret confeſſio delinquentis, quia fateretur occidiſſe hominem, & deindè illum proieciſſe in mare, & adeſt ſama de aliqua perſona certa interfecta, ſecus de incerta. *Foller.in pract.rubr.captat informationem num.30.*

97 Verum ſi perſona interfecta eſſet cognita, tunc quia de illius vita facile liquere poteſt, tunc debet conſtare aliter, quam per ſamam, ideo hoc caſu non ſufficeret ſola ſama, & confeſſio delinquentis ad pœnam mortis irrogandam, ſed requireretur etiam aliqua alia præſumptio, coniectura, vel adminiculum, vel mala vita imputati de homicidio, quod eſſet aſſaſſinus, vel malandrinus, & quod eſſet ſolitus in d.loco ſuſpecto conuerſari, & ſimilia facere *Farinac.qu.2. num.9. & ſeqq.* & latius *num.27. Guazzin. defenſ.4. cap.4. num.3.& 4.*

98 Et hic eſt notandum ad noſtram materiam, quod corporis delicti probatio eſt valida, etiam ſi ſit facta per iudicem incompetentem, quo ad cauſam principalé, ea ratione quia probatio corporis delicti eſt de ordinatorijs cauſæ, nõ autẽ de ordinatorijs iudicij, & ideo d.ordinatoria cauſæ facta coram iudice incompetente, vti concernentia factum, probant, etiam coram iudice competente, maximè nè probatio interim pereat, vel difficilior reddatur *Zuff.de legit.proceſſ.crim.qu. 15.nu.5.& ſeqq.*

S V M M A R I V M.

1 *An ſententia poſſit eſſe pro parte valida, & pro parte nulla? & à n.2.ad n.14.*

15 *Quid in criminalibus? & n.16.17.18.19.*

20 *An ſententia ſit nulla ſi adiudicet creditori, rem, quæ valet pluris, quam creditum? & nu.21. & à n.22.ad n.35.*

36 *In criminalibus ſententia debet eſſe æqualis delicto, & n.37.38.39.40.*

41 *Sententia lata ſuper bonis, partim obligatis, & partim non, an ſit nulla in totum? & n.42.*

An ſententia poſſit eſſe pro parte valida, & pro parte nulla?

QVÆSTIO XXI.

1 AN ſententia poſſit eſſe pro parte nulla, & pro parte valida *DD.* non conueniunt, nam ſententia aliquando poteſt eſſe indiuidua, aliquando diuidua; vt dicunt *DD.* infrà citandi *Reg. Latro deciſ.83. Maſcard.de probat.concluſ.26.num.39.lib.1. Gaill.obſ. 109.lib.1.Cornaz.dec.luc.12. Rota dec.33. & 18. p.2.in nouiſſ.diuerſ.Scacc.de ſent.gl.14.q.13.*

2 Quando ſententia eſt indiuidua, tunc certum eſt non poſſe pro parte valere, pro parte non, & per conſequens eſſe in totum nullam. *tex.eſt in l.in hoc iudicio ff.famil. erciſc.gl.in cap. cum tempore de arbitr.Bar.in l.ſi non ſortem §.ſi centum ff.de condit.indebit. Vant.hic num.100.* verſ. *ſecus Ludouic.Roman.conſ.454.num.12. Crauetta conſil. 327.num.17.Rol.à Valle conſ.7.nu.87.vol.3. Put. deciſ.323.lib.1.Rot.Rom.apud Cantuc.deciſ.33.nu. 9.18.vol.3.* apud *Blanchett.dec.205. num.1. vol.2.* apud *Pegna deciſ.118.num.5.in apoſtill.p.1.tom.1.* apud *Pirouan.deciſ.634.nu.1n.p.1.tom.1. Reg.Galeot. contron.7. num.7. Burat.deciſ.286. num.5.& 17.& deciſ.160.num.8. addit.ad Burat.dec.29. n. 27.& dec.368.n.8.*

3 Et quod ſententia non poteſt pro parte valere, & pro parte non. *Rot.Rom.* apud *Peregr.Fabium deciſ.250.nu.2. vol.3.Andreas gaill.pract.obſ. lib.1.obſ.63.num.7. Salgad.de regia protect. p.2.c. 7.num.22.* Rationem ponunt, quia in iudicijs
quaſi contrahitur *l.3. §.item quæritur ff. de pecul.*
quo caſu vtile per inutile vitiatur *Bar.in l.2.§.*
4 *ex his ff.de verb.obligat.* Et ſic non poteſt ſenten-
tia ſcindi *gl.in l.1. C.ſi aduerſus rem iudic. & in l.fin.ff.de iuriſ.omnium iudic. Roman.conſ.450. & 454.num.2. Affl.dec.218. & 178.* vbi *Add.Surd. dec.74.num.9.*

5 Et dicitur indiuidua Sententia, etiam ſi cauſa
contineat quantitates diuiſibiles, putà pecuniæ
quantitates, etiam ex pluribus cauſis debitas, ſi
tamen vnica actione, & petitione ſint compre-
hendendæ, poſt *gl.in l.etiam §.primo in* verb.
audiendus ff.de minor. Bar.in l.ſi quis cumità ff.de
appellat. Magon.deciſ. Flor.36.per tot. Borrell.in
ſumma deciſ.tom.2.tit.30.num.319. Rot.Rom. apud
Farinac.in poſth.lib.1.deciſ.769.num.3. Caren.re-
ſol.45.num.4.Capic.Latr.dec.83.nu.10. & 11.17.
Dom. Philippus Cammarat. Doctiſſimus Siculus reſp.
19. num.31. lib.1. & reſp.15. num.47. Cardoſ.
Put.deciſ.315. Et cum continet ſententia vni-
6 cum caput *Put.deciſ.315. Gabriel conſil.56.lib.*
1. Rota deciſ.576. num.7. p.1. in poſth. Farinac.
Cancer. variar.lib.3. cap.17. num.332. Scacc.de
ſent.d.gl.14.q.13.num.5.& ſeqq. vbi teſtatur de
communi, licet ipſe contrarium firmare attentet.
7 Vel plura capita, ſed connexa *Rota ibid.* Vel
8 vnicã ſummã, nam ſi ex parte claudicat, in totũ
proſternitur, cum regula illa, quod minor ſum-
ma inſit in maiori, in ſententia locum non ha-
beat *Put.deciſ.35.lib.1.Grattan.diſcept.3.num.24.*
Carena reſol.42.num.2. & per totam Gabriel conſil.
56.vol.1.annot.ad Burat.deciſ.368.n.8. Cammarat.
d.reſp.19.num.30.Idem Caren.reſ.45.n.1.

9 Idem eſt in laudis, nam ſi ſit factum compromiſſum inter plures, & reſpectu vnius laudum ſit nullum, erit etiam nullum quo ad alios, licet nullitas reſpiciat perſonam vnius tantum, ratione indiuiduitatis *Paul.de Caſtr. conſ.182. vol.2. Franch.dec.173.in fine.*

10 Si verò non contineat vnicum capitulum, ſed plura, tunc vtile per inutile non vitiatur, & ſic ſententia poteſt ſcindi, cum plures non vna dicantur ſententię *Card.Tuſc.lit.S. concluſ.165. nu. 1.& 8. Guazzin.ad defenſ.reorum defenſ.35. cap. 13.nu.2.Rota Rom.dec.33.p.2. diuerſ.Cancer. var. tom.3.cap.17.num.322.& ſeqq.& 345.* verſ. *quod limitat Scacc.de ſent. & re iudic.gl.14. n.13. Caualer.dec.484.Gizzarell.dec.12.* vbi deciſum per

§. R. C. refert, Sententiam latam in iudicio aſſiſtentiæ ad fauorem creditoris contrà nouem hæredes, quorum aliqui erant minores, pro quibus in iudicio fuit auditus quidam tutor, qui non adimpleuerat adimplenda, qui hęredes fuerunt condemnati in actione perſonali, & datæ aſſiſtentia ſuper re hæreditaria poſſeſſa per vnum ex hæredibus conuentis, maiorem, fuiſſe contra maiorem poſſeſſorem illius rei validam, ex quo ſententia non fuit indiuidua *Lanar. conſ. 33. num. 20. Reg. Marinis ad Reuert. dec. 256. num. 2. Salgad. de reg. prot. p. 2. cap. 7. num. 64.* Idem eſt ſi ſenten-
11 tia contineat vnicam ſummam conflatam, tamen ex varijs partitis, nam tunc ſententia eſt diuidua *Caualer. d. decis. 484.* latè *Carena* dextinguenda *d. contr. 45.*

12 Sic ſententia excommunicationis, quia reputatur indiuiſibilis, non poteſt pro parte valere, pro parte non, ſed tota eſt nulla *Gallez. ad form. obligat. Camer. rubr 99. poſt proceſſ. incid. num. 36. Rota diuerſ. dec. 626. nu. 2. in fine p. 1. & deciſ. 221. n. 1. p. 2. Scacc. d. q. 14. gl. 13. n. 53.*

13 Si verò eſt diuidua non annullatur in totum, ſed in parte, vt eſt actio perſonalia *Abb. in cap. cum inter num. 24. verſ. 2. caſus*, vbi etiam *Felin. n. 10. de ſent. & re iudic. Ruin. conſ. 11. num. 9. vol. 4. Gabriel conſ. 56. num. 14. vol. 1. Grazzarell. d. dec. 12. R. Latr. diſt. dec. 83. num. 7. Cancer. var. lib. 3. c. 17. num. 322. & ſeqq.* vbi deciſum refert ſententiam latam contra viuos, & mortuos valere quo ad viuos, prout dicit etiam *Reg. Latr. & num. 335.* vbi deciſum per ſuum Senatum refert, quod cũ eſſent duæ conuentæ ad reſtitutionem rei, & vna deceſſiſſet lite pendente, fuit habita pro legitima condemnatione alterius tantum. *Gabriel d. conſ. 156.* vbi reſpondet *tex. in d. l. in hoc iudicio ff. famil. ercisc.* qui contra facere videtur, cum ille loquatur ſecundum verum intellectum, in iudicijs diuiſorijs, nam cum in eis quilibet ſit actor, & reus, & non poſſit res pro parte explicari, vt dicit *Bal. in l. vnic. num. 6. C. de error. calcul.* ſit vt ſententia non poſſit valere, niſi quo ad omnes ſit valida, ſecus tamen in alijs iudicijs, & ſit lata ſententia ſuper indiuiduo, ſi ad ipſum omnes teneantur inſolidum, & à quolibet pręſtari poſſit, tenet ſententia contra eos, contrà quos ritè pronunciatum eſt, licet contrà alios ſit nulla, vt idē eſt ſi non ſint obligati inſolidum, & res eſſet indiuidua *Gabriel d. conſ. 156.* ſequitur *Cancer. ſup. n. 326. & ſeqq.*

14 Sic ſi ſit factum compromiſſum de pluribus rebus, quarum aliquæ non poterant compromitti, & feratur laudum ſuper omnibus, vales quo ad permiſſa, ſecus quo ad non permiſſa compromitti *cap. cum tempore de arbitr.*

15 Ideo etiam in criminalibus cauſis, dicimus, ſententias continentes crimina, vel capita vnita connexa, & admixta, ſeu inſeparabilia, vel quæ diuidi non poſſunt, nullas, & inualidas in vno capite, vel crimine, dici nullas, & inualidas in omnibus, & non poſſe pro parte valere, & pro parte non valere propter indiuiduitatem. *DD. in l. fin. ff. de Iuriſd. omnium iudic. Alberic. in l. etiam §. 1. ſub num. 3. de minor. Bal. in l. 2. ſub num. 6. C. de re iudic. Anchar. conſ. 208. ſub num. 21. Caball. conſ. 286. n. 33. cent. 3. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. q. 213. num. 1. Caual. qq. commun. contra commun. q. 960.*

16 Si vero ſententia contineat plura delicta, vel negotia, ſeu capita diuerſa, & diſtincta, & tunc poteſt eſſe nulla, & iniqua in vno capite, vel crimine, & in alio capite, vel crimine ſubſtineri, & reputari valida, cum in ſeparabilibus, & diuiduis vtile per inutile non vitietur *DD. in l. fin. de Iuriſd. omnium iudic.* vbi *Bar. num. 3. Bal. num. 3. Caſtr. ſub num. 10. Alex. ſub num. 11. Iaſ. num. 27. Cagnol. num. 47. & ſeqq. Anchar. conſ. 208. ſub num. 6. Roman. conſ. 195. circa fin. conſ. 281. num. 2. & ſeqq. Card. Tuſc. lit. S. concluſ. 165. num. 1. & 8.* Cum tot dicantur ſententiæ, quot ſunt Capitula, quæ in ea continentur *gl. in l. ampliorem* verb. *iudicatis C. de appell. Tuſc. d. concluſ. 165. nu. 7.* vbi dicit quod proindè iudex poteſt in partem abſoluere, & in partem condemnare, & *nu. 10. & ſeqq. Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. dec. 213. num. 2.*

17 Delicta, ſeu negotia diuerſa, vel ſeparata dicuntur, quæ diuerſis de cauſis, & ad diuerſos effectus ordinata ſunt *Tuſc. d. concluſ. 165. num. 1.* De-
18 licta, vel negotia connexa, & admixta, ac inſeparabilia dicuntur, quæ habent ad inuicem dependentiam, vel quæ ad eundem effectum tendunt, vt vnum tantum factum cenſeatur *Caball. conſ. 286. num. 32. & ſeqq.* & ſub *num. 36.* vbi dicit etiam vnicum capitulum poſſe reputari, quando ſub eadem oratione, & ſtructura verborum, & vna eſſentia plura capitula coniuncta ſunt, vel ſi ageretur de pluribus connexis, quia idem de eis, quod de vno tãtũ dicitur, iudicabitur *Tuſc. ib. n. 2.*

19 De delictis connexis exemplum poteſt poni in lenocinio, & adulterio, cum ad eundem finem tendant, quamuis quodlibet de per ſe ſit delictum *Decian. lib. 3. cap. 3. num. 3. in tract. crim. Cauale. de brach. reg. p. 4. num. 256.* & quę dicantur capita connexa, & ſeparata, dicunt *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 26. num. 40. & 49. Scaċc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 363. & ſeqq. & num. 370. & ſeqq. & de appellat. q. 17. lim. 21. n. 30. 31. & 32. Guazzin. defenſ. 35. cap. 13.*

20 Quando ſententia adiudicat alicui creditori pro certa ſumma, rem debitoris, quæ valet pluris, quam eſt creditum, An talis ſententia ſit nulla? Aliqui tenent eſſe nullam in totum per *tex. in l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de condit. indebiti Reg. Scipio Rouit. ſuper pragm. 2. de appellat. num. 2.* poſt *Intrigl. deciſ. 46. num. 1. & ſeqq. Mangil. de euiction. q. 546. n. 5. Rota* apud *Zacchia de obligat. Camer. dec. 40. num. 5. Ciarlin. contr. 233. num. 27. & 102. Borrell. conſ. 15. num. 14. Cancer. var. lib. 3. cap. 17. tit. de Sent. num. 350. D. Hodierna ad Surd. dec. 45. Barbat. de aſſiſt. gl. 1. num. 20. Reg. Latr. dec. 83. num. 18. Carocc. de except. except. 133.* Ea ratione, quia decretum eſt indiuiduum, & ſic pro parte valere non poteſt *Aff. dec. 218. num. 4. Capic. dec. 51. num. 1. & ſeqq. Afflict. de execut. §. 4. c. 11. Rota* apud *Put. deciſ. 323. lib. 1. eadem Rota dec. 221. p. 2. in nouiſſ. Caualer. dec. 84. Granon. diſcept. 749. num. 27. Afflict. de execut. §. 6. cap. 176. num. 7. Ludouiſ. dec. 373. num. 2. Nig. de execut. rei iudic. de 3. n. 1. & ſeqq. & §. 3.*

21 Et ideo bona adiudicata debent reſtitui cum fructibus, licet conſumptis, qui in ſortem com-

putan-

petantur *Aſſ.dec.218. num.4. Surd.conſ.39.num.*
25.Caroc.d.except.133.num.13. & ſeqq. Nig.d.c.
3.num.17. vbi ponit rationem, quia titulus re-
ducitur ad non titulum. *Surd.idem dec.45.* Imò
22 non ſolum fructus percepti, ſed omnes illi, qui
percipi potuerint. *Caroc.d.except.233.nu.15.* poſt
Boer.dec.268.Becc.conſ.95.num.4. Etiam ſi exceſ-
23 ſus eſſet in minimo *Tiraqu.de retract.lignag.§.23.*
gl.2.num.26.Ludouiſ.deciſ.198. nu.1. Caualer.dec.
84.num.2.Gratian.diſcept.222. num.6. Caſtill.dec.
7.num.23.& dec.109.75. Plotus conſ.13. num.11.
Burſat.conſ.73. num.27. Nig.ſup.c.3. num.16. quę
24 omnia procedunt, etiam ſi adiudicatio fiat ex
laudo *Bal.in l.certi condictio. §.quoniam ff. ſi certū*
petat. Caroc.ſup.n.7.

25 Ampliatur concluſio procedere, etiam ſi exe-
cutio ſit exceſſiua facto executoris, ſeu appari-
toris *Nig.d.cap.3.§.1.vbi num.5.& 6.*dicit talem
executionem non ſolum eſſe iniuſtam, ſed nullā,
& concluſionem ampliat, & declarat, licet non
eſſe nullam dicat *additio ad Ludouiſ.dec.198.*
26 Ampliatur 2. ſi eſſet exceſſiua facto debitoris
Idem Nig.d.c.3.§.2. Ampliatur 3. ſi eſſet exceſſi-
27 ua facto Iudicis *Idem Nig.d.cap.3. §.3. & ſeqq.*
28 Ampliatur 4. Vt adeo ſit nulla, vt conſenſu par-
tium non poſſit fieri valida *Rota recent.391.p.2.n.*
5.relatis Caſ.de Graſſis dec.2. de appellat. & Ludo-
uiſ.dec.339.num.4.& 5. Tamen per non appella-
tionem ab exceſſu executio ſubſtineretur *Rota*
29 *deciſ.770.p.1.num.9.in fine.* Ampliatur 5. etiam
ſi ſequatur deinde ſubhaſtatio, & iudicis adiudi-
catio *Gama deciſ.40. num.2. Cartar.dec.39. num.*
19. & 25.

30 Mihi verò reſolutiuè ſemper placuit dixtin-
guere in hac re. Aut eſt erratum in quantitate
debiti, veluti, cum non deberentur, niſi quinqua-
ginta, res fuit pro centum adiudicata, & hoc ca-
ſu adiudicatio eſt nulla in totum per *tex.in d.l.ſi*
non ſortem §.ſi centum ff.de condit.indebiti. Si ve-
rò ſit in rei adiudicatæ æſtimaſtione erratum,
veluti ſi res maioris valoris pro minori quanti-
tate debiti data ſit, & tunc ſubſtinetur pro quan-
titate verè debita, reſtituto cū intereſt ſuperfluo
ad tex.in l.fin. §.1. C.de bonis auth.iudic.poſſ. iun-
cta auth.ei qui iurat eodem tit. poſt *alios Aff.deciſ.*
178.num.8.& dec.218.& 358.nu.7. vbi deciſum
refert *Cap.c.dec.41.num.9. & dec.51. num.2.Rot.*
*Flor.*apud *Magon.deciſ.109.circa fin: Mandoſ.ad*
Roman.conſ.454.lit.I. Gama dec.Luſit.40. num.4.
Surd.conſ.39. num.26. Aſcan.determinat.122. per
tot. Muſcatell.in praxi p.3. principal. gl.adiudican-
tur num.20. & 21. Gratian.diſcept.739. num.28.
deciſum refert pluries *Beltramin. ad Ludouiſ.deciſ.*
198. Caualer.deciſ.446.num.2. Coſta de ration.rat.
q.26.num.6.Menoch.de retin.poſſeſſ. remed.1. num.
29. Surd.deciſ.45. num.5. vbi *Dom.Hodiern.num.*
2. & ad deciſ.16. num.5.Caroc.d.except.133.num.
21.Aſin.de execut. §.4. cap.18.dicens ità poſſim
in Gallia, & per Italiam ſeruari *Nig.d.cap.3.n.*
23.D.Merlin.cent.2.cap.69.num.6. Scacc.de ſen-
tent.q.24.gl.23.nu.49.

31 Subſtineretur decretum adiudicationis, ſi in
illo adſit clauſula: *ſaluo iure verioris calculi,* quia
dicta clauſula reducit decretum Iudicis ad veri-
tatem *Borgnin.de vſufr.mulieri relict. num.208. &*
de Tutore num.285.Rolan.conſ.71. num.41. vol.2.
quę clauſula operatur etiam ſi non ſit poſita in
decreto, ſi tamen ſit poſita in petitione, ad quam
ſe refert Iudex in decreto *Cornax. deciſ.2. num.*
26.& 27.

32 Valeret etiam decretum, ſi res eſſet mihi adju-
dicata, tam pro meo credito, quam mei fratris, &
illius mandatum non habeam, quia tunc pro par-
te mea valebit *Bal.in l.ordo num.17. C.de execut.*
rei iudic.Duen.reg.285.num.4. in fine Anchar.qu.
14.num.7.in fine p.2.Borgnin.de vſufr.n.208.

33 Procedit poſita concluſio ſi ſpecies daretur in
ſolutum pro ſpecie, ſecus ſi quantitas pro quan-
titate *Dec.Auenion.27. num.6.7.* Verum ſi miſſio
34 in poſſeſſionem ſit nulla, reuocatur, donec cre-
ditor ſatisfiat *Tiraquel. de retract. conſanguin.§.*
22.gl.1. num.24. Surd.dec.46. Neguſ.de pignor.2.
membr.3.p. num.20. Sed ſi pro debito exiguo ſit
35 capta res magni pretij, quamuis executio ſit ex-
ceſſiua *Bar.in l.à diuo Pio §.in venditione ff.de re*
*iudic.num.5.*vbi *Alex.num.3.& 4.Gama dec.40. n.*
5. ver.tertio Tamen tunc non nulla ſed iniuſta,
ideo eſt appellandum *Surd.conſ.99.num.28.in fi-*
ne Nig.d.cap.3.§.4.n.33.

36 In criminalibus ſententia debet eſſe æqualis
delicto, alias non eſt exequenda *Plot.conſ.72.nu.*
31.& ſeqq.tom.2.crim.in fol.Farinac.q.11. nu.62.
vbi ponunt exempla, *& conſ.29. num.1. & ſeqq.*
Batard.q.93.num.12.& ſeqq.& q.96.nu.10. Cur-
tar.de execut.capt.bannit. cap.fin.num.48. & ſeqq.
37 Nec poteſt condemnari ſi ex proceſſu conſtet
non commiſiſſe delictum, puta ſi inquiratur, vel
condemnata fuit mulier pro furto, quia bona
mariti abſtulit, cum in vxore non cadat furtum
l.manifeſtiſſimi ff.rerum amotar. Vel quis fuit con-
demnatus tanquam deflorator puellæ, quę fuit
reperta virgo, & quod illa quæ dicebatur virgo,
erat mulier, & ſimiliter *Gulielm.de benedict.in*
cap.Raynutius num.169. de teſtam. Cartar.d.§. fin.
num.259.Farinac.d.q.11.num.62. verſ.*& idem.*
38 Nec valeret ſententia pro confiſcatione bono-
rum, ſi pro delicto, dicta pœna à lege, vel ſtatuto
non eſſet impoſita, & ſic dicta ſententia non
tranſit in iudicatum *Guazzin. de confiſcat.bonor.*
39 *concluſ.12.num.26.* Sic ſi Iudex condemnet in
maiorem quantitatem, quam contentam in ſtatu-
to, ſententia eſt nulla in totum, nec ſubſtinetur
pro ſumma in ſtatuto connexa *Io: de Canemorto*
conſ.33.num.2.Clar.§.fin.q.93.num.4. Idem è cō-
40 tra ſi Iudex ſine cauſa condemnet ad minorem
pœnam illius contentæ in ſtatuto, ſententia eſt
nulla *Scacc.de iudic.lib.1.c.12.n.99. Farinac.qu.*
11.n.62.& ſeqq.

41 Fuit lata ſententia aſſiſtentiæ ſuper bonis de-
bitoris, partim obligatis, & partim non obli-
gatis, An ſit nulla in totum? Et eſſe nullam talem
ſententiam dicendum eſt ex *tex.in l.2. §.hæc ver-*
ba ff.ne vis fiat ei Bal.in l.2.ff.de tut.iuran. l.cum
verò §.ſubuentum ff.de fideicom.libert.l.iuſte ff.de
*acquir.poſſeſſ. Aff.dec.218.*vbi *Veſill.Conſ.Georg.*
alleg.36.num.11.Vin.commun.opin. verb.*decretum*
Franch.dec.86.num.6.& 147.nu.4. Milaneuſ.dec.
Sicil.15.lib.1.num.39.& dec.9.lib.2.num.77. Ber-
tazzol.de clauſ.clauſ.20.gl.2.num.9. Coſta de rat.
rat.q.9. num.5. Gratian.diſcept.730. Dom.Salgad.

in labyr. credit. p. 2. cap. 11. nu. 4. & ſeqq. Dom. Prat. diſcept. for. ruſ. cap. 31. nu. 60. lib. 3. In terminis *Barbat. de aſſiſt. gl. 1. num. 19.* poſt *Flam.* Chartar. *Rota Ianue 39. Carot. except. 133. num. 9.* Ea ratione, quia Iudicis decretum eſt individuum, *d. l. 1. §. hac verba Bar. in l. certa condictio §. quoniam igitur ff. ſi certum petat.*

42 Alia ratio eſt, quia ſententia lata partim ex cauſa vera, partim falſa, eſt nulla in totum, *Bar. & Bal. in l. ſi non fortem §. ſi centum ff. de condict. indeb. Flam. Chartar. d. dec. Ian. 39. nu. 12. Borrell. in ſumma dec. p. 2. tit. de ſent. diffinit. nu. 317. Scacc. de ſentent. & re iudic. gl. 14. q. 13. num. 39. & q. 32. nu. 25. Vrſill. ad Aff. deciſ. 73. Reg. Reuert. dec. 256. Capic. dec. 51. num. 1. & ſeqq.* vbi rationem rationis ponit, quia in hoc iudicio decretum, quod profertur, profertur officio iudicis mercenario, quod proinde eſt irreuocabile, non autem officio Iudicis nobili, quo caſu decreta ſunt reuocabilia ſequitur *Barbat. d. gl. 1. num. 14. & ſeqq.* ſignanter *num. 17. & ſeqq.* Beneuerum in caſu *d. deciſ. Capic. 51.* qui erat, quod cum quidam eſſet creditor duc. 500. obtinuit aſſiſtentiam ſuper re debitoris pro mille, ex equitate fuit deciſum, remanere validam ſententiã pro illis quingentum verè debitis.

S V M M A R I V M.

1 *An ſententia debeat ferri in ſcriptis? & à num. 2. ad num. 36.*
37 *An poſſit teſtibus probari? & num. 38. 39. 40.*
41 *Sententia debet publicari in loco ſolito, publice, & tempore ſolito, & n. 42. 43. 44.*

An, & quando ſententia debeat ferri in ſcriptis, & publicari?

QVÆSTIO XXII.

1 VIſo iam de ordine, ac ſubſtantialibus proceſſus, & iudicij, reſtat videndũ de nullitatib. & vt de defectibus ex ipſamet ſententia, ratione ſollemnitatis illius, reſultantibus, dicamus. Ordinis igitur iudiciarij, circa ſollemnitatem probationis ipſius ſententiæ, eſt, vt primo ſententia in mente Iudicis concipiatur, & maturè deliberetur, & deliberata in ſcriptura redigatur, & redacta corrigatur, & taliter correcta litigatoribus hora audientiæ cõſueta, loco ſolito maiorum, per Iudicem pro Tribunali ſedentem, publicè recitetur, hæc omnia ſpectant ad officium boni iudicis, nam quod magno conflictu decerni ſolet, id præcipitanter, & paucis litteris temere deſcriptis, diffiniri fas non eſt, vt dicit *tex. in l. fin. C. commia. & epiſt. Scacc. de ſent. gl. 12. num. 1. Maranta in ſpec. p. 6.* verb. *ſententia num. 22. Natta conſ. 162. nu. 12. vol. 1. conſ. 631. num. 31. vol. 4. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 15. defin. 6. num. 3. Franc. Marc. dec. 547. num. 11. vol. 1. Rot. in nou. dec. 109. Verall. dec. 259. p. 3. Gratian. dec. 163. num. 19. Dambouder. in praxi ciuil. cap. 219. num. 5. Spin. in ſpec. teſtam. in gl. rubr. 1. ſub nu. 5. Pellegr. in praxi Vicarior. p. 2. ſect. 3. ſubſect. 1. nu. 61. & 62. Dom. Petra in tit. 37. num. 1. Scialoya de foriudic. cap. 12. num. 24. & ſeqq. Milanenſ. deciſ. 2. num. 32. lib. 1.*

2 Ideò ſi ſententia non fuiſſet prius ſcripta, quã proferretur, ipſo iure non valeret, vt probatur in *l. 2. & 3. C. de ſent. ex breuic. recit. cap. fin. de re iudic. in 6. cap. in primis 2. q. 1. cap. 1. de ſent. excommun. in 6. Maranta in ſpec. p. 6. tit. de ſent. num. 47. & ſeqq. Caran. rit. 37. num. 2. Batard. qu. 93. num. 7. Caball. caſ. 133. num. 5. Tuſc. lit. S. concluſ. 135. nu. 1. & ſeqq. Muſcatell. in pract. p. 7. gl. condemnando num. 22. & ſeqq. Scacc. d. gl. 12. num. 4. & ſeqq. Carauit. rit. 37. num. 2. Batard. q. 93. num. 3. Caball. caſ. 133. num. 5. Tuſc. lit. S. concluſ. 135. num. 1. & ſeqq. Guazzin. defenſ. 35. cap. 9. num. 2. Borrell. de compromiſſ. §. 3. gl. 4. num. 52. & in ſumma deciſ. p. 2. tit. 30. num. 41. Nig. de execut. rei iudic. cap. 6. §. 8. nu. 11. & ſeqq. Burg. de modo proced. ex abrupt. cap. 5. nu. 259. Pellegr. ſup. num. 65. Scialoya in praxi foriudic. c. 12. nu. 16.*

3 Quod ſine difficultate procedit de *iure* noſtri
Regni per *conſtit.* incip. *ab omnibus Maranta d.*
verb. *ſententia num. 12. Muſcatell. d. gl. condemnando num. 21. & 22. & per ritum 37.* vbi habetur,
4 quod leguntur per actuarium non autem per Iudicem *Pariſ. de Put. de ſyndic.* verb. *ſententia c. 2. n. 12. Anno ſing. 433.* & hac praxi vtimur.

5 Et ſi iudex oretenus pronunciaret, & poſtmodum ſcriberet, talis præpoſteratio vitiaret, vt dicit *Bar. in l. fin. C. de ſent. ex breuic. recit. Lanfranc. in c. quoniam contra in §. interloquutoria,* ver. *2. requiritur de probat. Scacc. d. gl. 12. num. 7.* Vi-
6 tiaret etiam ſi Iudex prius eam redegerit, & bene non poſuerit, ſed poſtea eam ex mente oretenus recitaret *Gemin. in cap. vl. num. 2. & Franch. num. 1. in fin. de ſent. & re iudic. in 6. Scacc. d. gl. 12. num. 8.*

7 Et hoc procedit etiam in cauſis beneficialibus, & ſummarijs, in quibus de plano, & ſine figura iudicij procedi poteſt, quia etiam in his ad excludendã temeritatem, & præcipitationem, & vt melius per ſcripturam probari poſſit, ſententia in ſcriptis proferenda eſt, vt eſt *tex. in d. clem. ſæpe* verb. *in ſcriptis,* & ibi *gl. de verb. ſignif. Burg. de modo proced. ex abrupt. q. 5. num. 259. Lancell. de attent. p. 3. c. 25. num. 35. Aſin. in praxi §. 3.*
8 *cap. 24. num. 2. Calà de modo articul. gl. 3. §. 1. num. 78.* quid quid dicat ſibi contrarius *in gl. 4. eiuſdem §. n. 52. Peguera in praxi crimin. rub. 14. nu. 6. Maranta in praxi p. 4. diſt. 9. n. 37.*

9 Et cum pro publica vtilitate huiuſmodi ſollemnitas introducta fuerit, à partibus remitti nõ poteſt *Innoc. poſt gl. in cap. in cauſis de offic. deleg. Caſſad. dec. 9. num. 8. de appell. Vant. hic num. 70. & 71. Guazzin. defenſ. 35. cap. 9. num. 4. Reg. Ronit. in rubr. de ordine iudic. n. 4.*

10 Et Sententia taliter ſcribi debet, vt legi poſſit, aliàs pro non ſcripta habetur, & non valet, vt in ſimili de teſtamento dicit *tex. in l. qua tutela §. quæ in teſtamento ff. de reg. iur. Bal. in l. 1. ff. de his quæ in teſtam. Vant. hic num. 72. Scacc. de ſent. gl. 12. num. 42. Nig. de execut. rei iudic. c. 6. §. 8. n. 11. Borrell. in ſumma dec. tom. 2. tit. 30. n. 41. & ſeqq.*

11 Et quamuis *tex. in l. decreta ff. de re iudic.* di-
12 cat, debere ſcribi lingua latina. Tamen verius de-

bet

bet ſcribi io ea lingua , quę fuerit communis, &
intelligibilis in eo loco,& inter eas perſonas,in
qoo , & contra quos profertur,puta latina inter
latioos,græca inter græcos, vulgari inter vulga-
res adhærendo ſtylo illius Curiæ , ea ratione oe
quis ignorantia linguarum,quominus illi pareat
ſe excuſare valeat per tex. in l.iudices C. de ſent.
l.ſed ſi §.perſcribere ff.de inſtit.l.1.§.fin.ff.de verb.
obligat.gl.in d.l.decreta Bart.in l.decreta ff. de re
iudic.Scacc.de ſent.gl.12.num.43.& gl.24.qu.28.
nu.2.& ſeqq.& nu.5.declar.1.

13 Et ſat eſt,ſi ſcribatur in pariete , & tabula,vt
notant Gemin.in d.cap. vlt.nu.7. Franc.nu.1.de
ſent.& re iudic.in 6.Scacc.d.gl.12.nu.41.

14 Sollemnitas hæc,quod ſententia debeat ſcribi,
non poteſt à partibus expreſſe renunciari, cum
vt ſup.dictum eſt,ſit ſollemnitas iuris io publicũ
fauorem introducta , cui renunciari non poteſt
l.ius publicum ff. de pactis l.nemo poteſt ff. de leg.1.
Vant.hic num.73. vbi reſpondet contrarijs, quoa
affert,ſequitur Scacc.de ſent.gl.12. num.38. Benè
15 tamen ex conſuetudine generali totius Italiæ
quęlibet ſententia per Actuarium, non per iudi-
cem legitur Caraue. in rit.288. Scialoya de foro iu-
dic.cap.12.nu.17.

16 Limita tamen hanc concluſionem pluribus
modis,primo in ſententijs interloquutorijs gloſ.
vnic.in l.2.ff.de appell.& relat.gl.1. in cap.vl. in
verb.diffinitiua de ſent.& re iudic.in 6.Spec.de ſent.
§.iuxta nu.14.lib.2.Maranta in ſpec.3.p. 6.p. de
ſent. nu.12. Benè tamen debet poſtea redigi in
ſcriptis , vt de ea appareat ex actis gl. in cap.1t.
verb.interloquutiones,& ibi Butr. nu.48. Lanfranc.
de Orian.nu.528.de probat.Marant. vbi ſup.Scacc.
de iudic.lib.1.cap.102.ſub nu.5.

17 Ex hac limitatione infertur, quod ſententia
ſuper quouis incidenti poteſt ferri nudo verbo
Franc.in c.vl ſub nu.4.de re iudic. in 6.Natta in
clem.ſæpè §.& quia nu.108. de verb. ſignif. Infer-
18 tur 2.quod quatenus ſecundum decretum ſit ſé-
tentia interloquutoria , poteſt ferri ſine ſcriptis
Franc.ibid.Scacc.d.gl.12.nu.13.& 14.

19 Limita ſecundum aliquos , Vt non procedat
in cauſis ſummarijs, in quibus procedi poteſt ſi-
ne figura iudicij, quia in his poteſt ferri ſenten-
tia ſine ſcriptis Natta in d.clem.ſæpe §. quæ omnia
nu.102.qu.18.Menoch.de arbitrar.lib.1.qu.60.ſub
nu.4.& 5.Rol.à Valle conſ.41.lib.1.num.12. Cra-
uett.conſ.243.lib.4.

20 Verum contra verius eſſe diximus ſup. & te-
nent gl.in d.clem.ſæpe in verb. in ſcriptis Natta §.
& quia nu.107.Abb.in cap.43.ſub nu.2.Aret.n.7.
Felin.in princ de teſtibus Maranta de ſent.nu.37.
diximus ſup.Ratio eſt quia ratio,quam poſuimus
ſup.militat tam in ordinarijs , quam ſummarijs .
22 nec obſtat tex.in d.clem.ſæpè,dum propè fin. Pon-
tifex dicit ſententiam vero diffinitiuam (citatis ad
id licet non peremptorie partibus) in ſcriptis, &
(prout magis placuerit) ſtans vel ſedens proferat.
nam illa verba magis placuerit, non referuntur ad
illam qualitatem in ſcriptis,ſed ad illam ſtans,vel
ſedens. Licet contra teneat Menoch.de arbitr.caſ.
60.nu.5.& illa verba referri debeat ad illa verba
in ſcriptis, vt ſenſus ſit in ſcriptis . & pro vt magis
ſibi placuerit,nam contra illum eſt Borell.ſup.tom.
2.tit.30. num.50. & ſeqq.

22 Non obſtat 2. quod cauſa matrimonialis ſit
ſummaria,& ideo in ea ferri poſſit ſententia ſine
ſcriptis per tex. in cap. Albericus 43. de teſtibus.
Nam,& ſi Papa in d.textu mandet,vt ſententia ,
quæ erat lata ſuper diuortio matrimonij, & non
erat redacta in ſcriptis,poſſet probari per teſtes,
qui illi ſententiæ interfuerunt , & conſequenter
ex illo tex.videtur colligi , quod ſententia poſſit
ferri valide ſine ſcriptis in cauſa matrimoniali,
quæ eſt ſummaria, Tamen eſt aduertendum quod
aliud eſt , ſententiam non eſſe latam in ſcriptis ,
ideſt non eſſe recitatam in ſcriptis , aliud verò
non eſſe redactam in ſcriptis , nam Papa in loco
cit.intelligit non eſſe redactam in ſcriptis publi-
cis,& ſic in publicum inſtrumentum,quamuis eſ-
ſet lata in ſcriptis manu priuata, ſcilicet tantum
ipſius iudicis, quod ſufficit ad validitatem ſentē-
tiæ,vt explicat Alb.d.cap.Albericus num.2. non
23 deſunt tamen alij in contrarium , vt eſt Iaſ.in
§.curare in fine ſub nu.62.Inſtit.de action.

24 Limita 3. non procedere in litibus breuibus,
ſeu breuioribus maximè perſonarum vilium,
quia tunc ſine ſcriptis, & ſine expenſa Iudex de-
bet cognoſcere auth. niſi breues C. de ſent.ex bre-
ui recit.& ibi Cyn.nu.1.Bar.nu.2.& 4.Caſtr.nu.1.
Spec.de ſent.§.iuſta nu.12.Borrell. d.tit.30.nu.47.
& 48. Et in his cauſis in foro Capitolino cita-
tur reus ad videndum relaxari mandatum, non
aliter prolata ſententia in ſcriptis .

25 Lim. 4. Vt non procedat quando Epiſcopus
cognoſcit inter ſuos ſubditos d. auth. niſi breues
gl.in cap.vlt.verb. illuſtrium de ſent. & re iudic.in
6.Spec.vbi ſup. licet contra teneat Gemin.d.cap.vl.
num.10.

26 Lim.5.Quando ſententia fertur ſuper notorio,
quia tunc ferri poteſt ſine ſcriptis Franch. in d.
cap.vl.nu.6.lim.9.Natta in clem.ſæpè §.& quia nu.
208.de verb.ſignific. Luc.de Penna in l.3. nu.16.
C.de priuil.Scholar.lib.12.facit Scacc. de iudic.lib.
1.c.76.n.9.& c.97.n.126.

27 Limita 6.In cauſis executiuis,quia cum in eis
Iudex faciat præceptum in confeſſum, nō requi-
ritur ſententia in ſcriptis , & propterea Romæ
Auditor Cameræ vigore obligationis Camera-
lis,decernit, & relaxat oretenus ſine aliqua ſcri-
ptura mandata executiua,quæ decreta,& relaxa-
tiones mandatorũ ſcribit Notarius,& ſub verbis
tertiæ perſonę,videl. niſi infra tres , decreuit &c.
28 Sic etiam Florentiæ Iudex vigore guarentigiæ,
ſeu alterius ſcripturæ habentia executionem pa-
ratam,ſubſcribit tenutas,& vt plurimum ad ban-
cum iuris,ſed tamen eas nec ipſe , nec alius reci-
tat in ſcriptis,neque oretenus,late Scacc. de ſent.
d.gl.12.nu.25.vbi verſ.verum,dicit, quod in quā-
tum ad tenutam ſubſcriptam à Iudice in Ciuita-
te Florentiæ , illa venit poſtea confirmanda per
eundem iudicem,in qua confirmatione requiritur
ſententia ſollemnis in ſcriptis, per ea quæ dicit
idem gl.14.qu.10.nu.20.& ſub nu.40.

29 Limita 7.in Papa,& Principe,quia ille eſt ſo-
lutus ſollemnitate poſitiua in proceſſu, vt firmat
gl.in c.vl.verb. illuſtrium de ſent. & re iudic.in 6.
Et Iaſ.in d.§.curare verſus finem ſub nu 60.Inſtit.
de action.tenet in fortioribus terminis, quod ſen-
ten-

tentia quæ fertur in præſentia Principis, poteſt
ferri ſine ſcriptis *Scacc. d. gl. 12. nu. 39.*
30 Limita 8. in ſententia excommunicationis,
quia etſi noo debeat ferri ſine ſcriptis, imo neq;
ſine cauſæ expreſſione, & poſtea de ea dari debeat
copia in authenticam formam infrà menſem ſi
fuerit petita, & excommunicator qui hæc ſingu-
la ooo obſeruet ſit puoiendus *cap. 1. de ſent. ex-
commun. in 6. Ricc. deciſ. 211. p. 4.* alias Epiſcopus,
vel Vicarius ſuſpenditur per menſem *d. c. 1.* Et
procedit, etiam in præcepto de aliquid faciendo
ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ,
nam dictum præceptum debet proferri in ſcriptis
Ricc. dec. 225. p. 2. Et procedit etiam in mandato
facto ſub pena ſuſpenſionis *d. cap. 1.* vbi *gl.*
31 Tamen ſententia, etiam ſi ſit lata ſine ſcriptis,
& ſine cauſę expreſſione, tenet, *gl.* in figuratione
caſus *Io. Monach ſub num. 6.* verſ. *ſed dato de ſent.*
32 *excommun. in 6.* quidquid dicat *Vant. hic num. 74.*
Nam licet Summus Pontifex mandet dictam
ſententiam excommunicationis fieri debere in
ſcriptis, & verbum *debet* denotet neceſſitatem
*cap. propoſuit §. ſuper quo & in cap. oblata de appel-
lat. & in l. prætor, in princ. ff. de edend. l. 3. §. qui ma-
giſtratum ff. quod quiſque iuris Tiraq. de retract. tit.
1. §. 1. gl. 15. nu. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſ.
47. nu. 9. Pereira de nomin. empb. qu. 1. nu. 2. Vela
differt. 2. nu. 29. Rot. Bonon. diuerſ. dec. 8. nu. 2.*

Tamen in caſu inobſeruantiæ non ponit clau-
ſulam annullatiuam, & irritantem, ſed imponit
pœnam, & tali caſu non inducitur nullitas, vt
diximus *ſup. Rouit.* & ibi *nos dec. 40. nu. 20.* poſt
Tetatacingu. lib. 3. var. tit. 1. reſol. 1.
33 Verum ſi proferens ſententiam excommuni-
cationis non potuit proferre dictam ſententiam,
ex quo non potuit habere copiam actuarij, tunc
non incidit in dictam pœnam *d. cap. 1. de ſent. ex-
commun. in 6. Ricc. d. dec. 211. & 221. Epiſcop. Spe-
rell. dec. 39. nu. 45. p. 1.* Nec eſt neceſſario profe-
34 renda in ſcriptis ſententia excommunicationis
lata pro defenſione iurium *Ricc. dec. 240. num. 3.
p. 2. Sperell. d. dec. 39. nu. 49. p. 1.*
35 Limita 9. nam arbitri poſſunt ſententiam, ſeu
laudum proferre ſine ſcriptis *Borrell. de compro-
miſſ. §. 3. gl. 4. nu. 49. & ſeqq.*
36 Et vbi ſententia ſub verbis primæ perſonæ vt
ita pronunciaui, vel *ita pronunciauimus &c.* con-
cepta reperitur, in ſcriptis lata præſumitur, ſecus
ſi ſub verbis tertiæ perſonæ, vt: *ita pronunciauit
talis*, conciperetur, vt dicit *Spec. in d. § iuxta col. 6.
in princ. Lap. in c. fin. de appell. in 6. Rota dec. 409.
in nou. Scacc. de ſent. gl. 12. num. 49. Guazzin. de-
fenſ. 35. cap. 9. nu. 5. Seraphin. dec. 1441.*
37 Imo quamuis de ſubſtantia ſententiæ ſit, vt in
ſcriptis feratur, tamen poſt quam lata fuerit, po-
terit per teſtes probari *Felin. in c. ſicut col. 7.* verſ.
octauo, & vl. poſt *Panorm. ibi in 3. not. de re iudic.*
qui dicit ſufficere, ſi teſtes deponant eam legi au-
diuiſſe, licet non vidiſſe, quia ſollemnitas tali
caſu præſumetur per illum *tex.* & ibi, *Barboſ. n. 2.
Scacc. de ſent. gl. 12. nu. 44. Maſcard. de probat. con-
cluſ. 35. acta iudicij vol. 1.*
38 Præſumitur etiam ſi Notarius dixerit *lata,
lecta, ac ſententialiter promulgata &c.* quoniam ex
his verbis ſcriptura præſumeretur *Bar. in l. ſtipu-
lationem in fin. ff. de verb. oblig. Bal. & Felin. in d. cap.
ſicut Tuſc. lit. S. concluſ. 333. n. 12. 14. & 25.* Quod
39 eſt intelligendum quando ſententia tranſiuiſſet
in rem iudicatam, quia tunc ob authoritatem iu-
dicati ſollemnitas illius præſumitur per *d. cap.
ſicut, & cap. cum inter de re iudic. c. bona el 1. de
elect.* & ibi *DD. Tuſc. vbi ſup. & Barboſ. in d. cap. ſi-
cut & cap. bona Guazzin. defenſ. 35. c. 24. nu. 12.*
40 Bene verum eſt, quod quando ſententia pro-
baretur per teſtes, non haberet fauorem ſolitum,
neque executionem paratam, pro vt ſi de ea ſol-
lemniter ex proceſſo conſtaret. Ideo tali caſu
oportet intentare actionem rei iudicatæ, & age-
re iudicio ordinario, nam ceſſaret illud notorium
iuris, quod ex prima facie ſcripturæ publicę nō
abolerę, nec cancellatæ reſultat arg. *l. fin. C. de
edict. D. Adr. toll. Bar.* in ſimili loquendo de inſtru-
mento guarentigiato probato per teſtes *in l. 1.
in princ. & fin.* & ibi *Caſtr. ff. de his quæ in teſtam.
delent. Felin. in d. cap. ſicut* cum ibi adductis *de re
iudic.*
41 Ex ſollemnitate ipſius probationis ſententiæ
requiritur, vt per iudicem in loco ſolito maio-
rum, & tempore congruo, ideſt de die, & non de
nocte proferatur, vt late in *cap. conſuluit de offic.
deleg. & l. ſi vt proponis la 2. C. quomod. & quand. l.
pen.* & ibi *DD. ff. de iuſt. & iure* diximus *ſup. rubr.
9. q. 32. Nig. de execut. rei iudic. cap. 6. §. 8. nu. 49.
& 51. Borrell. d. tit. 30. nu. 73. & ſeqq.*
42 Debet inſuper ſententia publicè, ideſt pro tri-
bunali, & coram Notario, ac officialibus conſue-
tis, non autem priuatim, & ſecreto loco, promul-
gari, quia tunc ſententia non valet, vt probari vi-
detur *in l. cum ſententiam C. de ſentent. Hoſt. in
ſumma tit. de iudic. §. qualiter in princ. Spec. de ſent.
§. qualiter col. 3.* verſ. *debet autem ferri*, nam actus
ſecretè, & loco non ſolito clandeſtine celebrari,
quaſi fraudolenti reprobantur *Dec. conſ. 399. Me-
noch. d. qu. 60.* Talis promulgatio non eſt neceſſa-
43 ria de *iure* noſtro municipali Neap. per *prag. 13
§. 3. de offic. S. R. C.*
44 Verum ſi locus, & tempus ipſis litigatoribus
fuiſſent intimata, quamuis viderentur parum ido-
nea, ſi partes non appellaſſent ex hoc ſententia
non eſſet reprobanda, cum de loco ad locum, de
tempore ad tempus à partibus hoc ſcientibus, &
tacentibus, videretur facta prorogatio *Bal. in l. fin
ff. de iuſtit. & iure Alber. de roſate in d. l. cum ſen-
tentia C. de ſentent. Nig. de execut. rei ind. c. 6. §. 8.
nu. 51. Oſaſch. dec. 142. nu. 37.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet per iudicem pro Tribunali ſeden-
tem legi, & nu. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*
8 *Debet legi per ipſum met Iudicem, vbi limitationes,
& à nu. 9. ad nu. 27.*
28 *Debet ſubſcribi à iudice, vbi materia, & à nu. 29.
ad num. 51.*
52 *An requiratur in ſententia clauſula* lecta lata,
& à nu. 53. ad nu. 68.
69 *Quid quando fertur, pro vt in cedula, quando di-
catur ſententia publicata? & à nu. 70. ad n. 74.*
75 *An requiratur dies in ſententia?*
76 *An teſtes requirantur in ſententia? & à nu. 77. ad
nu. 85.*

An

An ſententia debeat legi per Iudicem ſedentem pro Tribunali, & an ab ipſo debeat ſubſcribi? An requiratur lecta lata? an dies? an teſtes? vbi alia.

QVÆSTIO XXIII.

1 SEntentia ipſa poſt quam ſcripta eſt, debet
per Iudicem pro Tribunali ſedentem le-
gi, & recitari, alias ſi Iudex dum proferret
ſententiam non ſederet, ſententia
tanquam iuris ſollemnitate omiſſa, prolata, non
eſſet valida, vt eſt *tex. in cap. fin. in fin. de ſent. &
re iudic. in 6.* vbi *gl. & gl. in auth. vt ab illuſtribus
& qui ſuper eos in verb. ſedere*, & *tex. in eodem
lib. tit. de iudic. §. ſedebunt autem gl. in l. 1. C. de
ſent. ex breuic. recit. Hoſt. in ſumma tit. de ſent. §.
qualiter in prin c. Foller. in pract. crim. ver. ſtudeat ſe
armare num. 47. Borrell. in ſumma dreiſ. lib. 2. tit. 30.
num. 90. & ſeqq. Marſil. de bannit. §. ſententia 4. n.
105. 107. & 108. Nig. de execut. rei iudic. cap. 6. §.
8. num. 28. & 29. Pellegr. ſup. num. 61.* Et licet in
Regno noſtro per *cap. regni incip. Iſabella* videa-
tur correcta diſpoſitio *d. §. ſedebunt*, vt dicit *Ma-
ranta p. 4. diſt. 9. num. 31.* tamen contrà eſt *Scialo-
ja de foriudic. cap. 12. num. 24.*

2 Verum hoc non procedit in cauſis ſummarijs,
& alijs breuioribus, in quibus de plano proce-
ditur *gl. in clem. ſæpè verſ. ſtatus de verb. ſignif. l. le-
uia ff. de accuſ. Vant. hic nu. 48. Menoch. de arbitr.
q. 60. num. 5. & 61.* Vel vbi adeſt ſtylus ſic iudi-
3 candi *Seraphin. dec. 1441. num. 6.* Vel vbi Iudex
ægrotaret *Rol. à Valle conſ. 41. n. 14. lib. 1.*

4 Sollemnitas iſta ſedendi, tum ob maieſtatem
Iudicis conſeruandam, tum etiam, vt maiori
prudentia, & animi maturitate, & deliberatione
ſententia ipſa progrederetur, adinuenta eſt. Nam
ſedendo animus quieſcit, & quieſcendo pruden-
tior fit, vt habetur, in *d. §. ſedebunt Menoch. ibid.*
quæ ſollemnitas à lege veteri eſt deſumpta, nam
legitur in *lib. 2. Eſdræ cap. 8.* Eſdram in gradu li-
gneo ſtetiſſe, quem fecerat ad loquendum, cuius
authoritatis meminit *Rouillius in deſcript. Iuſtitiæ
cap. 3. nu. 3.*

5 Vnde ſi ſententia ex abrupto, & per iracun-
diam proferretur, non eſſet ſecundum leges, vi-
del. maturè, & deliberato conſilio, ſed potius
iracundia, odio, & mentis præcipitatione lata, &
propterea quia impedit ira animum, nè poſſit
cernere verum, talis ſententia non deberet ad-
mitti, vt eſt bonus *tex. in cap. ira, & cap. cum apud
& cap. ſummopere 41. qu. 3. Laudenſ. de conſil. Prin-
cip. q. 6. Neuizan. in ſylua lib. 1. num. 91. Duen. reg.
292. ampl. 7. Caranit. rit. 259. Aſin. in praxi cap. 31.
lim. 11. Caroc. de except. except. 38. num. 1.* qui li-
mitat in ſententia excommunicationis, *num. 2.*

6 Nam calore iracundiæ factum pro infecto habe-
tur *l. iſtitatio in princ. ff. de publ. l. 3. ff. de diuort. l. 2.
C. ad l. Iul. ma. l. quidquid ff. de reg. iuris Roman. ſing.
508. Felin. in cap. ſicut ex litteris col. fin. de iure iur.
cap. Matthæus col. 1. de ſimon.* Verum cautius foret
7 ab huiuſmodi ſententia appellare, per ea, quæ
dicemus *infra, de ſententia lata per ſordes.*

8 Oportet etiam quod ſententia per ipſummet
Iudicem legatur, & recitetur, aliàs ſi per alium
hoc fieret, non valeret *cap. fin. de re iud. in 6. l. 1.
& 2. C. de ſent. ex breu. recit. auth. ad hæc. C. de iu-
dic. Spec. tit. de ſent. §. iuſta nu. 11. in fine lib. 2. Bar.
& Caſtr. in l. vterque initio C. de ſent. ex breu. recit.
Soccin. reg. 249.* vbi ponit limit. *lit. S. concluſ. 133.*
9 *n. 36.* Et hoc procedit quamuis iudex ipſe man-
daret illi alteri, vt eam legat *Franch. in d. cap. vl.
ſub num. 5. de ſentent. & re iudic. in 6.*

10 Nec poteſt legere per ſuum aſſeſſorem, quia
omnino debet eam legere per ſe ipſum, ſaltim
ab illo verbo: *Chriſti nomine inuocato* vſque in
finem ſententiæ *Franch. ibid. nu. 4. in fine*, & quod
ità ſeruetur Bononiæ dicit *Gemin. in d. c. vl. ſub n.
10.* Ità etiam ſeruari Florentiæ dicit *Scacc. de
ſent. gl. 12. n. 10.*

11 Et concluſio poſita procedit etiam ſi Iudex
ſtatim, atque lecta eſt ſententia per alium, imme-
diatè diceret: *& ego ità pronuncio Franch. in d. c.
vl. qu. 3. num. 5. in fine de ſent. & re iudic. in 6.*

12 Limita tamen concluſionem poſitam, vt Iudex
debeat legere per ſe ipſum, vt non procedat in
Epiſcopo, quia illi, propter dignitatis prærogа-
tiuam, & vti ampliori fulgenti honore, licet ad
inſtar illuſtrium perſonarum, per alium ſenten-
tiam recitare *cap. vl.* & ibi *gl. & Canoniſtæ de ſent.
et re iud. in 6. Archid. ibid. nu. 2. Gemin. nu. 9. Scacc.
de ſent. gl. 12. num. 26. et 27. Pellegr. in praxi Vica-
rior. p. 2. ſect. 3. ſubſect. 1. num. 22.* Dummodo ſit
13 confirmatus, & conſecratus, alias ſecus *Gemin.
d. c. vl. num. 8. Franch. num. 9. Gemin. vbi ſup. Scacc.
ibid. n. 28.*

14 Et quamuis Eminentiſſimi Magiſtratus, & Vi-
ri illuſtres poſſint legere per alios, *§. ſancimus
igitur collat. 5. ver. nè cogatur Auth. vt ab illuſtr.* vt
eſt Præfectus prætorio *Scialoja de foriudic. c. 12.
n. 17.* tamen lecta ſententia, debent voce propria
dicere verbum: *Abſoluo*, ſeu *condemno*, vel *Nos ità
pronunciamus Bal. in l. 1. ſub num. 15. C. de ſent. ex
breuic. recit.*

15 Limita 2. vt procedat non ſolum in Epiſcopo,
& perſonis illuſtribus, & alijs Superioribus, &
Inquiſitoribus, vt colligendo has limitationes
ſcribit *Franch. in d. cap. vl. ſub num. 6. in 2. 3. et 4.
limit. de ſent. et re iudic.* Sed etiam in Præſide, qui
16 & ſi non ſit illuſtris, poteſt dicere ſuo Miniſtro:
ſcribe ſic, lege, & proferas nomine meo *Fran-
ch. vbi ſup. Cyn. in l. 2. in fin. C. de ſent. ex breu. re-
cit. Lanfranc. in c. quoniam contra ſub num. 540. de
17 probat.* Noſtrum Sacrum Conſilium Neap. legit
ſententias per Actuarium cauſæ, *prag. 6. de offic.
S. R. C.*

18 Imò hodiè quilibet Iudex non ſolum mandat
Notario, vt ſententiam legat ipſo Iudice præſen-
te, & audiente, ſed ſæpè ei dat ſententiam ſub-
ſcriptam, vt ipſe eam partibus legat, ſeu oſten-
dat nullatenus coram Iudice lectam *Clar. q. 93.
num. 1. Caranit. rit. 37. num. 2. 3. Bonord. d. q. 93. nu.
6.* vbi ſubdit in Regno Neapol. niſi in ſententia
foriudicationis, in qua obſeruatur diſpoſitio iu-
ris communis *Tuſc. d. concluſ. 133. num. 7. et ſeqq.
Pellegr. ſup. num. 22. verſ. ſed tamen* ſignanter quan-
do pronunciat, prout in cedula iuxtà ſcripta per
Scacc. de ſent. gl. 9. n. 39. et ſeqq. & nos diximus.

19 Et

tentia quæ fertur in præſentia Principis, poteſt
ferri ſine ſcriptis *Scacc.d.gl.12.nu.39.*
30 Limita 8. in ſententia excommunicationis,
quia etſi non debeat ferri ſine ſcriptis, imo neq;
ſine cauſæ expreſſione, & poſtea de ea dari debeat
copia in authenticam formam infrà menſem ſi
fuerit petita, & excommunicator qui hæc ſingu-
la non obſeruet ſit puniendus *cap.1. de ſent. ex-
commun.in 6.Ricc.decis.211.p.4.* alias Epiſcopus,
vel Vicarius ſuſpenditur per menſem *d.c.1.* Et
procedit, etiam in præcepto de aliquid faciendo
ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ,
nam dictum præceptum debet proferri in ſcriptis
Ricc.dec.221.p.2. Et procedit etiam in mandato
facto ſub pena ſuſpenſionis *d.cap.1.* vbi *gl.*
31 Tamen ſententia, etiam ſi ſit lata ſine ſcriptis,
& ſine cauſę expreſſione, tenet, *gl.* in figuratione
caſus *Io.Monach ſub num.6. verſ.ſed dato de ſent.*
32 *excommun.in 6.* quidquid dicat *Vant.hic num.74.*
Nam licet Summus Pontifex mandet dictam
ſententiam excommunicationis fieri debere in
ſcriptis, & verbum *debet* denotet neceſſitatem
*cap.propoſuit §.ſuper qua & in cap. oblata de appel-
lat. & in l.pcator, in princ.ff.de edend.l.1.§.qui ma-
giſtratum ff.quod quiſque iuris Tiraq. de retract.tit.
1.§.1.gl.15.nu.1.Menoch.de præſumpt. lib.5.præſ.
47.nu.9.Pereira de nomin.emph.qu.1. nu.2. Vela
differt.2.nu.29.Rot.Bonon.diuerſ.dec.8.nu.2.*
Tamen in caſu inobſeruantiæ non ponit clau-
ſulam annullatiuam, & irritantem, ſed imponit
pœnam, & tali caſu non inducitur nullitas, vt
diximus *ſup. Rouit.* & ibi *nos dec.40. nu.20.* poſt
Trentacinqu. lib.3.var.tit.1.reſol.1.
33 Verum ſi proferens ſententiam excommuni-
cationis non potuit proferre dictam ſententiam,
ex quo non potuit habere copiam actuarij, tunc
non incidit in dictam pœnam *d.cap.1.de ſent.ex-
commun.in 6.Ricc.d.dec.211.& 221.Epiſcop.Spe-
rell.dec.39.nu.45.p.1.* Nec eſt neceſſario profe-
34 renda in ſcriptis ſententia excommunicationis
lata pro defenſione iurium *Ricc.dec.240. num.3.
p.2.Sperell.d.dec.39.nu.49.p.1.*
35 Limita 9. nam arbitri poſſunt ſententiam, ſeu
laudum proferre ſine ſcriptis *Borrell. de compro-
miſ.§.3.gl.4.nu.49.& ſeqq.*
36 Et vbi ſententia ſub verbis primæ perſonæ *vt
ita pronunciaui*, vel *ita pronunciauimus &c.* con-
cepta reperitur, in ſcriptis lata præſumitur, ſecus
ſi ſub verbis tertiæ perſonæ, vt: *ita pronunciauit
talis*, conciperetur, vt dicit *Spec.in d.§.iuſta col.6.
in princ.Lap.in c.fin.de appell.in 6. Rota dec.409.
in nou. Scacc.de ſent. gl.32. num.49.Guazzin. de-
fenſ.35.cap.9.nu.5.Seraphin.dec.1441.*
37 Imo quamuis de ſubſtantia ſententiæ ſit, vt in
ſcriptis feratur, tamen poſt quam lata fuerit, po-
terit per teſtes probari *Felin.in c.ſicut col.7.verſ.
octaua, & vl.* poſt *Panorm.ibi in 3. not.de re iudic.*
qui dicit ſufficere, ſi teſtes deponant eam legi au-
diuiſſe, licet non vidiſſe, quia ſollemnitas tali
caſu præſumetur per illum *tex.* & ibi, *Barboſ.n.2.
Scacc.de ſent.gl.12.nu.44. Maſcard.de probat.con-
cluſ.35.acta iudicij vol.1.*
38 Præſumitur etiam ſi Notarius dixerit *lata
lecta, ac ſententialiter promulgata &c.* quoniam ex
his verbis ſcriptura præſumeretur *Bar. in l.ſtipulan-
dum in fin.ff.de verb. oblig.Bal. & Felin.in d.cap.
ſicut Tuſc.lit.S.concluſ.133.n.12.14.& 25.* Quod
39 eſt intelligendum quando ſententia tranſiuiſſet
in rem iudicatam, quia tunc ob authoritatem iu-
dicati ſollemnitas illius præſumitur per *d. cap.
ſicut, & cap.cum inter de re iudic.c.bona el 1.de
elect.* & ibi *DD.Tuſc.vbi ſup. & Barboſ.in d.cap.ſi-
cut & cap.bonæ Guazzin.defenſ.35.c.24.nu.12.*
40 Bene verum eſt, quod quando ſententia pro-
baretur per teſtes, non haberet fauorem ſolitum,
neque executionem paratam, prout ſi de ea ſol-
lemniter ex proceſſu conſtaret. Ideo tali caſu
oportet intentare actionem rei iudicatæ, & age-
re iudicio ordinario, nam ceſſaret illud notorium
iuris, quod ex prima facie ſcripturæ publicę nõ
aboletę, nec cancellatæ reſultat arg.*l.fin. C.de
edict.D.Adr.toll.Bar.* in ſimili loquendo de inſtru-
mento guarentigiato probato per teſtes *in l. 1.
in princ.& fin.* & ibi *Caſtr.ff. de his quæ in teſtam.
delent.Felin.in d. cap.ſicut* cum ibi adductis *de
re iudic.*
41 Ex ſollemnitate ipſius probationis ſententiæ
requiritur, vt per iudicem in loco ſolito maio-
rum, & tempore congruo, ideſt de die, & non de
nocte proferatur, vt late in *cap. conſuluit de offic.
deleg. & l.ſi vt proponis la 2.C.quomod. & quand.l.
pen.* & ibi *DD.ff.de iuſt. & iure* diximus *ſup.rubr.
9.q.32. Nig.de execut.rei iudic. cap.6. §.8.nu.49.
& 51. Borrell.d.tit.30.nu.73.& ſeqq.*
42 Debet inſuper ſententia publicè, ideſt pro tri-
bunali, & coram Notario, ac officialibus conſue-
tis, non autem priuatim, & ſecreto loco, promul-
gari, quia tunc ſententia non valet, vt probari vi-
detur *in l.cum ſententiam C. de ſentent. Hoſt. in
ſumma tit.de iudic.§.qualiter in princ.Spec. de ſent.
§.qualiter col.3.* verſ.*debet autem ferri*, nam actus
ſecretè, & loco non ſolito clandeſtine celebrati,
quaſi fraudolenti reprobantur *Dec.conſ.399.Me-
noch.d.qu.60.* Talis promulgatio non eſt neceſſa-
43 ria de *iure* noſtro municipali Neap. per *prag.13
§.3.de offic.S.R.C.*
44 Verum ſi locus, & tempus ipſis litigatoribus
fuiſſent intimata, quamuis viderentur parum ido-
nea, ſi partes non appellaſſent ex hoc ſententia
non eſſet reprobanda, cum de loco ad locum, de
tempore ad tempus à partibus hoc ſcientibus, &
tacentibus, videretur facta prorogatio *Bal.in l.fin
ff.de iuſtit.& iure Alber. de roſate in d.l.cum ſen-
tentia C.de ſentent.Nig.de execut.rei iud.c.6.§.8.
nu.51.Oſaſch.dec.142.nu.37.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet per iudicem pro Tribunali ſeden-
tem legi, & nu.2.3.4.5.6. & 7.*
8 *Debet legi per ipſum met Iudicem. vbi limitationes,
& à nu.9.ad nu.27.*
28 *Debet ſubſcribi à iudice, vbi materia, & à nu.29.
ad num.51.*
52 *An requiratur in ſententia clauſula* lecta lata,
& à nu.53.ad nu.68.
69 *Quid quando fertur, pro vt in cedula, quando di-
catur ſententia publicata? & à nu.70.ad n.74.*
75 *An requiratur dies in ſententia?*
76 *An teſtes requirantur in ſententia? & à nu.77. ad
nu.85.*

An ſententia debeat legi per Iudicem ſedentem pro Tribunali, & an ab ipſo debeat ſubſcribi? An requiratur lecta lata? an dies? an teſtes? vbi alia.

QVÆSTIO XXIII.

1 SEntentia ipſa poſt quam ſcripta eſt, debet
per Iudicem pro Tribunali ſedentem le-
gi, & recitari, alias ſi Iudex dum profert
ſeotentiam noo ſederet, ſententia
tanquam iuris ſollemnitate omiſſa, prolata, oon
eſſet valida, vt eſt *tex. in cap. fin. in fin. de ſent. &*
re indic. in 6. vbi *gl. & gl. in auth. vt ab illuſtribus,*
& qui ſuper eos in verb. *ſedere*, & *tex. in eodem*
lib. tit. de iudic. §. ſedebunt autem gl. in l. 1. C. de
ſent. ex breuic. recit. Hoſt. in ſumma tit. de ſent. §.
qualiter in princ. Foller. in pract. crim. ver. *ſtudeat ſe*
ornare num. 47. Borrell. in ſumma deciſ. lib. 2. tit. 30.
num. 90. & ſeqq. Marſil. de bannit. §. ſententia 4. n.
105. 107. & 108. *Nig. de execut. rei iudic. cap. 6. §.*
8. num. 28. & 29. Pellegr. ſup. num. 61. Et licet in
Regoo ooſtro per *cap. regni* ioeip. *Iſabelia* videa-
tur correcta diſpoſitio *d. §. ſedebunt*, vt dicit *Mu-*
ranta p. 4. diſt. 9. num. 31. tameo cootrà eſt *Scialo-*
ya de foriudic. cap. 12. num. 24.
2 Verum hoc non procedit in cauſis ſummarijs,
& alijs breuioribus, in quibus de plano proce-
ditur *gl. in clem. ſæpè* verſ. *ſtatus de verb. ſignif. l. le-*
uia ff. de accuſ. Vant. hic nu. 48. Menoch. de arbitr.
q. 60. num. 5. & 61. Vel vbi adeſt ſtylus ſic iudi-
3 candi *Seraphin. dec. 1441. num. 6.* Vel vbi Iudex
ægrotaret *Rol. à Valle conſ. 41. n. 14. lib. 1.*
4 Sollemoitas iſta ſedendi, tum ob maieſtatem
Iudicis conſeruandam, tum etiam, vt maiori
prudentia, & animi maturitate, & deliberatione
ſeotentia ipſa progrederetur, adinuenta eſt. Nam
ſedeodo aoimus quieſcit, & quieſcendo pruden-
tior fit, vt habetur, in *d. §. ſedebunt Menoch. ibid.*
quæ ſollemnitas à lege veteri eſt deſumpta, nam
legitur in *lib. 2. Eſdr. cap. 8.* Eſdram in gradu li-
gneo ſtetiſſe, quem fecerat ad loquendum, cuius
authoritatis memioit *Rouillius in deſcript. Iuſtitiæ*
cap. 3. nu. 3.
5 Vnde ſi ſententia ex abrupto, & per iracun-
diam proferretur, non eſſet ſecundum leges, vi-
del. maturè, & deliberato cooſilio, ſed potius
iracundia, odio, & mentis præcipitatione lata, &
propterea quia impedit ira animum, nè poſſit
cernere verum, talis ſententia noo deberet ad-
mitti, vt eſt bonus *tex. in cap. ira, & cap. cum apud*
& cap. ſummopere 41. qu. 3. Laudenſ. de conſil. Prin-
cip. q. 6. Nenizan. in ſylua lib. 1. num. 91. Duen. reg.
292. ampl. 7. Carnuit. tit. 259. Aſin. in praxi cap. 31.
lim. 11. Caroc. de except. except. 38. num. 1. qui li-
mitat in ſenteotia excommuoicationis, *num. 2.*
6 Nam calore iracundiæ factum pro infecto habe-
tur *l. diuortio in princ. ff. de publ. l. 3. ff. de diuort. l. 2.*
C. ad l. Iul. ma. l. quidquid ff. de reg. iuris Roman. ſing.
508. Felin. in cap. ſicut ex litteris col. fin. de iure iur.
cap. Mattheus col. 1. de ſimon. Verum cautius foret
7 ab huiuſmodi ſententia appellare, per ea, quæ
dicemus *infrà, de ſententia lata per ſordes.*

8 Oportet etiam quod ſententia per ipſummet
Iudicem legatur, & recitetur, aliàs ſi per alium
hoc fieret, non valeret *cap. fin. de re iud. in 6. l. 1.*
& 2. C. de ſent. ex breu. recit. auth. ad hæc. C. de iu-
dic. Spec. tit. de ſent. §. iuſta nu. 13. in fine lib. 2. Bar.
& Caſtr. in l. vterque initio C. de ſent. ex breu. recit.
Soccin. reg. 249. vbi ponit limit. *lit. S. concluſ. 133.*
9 *n. 36.* Et hoc procedit quamuis iudex ipſe man-
daret illi alteri, vt eam legat *Franch. in d. cap. vl.*
ſub num. 5. de ſentent. & re iudic. in 6.
10 Nec poteſt legere per ſuum aſſeſſorem, quia
omnino debet eam legere per ſe ipſum, ſaltim
ab illo verbo; *Chriſti nomine inuocato* vſque in
fioem ſeotentiæ *Franch. ibid. nu. 4. in fine*, & quod
ità ſeruetur Booniæ dicit *Gemin. in d. c. vl. ſub n.*
10. Ità etiam ſeruari Florentiæ dicit *Scacc. de*
ſent. gl. 12. n. 10.
11 Et concluſio poſita procedit etiam ſi Iudex
ſtatim, atque lecta eſt ſententia per alium, imme-
diatè diceret: *& ego ità pronuncio Franch. in d. c.*
vl. qu. 3. num. 5. in fine de ſent. & re iudic. in 6.
12 Limita tamen concluſionem poſitam, vt Iudex
debeat legere per ſe ipſum, vt non procedat in
Epiſcopo, quia illi, propter dignitatis prærroga-
tiuam, & vti ampliori fulgenti hoore, licet ad
inſtar illuſtrium perſonarom, per alium ſenten-
tiam recitare *cap. vl.* & ibi *gl. & Canoniſtæ de ſent.*
et re iud. in 6. Archid. ibid. nu. 2. Gemin. nu. 9. Scacc.
de ſent. gl. 12. num. 26. et 27. Pellegr. in praxi Vica-
rior. p. 2. ſect. 3. ſubſect. 1. num. 22. Dummodo ſit
13 confirmatos, & conſecratus, alias ſecus *Gemin.*
d. c. vl. num. 8. Franch. num. 9. Gemin. vbi ſup. Scacc.
ibid. n. 28.
14 Et qoamuis Emineotiſſimi Magiſtratus, & Vi-
ri illuſtres poſſiot legere per alios, *§. ſancimus*
igitur collat. 5. ver. *nè cogatur Auth. vt ab illuſtr.* vt
eſt Præfectus prætorio *Scialoya de foriudic. c. 12.*
n. 17. tamen lecta ſententia, debent voce propria
dicere verbum: *Abſoluo*, ſeu *condemno*, vel *Nos ità*
pronunciamus Bal. in l. 1. ſub num. 15. C. de ſent. ex
breuic. recit.
15 Limita 2. vt procedat non ſolum in Epiſcopo,
& perſonis illuſtribus, & alijs Superioribus, &
Inquiſitoribus, vt colligendo has limitationes
ſcribit *Franch. in d. cap. vl. ſub num. 6. in 2. 3. et 4.*
limit. de ſent. et re indic. Sed etiam io Præſide, qui
16 & ſi non ſit illuſtris, poteſt dicere ſuo Miniſtro;
ſcribe ſic, lege, & proferas nomioe meo *Fran-*
ch. vbi ſup. Cyn. in l. 2. in fin. C. de ſent. ex breu. re-
cit. Lanfranc. in c. quoniam contra ſub num. 540. de
17 *probat.* Noſtrum Sacrum Conſilium Neap. legit
ſeoteotias per Actuarium cauſæ, *prag. 6. de offic.*
S. R. C.
18 Imò hodiè quilibet Iudex non ſolum mandat
Notario, vt ſenteotiam legat ipſo Iudice præſen-
te, & audiente, ſed ſæpè ei dat ſententiam ſub-
ſcriptam, vt ipſe eam partibus legat, ſeu oſten-
dat nullatenus coram Iudice lectam *Clar. q. 93.*
num. 1. Carauit. tit. 37. num. 2. 3. Bonacc. d. q. 93. nu.
6. vbi ſubdit in Regno Neapol. niſi in ſententia
foriudicationis, in qua obſeruatur diſpoſitio iu-
ris communis *Tuſc. d. concluſ. 133. num. 7. et ſeqq.*
Pellegr. ſup. num. 22. verſ. *ſed tamen* ſignanter quan-
do pronuociat, prout in cedula iuxtà ſcripta per
Scacc. de ſent. gl. 9. n. 39. et ſeqq. & nos diximus.

19 Et

19 Et quod de ſtylo Curiæ, ac Bononiæ, & totius Italiæ non legantur ſententiæ per Iudicem, ſed per Notarium *Muſcatell.p.7. gl. condemnando num.24.Scialoya de for iudic. cap.52. num.17.* vbi dicit in Curijs Baronalibus ſeruari ſententias fori iudicationis, etiam legi per Actuarium Cauſæ coram Iudice, Curia pro Tribunali ſedente.

20 Et quod conſuetudo poſſit has ſollemnitates tollere, dicunt *Gemin.in d.c.vl.ſub nu.10. Franch. num.6.Spec.de ſent.3. iuxta ſub num.12. verſus finem.*

21 Ideo Iudices Romanę Curię nunquam legunt ſententias per ſe ipſos, ſed eas faciunt legere per Notarium Cauſæ. Similiter Prætor Lucenſis, & Iudices criminales Ciuitatis Florentiæ, etiam ſi eſſent delegati, ſententias, quas proferunt faciunt legere per actuarium Cauſæ pręſentibus ipſis Iudicibus ſedentibus pro Tribunali, & adhibitis duobus teſtibus. *Guazzin.defenſ.35. cap.9.num.6.*

22 Auditores verò Rotæ Florentinæ, & præcipuè Auditores ſecundarum appellationum non ſeruant hoc, ſed potius ſeruant diſpoſitionem iuris, quia ſedentes pro tribunali ipſimet legunt ſententias ab illa parte: *Dei nomine reperito* vſq; in finem, & lectas dant Actuario cauſæ coram teſtibus, & hunc ſeruant modum ſi eſt vnus Iudex ſolus, qualis eſt Auditor, & Iudex primarum appellationum ipſe ſolus ſententiam profert, & legit, ſi vero ſunt plures, vt ſunt Auditores ſecundarum appellationum, tunc omnibus ſimul ſedentibus pro Tribunali, quilibet legit ſententiam in ea cauſa, in qua ipſe fuit relator, ſed hoc non eſt de neceſſitate, quod eam magis legat relator, quam alius, quia quando ſunt tres Iudices, ſufficit quod legat vnus de conſenſu aliorum *gl.* in figuratione caſus *in cap penul.de ſent. & re iudic.in 6.* late *Scacc.d.gl.13. num.32.* vbi *num.33.* fundat, quod ſi caſus contingeret, quod eſſet lecta ab Actuario, non per hoc ſolum caput diceretur de eius inualiditate.

23 Et ſi Notarius legeret ſententiam, poſſet ſcribere lectam per Iudicē, ex quo legit eo pręſente, & mandante, vt dicit, & teſtatur de conſuetudine *Bal.in l.1.num.55.verſ.deinde C.de ſent.ex breu.recit.*

24 Limita 2. Vt etiam de Iure legere per ſe ipſos non teneatur qui legere non poſſit, qualis eſt cæcus, qui ideo potuit legere per alium, & lecta ſententia, dicet, *abſoluo* ſeu *condemno Arch.in d.cap.vl.ſub num.5.de ſent.& re iudic.in 6.Bal.in l.ſtatutis ſub num.7. Salyc. num.2. C. de ſent. ex breu.recit.* latè *Scacc.de ſent.gl.12.num.36.& gl.3. q.2.nu.53.& ſeqq.*

25 Nec eſt neceſſe, quod Iudex in ſententia apponat illa verba: *in his ſcriptis Franch.in cap.vl. num.51.de ſent.& re iudic.in 6. Salyc.in l.2.nu.3. C.de ſent.ex breu.recit. Spec.de ſentent. §.iuſta ſub num.52.lib.2.Scacc.d gl.12.num.45.& 47.* vbi *n.48.* dicit vtilius eſſe illa verba opponere.

26 Et in caſu quo ſententia ſit nulla, ex quo lata non in ſcriptis, tamen poteſt ſine alia cauſæ cognitione in ſcriptis ferri, & ſic ex ijſdem actis *Paul.de Caſtr.in l.1. num.2.C.de ſentent.ex breuic. recit.*

27 Quod eſt intelligendum ſi duret Inſtantia, ſecus ſi illa ſit perempta, nam tunc oportet denuo libellare, & cætera facere, quæ perempta inſtantia non durant, ſed ea, quæ perpetuam habent firmitatem, non oporteret denuò facere, ſed ſolum producere *Bal. in l.5.num.16. C.de ſent.ex breuic. recit. Scacc.d.gl.52.n.50.*

28 Sententia debet ſubſcribi à Iudice, vel pręcedendo nomen dignitatis, ſeu officij, & poſtmodum nomen proprium ipſius ſubſcribentis, vel primo debet poni nomen Iudicis, & poſtea eius officium, ſeu dignitas, deſignatur hoc modo: *Ita pronunciant ego Blaſius Altimarus Iudex, Commiſſarius, vel Locumtenens, aut Gubernator, vel Senator,* & ſimilia, *Bal.in l.2.C.de ſent.ex breu.recit. Guazzin.defenſ.10.cap.1.n.4.verſ. & Iudex*, vbi dicit ità Romæ ſeruari.

29 Et ſuper omnia eſt ſeruandus ſtylus, & conſuetudo illius Curiæ, in qua negotium tractabitur, nam quod ad iſtas ſollemnitates ſententia ſecundum fori conſuetudinem formanda, & dictanda eſt. *Spec.de ſent.§.qualiter in 5.col.Farinac. in fragm.lit.D.num.96.Decian.conſ.18. num.158. lib.5.Rota* penes *Achill.de Graff.dec.10.de dolo, & contumac.Antonell.de temp.legali lib.5.c.78.*

30 Stylus Tribunalium Neapolitanorum eſt, quod Iudex, ſeu Conſiliarius, aut alter Miniſter ſubſcribit cum nomine, & cognomine tantum, puta; *Blaſius Altimarus;* imò aliqui in decretis interloquutorijs ponunt ſolum cognomen, puta: *Altimarus*, eſt bene verum, quod in ſententia, & decreto ſit mentio nominis, cognominis, & dignitatis *Guazzin.ſup. Scacc.de iudic. lib.5.cap.39. num.5. Conſ.Campana de for iudic.reſol.12.n.5.*

31 Et ſimplex ſubſcriptio carens expreſſione iuriſdictionis, poſſet ſufficere, etiam ſi in tenore ſententiæ non eſſet expreſſa. *Scacc.de ſent.gl.4.q.10.* Et *d.gl.q.4.* fundat nec etiam requiri, vt dicatur, & ponatur verbum *Iudex*, vel *Conſiliarius*, delegatus, vel ordinarius, quamuis laudabilius ſit apponi, ſed illius defectum non vitiare ſententiam.

32 Sed difficultas eſt, an omiſſio nominis Iudicis vitiet ſententiam, ſi loco illius reperiantur hæc verba: *Curia ità pronunciauit*, ſeu *ordinauit?* Et quod non vitiet, faciunt quatuor argumenta Primo quia iura, & *DD.* dum loquuntur de ſententia ferenda in ſcriptis, de quibus *ſup.* nullum verbum faciunt de ſubſcribenda ſententia, & ſubſcriptio non eſt neceſſaria, niſi in caſibus expreſſis in iure *Innoc.in cap.1.num.5.de his quæ fiunt à Prælat.ſine conſenſu Capit.Gemin. in cap.ſine exceptione num.2.12.q.2.* quod notat *Rodoan. de reb.Eccleſ.non alien.rubr.29.num.1.* Ea ratione quia regulariter in qualibet diſpoſitione ſufficit conſenſus, & non requiritur ſcriptura, ergo ſtandum eſt regulæ. *Rodoan.vbi ſup.*

33 2. quia ſubſcriptio teſtatoris non eſt neceſſaria quando teſtamentum eſt eius manu ſcriptum *l.28. in fine C.de teſtam. & quemadm.* cuius legis authoritate mouetur *Pac.Scal.in tract.de conſilio ſapientis lib.3.c.22.* ad tenendum, quod conſilium ſapientis ſcriptum manu eiuſdem ſapientis, habeat eandem vim, ac ſi eſſet etiam eius manu ſcriptum.

34 3. Quia ſubſcriptio ſententiæ non eſt actus neceſſarius iuſtitiæ, nec eſt de ſubſtantia probationis, quia ſi eſſet actus iuſtitię, vel de ſubſtantia probationis vbique eſſet oeceſſaria, & nullibi poſſet omitti, ſed nos ſcimus, quod Genuæ Rotæ Auditores, non ſubſcribunt ſententias ciuiles, & Florentiæ, & Lucæ non ſubſcribunt ſententias criminales.

35 4. Quia ſubſcriptionem ſententiæ diffinitiuæ, loquendo de iure, non eſſe neceſſariam, & ſufficere quod feratur io ſcriptis, & legatur per Iudicē, *Rot. Rom.* apud *Caputaq. dec.* 135. alias 26. *p.* 3

36 Verum quod ſit neceſſaria ſubſcriptio ſuadetur pluribus modis. Primo quia quuuſque nos non ſubſcribimus ſententiam ſemper illam corrigimus, & emendamus, & ſubſcriptio arguit perfectionem in actu, qui geritur, igitur ſi non ſubſcribimus, actus ſententiæ non eſt perfectus. 2. quia licet totum conſilium ſit ſcriptum manu alicuius Doctoris, tamen de conſuetudine non dicitur conſilium authenticum, ſi oon habet ſubſcriptionem eiuſdem *Paul. de Caſtr. in l.* 28. *ſub nu.* 7. *C. de teſtam. & quemadmod. teſtam. aper. Rebuff. ad conſtit. gall. tit. de Chirogr. & ſched. recogn. in præf. ſub nu.* 84. dicens noo valere conſilia doctoris, niſi fuerint ſubſcripta, etiā ſi propria manu doctoris fuerint ſcripta *Scacc. de iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 556.

37 *in fine.* 3. Quia vbi actus debet celebrari in ſcriptis, regulariter celebratur cum ſubſcriptione illius, qui facit illum actum, & ideo ſi quis faciat teſtamentum in ſcriptis debet non ſolum ipſe, ſed etiam teſtes debent ſe ſubſcribere illi teſtamēto, & quando teſtator neſcit ſcribere, additur octauus teſtis, qui ſubſcribat *l. hac conſultiſſima C. de teſtam. & quemadmod.* Sed ſententia diffinitiua debet à iudice ferri in ſcriptis, vt diximus *ſup.* ergo requiritur eius ſubſcriptio.

38 Mihi verò ſemper placuit prima opinio, rationibus, pro prima opinione allatis, & dicit *Verall. dec.* 139. *p.* 3. Nec obſtant allata pro hac vltima. Nō prima, quia licet ſcriptura ſubſcripta firmius, quam ooo ſubſcripta ſignificet voluntatem ſubſcribentis, tamen etiam ſcriptura non ſubſcripta ſignificat ſufficienter, & irreuocabiliter volūtatem ſcribentis, quando ſcribens proceſſit ad alios actus extraneos, qui non ſolum ęquipollēt ſubſcriptioni, ſed efficacius ſubſcriptione patefaciunt voluntatem ſcribentis, vt puta, cum iudex ſcribit ſententiam, & poſtea eam non aliter ſubſcriptam, legit, publicat, & dat notario ſedens pro Tribunali in loco ſolito: hi nanquam actus fieri non poſſunt, quia cis ſignificatur firma voluntas iudicis, & præcluditur omnis locus pœnitentiæ.

39 Non ſecunda, nam ſuppoſito ex vlteriori actu conſtare ſapientis voluntatem contineri in ſcriptura conſilij, difficultas eſt an adhuc requiratur ſubſcriptio ſapientis, & *Pac. Scal.* citatus *ſup.* in 2. argumento, tenet oon eſſe neceſſariam, & licet ipſe alleget *Caſtr.* pro opinione contraria, ille dicit requiri ſuppoſita conſuetudine, igitur non ſuppoſita conſuetudine tenet non eſſe neceſſariā.

40 Non 3. quia non eſt verum, quod omnis actus celebrandus in ſcriptis debeat eſſe ſubſcriptus, nam quandoq; contrahentes conueniunt, vt contractus celebretur in ſcriptis, iuxta ea, quæ ſcribunt *Afſl. dec.* 34. *nu.* 4. & ibi *Vrſill. nu.* 6. *Maranta in diſp.* 4. *nu.* 4. & tamen nemo dicit illum contractum celebraodum in ſcriptis, eſſe ſubſcribendū. 2. ſubſcriptio, quæ eſt neceſſaria in aliquo actu non eſt neceſſaria, ſi totus tenor illius actus ſit ſcriptus ab eo, cuius ſubſcriptio erat neceſſaria, vt io teſtamento ſollemni in ſcriptis *l.* 28. *in fin. C. de teſtam. & quemadmod.*

41 Quæ ſententia ſic firmata, ampliatur, vt præcipuè ſit vera quando tenor ſententiæ eſſet ſcriptus manu propria ipſius Iudicis. Subampliatur, vt licet adſit conſuetudo, vt ſententia ſubſcribatur, ſi tamen ſit ſcripta manu iudicis, non requiritur ſubſcriptio *Scacc. de ſent. gl.* 16. *nu.* 55. Am-
42 pliatur 2. Vt citrà omnem difficultatem procedat in loco, vbi eſt conſuetudo, non ſubſcribendi, etiam ſi ſupponeremus, quod de iure requireretur *Scacc. vbi ſup. nu.* 16.

43 Quod confirmatur, quia licet in fine inuentarij requiratur pro forma ſubſcriptio hæredis, ſi ſciat ſcribere, alias ſit adhibendus vnus notarius, qui eius nomine ſubſcribat, & omiſſa ſubſcriptione inuentarium non valeat *Guid. Pap. de inuent. ſub nu.* 7. & 8. *Phanuc. eodem tract. pac.* 3. *num.* 66. *Rol. à Valle eodem tract.* verſ. *requiritur etiam Monticul. cap.* 2. *nu.* 56. Tamen vbi extaret conſuetudo non ſubſcribendi, valeret ſine ſubſcriptione *Guid. Pap. eodem tract. nu.* 9. Et quod ſubſcriptio non
44 requiratur ſi adſit; *lecta lata* dicunt *Verall. dec.* 139. *p.* 3. *Borrell. in ſumma dec. tom.* 2. *tit.* 30. *n.* 64.

45 Limita primo concluſionem *ſup.* poſitam. Vt non procedat in caſu, quo lex requireret ſubſcriptionem iudicis, quia tunc ſubſcriptio eſſet de forma, & ideo ſi omitteretur ſententia eſſet nulla, & ipſo iure nulla *Scacc. d. gl.* 16. *nu.* 18.

46 2. Vt non procedat in locis vbi extat conſuetudo ſubſcribendi ſententiam, pro vt hæc conſuetudo exiſtit Florentiæ in cauſis ciuilibus, & etiā Romæ, vbi Iudices, & Rotæ Auditores ſubſcribunt ſententias *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.* 96. *n.* 32. *in fine, & cap.* 102. *ſub nu.* 5. *& de ſententia gl.* 9. *nu.* 40. *& gl.* 16. *nu.* 19. Et ex diſpoſitione *Concil. Trid. ſeſſ.* 11. *c.* 8 ſententia contra Epiſcopum de-
47 bet ſubſcribi per Summum Pontificem *Guazzin. defenſ.* 35. *cap.* 9. *nu.* 5. *in fine.*

48 Extende hanc limitationem, vt ſententia lata, pro vt in cedula ſine iudicis ſubſcriptione, ſit nulla *Rota diuerſ. dec.* 705. *nu.* 4. *p.* 3. Imo ſi Rotæ
49 Romanæ Auditor deceſſerit antequam ſubſcripſerit ſententiam, vnus ex alijs Auditoribus ſubſcribit *Scacc. gl.* 9. *nu.* 51. *ſub declarat* 3.

50 Sollemnitas lecturæ ipſius ſententiæ, cum ſit actus, qui tempore prolationis poteſt, & ſolet interuenire, per enunciationem, & narrationem ſententiæ probabitur, ac etiam de facili pręſumitur *DD. in l. ſciendum ff. de verb. obligat. Canoniſtæ in cap. ſicut* vbi *Felin. de re iudic.* Hic Neap ſen-
51 tentiæ, & decreta debent ſubſcribi à commiſſario cauſę, vt habetur in *pragm.* 13. §. 8. *de offic. S. R. C.*

An Notarius, lata ſententia, debeat apud eam in calce, teſtari fuiſſe lectam, & an teſtes requirā-
52 tur? Reſolutiue dicimus, quod ſic, alias ſententia non valeret, ex quo non appareret fuiſſe le-

ctam *Bar. in l. fin. in fin. C. de ſent. ex breui. Franc.*
in cap. fin. nu. 11. de re iudic. Rota dec. 347. num. 2.
par. 3. diuerſor. Guazzin. defenſ. 35. cap. 10. num. 5.
verſ. Imo requiritur Anna ſing. 473. Muſcatell.
in praxi lib. 1. part. 7. gloſ. condemnando num. 19.
& ſeqq. Petra in tit. 37. nu. 2. Borrell. in ſumma de-
ciſ. tom. 2. tit. 30. nu. 62. Licet non deſint contra-
53 rium tenentes *gloſ. in c. fin. de ſent. & re iudic. in*
6. Alex. conſ. 9. nu. 4. lib. 2. Vant. hic nu. 88. Carau.
in tit. 37. nu. 6. Marta de clauſ. p. 2. clauſul. 302.

54 Verum non refert per quæ verba id teſtetur,
quare licet Notarij communiter teſtari ſoleant
iſtis verbia *lecta lata*, tamen poſſent teſtari alija
verbia æquipollentibus *Bar. in l. 3. in fine nu. 5.*
C. de ſent. ex breui. recit. dicens neceſſarium eſſe,
quod poſt latam ſententiam ponatur aliquod
verbum, ex quo colligatur, ſententiam fuiſſe le-
ctam, aliàs dicit, ſententia eſſet nulla, ſubiungit
tamen ſufficere, ſi dicatur, quod fuit promulgata;
quia promulgare eſt ſententialiter legere ex ſcri-
ptia recitatione, ſecus eſt ſecundum eum, ſi dice-
retur ſolum, quod fuit data per iudicem *Bar.* ſe-
quitur *Franch. in cap. vl. ſub nu. 2. & 11. de ſent. &*
re iudic. in 6. Angel. in l. fin. C. de ſent. ex breu. recit.
Lanfranc. in c. quoniam contra ſub nu. 538. de pro-
bat. inter repet. Scacc. de ſent. gl. 17.

55 De iure noſtri regni per *conſtit.* incip. *ab om-*
nibus requiritur: *lecta lata* non obſtante *cap. de-*
teſtantes, per quod in regno proceditur ſumma-
rie, & de plano *Muſcatell. ſup.* maxime quia ex
ſtylo noſtrorum Tribunalium ponitur ſemper d.
clauſula, & ſic eſſet nulla ſententia, tamquam
lata contra ſtylum *Carau. in d. tit. 37. nu. 8. & ſeqq.*
Petra ibid. nu. 3. Quod eſt adeo verum quod niſi
56 adſit *lecta lata* quamuis adſit ſubſcriptio Iudicis,
non dicitur publicata *Vant. hic nu. 69. Rota* apud
Card. Paleot. dec. Rot. Rom. 705. lib. 3. vol. 3. Borrell.
57 *ſup. nu. 63.* Verum illa verba: *lata, & data in his*
ſcriptis non ſunt neceſſaria *Alex conſ. 90. num. 4.*
lib. 1. Vant. hic nu. 88. Tuſc. lit. S. concluſ. 133. n. 15

58 Sed ſi in ſententia continenantur verba: *ſenten-*
tialiter promulgata, nec dicatur *lecta*, nec iudice
ſedente, quia natura verbi *ſententialiter* non
poteſt aliter verificari, & quod promulgare ſit
ſententialiter legere ex ſcripti recitatione ex
Bar. & Bal. ſequitur *Becc. conſ. 78. n. 2. lib. 1.* vbi
n. 1. in fine dicit, promulgare eſſe publicare, &
palam pronunciare, quaſi promulgare, *Carauit.*
d. tit. 37.

59 Limitatur tamen poſita concluſio, vt requira-
tur verbum *lecta*, aut æquipollens in ſententia,
non procedere in ſententia, quę poteſt ferri ſine
ſcriptis, quia ſi poteſt ferri ſine ſcriptis non eſt
neceſſaria promulgatio ex ſcripti recitatione,
& quæ ſint hæ ſententiæ, quæ poſſunt ferri ſine
ſcriptis, ponunt *Scacc. de ſent. gl. 12. nu. 12. & ſeqq.*
& *nos* diximus *ſup. hic.*

60 Et eſt hic aduertendum, quod licet aliqui di-
cant, quod ipſa ſententia debeat publicari, aliàs
non habeat effectum, & publicatio debeat fieri in
termino, ſuper quo cadit citatio ad ſententiam,
quia ſi non publicetur in dicto termino, ſenten-
tia erit inualida, nec poterit conualidari per pu-
blicationem poſt terminum lapſum *l. 2. & 3. C. de*
ſent. ex breu. recit. c. fin. de re iudic. in 6. gl. in clem.
ſæpè verb. in ſcriptis de verb. ſignific. Gabriel. tit. de
citat. concluſ. 1. ampl. 23. num. 116. Rot. Rom. apud
Guazzin. defenſ. 35. cap. 10. nu. 2.

61 Tamen ſententia eo ipſo quod eſt lecta, dici-
tur publicata, ità vt non debeat, nec poſſit aliter
publicari, cum ſit tali modo in forma probanti,
habeat authoritatem iudicis, & ſit parte citata
lata, & lecta in ſcriptis coram teſtibus, & notario,
quæ omnia perfectam faciunt ſententiæ publi-
cationem, ſecundum dicta per Canoniſtas in *cap.*
Albericus 43. de teſtibus c. vl. de fide inſtrum.

62 Et licet *Alberic. in dictionaria* verb. *publicatio,*
& Maranta in ſpec. p. 6. act. 10. nu. 35. loquantur
de publicatione ſententiæ. Tamen *Alberic.* loqui-
tur de ſententiæ tranſumpto, & exemplatione
facienda in caſu, quo eius documentum non eſſet
ſufficiens, aut timeretur quod vetuſtate temporis
vitiaretur, aut aliter periret. Et *Maranta* ait de pu-
blicatione depoſitionis teſtium, & non ſententiæ.

63 Sic etiam licet *Spec. tit. de inſtrum. edit. §. breui-*
ter nu. 1. & ſeqq. ſignanter *nu. 11. & 12.* loquatur
de publicatione inſtrumenti ſententiæ, & quæ re-
quiſita ſint adhibenda. Tamen ille loquitur de
conficiendo publicum inſtrumentum de ſenten-
tia, & aliud eſt id, aliud publicare ſententiam,
quam nos dicimus publicatam ſatis eo ipſo, quod
eſt lecta, & lata vt *ſup.* late *Scacc. d. gl. 17. num. 7.*
& ſeqq.

64 Et vera exiſtente opinione, quod defectus il-
lius clauſulæ reddat ſententiam nullam, id non
procedit in ſententia lata à Papa, Imperatore,
Rege, vel alio Principe non recognoſcente ſu-
periorem *Cardoſ. in praxi* verb. *ſententia num. 11.*
cum huiuſmodi perſonę ſolutæ ſint à lege, & eo-
rũ præſentia ſuppleat omnem ſollemnitatem *D.*
Prat. ad Muſcatell. d. gl. condemnando. Nec in ſen-
tentia lata à Senatibus Supremis *Anna ſing. 473.*
D. Maiorana in opopraxi fol. 89. nu. 3. 2. Concluſio
65 hæc non procedit in laudo lato per arbitros, &
ſic non requiritur, vt illud legatur coram arbitria
Franc. dec. 354. ſub nu. 6. 3. Non procedit in de-
66 cretis interlocutorijs *Thor. p. 2. comp. dec.* verb.
clauſula in medio. fallit hæc concluſio in decre-
67 tis M.C. latis ſuper liquidatione inſtrumentorum
ad formam *ritus* illius per *tit. 37.* vbi *Carauit. ſub*
nu. 5. qui dicit requiri in illis talem clauſulam
Thor. par. 2. comp. d. verb. *clauſula* verſ. *nihilominus*
68 Eſt tamen verum talem clauſulam poſſe apponi
per Actuarium extrà bancam poſt rectam Curiã
ex ſtylo inueterato d.M.C. vt deciſum refert per
d.M.C. & S.C. *Thor. vbi ſup.*

Eſt pariter aduertendum, quod quamuis ſen-
tentia, quando fertur prius in ſchedula, ſeu per
terminum habitum pro ſeruato iuxta dicta per
Scacc. de ſent. gl. 9. nu. 39. & de appell. qu. 14. nu. 10
qu. 17. lim. 21. nu. 24. qu. 12. nu. 8. Contard. de mo-
ment. poſſeſſ. qu. 22. nu. 1. Veſtr. in pract. lib. 7. cap. 1.
n. 12. & ſeqq. Rot. Rom. in vna feſulana anni 1610.
& nos diximus *alibi hic*, tunc non publicetur, ſed
publicetur quando aperitur terminus habitus
pro ſeruato, ſeu ſchedula ſubſcripta à iudice,
69 quia publicare dicimus quando palam pronun-
ciamus, & quaſi promulgamus, vt diximus *ſup.*
verſ. *ſed ſi*, tamen per retrotractionem, & quandam
fictionem dicitur publicata eadem die, qua Iudex
habuit

habuit terminum pro ſeruato, ſeu pronunciat,
prout in ſchedula, quia ſub illa die Notarius
ſcribit lecta, & lata. *Scacc.* benè *de ſent. gl. 9. ſub
num. 46. Bocc. conſ. 78. lib. 1. Idem Scacc. de appell.
q. 14. num. 10. Guazzin. defenſ. 35. cap. 10. num. 3.
Borrell. in ſumma deciſ. tom. 2. tit. 3n. n. 71. 72.*

70 In Curia Romana terminus, in quo debeat
publicari eſt, vt publicetur in termino decem
dierum pro ſeruato habito, cum retrotrahatur ad
diem termini pro ſeruato, vt diximus poſt *Scacc.
& alios.*

71 Quod procedit in iudicibus ordinarijs, vel
eorum delegatis, ſeu ſubdelegatis, vel in Iudice
ordinario, cui fuit aliqua cauſa delegata, ſecus in
alijs delegatis, ſeu ſubdelegati, à Papa, quia iſte
terminus pro ſeruato durat ſine termino, & po-
teſt quandocunq; Iudex ſubſcribere ſententiam,
licet pars debeat appellare infrà decem dies à
die termini habiti pro ſeruato *Scacc. q. 12. nn. 8.*
72 Intellige, vt poſſit quandocunque ſubſcribere ſi
ipſe ſit Iudex *Scacc. q. 17. limit. 21. num. 24.* Sed
73 hodie in Curia vigore reformationis factæ per
Papam Paul. V. entam quncunque Iudice dictus
terminus ſpirat per lapſum decem dierum. *Guaz-
zin. d. defenſ. 35. cap. 10. num. 3. in fine.* Talis pu-
74 blicatio non poteſt remorari à Notario, ſub
prætextu eius mercedis, vt dicit *Guazz. d. c. 10. n.
4.* per *nouam reformat. Pauli V.*

75 Requiritur etiam in ſententia dies, qua fer-
tur, promulgatur, ſeu aliter publicatur ſententia.
Primò vt appareat, an ſit lata die iuridica, vel
feſtiua, *Spec. de ſent. §. inſtâ num. 7. lib. 2.* quia ſi eſ-
ſet lata in die feſtiua, regulariter non valeret, vt
diximus, 2. vt appareat, an pro illa die fuerit ci-
tatio ad ſententiam, 3. ad effectum, vt poſſit co-
gnoſci, an appellans appellet infrà legitima tem-
pora *Scacc. de ſent. gl. 17. n. 6.*

76 An teſtes ſint neceſſarij in Sententia. Videtur
dicendum quod non, quia teſtes in actis iudicia-
rijs non ſunt neceſſarij, cum credatur ſcripturæ
tabellionis *gl. in cap. 11.* verb. *duos viros*, & ibi
*Lanfr. de Orian. num. 27. de probat. Zabarell. conſil.
41. Bal. & alij*, quos ſequitur *Curt. de teſtibus p. 9.
n. 12.* de communi teſtatur *Dec. in c. quoniam con-
trà num. 76. Lanfranc. d. nu. 27.* ponens rationem,
quia acta ſuſcipiunt authoritatem ex præſentia
Iudicis *Ferrett. nu. 31.*

77 Sed ſententia venit appellatione actorum
*Mar. Socc. in cap. 17. num. 91. de ncenſat. cap. 1.
de ſent. & re iudic. Bar. in l. actorum, in fine ff. eod.*
78 *tit. Ranbin. concluſ. 464. p. 1.* & eſt de actis *Lan-
franc. in d. cap. quoniam ſub num. 16. Franc. Mar.
dec. 547. num. 9. & 13. in d. c. quoniam contra Paris
num. 28. Franc. Niconit. num. 554. Ferrett. num. 17.*
ergo teſtes in ſententia non ſunt neceſſarij.

79 Verum his non obſtantibus conſuetudo diſpo-
nit, quod in ſententia diffinitiua adhibeantur
teſtes, adeo vt ijs non adhibitis ſententia ſit nul-
la *Feller. in add. ad Marantn p. 6. act. 10. num. 32.
Ant. de Butr. in d. c. quoniam contrà ſub num. 35. de
probat. Scialoya de foriudic. cap. 12. num. 17. in fine*
vbi loquitur in ſententia foriudicationis, &
80 quod hęc conſuetudo ponendi teſtes in diffini-
tiua ſit ſeruanda, quia eſt optima legum inter-
pres, ſcribit *Lanfranc. de Orian. in d. cap. quoniam
contrà n. 19. de probat.*

81 Et quod conſuetudo ſeruet communiter, vt in
litis conteſtatione, & interloquutionibus ſubſcri-
bantur teſtes, & in alijs non, ex *Io: Andr.* refert
82 *Ant. de Butr. vbi ſup.* Et quod in ſententijs, & in-
terloquutorijs per omnes Curias adhibeantur te-
ſtes, & inſcribantur per Notarium, ſequitur *Io:
Baptiſta Ferrett. in d. c. quoniam contrà ſub nu. 32.*
83 eſſet vtilis conſuetudo in caſu, quo ſententia eſ-
ſet conſumpta, ſeu aliter perdita, quia poſſet
eius diſpoſitio probari per illos teſtes, vt dixi-
mus *ſup.*

84 Sed verum non eſt, quod in litis conteſtatio-
ne, & interlocutionibus de conſuetudine adhi-
beantur teſtes, vt videmus ocularitet ſeruari, &
teſtatur *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 102. ſub num. 5.*
verſ. *non obſtat ſecundo, & de ſent. gl. 18. nu. 6.* Nec
85 pro iſta conſuetudine poteſt allegari, quod agi-
tetur quæſtio, an ſententia lata ex falſis proba-
tionibus ſit nulla ipſo iure, de qua diximus *ſup.*
nam ibi non loquimur de teſtibus in ſententia,
ſed teſtibus, & probationibus in meritis cauſæ,
vt aduertit etiam *Scacc. d. gl. 18. n. 7.*

SVMMARIVM.

1 *An ſententia debeat continere nomen Dei?*
2 *Quid ſit ſententia?*
3 *Debet continere abſolutionem, vel condemnationẽ?
& à n. 4. ad n. 27.*
28 *Iudex debet condemnare, vel abſoluere ſuper toto, &
non ſuper parte, & à n. 29. ad n. 35.*
36 *Quid in laudis? & à n. 37. ad n. 41.*
42 *Sententia non debet eſſe dubia, & obſcura, vbi
tota materia, & à nu. 43. ad n. 81.*

Vt Sententia ſit ualida quæ continere debeat? an omiſſio nominis Dei illam vitiet, an debeat continere condemnationem, vel abſolutionem, an debeat eſſe clara, & certa?

QVÆSTIO XXIV.

1 VIdebimus his de nullitatibus ex defe-
ctu formæ ipſiuſmet ſententiæ extrin-
ſecæ, vel intrinſecæ, reſultātibus. Pro
cuius declaratione eſt ſciendum, quod
ſententia debet continere in principio nomē *Do-
mini*, vel *Dei* Putà: *In Dei nomine*, ea ratione præ-
cipua, quia quilibet miniſter faciens, & admini-
ſtrans alieno nomine debet exprimere, cuius no-
mine facit, vt dicit Redemptor noſter *in Io: nu.
25. Opera, quæ ego facio in nomine patris mei, hæc
teſtimonium perhibent de me*, & omnis Chriſti actio
eſt noſtra inſtructio *Io: 13. num. 15. Scacc. de com-
merc. §. 1. q. 1. num. 22.* alias ſuo nomine facere
videtur *l. ſi ita ſtipulatus 126. §. griſogonus ff. de
verb. obligat.* Sed omnis Iudex eſt Miniſter Dei
*cap. 45. qu. 23. q. 4. cap. 27. non ſolum cap. 39. ſunt
quædam 23. qu. 5.* & omnis poteſtas à Deo *Eccleſ.
10. num. 4. prouerb. 8. num. 15.* Et licet occidere
hominem, crimen grauiſſimum ſit, Tamen cum

Iudex hominem condemnat ad mortem, hoc facit, quia Miniſter Dei eſt. *Affl. dec.* 391. Ergo Iudex exprimere debet, quod ſententiam fert in nomine Dei, latiſſimè *Scacc. de ſent. & re iudic. gl.* 1. *q.* 1. *per tot.* vbi *num.* 52. probat hoc eſſe de honeſtate, non autem de forma, ideo, illius defectum non vitiare ſententiam.

2 Quibus poſitis, ex quo ſententia nihil aliud eſt, quam controuerſiæ propoſitę à Iudice legitimè facta declaratio, ſeu diffinitio *Spec. tit. de ſent. tantùm lib.* 2. *p.* 3. *Hoſt. in ſumma eod. tit. ſub num.* 1. *Maranta in ſpec.* 3. *p.* 6. *par. act.* 1. *de ſent. n.* 1. *Scac. de ſentent. gl.* 14. *q.* 2. *n.* 1. Igitur ea ſententia, quæ controuerſiam legitimè non diffiniuit, ex quo caret effectu à ſubſtantia propria, & formali, nomine etiam, ac effectu carere debet, & ideo inſufficiens, & defectuoſa reprobanda eſt.

3 Ideo ſententia, quæ condemnationem, vel abſolutionem, aut controuerſiæ in iudicio propoſitæ per ſe, vel æquipollens declarationem non cõtinet, dicitur ipſo iure nulla, vt eſt *tex. in cap. ille de accuſat.* vbi *gl. ol.* & *in l. præſes, & in l. cum Iudex C. de ſent. ex. gener. & in l.* 1. *l. nil prætor* §. 1. *l. præſes, & l. in ſumma ff. de re iudic. Turzan. opin.* 64. *in fine Villalob. lit. S. num.* 34. *Vin. opin.* 176. *Emanuel in ſuo Theſ. lit. S. num.* 70. *Maranta in ſpec. p.* 6. verb. *ſententia nu.* 122. *Caroc. de except. except.* 139. *num.* 1. *Pellegr. in praxi Vicarior. p.* 2. *ſect.* 3. *ſubſect.* 1. *num.* 2. *& ſeqq. Muſcatell. in praxi p.* 7. *gl. condemnando num.* 59.

4 Sententia itaque debet eſſe talis, vt iudicium, & controuerſiam de pręſenti diffiniat, cum illud in pendenti relinqui non debeat *l. non quemadmodum ff. de iudic. Card. Tuſc. lit. S. concluſ.* 132. *num.* 1. vbi teſtatur de communi, poſt alios *Farinac. in fragm. crim. lit. A. num.* 13. *Guazzin. defenſ.* 35. *cap.* 17. *num.* 1. cum aliud ſit denunciare, quod faciendum, vel fieri debere, & aliud facere *l. cum duobus* §. *idem reſpondit ff. pro Socio.* aliud ſit deportare, aliud pronunciare deportandum *l.* 1. §. *deportatus ff. de leg.* 3. & aliud exequi ſententiam, & aliud pronunciare exequendam *l. ab executore C. quor. appell. non recip. Decian. reſp.* 57. *num.* 5. *vol.* 2.

5 Ideò ſi ſententia ſimpliciter per verbum gerundium, vel futurum tempus deſignans, conciperetur, pro vt quando dicitur, talem condemnandum, vel abſoluendum eſſe &c. non valeret, vt tenet *Bar. in l.* 1. *C. ſi aduerſ. libert. Io: Andr. in Spec. de except.* §. *viſo* verb. *pronunciari Caroc. except.* 139. *n.* 8.

6 Nam aliud eſt quem liberandum, & aliud liberatum eſſe, vt in *l. quem ſub conditione* §. *fin. ff. de condit. inſtit. gl. in cap. fratre* 16. *q.* 1. *& in cap. ſuper eodem in* verb. *ordinari de offic. deleg. Felin. in cap. cum venerabilis col. pen.* verſ. *non obſtant adducta de except.* Verum contrà *Bar. & alios in d. l.* 1. *C. ſi aduerſus libert.* communiter tenent *DD.* ſignanter *Decian. reſp.* 57. *num.* 7. *& ſeqq. vol.* 2. vbi contrarijs reſpondet *Farinac. in fragm. crim. lit. A. nu.* 15. vbi alios allegat. Sed pro conciliatione *Felin. in d. c. cum venerabilis* aſſerit hoc intelligi debere, quando in ſententia non præcederet verbum aliquod, quod poſſet importare diffinitionem de præſenti, puta ſi diceret: *abſoluendum, vel condemnandum*, ſecus ſi præcederet, & foret appoſitum verbum præſentis temporis diffinitiuum, & poſtmodum adijceretur quo ad implimentum, & executionẽ ipſius ſententię, aliud verbum futuri temporis enunciatiuum, ſeu quod ſaltim implicitè, & virtualiter foret ſuppoſiti negotij de præſenti declaratiuum, v.g. ſi diceretur, declaramus, ſeu diffinimus rem, de qua agitur, ipſi actori fore reſtituendam iuxtà *tex. in cap. eccleſia in fin. de conſtit. & l. æmilius circa fin. ff. de minor.* ſequitur *Muſcatell. in pract. p.* 6. *gl. condemnando num.* 61. *& ſeqq. Corn. & Roman. in l.* 1. §. *ſi quis ita de verb. obligat. Decian. d. reſp.* 75. *num.* 13. *& ſeqq. Guazzin. defenſ.* 35. *c.* 17. *n.* 2.

7 Nam tunc eo ipſo quod declaratur, rem reſtituendam eſſe, tacitè, & virtualiter declaratur etiã rem illius eſſe, ad illum ſpectare, pro vt etiam quando dicitur minorem reſtituendum, quoniam virtualiter intelligitur eundem læſum fuiſſe, nam ad poſitionem conſequentis ſequitur poſitio neceſſarij antecedentis *l. ad rem mobilem l. ad legatum ff. de procur. l.* 2. *ff. de Iuriſd. om. iudic. l. Pomponius* verſ. *ſed, & in eod. tit. de procur. Alex. conſil.* 52. *lib.* 2. *in fine Guazzin. d. c.* 17. *n.* 2.

8 Quamuis cautius foret, poſt illud verbum *condemnandum*, ſeu *abſoluendum*, vel *reſtituendum &c.* addere hoc verbum, *prout*, *& nos condemnamus*, vel *abſoluimus*, aut *reſtituimus*, vt ſeruari in Curia Romana dicit *Vant. hic num.* 91. & ſeruari hic Neap. nos videmus *Muſcatell. d. gl. condemnando num.* 63. *Guazzin. d. cap.* 17. verſ. *ad tollendas.*

9 Et licet, vt diximus Iudex non vteretur pręciſe hoc verbo: *condemno*, vel *abſoluo*, tamen pro validitate ſententiæ illud exprimere per ſuum ęquipollens, ſufficeret, putà ſi diceret: *credo Titium decem debere Mæuio*, quia hoc ſatis eſſet, ſecundum *gl. in l. diem ferre* §. *ſi plures in gl. magna ff. de arbitr. Imol. Rom. Alex. & Iaſ. in l.* 1. *ff. de re iudic.* facit *tex. in l. ſi quis filio* §. *irritum ibi: & credo*, vbi *Imol. & Angel. ff. de iniuſt. & irrit. teſtam. Guazzin. d. c.* 17. *num.* 2. *Caroc. except.* 139. *n.* 3.

10 Idem eſſet ſi Iudex dixiſſet: *non video cur Titium non condemnem*, quia perinde eſt, ac ſi dixiſſet, *condemno l.* 1. §. *ſi quis ità*, & ibi *DD. ff. de verb. ſignif. Alex. & Iaſ. in d. l.* 1. *ff. de re iudic. Felin. in d. cap. cum venerabilis col. pen. de execut. Carocc. d. execut.* 139. *num.* 4.

11 Vel diceret *videtur mihi Titium debere l. quid tamen* §. *ſi arbiter*, & ibi *Bar. ff. de arbitr. l. duo fratres* §. 1. *ver. pronunciare ff. de liber. cauſ. cap.* 1. vbi *Abb. in fine de iudic. Alex. conſ.* 19. *col.* 3. *lib.* 5. *Caroc. d. except.* 139. *num.* 5. *Corn. conſ.* 302. *vol.* 3.

12 Sufficeret in reali, pronunciare rem eſſe petitoris, vt *l. ſi inter me circa fin. ff. de except. rei iudic. Vant. hic Caroc. d. except.* 139. *num.* 6. *R. Rouit. dec.*
13 60. *num.* 4. nam eo ipſo quod iudicatur, rem meã eſſe, iudicatur etiam alterius non eſſe *l. Pomponius* §. *ſedetis ff. de procur. R. Rouit. d. dec.* 60. *nu.* 3. ſed ſi ſententia dicat rem non eſſe Titij, videatur dicere, eſſe Sempronij collitigantis, differunt *R. Galeot. contr.* 35. *lib.* 2. *Dom. Muecian. conſ.* 7. *lib.* 1.

14 Et ſic debitor, eadem ſententia, qua creditor eius fuit abſolutus à petita reſciſſione, ſeu annullatione contractus debiti, cenſetur condemnatus ad ſoluendum quantitatem debitam, ità vt

abſque

abſque alio proceſſu poſſit via executiua proce-
di ad effectualem executionem,& conſeeutionem
debiti,deciſum refert *R.Rouit.d.dec.60. D.Prat.
lib.1.diſcept.30. num.24. & ſeqq. D.Staibun. reſol.*
154.*lib.*2.Quod eſt intelligendum quoties debi-
tor generaliter, ac nulla expreſſa cauſa,nullum
ius competere creditori, petierit declarari, &
dato termino, nulla etiam aliqua ſpeciali cauſa
proſequuta, generalis ſententia emerſerit : *abſol-
uatur conuentus ab impetitis*, & deinde creditor
inſtaret, quod debitor, qui ſuccumbuit,compel-
latur ad ſoluendum,vt latè probat *Epiſc.Aff.con-
trouer.*50.Secus dicendum, eſſet,ſi debitor petens
annullationem contractus, aliquam cauſam prin-
cipalem propoſuiſſet, nempe contractum fuiſſe
metu factum,vel eſſe vſurarium, nam tunc ſi non
probata dicta particulari cauſa à debitore, ab-
ſolueretur creditor conuentus,non poſſet vigore
dictæ ſententiæ creditor ipſe compelli facere de-
bitorem ipſum ad ſoluendum,nam per illam ſen-
tentiam non ſequitur inſtrumentum non poſſe
alio vitio laborate *Aff.ibid.* vbi reſpondet con-
trarijs. Et in *addit.ad cap.*50. *num.*7. dicit, opi-
nionem *Reg.Rouiti* poſſe locum habere in caſu,
quando debitor inſtetiſſet non teneri ad ſoluen-
dum debitum prætenſum per creditorem, & cre-
ditor fuiſſet abſolutus, & appellante, vel recla-
mante debitore, dato termino ad non poſita po-
nendum, altera ſequuta ſit ſententia confirmans,
nam tunc ſpeciale eſt in caſu appellationis, vt in
ea totum ius perdatur, quia omne ius cenſetur
deductum. *l.ſcio 3.in fine de appellat.* quod *Epiſc.
Aff.*probat ex *R.Galeot.contr.*34.*num.*19.*lib.*2.Et
*in addit.ad d.c.num.*3.tenet concluſionem per ip-
ſum poſitam contrà *R.Rouitum* procedere etiam
ſi creditor inſtetiſſet pro condemnatione, verum
Iudex proferret ſententiam dicens: *abſoluatur
conuentus*, & non ſubiungens:*verum condemnetur*,
contra id quod deciſum refert *Dom.Staib.reſol.*
154.*lib.*2.vbi fundat decretum S. C. quo decla-
ratum extitit, quoddam capitale debere ſtare ri-
ſico,& periculo debitoris (licet non iungat debi-
tori ſolutionem) eſſe nihilominus exequendum,
ſaltem quo ad ſolutionem tertiarum decurſarum
abſque nouo proceſſu, & ſententia, & ità ob-
tinuit.

15 Idem dicendum eſt,Vt ſi Iudex appellationis
pronunciet: *male appellatum*,& non ſubiungat; &
bene iudicatum, dicatur confirmaſſe primam ſen-
tentiam, vt ex pluribus firmat *Dom.Petra in rit.*
255.*num.*4.

16 Sic pariter ſi ſit condemnatus Titius admini-
ſtrator,ad reddendum computa ſuæ adminiſtra-
tionis, illis redditis, abſque noua ſententia con-
tra eundem exiqui poteſt pro reliquorum reſtitu-
tione *Aff.dec.*157.*Reg.Marin.lib.*1.*cap.*334. alia
ad materiam diximus *in obſ.add.dec.*60.*R.Rouiti.*

17 Sufficeret etiam, vt ad materiam ſtricte reuer-
tamur, ſi Iudex vteretur verbo *ſtatuimus.precipi-
mus, ordinamus,decernimus, declaramus*, & *ſimili-
bus*, nam per talia verba ſententia diffinitiua fer-
ri poteſt *c.in his de verb.ſignific. Caroc.d.except.*
139.*num.*7.

18 Poteſt etiam dici: *Imponimus tibi perpetuum ſi-
lentium &c.* per *tex. in l.Aurelius* §.*centum*, vbi
gl.fin.ff.de liber.leg. Spec.de ſent. §.*vt autem col.*4.
ver.*& nota Vant.hic Caroc.d.except.*139.*n.*8.

19 Et ſi diceret Iudex *condemno, imò abſoluo* ſen-
tentia abſolutoria videretur *arg. tex.in l.ſtichus,
imò Pamphilus ff.de manumiſſ.teſtam. Bal.in* 1. *con-
ſtitut. C.*§.*in quibus col.penul.* ver.*deindè* ſequitur
*Guazzin.defenſ.*35.*c.*12.*nu.*2.*Caroc.d.except.*139.
20 *num.*10.Prout ſi diceret *Volo, nolo*, quia vltimũ
verbum attenderetur *Bal.in l.quidam col.*1. *verſ.
quid ergo C.de iure deliber.Dec.conſ.*345. ver.*non
obſtant verba Vant.hic num.*92. *Caroc.d.except.*
21 139.*num.*10. Non tamen valeret ſi Iudex dice-
ret *Condemno, vel abſoluo Alex.in l.iudex poſtea
quam col.*7.*ff.de re iudic.* vbi etiam ſi dicat: *con-
demno ſaluo, vt infrà.Caroc.d.except.*139. *nu.*13.
Nam contineret repugnantiam, & continens
repugnantiam non valeret *Alex.conſ.*124. *nu.*14.
*lib.*2.*Natta conſ.*51.*nu.*17.*Dec.conſ.*8. *num.*8. vbi
*addit.*nullitatem ex contrarietate ſententiæ re-
ſultatem non cenſeri reiectam à ſtatuto reijcien-
te omnem exceptionem.*Scacc.de appell.q.*19. *re-
med.*1.*concluſ.*4.*num.*57.*& concluſ.*5.*num.*12. ver.
*ſecundus Nig.de execut.rei iudic. cap.*6. §.8. *num.*
19.*&* 45.

22 Item ſufficeret, quod Iudex declararet factum,
ſuper quo dubitabatur, quando pœna, vel exe-
cutio ipſo iure ſuccedit, pro vt dicendo talem
hæreticum,vel criminis læſe Maieſtatis reum de-
claramus, aut ſimilia, quia tunc talis ſententia
incontinenti à lege certam,& determinatam pœ-
nam contrà huiuſmodi delinquentes imponente,
perficitur per *tex.in cap.cum ſecundum* §.*fin. de
hæret. in* 6. *cap.pro humani in fin. de homicid.in* 6.
23 Quæ ſententia conſueuit appellari declaratoria,
& prius quam feratur, executio aliqua contrà
quoſcunque,quantumuis criminoſos, fieri non
poteſt per *tex.in d.cap.cum ſecundum Felin.in c.
Rodulpus* verb.*ſed declaratoria de reſcript. cap.præ-
terea in princ.de ſponſal.Alex.conſ.*103. *col.penul.
lib.*1.*conſ.*124.*col.*1.*lib.*1.dicemus *infrà.*

24 Sufficeret etiam ſi apponeretur dictio *&c.*quia
ſuppletur:hinc ſi dicatur: *Victum victori &c.* ſen-
tentia tenet *Vin.d.opin.*176.*in fine.*

25 Et decreta illa,quę quotidie fiunt,admittendo
vel aliquod faciendo, *ſi & quatenus*,vel *ſi, & in-
quantum de iure fuerit &c.*ſubſtineri poſſunt, cum
habita relatione ipſius iuris, quod certum eſt,
decreta huiuſmodi incontinenti certificantur, vt
de his plura ponit *Felin.in c.cum contingat col.*3.
*de offic.deleg.Marta de clauſ.p.*1.*clauſ.*362.*Barboſ.
in clauſ.ſi, & in quantum.* Maximè, quia tales
26 clauſulæ modum non conditionem important,
*Lap.alleg.*87.*col.fin.Vital.de clauſ.clauſ.ſi, & in
quantum*,licet conditionem importare dicat *Bar-*
27 *boſ.ſup.*Et ſic ſententia per ſe,vel per relationem
ad aliud negotium propoſitum diffinire debet,
alias effectus proprios ſententię non operaretur,
neque deberet tali nomine nuncupari.

28 Item debet Iudex condemnare, vel abſolue-
re ſuper toto, non ſuper parte, alias non valet
l.in hoc iudicio ff.famil.erciſc.l.etiam §.1. *ff.de mi-
nor.l.*1.& ibi *DD.C.ſi aduerſ.rem iudic. Abb. in
cap.cum inter nu.*13.*de re iudic.* vbi etiam *Felin.
num.*6.*Rota dec.*313.*nu.*2.*p.*3. *recent.& dec.*427.
*num.*2.*& ſeqq.p.*2.*recent.Magon.de Flor.*63. *num.*
13.

13. & *dec.67. nu.29. Caroc. de except. except. 130. num.1.*

29 Sunt tamen multi caſus, in quibus valet ſententia, etiam ſi non ſit prolata ſuper toto, ſed ſuper parte. Primus eſt quando petitio fuit facta per capitula ſeparata *Abb. d. n. 13.* verſ. *ego capiendo, & Felin. d. n. 6. Rot. locis citatis Dunn. reg. 191. 1. fallent lib. 2. Gratian. dec. 60. num. 10. Put. decis. 323. lib. 1.*

30 Quando plures ſimul conueniuntur, nam tunc poteſt ſententia proferri reſpectu vnius, reſpectu verò alterius differri *l. idcirco, in princ.* vbi *Bart. & alij ff. de re iudic. Felin. in cap. cum inter nu. 10. de re iudic. Rota d. dec. 313. num. 2. p. 3. recent. Ludouiſ. dec. 488. num. 7.* & tali caſu prolata contrà

31 plures poteſt valere, quod ad vnum, & non quo ad alium *Felin. ſup. num. 10.* verſ. *nec nouum*, quia tunc quot ſunt capita, tot ſunt perſonæ *Caſtr. in l. non idcirco C. de iudic. num. 2. Rota dec. 561. num. 13. p. 1. recent.*

32 3. de conſenſu partium lata ſententia, nam valet ſuper parte tantum lata *Caroc. d. except. 130. n. 30. & 31.*

33 4. Quando ab vno petuntur plures ſummæ ex diuerſis cauſis *Felin. ibid. num. 8. Rota d. dec. 313. num. 2. p. 3. recent.* quia tunc tot ſunt capitula, quot ſunt ſummæ *Aretin. in l. certi conditio §. quoniam num. 22. ff. ſi cert. petat.* & ſic ſententia lata per capita diſtincta poteſt eſſe valida, quo ad vnum, & non quo ad aliud *Rota dec. 33. num. 18. p. 2. diuerſ. Duran. dec. 133. num. 3.* nam tot cenſetur ſententiæ quot ſunt capita, & ſummæ *Ludouiſ. dec. 152. n. 2. Burat. ibid. n. 4.*

34 5. Quando rationabilis, & vrgens cauſa interuenit, nam tunc à regula ordinaria recedi poteſt *Rota dec. 427. n. 4. p. 2. recent.*

35 6. Caſus eſt, quando agitur de acceſſorijs, vt ſunt fructus, & expenſæ, quia ſi in his fuit omiſſa condemnatio, cenſetur tacitè facta abſolutio *Felin. in d. c. cum inter num. 15. de re iudic. Magon. dec. Lucenſ. 65. num. 18. Dunn. d. reg. 191. num. 9. lib. 2.* Niſi debeantur iure actionis *Saluſt. Tib. in praxi l. 2. c. 44. num. 1. Reg. Merlin. contr. 42. nu. 38. lib. 2. Berlich. concluſ. 78. n. 15. lib. 1.*

36 Verum lauda ſi non definiant omnes controuerſias compromiſſas, ſunt nulla, & hoc ratione iuramenti, quod diuidi non poteſt ex *gl. in l. ſi quidem C. de except. l. qualem ff. de arbitris Franch. dec. 173. & 354. num. 4. Mobed. dec. 313. Barz. dec. bonon. 87. num. 7. Fontanell. de pactis nuptial. clauſ. 4. gl. 21. p. 1. num. 37. Lanar. conſ. 33. Rota Rom. dec. 132. p. 4. recentior. & dec. 133. poſt addit. ad Poſt. de ſubbaſt. Marotta diſcept. 37. num. 19. Seraph. de iuram. c. 107. n. 30.*

37 Contrà verò tenet *Cancer. var. lib. 3. c. 17. n. 80. & ſeqq.* ſi capita ſint diuerſa, vt poſſit laudum eſſe nullum quo ad vnum, validum quo ad aliud eadē *Rota Rom.* apud *Marcheſ. de commiſſ. p. 1. §. & tenet Gratian. diſcept. 486. Giurba dec. 30. R. Marin. ad Reuert. dec. 256.*

38 Tamen quid quid ſit de concluſione illa, ſi laudum continens plura capita poſſit pro parte acceptari, vel debeat in totum acceptari, vel reſpui, de qua *Franch. Cancer. & alij ſup.* Tamen quo ad noſtram concluſionem, & materiam, dicimus, ratione indiuidui voluntatis, & ex veriſimili mente compromittentium, velle omnes differentias debere terminari, non poſſe vnam differentiam terminari, & aliam non, vt dicit *Rot. Rom. d. dec. 132. & 133. Ant. Fab. in C. de arbitr. defin. 4. Coſta de ratione rat. q. 137. num. 9.* & non negat *Cancer. vbi ſup. num. 84.* quid quid dicat *Gratian. d. diſcept. 486.* Et *Fab. ibi* dicit eſſe validum laudum, ſi ſuper omnibus ſit laudatum, exceptis expenſis.

39 Quę concluſio limitatur ſi in compromiſſo detur poteſtas terminandi controuerſias coniunctim, ac diuiſim *Dom. Staiban. reſol. 57. à num. 28. Dom. Marcian. conſ. 6. num. 9. tom. 2. Pract. Papienſ. in forma libel. compromiſſ. gl. dimittendum donum n. 2.* Et ſi diuerſa ſint capita petitionum, poterunt arbitri ſuper vno pronunciare, reſeruatis alijs intrà eadem inſtantiam, decidendis, *Ludouiſ. decis. 488. num. 5. Altograd. conſ. 21. num. 12. lib. 1.*

40 Limitatur 2. In arbitratoribus, qui habent poteſtatem largiſſimam *D. Luca ad Franch. d. decis. 354. num. 4.*

41 Ex quibus habemus, quod aut eſt data poteſtas arbitrandi pluribus vicibus, & laudum valet, aut ſemel, & ſimul, & non valet, aut ſumus in dubio, & *gl. in d. l. qualem §. ſed ſi de pluribus ff. de arbitr.* dicit etiam valere, ſed *Bar.* dicit eſſe conſiderandum, an ſint plures quæſtiones ſuper pluribus rebus, quæ inferuntur ſolum ab vna, & eadē parte, & tunc vera ſit opinio *gloſæ*. Aut plures cauſæ inferuntur viciſſim, & tunc, aut quęſtiones ſunt connexæ, & videtur actum, quod ſimul terminentur, ſecus ſi ſint ſeparatæ, quia ſeparatim poterit pronunciari.

42 Eadem ratione arbitri non poſſunt laudare ſuper non comprehenſis in compromiſſo, *Viu. dec. 380. num. 22. & ſeqq. & dec. 473. Borell. de compromiſſ. gl. 1. num. 263.* Quæ exceptio nullitatis ſine vlla temporis præfinitione, opponi poteſt *Viu. d. dec. 473.* Nec de conſenſu partium poteſt ratificari *Viu. d. dec. 380. num. 23.*

Sententia, vt valida ſit, & executionem mereatur eſt neceſſe, vt non ſit dubia, & obſcura, ſed ſit certa *§. curare Inſtit. de action. tot. tit. C. de ſentent. quæ ſine certa quantit. Vant. hic num. 101. Aſin. in praxi §. 31. c. 1. lim. 7. Gratian. dec. 212. nu. 17. Caſtr. conſ. 425. vol. 1. Franc. Marc. dec. 418. p. 1. Corſet. lib. 2. forenſ. q. 5. in fine Miſing. cent. 4. obſ. 100. num. 2. Lap. alleg. 8. num. 6. & alleg. 133. num. 2. & ſeqq. Federic. de ſenis conſ. 100. num. 4. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 102. num. 5. Surd. conſ. 324. num. 22. in fin. Cranett. conſ. 819. num. 10. Nig. de except. cap. 12. §. 11. & de execut. cap. 6. §. 8. nu. 36. Pellegr. in praxi p. 2. ſect. 3. ſubſect. 1. fol. 185. Oſaſch. dec. 146. num. 10. Muta in conſuet. Panorm. 16. nu. 60. Caſtill. dec. 76.* & eſt nulla etiam declaratoria, quæ ſubſequitur *Rim. iun. conſ. 495. num. 44. Giurba dec. 37. num. 1.*

43 Ideo ſi ſententia ſit lata per verbum *forte* eſt nulla *Bal. in l. ſi quis filio §. irritum* verb. *credo ff. de iniuſt. teſtam. Iaſ. in l. vl. num. 12. ff. de iuſtit. & iure* dicens ſecus eſſe per verbum *credo, Caroc. de except. except. 34. num. 2.* Ratio eſt, quia ex ſententia incerta Iudex non dicitur definire negotium, vel controuerſiam *Card. Tuſc. lit. S. concluſ. 109.*

189.*nu*.1.2.*&* 3.*& concluſ*.138.dummodo ipſe
ſit deputatus ad definiendum negotium *Signor.*
conſ.87.*nu*.11.*& ſeqq.* Et oppoſita nullitate ſen-
44 tentiæ ex dicto capite incertitudinis, retardatur
ipſius executio *Cennett. conſ*.802. *nu*.14. *& ſeqq.*
& facta renocatur *idem conſ*.819. *nu*.9. Quæ cō-
45 cluſio procedit etiam ſi ſententia ſit lata ad fa-
norem ſpoliati *Marſil. de probat. in rubr.nu*.364.
Surd.conſ.168.*nu*.29.*in fine* .
46 Et in caſu,quo ex natura iudicij ſententia nō
poſſit eſſe certa , puta in iudicio vniuerſali peti-
tionis hæreditatis, negotiorum geſtorum,expen-
ſarum,melioramentorum,& ſimilium,ſuſpenditur
illius executio non liquidata quantitate per in-
dicem *Bal.in l.filium C.famil.erciſc.nu*.36. *Purpu-*
rat.conſ.104.*nu*.8.*Marzar.de fideicommiſſ. qu*.70.
Sim.de Pratis de interpret.vlt.volunt.lib.5.*intepr*.3.
ſeu final.dub.1.*nu*.114.*Cancer. var.de ſent.& re*
iudic.nu.105.*& ſeqq.Surd.conſ*.293.*n*.21.*& ſeqq.*
47 Limita tamen *ſup.* poſitam concluſionem vbi
quis eſt condemnatus ad id, quod debet,non ex-
primendo certam quantitatem , nam tunc ſi ex
actis probatorijs conſtet de debito,ſententia ſub
ſtinetur ex eis , ſecus ſi ex actis aſſertorijs tan-
tum conſtaret *Iaſ.in d. §.curare nu*.36. *de action.*
Vant.bic nu.105.*Cancer.var.lib*.3.*cap*.17. *n*.105.
vbi deciſum refert *Caroc.d.except*.34.*nu*.3. *Sera-*
phin.de priuil.iuram.priuil.77.*nu* 46.*& ſeqq.*Secus
48 ſi non conſtet ex actis *Marz.in epitom. fideicom.*
qu.70.*Cancer.vbi ſup.*
49 Limita 2.Si ſententia referatur ad acta , vel
inſtrumentum in actis non productum,ſi tamen
ſit mentionatum *Felin. in cap. cum venerabilis nu.*
42.*de except.*declarando , vt per *Couar.var.lib*.1.
cap.1.*nu*.5.*Nig.de execut.c*.6.*§*.8. *nu*.36. Secus ſi
50 non eſt mentionatum *l*.3. *C.de ſent.quæ ſine cert.*
quantit.Iaſ.in l.1. *§.ſi iudex nu*.19. *de re iudic.in*
6.*curare nu*.37. *de action.* Etiam ſi iudex eſſet in-
51 formatus de tali inſtrumento, ſed in actis non
producto *Couar.lib*.1.*cap*.1.*num*.9. *Villalob. lit.S.*
nu.31.*Caroc.de except.except*.139.*nu*.14.*&* 15.
52 Limita 3.Si ſententia proferatur per hæc ver-
ba:*Condemno Petrum ad ſoluendum.ſi eſt probatum,*
alias abſoluo,nam talis ſententia valeret *Bal.in l*.1
C.ſi aduerſ.rem iudic.in l.3.*C.de ſent. quæ ſine cer-*
ta quantit.Gabriel.de ſentent.concluſ.10.*nu*.21.*lib.*
2.*Caroc.d.except*.34.*nu*.5 .
53 Limita 4. de *Iure* ſiculo per *pragm. tit. delle*
ſentenze obſcure,nam ex illo iure.Si infra inſtan-
tiam iudex ſententiam ferre non poſſet , ne pe-
reat,poſſit Iudex obſcure pronunciare : *abſolui-*
mus abſoluendum,& condemnamus condemnandum,
verum infrà bimeſtre deindè elate debet decide-
re *Giurba d.dec*.37.*nu*.1.*Caſtill.dec*.76.
54 Limita 5.de eodem *Iure* ſiculo , vt ſententia
per diem vnum,vel duos antè,vel poſt peremptā
inſtantiam obſcurè lata non ſit nulla *Bolognin.*
conſ.vl.Cagnol.in l.vbi lex n.4.*ff.de reg.iur.Giurba*
d.dec.37.*n*.3.
55 Si ſententia condemnaret ad ſoluendum vnū
par caponum quolibet anno,prout ſui anteceſſo-
res ſoluebant,operatur condemnationem putam,
& liquidam, nam ſententia continet diſpoſitionē
certam,& verbum *prout* exiſtit caſualiter , & vt
ſententia exequatur neceſſe non eſt,quod conſtet
de ſolutione facta ab anteceſſoribus, nam ex cō-
demnatione ſolutionis rei certæ conſtat iudicem
voluiſſe diſponere , & determinare,anteceſſores
tales ſoluiſſe *Dec. in l.edita nu*.86.*C.de edend.* &
ibi *Bologn.nu*.142.*Boer.dec*.16.*nu*.1. *& ſeqq.Pur-*
ladoe.lib.2.*rerum quotid.cap.fin*.1.*p.§*.12. *num*.39.
Vel ſi dicat *ſoluas centum prout ſolutum eſt* , nec
oportet aliquid probare *Curt.conſ*.79. *nu*.3. *Vil-*
lalob.lit.S.nu.46.*Caroc.except*.105.*nu*.22.
56 Sed quando ſententia non decidit quantitaté,
tempus,nec rem certam , ſed eſt mere relatiua
dicens:condemno te ad ſoluendum, vel faciendū
aliquid , prout anteceſſores tui ſoluebant,vel de-
bebant ſoluere,vel facere,tunc ſententia hæc cō-
demnationem non continet , & neceſſe eſt,quod
verificetur, quod anteceſſores tenebantur facere,
vel ſoluere,vt probatur *in cap. abbate* 25. *§.præ-*
terea de verb.ſignific.Bolognet.in d.l.edita nu.142.
C.de edend.Barboſ.de diction.dict.296.*nu*.11.
57 Sic ſententia referens ſe ad acta , dicendo:cō-
demno te ad ſoluendum,pro vt in actis probatur,
non exprimendo quantitatem,nihil diſponit *Fe-*
lin.in cap.2.*col*.5.*de reſcript.num*.11. *Bolognet.ſupr.*
nu.142.*verſ.& ſicut in ſimili Barboſ.dict*.187. *nu.*
9.*&* 10.
58 Prout dicimus de conceſſione Principis di-
centis:*concedo tibi quidquid iuris habeo in tali Ca-*
ſtro,vel *do tibi priuilegium,prout tui maiores vſi ſūt*,
quod talis conceſſio eſt imperfecta, & incerta,
& nihil operatur non conſtito de iure conceden-
tis,vel vſu maiorum *l.ſi ſic §*.1.*ff. de leg*.1. & ibi
Bar.Paul.Alex.Iaſ.& Bal.Olstead.conſ.164.*Loffred.*
conſ.36.*nu*.1.*Surd.conſ*.127.*nu*.29.*&* 50.*& conſ.*
135.*nu*.48.*lib*.1.*Lanar.conſ*.41.*nu*.9.*Cancer.lib.*
3.*var.cap*.13.*nu*.244.*& ſeqq. Mier. de maior.p*.1.
qu.64.*nu*.24.*&* 25.*in* 2.*edit.*
59 Et de relatione ad aliquod, quod non ſit de
futuro,ſed de preterito,de quo non conſtet,quod
ſtet conditionaliter,& limitatiue,& ideo ſenten-
tia nihil operetur non conſtito de illo præterito
Alex.conſ.46. *num*.9.*lib*.1. vbi dicit de dictione
Prout in ſententijs , & alijs diſpoſitionibus *Dec.*
conſ.46.*num*.6. loquens in relatione teſtamenti,
quæ in tranſactione ſit, quod ſi tranſigentes aſſe-
rant , tranſigere ſecundum formam teſtamenti,
tranſactio eſt limitata ad teſtamentum , & ideo
non extenditur vltrà quod in teſtamento conti-
netur,ſequitur *Cancer. lib*.3.*var. cap*.3.*num*.223.
Barboſ.dict.296.*num*.4.*Mier.p*.1. *qu*.64.*num*.4.*&*
ſeqq.2.*edit.*
60 Id verò quod diximus *ſup.*verſ.*ſi ſententia*,in-
telligitur,quod ſententia,ſeu alia diſpoſitio ſe ad
aliam referens limitatur , ita vt nihil cenſeatur
diſponere,niſi quatenus in diſpoſitione relata cō-
tinetur , atque ita ſi in ea minus plenè relatum
continetur , vel nihil eius,quod refertur,diſpoſi-
tio limitari debeat,aut euaneſcat, vt ſingulariter
dicit *Dec.in d.l.edita nu*.326.*C.de edend.*vbi ex-
plicat doctrinam *Bar.in l.cum qui §.Iulianus ff.de*
*conſtit.pec.*de ſententia, quæ condemnat vt ſolua-
tur vnum par caponum, pro vt anteceſſores ſol-
uerunt,eam reſtringit,& limitat,vt non procedat
ſi probetur anteceſſores non ſoluiſſe vnum par
caponum,vel minus ſoluiſſe , vel alio modo,quā
in ſententia continetur,quia tunc ſententia quā-
tis

Digitized by Google

uis contineat certam condemnationem,debet re-
ſtringi , & limitari ad id,quod ſolitum erat per
maiores ſolui,nam ſententia ad factum à maiori-
bus præſitum reſtringitur , & in plus illos con-
demnari noluit,nec quod verba , quamuis certa,
& clara,ad aliam rem extenderentur , *idem Dec.*
conſ.63.nu.6.Cancer.var.lib.3.cap.3.num.226.&
227.Ant.Amat.reſol.42.nu.54.lib.1.Barboſ.dict.
296.nu.6.& dict.358.nu.9.
61 Sic etiam ſi ſententia dicat ,quem exemptum,
iuxta tale priuilegium conceſſum per talem
Principem,non cenſetur pronunciata ſimpliciter
exemptio,ſed iuxta tale priuilegium , *Rota Rom.*
dec.40.p.2.diuerſ.& quamuis poſſit dici,quod di-
ctio *iuxta* poſita in diſpoſitione certa , & prolata
in materia,cuius natura ſit diſponere , qualis eſt
ſententia,non ſtet relatiuè,& reſtrictiuè,ſed cau-
ſatiuè *nu.4.5.6.* Reſpondet *Rota* has doctrinas
procedere quando de relato non couſtat, vel nō
apparet , ſecus verò quando conſtat, quia tunc
verba diſpoſitiua ſententiæ debent limitari , &
reſtringi ad relatum , & aliter non diſponunt,&
per *totam deciſionem* latè hæc fundatur concluſio,
quam ſequitur *Seſſ.dec.154.nu.23.& ſeqq.par.2.*
Barboſ.dict.187.nu.9.& dict.294.nu.6. Salgad.de
*reg.protect.par.4.cap.11.nu.38.& 42.*latiſſimè *No-*
guerol.alleg.27.nu.41.& ſeqq.
62 Quo verò ad Sententias in cauſis criminali-
bus , eſt ſciendum non eſſe neceſſario poni pœ-
nam in condemnatione,cum ſufficiat , ſi declara-
tum ſit,reum commiſiſſe delictum,cum tunc talis
Sententia teneat *Bar.in l.ſi re C.de infam.* puta
dicendo *Talem hæreticum*,vel *læſæ Maieſtatis reum*
declaramus Carthar.de execut.ſent.cap.fin. nu.303.
ea ratiōne quia ſat eſt quod Sententia declaret
factum , quando lex ſuper tali facto certam pœ-
nam impoſuit.*Vant.de nullit. ex defect. iuriſd.nu.*
93.Caualc.de Brach.reg.p.4.nu.285. verſ.& iudex
vbi ſubdit quod poteſt tunc declarare Iudex
quod intellexerit de pœna , pro vt de iure,vel à
ſtatuto impoſita eſt,quod talis ſententia ſit bona
& ſit executioni demandanda,adducitur *tex. in*
l.1.§. nam ſi quidem ff.ad Turpill. vbi *DD. Ant.*
Gomez tit.de delict.cap.13.nu.31.R.Roaſt.in prag.
3.nu.21.de milit.Scialoya de foriudic.cap.12.n.14
63 Eſt verum, quod ſi Iudex condemnauerit ali-
quem ad mortem,& non expreſſerit qualitatem
mortis, poterit poſteà declarare de qua ſpecie
mortis intellexerit,vel in dubio refertur ad pœ-
nam mortis inflictam per ſtatutum *Caualc. de*
*brach.reg.p.4.num.284.circa fin.*maximè ſi Iudex
64 ſit ſupremus *ibidem*. Et in omni alia ſententia
taliter dubia,quod non poſſit exequi , niſi ſecuta
declaratione iudicis,dicit *Chartar.de execut.cap.*
fin.nu.305.
65 Si vero ſententia certam pœnam non conti-
neat , ſed tantum reperiatur in ipſa ſententia ,
quod bannitus fuit maleficio condemnatus in
ære,& perſona , ſi de executione ipſius ſententiæ
tractetur, iſte bannitus poteſt decapitari vigore
d.ſententiæ, quia pœna perſonæ intelligitur in
ſuo potiori ſignificatu , de pœna mortis,ſi tamen
cauſa,& delictum tantam pœnam mereatur , cū
ex genere cauſæ , genus pœnæ metiendum ſit
*Chartar.ſup.nu.274.*vbi *num.275.* dicit quod Iu-
dex,qui protulit talia verba,poteſt illa interpre-
tare,& declarare , nam Iudex lata ſententia po-
teſt verba dubia declarare *l. actorum verba ff.de*
re iudic. vbi *gl. & DD.* Sed ſemel tantum poteſt
Iudex ſuam ſententiam dubium declarare *Guaz-*
zin. defenſ.35.cap.18.nu.5.
Et id quod diximus,quod in criminalibus,ſuf-
ficit declaratum eſſe delictum fuiſſe commiſſum,
non procedit ſimpliciter, cum delictum cum ali-
quibus circumſtantijs ſit puniendum mitius,cum
alijs,durius,v.g. non ſufficit declarare per ſentē-
tia Titium commiſiſſe homicidium ſimpliciter,
cum poſſit eſſe, vt homicidium ſit commiſſum
fortuito,ad defenſionem &c.ideo declarandum
eſt homicidium fuiſſe commiſſum dolosè,niſi ſē-
tentia ſe referat ad acta , quæ ſunt in proceſſu
Vant. de nullit.ex defect.proceſſ.num.103. Caualc.
d.p.4.nu.286.verſ.ſed quia. Cum ſententia refe-
rens ſe ad acta dicatur clara , & certa *Scacc.de*
iudic.lib.1.nu.5.cap.102.Tuſc.lit.S. concluſ.166.
66 *nu.2.*Imo ad ſaluandam ſententiam poteſt ſumi
relatio ex actis,etiam ſi relatio non eſſet facta
ad acta *Fulgoſ.conſ.143.col.fin.Cuman. conſ.7.nu.*
8.Tuſc.lit.S.concluſ.108.nu.21.
67 Et adeo verum eſt,quod Sententia referens ſe
ad acta ſit valida,quamuis incerta,vt etiam ſi di-
cat Iudex:condemno condemnandum , abſoluo
abſoluendum , pro vt ex actis apparet *Bald.conſ.*
*229.lib.1.Tuſc.lit.S.concluſ.109.nu.2.*Dummodo
68 clarè conſtet ex proceſſu,qui ſit condemnandus,
& qui abſoluendus , alias ſecus *Tuſc. d.concluſ.*
109.nu.2.Alex.conſ.109. in princ. lib.5. vbi *add.*
verb.*certam,idem Tuſc.d.lit.S.concl.138.nu.1.*
69 Et in pœnis arbitrarijs nullus dubitat, requi-
ri expreſſionem pœnæ *Ant. Gomez d.cap.13. nu.*
30. qui ſubdit tutius eſſe in omnibus ſententijs,
tam pro delicto ordinario,vel arbitrario,& ita
dicit in illo Regno practicari, Sed *Caualc.d.p.4.*
70 *num.284.in fin.*dicit in arbitrijs quemlibet poſ-
ſe declarare qualitatem omiſſam , non autem
Sententiam.
71 Valeret etiam Sententia quæ ſe referret ad
ſtatutum,vel bannum *Anchar.conſ.6. nu.3. Char-*
tar.de execut.ſent.cap.fin.num.307. vbi *num.444.*
dicit quod in ea pœna debet fieri executio, in
qua quis eſt condemnatus , nec eſt permittendū,
vt bannitus eligat qualitatem mortis poſt *Ro-*
72 *man.ſing.131.* Sic etiam ſi referat ad diſpoſi-
tionem iuris dici certam ſententiam, dicunt *Bal.*
in conſ.113.circa fin.lib.1. & in l. ancillæ n. 2.ff.
de furtis Maranta in Specul.p.6.act.2.nu.29. Cra-
uett.conſ.323.nu.2. Scacc. de iudic.lib.1.cap.102.
*nu.5.verſ.& in ſpecie.*Ea ratione quia in iure om-
nia ſunt certa.Et ibi *Scacc.nu.6.* reſpondet con-
trarijs *Tuſc.lit.S.concluſ.166.nu.1.*
73 Et *Tuſc.ſub nu.3. d. concluſ.166.* dicit idem
procedere quando Sententia eſt relatiua ad con-
74 ſilium ſapientis, quod declarat *Tuſc.*tribus mo-
dis, primo quando conſilium ſapientis fuit ſcri-
ptum,2.Si Iudex illud legerit 3.ſi conſilium fue-
rat productum apud acta .
75 Eſt verum in Curia Romana hodie non poſſe
Iudices ſe referre in Sententijs ad ſtatuta,ſed de-
beat exprimere pœnas *Guazzin.de defenſ.reorum*
defenſ.35.cap.15.nu.6.in fine.

76 Nec

Digitized by Google

76 Nec valeret ſententia, & Iudex eſſet fatuus ſi condemnaret ad aliquam pœnam, cum clauſula: condemno ad centum,ſaluo, & res eruato,quod ſi condemnatio eſſet in plus,vel minus, quam eſſe debeat ex forma ſtatutorum,illam ex nunc reduco ad debitam quantitatem *Clar. §.fin.qu.93. num.5.Viu.dec.174. in princ.* licet alij relati per *Clar.ibid.* teſtentur de contraria obſeruantia, & *Card.Tuſc.lit.S.concluſ.138. nu.5.* & quod valeat talis ſententia dicit *Mar.Soccin.& alij* relati per *Baiard.ad d.qu.93.nu.14.*

77 Si vero ſententia condemnaret ſimpliciter ad remigandum ſine expreſſione temporis, tunc valeret,nam cenſeretur condemnare per tempus decennij *l.ſine præfinito,*& ibi *Bar.ff. de pœnis Vant.*
78 *hic nu.95.* Et licet adſit *tex.in l.ſeruus C. de pœnis* vbi habetur,quod damnatus ſine præfinitione temporis,cenſetur damnatus *perpetuò.* Tamen quia interprætatione legum pœnæ molliendæ ſunt potius, quam exaſperandæ *l. interpratatione legum ff. de pœnis,* & correctio legum, ne exiſtat facienda eſt interpræatio *Aug. Barboſ. axiom. 60.* Ideo quia dictio *perpetuo*, aliquando etiam ſignificat decennium, vt poſt alios dicit *Catalan. de indult.ampl.10.cap.15.nu.58.*& ſic poſita *in d. l.ſeruus* tale tempus debet ſignificare,& ſic diſpoſitio *d.l.ſeruus* debet concordari cum hoc *tex.in d. l.ſine præfinito,* vt condemnatus indefinitè cenſeatur tantum ad decennium condemnatus *Curtar.de execut.ſent. capt. bannito cap.fin. num.306. Vuſembec.parat.in Pandect. lib.48.tit.19. de pœnis num.7.lit.D.Catal.de Indult.d.cap.15. Franc.Ant. Tranched.conſult.64.nu.1.*

79 Alij autem aliter dixtinguunt,vt diſpoſitio *d. tex.in l.ſine præfinito* procedat in condemnato in pœnam exilij, vel relegationis ad tempus nulla expreſſa quantitate temporis,puta dicendo: Condemno Titium in pœnam exilij, vel relegationis ad tempus,diſpoſitio verò *tex.in d.l.ſeruus* procedat in condemnatione ſimpliciter nulla facta mẽtione temporis,puta dicendo: *condemno Titium in pœnam exilij,* vel *relegationis,* nam tunc cenſetur condemnatus in perpetuum *Caball. reſol.crim. caſ.143.nu.1.& 2.Suar.de Paz.in pract.tom.1. 5. par.cap.3.§.12.num.111.& 112. Card.Tuſc.lit.B. concluſ.15.Farinac.in fragm par.1.* verb. *bannitus num.77.& ſeqq.*

80 Qui omnes loquuntur ſi præceſſit cauſæ cognitio informanda dicta ſententia, ſecus ſi non præceſſit cauſæ cognitio, nam tunc ſi ſit facta ab officiali temporaneo ob aliquem exceſſum, tunc vbi expirauit gubernium, expirat tempus condemnationis *tex.eſt in l.fin.ff. de pœnis,* & ibi *gl. Bal.Butrig.& Io:Fab. in l.1.C.de poſtul. & in cap. ex litteris de conſtit.Bal.nu.11.Dec.nu.41. Butr.nu. 17.Franc.Marc.dec.361. nu.fin.par.1. Catal.d.c. 15.nu.156.*benè *Tranched.d.conſult.64.n.4.& 5.*

81 An condemnatio exilij ad voluntatẽ Iudicis, vel Principis,valeat, & per mortem illius expiret exilium,diſputant *Gomez. var.tit.de delict.c.8. Caball.d.caſ.143.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia non debet eſſe conditionalis, & quando poſſit eſſe,& d num.2. ad num.36.*
37 *Si Iudex voluerit abſoluere, & condemnauerit, an dicta ſententia ſit valida? & nu.38.39.*
40 *An Iudex poſſit declarare dictum ſuum animum.*

Sententia conditionalis, an ſit valida? & an Iudex poſſit declarare,mentem ſuam fuiſſe alitèr quam ſcriptum eſt in ſententia?

QVÆSTIO XXV.

1 EAdem ratione Sententia conditionalis eſſe non debet, quia per illam quęſtio propoſita de præſenti non determinatur, ſed iudicium in pendenti remanet,contrà *tex.in l.non quę admodum ff.de iudic. & l.1.§. fin. ff.de vſuris,* vbi dicitur quod tractus futuri temporis ad iudicem non ſpectat *Nig. de execut. rei iudic.c.6.§.15.nu.2.*

2 Aliqui faciunt dixtinctionem inter conditionem extrinſecam,& intrinſecam,& aliqui volũt, quod conditio extrinſeca vitiat ſententiam: *Oſaſch.dec.146.Gabriel.tit.de ſent.concluſ.1.n.2.verſ. contrarium,* Tamen verior,& communior opinio eſt,quod mero iure valeat, ſed bene poſſit per viã appellationis retractari,& reuocari, *Ant.de Butr. conſ.50.nu.2.*vbi *apoſtill.*verb. *conditionis Gabriel. d.concluſ.1.nu.2.in princ. & num.3.* ſiue conditio extrinſeca ſit de natura negotij, de quo agitur, ſiue non *Oſaſch.d.dec.146.nu.6. & ſeqq.* vbi contrarijs reſpondet *Card.Tuſc.concluſ.108. num.13. Scacc.de iudic.lib.1.cap.102.ſub nu.5.* verſ.*& dato,quod*. Dicitur extrinſeca, quæ in aliquo actu extrinſeco interponitur,qui nullam cum materia ſubiecta,habet conformitatem, veluti:*ſi nauis ex Aſia venerit,Oſaſch.&Tuſc.ſup.Tap.dec.1.n.28.*

3 Si vero ſententia fuerit lata ſub conditione intrinſeca. Et tunc DD. verius dixtinguunt pro reſolutione,Aut ſententia eſt lata ſub conditione de pręterito,aut de pręſenti,& valet.pro vt ſi diceretur,*quatenus probetur, vel probatum ſit; te condemno,vel abſoluo Oſaſch.d.dec.146.nu.9. & ſeqq. Tuſc.d.concluſ.108.nu.14.Caroc. de except.except. 105.num.14.* Vel quatenus non adſint mobilia aſſignamus tibi immobilia, vel quatenus legitimum tutorem non habeas,tibi talem decernimus, nam his,& ſimilibus caſibus, valet ex quo conditiones huiuſmodi de pręſẽti,vel de pręterito actũ non ſuſpendunt, vt in *l.cum ad præſens cum l.ſeq. ff.ſi cert.petat.Nig.vbi ſup.nu.12.& ſeqq.& nu.15. Galganet.de condit.par.2.cap.1.qu.59. nu.4.Caroc. except.105.nu.1.Cacher.dec.146.nu.10. Borrell.in ſumma dec.tom.2.tit.30.de ſententia diffin.nu.201.* Vel ſi dicat: *abſoluo Titium ſi ex actis apparet eſſe abſoluendum,condemno ſi apparet eſſe condemnandũ Dec.conſ.618.Muta in cap. regni Sicil.119. in adnot.lit.N.*

4 Ideo ceſſante ratione legis, ſententia valebit, vt tenet *gl.*in verb. *capiantur in 3.ſolut. in l.à diuo Pio §.in venditione,* & ibi *DD. ff.de re iudic.l.qui teſtamento ff. de excuſat.tutor. Innoc.in cap.6. perpetuus de fide inſtrum.*dum voluit,quod ſi ſenten-

tia occultaretur, Iudex pronunciare poſſet hoc modo videlic. *Quatenus ſententia taliter lata nullo vnquam tempore appruerit, eam confirmo &c.* vel *infirmo*, pro vt ſibi videretur, ſequitur *Iaſ. in d. §. in venditione Rota dec. 409. in nou. Guid. Pap. q. 245.* licet non deſint qui dicant non valere, ſed per appellationem retractari *Rip. in l. à diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic. Magon. dec. 73. nu. 19.*

5 Et hoc caſu, quando ſcil. ſententia ſub conditione de præſenti, vel præterito lata reperitur, ſiue conditio huius modi fuerit pertinens, ſiue impertinens. puta: *abſoluo te ſi Imperator fuit, vel eſt in Italia &c.* indiſtinctè valebit, per regulam *l. 1. §. biduum*, & ibi *DD. ff. quand. appell. ſit Nig. de execut. rei iudic. cap. 6. §. 15. num. 10.* quidquid dicat *Bal. in addit. ad Spec. tit. de ſent. col. 2.*

6 Sed ſi in ſententia conditio de futuro apponeretur, tunc ſi eſt pertinens, & negotio, de quo agitur, adhereat: *puta condemno te ad centum, quæ ſi intrà triduum non ſolueris, condemno te in amputationem manus* ſententia huiuſmodi valebit, cum ſolummodo lata ſit contrà ius partis *Bal. in l. cum Iudex in fin. C. de ſent. & in l. 3. col. penul. C. ex quibus cauſ. infam. Bar. in l. 2. ff. de publ. iudic.*

7 Aut ſi dictum ſit: *abſoluo te ſi ita iuraueris &c.* quo caſu ſi iuretur incontinenti, ideſt ante quam ad actus extraneos diuertatur, ſententia valebit per *tex. in l. generaliter in fine princ. C. de reb. credit. Angel. in l. quemadmodum ff. de iudic.* nam talis conditio negotio pertinens dicitur intrinſeca, & quaſi ineſſe videtur, & ſi in continenti fuerit adimplebilis non vitiat, vt ibi per *eos*, diximus *hic infrà.*

8 Idem erit, ſi diceretur: *condemno Titium ad relaxandum talem domum Sempronio illius vſufructuario, ſub conditione, ſi ipſe vſufructuarius cautionem præſtiterit &c.* talis ſententia valeret ſecundum *Caſtr. in fin. C. de vſufr. Dec. conſ. 415. col. fin.*

9 Vel condemno Titium ad relaxandum talem domum Sempronio, ſolutis per ipſum Sempronium meliorationibus ſuper illa factis per dictum Titium, nam talis ſententia valet, ſed tota difficultas eſt, an debeat prius liquidari, & ſolui pretium meliorationum, & deinde exequi ſententia, vel debeat prius exequi, & deinde liquidari, & ſolui? Quod debeat prius liquidari, facit, quod illa verba *ſolutis* importent ablatiuum abſolutum, & ſic conditionem *Peguer. dec. 181. nu. 3. Franch. dec. 620. num. 4. Seſſ. dec. 31. num. 8. Surd. dec. 168. num. 11. Farinac. dec. 189. num. 3. & 4. poſt mille Giurba dec. 60. num. 12.* Et conditio prius debet impleri, quam locum habeat diſpoſitio *l. filio fam. ff. de condit. & demonſtrat. l. legatum C. de condit. inſert. Seſſ. dec. 50. num. 16. Menoch. conſ. 131. num. 1. conſ. 134. nu. 5. conſ. 644. num. 6. conſ. 1111. nu. 69. Cartar. dec. 69. num. 2.* alij apud *Giurb. ſup. num. 13.* Nec competit actio ante liquidationem, & probationem *l. neceſſario ff. de peric. & commod. rei vendit. Barz. dec. 90. num. 4. Peregr. de fid. art. 63. nu. 9. Giurb. ibid. nu. 13. & ſeqq.* vbi alia ponit *Ant. Fab. in C. lib. 7. tit. 20. de execut. rei iudic. def. 12.* in terminis *Ciriac. controuerſ. Tap. dec. 4. n. 9. 10.*

10 Sed quod distinctione debeat reſolui hæc quæſtio, verior eſt ſententia, aut retentionis exceptio incontinenti probari poteſt, vt quia iam in proceſſu eſt probata, & altiorem non requirit indaginem, & ſuperſederi tunc debet in executione ſententiæ. Aut prædicta incontinenti probari nequeunt, nec in proceſſu adhuc probata exiſtunt, ſed maiorem requirunt indaginem, & tunc præſtita prius idonea cautione per partem, quæ ſententiam obtinuit, illam exequetur, citrà præiudicium cauſæ liquidationis in ea reſeruatæ *Peguer. d. dec. 181. num. 4.* de praxi Regni Siciliæ, *Milan. dec. 10. num. 75. & 76. lib. 1.* iuris eſſe probat *tex. in auth. quæ ſupplicatio C. de precib. Imper. offer. Afſl. dec. 387. Caualc. dec. 27. num. 48. p. 2. Cart. dec. 15. num. 24. Rot. Auen. dec. 124. nu. 11. Cancer. var. lib. 2. cap. 3. num. 52. in fin. & lib. 3. cap. 17. nu. 499. Peregr. de fideicommiſſ. art. 50. num. 81. 82. 83. Contard. in l. 1. q. 24. nu. 12. C. ſi de momen. poſſ. Caphal. conſ. 769. num. 76. Ferrer. 3. p. obſeruat. c. 345.*

11 & quod poſſit exequi ſententia, non obſtante clauſula: *deductis* dicunt *Put. dec. 472. lib. 2. Rota dec. 659. num. 2. p. 1. dec. 112. in fine, & dec. 120. p. 2. Caualc. dec. 44. num. 66. & 67. p. 1. dec. 32. num. 1. & ſeqq. p. 2. Cartar. dec. 15. n. 20. & 37. Rauenſ. dec. Piſan. 16. num. 201. & 202. & dec. 31. nu. 305. & conſ. 10. num. 171. vol. 1. Pacific. de Saluian. inſpect. 2. c. 2. num. 200. Contard. ſup. nu. 20. Triuſ. in rit. Neap. 173. n. 5. Manent. dec. 64.*

12 Et licet verum ſit, conditionem ſuſpendere executionem actus *ad tex. in l. cum ad præſens, & l. ſeq. ff. ſi cert. petat. l. conditiones l. cedere diem ff. de verb. ſignific. Tuſc. lit. C. concluſ. 579. Milan. dec. 1. num. 363. lib. 1.* Tamen nos ſumus non in conditione ſuſpenſiua, ſed in reſolutiua, quæ non impedit actum eſſe purum, neque ſuſpēdit, ſed ſuſpenditur *l. 2. ff. de in diem adiect. Bar. in l. quibus diebus §. quidam 2. ff. de cond. & demonſtrat. Milan. ſup. Tuſc. d. concluſ. 579. Cartar. dec. 49. num. 6. Peregr. de fid. art. 43. num. 14. 20. 21. Galgan. de condit. p. 2. cap. 1. q. 88. num. 10. Magon. dec. Flor. 1. num. 9. Surd. de alim. tit. 5. q. 4.*

13 Et ſic inſtrumentum licet in conditione ſuſpenſiua non poſſit exequi *Decian. conſ. 401. n. 1. Caball. conſ. 113. nu. 2. 4. 6. & alij apud Giurb. dec. 60. num. 14.* Tamen in conditione reſolutiua bene poteſt *Decian. conſ. 8. num. 71. Cartar. dec. 49. num. 6. 7. Menoch. conſ. 388. num. 25. Caualc. de tutor. n. 263. Tiraq. lib. 2. retract. §. 2. gl. 1. nu. 74.* latè *Giurba d. dec. 60.* vbi deciſum refert.

14 Secus eſſet ſi in dicta ſententia eſſet clauſula *ſolutis* prius *meliorationibus*, nam tunc ſumus in claris, quod debent prius ſolui meliorationes, & deinde exequi ſententia *Peregr. d. art. 50. n. 81.*

15 Et in caſu, quo deducenda ſunt aliquo modo liquida, verum res reſtituendæ excederent longe valorem deducendorum, tunc fit relaxatio, & reſtitutio rerum, relictis condemnato aliquibus proprietatibus æquiualentibus circum circa valorem deducendorum, vt retineat donec in iudicio liquidationis dicta iura fuerint liquidata *Garz. de expenſ. & meliorat. c. 6. num. 19. poſt princ.* & ità deciſum refert *Cancer. d. c. 17. n. 507.*

16 Valet etiam ſentētia ſi Iudex dicat, condemno Titium in centum ſaluo meliori calculo, & poteſt ante reuiſionem calculi exequi *Caſtr. conſil. 429. lib. 1. Veſtil. dec. 205. Bar. in l. Iudex poſt quam in fine ff. de re iudic.* dicit, quod ſi Iudex condem-

nec

net reum in certa quantitate adiecta clauſula pluris,vel minus iuxta formam ſtatutorum ;talis ſententia eſt pura, & exequi poteſt.

17 Idem ſi fuiſſet dictum. *Condemno te in eo quod probabitur*, quia talis ſententia non contra ius conſtitutionis , ſed contra ius litigatoris prolata videtur,actore namque intentionem ſuam non probante, reus abſolui debet *l.4. C.de edend.cap. vnic.vt Eccleſ.ben. Nig.d.§.15.n.13.*

18 Quamuis in iſto caſu valeat ſententia *DD.* adinuicem altercantur, vt per *Alex.in d.§.in venditione , & in l.qui Romæ §.augerius ff.de verb.obligat.Bal.in l.prolatam C.de ſent. & in l.peremptorias col.5.C.ſentent.reſcind.non poſſ.& in l.1. C.qui accuſ.non poſſ* vbi dicit hoc verum eſſe, quando inſtantia labitur , & Iudex non pronunciando pœnam incurreret. *Felin.in cap.quo ad conſultationẽ in princ.de re iudic.*

19 Sed quod ſententia iſto caſu non valeat,tenet *Bar.* poſt *gl. & Bal.ibi in d.l.cum Iudex C.de ſent. Caſtr.in l.continuus in princ.ff.de verb.obligat.* vbi dicunt,quod ſententia ſub conditione intrinſeca lata valet, dummodo incontinenti impleatur , vt eſt probatio per iuramentum, vel ſi feratur ſuper fructibus, expenſis, intereſſe , & acceſſorijs *Gabriel d.concluſ.1.num.22.& ſeqq.Tuſc.d.concl.108. num.22.& ſeqq.Caroc.d.except.105.n.16.*

20 Cum ordo iuſtitiæ,ac ſollemnitatis iudiciorũ hoc modo præpoſteretur , nam prius liquere debet id de quo quis pronunciare debet, & præcedere cauſæ cognitio, vt diximus *ſup.* & conditio iſta de iure eſt impoſſibilis , cum probationes poſt concluſionem in cauſa , & ſententiæ prolationem recipi non poſſint *cap.paſtoralis de except. l.peremptorias C.ſent. reſcind.non poſſ.* Et ſic cum peruertatur ordo iudicij,ſententia , & proceſſus non valebit,quoniam cauſæ cognitio ſubſtantialis eſt,& vitiat,ſi omittatur,vt diximus *q.4.* hanc opinionem tenet *Alex.conſ.73.in fine lib.3.Oſaſc. deciſ.146. num.11. & ſeqq.* vbi rationes adducit *Apoſtill.ad d.conſ.50.Ant.de Butr.Card Tuſc.d.concluſ.108.num.15.* licet *ibi* ſubdat poſt *Oſaſcb.* etiã iſto caſu ſententiam mero iure valere , licet per appellationem reſcindatur.

21 In actu practico hęc ſecunda opinio eſt amplectenda,vt dicit *Gabriel d.concluſ.1.num.17. in fine,*vbi limitat iſtam opinionem communem, quando ex iuſta cauſa , ità pronunciat referens ſe ad probationes de futuro, quia inſtantia labitur , & probationes expectantur de longinquis, remotis partibus licet *ibi* referat contrarium tenentes. *Carot.ſup.*

22 Si verò conditio habens tractum de futuro, foret impertinens, puta : *condemno te,ſi nauis ex Aſia venerit,*vel *te abſoluo ſi Imperator venerit in Italiam &c.* tunc conditione huiuſmodi reiecta ſententia firma remanebit ſecundum *gl. Cyn.Bar. Salyc.in d.l.cum Iudex gl.Bar.Ang.& Caſtr.in d.§. biduum, & in d.§.in venditione* , vbi hoc idem tenent *Alex. & Iaſ.d.§. in venditione, Alex.conſil. 73.col.fin.lib.3.Galganet.de condit. & demonſtrat.*
23 *p.2.cap.1.q.59.n.1,*quamuis ſententia huiuſmodi, ſi aliter ex proceſſu non iuſtificaretur per viã iuſtitiæ,à iudice appellationis reuocari deberet *DD. vbi ſup.Cacher.deciſ.146.ſub num.6. Vant.hic n.113.Portius commun.opin.lib.4.concl.9.*

24 Verum *Bal.in l.non dubium in 3.oppoſit. C.de leg.* tenet ſententiam non valere , ex quo ſuper hoc non fuerat ceptum iudicium , Si verò in iu-
25 dicio de hoc diſputatum fuiſſet ſententia valeret ſecundum *Bal.vbi ſup.vt in add. Spec.tit.de ſent.col.3.in princ.*

26 Quæ intelligenda ſunt,niſi conditio poſita eſſet falſa , quia tunc detecta falſitate ſententia ad eam delata indiſtinctè non valeret per *tex.in d. l.qui teſtamento ff.de excuſat.tutor.Alex.d.§.in venditione col.8.Nig.de execut.rei iudic.cap.6.§.15.n. 9.Galganet.de condit.p.2.c.1.q.59.n.5.Caroc.d.except.105.n.10.*

27 Aut niſi conditio eſſet impoſſibilis, quia talis reddit ſententiam ipſo iure nullam , *l.fin.ff.quæ ſent.ſine appell.reſcind.Felin.in cap.ad conſultationem col.2.in fine de re iudic. Alex.in d.§. in venditione Coſta ſelect.interpret.lib.1.cap.8.num.5.& 6. Galganet.de condit.p.2.cap.1.q.59. in fine Nig.de execut.rei iudic.d. cap.6. §.15. num.7.Vincentius Caroc.ſup. num.11.* Vel valde difficilis. *Nig.vbi ſup.n.8.*

28 Idem ſi eſſet decretum trahens ſecum executionem, vt puta decretum tutelę, curæ, vel ſimilium,in quibus procedit regula:*actus legitimi &c. de reg.iuris, & l.& ſi conditionalis ff.de auth.tutor. Caroc.ſup.num.13.* Et ideo ſi conditio in tali-
29 bus apponeretur,actus peccaret in forma , ideo non valeret *l.muto §.ſi ſub conditione ff. de tutor. d.l. & ſi conditionalis Nig.de execut.rei iudic. c.6. §.15.num.6.Galganet.de condit.p.2.cap.1. q.59.n. 2.*

30 Si vero eſſet alia interloquutoria , quæ executionem ſecum non traheret,conditio illa non vitiaret *gl.in d.§.in venditione in verb. interloqui,* & in verb.*capiuntur in 2.ſolut.gl.fin.in l.ea quæ C. ſi mancipium,ità fuerit alienatum,* vbi dicit decretum citationis valere,ſi fuerit dictum : *comparens ſi nuntium miſiſti , vel ſi tua intereſſe putaueris &c. alioquin &c.*

31 Valeret ſententia,ſi conditio intrinſeca de futuro eſſet neceſſaria,vt ſi dicat Iudex : *condemno ſi fueris condemnatus in conſilio Sapientis* , vel *abſoluo,vt in d.conſilio Caroc.d.except.105. num.21. Gabriel d.concluſ.1. num.30.* vbi *num.31.* limitat pluribus modis,pro vt etiam *Tuſc.d.concluſ.108. nu.18.* Vel ſi diceret contrà contumacem : *quod ſi deuenerit in fortijs Curiæ debeat decapitari* , nam ſi poſt 50.annos deuenerit in poſſe Curiæ ſententia poſſet exequi *Bal.in l.data opera ſub n.58.* verſ.*ſed pone C.de his qui accuſ.non poſſ.Curtar.de execut.ſent.c.fin.nu.313. & ſeqq. Caball.caſ.239. num.3.Foller.rubr.captis foriudic.n.7.*

32 Si ſit lata ſub conditione reſolutiua magis cõmunis opinio eſt , vt dicatur nulla ipſo iure *Gabriel d.concluſ.1. num.13.* vbi ponit tres limitationes *Tuſc.d.concluſ.108.*ad materiam eſt *Couar. var.lib.2.cap.10. Guazzin.defenſ.35.cap.16. Ca-*
33 *roc.d.except.105.num.12.* Valet ſententia Principis conditionalis *Crot.conſ.148.num.6.Cacher. d.dec.146.n.19.*

34 Si vero ſententia ſub modo proferretur , ex quo modus non ſuſpendit , ſed ex eo naſcitur actio,valeret.pro vt ſi diceretur:*abſoluo te, ità vt releues indemnem talem* , vel *vt pretium reſtituat empto-*

emptori, vel *pro vt conſueuerunt facere anteceſſores mei*, & ſimilia, nam per talia verba ſententia non cenſetur conditionalis, neque ſuſpenditur *Bar. in l. cum, qui* §. *Iulianus* per illum *tex. ff. de conſti. pec. gl. & DD. col. fin. & alij in cap. quoniam Abbas de offic. deleg. Idem Bar. in l. 1. ff. de condit. & demonſtr.*
35 *Carot. except.* 105. *num.* 8. Talia verba, ſeu clauſulæ, non faciunt conditionem, ſed caſualiter ponuntur, vt declarat *Boer. dec.* 16. Si verò modus in
36 ſua forma non ſeruaretur, videretur quis ſententiæ renunciaſſe, vt *in l. cum eorum*, & ibi *gl. & DD. C. de ſent. & l. non nunquam ff. de collat. Bal. in add. ad Spec. tit. de ſent. col.* 2. *verſ. ſuper hoc.*

37 Si Iudex voluit abſoluere, & in Sententia cõfitet, quod condemnauit, ipſa Sententia eſt ipſo Iure nulla, cum aliud egerit, quam mente cogitauerit. *gl. in l. quia arbiter ff. de arbitr. Federic. de Senis conſ.* 51. *& conſ.* 204. *Anchar. conſ.* 180. *nu.* 3.
38 & Sententia non operatur vltrà intentionem Iudicis. *Bar. in l. penult. in fin. ff. de tranſ. empt. Tuſc. concluſ.* 139. *num.* 1. *& ſeqq. lit. S.* vbi *ſub n.* 3. ſubdit poſt *Federic. de Senis conſ.* 59. id verum eſſe, quando conſtat in actis de mente Iudicis aliter, quàm expreſſerit in ſententia, ſecus ſi aliundè.
39 Et dicitur apparere ex actis, quando aliquam cauſam in ſententia expreſſit, quæ non ſit apta, nec vera ad Sententiam ſubſtinendam, & ex alia etiam cauſa ſubſtineatur. *Gemin. conſ.* 53. *num.* 15. *verſ. non obſtat Guazzin. defenſ.* 35. *c.* 8.

40 Sed difficultas hic eſt, an Iudex poſſit poſt ipsã latam, declarare ſuam intentionem fuiſſe aliter, quam in ſententia eſt expreſſum, nam dum voluit condemnare, abſoluit, vel è contrà? Et reſolutiuè dicimus non poſſe, vt fundat *Franc. dec.* 398. *nu.* 5. *&* 6. Et iſto caſu Iudex debet habere recurſum ad Superiorem, vt prouideat de opportuno remedio, ſequitur *Caball. caſ.* 133. *num.* 9. *& ſeqq. Farinac. conſ.* 30. *ſub num.* 59. *& q.* 11. *num.* 32. An, & quando Iudex poſſit declarare ſententiam per ipſum latam, diſputat *Guazzin. defenſ.* 35. *cap.* 18. *Franchis dec.* 85. vbi addentes, lariſſimè *Scacc. de ſent. & re iudic. gl.* 14. *q.* 17. *Caſtil. dec.* 58.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia debet eſſe conformis libello, & n.* 2. 3. 4.
5 *Limitationes huius concluſionis, & a n.* 6. *ad n.* 45.
46 *Sententia lata ſuper conuentione, & non ſuper reconuentione, an valida, & an quando non diffiniat totum? & à n.* 47. *ad n.* 55.

An ſententia debeat eſſe conformis libello, & an lata ſuper conuentione, & non ſuper reconuentione ſit valida, & an debeat diffinire totum?

QVÆSTIO XXVI.

1 IDeo ſi eadem Sententia non eſſet conformis controuerſiæ, & petitioni partium dici non poſſet, quod illam dirimeret, & diffiniret, & propterea non valeret; quaſi quod Iudex extrà interrogata reſpondiſſet, ad *tex. in l. vt fundus ff. commun. diuid. l. fin. ff. de fideicommiſſ. libert. cap. licet helis de Simon. cap. ſæpè verſ. verum quia de verb. ſignific. cap. qualiter el 2. de accuſat. Caroc. poſt alios de except. except.* 129. *Reg. Marin. lib.* 1. *cap.* 312. *Matth. Betlech. deciſ.* 87. *num.* 14. *&* 15. *Card. Tuſc. lit. S. concluſ.* 135. *Neg. de executor. iudic.* 6. §. 10. *num.* 3. *Scacc. de ſent. & re iudic. gl.* 14. *q.* 16. *num.* 1. *& ſeqq. Pellegr. in praxi p.* 4. *ſect.* 3. *ſubſect.* 1. *num.* 73. *Surd. deciſ.* 295. *num.* 21. Quod ad eo, verum eſſe dicunt, quod libellus debeat inſeri in ſententia *Scacc. gl.* 9. *num.* 31. Sed non ſit nulla ſententia ſi non inſeratur *Scacc. d. q.* 16. *num.* 7. 8. *Reg. Capyc. Latr. dec.* 160. *D. Moderno cent.* 12. *Caſar. q.* 27.

Ratio eſt etiam quia Iudex iudicans in his, quæ in libello non continentur, exercet poteſtatem vltrà illud, quod in iudicium deductum eſt, & ſic fatuus eſt *Surd. dec.* 295. *num.* 20. *Scacc. ſup. num.* 1. *Borrell. in ſumma deciſ.* [illegible] *n.* 2 [illegible]
2 Quæ concluſio ſecundum aliquos procedit nō ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus *Prolyn. in cap. hely de Simon. Guazzin. defenſ.* 35. *c.* 2. *num.*
3 1. *Mand. conſ.* 64. *nu.* 18. *& ſeqq.* Et procedit etiam in arbitratore, qui non poteſt arbitrari, nec laudare vltra petita, *Bal. in l. fin.* §. *ſed ſi quis col.* 3. *C. commun. de legat. Ang. conſ.* 118. *col. penul.* Et nulla
4 la eſt ſententia de eo, ſuper quo lis non eſt conteſtata *Bal. in l.* 2. *col.* 2. *C. de plur. vn. ſententi. Alex. conſ.* 171. *col.* 2. *in fin. vol.* 6. *Surd. d. dec.* 295. *nu.* 2. *Scacc. d. q.* 16. *n.* 1. *Menoch. conſ.* 345. *nu.* 35. 31. 33. *lib.* 4. *Caſtill. lib.* 5. *contr.* 104. *n.* 32.
5 Eſt tamen verum plures hanc concluſionem habere limitationes, quarum prima eſt in cauſis, vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta *gl. in l. fin. ff. quæ Sent. ſine appell. reſc. Bal. in l. fin. C. de fideicommiſſ. libert. Caroc. de except. d. except.* 129. *nu.* 28. *Gramm. dec.* 19. *num.* 7. *& ſeqq. Caſtill. deciſ.* 37.
6 *num.* 5. Prout eſt in noſtris Tribunal. Neap. vigore *cap. incip. Deſeſtantes* inſertum *in rit. M. C. V.*
7 288. Vel vbi ſententia fuerit lata in re æquipollenti petitioni, vel ſi ageretur de his, quæ fiunt poſt litem conteſtatam, quia in his vltra petita Iudex pronunciabit *Gram. dec.* 19. *Tuſc. lit. S. concl.* 135.
8 Limitatio 2. eſt ſi poſt libellum porrectum reus confiteretur, nam tunc attenditur confeſſio non petitio. *Innoc. in cap. qualiter. el* 2. *de accuſat. gl. in l. præſens* §. *notandum ff. ad l. aquil. Caroc. d. except.* 129. *num.* 33. *&* 60. *Dom. Prat. obſ.* 67. *n.* 16. *Nitta conſ.* 634. *Marant. conſ.* 34. *nu.* 12. *Afflict. dec.* 28. *num.* 6. dummodo Iudex id exprimat in ſententia, dicendo ſtante confeſſione coram nobis facta, alias non poſſet *Danza de pugna DD. tom.* 2. *tit. de ſent. confor. libello n.* 27. *&* 28.
9 3. In Cauſis Criminalibus, ea ratione, quia in libello accuſatorio non requiritur concluſio, & quamuis delicta non petantur in libello, delicta ſunt punienda, quomodocumque appatuerint *c. ecce autem* 23. *q.* 5. *Abb. in cap. qualiter num.* 6. *de Sent. & re iudic. Caroc. d. except.* 129. *num.* 12. *& ſeqq. Gaill. pract. obſ. lib.* 2. *obſ.* 62. *n.* 18. *&* 19. *Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ.* 35. *cap.* 1. *num.* 4. *Mynſing. cent.* 4. *obſ.* 81. *Caball. caſ.* 173. *num.* 4. *& ſeqq. Gramm. cons. de brachio reg. p.* 4. *num.* 37. *& p.* 6. *num.* 467.
10 *Scacc. d. q.* 16. *num.* 31. *Danza ſup. n.* 22. quod plur.

Digitized by Google

cedit ſiue agatur per accuſationem, ſiuè inquiſitionem, ſeu vt nos dicimus: ex officio procedere *Caball. caſ. 173. nu. 8. & ſeqq.* vbi ſubdit poſt alios quos allegat, vt procedat magis quando ſuperuenirct confeſſio rei, ſuper qualitate delicti, vel ſuper delicto non deducto in ipſa accuſatione, vt poſſit ſequi condemnatio in pœnam ordinariam, licet contra dicat *Guazz. defenſ. 35. cap. 1. num. 5.* cum ſuper illa qualitate non fuerit conteſtata lis, nec reus potuit ſe defendere. Procedit concluſio in lim. poſita in crimine Hereſis, in quo ſpecialiter proceditur ſummariè *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 12. nu. 1. & ſeqq. & 4. q. 16. num. 32. de ſent. & re iudic.*

11 4. In ſententia prolata à Papa, vel Rege, & alijs Principibus Superioribus *Scacc. d. qu. 16. num. 73. Donat. d. ſup. nu. 14. Prosat. Marcus dec. 13. par. 1. Aff. dec. 95. nu. 7. & 8. D. Prat. d. obſ. 67. nu. 5.* Qui dicit hoc procedere in Noſtro S. C. Neap. in quo nomine regio Sententiæ proferuntur *Grammat. dec. 19. nu. 7. & ſeqq. Borrell. d. tit. 30. nu. 28*

12 5. In Iudicijs diuiſorijs, in quibus Iudex poteſt ferre Sententiam non conformem libello propter commoditatem partium, nam benè poteſt in libello peti diuiſio bonorum, & Iudex poteſt aſſignare vni omnia bona, & illum condemnare ad ſoluendum æſtimationem partis ſocio, ſi euidenter ei ſibi videatur neceſſum diuidere bona *l. ſed. vbi DD. Inſt. de action. l. vſufructus, & ab inuito vbi Florian. ff. de vſufr. D. Prat. vbi ſup. n. 10. Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 123. Caroc. d. except. 129. nu. 36. & ſeqq. Scacc. d. q. 16. n. 14.*

13 6. In actione intentata quanti minoris, & tunc Iudex poteſt condemnare venditorem ad redhibitionem *l. ſi ment. §. aliquando ff. de ædilitio edicto vbi Vangneaſ.* & iſta condemnatio poteſt fieri in

14 fra annum habito reſpectu ad redhibitoriam, per quam fuit condemnatus, non infra ſex menſes habito reſpectu ad actionem quanto minoris *Veronenſ. reg. 31. Crebner. ſing. 160. Caball. n. de adilit. act. cap. 4. n. 21. Caroc. d. except. 129. nu. 38. & 39.*

15 7. Quando quis eſt conuentus actione reali, & pendente iudicio deſinit poſſidere ſine colluſione, & fraude, nam tunc poteſt Iudex in ſententia eum condemnare ad cedendum interdictum Rutiꝰ contra deteſtorem, licet id non fuerit in libello petitum *D. Prat. d. obſ. 67. nu. 13. Caroc. d.*

16 *except. 129. n. 52. & ſeq. Caroc. num. 54.* declarat id procedere in poſſeſſore bonæ fidei, & in Iudicijs vniuerſalibus, pro vt eſt petitio hæreditatis, ſecus in Iudicijs particularibus, vt eſt rei vendicatio *Caſtr. in l. ſi arcet. §. ſed & ſi n. 4. ff. de petitione her.*

17 8. Quando Iudex pronunciat, vt res reſtituatur, licet quis poſſeſſionem petierit, nam tunc etiã difformia valet Sententia *Bal. in addit. ad Specul. tit. de reſtit. ſpoliat. circa princip. D. Prat. d. obſ. 67.*

18 *num. 12.* Sic è contrà ſi quis in libello petat ſimpliciter rem reſtitui, nam poteſt ferri ſententia in poſſeſſorio ad reſtitutionem poſſeſſionis tantum *Io. Andr. ad Specul. de action. & petition. §. ſequitur verb. hæreditatem Alex. conſ. 43. n. 1. lib. 4.*

19 Quæ concluſio declaratur, vt ſi narrata in libello reſpiciant petitorium ſolum, tunc quamuis concluſio libelli ſit, *rem reſtitui*, cum per illã cenſeatur petitorium intentatum, ſuper petitorio eſt ſententia ferenda. Si verò narrata reſpiciant tam petitorium, quam poſſeſſorium, & concluſio eſſet *rem reſtitui* tunc etiam poſſeſſorium dici poteſt intentatum, & per conſequens ſuper illo etiã poteſt pronunciari, cum rei ampliſſima ſit ſignificatio *l. 1. in fine ff. ſi certum petat. l. rei ff. de verb. ſignific. Menoch. de recuper. in prælud. num. 11. Contard. de moment. poſſeſſ. limit. 24. nu. 22. Caroc. d. except. 129. nu. 44.*

20 Declaratur 2. ſi in libello eſſent verba prægnantia, quæ ſolum petitorium reſpicerent, puta diceretur, rẽ liberè, vel pleno Iure reſtitui, vel ſimilibus verbis, tunc Iudex in ſolo petitorio poteſt pronunciare *Menoch. vbi ſup. nu. 24. Ponzan. de ſpoliis lib. 3. nu. 30. Caroc. vbi ſup. nu. 49.*

21 9. In Cauſa matrimoniali, & in quacunque cauſa ſpirituali concernente animæ periculum, cum in his feratur ſententia ſecundum veritatem inſpectam, licet in libello non petatur *Card. in c. clem. ſæpè §. 1. in 2. oppoſ. de verb. ſignific. Cardoſ. in ſumma ſeu praxi iudic. §. 7. verſ. Sententia eſt ferenda,* vbi affert has limitationes, & alias, *Prat. vbi ſup. nu. 15. Caroc. vbi ſup. nu. 58.*

22 10. Quando aliquid venit ex natura actionis intentatæ, puta quis agit ad damnum vigore *l. aquil.* Iudex poteſt condemnare, etiam ad duplũ, quod venit ex natura actionis prædictæ *l. contrà negantem* vbi *DD. C. ad l. aquil. D. Prat. d. obſ. 67. nu. 14. Caroc. vbi ſup. nu. 56.*

23 11. quando partes poſt petitionem porrectam excipiendo, & replicando, diſceſſerint à prima materia tranſeundo ad aliam, & in illa faciendo probationes, nam eo caſu non requiritur, vt ſententia ſit conformis libello, ſed pro ſecutis poſt libellum *Aff. dec. 95. in fine Rolan. conſ. 41. nu. 25. vol. 3. Borgnin. dec. 19. nu. 15. p. 1. Pinel. de reſcind. vendit. p. 3. cap. 3. nu. 25.* Hanc eandem ſententiam limitando ſequitur *Burſat. conſ. 158. nu. 158. n. 11. vol. 2.* Cum ſequens probatio decleret libellum *Magon. dec. Flor. 2. nu. 2.* Quod procedit etiam co-

24 ram arbitratore, vel arbitro, nam licet excedere non poſſit fines compromiſſi *l. de his rebus ff. de arbitr. l. non diſtinguemus §. de officio ff. eodem*, tamen ſi fuit compromiſſum ſuper certo, & litigatum ſuper alio, attenditur proſequutum *Alex. conſ. 84. vol. 5. Iacò. Burr. dec. 283. num. 3. & 14.*

25 12. Si fuerit actum ad domum, & conſtat eſſe venditam, nam poteſt Iudex condemnare ad pretium, licet non fuerit petitum, ſed domus ipſa *Borgnin. dec. 19. nu. 17. & 18. p. 1. Aff. dec. 83. n. 9.* poſt alios *Caroc. d. except. 129. nu. 65.*

26 13. Sic etiam ſi petatur res, quæ fuerit perempta, poteſt Iudex condemnere ad pretium rei peremptæ *Caroc. vbi ſup. nu. 87.* Qui dicit quod boni practici faciunt libellum petendo rem ſi extat ſin pretium *poſt Socc. regula ſententia debet eſſe.* Maxime ſi caſus euenerit poſt litem conteſtatã *Gabriel. conſ. 47. nu. 18. vol. 1.*

27 14. Vbi ſententia eſſet conformis libello non in expreſſis, ſed in tacitis neceſſario inferendis ex illo, puta quis in libello dicit: conqueror me iniuſtè ſpoliatum à Titio, nam ſententia poteſt ſequi condemnatoria Titij ad reſtitutionem rei, qua conqueſtus fuit actor fuiſſe ſpoliatum, cum ex illo libello neceſſario inducatur petitio illius

rei

rei *Bal. in cap. 1. tit. quo tempore miles ip vſib. feudor. in l. interis qu. 14. C. de interdict.* latiſſimè *Caroc. d. except. 129. nu. 75. cum ſeqq.* Et in his, quæ virtualiter veniunt *Afft dec. 32. Danza ſup. nu. 9.* Ideo ſi creditor petat computorum redditionē, & obtineat, poteſt Iudex illis redditis, ſi remaneat debitor, illum condemnare ad reliquorum reſtitutionem *Afflict. dec. 157.* Sic etiam ſi petatur annua prꝺſtatio pro præterito debita, poteſt Iudex condemnare etiam ad futuras, quamuis actum non ſit *Gaill. obſ. 74. lib. 2. Borrell. d. tit. 30. num. 23. 24.*

28 15. Vbi petitur intereſſe incertum, nam poteſt ferri ſententia ſuper certo *Caroc. ibidem nu. 79.*

29 16. Vbi adeſt in libello clauſula ſalutaris: *peto ius, & iuſtitiam miniſtrari*, quia ſi vnum fuerit petitum, & in alio concluſum, ſaluatur in eo, quod poteſt non attento libello *Caroc. d. except. 129. nu. 80.* & ex probatis ſententia ferri poteſt *Præſ. Merlin. contr. 34. nu. 14. lib. 1.* maximè accedente alia ſalutari clauſula *omni modo meliori &c. Scacc. de Iudic. tom. 1. cap. 50. nu. 26. Berlich. dec. 87. nu. 2. & ſeqq. lib. 1. D. Prat. d. obſeru. 67. num. 18. & ſeqq. Beſold. in theſ. pract. fol. 390. col. 2.*

30 17. Vbi petitur factum, quod præſtari non poteſt, nam poteſt ſententia ferri ſuper intereſſe, ex regula quod in obligationibus facti, ſuccedit obligatio ad intereſſe ad *tex. in l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. obligat. Caroc. d. except. 129. num. 82.*

31 18. Vbi in iudicio petitur res, cui ſuperueniat incrementum iuxtà naturam rei, nam tunc poteſt ferri ſententia etiam ſuper illo incremento non petito *Bar. in l. ampliorem §. fin. C. de appellat. Caroc. vbi ſup. nu. 85.*

32 19. Fauore piæ cauſæ, & Eccleſiæ *Genuenſ. in pract. Eccleſ. qu. 554.* & fauore miſerabilium perſonarum *Nouar. in tract. de priuil. miſerab. perſon. priuil. 149.*

33 20. In interloquutorijs, quæ feruntur ſuper emergentibus *Bal. in l. vlt. ſub nu. 1. C. de fideicommiſſ. libert. Aretin. in §. curare Inſtit. de action. Scacc d. qu. 16. nu. 9. de ſentent. & re iudic.*

34 21. Ex quo ſententia debet eſſe conformis libello in tribus, ſcil. in re, cauſa, & actione, & non in alijs, ſi Titius creditor Sempronij, & Caij in centum inſolidum, petat condemnari dictos debitores inſolidum in dictos centum, vnica ſolutione contentus, ſi Iudex condemnet ſimpliciter dictos debitores in dicta centum abſque clauſula *inſolidum*, & ſic cenſeatur condemnare quamlibet in quinquaginta ex *l. 1. 2. C. ſi plures vna ſent.* illa ſententia erit valida, quia dicitur lata ſuper toto *Scacc. d. qu. 16. nu. 11. & 12.*

35 Quibus fundatis, & ponderatis non leuis eſt quæſtio in Regno noſtro, An ſententia poſſit proferri ſuper id, quod eſt probatum, licet non deductum in libello, maximè attenta diſpoſitione *d. cap. deteſtantes rit. M. C. 288. ac pragm. 1. de ordine iudic.* In quibus Iuribus diſponitur, omnes cauſas in Regno eſſe ſummarias, & in illis debere procedi ſummarie, & de plano abſque ſtrepitu & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta.

36 Aliqui tenentes poſſe Iudicem procedere ſola facti veritate inſpecta, poſſe hoc caſu, ex cauſa non deducta, ſed probata, ferre ſententiam *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. qu. 18. num. 5. Gramm. d. dec. 19. nu. 5. & ſeqq. Cacher. dec. 1. n. 21.* alijque quos refert *Præſ. Merlin. d. contr. 34. num. 8.* ponunt rationes, quia hoc caſu poteſt Iudicium incipere ab Articulis, nam illi, loco, & vice petitionis habentur *Præſ. Merlin. d. cap. 34. num. 7.* poſt *Capuenſ. & Caranit.*

37 Et vbi proceditur in cauſa ſummarie, non attenditur, quod petit actor, ſed quid apparet illi deberi, poſt alios *Caſtill. dec. 57. lib. 1. Scaccia de ſent. & re iudic. gl. 14. qu. 16. nu. 22. & ſeqq. Ludouiſ. dec. 176. nu. 2. & 12.* vbi *addit.* dicit procedere in cauſis mercatorum, in quibus proceditur ſummariè, & ſic attenditur quod eſt probatum, non quod eſt petitum *Petra ad Grammat. dec. 19. nu. 5. 6. Farinac. dec. 268. nu. 6. poſt 2. libr. Conſil. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de ſent. conform. libello nu. 8. Borrell. d. tit. 30. nu. 25. 26. Caſtill. dec. 57. Mellin. obſ. 127. nu. 34.*

38 Et ſic cum in regno noſtro vigore diſpoſitionis dictarum *legum* municipalium procedatur ſummarie, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, dicunt poſſe ferri ſententiam ſuper probatis, licet non deductis in libello, Secundum deciſa per S. C. apud *Gramm. deciſ. 15. 19. 92. 93. Ann. ſing. 312. Gizzarell. dec. 68. nu. 10. & 11.* vbi tradit, attento *Iure* Regni, poſſe Iudicem incipere ab articulis vbi neceſſarij ſunt, quibus probatis perueniri poteſt ad ſententiam, quia ſufficit, quod conſtet de veritate, latiſſimè *D. Præſ. Merlin. d. contr. 34. num. 14. verſ. Ex quibus Berlich. d. dec. 87. à nu. 3. ad 7. Scacc. d. qu. 16. nu. 22. Danza ſup. n. 20.*

39 Alij autem tenent contra, plures apud *Præſ. Merlin. d. contr. 34. nu. 2. & 3.* ſcil. ſententiam non poſſe proferri quando vnum eſt deductum in libello, & aliud in probationibus. Ea irrefragabili ratione, quia aduerſus poſitiones, ſeu articulos nequit reus ſe defendere, prout aduerſus libellū, nec poterit deliberare, an velit cedere, vel contendere, ideò ſi ſententia ferretur ſuper contentis in poſitionibus, eſſet iudicare contrà reum indefenſum, & contra naturalem rationem, cum aliud ſit petere, aliud ponere *Muſcatell. in prax. S. C. p. 1. gl. petitur nu. 46.*

40 Nec faciunt diſpoſitiones dictarum *legum* municipalium, nam per illas non intelligitur ſublatum id quod competit reo iure propriæ defenſionis *Baron Entrauag. ad reprimendum verſ. ſummarie nu. 3. Luc. de Penna in l. litibus verſ. edictalem C. de agricol. & cenſit. lib. 11.*

41 Nec eſt curandum de clauſula illa, *ſola facti veritate inſpecta*, nam debet intelligi de veritate legibus probata, plures apud *Merlin. d. contr. 34. num. 4. & 5.*

42 Nec de clauſula *ius, & iuſtitiam miniſtrari*, nā illa, vltra expreſſa in libello non operetur, licet circa modum, formam, vel actionem, vel obſcuritatem, & generalitatem ſuppleat defectus, vt probat *Marta de clauſ. p. 1. clauſ. 65. nu. 2. & 11. Gabriel. commun. opin. tit. de clauſ. claſ. 4. nu. 4. & 9.* dicens operari quo ad acceſſoria tantum, non quo ad alia *d. clauſ. 65. nu. 1. a 1. 12. nu. 13. & 14.* vbi dicit, quod ſi conſtet actorem ſe reſtrinxiſſe ad certum remedium, non operatur dicta clauſula,

lis,& ſic etiam dicendum eſt vbi eſt diuerſa peti-
tio à probationibus.
43 Mihi ſemper placuit diſtinctio *Muſcatell. ſummi practici* (quem ſequutus eſt, *Dom.Pratus obſ.67.num.63. & ſeqq.* & antè ipſum *Dom.Præſ. Merlin.d.contr.34.num.14.lib.1.*) *in praxi d.p.1. gl.petitur nu.48* verſ.*dicerem*. Aut actio intenta-
ta per actorem per ſollemnem libellum, vel talē
qualem petitionem, fuit cœptè, & minus con-
cludenter propoſita, & tunc poteſt ab eodem
in poſitionibus, & articulis accomodari, melius
adaptari, & declarari, ac etiam noua capita de-
duci, dependentia tamen à dicta principali actio-
ne. *Scacc.de ſent.d.q.16.num.34.* Aut capita ſunt
omnino diuerſa, & ſeparata à capitibus conten-
tis in libello, ſeu aliquali petitione, & tunc cum
noua ſit actio, nullo modo deduci poteſt, nec ſu-
per ea Sententia proferri poteſt, quia nullitatis
labem incurrer, ea inconcuſſa ratione, quia reis
auferrentur defenſiones, & ità eſſe intelligendos
tex.in l.habebat ff.de inſtit.act.l.1.ff.de men ſor.falſ. mod.dixer.l.1. vbi *DD.ff.de edendo l.bebius ff.de pactis dotalibus.*
44 Et noua actio, nouo indiget libello, nouaque
interpellatione. *Muſcatell.vbi ſup.num.50. Præſ. Melin.d.contr.34.num.10.& 11.* Et *Muſcatell.* re-
ſpondet diſpoſitioni *d.cap.deteſtantes*, & deciſio-
nibus in contrarium adductis, quas explicat non
eſſe contrarias dictæ diſtinctioni, meminit etiā
Dom.Prat.d.obſ.67.nu.68. & ſeqq. ad finem hanc
eandem ſequuntur *D.Reg.Marin.lib.1. reſol.316. Dom.Hodiern.contr.12. D.Staib.reſol.55.lib.1.Reg.*
45 *Latr.dec.160.lib.2.* Ideò ſuper eo quod non eſt
elatum, non poteſt condemnari reus, ſed abſol-
uitur ab obſeruatione Iudicij. *Montan.contr.5. num.12.Cæſar.Peregr.qq.q.27.num.9. & ſeqq.* dixi
ad obſ.24.n.12.lib.2.R.Rouiti.
46 Ex eadem ratione videtur dicendum, ſenten-
tiam ſuper conuentione latam, omiſſa reconuen-
tione, eſſe nullam, ex quo Iudex ſecundum acta,
& propoſitam controuerſiam iudicare non vide-
tur, quia conuentionem, & reconuentionem vni-
ca ſententia terminare debebat *cap.cum dilecti de ordin.cognit.& cap.1. & 2. de mut.petit.* vbi *Bar-*
47 *boſ.* plures citat *l.de qua re, ff. de iudic.* & quod
ſententia hoc caſu ſit nulla, dicit *gl.prima in fin. in cap.cum in agendo 3.q.8.Put.dec.388.num.4. & ſeqq lib.3.* vbi concludit ſententiam eſſe nul-
lam, ſi feratur ſuper principali, nihil dicto de ex-
ceptione, de qua ſimul, & ſemel fuit cognitum.
*Mar.Soccin.in cap.prudentiam num.17. de mut.pe-
tit.* quia tunc Iudex faceret manifeſtam iniuſti-
tiam *Felin.in d.cap.1.num.3.*verſ.*hanc declaratio-*
48 *nem Tuſc.lit.R.concluſ.60.num.7.& 14.* quod pro-
cedere ſine difficultate, quando reconuentio eſt
oppoſita formiter *Reg.Tap.dec.Senat.Ital.4.n.57.*
49 Contrarium tamen verius eſt, quia Iudex hoc
caſu, quod iudicauerit extrà poſita dici non po-
teſt, poſtquam ſecundum petitionem actoris iudi-
cauit, quamuis petitionem rei ex aliqua cauſa,
puta quia ſibi non liquet, omiſerit, nam iudex
hoc facere poteſt, vt *l.quid tamen ff.de arbitr.l. quidam æſtimauerunt ff.ſi cert.pet.* *Vant.hic num. 99. Foll.in addit. ad Marantu in ſpec.p.4. rubr. an ſit in d.conuent.& reconuent.q.1.num.12.Tuſc.
pract.concluſ.lit.R. concluſ.60. num.16. Andreol. contr.188.n.4.Franch.dec.367.*
50 Et propterea licet ambæ controuerſię vnica
ſententia, ſi fieri poteſt, terminandæ ſint, tamen ſi
reconuentio omitteretur, appellandum eſſet, aliàs
ſententia ipſo iure teneret, ex quo lex magis ſu-
per hoc conſolit, quam Iudici neceſſitatem im-
ponat, vt declarat *Ang.* poſt *gl.in l.1.§.fin. in fin. ff. quæ ſent.ſine appell.gl. & Felin.in d.c.1. de mut. petit.gl. Inn. & Alb.in cap.2. de ordin.cognit.Ma-
ranta in ſpec.p.4.rubr.an ſit in d.conuent.& recon-
uent.q.1.in fin.nu.8. Muſcatell.in praxi ciuil.p.3. in addit.ad gl.pari paſſu lit.A.Trentacinq.lib.2. re-
ſol.tit.de mut.petit.reſol.1. num.60. Macerat.lib.2. reſol.8.num.38.Tuſc.d.concluſ.50. num.18.* latiſſi-
mè *Giurba dec.2.* vbi deciſum refert. *Thoming.de-
ciſ.16.n.3.Sebaſt.Medic.de compenſat.p.2.c.1.n.14 Hunn.encyclop.p.2.tit.6.c.5.n.11.* Et procedit hæc
contraria opinio ſine difficultate, quando recon-
uentio non eſt propoſita formiter, & principa-
liter, ſed tantum per modum exceptionis, & re-
tentionis *R.Tap.ſup.n.55.& d.n.57.*
51 Nec procedit *ſup.* poſita concluſio, quando re-
conuentio tanquam nulliter facta non eſt haben-
da in conſideratione, vel quando Iudex, coram
quo proponitur reconuentio, eſt Iudex appella-
tionis, qui ex clauſulis commiſſionis appellatio-
nis non poteſt cognoſcere, niſi de his, quæ co-
gnouit Iudex à quo, vt fundat *Andreol.d.contr. 188.n.3.& 4.*
52 Imo Iudex, ſi res in iudicio deducta diuidua,
& ſeparabilis foret, poſſet ſuper aliqua parte eo-
rum, quæ in iudicio deducta eſſent tantum pro-
nunciare, & ſententia ſua valeret, & ſic ſi iudi-
cium ſimul contrà plures ceptum ſit, reſpectu
alterius iudicium differri poteſt, vt eſt *tex.* & ibi
*Bar.& alij in l.non idcirco in princ.ff.de verb.obli-
gat.Dec.conſ.295.Capic.dec.8. in princ.* nam quot
53 ſunt res, ſeu capitula, tot videntur ſententiæ, &
vitiato vno aliud remanat *l.etiam §.1.* vbi *gl.Bar. & cæteri ff.de minor.& l.dicere, & l.quid tamen ff.de arbitr. l.quadam mulier ff.famil.erciſc. Spec. tit.de ſent. §.iuſta Mil.in repert.* verb. *ſententia ſi fertur ſup.par.Guid.Pap.q.27.Cancer.var.li.3.c.17.*
54 Secus ſi iudicium eſſet indiuiduum, & con-
nexum, quia tunc ſententia non poſſet ferri pro
parte, ſed totum diffinire deberet, alias non va-
leret per *tex.in l.in hoc iudicio*, & ibi *gl.Bar.Cum. & alij ff.famil.erciſc.l.apud Celſum*, & ibi *Alex.ff. de doli except.Bal.in l.2.C.de re iud.& in l.1.C.ſi aduerſus rem iudic.* nam iſto caſu vtile per inutile
vitiatur, vt per *Ægid.concluſ.12.Dec.conſ.432.*
55 Si quis petat centum, & Iudex condemnet
conuentum in ſexaginta, & de reſiduo illum non
abſoluat, ſeu nihil dicat, ſententia eſt nulla, ſecun-
dum *Caſtr.in l.non idcirco 44.ff.de iudic. num.1.*
ea ratione, quia non imponit finem liti, quod in-
tellige, ſi illa centum ſint debita, & petita ex vni-
ca cauſa, vel ſi illa ſexaginta ſint debita, & pe-
tita ex vna cauſa, & illa centum ex alia, verum
actor petierit, quod Iudex pronunciaret de om-
nibus, alias ſecus, latè *Scacc.de ſent.gl.14.q.4.num. 9.& ſeqq.& num.17.* diximus *ſup.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iudex non debet impartiri ſuum officium, niſi petenti, & à num. 2. ad n. 20. Et agens debet habere actionem, & aptè agere, alias nulliter agit, & num. 21.*
22 *Ponuntur multi caſus, in quibus Iudex parte non inſtante poteſt decernere, & n. 23. ad n. 47.*
48 *Quid quo ad arbitros? & n. 49. 50.*
51 *In Cauſis criminalibus, an quis poſſit puniri ſine accuſatore? & à n. 52. ad n. 161.*

Sententia lata aliqua parte non inſtante, an & quando ſit nulla, & quid inſtante illo, qui carebat actionem.

QVÆSTIO XXVII.

1 ET eiſdem infertur etiam, quod ſententia
abſque, eo quod aliquis ex litigatoribus
petat, & inſtet, per Iudicem lata, ſit ipſo
iure nulla, ex quo Iudex non debet impartiri
officium ſuum niſi petenti *l. 4. §. hoc autem iudiciũ
ff. de damn. infecto l. de pupillo §. qui opus ff. de nou.
oper. nunciat.* poſt *alios Vin. opin. 418. Vant. hic nu.*
98. *Seraphin. deciſ. 536. num. 1. Marſil. in l. decimo
quoque ff. de re iudic. num. 135. Gonzal. ad reg. 3. gl.
95. nu. 109. Seraphin. dec. 358. in fine Nig. de exe-
cut. rei iudic. c. 6. §. 14. nu. 19. Rodrig. de modo vid.
Proceſſ. cap. 1. num. 37. & 38. Tuſc. pract. concluſ. lit.
I. concluſ. 395. nu. 36. Caroc. de except. except. 132.
num. 64. Giurba dec. 13. nu. 7. dec. 70. n. 17. Velaſc.
de priuil. pauper. q. 35.* vbi *n. 1. in fine* dicit, Chri-
ſtum Dom. Noſtrum hanc regulam ſeruaſſe. *Va-
ler. in tract. differ. inter vtrumq; forum differ. 2. Cor-
nax. dec. 80. num. 5. Surd. conſ. 349. nu. 36. Andreol.
contr. 188.*

Extende 1. etiam in his, quæ à principio non
requirunt cauſę cognitionem, pro vt eſt citatio,
nunciatio noui operis, & ſimilia *Iaſ. in l. de pu-
pillo §. meminiſſe num. 7. de nou. oper. nunciat.*

2 Extende 2. Etiam ſi diſpoſitio loquatur per
verba imponentia Iudici neceſſitatem, vel obli-
gationem, & ſic Iudex tenetur deferre iuramen-
tum in ſupplementum iuxtà *tex. in l. in bonæ fidei
C. de reb. credit. Caroc. ſup. num. 4.* Tamen intelligi-
3 tur ſi petatur *Iaſ. in l. admonendi num. 316. Cac-
cial. ſup. num. 172. Curt. ſen. num. 226. Io: de Prat. nu.
10. Capic. dec. 35. num. 1. Marſil. in l. maritus num.
20. ff. de quæſtion. Gaill. lib. 1. obſ. 108. num. 3. Ma-
ſcard. de probat. concluſ. 954. n. 46. Seraphin. de iu-
ram. priuil. 33. n. 196. Intrigl. ſing. 119.*

4 Verum poteſt Iudex ex officio deferre iura-
mentum ſuppletorium ad declarationem actita-
torum ante concluſionem in cauſa, non autem ad
aliquid nouitatis probandum, tale iuramentum
deferre *Maſcard. concluſ. 954. n. 49. Maranta in
ſpec. 4. p. diſt. 9. num. 29. & p. 6.* verb. *iuramentum
n. 3. Grat. conſ. 42. n. 8. lib. 2. Seraphin. de iuram. pri-
uil. 33. n. 195. Gratian. dec. 36. n. 12.*

5 Sic etiam ſi adſit ſtatutum mandans, quod fo-
renſis litigans cum ciue teneatur cauere de ſol-
uendo expenſas in caſu ſuccumbentię, pro ve
Tuderti, intelligitur ſi à parte petatur *Caſtr.* vbi
deciſum refert in *l. vniuerſa C. de precib. Imp. offer.*
6 Quæ exceptio eſt dilatoria, & debet opponi ante
litem conteſtatam *Caſtr. vbi ſup. Aretin. conſ. 137.
Alex. conſ. 210. vol. 2.*

7 Extende 3. etiam ſi lex diſponat aliquid *ipſo
iure* fieri, nã adhuc intelligitur ſi petatur, primò ex
gl. in l. ſcimus in princ. in verb. *ipſo iure C. de inof-
fic. teſtam.* vbi *gl.* in verbo *ipſo iure* dicit commu-
nè, quod ſupplementum legitimæ fit ipſo iure,
dummodo petatur; ſed illa *gl.* in hoc communiter
reprobatur *Graſſ. §. legitima q. 37. in fin. Suar. in l.
quoniam in prioribus ampl. 10. num. 4. Velaſc. d. qu.*
8 *35. nu. 7.* Et ſic ius petendi ſupplementum legiti-
mæ, tranſmittitur, etiam non petitum ad hæredes
extraneos *Bal. in d. l. ſcimus Mantica de coniect. lib.
7. cap. 7. tit. 8. nu. 10. Graſſ. §. legitima q. 37. Anchar.*
9 *q. 47. num. 10. p. 2. 2.* Adducimus pro hac opinio-
ne *gl. in l. ſi conſtat C. de compenſat.* Vbi licet com-
penſatio fiat ipſo iure, tamen opponi debet *Rol.
conſ. 81. num. 8. vol. 3. Deciſ. Bonon. 37. num. 22. Dec.
conſ. 138. Medic. de compenſat. p. 2. qu. 21.* Nam
10 clauſula *ipſo iure* non operatur abſolutam reſo-
lutionem, ſed demum parte opponente diximus
rubr. 4. qu. 1. poſt *Merlin. lib. 1. contr. 21. & alios.*

11 Extende 4. etiam ex parte Iudicis, cui pars
aliquid promiſerit, nam tales promiſſiones hanc
conditionem recipiunt, ſi Iudex requiſierit *cap. ad
reprimendum de offic. ordin. cap. ad noſtram de iure
iurand.*

12 Extende 5. etiam ſi lex præfixerit certum ter-
minum Iudici, vel Iudex præfixerit parti, non
enim pars exequi tenetur, niſi fuerit interpellata
Caſtr. conſ. 165. vbi concludit, quod ſi promiſi
præſentare aliquem infrà octo dies, intelligitur
ſi fuero requiſitus ità vt elapſis octo diebus ſine
requiſitione amplius non tenear, nec prius te-
neor, niſi requiſitus, ſequitur *Menoch. conſ. 132.
num. 14.* verſ. 6. *Hercul. de cantion. de non offend. c.
23. nu. 26. Oſaſch. dec. 51. Velaſc. d. q. 35. n. 5.*

13 Extende 6. Vt ſi Iudex, & ſtatuti forma, affi-
nes, & coniunctos ad compromiſſum cogere te-
neatur, intelligitur ſi pars petat, poſt alios *Caroc.
d. except. 132. num. 5. De Graſſ. except. 32. num. 210.
Borrell. de compromiſſ. §. 6. gl. n. 4.*

14 Extende etiam in officio Iudicis, nam Iudex
non tenetur repellere aduerſarium, niſi pars op-
ponat. Vnde publicatis teſtibus Iudex alios ad-
mittit publicatione non obſtante, ſi pars nõ con-
dicat *Abb. in cap. cum contingat col. penult. de offic.
deleg.* poſt *alios Gabriel lib. 1. de teſtibus concluſ. 21.
num. 77. Cravett. conſ. 65. nu. 2.* diximus *ſup. Velaſc.
d. q. 35. n. 6.*

15 Sic etiam licet procurator in criminalibus nõ
admittatur *l. penul. §. ad crimen ff. de publ. iudic.*
parte tamen non opponente admittitur, nec pro-
ceſſus eſt nullus *gl. in cap. 1.* verb. *criminalis de iu-
dic. in 6. Spec. de procurat. §. 1. num. 9. Rota deciſ.
10.* alias 151. *in nouis Belamer. deciſion. 717.*
licet *Gabriel concluſ. 10. num. 84. de Maleſic.* di-
16 cat contrariam veriorem, Tamen prior opi-
nio eſt verior, & magis recepta *Vant. in rubr.
penul. num. 176. Bonacoſſ. in* verb. *procurator.* Alia

17 de

de parte non opponente congerit Iaſ. in l.patre
furioſo ff.de his quę ſuae ſui , vel alieni iur. Rip.ad
§.nihil commune nu.72.Crauett.conſ.150. nu.2.&
conſ.240.nu.5.& conſ.248.nu.2. conſ.272. nu.9.
Menoch.de recuper.poſſeſſ.remed.1.nu.164.
18 Extende 8. Vt nullo modo ſententia pro reo
ferri poſſit, niſi petatur,aliàs ſententia eſt nulla,
nec meretur executionem Alex.in l.4.§.hoc autem
iudicium nu.25.ff.de damn.infect.Iaſ.in l.properan-
dum §.& ſi quidem num.8.C.de iudic.Roman.ſing.
570.Vant.in rubr.penul.nu.98.Anchar. conſ.166.
col.1.Card.Tuſc.lit.S.conclſ.137. nu.2. Velaſc.d.
qu.35.nu.9. Et debet in actis apparere , quod ſit
19 lata ad inſtantiam partis Maranta de ordine iu-
dic.p.6.verſ.actorum editio nu.10. Bologn.conſ.34.
nu.2. Imo nec valeret ſi partes eſſent præſentes
& nemine petente ferretur Ang. conſ.267.num.2.
20 Et Iudex debet facere ſcribi in actis ad cuius
petitionem actum faciat iudicialem tex. eſt in l.
ad peremptorium 68. & in l. & poſt edictam 73.ff.
de iudic.Caroc.d.except.132.num.16. verſ.ampl.7.
Tuſc.lit.S.concluſ.137.Velaſc.d.qu.35.nu.9.
21 Et ille qui agit debet habere actionem ad ne-
gotium,alias ſententia pro illa lata eſt nulla , ſe-
cus ſi ſit lata contra eum Spec. tit.de ſent. §.iuxta
ſub nu.4.lib.2.Scacc.de commerc.& camb.§.7.gl.5.
nu.41.& de ſent.gl.10.nu.76.Roman.conſ.378.nu.
3.Put.dec.82.lib.1.nu.5. Gabriel. commun.concluſ.
tit.de ſent.concluſ.8.vbi aliquos contrarios refert
Mg.de execut.rei iudic.cap.6.§.14. nu.6. & actio
per ipſum intentata debet eſſe apta,& pertinens,
alias ſi eſſet inepta, & impertinens ſe excluderet
ab audientia,& à proceſſu, puta ſi petat fundum,
quia Rex eſt in Francia Maranta in ſpec. 3.p. 6.
par.verb.& demum fert.ſent. nu.68. & ſi admitte-
retur ſententia,quæ ſuper eo ferretur eſſet nulla,
quia non eſſet lata competenti actione Maranta
ibid.nu.66.in fin.& 67. & 68. Scacc.de ſent.d.gl.
10.num.69.
22 Limitatur , Primo Vt non procedat ratione
publicæ vtilitatis, quo caſu iudex etiam non re-
quiſitus tenetur impartiri officium ſuum , & pro-
uidere,nec in exequendo excipi poteſt , tu feciſti
à nemine requiſitus, quia publica vtilitas ex ſe in-
terpellat l.congrui ff.de offic.Præſid.l.ſi quis in hoc
genus C.de Epiſc.p.& Cleric. §.1. §.quoniam Auth.
Vt omn. iudic.Soccin.reg.245.Rip.in l.4.§.hoc au-
tem n.17.ff.de damn.infect.Fontanell. de pactis nu-
ptial.tom.1.clauſ.3.gl.3.n.26.& ſeqq.& deciſ.178.
D.Ceſp.obſ.4.n.219.& ſeqq. Scacc. de ſentent.gl.
10.n.12.
23 Vnde ratione ſcandali , à iudice ſequeſtratur
poſſeſſio inter duos contendentes parte citata,
vel non citata Caroc. de ſequeſtr.p.1.q.6 . Et te-
24 netur obuiare rixantibus , aliàs priuatur officio
Bal.in l.1.§.quies ff.de offic.Præf.vrbis. Sic etiam,
25 licet de iure communi nemo cogatur compro-
mittere §.quia verò Auth.vt litig.iur. vbi Angel.c.
fin.vbi Bal. de reſcript. Blanc. de compromiſſ.qu.5.
nu.1.Muſcatell.in praxi S.R.C.p.2.gl.gradum n.17.
& ſeqq.Magon.dec.Luc.73.nu.11.Rouit.in prag.1.
nu.18.de arbitr.Scialoya de foro compet.cap.11.nu.
7.Velaſc.d.qu.35.nu.16. Tamen ratione ſcandali
25 & pro quiete conſeruanda cogere poteſt ex of-
ficio ad compromiſſum,& prouidere futuro ſcā-
dalo etiam non requiſitus Bal.in cap. cum Eccle-
ſia Vulterana nu.5. de elect.Add.ad Alex. conſ.82.
vol.1.Velaſc.nu.18.
27 Lim.2. in Cauſis fiſcalibus , in quibus Iudex
à nemine requiſitus poteſt ſententiam ferre , &
ſuam meretur executionem l.2. §.ſenatus ff.de iu-
re fiſci l.ſi vacantia C.de bonis vacant. lib.10.No-
uell.reg.28.fall.1.Sarai.ad Roman.ſing.570.l.itē
apud labeonem §.idem ait ff.de iniur. Guazzin. de-
fenſ.35.cap.7.nu.2. Sic intereſt Reip. ne banniti
28 audiantur,& ob id Iudex ex officio eos repellit
l.licitatio §.quod illicitè ff.de public.
29 Lim.3.ſi tractetur de cauſa pia,& miſerabiliū
perſonarum l.ſancimus §.ſed ſi quis C.de adminiſtr.
tutor.vbi Bar.dicit eſſe caſum nouum, & ſingula-
rem . Quod Iudex ex officio etiam non requiſi-
tus dabit Curatorem ad lites,& qui lite penden-
te cœperit indigere Curatore, quia lite pendente
effectus ſit furioſus, vel prodigus Bal. in l. is cui
bonis ff.de verb.obliga..Piag.de tutor.& Curat.q.2.
nu.66.Cald.in l.ſi Curatorem in princ. nu.25. C.de
reſtit.in integr.Velaſc.d.qu.35. nu.10. & ſeqq.No-
uar.eod.tract.de priuil.miſerab.perſ.Priuil.58.nu.8.
& ſeqq.& ex officio cognoſcit ſuſpectum tutorē,
& illum reuocat l.3.§.præterea vbi Bar.ff. de ſuſp.
tutor.Maranta vbi ſup.nu.147.Nouar.d.grau.318.
verſ.13.
30 Et licet Iudex non dabit Curatorem ad litem,
niſi petente l. qui habet §. ſi pupillus ff. de tutelis
Alex.in l.1.nu.6.vbi Purpurat.nu.17.ff.de iuriſd.
omn.iudic. Tamen ſecus eſt in tutore ad negotia,
quem dabit Iudex etiam ſi non petatur Alex.in
l.1.ff.de iuriſd.omn. iudic.nu.4. Socc. nu.3.Purpu-
rat.nu.10.& 11. Iaſ. in l.is cui bonis in vl.notab.
ff.de verb.obligat.
31 Si vero ſimus in infante , tunc Iudex de con-
ſilio coniunctorum dabit Curatorem ad litem ,
vel hæreditati iacenti , adhibita prius diligentia
ſi poſſet reperire tutorem Bal. in cap.1. nu.20.de
milit.Vaſſall. qui contumax eſt Vrſill. ad Affl.deciſ.
262.nu.4.Borgn.de tutore nu.282. Affl. dec.256.
Piagg.de tutore q.1.2.nu.60.
32 Praxis eſt, quod ſi pupillus ſit maior infante
ipſe citatur,qui ſi nominet tutorem vel Curatorē
ille dabitur,ſi vero ſit contumax iudex dabit , &
ſic intelligitur tex. d.l.qui habet §. ſi pupillus ff.de
tutel..Affl.dec.256.Lap.all.115.col.fin. Vant.rubr.
nu.144.Cald. ad l.ſi curatorem in princ. num.29.
Miſiag.cent.2.obſ.31.
33 Inter actus Pios ſub dicta limitatione, expo-
nitur prouidere Aduocatos Viduis , pupillis,&
ſimilibus perſonis,etiam non petentibus l.ne quid
quam §.aduocatos ff. de offic. proconſul. Rodrig.de
modo vid.proceſſ.cap.1.nu.40.
34 Ex officio etiam Epiſcopus compellet hære-
dem adſoluendum legata pia §.ſi autē hæres Auth.
de Eccleſ. tit. Tiraquell. de priuil. piæ Cauſ. priuil.
149.Conar.in c.ſi hæred.nu.4.de teſtam. Vin.opin.
418.nu.9.Velaſc.d.qu 35.nu.16. Scacc.de ſent.gl.
10.num.9.& ſeqq.
35 Et vbi vertitur animæ periculum Iudex non
requiſitus impartitur officium ſuum gl. in capitu-
pientes.§.cæterum in verb.contumacia de elect.in 6.
Rip.in l.4.§.hoc autem iudicium nu.24.ff.de damn.
infect.Caroc.d.except.132. nu.33. à quo totā quę-

Tttt ſtio-

ſtionem 35. reſcripſit *Velaſc. in tract. de priuil.*
pauper.
36 Idem eſt in legato Dotis, cum ſit pium *l. cum*
is §. ſi mulier. vbi latè *Iaſ. ff. de condit. indeb.* Tira-
quell. de priuil. cauſ. piæ in præf. verſ. *item cum dos*
Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 135. num. 16. Viu.
opin. 57. nu. 9. Velaſc. d. qu. 35. nu. 15. Nouar. d. pri-
uil. 58. nu. 11. Idem in cauſis alimentorum, quæ
37 Iudex officio decernere, & exequi poterit *l. di-*
uo, & ibi *Alex. num. 7. ff. ad l. falcid. Surd. de alim.*
tit. 8. priuil. 4. Tuſch. lit. I. concluſ. 396. n. 15. Velaſc.
d. qu. 35. nu. 14. & 15. qui id intelligit, ſi dos, &
alimenta debeantur pauperi, vt dicit *qu. 52. num.*
15. & ſeqq.
38 Lim. 7. In his quæ tendunt ad obſeruantiam
publici iuris, in quibus Iudex ex officio ſup-
plere poteſt etiam parte non petente, pro vt reij-
cere libellum ineptum, iubere, vt iuretur de ca-
lumnia, dare dilationes, & ſimilia *Bal. in l. 1. C. vt*
quæ deſunt Aduoc. Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium
nu. 45. ff. de damn. infect. iubere, vt declaretur li-
bellus obſcurus, & generalis concludens in qua-
libet ſpecie *Valaſc. dec. Luſit. 97.* Et non ſolum Iu-
39 dex poteſt reijcere libellum ineptum, ſed etiam
libellum conceptum de re illicita, putà ſi agatur
ad mala medicamenta *l. cætera §. 1. ff. famil. erciſc.*
Vel ad reſtitutionem concubinæ *Innoc. in cap. ex*
parte, col. 3. de reſtit. ſpoliat. vel ad vſuras *Card. in*
cap. debitores de iure iur. Poteſt pronunciare ap-
40 pellationem deſertam ex officio parte non pe-
tente *Marant. in ſpec. p. 6. membr. 2. nu. 409.*
41 Lim. 8. Quod Iudex etiam non requiſitus po-
teſt opponere de inhabilitate perſonæ comparē-
tis in iudicio, & ſic procuratorem ad docendum
de mandato, vel ad cauendum de rato, ſi dubite-
tur *gl. in cap. 1. verb. abſentiu de elect. in 6. Caſſan.*
conſ. 68. nu. 38. Alex. conſ. 77. nu. 20. vol. 3. Gramm.
conſ. ciuil. 95. nu. 36. Vin. opin. 418. num. 11. Duen.
reg. 264. nu. 4. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 101. nu. 33
& ſeqq. Guazzin. defenſ. 3. cap. 8. nu. 9.
42 Lim. 9. Vt Iudex ex mero officio à nemine
requiſitus poſſit victum condemnare in expenſis
l. ædiles §. item ſciendum ff. de ædilit. edicto Marant.
in ſpec. p. 6. membr. 3. nu. 9. Cappell. Tholoſ. deciſ. 3.
Dec. in l. edita nu. 95. C. de edendo Aſin. in pract. §.
ampl. 54. Quod intellige in expenſis poſt litem
43 conteſtatam, ſecus ſi ante *Papienſ. in forma libelli*
in act. reali in verb. expenſis nu. 7. Couar. pract. §. 31
ampl. 54. nu. 3. Medic. p. 2. reg. 7. nu. 57. Sed de cō-
44 ſuetudine contrarium ſeruari dicit *Alberic. in l.*
ſancimus C. de iudic. Rip. in d. § hoc autem iudicium
45 *n. 83. & 84.* Intellige pariter vt Iudex poſſit,
ſed non cogatur *Couar. & Aſin. vbi ſup.*
46 Lim. 10. In fructibus in iudicijs vniuerſalibus
poſt litem conteſtatam, ſecus particularibus *Fer-*
ſonal. de petit. hered. n. 698.
47 Lim. 11. Vbi iuriſdictio erat tempore latæ ſē-
tentiæ parituræ *Gonſal. ad regul. Cancellar. reg. 3.*
gl. 96. n. 109. poſt *Marſil. in praxi §. 1. n. 7.* vbi
infert ad deciſionem ſtatuti imponentis pœnā
iudici non terminanti cauſam infrà certum tem-
pus *Nig. de execut. rei iudic. c. 6. §. 8. n. 31. & ſeqq.*
48 Sic nullum eſſet compromiſſum, & nullum
laudum, ſi fuerit factum in terminis *noſtra pag. 1.*
de arbitris, neutra parte petente, nam *dicta prag.*
dicit ad petitionem cuiuslibet ex prædictis co-
muniſtis, & ſic Iudex ex officio altera parte non
petente, non poterit cogere partes ad compro-
mittendum *l. 3. §. hoc autem* vbi *Bar. & alij ff. de*
damn. infect. not. in cap. fin. de præſcript. Alex. conſ. 82.
nu. 4. lib. 1. Quæ ad eo ſunt vera, quod ſi petitio
49 partis petentis compromiſſum non intimaretur
alteri parti, ſed ad inſtantiam vnius tantum fieret
compromiſſum, adhuc eſſet nullum, nam talis pe-
titio debet produci, vel altera parte præſente,
vel ea legitimè citata vt per *Alex. conſ. 82. nu. 4.*
50 Extra caſum tamen huius *pragm.* Iudex poterit
aliquando cogere partes ad compromittendum
ex publica cauſa abſolute, nè ſcilicet reſpublica
litibus inquietaretur, vt in caſu, quem refert *Gra-*
mat. dec. 9. Muſcatell. in praxi p. 2. gl. gradum n. 17.
& ſeqq. diximus *ſup. n. 25.*
51 In cauſis criminalibus regulariter nemo pu-
nitur ſine accuſatore *l. reſcripto § ſi quis ff. de mu-*
ner. & honor. Borrell. in ſumma deciſ. tit. de caſat. n.
33. Nouar. de priuil. miſerab. par. 1. priuil. 58. n. 2.
Diaz. reg. 336. Clar. q. 2. Farinac. q. 1. n. 7. Menoch.
conſ. 100. n. 259. & ſeqq. Ciarlin. contr. 165. n. 1. D.
52 *Creſpi conſ. 4. Guazzin. defenſ. 35. c. 7.* quod eſt
etiam de iure diuino *Ioan. cap. 8.* ibi *mulier vbi*
ſunt qui te accuſant Campagn. in c. reg. iii quod præ
dicti iuſtitiary n. 1. Farinac. ibid. Ciarlin. ibid. n. 2.
Quid quid dicat *Concion. reſol. crim.* verb. *inqui-*
ſitio dicēs de generali conſuetudine inquiſitio-
nem poſſe formari in omnibus delictis,
53 Sed de *iure* Canonico ex quod omnia delicta
ſunt publica, & omnibus permiſſum eſt accuſare,
ideo Iudex eccleſiaſticus poteſt ex officio pro-
cedere, prout ſit in criminibus publicis per *tex.*
in cap. infames vbi *gloſ.* verb. *fures 6. qu. 1. Bal. in*
rub. C. qui accuſ. non poſſ. nu. 10. Anan. in cap. ſtatui-
mus ſub nu. 19. de maledic. Mar. Soc. in cap. quali-
ter, & quando de accuſat. Clar. §. 1. nu. 6. Facin.
lib. 1. cap. 34. Farinac. qu. 1. nu. 8. Praxis Archiep.
Neap. cap. 35. num. 3. vbi dicit excepto delicto
adulterij, niſi eſſet publicum, & notorium, & ma-
ritus eſſet perſona vilis, & alijs delictis carnis
Ciarl. ſup. nu. 10. 11.
54 Tamen vbi pro delicto venit imponenda pœ-
na mortis naturalis, vel ciuilis, vel membri mu-
tilationis Iudex poteſt procedere ex officio, &
per inquiſitionem, & ſic ſine accuſatore, vt patet
ex infrà dicendis. De *iure* noſtro Neap. eſt *ritus*
M. C. V. 311. cap. Regni incip. *vt delatas cum duo-*
bus ſeqq. vbi etiam habetur, quod Iudex proce-
dens ex officio in caſibus non permiſſis *proceſſus*
eſt nullus, & officialis tenetur in ſyndicatu *Carrab.*
de ſyndic. p. 2. nu. 49.
56 Et quia contra facientem famoſum libellum
eſt impoſita pœna mortis *Scinloya in praxi forin-*
dic. cap. 3. nu. 117. ideo contra iſtum Iudex po-
57 teſt procedere ex officio abſque accuſatore, vel
denunciatore *Muſcatell. in pract. crim. in rubr. de*
iniurijs, & famoſ. libell. n. 21. Nouar. de grauam. vaſ-
ſall. tom. 1. grau. 318. nu. 25.
58 Sic etiam quia contra blaſfemantes Deum,
vel eius Sanctos eſt impoſita pœna triremium
per quatriennium per *noſtram prag.* incip. *E per-*
che molti ribaldi tit. de blaſfem. Iudex contra iſtos
59 procedit ex officio *Marantа in ſpec. p. 6. rubr. &*
per-

peruenitur aliquando per viam inquiſitionis n.544.
*Nouar.d.grauam.*318.*nu.*27. *de iure* communi eſt
*Gomez var.lib.*3.*cap.*1. *nu.*2. & *ſeqq. Coſta de re-
med.ſubſid.cap.*79.*nu.*5.& 6.*D.Creſpi d.obſ.*4.*nu.*
224.& *ſeqq.*vbi etiã loquitur de *Iure* cathalano.
60 Sic etiam in crimine Sacrilegij Iudex proce-
dit ex officio *l.ſi quis in hoc genus C. de Epiſc.*&
Cleric.cap. in primis §.*ſi quis in hac* 2. *qu.*1. *Mu-
ſcatell.in praxi tit.de ſacrileg.nu.*22. *Maranta in
ſpec.vbi ſup.nu.*265.*Nouar.d.grau.*358.*nu.*29.
61 Contra delinquentes in Eccleſia Iudex pro-
cedit ex officio *Graſſ.de effect.Cleric.eff.*1.*n.*630.
62 In crimine læſę Maieſtatis humanæ Iudex
procedit ex officio,vt in extrauag. ad reprimen-
dum,& de *Iure* noſtro eſt *conſtitutio* incip. *hi qui*
vbi *Affl.nu.*2.*Maranta vbi ſup.nu.*275. *Foller.in
pract.rubr.item quod commiſit crimen laſæ Maieſta-*
63 *tis nu.*97.Imò tenetur procedere ex officio,aliàs
punitur, vt ſciens, & non reuelans *l.quiſquis* §.
*pen.C.ad l.Iul.Maieſt.Muſcatell.d.pract.de crim.la-
ſæ Maieſt.hum.nu.*28.*Nouar.d.gran.*318.*nu.*3.
64 Pariter contra delinquentem aduerſus regias
præeminentias, iuriſdictionem,& authoritatem,
non ſolum ad regiam perſonam immediatè
ſpectantia,quia hæc ſpecies criminis læſæ Maie-
ſtatis ſunt, ſed etiam regiorum officialium,quia
nullus quàm Rex ipſe offenditur, & ſic ipſe ſe
debet vindicare, vnde Priuilegium, vt quis ne-
queat accuſari,niſi ad partis inſtantiam, non cõ-
prehendit caſus Regalię *Cancer.var.lib.*3.*cap.*3.
*nu.*317.& 438.*Fontanell.de pactis nuptial.clauſ.*3.
*gl.*3.*nu.*33. Et vbicunque agitur de defendenda
regia Iuriſdictione fiſcus eſt pars legitima *Seſſ.
de ſyndic.nu.*206.& *ſeqq.* & *nu.*270. & *dec.*351.
*nu.*12.*in fine*. Et pro defenſione Præeminentiæ
Regiæ quilibet eſt legitima perſona, & poteſt
abſque accuſatione Iudex procedere *l.*2.*C.vt ne-
mo priuat* ibi: *executores huius legis omnes iudices
eſſe oportere*,& ibi *ſine metu calumniæ, vel accuſa-
tione criminis licentiam miniſtramus Salgad. de
retent.bullar.p.*2.*cap.*10.*nu.*219.
65 Vnde proceditur ad fiſci inſtantiam contra
inobedientes mandata Regia, vel eorum officia-
lium *Ramirez de lege reg.*§.16. *nu.*52. *Larrea al-
leg.*67.*nu.*2. *Amaya in rubr.*C.*de Iure fiſci nu.*24.
*lib.*10.Vel contra offendẽtes,vel reſiſtentes ma-
giſtratibus *Fontanell.clauſ.*3.*gl.*3. *nu.*32. Et om-
nia hęc,vt diximus eſſe ſpeciem criminis læſæ
Maieſtatis,dicit *Farinac.qu.*112.*n.*232.vt eorum,
qui iuriſdictionem regiam vſurpant,vel turbant,
de quo agit *qu.*114.*nu.*1. & *d.nu.*14. Et ſic vbi-
66 cunque agitur de Præeminentia, vel de Patro-
natu,vel de iuriſdictione, vel authoritate Prin-
cipis,vel eius regiorum officialium, fiſcus legiti-
mè poteſt accuſare, & iudex inquirere, & ideò
etiam in delictis priuatis coram iudice pro Tri-
bunali ſedente,vel Iuriſdictionem exercente fa-
ctis,procedere ex officio poteſt,quia læditur eius
authoritas,& cauſa publica, quæ in conſeruatio-
ne reuerentię debitæ Magiſtratibus maximè ver
tatur,animaduertitur, & vindicatur *Bar.in l.*2.§.
ſi publico ff.ad l.Iul.de adulter.
67 In omnibus delictis priuatis vbi pœna venit
applicanda fiſco, nam poteſt fiſcus accuſare *Bar.
in rubr.de popular.action. nu.*3. *Clar.qu.*17. *Boſſius
de iniurijs nu.*32.*Farinac.qu.*12.*nu.*9. & *de fur-
tis qu.*165.*nu.*12.*Bellug.in ſpec.Princip. rubr.*33.
§.*rem non nouam nu.*32. vbi loquitur etiam de
Iure cathalano, quamuis improbet *D.Creſpi d.
obſ.*4.*nu.*245.
68 In crimine falſæ monetæ procedit ex officio
*l.*2.*C.de falſa monet.Maranta vbi ſup.nu.*185.*No-
uar.d.grau.*318.*nu.*4. In crimine hæreſis per no-
69 ſtram *conſtit. inconſutilem Maranta vbi ſupra nu.*
187.*Nouar.d.grau.*318.*nu.*2.
70 In crimine aſſaſſinij *Capic.dec.*255. *Muſcatell.
in rubr.de homicid. mediante aſſaſſ. nu.*72. *Nouar.
d.grau.*358.*nu.*24.*Catal.de indult.cap.*32.*n.*31.
71 Contra diſrobatores publicarum viarum, &
contra homicidas per noſtrum *Cap. Regni* incip.
*Diu.tam.*234.*Catal.de indult.cap.*35. *nu.*95. con-
72 tra famoſos latrones *Maranta vbi ſup. nu.*276.
*Catal.d.nu.*95.Contra furem pro furto exceden-
73 te auguſtalem, (nam pro ipſo furto imponitur
pœna vltra relegationem per noſtram *legem* mu-
nicipalem *per cap.regni* incip. *adhoc Reg.Reuit.in*
74 *dec.*68. *Nouar.grau.*358. *poſt nu.*1. *Maranta vbi
ſup.nu.*269. *Campagn. in cap.regni adhoc nu.*238.
75 Verum in furto non excedente auguſtalem quã-
do eſt manifeſtum, poteſt etiam procedi ex offi-
cio *Maranta*,& *Campagn.vt ſup.*
76 Et licet non deſint, qui velint in furto non
poſſe procedi ex officio, ſed tantum ad inſtantiã
partis damnum paſſæ,poſt plures *Farinac.q.*165.
*nu.*9.maxime in furto domeſtico *Farinac.q.*174
*nu.*95.*Caball.caſ.*204.*num.*1.2.Tamen verius eſt
de iure, & de conſuetudine generali procedi ex
officio in furto etiam domeſtico,ſi ſit magnum
*Farinac.d.q.*1.*nu.*10.& *qu.*174. *nu.*112.*in fine*,
*Caſtill.d.caſ.*204.*nu.*7.& *ſeqq. Ciarlin.contr.*105.
77 Contra vſurarios,tam de iure communi,quan-
do ille, qui vſuras ſoluit iurat non repetere illas
& quando notorium eſt ab aliquo fuiſſe extortas
vſuras, vel quando Iudex procedit ad correctio-
nem peccati,& ad pœnitentiam peragendam *Pe-
guera* latè *dec.*35.quã per noſtram *legem* munici-
palem *per cap.*incip.*tuas de vſuris*, quod procedit
78 tam contra vſurarios manifeſtos, quã contra
non manifeſtos,vt *in rit.*196.& *conſtit.regni.Vſu-
rariorum.* Quod eſt correctum per *cap.regni* incip.
Item quod prædicti officiales nullatenus,& per *ritum*
237.per quæ *iura* diſponitur, vt officialis non
poſſit ex officio procedere in crimine vſurarum
contra vſurarios, ſed tantum via ordinaria. Ve-
rum vltimo loco in Regno eſt ſtatutum, vt con-
tra vſurarios manifeſtos poſſit procedi ex offi-
cio,& non contra vſurarios non manifeſtos per
*prag.*4.*de vſurar.Campagn.in cap.regni* incip.*No-
uiter nu.*22.*Marant.diſput.*5.*Reg.Sanfel.dec.*347.
79 *par.*3.Imo ſi adſit accuſator,ſi ipſe deſiſtat,iudex
procedit ex officio *Borrell. in ſumma deciſ.tit.de
vſuris num.*55. & *conſ.*12. *in fine Minad. dec.*39.
*Franch.dec.*552. *Cauan. rit.*23. *poſt num.*2.*Ricc.
coll.*1823.
80 Contrà extractores rerum prohibitarum, abſ-
que denuncia,& quærela *l.*1.& 2.*C.quæ res export.
poſſ.Muſcatell.d.pract.crim.tit.de extractionib. nu.*
87.*Nouar.d.grau.*318.*nu.*22.*D.Rocc.de offic.ijs in
rubr.decima quarta*,& de iure noſtri Regni adſunt
reg.pragm.ſub tit.de extract.

Tttt 2 81 De

81 De Iure digeſtorum vnuſquiſque de populo
admittebatur ad accuſandum adulterum, & adulteram *l. cum mariti ff. ad l. Iul. de adulter.* Sed de
Iure Codicis hæc accuſatio competit tantum marito, patri, fratribus, & auunculo ipſius mulieris
82 *l. quamuis lo 2. C. de adulter.* Sic etiam fratri mariti competit accuſatio de adulterio facto ab vxore fratris ſui, deciſum refert *Franch. deciſ. 94. &*
240. num. 1. Caball. caſ. 114. num. 1. Sic pariter
83 actio accuſandi de adulterio competit ipſimet
mulieri per vim cognitæ per adulterum *R. Merſen. contr. 98.* Et ſic Iudex ex officio non poteſt
84 in hoc delicto procedere, ne aliena matrimonia
ſordeſcant. *Fulgoſ. conſ. 135. col. 2. & 2. Vulpel. conſ. 94. num. 6. Caball. caſ. 114. num. 22. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 82. num. 13. Reg. Latr. deciſ. 121. num. 37.*

85 Verum quando adulterium eſt notorium, Iudex poteſt ex officio procedere abſque denuncia, & querela, vt habetur apud *Aff. dec. 176. num. 2. Grammat. dec. 31. Franch. dec. 240. num. 4. Maranta vbi ſup. num. 170. Sempr. Aſcia determ. 71. & 111. Farinac. q. 141. num. 42. & ſeqq. Viſmigl. conſil. 55. num. 4. Antonell. de temp. legal. lib. 2. c. 82. num. Concial. verb. inquiſitio reſol. 1. num. 3. Reg. Capic. Latr.*
86 *dec. 121. num. 21.* Secus ſi adulterium non ſit notorium, quia tunc Iudex non poteſt ex officio procedere, ſed ad querelam partis *DD. vbi ſup. Guid. Pap. dec. 446. Carrabb. de ſindic. p. 2. num. 49. Caball. reſol. 214. Farinac. q. 141. nu. 44. Sanfel. dec.*
87 *351. p. 3.* Idem eſt ſi maritus ſit leno ſuæ vxoris, nam contrà vtrumque ex officio poteſt procedi *Grammat. dec. 31. Caball. caſ. 179. nu. 9. & caſ. 184. num. 4. Valer. differ. 4. D. Creſpi d. obſ. 4. num. 195. & ſeqq.* vbi id probat procedere, etiam de *Iure* Cathalano.

88 Et ſi pars querelet, & deinde deſiſtat, parte deſiſtente, Iudex proſequitur cauſam ex officio. *Grammat. d. dec. 31. Aff. d. deciſ. 176. Faſcol. de vir. patr. poteſt. p. 1. cap. 5. num. 45. Franch. d. dec. 240. n. 4. Nouar. d. grau. 318. num. 11. Farinac. d. qu. 141. num. 44.* Quod intelligitur ſi deſiſtat pars ante litem conteſtatam, ſecus ſi poſt, vt deciſum refert per S. C. *Reg. Capic. Latr. d. dec. 121. num. 35.* De
89 *Iure* cathalano non poteſt procedi in adulterij crimine, niſi tantum accuſante marito, *Dom. Creſpi d. obſ. 4. num. 178. & ſeqq.* vbi explicat. Iudex
90 eccleſiaſticus hodie poteſt procedere in crimine adulterij ex officio ex *concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 8. de reformat. matr.* ſeruato tamen ipſius decreti ordine, vt notat *Barboſ. de Epiſcop. p. 2. in comp. nu. 57.* & ante eum *Farinac. qu. 141. num. 45. Concial. ſup. num. 4.*

91 Sed an poſſit Iudex procedere ex officio in crimine inceſtus *Sempr. Aſcia determ. 111.* dicit quod in adulterio, ſtupro, & inceſtu non poteſt procedi ex officio. Idem dicit eſſe *Petr. ad Gram. dec. 31. num. 1.* quod quando cum adulterio occulto concurrit inceſtus, neque poteſt procedi ex
92 officio. Verum mihi contrarium verius videtur quando inceſtus eſt commiſſus inter aſcendentes vel deſcendentes, quia hic inceſtus eſt ſpecies ſodomiæ, vt dicit *Catal. de indult. c. 33. num. 3. & 4. Follev. in prag. 1. num. 13. de ſodomia*, Sed in
93 crimine ſodomiæ poteſt procedi ex officio per *prag. 1. de ſodomia*, ergo &c. & millies M. C. V. proceſſit in talibus cauſis ex officio, & condemnauit ad pœnas grauiſſimas.

94 Verum ſi ſimplex inceſtus concurrat cum concubinatu, & cum ſcandalo, poteſt in illo procedi ex officio per inquiſitionem, pro vt poteſt procedi in concubinatu (in locis tantum, vbi poteſt procedi ex officio in concubinatu, vt eſt Cathaloniæ ex *foro 39. anni 1626.*) nam prohibitio inquirendi nunquam intelligitur de delictis conſuetudinarijs, & tractum ſucceſſiuum habentibus *Fontanell. dec. 138. per tot. Dom. Creſpi d. obſ. 4. num. 216.*

95 Contra receptatores malefactorum Iudex procedit ex officio, vt in *cap. regni 148. verſ. & propterea, & in c. regni 229.*

96 Contrà periurum poteſt Iudex ex officio procedere per *cap. regni 207. in fine*, vbi *Campagn. n.*
97 *11.* Et quamuis *Carauit. in rit. 270. nu. 2. & ſeqq.* teneat contrarium, tamen veritas eſt, quod poteſt procedere ex officio, quando ipſe Iudex inuenit delictum periurij coram ſe factum, aliàs ſecus *Reg. Rouit. in prag. 8. num. 39. de ordine iudic. Nouar. d. pragm. 318. num. 28.*

98 Contrà aggreſſorem cum armis, Iudex poteſt procedere ex officio abſque querela, & denuncia *Carauit. in rit. 68. nu. 12.* nam aggrediens aliquem
99 cum armis, punitur pœna legis Iuliæ de vi publica, quæ eſt deportationis *§. item lex Iulia de*
100 *vi Inſtit. de publ. iudic.* Verum hodie dicta pœna eſt ſublata *Guid. Pap. dec. 422. 423. & 437.* ſed imponitur pœna arbitraria *Carauit. d. rit. 68. num.*
101 *6.* Et in noſtro Regno inſultus factus cum armis non punitur pœna corporali, niſi ſequuta ſit percuſſio *R. Rouit. in prag. 11. n. 14. de abolit.*
102 Sic etiam ſi percuſſus non poſſit ſuam iniuriã proſequi, nec poſſet adeſſe in iudicio, iudex poſſet ex officio procedere contrà delinquentes per *c. regni incip. contingit, quod eſt in numero 227.* Sic
103 etiam licet iudex non poſſit procedere ex officio de percuſſione illata cum aliquo inſtrumento
104 nociuo, vt in *rit. 98.* Tamen hoc intelligitur ſi dictum inſtrumentum non ſit ferreum, ſecus ſi ſit ferreum, quia tunc poteſt procedere ex officio
105 *Carau. d. rit. 68. num. 1.* nam pro percuſſione facta cum baculo ferreo, venit imponenda pœna manus per *cap. regni incip. qui cum tanca.*

106 Contra reum confeſſum iudex poteſt procedere ex officio, dato quod non adſit accuſator, & dato quod ſimus in delictis, in quibus non poteſt procedi, niſi adſit accuſator *Aff. deciſ. 176. Gram. dec. 31. Follev. in pract. crim. rubr. & ſi confitebuntur num. 81. Franch. dec. 240. num. 3. & ſeqq. Guazzin. defenſ. 35. cap. 7. num. 2.* ratio eſt quia quando quis fatetur delictum, illud efficitur notorium *l. ſi. confeſſus ff. de cuſtod. reorum Follev. d. rubr. & ſi confitebuntur num. 70. & 75. 3. p. & in a. p. 3. partis d.*
107 *verb. n. 33.* Sed in delictis notorijs iudex poteſt procedere ex officio, vt dicemus *num. ſeq.* ergo &c.

108 Iudex procedit ex officio in criminibus notorijs *l. ea quidem C. de accuſat. Maranta vbi ſup. nu. 134. & 162. Campag. in cap. regni ad hoc nu. 138.*
109 quod intelligitur in notorijs facti permanentis, ſecus facti tranſeuntis *Capagn. in cap. regni, vt de-*

110 *latos*

110 *lotas poſt n.20.* Poteſt procedi ex officio, quando reus reperitur delinquere infraganti *Maranta vbi ſup.n.171.Nouar.d.grau.328.n.9.*

111 Contrà iniuriantes, & offendentes religioſos, clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, Iudex procedit ex officio abſque denuncia, & querela *cap. regni 149.& 219.& 237.& rit.68.Vin.decif.27.Nouar.de priuil.miſerab.perſon. priuil.59. num.10.*

112 Quod intellige ſi iniuria ſit grauis, & atrox, ſecus ſi iniuria ſit leuis, quia tunc Iudex ex officio procedere non poteſt *Bal.in l.ſi quis in hoc genus in fin.C.de epiſc. & cleric. Campagn.d.c.149. num.12.Arnon.ſoliloqu.63.Marſil.ſing.284.Nouar.d.gran.318.poſt num.7. R.Sanfel.dec.63. num.28. & ſeqq.* vbi dicit quod neque poteſt procedi ex officio pro iniuria verbali facta clerico, licet

113 *Caraui.in rit.281. num.9.* teneat iudicem poſſe procedere ex officio, etiam ſi iniuria ſit leuis.

114 Sic etiam prò offenſa facta pupillis, viduis, & alijs perſonis miſerabilibus iudex poteſt procedere ex officio per *cap.regni* 118. & *cap.regni incip.Vt deleatur cum duobus ſeqq.* Et in omni cauſa

115 miſerabilis perſonæ proceditur ex officio *Nouar.d.grau.318.verſ.19. Genuenſ.in practicab.Eccleſ.q.345.num.2.* Sic etiam pro iniuria facta

116 viduæ ingreſſæ religionum proceditur ex officio

117 *Arnon.ſoliloqu.33.* Sic pariter pro iniuria facta mulieri nuptæ habenti maritum inutilem *Arnon.*

118 *ſoliloqu.72.* Verum eſt neceſſe quod pupilli, vel viduæ ſint pauperes ad hoc, vt poſſit procedi ex officio, alias ſecus *Arnon.in epit.6.*

119 Contrà publicos concubinarios, & meretrices Iudex Eccleſiaſticus poteſt procedere ex officio per *Concil.Trid.ſeſſ.24.cap.8. de reform. matr.*

120 Contrà producentem ſcripturam falſam in iudicio *Bal. & Salyc.in l.iubemus C. de probat. Nouar.d.grau.318.num.10.Maranta vbi ſup.nu.148.*

121 Poteſt etiam procedere contrà teſtes deponentes falſum in iudicio *l.nullum C.de teſtibus Marant.num.150.Nouar.d.grau.318.num.12.in fine.*

122 Poteſt procedere ex officio contrà filium, qui impias manus contrà patrem, vel matrem iniecit *l.1.§.ſi filius ff. de obſequiis.* [illegible] *Maranta vbi ſup.n.165.*

123 In crimine lenocinij iudex poteſt procedere ex officio *l.2.§.ſi publico ff.ad l.Iul.de adulter. Maranta.n.188.Nouar.d.gran.318.verſ.28.Farinac.q.144.num.27.de Iure noſtro eſt prag.1.de lenon.*

124 Contrà inobedientes, & turbantes ſuam iuriſdictionem iudex procedit ex officio *Maranta vbi ſup.n.177.Nouar.d.grau.318.verſ.29.*

125 Contrà officialem ſyndicandum poteſt procedi ex officio de omiſſis, & commiſſis in officio, & contrà officialem ſyndicandum poteſt procedi per viam inquiſitionis, *pragm.1.de ſindic.official. prag.1.§.6.de offic.iudic.prag.3.de officia.ſolet.* Imo

126 ſi iudex ſit ſyndicatus, & obtinuit litteras liberatoriales adhuc de malegeſtis, & non cognitis in ſyndicatu poteſt ex officio inquiri per *prag.6.de ſindic.official.* diximus *in obſ.ad conſ.37. R.Rouit.lib.3.*

127 Iudex ex officio poteſt compellere aliquem ad præſtandum cautionem de non offendendo *Muſcatell.in praxi fideiuſſ.p.1.mod.15.num.2.Reg. Sanfel.dec.140.num.4. Ricc.decif.189. num.1.p.1.*

128 Quod intelligitur quando negotium eſt deductum in iudicio, aliàs ſolus Princeps poteſt cogere partes ad pacem *Capibl.de baron.prag.6.nu.44.& ſeqq.Guazzin.defenſ.34.cap.1.poſt n.3.*

129 Poteſt Iudex ex officio punire executores in officio delinquentes *l.2. C.de ſportul. l.diuus ff.de cuſt.reorum Muſcatell.in praxi appell.p.3.gloſſ.rubr.ta num.72.*

130 Poteſt contrà vagabundos ex officio procedere per *prag.1.de vagab.Nouar.d.grau.318. n.8.*

131 Contra ludentes ad ludos prohibitos per *conſtit.regni incip.hi qui* vbi *Aff.Nouar.d.grau.318. num.26.de Iure catholono Dom.Creſpi d.obſ.4.num.251.& ſeqq.*

132 Si accuſator pendente accuſatione decedat, Iudex ex officio poteſt cauſam proſequi *Marant.d.aſt.2.num.180. Clar.§.fin.q.51.* verſ. *pariter etiam.*

133 Sic etiam ſi quis accuſet, & deinde deſiſtat, Iudex poteſt cauſam ex officio finire *l.pen.in princ.ff.de publ.iudic. Carauit.rit.23.num.1. & 9. Boſſ.pract.crim. tit.de accuſat.num.14.* Quod

134 intellige ſi Iudex poterat procedere ex officio, non exiſtente accuſatore, aliàs ſecus *Carau.rit.233.num.14.Campagn.in cap.regni pridem nu.11. Maſtrill.dec.207.& 213.Tuſchg.in pract.crim.cap.1.n.12.Clar.§.fin.q.51.*verſ.*ſed quid.* Imo ſi contra

135 accuſatorem in cauſa criminali, opponatur exceptio excommunicationis, iudex poteſt ex officio cauſam proſequi per *cap.regni incip. pro bono in princ.*

136 Sic ſi propoſita per partem accuſatione, ſuam intentionem non probet, quod appareat didicitis teſtificatis, non poteſt iudex ex officio poſtea ad illam probandam recipere teſtes, nam licet ſit verum, vt iudex poſſit recipere teſtes ex officio poſt publicatas atteſtationes *Farinac.q.75. num.184.* & diximus *ſup.* hoc non procedit niſi ad partis inſtantiam *Peguera in pract.cap.12.§.8.nu.2.verſ. attamen Dom.Creſpi d.obſ.4.n.217.& 218.*

137 In crimine iniuriarum parte remittente, Iudex non poteſt cauſam proſequi ex officio *Follerin.ſuis fragm.tit.de iniur.num.140.* Et licet contrarium

138 teneat *Paris,* quem ſequitur *Muſcatell.d.praſ. rubr.de iniurijs nu.31.& ſeqq. Amendol.ad Franch. dec.100.in fin.Thor.in comp. verb.procede.* Tamen

139 prima opinio eſt verior, & ſecunda procedit in crimine iniuriarum atroci, pro quo poſſit à principio procedi ex officio, vt aduertit *R.Sanfel.dec.63.num.26.& ſeqq.*vbi *num.28. & ſeq.* dicit, quod quando pars remittit poſt litem conteſtatam, Curia procedit ex officio, dato quod iniuria non ſit atrox, ſecus ſi antè litem conteſtatam remittat.

140 De *iure* noſtri regni iudex non poteſt procedere ex officio in actione iniuriarum verbalium, imò neque poteſt procedere ad denunciationem partis, niſi porrecto libello *ex rit.311. verſ.ſtatuentes Grammat.dec.37. num.22.* Et ſic Actuarij

141 criminales non poſſunt recipere querelas iniuriarum verbalium ad ſimplicem denunciam partis per *prag.36.§.43. de offic.magiſtr.iuſtit.* Sed tantum porrecto libello ſeruata forma *d.rit.311.* vt docet *Rouit.in d.prag.36.ſeu 38.nu.7. de offic.*

142 *magiſtr. iuſtit.* Quod procedit in toto regno

Carrah.de ſindic.p.2.n.149. Sed *Reg.Sanfel.deciſ.*
143 258.refert deciſum, Magnam Curiam poſſe
procedere abſque quærela pro iniuria verbali,
cum ipſi per præheminentiam ſit permiſſum pro-
cedere in omnibus abſque accuſatore, & *deciſ.*
144 63.nu.25. Verum non valdè miramur de dicta
deciſione, vt diximus *in obſ.ad deciſ.68. R.Rouiti*
nu.5.& miratur *Reg.Marinis ad Rouert.deciſ.50.*
in fine.
145 In delictis, in quibus poteſt iudex procedere
ex officio, procedit non obſtante, quod Vniuer-
ſitas habeat triduum in priuilegium, per *prag.1.*
146 *de priuil.Vniuerſ.conceſſ.* Quod intellige ſi ve-
niat imponenda pœna relegationis, vel vltrà, ſe-
cus ſi infrà, quia tunc non poteſt procedi vigore
priuilegij, ſi accuſator infrà triduum remittat,
ſeruata forma priuilegij per *prag.36. §.item ſe ſi*
ſit querela de offic.magiſtr.iuſtit. deciſum refert *R.*
Rouit.in d.pragm.1.num.1. de priuil.Vniuerſ.conceſſ.
147 Elapſo triduo ad remittendum, ſi ſit coniuncta
perſona, quæ quærelauit adhuc admittitur pœni-
148 tentia *Arnon.ſing.17.* Et ſi ſtatutum præfigat
terminum ad accuſandum in cauſis criminalibus
elapſo dicto termino Iudex non poteſt ex officio
procedere contrà reum, dato quod ipſe reus ſit
confeſſus poſt dictum terminum *Caball.reſol.5.*
149 Facit ad hanc materiam, quod ſententia lata
per vnum Iudicem diuerſi Principis non poteſt
exequi per alterum iudicem, niſi ad inſtantiam
& petitionem iudicis, qui tulit ſententiam *Guaz-*
zin.defenſ.1.cap.16.Miſing.cent.3.obſ.68.
150 In caſibus, in quibus iudex poteſt procedere
ex officio, & per inquiſitionem criminaliter, po-
teſt procedere etiam poſt intentatam ciuilem
cauſam per partem, & actio illa ciuilis non facit
ſuſpendere actioné criminalem à fiſco poſtea
promotam ad *tex.in l.2.C.quando act.crim. Natta*
conſ.138.num.12.& ſeqq.lib.1.Clar.q.2.num.7. in
fine vbi Baiard.num.17. Farinac.conſ.21. num.1.
in fine, & ibi addit.lib. Guazzin.defenſ.1.cap.24.
num.7.Giurba.contr.165.num.17.& 18.
151 Talis exceptio, vt iudex non poſſit procede-
re ex officio, licet aliqui dicant, quod ſit dilato-
ria, & ſic debeat opponi ante litem conteſtatam
*Foller.in pract.verb.detur copia capitulor.nu.9.*qui
citat *tex.in l.ſi maritus §. præſcriptiones ff. ad l.iul.*
152 *de adulter.* Tamen verior eſt concluſio, quod
poſſit opponi poſt litem conteſtatam *Iaſde Arnon.*
comment.155.Guazzin.defenſ.1.cap.19.n.98.
153 Et quando per partem opponitur, quod non
poſſit procedi ex officio in aliqua cauſa, iudex
debeat ſuper hoc interloqui *Angel.Aretin.de ma-*
leſic. verſ.hoc eſt quadam col.3. in fine Foller.in
*pract.verb.detur copia capitulorum num.6.*alias po-
teſt appellari *ibid.n.8.*
154 Verum in caſibus, quibus Iudex poteſt ex
officio procedere, vt poſſit procedere, eſt neceſſe,
vt contrà inquirendum præceſſerit infamia, aliàs
non poteſt formari inquiſitio *cap.qualiter,& quã-*
do l.2.de accuſat.Arnon.ſoliloqu.65.& ſing.58.
155 Verum in caſibus, in quibus Iudex non poteſt
procedere ex officio, ſed tantum ad partis in-
ſtantiam, ſi accuſator ſit inhabilis, Iudex ex offi-
cio poteſt illum reijcere, vt ſunt iudæi, hæretici,
& alij ſimiles. Secus ſi non fuerint omnino inha-
biles, & poſſent tacito, vel expreſſo conſenſu
partium habilitari, quia contrà iſtos iudex non
opponit parte non reclamante *Corrad.in ſua*
pract.tit.de accuſat.num.14. in fine Farinac.qu.12.
156 *num.56.* Et licet per ſtatutum eſſet diſpoſitum,
vt quilibet admittatur ad accuſandum, nihilomi-
nus reſtringitur ad perſonas habiles *Paul.de Ca-*
ſtr.in l.2. num.5.ff.qui ſatiſd.cog. Baiard.ad Clar.
q.14.n.3.
157 Quæ exceptio illegitimæ perſonæ circa accu-
ſationem reddit totum proceſſum nullum, & in-
ualidum, vt non poſſit ſequi ſententia, niſi in fa-
uorem inquiſiti *Marſ.conſ.49.num.9.& ſeqq. Rol.*
conſ.31.lib.1.Farinac.conſ.55.num.1.Decian.tract.
crim.tom.2.lib.3.c. 3.num.2. Si verò non interue-
158 niat perſona legitima, quia eſſet falſus procu-
rator, vel alio modo deficeret voluntas principa-
lis, dicitur defectus inſanabilis, qui nec etiam
poterit ſuppleri per ipſum principalem *Vant.ru-*
*br.1.n.60.& ſeqq.*diximus *in rubr.11.* Et talis ex-
159 ceptio tanquam reddens iudicium, & proceſ-
ſum retrò nullum quandocunque poterit opponi
l.licet C.de procur.cap.in noſtra in fine eod.tit. Ba-
160 *iard.d.q.14. n.2.* Etiam vſque ad mille annos
Vant.vbi ſup.num.58.& *nos* ibi diximus.
161 Sed difficultas hic eſt, ſi proceſſus poſſit ſub-
ſtineri ſaltim ex officio iudicis, vt quia vellet Iu-
dex procedere ex officio per inquiſitionem? Et
reſolutiue diximus, quod ſic, cum Iudex ſuppleat
ſimiles defectus exiſtentes in quærelis, & ſuper
eis fundet iudicium, & procedat ex officio *Fa-*
*rinac.q.1.num.8.& ſeqq.Clar.q.2.nu.7.*vbi *Baiard.*
num.17.& clarius *q.14.num.1.verſ.ſcias tamen.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per ſordes, an ſit nulla? & nu.2.3.*
4.5.14.15.
6 *Lata per dolum an nulla? & n.7.8.*
9 *An bene detur pecunia teſtibus pro veritate dicen-*
da? & n.10.11.12.13.
16 *Sententia lata prætextu falſi iuramenti, an ſit nul-*
la? & nu.17.
18 *Quid lata aduerſario partis aduerſæ corrupto? &*
num.19.
20 *An perdat cauſam falſificans proceſſum, & teſtes?*
& num.21.
22 *Sententia lata per metum, an valida? & à nu.23.*
ad num.29.
30 *Sententia lata per colluſionem, an valida? & à n.*
31.ad n.36.

Sententia lata per ſordes, dolum, iniuriam prætextu falſi iuramenti, metum, & colluſionem, an, & quando valeat?

QVÆSTIO XXVIII.

1 SEntentia lata per ſordes, ideſt prece, pre-
tio, timore, vel odio; pro vt exponit *gl.in*
verb.vel per ſordes in cap.æterni de ſent. &
re iudic.in 6, & eſt optimus *tex. in c.quæ-*
tuor

tuor modis 11.q.3. Si lata eſt per gratiam, ſeu ambitionem: ideſt quod Iudex volens parti morem gerere, & gratificari pro conſequenda aliqua dignitate, vel officio, ſeu ob amicitiam, vel odium litigatorum, aut quod precibus deuictus ſententiam tulerit, ipſo iure teneret, & ab ipſa appellare neceſſe eſſet, vt eſt *tex. in l.ſermo §.cum pretor ff.ad Trebell.gl.in l.fin.* qui voluit non procedere fauore minoris *C.ſi tat.falſ.alleg. gl.in l.fin.C.de pœna iudic.qui malè iud.* vbi *Bal.* poſt *Cappell.Tholoſ.dec.282. Caualc.de teſtib. nu.241. circa princ. Odd.de reſtitut.in integr. qu.76. Decian. tract.crim. tom.2.lib.8.cap.39.nu.26.* & quamuis ità ferri nõ
2 debuiſſet, lata tamen tenet *l.1.§.biduum, & ibi gl.* verb. *ſtatim ff.quand. appell.ſit. l.relegatorum §.ad tempus ff.de interd.& relegat.*

3 Vel competit reſtitutio ex clauſula generali per inſtrumenta nouiter reperta *Bar. in d.l.ſed & ſi §.ait prætor ff. de in integr.reſtit. in l.ſeruo inuito §.cum prætor.ff.ad Trebell.* vbi *Angel. nu.1. Alber. nu.4. Caſtr.nu.2. Caroc.except.49 nu.55.* qui n.56. dicit id procedere indiſtinctè in fiſco, & alijs perſonis priuilegiatis, in alijs vero perſonis priuatis id intelligit verum ſi neſciuerit latam per ſordes, ſecus ſi ſciuit, & non appellauit.

4 Practicam probandi ſententiam latam per ſordes, ambitionem, vel gratiam ponit *Caſtr.in d. l.ſeruo inuito §.cum prætor.nu.4.* ponendo duos caſus Primus eſt ſi Iudex fateatur ſe ſimilẽ ſententiam protuliſſe, ſequitur *Odd.de reſtit.qu.73.n.77* quis hic modus ſapiat difficultatem quia iudici hoc aſſerenti non creditur, nec ſi dicat in articulo mortis *Bar.in l.ſi quis in graui §.1.ff. ad Sillan. Menoch.lib.1.præſ.5.n.18. Pech.de contract.coniug. lib.2.cap.7.nu.4.6.*

5 Secundus caſus eſt cum victus fuit enormiſſimè læſus *Caſtr.d.§.cum prætor. nu.4.* ſequitur *Caroc.d.except.49.nu.58.& 60.*

6 Si verò dolus iudicis in ſpecie corruptionis factæ per pecuniam tranſiret, ideſt, quod pretio corruptus, ſententiam ferret, ipſo iure non valeret, ex quo venalis eſſet *l.venales C.quand. prouoc. non eſt neceſſ. §.venales 2.qu.6.gloſ.& DD.in l.fin.* vbi *Bal.col.1.C.de pœn.iudic.* Caball.caſ.195.nu.8. *Marſil.de bannit.§.ſententia 4.nu.95. Nig.de execut.rei iudic.cap.6.§.8.nu.22.* qui ampliat in ſententia prolata à Iudice, qui emit munus iudicandi *Decian.ſup.*

7 Et ſententia lata per dolum, ſeu iniuriam eſt nulla, & nunquam tranſit in rem iudicatam *Contard.in l.vnic.lim.10.nu.1.2.& 3.& 7. Scacc.de appell.qu.17.lim.6. membr.7.nu.38.* Idem eſt in ſententia lata per culpam *Contard. & Scacc.ibid.* quod adeo eſt verum, quod licet ab interloquutoria regulariter non appelletur, tamen ſi illa ſit lata per iniuriam, ſeu dolum, poteſt appellari poſt *Scacc.ſup. Rebuff. Marant. & alios Salgad.de reg.protect.p.2.cap.6.nu.77.& 78.* Etiam quod pe-
8 cunia data fuiſſet, vt iuſtam ſententiam ferret, quia nihilominus talis ſententia diceretur venalis per *tex.in cap.vendentes 1.qu.3.* vbi *Barboſ.* dicit non committi ſimoniam.

9 Idem eſt in teſte, qui falſarius reputatur ſi accipiat pecuniam, vt veritatem dicat per *textum gl.in l.1.in princ.ff. de falſ.Clar.§.falſum ſub n.24. Menoch.de arbitr.caſ.330. Farinac.qu.67. n.238. Giurba conſ.64. nu.25. Carena de S.Officio par.3. tit.6.nu.74. Aufr.ad Tholoſan. dec.285.* Ipſa *dec.* 285. & ibi *etiam Aufr.* qui *ſub nu.5.& ſeqq.* limitat quando teſtis accepiſſet palam pecunias, vt
10 diceret veritatem. Nam turpiter facit teſtis pecuniam accipiendo pro depoſitione, quam gratis facere debet *l.ſi ob ſtuprum §.ſi tibi & ibi gl.ff.de condit.ob turp.cauſ.Carena ibid.nu.74.in fine. Ant. de Ballis tract.crim.lib.1.qu.26.num.65.& ſeqq.* Et
11 illã accipiendo in dubio præſumitur, quod falſum depoſuerit, etiam quod non probetur, quod id fecerit *Farinac.d.qu.67.nu.237.& conſ.131. nu.33.lib.2.*

12 Quæ concluſio procedit etiam ſi pecuniam recipiat, & ſe examinet, & verum dicat *Farinac. nu.240. Guazzin.defenſ.14.cap.8. nu.3. Giurba d. conſ.64.nu.27.* poteſt tamen teſtis deponere precibus inductus, & poteſt recipere pecuniam pro expenſis itineris latè *Conciol.reſol.crim.* verb. *falſum reſol.19.*

13 Et pecuniæ materia latè ſumitur, cum comprehendatur omne id, quod iudici datur, vt ſententiam ferat *l.quin etiam cum l.ſeq. in princ.ff.de calumn. Bal. in l.1.C.de pœnis iudic. Paris.de ſindic.* verſ. *corruptio* cum verſ. *ſeq. Barboſ.de verb. appellat.* verb. *pecuniæ appellatione nu.1.*

14 Hæc intellige ſi pecunia data ſit ante ſententiam, ſecus ſi poſt, Vel quod vnus tantum, ex tribus iudicibus fuiſſet corruptus, aut is, qui iudicauit fuiſſet arbiter, quia his caſibus ſentẽtia mero iure valeret, vt declarat *Felin. in cap.cum nobis in fin.de ſimonia Paris d.§.corruptio ver. an ſi tempore Aug. d.l.venales,* vbi habetur, etiam quod mutuans pecunias iudici, videtur corrumpere *Bar.in l.quiquis C.ſi cert.petat. & in l.1. de calumn. Decian.tract.crim.tom.2.lib.8.cap.39.nu.27.*

15 Verum iſte iudex corruptus non poterit denuo pronunciare *Decian. d.n.29.* ſequitur *Guazzin.defenſ.35.cap.6.nu.7.*

16 Sentẽtia prætextu falſi iuramenti lata tenet *gl.in l.præcipimus, & DD.in l.ſi ex falſis C. de tranſact. & in l.1. in fin. C.de reb. credit. & in l.admonendi ff.de iure iur.& in l.quod ſi deferente ff. de*
17 *dol.* Sic etiam tenet quilibet actus etiam contra proprium iuramentum factus *Alex. conſ.224.col. fin.lib.6.*

18 Valeret etiã mero iure ſententia lata à iudice ſi procurator, vel aduocatus fuiſſet per aduerſam partem, corruptus, adeo quod per colluſionem, & corruptionem ſententia fuiſſet prolata, cum perſonæ huiuſmodi non ſint de ſubſtantia iudicij, nec ſuper his iuſtitia principaliter radicetur *l.ſancta gloſ. C. de aduoc. diuerſ.iudic.* poſt alios *Vant.hic nu.140. Caualcan. in fragm.frag.99.* Et
19 quia talis perſimoniam vincere tentat, fingitur habere malam cauſam, propterea illam perdit *tex.& gl.& DD.in l.2.C.de pœn.iudic.*

20 Sic etiam perderet, ſi acta, vel proceſſum falſificaſſet, & per illum modum religionem iudicantis circumuenire voluiſſet, quia etiam talis cauſã perdere debet per *tex.* iunctã *gl.in l.in fraudem §.ſequnies,* & ibi *Bar.ff.de iure fiſci.* Secus eſt in cor-
21 rumpente teſtes, quia talis non perdit cauſam, ſed ſententia per reſtitutionem in integrum re-

uiſa

viſa ex integro incohatur, vt per *Bar. in d. §. quoties. & per eundem in l. falſam C. ſi ex falſ. inſtrum. Boer. dec. 291. Capic. dec. 67. in princ.*

22 Sic etiam ſententia lata per metum ipſo iure tenet, licet ex poſt, conſtito de metu, per actionẽ quod metus cauſa retractanda ſit *gl. & DD. in l. mulier §. ſi dos ff. quod met. cauſ. Spec. de ſent. §. quoniam col. 2. poſt princ. Vant. bic nu. 142. Corſet. ſing. verb. ſententia 16. Sebaſt. Medic. de caſib. & pericul. p. 1. qu. 7. nu. 45. ampl. 32. Caroc. de except. except. 45. & 131.* & quod mero iure teneat, voluit
23 *gl.* & ibi *Archid. in cap. iniuſtum 11. qu. 3. & cap. quatuor 11. qu. 3.*

24 Sed contra, quod ſit ipſo iure nulla, eſt *tex. in d. cap. iniuſtum & cap. omne 25. qu. 1.* ibi *metu, & iuſſu, aut cuiuſcumque Epiſcopi, aut potentis à iudicibus ordinata, vel facta non valeat*, quod dicit *Roman. ſin. 92.* qui reprehenditur à *Corſet. vbi ſup. Mongell. de metu cap. 9. num. 25. prope fin.* & nulli dubium eſt, quod quando Iuris conſulti vel Sũmi Pontifices volunt declarare actum nullum, vtuntur dictis verbis *facta non valeat*, & ſimilibus, vt dicit *Vant. in rubr. 1. nu. 12.*

25 Verum dato, & non conceſſo, quod prima opinio eſſet verior. Illa fallit in ſententia abſolutionis à cenſuris, quia illa per metum lata eſt ipſo iure nulla per *tex. & gl. in cap. vnic. quod met. cauſ. in 6. Bal. in l. decernimus col. 2. in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Spec. de ſent. §. quoniam col. 2. poſt princ. Rota deciſ. 374. in nou. Roman. d. ſing. 91. Caroc. d. except. 45. num. 2.* nam coacta voluntas, vo-
26 luntas eſt *cap. merito 15. qu. 1. Lanfranc. in c. quoniam contra §. interloquutoria nu. 9. de probat. Dec. conſ. 43. col. 4. & conſ. 119. lib. 2. Card. Tuſc. lit. V. concluſ. 280. cum ſeqq. Vax. axiom. iuris verb. voluntas num. 177.*

27 Declaratur tamen poſita concluſio de metu, Vt procedat ſi feratur ſententia per metum præciſum ad ſic, & ſic ſententiandum, ſecus ſi ad ſententiandum tantum in genere, ſed in ſpecie ſit in arbitrio iudicare debentis, benè *Dec. conſ. 43. col. 4. verſ. non obſtat quod de ſententia.*

28 Declaratur 2. niſi ſententia in ſe ſit iuſta, quo caſu licet lata per metum valet, & tenet *Bal. in l. eleganter §. ſi quis poſt ff. de condit. indebit.* dicens eſſe caſum notabilem, & ſingularem *in l. fin. ff.*
29 *quod metus cauſ.* Et Iudex, qui per metum ſententiam tulit, excuſatur ſi ab initio ignorabat futurum metum, & compulſionem, ſecus ſi ſciebat *Bal. in l. de eo C. de poena iudic. qui mal. iudican. Caroc. d. except. 45. nu. 6.*

30 Sententia lata per colluſionem eſt nulla, & alteri non nocet *l. enim, qui §. in popularibus ff. de iure iur. l. 1. & tot. tit. de colluſ. deteg. Couar. pract. cap. 15. nu. 2. 3. Menoch. conſ. 501. nu. 9. Surd. deciſ. 74. nu. 13. & 14. & dec. 256. nu. 11. & 12. Peregr. de fideicommiſſ. art. 53. nu. 58. Scacc. de ſent. & re iudic. gl. 14. qu. 12. nu. 123. Seraphin. dec. 763. nu. 9. Anna conſ. 104. de Georg. alleg. 36. Conſ. Frat. lib. 3. diſcept. forenſ. cap. 13. à nu. 31. Fontanell. dec. 595. Viſcont. concluſ. iuris verb. colluſio,* Colluſio eſt cõ-
31 uentio latens, & fraudulenta inter actorem, & reum *gl. in cap. 3. de colluſ. in verb. ſpeciale Anna*
32 *d. conſ. 104. nu. 2.* & quia eſt latens coniecturis probatur *l. qui autem §. non ſimpliciter ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. Bal. in l. 1. in fine C. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam* poſt alios *Farinac. q. 4. n. 29. Maſcard. de probat. concluſ. 322. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſ. 26. Crauet. conſ. 997. nu. 27.* vbi dicit vnicam coniecturam ſufficere.

33 Bona coniectura eſt quando reus noluit cauſam defendere producendo iura, quibus illam tueri potuiſſet *Alciat. reſp. 492. nu. 34. Molina de hiſp. primog. lib. 4. cap. 8. nu. 9.* vbi *add. per tex. in l. ſi ſeruus plurium §. ſi quis ante ff. de leg. 1.* Vel ſi non appellauit à ſententia, à qua appellare potuit *Molina d. cap. 8. nu. 10. Scacc. d. qu. 12. n. 123. in fine Peguer. dec. 121. Amat. reſol. 79. nu. 25. Fuſar. qu. 622. nu. 15.* Vel ſi vnus litigantium alteri impenſas miniſtrauit *Menoch. ſup. num. 6. Verall. dec. 143. nu. 4. p. 1.*

34 A ſanguinis coniunctione, & affinitate ſumitur etiam coniectura *Decian. reſp. 11. nu. 116. lib. 1. Menoch. d. præſ. 26. nu. 11.*

35 Sententia talis non nocet tertio, nec prodeſt colludenti *gloſ. in d. l. ſi ſeruus plurium §. 1. verb. nocebit* allegans *l. & eleganter §. ſi dolo ff. de dolo* lata contra hæredem non nocet fideicommiſſario quando adfuit colluſio *Rip. in l. filiusfam. §. diui num. 59. ff. de leg. 1.* & ibi *Claud. Aquenſ. nu. 17. Alciat. reſp. 492. nu. 34. reſp. 506. nu. 5. reſp. 617. nu. 4.* & *Aquenſ.* dicit ibi, illam non tranſire in rem iudicatam *Molin. d. cap. 8. nu. 7.* vbi *add.*

36 Et talis ſententia non ſolum eſt nulla, ſed eſt ipſo iure nulla *Vin. dec. 296. Celſ. Vgon. conſ. 120. nu. 73. Mandoſ. conſ. 43. nu. 9. Decian. reſp. 11. nu. 110. vol. 1.* & quod ſit nulla non ſolum reſpectu tertij, ſed reſpectu eiuſdem colludentis, deciſum fuit per S.C. vt refert *Anna d. conſ. 104. num. 22.* alia ad materiam colluſionis tradit *Caſtill. Sotomaior lib. 6. contr. cap. 157. ex num. 26.* diximus *nos in rubr. 4. q. 3. 4. 28.*

S V M M A R I V M.

1 *Iudex debet iudicare ſecundum leges, & conſtitutiones, alias ſi iudicet contra illas nulliter iudicat, & num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & num. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51.*

8 *Quod intelligendum eſt de iure claro, & manifeſto & nu. 9. 10. 11. 12. 13.*

14 *An ſit nulla ſententia lata contra communem opinionem? & nu. 15. 16.*

17 *An ſi iudicet contra deciſiones Rotæ Romanæ, & Sacri Conſilij Neap. & nu. 18.*

19 *An lata contra conſuetudinem? & nu. 20.*

21 *An contra rationem legis? & contra legem à contrario ſenſu? & à nu. 22. ad nu. 28.*

29 *An contra ſtatuta? & nu. 30. 31. 32.*

33 *An ſit nullum laudum?*

34 *An ſententia lata ex errore? & à nu. 35. ad n. 44.*

52 *An contra ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum? & à nu. 53. ad nu. 67.*

68 *An lata contra declarationes Congregationis Cardinalium Concil. Tridentini?*

69 *An contra regulas Cancellariæ?*

70 *An contra ſententiam Principis emanatam in cauſa particulari? & nu. 71. 72. 73. 74. 75.*

76 *An contra ſtylum, & quis ſit ſtylus? & à num. 77. ad num. 86.*

87 *Iu-*

87 *Iudex appellationis debet attendere ſtylum iudicis à quo, & à nu. 88. ad nu. 95.*
96 *An ſit nulla venditio rei debitoris non præſenti pecunia facta? & à nu. 97. ad nu. 108.*
109 *Executio facta contra illos, qui non tenentur, niſi, deducto nè egeant, an ſit nulla? & nu. 110. 111. 112. 113. 114.*

An ſententia lata contra legem, communem opinionem DD. Deciſiones Rotæ Romanæ, & aliorum Tribunalium, conſuetudinem, Rationem legis, ſtatuta, ſententiam tranſactam in rem iudicatam, regulas Cancellariæ, ſtylum, ſit nulla? & an valida ſi res debitoris vendatur non præſenti pecunia? & an executio facta contra perſonas, quæ tenentur deducto ne egeant, ſit nulla?

QVÆSTIO XXIX. & vlt.

1 DIximus *ſup.* Sententiam, controuerſiam
propoſitam legitimè diffinire debere,
quia imprimis illud obſeruare debet
Iudex, nè aliter iudicet, quam quod
legibus, aut conſtitutionibus, proditum eſt, vt di-
cit *tex. inſtit. de offic. iudic. in princ. l. nemo C. de*
ſent. & interloq. l. ſi expreſſim 19. ff. de appellat. c. 1.
cap. inter 9. cap. cum inter 12. in fine cap. quo ad
conſultationem de ſent. & re iudic. Ant. Gouean. lib. 1
var. cap. 27. Gellius lib. 14. noct. attic. cap. 2. Couar.
lib. unic. pract. cap. 25. P. Auguſt. de legib. qu. 15. per
tot. & in tit. ff. de Iuriſd. omn. iudic. qu. 6. num. 13.
Hugo Donell. lib. 26. comment. cap. 2. & 3. Cuiac. lib.
10. reſponſorum Modeſtini in l. præſes 27 ff. de re
iudic. Pichard. lib. 4. inſtit. tit. 17. in princ. tit nu. 1.
D. Thom. 2. 2. q. 60. art. 5. Soto lib. 3. de iuſtit. & iure
qu. 4. art. 5. concluſ. 1.
2 Ideo ſi Iudex expreſſè contra leges in cor-
pore iuris clauſas, ſententiam diceret, legibus
ipſis aduerſando puta quod minor quatuordecim
annis poſſet teſtari, ſeu quod ſententia diffinitiua
in ſcriptis proferri non deberet, & ſimilia, ipſo
iure non valeret, quaſi contra ius conſtitutionis
contrarium inducentes manifeſtè lata, prout eſt
tex. in l. 1. §. item cum ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.
l. ſi expreſſim ff. de appell. l. 2. C. quando prouoc. non
eſt neceſſe cap. 1. de ſent. & re iudic. latè *Gabriel.*
comm. concluſ. tit. de ſentent. lib. 2. concluſ. 7. num. 1.
Card. Tuſc. lit. S. concluſ. 141. nu. 1. vbi teſtatur de
communi *Bertazzol. conſ. 463. num. 4. vol. 2. Mar.*
Burg. de modo proced. ex abrupt. qu. 50. nu. 3. Guaz-
zin. defenſ. 35. cap. 20. nu. 1. Nig. de except. cap. 12.
§. 13. nu. 1. & de execut. rei iudic. cap. 6. §. 8. nu. 43.
& §. 12. Oſaſch. dec. 142. nu. 28. & ſeqq. Surd. conſ.
467. nu. 1. & conſ. 160. nu. 11. D. Reg. Philipp. differt
fiſcal. 3. nu. 15. Siue ſententia ſit diffinitiua, ſiuè
3 interloquutoria *Mattheſ. ſing. 19.* Nec excuſaret
4 eum ſua prætenſa conſcientia, quia iniuriam fa-
cit legibus is, qui vult ſe meliorem videri, quam
ipſæ leges, vt *in Auth. de iudic. §. oportet Paris de*
ſindic. verb. iudices parus col. penul. Guazzin. d. cap.
20. nu. 1. verſ. nec minus Tuſc. lit. S. concluſ. 141. nu.
11. & ſeqq. Nig. de except. d. cap. 12. §. 13. nu. 32.
5 Prout neque idem Iudex, quaſi, quod leges, &
conſtitutiones huiuſmodi ignorauerit, excuſan-
dus eſſet, cum legum miniſter electus, & deputa-
tus extiterit, vt *in l. 1. §. poſt originem ff. de orig.*
iuriſ. ideo non licet tale ius, in quo verſatur igno-
6 rare *d. l. 2. §. ſeruius.* Maxime quod leges, & ſacræ
conſtitutiones ità publicè conſtitutæ ſunt, vt ab
omnibus ſciri debeant *l. ſacratiſſimæ C. de legib.*
7 Nec conſenſus partium litigantium prodeſſet ad
ſaluandam nullitatem *DD. in l. ſi conuenerit* vbi
Iaſ. col. 1. verſ. 3. limita ff. de re iudic. Guazzin. d. de-
fenſ. 35. cap. 20. nu. 1. verſ. *nec minus Nig. d. cap. 12.*
§. 13. nu. 38. Gratian. dec. 197. nu. 7.
8 Quæ omnia ſunt intelligenda de iure claro, &
manifeſto, vt puta, quod eſſet regula iuris, ſeu
aliàs ex ſe clara, & indubitabilis, vt declarat
Matteſil. ſing. 20. Dec. conſ. 8. poſt princ. lib. 1. Ga-
briel. de ſent. concluſ. 7. num. 19. vbi *alios* allegat
Tuſc. lit. S. concluſ. 141. nu. 3. vbi teſtatur de com-
muni *Guazzin. d. defenſ. 35. cap. 20. nu. 1.* verſ. *ſed*
DD. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 8. nu. 16. Gall. conſ.
2. nu. 49. Dec. conſ. 8. nu. 1. aliàs ſi conſtitutio, pu-
9 ta, varios habens intellectus, communiter repu-
tetur obſcura, ob huiuſmodi probabilem excuſa-
tionem, Iudex ſi contra eam, quaſi putans ad cau-
ſam non facere, pronunciaſſet, ſententia ſubſiſte-
retur *l. cum prolatis ff. de re iudic.* vbi *Imol. & Alex.*
& Iaſ. idem tenent *Bar,* poſt *Cyn.* & *Baldus in l. 2.*
C. quando prouoc. non eſt neceſſ. Ant. Imol. Panorm.
Felin. in cap. 1. col. 3. de re iudic. Gabriel. d. concluſ.
7. num. 7. verſ. *contrarium Nig. de except. cap. 12. §.*
13. nu. 44. Tuſc. d. concluſ. 141. nu. 58. & 60. add. ad
Mattheſ. ſing. 19. nu. 9. & ſeqq. Caroc. except. 41. nu.
25. Emman. de Valle de cuſalm. & incantant. ſect. 1.
cap. 5. num. 24.
10 Nam lex obſcura, & varios habens intellectus
ad decidendum alligari non poteſt *Bal. in l. in*
ambigua ff. de reb. dub. gl. fin. in princ. in cap. 1. de
conſtit. in 6. Idem Bal. in cap. fin. col. fin. eodem tit.
Surd. conſ. 9. nu. 44. & conſ. 311. nu. 53. conſ. 379.
11 *nu. 13. & ſeqq.* Maximè de *Iure* noſtro munici-
pali Neap. *in prag. 4. de dilation. §. 20.* quo nulli-
tas debet eſſe contra *expreſſum* caſum textus, vel
contra ſcripturam publicam in actis præſentatam
ante ſententiam *Reg. Capic. Latr. dec. 36. num. 14.*
Reg. Ponte conſ. 127. nu. 6. & 7. lib. 2. Reg. Sanfel.
dec. 365. lib. 3. Epiſc. Afflict. contr. 48. nu. 77. Et po-
12 teſt Iudex ex varijs opinionibus alteram præ-
eligere, & ſecundum illam iudicare *Rot. dec. 774.*
in antiquis.
13 Et licet aliquis ex pluribus alicuius legis in-
tellectus magis communis reputetur, ſententia
tamen aduerſus huiuſmodi magis communem
intellectum lata non diceretur nulla, vt per *Alex.*
in d. §. duo fratres col. 21. l. qui romæ ff. de verb. obli-
gat. Iaſ. in d. l. cum prolatis col. fin. Felin. in cap. 1.
col. fin. de conſtit. vbi voluit, quod ſententia con-
tra communem opinionem DD. lata, quaſi ob
expreſſum iuris errorem, non ſit nulla poſt *An-*
gel. poſt *Imol. & DD. in d. §. duo fratres Caroc. ex-*
cept. 41. num. 26.
14 Et licet non deſint alij tenentes contrarium,

ſeil ſententiam latam contra communem opinio-
nem eſſe nullam, ſicut latam contrà legem *Caual.*
qq. commun. contra commun. in proœm. num. 35. Ma-
gan. dec. Flor. 150. num. 9. Hunn. in encyclopad. iuris
p. 1. tit. 7. num. 7. Nouar. ſuper prag. 5. de dilat. nu. 5.
illam intelligunt, quando communis opinio non
habet contradictorem, nam tunc illa habet vim
legis *l. athletas ff. de ijs, qua not. infam. Carol. Kchir-*
ben. tract. de feud. ex pact. & prou. cap. 4. num. 25. &
ſeqq. Corat. de commun. opin. lib. 3. cap. 12. num. 18.
Gabriel concluſ. 7. num. 25. de ſent: R. Rouit. conſil.
15 *50. nu. 18. lib. 1.* Secus ſi communis opinio eſſet
controuerſa *Corat. eodem tract. c. 9. Contard. de mo-*
ment. poſſeſſ. lim. 9. num. 50. & ſeqq. Surd. conſ. 405.
num. 21. Nig. d. §. 13. nu. 28. & 29. Gabriel vbi ſup.
16 Verum Iudex contrà communem huiuſmodi
opinionem iudicans, ſi illam eſſe falſam oſtende-
re neſciret, in ſyndicatu aliquanto tamen mitius,
quam ſi contra legem indubitabilem iudicaſſet,
puniretur, vt voluit *Bal. & Angel. in l. fin. C. de*
pœn. iudic. qui male iudic. gl. Inſtit. de obligat. quæ ex
quaſi delict. in princ. Alex. conſ. 66. in fin. lib. 5.
conſ. 19. circa princ. lib. 7. Hunnius in Encyclopad.
iuris p. 1. tit. 7. nu. 4. & 5. Scrad. conſ. 13. num. 162.
lib. 1. conſ. 49. num. 20. lib. 2. Coraſ. de commun. opin.
lib. 3. tit. 12. num. 25. & 34. Vueſſembec. conſ. 88. nu.
25. vol. 2. Quæ nam ſit communis opinio, & quã-
do ſit ſequenda, cum tota ſua materia, eſt viden-
dus *Hunn. ſup. Cauall. in proœm. commun. per tot.*
17 Nec ſententia eſſet nulla, ſi Iudex iudicaſſet
contrà deciſiones Dominorum de Rota Roma-
na, ex quo Domini præfati non habent poteſta-
tè legis condendæ, nec eorum deciſiones, quam-
uis magiſtrales, & magni ponderis ſint, vim legis
obtinent, vt voluit *Dominic. in cap. duobus col. 11.*
de reſcript. in 6. Card. in cap. paſtoral. de fide inſtr.
Caſſad. dec. 17. circà fin. de præb. Gabriel d. concluſ.
7. num. 22. Tuſc. lit. S. concluſ. 141. num. 44. & 52.
Rota Rom. dec. 206. nouiſſ. p. 1. quamuis contra di-
cat, illas facere ius *Garz. de benefic. p. 5. cap. 4. n.*
77. Grauen. ad Gaill. in præfat. n. 67. Cald. in l. vnic.
C. de delict. defunct. p. 1. num. 76. & qq. forenſ. lib. 1.
q. 22. num. 50. qui debent intelligi, facere has de-
ciſiones magnam probabilitatem propter Rotæ
authoritatem, non autem, vt faciant legem, dum
videmus illas multoties reuocari per eandem
Rotam, de illarum laude eſt *Rub. in ſing. Rota*
tom. 1. in princ. Maſcard. de probat. concluſ. 485. nu.
11. Latter. in apparat. ad tract. de benefic. Marcheſ.
& alij.
18. Eſſet tamen nulla ſi eſſet lata contra deciſio-
nem Sacri Conſilij Neapolitani factam in modũ
legis, approbatam tamen per Vice regem, vt eſt
prag. 47. §. fin. de offic. S. R. C. & dicit *R. Rouit. dec.*
38. num. 4.
19 Nulla eſſet ſententia, ſi lata eſſe contrà con-
ſuetudinem *Gabriel de ſent. lib. 2. concluſ. 7. nu. 15.*
vbi alios allegat *Vant. hic num. 124. in fine Mu-*
ſcatell. in praxi p. 6. gl. condemnando num. 23. Tuſc.
lit. S. concluſ. 141. num. 13. & ſeqq. & 29. & concl.
579. num. 12. Muta in proœm. capit. Regni num. 42.
Schrader. de feud. p. 10. ſect. 9. num. 232. diximus *ad*
Reg. Rouit. conſ. 1. num. 30. lib. 1. Maur. Burg. de
modo proced. ex abrupt. cap. 50. num. 4. & ſeqq. Qui
tamen præſupponunt, conſuetudinem notoriam,
vel ex actis probatam, ſecus ſi non eſſet notoria
propter probabile dubium facti, & ſi error eſſet
expreſſus in ipſa ſententia, alias ſecus. *Guazzin.*
defenſ. 35. cap. 20. num. 4. Nig. de except. cap. 12. §.
13. num. 16. Mantica deciſ. 113. Nig. de execut. rei
20 *iudic. c. 6. §. 8. num. 61.* Secus eſſet ſi conſuetudo
non eſſet notoria *Gabriel de ſent. concluſ. 7. nu. 16.*
Nig. d. §. 13. num. 21. in fine.
21 Item Sententia lata contra rationem legis
nulla eſt. Ea ratione quia cum ratio legis idem
ſit, quod lex. *gl. in l. 2. verb. aut legem C. quæ ſit*
longa conſuetudo Scrader. de feu. 2. p. 9. par. ſect. 2. nu.
22 *84.* quare ratione legis correcta, dicitur corre-
cta ipſa lex. *Bar. in l. 1. ff. de leg. tut.* pariter nulla
23 eſt ſententia lata contrà rationem legis, ſicut
quæ profertur contrà legem *Felin. in cap. 1. nu. 1.*
24 *de re iudic.* quia contrà legem facit, qui illius
mentem offendit, licet illius verba obſeruet *l. con-*
trà legem ff. de legib. Archid. in cap. plerique 14. qu.
3. num. 2. Gabriel d. concluſ. 7. num. 33. vct. contra-
rium Caroc. d. except. 41. n. 28.
25 Idem dicimus de ſententia lata contra legem,
ſumpto argumento à contrario ſenſu *Euerard. in*
Topic. cap. à contrario ſenſu num. 1. in fine, & num.
2. Nig. de execut. rei iudic. cap. 6. §. 12. num. 7. Ca-
ſtillon. conſ. 19. num. 2. vbi ait, quod argumentum
à contrario ſenſu, eſt caſus legis *Hippol. Rimminald.*
conſ. 120. num. 49. & ſeqq. lib. 1. vbi quod dicitur
textus expreſſus, mens legis, & ſtatuti, & *conſil.*
485. num. 5. vol. 5. Duran. Rot. dec. 445. num. 55. vbi
dicit, quod hoc argumentum à contrario ſenſu
eſt fortiſſimum, & per illud probatur, & dicitur
probari per *textum*, & caſum legis *Valenz. conſ.*
112. num. 34. & conſ. 121. num. 157. Caſtill. contr.
26 *tom. 5. cap. 88.* Quod intellige, quando contrariũ
non eſt in iure expreſſum *l. 2. C. de condit. inſert. c.*
cum virum de regul. cap. à nobis 2. de ſent. excom-
mun. Euerard. ſup. Farbin. lib. 13. contr. 3. cum ſeqq.
Seſſ. dec. 146. nu. 1. Gama deciſ. 167. nu. 8. poſt alios
27 *Barboſ. d. loco 27. num. 5.* Quo ad leges feudales,
ex quo in feudalibus ſeruatur ius commune, niſi
in caſibus in quibus reperitur expreſſe ſtatutum
contrarium, & argumentum à contrario ſenſu
non dicitur expreſſe ſtatutum, ſed tacitum, ideo
non eſſet nulla ſententia, ſi eſſet lata contra legẽ
ſumpto argumento à contrario ſenſu *Alex. conſ.*
25. num. 12. & ſeqq. lib. 5. Card. Tuſc. lit. A. concluſ.
28 *498. n. 93.* Quæ nullitas non militaret de *Iure*
noſtri Regni Neap. quo nullitas debet eſſe con-
trà expreſſum caſũ *tex.* per *prag. 4. §. 20. de dilat.*
29 Quo ad ſtatuta idem eſt, prout diximus in
lege *Bal. in conſ. 201. num. 2. lib. 1. Caſtrenſ. conſil.*
98. lib. 2. & conſ. 106. lib. 2. Corn. conſ. 136. lib. 2.
Ruin. conſ. 37. lib. 3. Socc. conſ. 207. num. 11. lib. 2.
Tuſc. d. lit. A. concluſ. 498. nu. 19. & ſeqq. Rota dec.
185. num. 7. apud *Farinac. p. 1. recent.* etiam ſi ſit
ſententia Principis *Burſat. conſ. 307. nu. 105. Me-*
lius alleg. 109. nu. 12. & 23. lib. 3. Andr. Cenſal. dec.
lucenſ. 71. num. 10. Bonden. collect. 6. num. 69. & 70.
Idem Melius obſ. 127. num. 3. præſertim quando
ſtatutum diſponit in caſu non prouiſo in iure
dec. 709. num. 4. p. 2. recent. Rot. apud *Coccin. deciſ.*
121. num. 11. & 12. Caſtill. d. contr. 88. nu. 14. Can-
cer. var. p. 2. cap. 10. num. 28. & quo ad leges muni-
cipales *Pichard. inſtit. lib. 4. tit. de offic. iudic. in*
princ. num. 15.

30 Quod

30 Quod eſt intelligendum, quando in ſtatutis
contrarius ſenſus non eſt repugnans iuri commu-
ni, ſecundum *Roman.conſ.399. num.5.6. Tuſc.d.*
concluſ.498.num.39.& 112.Decian.conſil.32.nu.
*21.vol.2.*Vel alteri ſtatuto *Tuſc.ibid.num.103.&*
211. vel conſtitutioni *num.94. Barboſ.d.loco 27.*
31 *nu.12.&* 30. Nec procedit in caſu à iure com-
muni prouiſo *Roman.conſ.11.apoſtill.ad eundem*
*conſ.399.num.6.*verſ.*veriorem*, niſi quando ſtatu-
tum nihil operaretur *Rum.conſ.37.in princ.lib.1.*
Alex.conſ.95.nu.4.lib.4.& conſ.142.num.2. & 3.
lib.6.Anchar.conſ.213.num.4. Crauet.conſ.92.nu.
5.& conſ.201.num.13.Vaz. axiomat.iuris lit.A.nu.
32 382.Nec quoties ſtatutum eſſet factum à Prin-
cipe ſeculari ſuper rebus, & eccleſiaſticis per-
ſonis, nam tunc ſententia lata contra talia ſtatuta
valeret *cap.fin.de cenſibus lib.6. cap.que in eccle-*
*ſiarum c.eccleſia S.Mariæ de conſtit.*ea ratione quia
talia ſtatuta ſunt nulla, & non merentur nomen
ſtatutorum *Pichard.inſtit.lib.4.tit.de offic.iudic. in*
princ.n.3.& 14.

33 Laudum latum per Arbitrum contra caſus le-
gis ſtatuti, vel conſuetudinis, ſi ille ſit electus ſim-
pliciter, eſt nullum, tantum ſi error iuris fuerit in
ſententententia expreſſus, Si verò ſit arbiter iuris,
idem electus, vt de iure arbitretur, corruit laudũ
latum contrà caſum legis ſtatuti, vel conſuetudi-
nis, quamuis error non ſit expreſſus, quia ille
in iudicando exceſſit fines compromiſſi *Felin.in*
cap.1.de re iudic.num.6. Gabriel de ſent.concluſ.7.
num.4.Nig.de except.c.12.§.13.n.22.

34 Ad effectum, vt Sententia per expreſſum
iuris errorem, inualidari poſſit, requiritur, quod
ſit latè patenter, & manifeſtè contrà tenorem, &
caſum legis publicæ, & manifeſtæ, & quod talis
error oculo corporali in dicta ſententia, habita
relatione ad *tex.legis*, cerni poſſit, non autem, quod
oculo mentis, & per ſubauditos intellectus, per-
cipiatur, vel quod reſultet per tacitam relationẽ
ad acta, quoniam ſi error in ſententia non eſſet
ex preſſus, ſed ex tacita relatione ad acta depræ-
henderetur, non vitiaretur ſententia, ſecundum
communem opinionem *DD.*quia ad inualidãdum
actum, taciti, & expreſſi non eſt eadem ratio, pro
vt teſtatur de communi *Alex.conſ.59.col.5. lib.3.*
& probatur in *d.l.ſi expreſſim, & d.l.2.* ibi: *tam*
manifeſti iuris C.quando prouoc.non eſt neceſſe, &
*cap.ſolet de ſent.excommun.in 6.*facit etiam *c.ve-*
nerabilibus §.fin.eodem tit. Gabriel de ſent.concluſ.
7.n.1.& ſeqq. Nig.de except.cap.12.§.13. & 14.
& intract.de execut.cap.6. §.11. Tuſc.lit. S.concl.
141.num.5.& ſeqq.& concluſ.140.nu.14.& concl.
110.lit.S.Cald.qq.forenſ.q.37. Brun.de conſtitut.§.
*nullitas col.7.*verſ.8.*Intrigl.dec.10.num.6. & ſeqq.*
Surd.conſ.223.num.21.Seſſe de inbibit.cap.2. §.2.
num.35.& ſeqq.

35 Sed expreſſum ſolum dicitur illud, quod ex
verbis infertur, & colligitur *Bal.in l.ad proba-*
tionem la 2. C.de probat.Dec.conſ.68.col.pen.lib.1.
36 Et idem eſſet ſi ſententia contineret errorem
facti expreſſi *Bal.in l.1.C de errore calculi Cald.*
d.q.37.num.4.Gabriel d.concluſ.7. num.2. Tuſc.d.
concluſ.140.nu.1.& 28.Brun.de conſtit. §.nullitas,
verſ.*item quæritur Nig.de execut.rei iudic.cap.6.§.*
37 11.Idem ſi contineret expreſſum errorem facti
cui ſit admixtus error iuris *l.ſi is ad quem ff. de*
acquir.hæred.Gabriel d.concluſ.7.num.3. & concl.
fin.num.8.Tuſc.concluſ.140.num.27.& 28.Nig.d.
§.14.nu.7.

38 Verum ſi error non eſſet ità patens, & legibus
aduerſatiuus, ſed Iudex ignorantia iuris lapſus,
aliquem puta Sempronium teneri inſolidũ Me-
uię, erat vxor, vel ad ſolutionem centum quæ cõ-
putando vſuras, & vſuras vſurarum, condemnaſ-
ſet: Sententia huiuſmodi, quaſi potius contra
ius litigatoris, quàm ius conſtitutionis lata ipſo
iure teneret per *tex.in l.cum præſes ff. de re iudic.*
l.ex diuerſis §.fin. ff.eodem tit. & l.ſeruo §.cum
39 *prætor ff.ad Trebell.* Verum valeret ſententia, ſi
error eſſet commiſſus in nomine, ſi tamen de cor-
pore conſtaret *Seraphin.dec.701.n.1.*

40 Tamen error, & iniuſtitia huiuſmodi per iu-
dicem appellationis emendari, & reuocari de-
beret, vt voluit *Innoc.in cap.cum ſpeciali in princ.*
de appell.Bal. pòſt *Iacob.de Aret. & Cyn. in d.l.2.*
C.quand.proc.non eſt neceſſ. Idem eſt in ſententia
41 arbitri, quæ ſi continest errorem iuris, vel facti
eſt nulla, & non exequenda *Gabriel d.concluſ.7.*
num.4.Tuſc.concluſ.140.num.6. Nig.d.§.14.nu.8.
42 In ſententia interloquutoria, & cenſurarum
Anchar.conſil.372.in princ. Nig.d.§.24. num.20.
& 21.

43 Præmiſſa tamen intelligenda ſunt, quando ex
lectura ſententiæ apparet, quod talis iudex to-
taliter ſe in ſuo ſimplici motu, & intellectu er-
roneo, & legi aduerſatiuo, fundauit, & illum ſe-
cutus eſt, alioquin error huiuſmodi non vitia-
ret, putà ſi vltrà cauſam erroneam idem Iudex
in eadem ſententia, etiam aliquam aliam iuri
congruentem expreſſiſſet, & cumulaſſet, nam
ſententia ex cauſa congrua ſubſtinetur, *cap.per*
tuas qui filij ſint legitimi Alex.conſ.113. col.4. lib.
6.Caroc.except.41.n.27.

44 Idem eſſet, ſi Iudex cauſam erroneam cum
dictione: *maximè*, vel *præſertim*, expreſſiſſet, nam
dictiones huiuſmodi iudicem, non ſe adſtrinxiſſe
ad cauſam illam expreſſam, declarant. *Abb.in c.*
ſicuti de re iudic. Alex. & Iaſ.in d.§.duo fratres
col.22. Iaſ.in l.ſi is, ad quem ff. de acquir.hæred.
Barboſ.de diction.dict.maxime, & dict.præſertim. Et
ſicut expreſſio iuris erroris ſententiam vitiat,
idem operabitur einſdem Iuris, vel facti noto-
rium, ex quo tale notorium æquipollet expreſſio-
ni, vt dicit *Innoc.in c.1.de offic.Vicar. Felin.in*
cap.inter cæteras col.5.de re iudic. & in cap.quoniã
*contra num.26.de probat.*Sic etiam notoria, & ex
actis reſultans iniquitas, & iniuſtitia reddit ſen-
tentiam nullam, & omnem illius præſumptionem
tollit, ac fomentum, quod pro authoritate ſen-
tentiæ eſſet, ac præſumi ſolet, ex quo ità manife-
ſtè de contrario conſtat *l.ſi pars*, & ibi *Ang.ff.de*
inoff.teſtamento clem.paſtoralis verb.*piſana de re*
iudic.c.Inter cæteras eod.tit. c.cum ad quærendam
de exceſſ.prælat.Card.conſ.56. Nig.de except.c.26.
§.12.& de execut.rei iudic.c.6.§.13.Mantica dec.
211.num.6.Surd.dec.324.nu.10. Seraph.dec.988
num.7.et dec.381.num.13. Fontanell.dec.26.num.
18.Ludouiſ.dec.330.n.4.

45 Prędicta etiam ſunt intelligenda de ſententia
lata contrà legem, vel ſtatutum, vel extrauagan-

tem, in corpore iuris clauſam, quæ probabiliter
ignorari non poſſit *Alex.conſ.81. lib.2. Ant.Ga-
briel tit.de ſent.concluſ.7. num.5. lib.2. Tuſc.lit.S.
concluſ.141. num.12. & ſeqq. Mar.Burg.de modo
procod.ex abrupt.cap.50. num.5. Anchar.conſ.191.
num.5.Nig.de except.cap.11.§.13.num.7.* Maxime
46 quando Iudex iurauit ſeruare ſtatuta *Caſtr.conſ.
425.num.2.lib.1. Card.Tuſc.d.concluſ.141. nu.16.
& 20.* Secus ſi non eſſet clauſa, vt de *Nouella
19.tit.de pacto paterno* Leonis Imperatoris corri-
gente *tex.in l.pactum, quod dotali C.de pactis*, di-
cit *D.Marcian.conſ.35.lib.2.*
47 Secus eſſet, ſi probabiliter ignorari poſſet, pu-
tà, quod eſſet lex noua, aut ſtatutum, ſeu localis
conſtitutio, & cauſa verteretur in alio foro, quā
ſtatuentium, & in quo ſtatuta, ſeu leges huiuſ-
modi extrauagantes non fuerint, neque ſint pu-
blicatæ, nec notoriæ, quia his caſibus cum poſſint
talia à iudice probabiliter ignorari, vt eſt *tex.in
cap.1.de conſtit.lib.6.Gabriel d.concluſ.7. num.11.*
vbi etiam concordantes allegat, *& num.12.* po-
nit tres declarationes *Card.Tuſc.d.concluſ.141.
num.22.& ſeqq.* vbi in ſpecie dicit, ſententiam
non eſſe nullam, quando fuit lata contra ſtatu-
tum in alio foro, ſi ibi non fuit allegatum, &
productum ex traditis per *Zabarell.conſ.21. in
48 fine.* Ideo à partibus allegari, ac produci in
forma probanti, & quod ab vſu recepta fuerint,
probari debet iuxtà notata ſuper *gl.in* verb. *ſpon-
gere in c.1.de tregua, & pace*, & ibi *Felin.Alex.
d.conſ.81. in princ. lib.2. Io:de* Amic.*conſ.42.col.
penult.*
49 Et licet lex adhoc, vt obliget, & liget, neceſſa-
rium ſit, vt ſollemniter publicetur, & vſu reci-
piatur *l.vlt.ff.de decret.ab ordin.fac.l.leges C.de
legib.c.in iſtis §.leges diſt.4. Gabriel commun.opin.
tit.de leg.concluſ.4. Suar.de legib.lib.1. cap.11. &
lib.3.cap.16.& 17.Garz.de benefic. p.5.cap.8. nu.
84.Anna alleg.55. num.18.* Anguian.*de leg.contr.
20. Maſtrill.de magiſtr.edict.lib.2.cap.2. Magretti
in proem.ad prag.Sicil.q.2.* Tamen contrarium de
50 iure præſumitur, quotieſcumque lex, ſiue ſtatutū
inter alias leges, & ſtatuta reperitur, nam tunc
alia publicatione non eget, poſt plures *Anna
d.alleg.55.num.16.& 17.Sola in conſtit. Sabaud.in
proem.gl.4.ſub num.11.Magretis ſup in fine.* Et vſu
51 recepta præſumitur *Berou.conſ.173, num.54. et
ſeqq.lib.1.* Et ideò vti lex ſemper loquitur, &
præcipit, & dicitur eſſe in viridi obſeruantia
*l.Arriani C.de hæret.Menoch.conſ.75.nu.14. Garz.
de benefic.p.2.cap.1.nu.44.et ſeqq. Benintend.dec.
Bonon.14. num.10.* Et hæc præſumptio transfert
onus probandi in aduerſarium, latè *D.Mar-
cian.diſp.20.n.9.* Maxime ſi ſtatutum habet clau-
ſulam decreti irritantis, nam ante publicationem
obligat *c.pen.de preb.in 6.* poſt *mille D.Marcian.
ibid.n.6.*
52 Et quia ſententia, quæ in iudicatum tranſiuit,
in eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas facit
ius, ideo ſi talis exceptio rei iudicatæ oppoſita
fuerit, & probata, & ea non obſtante Iudex ad-
uerſus illam ſententiam contrariam proferat, pe-
rinde, ac ſi foret contra ius expreſsè lata, non
valebit, vt *l.in princ.ff.quæ ſent.ſine appell.reſcind.
l.poſt ſententiam C.de ſentent.l.1. C.quando prouoc.*
non eſt nec eſſ. & eſt communis opinio *DD.vt di-
cit Franc.in c.dilecto q.41.de appell. Felin.in cap.
inter monaſterium col.7. de re iudic. Alex.conſ.53.
col.4.lib.5.Dec.conſ.295.col.2.lib.2. Scacc.de ap-
pell.q.11.num.194.& ſeqq.* vbi teſtatur de praxi,
& explicat *Giurba dec.62.num.11.Pichard.in lib.
4.inſtit. Ciuil.tit.de offic.iudic.in princ. num.2.12.
& 13.Borrell.in ſumma deciſ.tom.2.tit.30.nu.183.
& ſeqq.* diximus *ad Roman.conſ.5.n.32.lib.1. Nig.
de execut.rei iudic.c.6.§.13. num.2. Mantica dec.
231.num.6.Surd.conſ.223.num.16. Seraphin.dec.
493.num.5.& dec.1352.num.3.dec.457.n.3.Ca-
roc.except.41.num.14.& ſing.144. Valenz.conſil.
72.num.9.Fontanell.dec.175.nu.1.Carena reſ.77.*
53 Non ſolum eſt nulla prima ſententia lata
contrà rē iudicatam, ſed eſt nulla etiam ſecunda
ſententia, quæ confirmaret illam nullam, ſi etiam
coram iſto iudice confirmante ſit oppoſitum, &
probatum de re iudicata *Scacc.d.q.11.n.195.*
54 Quæ concluſio ampliatur, vt ſit vera, ſiue ſe-
cunda ſententia ſit lata ex nouo fabricato pro-
ceſſu, ſiue non, contra *Bar.in l.nam, & poſtea §.ſi
damnetur ff.de iure iur.* tenet *Alex.* dicens eſſe
communem opinionem *Dec.conſ.195.num.4.Iaſ.
in d.§.ſi damnetur num.7.Gratian.dec.197.num.5.
Pariſ.conſil.108. num.34. lib.4. Caroc. except.41.
num.15.*
55 2. Idem eſt in ſententia arbitri, vt prima
contrà ſecundam non valeat *Anchar.conſ.221.Io:
Anan.conſ.50.num.20.& 21.Corn.conſ.148.num.
20.lib.2.Siluan.conſ.73. num.1. Celſ.Vgo conſ.94.
num.10.Blanc.de compromiſſ.q.6.num.10.Caroc.nu.
36.& 20.Franc.Marc.dec.466.vol.1.Ioſ.Ludouic.
dec.Lucenſ.72.num.30. Borgn.Caualc.dec.44. in
addit.nu.38.Idem Borrell.d.tit.30.n.193.tom.2.*
56 3. Nec de conſenſu partium poteſt ferri ſecū-
da ſententia contra primam *gl.in l.ſi diuerſa ver.
item quære C. de tranſact.* vbi *Bal.num.3. Iaſ.nu.
5.Alex.conſ.95. vol.2. Franc.Marc.dec.466. p.1.
Caroc.d.ſing.144. Gabriel commun.concluſ. tit.de
ſent.concluſ.7.num.12.Pancir.conſ.166.num.5. Al-
douin.conſ.42.n.36.Gratian.dec.197.nu.7.Borrell.
d.tit.30.n.185.tom.2.* declara *infra.*
57 4. Vt etiam ſi duæ ſecundæ eſſent conformes.
Ludouic.dec.Peruſ.22.
58 Vt procedat quando partes volunt recede-
re ſimplici conſenſu, ſecus ſi ſententiam primam
deducerent in nouationem iuxtà *tex.in l.quarta
§.ſi ex conuentione ff.de re iudic.Bar.in l.acta ff.de
re iudic. Galierat.de renunciat.tom.3. cent.2. ren.
172.* dicens, poſſe renunciari rei iudicatæ expreſ-
ſe tamen, vel ex actibus concludentibus per ne-
ceſſe. *Carena d.reſol.77.num.19.20. Caroc.d.ſing.
144.* vbi dicit tria eſſe, conſentire ſimpliciter, re-
nunciare expreſsè, & conſentiendo deuenire ad
aliquam facti executionem, nam primum non
ſufficit, ſecundum, & tertium ſic, *Surd.conſ.160.
nu.51.* vbi tradit, quod ſibi imputet ille, qui cum
haberet ſententias pro ſe, paſſus eſt tractari de
illarum iniquitate, vel iniuſtitia *Andreol.contr.
62.num.14.* vbi hoc intelligit ſi voluntarie patia-
tur, ſecus ſi coactè, & nolens. *Cyriac.contr.187.
num.10.Surd.idem dec.185.num.20. Mancin.conſ.
38.n.34.Melius obſ.127.n.9.*
59 Verum ſi ſententia eſſet tranſacta in rem iudi-
ca-

Google

catam, non poteſt recedi tranſactione, ſed pacto *Felin.in cap.quoniam contrà nu.29.de probat.Cancer.var.lib.3.cap.17.nu.10.Tuſc.lit.S.concluſ.141.num.11.* qui dicunt, ex pacto expreſſo, poſſe *Gratian.dec.197.nu.9.Borrell.d.tit.30.n.189.& 190.*

60 Declaratur tamen procedere, quando quis vellet proferre ſecundam ſententiam contrà primam in eadem inſtantia, vt tunc non valeat etiã de conſenſu partium, niſi renunciaſſent primæ ſententiæ ex aliqua iuſta cauſa, & conſenſiſſent, vt ſeruato iuris ordine, iterum ſententia feratur *Bar.in l.1.C.quando prouoc.non eſt neceſſ.Roman.conſ.174.in fine, & 410.Rebuff.ad l.quod iuſſit n.150.Felin.in cap.inter monaſterium num.16.de re iudic.*

61 Ampliatur 6. Vt ſicut non valet diffinitiua contrà diffinitiuam, ità nec interloquutoria, per quam deueniri poſſit ad diffinitiuam *Crauett.conſ.103.nu.4.*

62 Limitatur tamen aliquibus modis. Primo dũmodo conſtet iudici de prima ſententia lata *Aretin.conſ.73. Sforz.Odd.de reſtitut. in integr.qu.73.art.2.num.18.Oſaſch.dec.1.num 49. & 142.n.12.Magon.dec.Flor.67.nu.31. Caroc.d.except.41.num.21.* & prima ſententia ſit exhibita in actis *Borrell.in ſumma deciſ.tom.2.tit.30.n.192.*

63 Limitatur 2.in cauſa ſummaria, & in quo poſſit procedi iuris ordine non ſeruato *Angel in d.l.1.C.quando prouoc.non eſt neceſſ.Soccin.reg.438.fall.2.*

64 Limitatur 3.quando non fuit appellatum à prima ſententia *Bal.d.l.1.* Verum contrarium tenet *Capic.dec.1.n.27.*

65 Limitatur 4.Quando conſtat de notoria iniquitate primæ *Felin.in c.quoniam contrà nu.29.de probat.Cancer.var.lib.3.c.17.n.49.*

66 Limitatur 5.quando ſumus interloquutoria, & conſtat ſecundam latam animo reuocandi primã *Gratian.dec.129.n.2.*

67 Limitatur 6.quando ſententia eſt lata non inter eaſdem partes *Cancer.d.c.17.n.41. & ſeqq.*

68 Eſt nulla ſententia lata contra decretum, ſeu declarationem factam per Sacram Congregationem Concilij Tridentini, vel aliam Sacram Congregationem, in quibus interueniunt inſignes PP. nam tales declarationes non ſolum important probabilitatem pro ſua parte, ſed etiã habent vim obligandi in vtroque foro, tam pro illis perſonis, ad quarum inſtantiam fit, ſeu in illo caſu ſpeciali, cui Congregatio reſpondet, ſed vt leges generales in ſimilibus omnibus ſeruandæ ſunt, vt teſtantur *Gamb.de caſib.reſeruat.cap.3.n.6.Fr.Emanuel qq.regular.tom.1.q.11.art.1.& 2.Mirand.in man.Prælat.tom.2.qu.26.art.11. Narbon.de appell.à Vicar.ad Epiſcop.p.1. nu.189. Garbier.de permut.benefic.p.2.cap.30.Marchin.de ſacram.ordin.tract.1.p.1.cap.12.num.16. Salas de legib. tract.14.diſp.21.ſect.12. Zerola in praxi Epiſcopal.p.2.* verb.*abſolutio verſ.2. Garz.de benefic.in ſua præfat.Bellach.de caſib.reſeruat.p.1.qu.2.nu.82.Vgolin in conſtit.24.ex Iure antiquo deſumptas, & per Concil.Trid.ſpecialiter innouatas in coronide, quæ eſt poſt.24. conſtitutionem* verſ. *quantum verò attinet;* quibus declarationibus *Rota* ſemper, vt plurimum defert, nec illas in dubium vllo modo reuocare ſolet, vt ipſamet ſæpius atteſtatur, & præcipuè coram *Coccin.dec.627.num.7.* & in alijs, vt refert *Barboſ.in votis deciſ.lib.3.voto 83.num.38.* & licet antea non eſſet neceſſe illas in proceſſu authenticè producere, ſed ſufficiebat allegare, ad inſtar legis communis, iuxtà *textum §.reſponſa prudentum Inſtit.de Iure nat.Rot.in Auerſ.beneſic.3.Iun.1606. coram Cad.Sacrat. & in Mereu.Abbatia 19.Iun.1608.coram Dunoz.* Tamen hodie eadem Sacra Congregatio iuſſu *S. Pontif. Vrbani* 8.mandauit huiuſmodi decretis, tam impreſſis, quam imprimendis, quam manuſcriptis, nullã fidem eſſe in iudicio, vel extra à quoquam adhibendam, ſed tantum illis, quę in authentica forma, ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiuſdem Congregationis pro tempore exiſtentium, munitæ fuerint, de quo meminerunt *P.Diana moral.reſolut.p.5.tract.2.reſol.96. Machado in perfect. confeſſore tom.2.lib.4.p.7.tract.3.docum.2.in fine.*

69 Non eſt nulla contra regulas Cancellariæ? *Tuſc.lit.S.concluſ.141. Gabriel tit.de ſentent.lib.2.concluſ.7.Nig.de exception.cap.12.§.13. num.48.* ea ratione, quia tales regulæ figuntur, & refigũtur arbitrio Pontificum, & mortuo Papa expirant ex *Gomez in proœm.reg.Cancellar.q.2.nu.4.15.& ſeqq.*

70 Sed an ſententia Principis in cauſa particulari lata, conſtituat legem vniuerſalem ſeruandam in omnibus ſimilibus cauſis, ita vt ſententia iudicis lata contra illam, ſit nulla? Et nulli dubium eſt facere legem generalem, quando eſt data à Principe ad declarationem alicuius legis, vel caſus dubij, cum legis interpretatio facta à Principe eiuſdem ſit poteſtatis, ac ipſa conſtitutio legis *Moroll.de legibus cap.9.dub.1. Card.Tuſc.lit.S.concluſ.141.R.Rouit.in prag.1.de feud.nu.4.* Difficultas eſt, quando ſententia Principis non datur ad legis declarationem; Et communis ſen-
71 tentia *DD.*eſt, ſententiam illam, inter partes, de quarum cauſa ipſe cognoſcit, conſtituere legem generalem *Iaſ.in l.1.ff.de conſtitut.princ.n.1. Gomez in proœm ad reg.Cancell.q.2.ad 1.Suar.lib.3.de leg.c.15.num.11.Salas eod.tract.diſp.2.ſect.8.num.49.Vaſq.1.2.diſp.157.cap.5. num.37. Maſtrill.de magiſtr.lib.3. cap.4.num.365. Sanchez lib.2.de matr.diſp.14.num.4.* & probatur ex *l.vl. C.de legib.l.1.ff.de conſtit.Princip.* ratio eſt; quia ſententia Principis eſt velut regula, ad quam omnes inferiores Iudices conformari tenentur, & hæc eſt propria vis legis, ergo &c. maior probatur ex *d.l.vl.* ibi: *quid enim?* Confirmatur, quia Sententiæ, ſeu decreta Sacri Concilij Neap. habent vim legis Vniuerſalis, vt dicunt *Afſl.deciſ.190.383.Franch.dec.238.Rouit conſ.18.lib.1.* & hoc non alia ratione, niſi quia emanant nomine regio.

72 Nec facit diſpoſitio *tex.in l.2. C. de legibus* nam reſpondet *Bal.ibi, illum tex.* loqui de ſententia interloquutoria, ſicut, & dicit *gl.in §.ſed, & quod verſ.quodcumque Inſtit.de Iure nat.gent.* Verum contra hunc intellectum eſt *lex 1.ff.de conſtit.*& ibi *gl.* Ideo melior intellectus eſt cum *gl.in d.l.2.* quod *d.lex ſecunda* intelligenda eſt de his ſtatutis, ſeu conceſſionibus, quas Imperator facit per modum priuilegij, vel in gratia alicu-
ius

cuius perſonæ propter peculiarem reſpectum,
vel in tali tempore, aut loco, propter ſpecialem
occaſionem; nam talia ſtatuta non habent vim
legis *d.l.2.* & *d.l.1.* & eſt conſentaneum *regulis iu-*
ris 28. & 74. lib.6. quod priuatæ conceſſiones nō
trahuntur in conſequentiam. *Suar.d.c.15.n.24.*
73 Et vt Sententia Principis habeat vim legis
generalis, licet *Vaſq.d.diſp.157.c.5.nu.46.* dicat,
quod Princeps ſit ductus tantum ratione natura-
li aliquam litem exortam definiat, quod dicta
ſententia ſit habenda pro lege in omnibus caſi-
bus, ac ſi interpretatus ſit aliquam legem à ſe
factam ex *d.l.fin.C.de legib.* Tamen probabilior
eſt opinio, vt Sententia Principis habeat vim
legis, neceſſarium, ſemper eſſe, vt ex verbis ſen-
tentiæ conſtet latam eſſe ex poteſtate, & volun-
tate ſtabilendi certum ius, alioquin priuata ſen-
tentia non ſufficeret; ratio eſt quia, Princeps fe-
rendo ſententiam in particulari cauſa non fun-
gitur munere Principis dicentis ius toti reip. ſed
potius munus priuati iudicis in cauſa particula-
ri, de qua poteſt iudicare ſecundum propriam
opinionem, ergo non ſtatim legem conſtituit.
Tanto magis, quod, vt Sententia Principis ha-
beat vim legis generalis, eſt neceſſe, vt ſufficien-
ter proponatur, ſeu publicetur. *Suar.d.loco n.17.*
74 Eodem modo Epiſtolæ ſummorum Pontificū,
& Supremorum Principum reſcripta, lata ad de-
clarationem rei dubij faciunt ius generale *Bar.*
in d.l.1.C.de legib. qui affirmat tantum in Epiſto-
lis S.P. *Iaſ.in d. l.1.ff.de condit. Princip. Felin.in*
cap.in cauſis nu.2, & ſeqq.de ſent. & re iud. Sanch.
de matr.diſp.31.num.6. Suar. lib.3.de legib.cap.15.
nu.22. Rebuff.de reſcript.in præfat.nu.152. & ſeqq.
Affl.dec.383.nu.8. Gama deciſ.33. in fine, & deciſ.
228. Coſta de retrotract.cap.9.nu.7. Quæ omnia
75 procedunt in Principe non recognoſcente Su-
periorem de iure, vel de facto, poſt alios *Berta-*
zol.conſ.160. nu.1. & 2. qui loquitur de Duce
Mantuæ.
76 Stylus Curiæ eſt conſuetudo iudiciaria con-
tinens ordinem, & ſeriem rerum gerendarum
Mareſcott.lib.2.var.cap.100.nu.20. & 21. Iordan.
elucubrat.diuerſ.lib.14.tit.17. de probat.à nu.523.
Ad illum innucendum non requiritur certi tem-
poris decurſus, ſicut requiritur ad conſuetudinē
Crauet.de antiq.temp.p.4.nu.7. & ſeqq. niſi ſit con-
trarius, quia tunc debet eſſe legitimè præſcriptus
Mareſcot.lib.2.var. cap.100. nu.20.21. Et teſtes
deponentes de ſtylo, debent deponere in aliquo
iudicio fuiſſe iudicatum, non autem ſufficit ſi di-
cant talem eſſe morem, & ſtylum *Antonell. de tēp.*
legal.lib.1.cap.78. nu.3. non autem eſt neceſſe, vt
probetur, quod in contradictorio iudicio fuerit
obtemptus *Aſin.in praxi par.1.§.22.cap.16.nu.5.*
Borrell.in ſumma dec.tit.13.num.106. tom.1. Crau.
conſ.201. nu.21.22. Menoch præſ.8.nu.13. lib.2.
Stylus Curiæ facit ius, vt per *Gutier.can.lib.1.*
cap.33.in fine Garz.de benefic.p.1. cap.3.num.87.
Cauall.de cognit.per viam violent.p.2.qu.135.n.4.
77 Et pro lege obſeruatur, ſiue ſit ad ordinationē,
ſiuè ad deciſionem cauſarum *Cacher. dec.22. n.7.*
Gratian, dec.237.num.18. Rudenſ. deciſ.Piſan.6.
nu.67. Borrell.in ſumma dec.tit.13.de legib. n.108.
Iannin.de citat.real. lib.1.cap.1. num.19. Melch.
Phœb.dec.41.nu.8. Flam.de reſignat.benefic.tom.2
lib.10.qu.1.nu.17. Antonell. de temp.legal. lib.1.c.
78.nu.4. verum ſtylus reſpiciens deciſoria iudi-
cij debet plene, & concludenter probari, ſecus ſi
reſpiciat ordinatoria, quia tūc poſſet iudex extra
iudicialiter ſe informare à Notarijs, & cauſidi-
cis *Hunnius in encycloped.iuris par.2. tit.2. de ſtylo*
nu.13. & 14. Cacb.d.dec.22.nu.17. Ludouiſ.deciſ.
484.nu.5.6. & ibi *addit.* ſubdens, quod *Rota* ad
probandum ſtylum extra Curiam non admittit
fides extra iudiciales.
78 Sic ſtylus, ſeu vſus Sacri Apoſtol. Palatij le-
gis vim obtinet *Rota dec.2. de appell. in nou. &*
deciſ.16.de conſuet.in antiq. Mandoſ.de reg.de an-
nal.qu.65.ſub nu.2. & q.67. ad fin. Sanctarell.var.
reſol.qu.42.nu.9. niſi aliud, particularis conſuetu-
do, aut lex loci ſuadeat. vt declarat *Menoch.conſ.*
51.nu.36. Ea ratione, quia ſtylus huiuſmodi per-
petuo innitur iuri communi, vt tradit *ſpec.de*
appellat.§.3. nu.3. Et ſic in opinionum conflictu
ipſa *Rota* eam opinionem ſequi conſueuit, quam
alias ſemel Curia fuit amplexa *Rota rec.p.2. dec.*
79 *656.n.2.* Et de ſtylo aliorum Tribunalium *Fran-*
cb.dec.470.nu.4. Affl.in prælud.conſtit. regni nu.9.
Cauenſ.in vet.M.C.1.nu.8. Rico.collect.1206. Po-
teſt allegari ad deciſionem cauſarum *Cauenſ.ſup.*
n.9. Io: Bapt.Thor.vot.62.nu.9.
80 Et ſic eſt nulla ſententia lata contrà ſtylum
Curiæ *l.generaliter §. in omnibus C. de reb. credit.*
l.1. C.quæ ſit long.conſuet. Gabriel. de ſentent. con-
cluſ.1.nu.17. Card.Tuſc.lit.S. concluſ.141.nu.43.
Nig.de except.cap.12.§.13.num.23. & de execut.
rei iudic.cap.6.§.8.nu.60. Gaud.Pap.dec.292.n.2.
Caroc.de except.except.41. nu.24. Reg.Tapia dec.
S.C.22. nu.18. Epiſc.Affl.contr.13. nu.32. Burg.de
Laudem.par.3.inſpect.35.nu.2. Genab.qq. commun.
contra commun. in proem. nu.85. Borrell. in ſumma
deciſ.tit.14. de conſuet. & ſtylo nu.107. Antonell.de
temp.legal.lib.1.cap.78.nu.4. Hunn. in encycloped.
iur p.2.tit.2. cum ſtylus habeat vim legis *Bal. &*
Cyn.in l.fin. C.quæ ſit longa conſuet. Franch.deciſ.
238.nu.3. vbi quod per binas iudicaturas indu-
citur conſuetudo iudicandi *Affl.dec.135. num.3.*
Reg.Capic.latr.dec.30.n.19. Theodor.alleg.1.n.33.
alleg.33.n.20. diximus ad *R.Rouit. ad conſ. 5. nu.*
29.lib.1. Conſ.Prat.lib.3.diſcept.31.n. 19. 20. &
53. Quod procedit ſi talis ſtylus conſtans, & in-
uariabilis ſit, ſecus ſi difformis, ac varius ſit, nam
tunc res deducitur ad ius commune *Menoch. lib.*
2.præſ.8.n.21. Ludouic.dec.luc. 36.n. 12. dec. Pe-
ruſ.96.n.12. & 22. Gratian.diſcept.752.n.87.88.
& diſcept.861.n.22. Hunn.ſup.n.7.
81 Et ſtylus iudiciorū circà proceſſus ordinationē,
& iudiciorum vſum verſantem, pro lege in eo-
dem iudicio obſeruandum tenent. *Cran.conſ.201.*
n.21. Cacb.dec.22.n.6. Theſ. dec. 1.n. 9. Menoch.
conſ.270. n.19. & 110.n.4. & conſ.380. n.22. &
lib.2. præſ.8.num.14.15. Viu.dec. 297. Amatis d.
Marcb.32. n.27. Hunn.enciclopæd.Iuris p.2. tit.2.
de ſtylo n.3. Pechard.inſtit.lib.4. de offic. iudic. in
princ.n.16.
82 Et procedit etiam in cauſis criminalibus ex
Peregr.Iannin.d.c.1.n.76. Menoch.d.præſ.8.n.15.
obligat ſtylus iudicij, exteros, ſiuè forenſes quo
ad proceſſum, & ordinatoria iudicij, non etiam
quo

quoad litis deciſoria Manſon. de conf. execut. q. 3.
n. 9. & ſeqq. Hunn. ſup. n. 8.
83 Sic Iudex iudicando contra ſtylum, facit li-
tem ſuam, ac ſi faceret, & iudicaret contrà legē
Rodolphin. in tract. de brach. ſecul. n. 32. Hunn. ſup.
n. 5. Etiamſi habuerit liberum arbitrium in pro-
cedendo Menoch. lib. 2. præſ. 8. n. 16. Hunn. ſup. n. 5.
84 Vnde ſi Iudex proceſſit tamquam in prima
inſtantia, & protulit ſententiam tamquam in ſe-
cunda, nulliter procederet Mantica dec. 211. n. 1.
& deciſ. 217. num. 1. relato Caſſad. deciſ. 8. de re-
ſcript. n. 4.
85 Stylus Curiæ Romanæ etiam extrà Vrbem
ſeruari debet à iudicibus Eccleſiaſticis Gomez in
proem. Cancell. q. 2. Piaſec. in praxi Episc. p. 2. c. 4.
n. 70. Iordan. elucubrat. diuerſ. lib. 14. tit. 17. n. 580
& ſeqq. vbi addit, conſuetudinem dictæ Curiæ
Romanæ, quatenus à Iure diſceptaret, extrà Vr-
86 bem non obligare; plura de ſtylo dicunt Put.
dec. 353. lib. 3. Rota Gen. dec. 206. Pinel. in l. 2. C.
de reſcind. vendit. p. 2. c. 4. n. 2. Ludouic. dec. Peruſ. 96
n. 7. & ſeqq. Peren. in l. 28. tit. 4. lib. 2. ordin. Gama
dec. 7. n. 7. Maſcard. de probat. concluſ. 1041. &
1338. d. n. 3. Gratian. d. dec. 237. d. n. 18. & diſcept.
100. n. 51. & diſcept. 516. n. 72. Suar. de pace in
pract. in init. n. 4. Ignat. de Villar. reſp. 1. lib. 1. n. 3.
Dom. Petra in rit. M. C. V. 1.
87 Sic reſpectu proceſſus facti coram Iudice, à
quo, & reſpectu omnium, quæ ſunt de proceſſu
primi Iudicis, Iudex appellationis debet atten-
dere ſtylum, & ſtatuta eiuſdem Iudicis, à quo,
Alex. conſ. 164. num. 1. 2. 8. lib. 6. Guid. Papa de ap-
pell. q. 52. num. 40. Rebuff. de appell. art. fin. gl. vn. n.
44. tom. 3. Natta conſ. 553. num. 10. Contard. in l.
vnic. q. 6. num. 8. C. ſi moment. poſſeſſ. Scacc. de appell.
q. 18. nu. 1. Vant. hic n. 56. Salgad. de reg. protect. p.
3. c. 9. nu. 242. & ſeqq.
88 Verum reſpectu proceſſus faciendi coram
Iudice appellationis, & reſpectu omnium, quæ
erant de illius proceſſu, Iudex appellationis de-
bet ſequi ſua propria ſtatuta, & non ſtatuta Iu-
dicis à quo Alex. conſ. 164. circa fin. lib. 6. Scacc.
d. q. 18. num. 13. & ſeqq. Card. Tuſc. lit. S. concl. 452.
num. 26. & 17. & num. 19. firmat communem eſſe
opinionem, vt Iudex primæ, vel ſecundæ inſtan-
tiæ, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, ſeruare te-
neatur ſtatuta loci ordinatoria, in quo litigatur,
& non ſtatuta litigantium, vel delegantis, ex tra-
ditis per Alex. conſ. 164. n. 4. & ſeqq. lib. 5. Marca-
br. ab Anguill. conſ. 82. in annot. n. 76.
89 Imò quamuis Clericus ageret coram Iudice
ſæculari contrà laicum, circa ordinatoria tenetur
ſequi ſtatuta ſæcularia loci, & Iudicis, coram
quo agit Alex. d. conſ. 164. num. 3. Tuſc. d. concluſ.
457. num. 20. Capic. dec. 66. nu. 3. Marta de Iuriſd.
lib. 3. caſ. 63. n. 2. & ſeqq.
90 Statutum ordinatorium dicitur, quando re-
ſpicit ordinem procedendi, & non tangit inſtan-
tiam, nec deciſionem Corn. conſ. 187. num. 18. lib. 4.
91 item quando reſpicit litis ordinationem latè
Tuſc. d. lit. S. concluſ. 456. Statutum deciſorium
92 dicitur, quando reſpicit deciſionem Cauſarum
latè Tuſc. lit. S. concluſ. 458. & concluſ. 479. vbi
ponit differentiam inter ordinatorium, & deci-
ſorium.

93 Circà verò deciſionem cauſæ Iudex primæ
inſtantiæ tenetur ſtatutum loci contractus, vel
loci commiſſi delicti, ſeruare Alex. d. conſ. 164. n.
6. lib. 6. Tuſc. lit. S. concluſ. 457. num. 12. Scacc. de
appell. q. 28. n. 21. in fine.
94 Sed Iudex appellationis debet ſeruare leges,
& ſtatuta deciſoria, quas, & quæ primus Iudex
ſeruare debuit Auth. vt cum de appellatione cogno-
ſc. in princ. Alex. d. conſ. 164. num. 7. Tuſc. lit. S. con-
cluſ. 457. n. 18. & 22. Et quod Iudex Delegatus
95 debeat ſeruare in deciſorijs ſtatuta litigantium,
latè probat Rol. conſ. 49. col. 3. Marcab. de Anguill.
conſ. 87. num. 12. & in annot. n. 76. & ſeqq.
96 Alia nullitas proueniens in Sententia ex defe-
ctu ſollemnitatis non ſeruatæ, eſt, cū venditur res
debitoris non præſenti pecunia, ſed habita fide
de pretio, contrà diſpoſitionem tex. in l. d. diuo
pio §. ſed ſi emptor ff. de re iudic. Intrigl. dec. 15. nu.
14. & ſing. 173. lib. 2. Caſtill. dec. 7. num. 1. & deciſ.
209. num. 5. Giurb. dec. 53. num. 2. Coſta Sicul. conſ.
69. num. 2. & conſ. 92. num. 14. & ſeqq. Mangil. de
euictión. q. 45. & num. 16. Salgad. in labyr. credit. p.
3. cap. 2. num. 1. & ſeqq. Tonnut. qq. ciuil. qu. 32. num.
22. Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 3. q. 1. num. 6. Staib.
reſol. 196. lib. 2. Hadern. contr. 40. nu. 71. Coler. de
proceſſ. execut. p. 3. cap. 9. num. 94. Berlich. lib. 1. con-
cluſ. 81. num. 180. & ſeqq. Mangil. de ſubhaſt. q. 13.
& 14. vbi idē dicit verum, ſi partim ſit in pecunia,
& partim non. R. Rouit. conſ. 40. num. 5. vol. 2. vbi
noſtra addit.
97 Et quamuis contrà teneant Fulgoſ. in d. §. ſed
ſi emptor, & Tepat. lib. 2. var. tit. de diſtract. pignor.
dum dicunt validam eſſe diſtractionem, quamuis
pecunia oblata præſens non fuerit, cum poſſit li-
citator ad eam deponendam carcerari, illos im-
pugnat Giurb. d. dec. 53. ex verbis d. §. ſed ſi emptor.
ibi oportet res captas pignori, & diſtractas præſenti
pecunia diſtrahi ly verbum oportet importat ne-
ceſſitatem Gratian. diſcept. 246. num. 10. Marcab.
conſ. 59. nu. 57. & ex alijs Mangil. ſup. n. 910.
98 Eſt tamen verum, concluſionem ſupra in prin-
cipio fundatam, procedere, vt ſcil. venditio ſit
nulla, in eo pretio, pro quo fuit ad inſtantiam
creditoris facta diſtractio, ſecus pro accollatis
oneribus, Bongiorn. in alleg. poſt deciſ. Caſtill. im-
preſſa num. 24. licet contra, etiam hoc caſu eſſe
nullum decretum poſt Prouinc. ad Bertachin. in
repert. verb. decret. Intrigl. ſing. 173. Giurba d. dec.
53. nu. 3.
99 Amplia hanc noſtram concluſionem, vt non
admittatur oblatio, ſeu licitatio conditionalis
100 Ludouiſ. dec. 28. Amplia 2. vt nō poſſit loco pre-
tij conſtitui à licitatore, cenſus. Couar. lib. 3. var.
cap. 12. n. 5. Ludouiſ. dec. 113. n. 8. & 9. Amplia
101 3. Vt non ſufficiat velle in ſe ſuſcipere debita
debitoris Ludouiſ. d. dec. 28. Gratian. diſcept. 326.
ex num. 14. cum ſeqq. Salgad. d. p. 3. c. 2.
102 Limita concluſionem, vt non procedat, vbi res
debitoris adiudicetur ipſi creditori, ad cuius in-
ſtantiam fuit res vendita, cum tali caſu ſatis di-
catur præſens pecunia, dum, cum offerentis cre-
ditoris credito compenſatur. Maſuer. de ſubhaſt. n.
35. & 36. Ideò diſpoſitionem d. §. ſed ſi emptor
procedere dicimus in tertio, & extraneo licita-
tore, non in ipſo creditore, poſt Intrigl. d. dec. 15.
n. 58.

Digitized by Google

num.58.& 59. Caſtell. dec. 7. num. 7. vbi rationem aſſert *Giurb. d. dec. 53. ſub nu. 6. Nos in obſ. ad conſ. 40. Rouit. n. 11. lib. 3.* Verum ſi creditor pluſquam in ſua executione eſt, offerat, nec deponat illud plus ad debitoris commodum, tunc decretum illud, etiam eſſet nullum, deciſum refert *apoſtilla ad Intrigl. d. ſin. 173. nu. 64.* & tradit *idem Intrigl. dec. 15. num. 14.* Niſi illud ſuperfluum compenſet cum expenſis liquidis, *Giurba d. dec. 53. n. 10.*

103 Cum animaduerſione, quod ſi valore rei vendendæ eſſet maior quam creditum, tunc illud plus debet creditor depoſitare de contanti ad hoc, vt nullitatem euitet, vt deciſum per Magnam Regiam Curiam refert *Giurb. d. dec. 53. Nos ad Ro-*
104 *uit. d. obſ. 40. n. 12.* Et præſentem pecuniam dicimus, etiam apocam bancalem, ex qua poteſt pecuoia à banco recipi *Rota Rom. diuerſ. dec. 476. lib. 3. p. 3. Put. dec. 163. lib. 1. Caroc. de oblat. p. 2. qu. 104. Pacific. de Salaian. dec. 116. num. 5. Giurba deciſ. 38. in fine Reg. Rouit. deciſ. 35. num. 8.* & ibi *noſtra addit.*

105 Limita 2. vt diſpoſitio non procedat, vbi accedente creditoris cooſenſu, fieret diſtractio in tertium licitatorem, vt deciſum per *Rot. Rom.* refert *Farinac. dec. 247. nu. 6. Apoſtill. ad Intrigl. ſing. 173. num. 64. declar. 2. Maſuer. d. tract. de ſubhaſt. num. 36. Giurb. Caſtell. & alij ſup. citati.* Ea ratione quia diſpoſitio *d. tex.* eſt fundata fauore creditoris, & ſic ipſo conſentiente, ceſſat, *Coſta d. conſil. 92. num. 23. & ſeqq. Nos ad d. obſ. 40. num. 9. Ludouiſ. dec. 23. n. 5. Mangil. d. q. 13. num. 20. & qu. 14. num. 2.* Qui conſenſus debet eſſe in actu deliberationis, nec valet ex poſt, præſtitus. *Ludouiſ. ibid. n. 6. Mangil. d. q. 13. n. 18.*

106 Limita 3. ſi vltrà oblationem à creditore factam, onera aliqua, non autem debita ſibi accollaſſet creditor, nam erronea illa accollatio decretum non redderet nullum *Intrigl. ſing. 673. n. 67. lib. 2. Muta rit. 112. n. 81. 82.*

107 Limita 4. ſi conſuetudo eſſet in loco, quod habita fide de pretio diſtrahi poſſint pignora pro inſtrumentali executione capta, quia validum tunc eſſet decretum *Farinac. dec. 3. & 4. Ludouiſ. d. dec. 23. num. 7. Mangil. d. q. 13. nu. 16. 19.* Aut ſi conſuetudo in loco ſit, quod emptoris promiſſio habeatur pro pecunia numerata *Alex. in d. §. ſed ſi emptor Taſc. lit. V. concluſ. 67. n. 7.* ſi tamen legitime ſit probata conſuetudo, alias ſecus *Farinac. ibid. Ludouiſ. ibid.* In foro Saxonico eſt talis conſuetudo, vt venditio poſſit fieri præſenti pecunia, vel habita fide pretio, & ſolutione in certos terminos diſtributa *Hart. Piſtor. obſ. 77. num. 3.* poſt *alios Berlich. d. concluſ. 81. n. 182.*

108 Limita 5. Si creditor recipiat pecuniam, quã poſtea reſtituit ipſi emptori, ad effectum, vt illam reportaret mercatori, ſeu Campſori, à quibus mutuo habuit occaſione oblationis per eum factæ in licitatione *Mangil. d. q. 13. n. 23.*

109 Multæ ſunt perſonæ, quæ conuentæ non tenentur ad ſuos creditores, niſi in id, quod facere poſſunt, deducto nè egeant, vt ſunt parentes, Socij Socrus, filij, fratres, mariti, milites, donatores, clerici, dotatores, & alij, de quibus ſunt *tex. in l. ſunt qui cum leg. ſeqq. & l. miles ff. de re iudic. l. verum ff. pro ſoc. §. ſed ſi quis Inſtit. de action. l. maritũ ff. ſolut. matr. l. inter eos §. is quoq; l. exhæredatum l. ne liberalitate ff. de re iudic. l. in condemnatione l. diuus pius ff. de reg. Iuris c. odoardus de ſolut. l. ſi extraneus l. penul. ff. de Iure dotium DD.* de materia tractantes vltra repetentes in dictis legibus, ſunt *Caſtagna in integr. tract. de benefic. deduct. nè egeat. Barboſ. in d. l. maritum ff. ſolut. matr. Paſcal. de virib. patr. poteſt. p. 2. cap. 9. Guttier. de Iuram. confirm. 1. p. c. 16. & 17. Salgad. in labyr. credit. p. 1. c. 23. Caroc. de except. except. 15. Amat. reſol. 55. lib. 2. Reg. Capic. Latr. conſult. 55. Donad. de renunciat. lib. 1. cap. 23. Zanger. de except. lib. 1. c. 15. Cutell. de donat. lib. 1. diſc. 3 p. 6. fol. 244. Nig. de execut. rei iudic. cap. 14. per tot.*

110 Talis exceptio licet *Ioannes* vetus interpres dicat, vt ſit peremptoria, tamen verius eſt, quod ſit dilatoria, & temporalis poſt *Bart. Cyn. in l. exceptionem 19. num. 8. C. de probat. gl. in §. appellantur* verb. *agentibus Inſtit. de action. Bar. & DD. in l. ex diuerſo §. fin. ff. ſolut. matr. Zanger. d. c. 15. num. 3.*
111 & poteſt opponi etiam lite conteſtata, imò in ipſa executione *d. l. ex diuerſo §. fin. ff. ſolut. matr. Zanger. ſup. n. 4. R. Capic. Latr. d. conſult. 55. Donad. d. cap. 23.*

112 Verum ſi talis exceptio ſit oppoſita ante litẽ conteſtatam, reddit iudicium nullum, ſecus ſi poſt *Aretin. in §. ſed ſi quis in fine Inſtit. de action. Caroc. de except. d. except. 35. n. 143.* Sed ſi executio
113 fieret contra aliquem ex his perſonis, illa eſſet nulla, tanquam facta contra *textus* prędictos, niſi
114 eſſet renunciatum dicto beneficio in caſibus, & perſonis, in quibus valeret dicta renunciatio, de quibus *Zanger. d. c. 15. Donad. d. c. 23. & DD. ſup. citati.*

RV.

Digitized by Google

RVBRICA
DECIMA QVARTA, & vl.

Qualiter Sententiæ, & Proceſſus, qui dicuntur nulli, defendi, ſeu reparari poſſint.

SVMMARIVM. q. vnic. rub. 14.

1 *An Princeps poſſit ſanare nullitates, refectis expenſis?*

2 *An debeat præcedere cauſæ cognitio.*

3 *An nullitas ex defectu iuriſdictionis, citationis, & mandati, & admiſſi ſpolij?* & *num. 4. 5. 26. 27. 28. 29.*

6 *An notoria iniuſtitia, quæ æquiparatur nullitati?*

7 *Papa quando cenſeatur ſanare nullitates, & quas poſſit?*

8 *An poſſit ſanare Princeps recognoſcens Superiorem?*

9 *An ſententia, & laudum nullum pacto conualidetur?* & *nu. 10. 11. 12.* & *à n. 13. ad n. 25.*

30 *Sententia nulla ex defectu Iuriſdictionis, & citationis, an per iudicem appellationis poſſit confirmari?* & *num. 31. 32. 33. 34. 35. 36.* & *à num. 37. ad num. 46.*

47 *An Tractatus hic de nullitatibus ſit vtilis?*

48 *Materia nullitatum difficilis vtilis, & fructuoſa,* & *num. 49.*

50 *Labor reddidit Authorem parum ſanum.*

An Princeps poſſit ſanare nullitates exiſtentes in Proceſſu? Sententia, & laudū nullum, an poſſit per partes, eorum conſenſu, conualidari? Sententia nulla ex defectu mandati, quomodo poſſit ſanari? Sententia nulla, an poſſit per Iudicem ad quem eſt appellatum, confirmari, vel reformari? & alia ad materiam.

QVÆSTIO Vnica.

1 SEbaſtianus *Vantius in ſuo tract. de nullit. in rub. 14.* agit latè, quomodo poſſit proceſſus, & ſententiæ ſaluari à nullitatibus, cum in reliquis *rubricis* egerit de nullitatibus ipſis, eodem modo nos deberemus agere de modo ſaluandi proceſſus, & ſententias à nullitatibus prædictis. Verum quia de illo egimus latiſſimè in eiſdem *rubricis*, & *quæſtionibus*, in quibus egimus de nullitatibus, vt Lector videre poterit. Ideo ne fruſtra eandem rem bis inutiliter repetamus, de illo agere relinquimus, ſolum breuiter dicimus poſt *Vant. hic num. 24.* & *25.* Non poſſe dici de nullitate Sententiæ confirmatæ per Principem ſanantem nullitates, forſan in illa, exiſtentes, nam Princeps hoc poteſt facere *Abb. in cap. cum olim col. pen. de re iudic.* vbi dicit, Principem de plenitudine poteſtatis poſſe habere ratum proceſſum nullum, vel iniuſtum ex defectu ordinis, & modi procedendi minus formaliter ſeruati, dummodo cauſa ſit iuſta, quo ad merita *Felin. in cap. in cauſis col. pen. ad fin. verſ. ſimiliter dicit Abb. de re iudic. Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap. 4. nu. 37. tex.* eſt clarus *in cap. ad petitionem de accuſat. R. Tap. dec. 3. Senat. Ital. n. 124.* & *ſeqq.* vbi illum conuallat *Marcheſ. de commiſſ. p. 3. §. 1. nu. 112.* & *ſeqq.* Et ſanat refectis expenſis *ibid. n.*
2 *127.* & *§. 5. num. 13.* Requiritur tamen ad validitatem huius ſanationis, vt præcedat cauſæ cognitio, alias diſpenſatio in præiudicium tertij nihil operatur *Vant. hic nu. 24.* quem ſequitur *D. Cammarat. reſp. 13. n. 14. lib. 2.*

3 Bene tamen ſi nullitas ſit ex defectu Iuriſdictionis non poteſt per Principem ſanari, cum in illa verſetur defectus iuris naturalis, & ius tertij, vt notat *Staphil. de lit. grat. f. 151. at. ver. eadem ratione Veſtr. in praxi f. 93. ver. idem dixere,* Ità vt reſcriptum Principis nullitatum ſanatorium, non intelligatur ſanare nullitatem prouenientem ex defectu iuriſdictionis Rota Romana apud *Caualer. decis. 41. num. 1.* & *2. Alu. Valaſc. in praxi partition. cap. 39. num. 3. Cammarat. d. reſp. 13. num. 12.* & *13.*

4 Im ò talem defectum, nec plenitudo Poteſtatis Principis, ſecundum vnam opinionem, ſanare poteſt. *Conar. var. reſol. lib. 3. c. 6. n. 8.* Et hoc caſu Iudex debet annullare proceſſum, etiam parte non opponente, cum ſit ipſo iure nullus *R. Tap. d. dec. 3. Senat. Ital. num. 122.* & *ſeqq.* Et in Curia Romana, etiam ſi in reſcripto adſit clauſula: *arbitrio Veſtr. in praxi lib. 5. cap. 13. num. 4. Caualer. dec. 40. num. 2.* & *dec. 63. num. 2.* Et *deciſ. 53.* & *396.* dicit idem in nullitate ex defectu citationis. Et idē tenet *d. dec. 396.* in nullitate ex defectu mandati, & in nullitate admiſſo ſpolio, quam dicit inſanabilem. *Marcheſ. de commiſſ. p. 3. §. 2. num. 28.* Quidquid dicat *Reg. Cap. Latr. conſult. 6. num. 257.* vt ſententia lata in Collaterali Conſilio cum

præſentia, & aſſiſtentia Dom. Protegis non poſſit dici nulla ex defectu iuriſdictionis, quia eius præſent a ſupplet omnem defectum, quia naturaliter omnis iuriſdictio, & publica poteſtas penes Principem reſidet, & dicitur fons iuriſdictionum ex *Lanar. conſ. 52. n. 4.* à quo veluti fonte poteſtas huiuſmodi fluit, & refluit, prout flumina admare *Vant. in rubr. 9. nu. 10. Maſtrill. dec. 300. num. 1. Gram. dec. 46. nu. 1. 4. Giurb. conſ. crim. 52. n. 24. & conſ. 59. n. 3.* Nam DD. per ipſum citati non dicunt, quod ſententia promulgata in præſentia Principis non poſſit dici nulla ex defectu iuriſdictionis, imo reperio ſeruatum contrarium in terminis, vt dicunt, terminantibus, per Dom. Regem noſtrū, nā cum fuiſſet orta difficultas in ſupremo Conſilio Italiæ reſidente in regali Villa Madritij, ſi proceſſus efformatus per ViceRegem huius Regni Neap. contrà aliquem Miniſtrum perpetuum, poſſet dici validus, ſtante bona fide ViceRegis ipſius, & ex quo ei fuerat conſultum, poſſe contra illū procedere, non obſtantibus litteris regijs contrariū mandantibus. Fuit in illo ſupremo Conſilio habita pro nulla informatio capta contra illum Miniſtrum, & mandata, alteri repetitio teſtium examinatorum in illo proceſſu efformato ordine ViceRegis, vt dicit *R. Tap. in dec. 3. Senat. Ital. nu. 150.* Verum ſi Iudex in aliqua parte habuit iuriſdictionem, ſed non plene, dummodo aliqua rationabilis cauſa allegetur, quæ aliquam afferat æquitatem, poſſet ſanari per Principem de poteſtate ordinaria *Marcheſ. de commiſſ. p. 3. §. 2. nu. 98.*

6 Similis nullitati ex defectu iuriſdictionis eſt Notoria iniuſtitia, quæ, vt millies diximus æquiparatur nullitati ex *Sard. conſ. 379. nu. 31. Ambroſ. dec. peruſ. 50. nu. 23. Gratian. diſcept. 266. nu. 14. Rota Ludou. dec. 330. nu. 4. Rota Farinac. in recent. tom. 1. dec. 151. nu. 3. Rota Coccin. dec. 38. n. 4.* Nam illa non ſolet ſanari per Papam, licet aliæ nullitates ſanentur *Rota Rom. in recentio. recol. per Farinac. dec. 450. nu. 1. tom. 2.* bene *Fontanell. dec. 26. nu. 19.*

7 Nec cenſetur, Papam ſanare nullitates non expreſſas per commiſſionem ſanatoriam *Caual. dec. 334. nu. 1. & dec. 500.* cum habens poteſtatē ſanandi, non narratas ſanare voluiſſe nō cenſeatur *Ludouis. dec. 164. nu. 7.* Quod eſt generaliter, nam nullitas, & actus nullus numquam cenſetur approbatus, vel ratificatus, niſi approbans ſciat nullitatem, & qualitatem *l. cum teſtamentum C. de Iuris & facti ignor. Giurba dec. 105. n. 12. Maſtrill. dec. 121. nu. 39. Rota Rom. dec. 179. n. 7. dec. 397. n. 5. par. 4. recent. Gratian. diſcept. 768. n. 11. & 12. R. Galeot. contr. 1. n. 88. & 115. Larrea dec. 46. nu. 37. Coſta de Iur. & facti ignor. in ſpec. 63. nu. 20. Cancer. var. 1. p. c. 6. nu. 103. Mura dec. 93. an. 37. Magon. dec. Flor. 103. nu. 12. Salg. de reg. bullar. p. 1. c. 3. §. unic. nu. 28. & in labyr. p. 2. c. 19. a nu. 20.* poſt alios *Olea de ceſſ. Iur. tit. 1. q. 6. nu. 30.*

Si vero Princeps, & Papa expreſſè ſanaret nullitatem ex defectu iuriſdictionis vtendo plenitudine poteſtatis, tūc ſine dubio ſanaret, nam nō poteſt ei dici, cur ità facias, & ſicut partes poſſunt per pactum ſanare, cur non Princeps benè *Scacc. de ſent. gl. 7. q. 1. nu. 17. & 19.*

8 Id quod diximus, quod Princeps ſanat nullitates prouenientes ex iure poſitiuo, procedit in Principe non recognoſcente ſuperiorem, non autem in recognoſcente Superiorem, vt ſunt Barones noſtri Regni Neap. nam ipſi non poſſunt ſanare proceſſum nullum factum per eorum Curias, vt fundat *Nouar. de grauamin. Vaſſal. grau. 389. Marcheſ. de commiſſ. p. 3. §. 1. nu. 107.*

9 Eſt etiam ad materiam ſciendum, quod ſententia, & laudum nullum, partium conſenſu conualidantur, benè tamen ſententia confirmata, & laudum emologatum in vim pacti, valet *gl. Bar. Bal. Paul. de Caſtr. & alij* communiter *in l. 2. C. commun. vtriuſque iudicij Abb. in cap. examinata de confirmat. vtil. vel inutil. & in cap. dilecti in fine de arbitr. Menoch. conſ. 1. nu. 270. Burſat. conſ. 176. nu. 65. vol. 2. Marta de Iuriſd. p. 4. caſ. 150. nu. 7. Amatus dec. March. 58. nu. 18. Alphan. collect. 440.* etiam ſi ſit nulla ex defectu iuriſdictionis *gl. in d. l. 2. Menoch. conſ. 1. nu. 260. Surd. dec. 53. nu. 22. conſ. 398. num. 26. Merla in enfor. p. 1. tit. 2. in prælud. n. 98. Azeued conſ. 4. num. 84. Scacc. de ſent. gl. 7. q. 3. lim. 1. n. 53.*

10 Quod Primò procedit in materia, in qua partes habent poteſtatem diſponendi, ſecus è cōtrà, quia tunc ſententia confirmata, ſeu laudum emologatum non valet, neque in vim pacti, neque in vim tranſactionis *Abb. ſup. Dec. conſ. 475. n. 33. 34. Paris conſ. 46. col. 2. vol. 1. & conſ. 24. col. fin. vol. 2. Vrſill. ad Affl. dec. 117. ſub nu. 3. Rimin. iun. conſ. 239. n. 22. vol. 3. Marta d. caſ. 150. n. 9. Marcheſ. de commiſſ. p. 3. §. 1. n. 111.*

11 Et ſic vbi adeſt decretum irritans, ſententia nulla non poteſt partium conſenſu conualidari, ex quo eſt lata contrà formam decreti, cui partes non poſſunt renunciare *Soccin. conſ. 87. col. 4. vol. 3.*

12 Et in criminalibus ſententia nulla non firmatur partium conuentione, cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum *Abbas. conſ. 92. col. 2. vol. 1. Felin. in c. ſignificaſti in 3. declarat. in 4. col. de foro compet.*

13 Procedit 2. ſup. poſita concluſio quando in confirmatione, ſeu emologatione interuenit ſtipulatio, & ita intelligitur *gl. in d. l. 2.* ſecus ſi non interueniat *Bal. in cap. cum cauſam col. 1.* verſ. *nota quod atteſtationes de teſtibus Dec. conſ. 475. ſub nu. 35. Socc. conſ. 220. col. 3. Anchar. conſ. 166. col. 3. Paris conſ. 24. col. fin. in fine vol. 2.* licet contrariū ſit verius, quia *gl. in d. l.* 2. loquitur in ſimplici pacto abſque ſtipulatione,) & ità loquitur *tex. d. l. 2. Corn. conſ. 125. ſub num. 9. vol. 2.*

14 Procedit 3. quando interuenit pactum expreſſum, alias ſecus *Soccin. conſ. 220. n. 3. vol. 2. & conſ. 76. vol. 3. Abb. conſ. 92. vol. 1. Dec. d. conſ. 475. & 499. col. fin.* verſ. & *iſta concluſio Calder. conſ. 8. de re iudic. Scacc. de ſent. gl. 7. q. 3. lim. 1. n. 54.* in
15 contrarium tamen ſunt alij dicentes ſufficere
tacitum conſenſum, cum pactum induceatur ex
expreſſo, & tacito conſenſu, vt concludunt *DD*
in rubr. ff. de verb. obligat. ea ratione, quia in ex-
preſſa approbatione eſt etiam tacita, cum taciti
& expreſſi eadem ſit virtus *l. cum quid ff. de reb.*
16 *credit.* Tamen hæc approbatio, ſeu ratificatio
laudi, vel ſentētiæ, ad hoc, vt valeat in vim pacti,
eſt

Digitized by Google

eſt neceſſe, quod fiat pręſente parte, alias ſi abſeote parte fiat non valet in vim pacti, vt eſt caſus, & ibi *Bar. in l. Pomponius ſcribit ff. de negot. geſtis Secc. conſ. 105. num. 5. vol. 4.* ea ratione, quia in pacto debet interuenire vtriuſq; conſenſus vtroque præſente *gl. in l. conſenſu* verb. *conſentire ff. de action. & obligat.*

17 Procedit 4. quando laudum eſt datum ſeruata forma compromiſſi, ſecus ſi contra formam, nã tunc nec ex conſeoſu partium poterit valere in vim pacti *Brun. in tract. de form. fol. 61. tit. de potent. & effect. form. limit. 28.* licet ſecus, & melius dicat *Corn. d. conſ. 125. vol. 4.*

18 Procedit 5. ſi non adeſt expreſſus error in ſententia, ſecus ſi adeſt, nam tunc in vim pacti valere noo poteſt *Bal. in l. error col. fin. C. de Iur. & facti ignor. Affl. ſup. conſtit. tit. de reuoc. alienat. n. 57.*

19 Procedit 6. quando perſona eſt habilis ad paciſcendum, & contrahendum, alias ſecus *Paris conſ. 200. n. 9. vol. 1.*

20 Procedit 7. quando ſententia, & laudum approbatum fuit ex certa ſcientia, videl. per ſcientes laudum nullum, ſecus ſi per errorem *Dec. conſil. 475. 4. col.* verſ. *ſed ad hoc reſpondetur Abb. conſ. 61. Gabriel concluſ. 2. n. 34. de ſent.*

21 Procedit 8. quando poſt latam ſententiam, vel laudum partes approbant, ſecus ſi ante *Abb. d. conſ. 61. col. fin.* ver. *ad tertium vol. 1.* licet contra teoeat *Abb. conſ. 64. n. 4. vol. 1. Bertran. conſ. 129. vol. 1.*

22 Procedit 9. in bonis in commercio noſtro, ſecus in feudis *Affl. num. 62. Anna in repetit. conſtit. regni conſtitutionem diuæ memoriæ n. 289.*

23 Procedit 10.000 reſpectu pœnæ, nam ipſa nõ committitur, cum non vt laudum, ſed vt pactum valeat *Corn. d. conſ. 125. vol. 2.*

24 Procedit 11. Noo reſpectu tertij, cui fieret præiudicium *Scacc. de ſent gl. 7. q. 3. lim. 1. n. 54.*

25 Sed eſt verum, quod executio parata, quæ haberet ſeotentia ſi eſſet valida, non habet pactum illud *Dec. conſ. 499. in fin. Brunem. in d. l. 2. C. commun. vtriuſq; iudic.*

26 Sententia nulla ex defectu mandati poteſt conualidari, ſi mandatum producatur poſt ſententiam io cauſa appellationis *l. per hanc C. de tempor. appellat. Angel conſ. 292. col. penul.* verſ. *ſecunda quia lib. 1. Grauet. conſ. 108.* Quod intelligi-
27 tur ſi mandatum illud erat factum antè latam ſententiam in prima inſtantia, ſecus ſi poſt ſententiam, quia tunc ratificari non poſſuot geſta falſi procuratoris in præiudicium partis *Rota dec. 12. in antiq. Cranet. d. conſ. 108. Trentacinq. var. lib. 2. tit. de procurat. reſol. 17.*

28 Conualidantur etiam acta, quando in mandato ſuperueniente adeſt clauſula *rati*, qood eſt iotelligendum aote oppoſitiooem defectus talis mandati *Alex. conſ. 146. num. 22. vol. 5. & conſil. 112. in fin. vol. 5. Decian. reſp. 18. num. 18. & ſeqq. lib. 1. Mantica de tacitis lib. 7. tit. 7. num. 3. Golin. de proc. p. 3. cap. 3. n. 49.*

29 Item acta facta cum procuratore non habente mandatum, poſſunt conualidari, ſi detur à domino mandatum ſpeciale in perſooam alicuius, & ei intimeotur vnico contextu omnia acta facta, ac totus proceſſus, pro vt dicimus in conualidatione actorum cum minore factorum abſque curatore, vt facto, & prouiſo pupillo de Curatore, ei intimentur vnico contextu omnia acta facta, ac totus proceſſus *Affl. dec. 262. nu. 7. Muſcatell. in praxi 2. p. gl. intimato, & p. 3. gl. expenſis nu. 51.*

30 An Sententia nulla, etiam ex defectu Iuriſdictiouis poſſit per Iudicem appellationis confirmari, vel reformari, ſic, dicit *Alex. conſ. 67. num. 1. vol. 6. Vant. hic nu. 332. & ſeqq. Tuſc. lit. S. concluſ. 158. num. 11. Turret. conſ. 42. num. 2.* vbi eo magis procedere dicit ſi ſit commiſſa cauſa, vna cum toto negotio principali. *Scacc. de appell. q. 11. nu. 114. Ruginell. eod. tract. §. 11. gl. 1. num. 35. Miſing. cent. 3. obſ. 72. Cancer. lib. 1. cap. 7. Viu. deciſ. 53. & 495. Pegnera in praxi rubr. 28. de except. null. aduerſ. ſent. diff. nu. 6. 7.*

31 Item ſi eſſet nulla ex defectu citationis *Alex. conſil. 111. in princ. lib. 5. Creſcent. deciſ. 48. lib. 2. Granut. theor. 17. num. 3. Tuſc. d. concluſ. 158. n. 31. & ſeqq.* licet referat *DD.* contrarios, & *num. 37.* & præcipuè *Vant. rubr. 9. num. 6.* qui dicit eſſe defectum inſanabilem, & quod poſſit opponi etiam contra tres conformes, ex *Alex. conſ. 77. nu. 8.* vbi *apoſtill. & conſ. 79. in fin. lib. 7.* & quod talis ſententia noo poſſit ſaoari à Iudice, ſed ſolum à Principe *Caualc. de brach. reg. p. 1. nu. 274. Marſil.*
32 *ſing. 10.* & quod ſenteotia nulla ex defectu citationis poſſit confirmari per Iudicem appellationis, dicit *Crauet. conſ. 140. num. 8.* ſi conſtet de bono Iure, & quod ſit commuois opinio, dicit *Tuſc. d. concluſ. 158. num. 45. Scacc. de appell. q. 11. nu. 115. & num. 116.* quod ſi talis Sententia fuerit confirmata, & à confirmatione non fuerit appellatum, tranſit in rem iudicatam *Ruginell. de appell. gl. 1. §. 11. cap. 1. n. 39.*

33 Poteſt etiam confirmari ſenteotia lata poſt recuſationem Iudicis, quamuis fuerit nulla, ſi præceſſerint acta ante recuſationem, ex quibus poſſit ſententia iuſtificari *Alex. conſ. 67. in fin. lib. 6.* vbi de communi *Tuſc. d. concluſ. 158. num. 5.* & *ſub num. 30.* vbi teſtatur de communi.

34 Poteſt item confirmari, ſi fuerit lata extra tempus inſtantiæ, & ſi fuerit æqua *Alex. conſ. 73. num. 11. verſ. 3. reſpondeo, & conſ. 181. num. 15. lib. 6. Put. dec. 60. lib. 3. Tuſc. d. concluſ. 158. num. 7.* Et *ſub num. 26.* poſt alios, quos allegat, firmat, poſſe confirmari ſententiam latam extra inſtantiam, ſi fuerit æqua, etiam ſi is, qui appellauerit, dixerit de nullitate, & ioſtet declarari nollam, & etiam ſi pars, pro qua fuit lata ſententia, fateatur nullam, ſed petat confirmari, ex traditis præcipuè per *Alex. conſ. 73. ſub num. 11.* verſ. 3. *reſpondeo*, quid in Camera Imperiali, eſt *Miſing. cent. 1. obſ. 8. & cent. 2. obſ. 59. & ſeq.*

35 Et Iudex ſecundę appellationis poteſt confirmare, & reformare ſententiam nullam, quo ad merita cauſæ Iudicis primæ appellationis *Tuſc. d. concluſ. 158. num. 46.* Et Iudex appellationis poteſt confirmare, & reformare ſeoteotiam oullam, etiam ſi vitium nullitatis ooo ſit remiſſibi le à partibus *Gabriel conſ. 49. n. 5. lib. 1. Granut. theor. 17. n. 8. Scacc. de appell. q. 11. n. 117.* vbi alia ponit, & Iudex, etiam ſi pars nõ opponat, ipſe poteſt aduertere *Miſing. cent. 1. obſ. 20.* vbi deciſum refert.

36 Imo Iudex ad quem eodem cootextu, & momento poteſt ſententiam oullam declarare, &

quo ad merita confirmare, emendare, & reformare *Alex.conſ.79.num.4.in fin.& conſ.122.num.2.lib.5.Granut.d.theor.17.nu.6.& 7. Roman.conſ.381.num.3.* vbi *addit lit.C.* teſtatur de magis communi, vt idem facere poſſit Iudex nullitatis, & *ſub num.8.* poſt *Gabriel conſ.49.num.5.* dicit etiam procedere, quando vitium ſententiæ non eſſet remiſſibile à partibus.

37 Mihi verò in hac re ſemper viſum fuit dicere, quod ſi nullitas verſetur circa ipſam ſententiam, quia non fuerit recitata, vel lata Iudice non ſedente, vel extrà locum Iudicij, vel ſine citatione, vel fuerit lata die feriata in honorem Dei, & tũc poſſet per Iudicem appellationis confirmari, maximè quando cauſa debet decidi ſummariè, & veritate inſpecta *Card.Tuſc.d.concluſ.158. num.4.*

38 Secus ſi verſetur circa proceſſum, vel eius ſubſtantialia, quia tunc Iudex tenetur omnino pronunciare ſuper nullitate ſententię, & non poſt ſe intromittere in meritis cauſæ, nec poteſt ipſam ſententiam confirmare, vel infirmare, ſeu reformare *Rol.conſ.41.n.39.& ſeqq.lib.1.Roman.conſ.378.num.2.* vbi *add.Deciſ.Auenion.68. num.4. & ſeqq. Cappel.Tholoſ.dec.180. Tuſc.d.concluſ.158.nu.38.& 47.& ſeqq. Granut.d.theor.17. n.9.*

39 Idem eſt dicendum ſi fuerit nulla ex defectu iuriſdictionis, quia fuit lata à priuato, & penitus carente iuriſdictionem, vt non poſſit confirmari *Bal.conſ.333.num.2.lib.2. Tuſc.d.concluſ.158.nu.*
40 *76.* Quæ maximè procedit parte opponente, & inſtante pronunciari ſuper nullitate, vt omninò teneatur Iudex pronunciare Sententiam nullam, nec poteſt ſe ingerere in meritis cauſæ *Rota dec.2.& 8.in fin.de reſtit.ſpoliat.in antiq. Put.dec.72.lib.2.Fab.Turret.conſ.42.nu.3.*

41 Idem erit quando commiſſio mandaret, vt prius ſuper nullitate pronunciaretur, quam ſuper facto principali *Put.dec.60.lib.3.Granut.d.theor.17.nu.18.*

42 Procedit etiam quando principaliter fuit dictum de nullitate, vt minimè Iudex poſſit Sententiam confirmare, vel reformare, ſed teneatur dictam Sententiam nullam omnino declarare *Turret.d.conſ.42.num.4.& ſeqq.Scacc.de appell.q.11.nu.127.* vbi alia ponit *Crauet.conſ.270.in fine Veſtr.in pract.lib.8.cap.1.num.15.Gabriel conſ.28.num.1.lib.2.addit.ad Farinac.conſ.85.lit.M.in fin.* vbi deciſum refert per *Rot.Rom.* Et quod ſententia ipſo iure nulla non poſſit reformari per Iudicem appellationis, ſed tantum debeat pronunciare ſuper nullitate *DD.apud Mynſing.cent.1.obſ.27.* licet dicat in Camera Imperiali aliter ſeruari.

43 Et licet regula ſit, quod ſententia nulla ſi cõfirmetur, confirmans non ſit nulla parte non opponente, vt fuit reſolutum per *Rotam Rom.in vna Peruſina nullitatis 26.Iul.1593.coram Penia, & in vna Tauriſana prætenſæ ſimoniæ coram Corduba 13.Maÿ 1596.* Receditur tamen quando eadem nullitas influit in ſecundam ſententiam, vt declaratur in *d.deciſ.coram Corduba verſ.quo vero.* Et ſic ſi prima ſententia fuerit lata contra rem iudicatam, de qua fuerat oppoſitum, & probatum, ſententia confirmatoria pariter erit nulla *Alex.conſ.53.num.16.lib.5. Tuſc.d.concluſ.158.n.*
44 *84.lit.S.* Sic etiam ſi fuerit expreſſus error in prima ſententia, & confirmetur, dicta ſententia confirmans pariter erit nulla *Alex.conſ.111. nu.3.lib.1.Tuſc.ſup.num.82.Scacc.de appell.q.11. nu.22.& ſeqq.*

45 Nullitas primæ ſententiæ non tollitur per cõfirmantem, quando confirmatio non eſt reſpectu iuſtitię, vt quia Iudex nihil tangit, quod bene ſit iudicatum, ſed ſolum dicit: *male appellatum*, vel quod appellatio ſit reijcienda, ſed oportet, quod dicat: male appellatum, & benè iudicatum, & ſic tangat etiam iuſtitiam cauſæ *Alex.conſil.111.num.5.vol.5.Angel conſ.250.nu.4. Abb.conſ.3.col.12.in princ.lib.2. Tuſc.d.concluſ.158. n.85.*
46 & ibi declarat, Pars tamen debet appellare à ſententia confirmante ſententiam nullam, alias tranſiret in iudicatum *Vant.hic num.132. Achill.de Graſſ.dec 4.alias 16.de ſent.& re iudic. Granut.theor.17.num.2. Ruginell.de appell. §.11.gl.1.cap.1.num.35.in fin.Scacc.eod.tract.q.11.nu.115.* vbi dicit id procedere, etiam ſi prima ſententia eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis, vt ſententia confirmans valeat, niſi fuerit ab ea appellatum, & teſtatur de communi, alia ad hanc materiam diximus *rubr.3.q.12.*

